
14
12 R
21/7

SIMPLICII

COMMENTARII IN OCTO ARISTOTELIS PHYSICAE AVSCVLTATIONIS LIBROS CVM IPSO ARISTOTELIS CONTEXTV

À GENTIANO HERVETO AVRELIO

Noua ac fideli interpretatione donati.

Huc accessit index copiosissimus, omnium quae in hoc opere notatu digna continentur: quae etiam in margine ad studiosorum utilitatem collocauimus: cum eiusdem auctoris uita nunc primum in lucem edita.



Cum summi Pont. senatusq; Veneti decretis
ad annos XV.

VENETIIS APVD IVNTAS M D LI.

FRANCISCO TVRNONIO, SABINENSI EPISCOPO, S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO

Gentianus Heruetus Aurelius S. D. P.

I vllo vnq̃ tempore planum omnibus factum est CARDINALIS *amplissime, quam vim habeat ad praeclara excitanda ingenia Principum doctrina & virtus, & in viros doctos beneuolentia & liberalitas: id certè nostro tempore tam clarum fuit & perspicuum vt variarum linguarum notitia, artiumq̃ & scientiarum omnium cognitio quae hodie in Gallia nostra existit maxima, cui sit iure accepta ferenda nemo sit qui dubitet. Nam cùm* FRANCISCVS VALESIVS *princeps Optimus maximus, qui tribus abhinc annis & aliquot mensibus è viuis excedens, ad meliores vt spero & opto sedes commigrauit, caeteris praeclaris suis virtutibus hanc verè diuinam & planè immortalem adiunxisset, quòd doctos homines incredibili amore complectebatur, & honestissimis praemiis eorum studia adiuuabat & incitabat, & iis qui linguas artesq̃, disciplinas & scientias peritè profitebantur publicè, stipendia constituebat: extitit repente vberrimus hominum eruditorum prouentus. Hinc quidem certè factum est, vt cùm ex amplissimo Lutetiae gymnasio, tanquam ex equo troiano, bonis literis egregiè exculti ornatiq̃ iuuenes prodiissent, qui ad alia deinde grauiora studia dimissi sunt: quae omnia antea turpiter inuaserat, & vbique planè regnabat, barbaries nunc vndiq̃ exulet. Nunc iurisperiti, qui haud ita pridem, O infelicia tempora, cum omni humanitate apertè bellum gerebant, sua sensa dilucidè eleganter & ornatè explicant, & ex nitidissimis ipsorum iurisconsultorum venerandaeq̃ antiquitatis fontibus, non ex solis turbidis barbarorum interpretum Lacunis, legum esse hauriendam intelligentiam sapienter existimant. Nunc Philosophi philosophiam ex ipso Aristotele & Platone & Graecis eorum interpretibus, non ex vanis inelegantium & indoctorum commentariorum somniis esse accipiendam intelligunt & accipiunt. Nunc medicina ex Hippocrate Coo, & ex eius interprete vt doctissimo ita eloquentissimo Galeno, non ex eius simia, & barbaro & barbarè verso Auicena discitur. Nunc Theologia Graecae & Hebreae linguae cognitionem ad diuinarum rerum intelligentiam plurimum adiumenti afferre, nec satis esse si recentium Doctorum subtiles quaestiones, nisi etiam pia & CHRISTI charitate referta veterum scripta legantur, intelligit. Atque horum quidem omnium causa sacro sanctae* REGIS FRANCISCI *memoriae Optimo iure est tribuenda, qui suo exemplo, suoq̃ in doctos amore & libera-*

litate, eruditorum studia fouit, adiuuit, & excitauit. Quam eximiam eius virtutem, sicut cæteras omnes, cùm pulcherrimè sequatur HENRICVS VALESIVS *Optimi patris Optimus filius, vt regni & fortunarum omnium, ita animi quoq; bonorũ successor & hæres: quid non de republica nostra literaria & cogitatione comprehendendum, & optima spe concipiendum est? Ac fuit quidem* REX FRANCISCVS *ad adiuuanda doctorum studia sua sponte semper mirandum in modum propensus: non defuere tamen viri aliquot præclari & maxima laude digni, qui eius ardentem ad honesta alacritatem incitarent, & currenti, vt aiunt, frigidam suffunderent. Inter quos tu quidem, omnium iudicio, primas partes meritò semper obtinuisti. Cuius cum summum iudicium sapientissimus Princeps tanti semper faceret, vt ad gerendam & administrandam rempublicam tuo potissimum consilio vteretur, tantumq; tibi tribueret, quantum viro prudentissimo & in arduis tractandis negotijs exercitatissimo optimo iure tribuendum intelligebat, pulchrè autem intelligeres quantum ex literis ornamentum maxima cum vtilitate coniunctum ad vniuersam redundaret rempublicam, ad optimum exhortandum animandumq; principem vt ea studiorum quam par est haberetur ratio, nunquam summa tua defuit auctoritas. Neq; verò satis esse duxisti eum verbis hortari & admonere, nisi tuo quoque pulcherrimo exemplo prouocares. Quis enim nescit quòd etsi maximi regni tu omnia longè difficillima per id tempus negotia, quæ non solùm totum hominem requirebant, sed ne à plurimis quidem vel prudentissimis hominibus explicari posse videbantur, solus propemodum sustineres, nullum tamen diem prætermisisse quo non aliquid legeres, scriberes, vel audires? Tuus verò amor in doctrinam & disciplinas, omni semper ex parte se manifestè ostendit, cùm tuam in viros doctos beneuolentiam clarissimis indicijs & argumentis prætetuleris. Neque verò ille tuus amor vllis certis doctrinæ finibus ita continetur, vt cùm aliquam scientiæ partem complexus fueris, reliquas repudies. sed qualibet bonarum & honestarum rerum cognitio tibi ex æquo grata est & accepta. Atque iuris quidem ciuilis scientiam quanti facias, abundè qui haud ita pridem e vita excessit, testatur Alciatus: quem cùm tu esses Bituricensis Archiepiscopus, honestissimo stipendio inuitatum, ad ius ciuile profitendum ad Bituriges deduxisti. Testatur Petrus quoque Villarus vtriusque iuris peritissimus, quem cognitorem ac disceptatorem tuum esse voluisti. Bonas artes & disciplinas omnes Philosophiæq; & Theologiæ cognitionem quanto in pretio habeas, testatur, vt plurimos alios omittam, Petrus Danesius: quem in tuam familiam ascitum & maximis beneficijs affectum, vt &* REX FRANCISCVS *ad tridentinam synodum mitteret legatum, & qui nunc regnat* HENRICVS *primò sibi genito filio optimo sanè iudicio præceptorem adhiberet, auctor fuisti. Hoc ipsum testantur & qui nunc in tua versantur familia, in primis doctus Dionysius Lambinus, & quem post amplissimi Cardinalis*

Rodolphi mortem in tuas ædes transtulisti, in philosophia summa cum laude versatus Donatus Ianottius, Medicina autem quam tibi sit grata, testantur & Guilelmus Carondeletus, & Antonius Pelleterus, qui vt eius scientissimi sunt honorificè in tuam cooptati familiam. Quibus verò te laudibus efferam, quomodo satis pro dignitate admirabor & suspiciam, quòd cùm pro tua sapientia animaduertisses linguam hebræam ad sacram scripturam, maximè autem vetus testamentum intelligendum esse valde vtilem & propemodum necessariam, nec ætas iam ingrauéscens, nec tuorum multitudo negotiorum te retardauit, quo minus sanctæ linguæ, dares operam. Cuius vt cognitionem facilius assequereris, eum tibi asciuisti doctorem, qui & eam optimè teneret, quòd Hebræus esset natus, & CHRISTI sanctissima pulcherrimè intelligeret mysteria, quòd & ab ipsis scripturis permotus, & à diuina gratia inspiratus in CHRISTO esset renatus. Is autem est, quem vt meum in Hebræis præceptorem honoris gratia nomino, Alexander Franciscus. Hæc omnia me impulerunt amplissime CARDINALIS, vt cùm Simplicium in Aristotelis Physica nuper latinè vertissem, & Optimatem aliquem quærerem, cuius felicibus auspicijs editus in lucem prodiret, tu mihi in primis occurreres, quem ego futurum huius operis patronum mihi deligerem. Ecce autem mihi iam videor videre aliquem, qui iusta, vt ei videtur, causa adductus, ita agat. Egregium verò opus scilicet, quod CARDINALI TVRNONIO dedicetur. An non id multis abhinc annis versum est? Cur ea quæ sunt vetera perinde ac noua obtruduntur? Huic ego reprehensori nostro paucis ita respondebo: Primùm non esse nouum nec alienum vt idem variè à diuersis vertatur, & eum suo quisq; deinceps iudicio sequatur qui auctorem fidelius & dilucidius & elegantius verterit. Quidni ergo id mihi liceat quod hactenus semper licuit omnibus? Ac de eo quidem qui Simplicium prior Latinè reddidit aliorum sit iudicium. De me quidem certè hoc ausim asserere, cùm omnem operam adhibuerim, vt sententiam quamfidelissimè verterem, hoc quoq; diligenter curasse, vt ne vnum quidem verbum quod ad rem pertineret, non versum relinqueretur. Atq; hæc quidem nostro reprehensori sufficiant. Simplicium autem à me versum, quid vt apud te laudem opus est, cùm & eius laudes tibi sint satis cognitæ, & præclaris suis monimentis ipse seipsum satis laudet? Hoc tantum dicam nullum ex omnibus Aristotelis interpretibus vberius & copiosius Aristotelem explicasse, nullum plures veteres Philosophos testes citasse. Quorum cùm ea quæ primo aspectu videbantur, non ipsa autem eorum vera ac germana sensa reprehenderet Aristoteles, omnem eorum cum Aristotele dissensionem maxima ex parte sustulit Simplicius. Platonem quidem certè præceptorem ita Discipulo conciliat, vt nulla penitus inter eos videatur fuisse discordia. Vellem quidem vir tantus fuisset Christianus: is certè est hoc nomine maximi à nobis faciendus, quòd omnia propè eius decreta cum nostra religione mirificè

conueniant. Quis enim, vt cætera omittam, Deum Deiq; prouidentiam verius & constantius defendit? Quis ab impio Alexandri Aprodisiei decreto de mortalitate animæ fuit alienior? Sed eius referre decreta non est huius loci nec temporis. Fuit profectò Simplicius vir longè doctissimus & summus Philosophus. Insignem autem suam doctrinam cùm vbiq; præclarè ostenderit, nusquam certè eam vberius explicauit & fusius, quàm in hoc commentario in Physica Aristotelis, qui à me versus & sacrosancto tuo nomini dicatus nunc exit in lucem. Quem quidem vt grato animo accipias te oratum velim, et tibi persuadeas si eum tibi nõ ingratum fuisse intellexero, te ad maiora deinceps aggredienda mihi esse animum additurum. Vale CARDINALIS *amplissime, et viros doctos, vt soles, dilige. Romæ* V. *Idus Decembris.* M D L.

VITA SIMPLICII

AVCTORE EODEM GENTIANO HERVETO AVRELIO.

IMPLICIVS summus sua ætate Philosophus, à Suida quidem, Phryx: ab Agathia autem Scholastico, Gotthici belli scriptore, Cilix fuisse dicitur. Vixit autem imperante Iustiniano, quo tempore & Christi maximè floruit religio, & res feliciter gesta aduersus Vandalos, Persas, & Gotthos, Romanum imperium fuit in suam pristinam dignitatem & maiestatem restitutum. Eodem autem tempore fuerunt aliquot alij Philosophi: nempe Damascius, Syrus, & Phryx Eulamius, & Prisanus Lydus, Hermias & Diogenes Phœnices, & Isidorus Gazeus. quos Agathias qui per idem tempus vixit & scripsit, refert fuisse omnium suæ ætatis Philosophorum principes. Quanta autem fuerit Simplicij modestia ex hoc facilè perspici potest, quòd cùm Suidas Damascium Stoicum Philosophum qui multa scripsit in Platonem, eius scribat fuisse ὁμιλητὴν, id est familiarem: & sui temporis Philosophos enumerás Agathias, Simplicium vt parem Damascio recenseat, ipse tamen vbiq; Damascium suum vocet καθηγεμόνα, id est ducem ac præceptorem. Scripsit autem præclaros & admirabili doctrina refertos in aliquot Aristotelis opera commentarios: nempe in prædicamenta, Physica, De anima, De cœlo, & in opus quod dicitur Metaphysica. Qui omnes hodie extant, ijs quos scripsit in librum cui Metaphysica nomen est exceptis. Quoniam autem sunt nõnulli qui eum fuisse Christianum asserant, fortasse persuasi & à pulcherrima illa in Aristotelis Physica præfatione, & ex eo quòd plurima eius decreta cum nostris optimè conueniant, de eo aliquid breuiter dicendum est. Vellem quidem vir tantus fuisset Christianus, vt cuius insignem in Philosophia doctrinam admiror & suspicio, possem etiam de eius salute spem aliquam concipere. Sed cùm & ex historijs & ex eius scriptis planum fiat eum nomen Christo non dedisse, non est quod de eo dubitetur. Decretorum autem conuenientiam, non probare eum fuisse Christianum, ex hoc constat, quòd & Stoici in multis, & Plato in plurimis nobiscum consentiant, quos tamen Christum ignorasse nemo est qui ambigat. Quanquam etsi Simplicius idem nobiscum in multis sentire videatur, in ijs tamen quæ sunt præcipua & maximè necessaria ita dissidet, vt toto, vt aiunt, cœlo aberret. Nam vt cætera omittam, grauis illa aduersus Ioannem Philoponum de mundi æternitate suscepta contentio, an non primum nostræ fidei articulum euidenter oppugnat? Atque Agathiæ quidem historia libro secundo apertè testatur, eum cum cæteris quos superius diximus Philosophis, in Persidem ad Cosdroem Regem esse profectos, cùm eis minus placerent quæ de Deo rectius Romani sentiunt. Se autem Deorum multitudinem, quæ à Christo est alienissima, non esse aspernatum, ipse est locuples testis, cùm in suis in Physica commentarijs non vereatur alicubi implorare opem Herculis & Aesculapij. Rursus cùm in fine Commentarij in Epictetum lætatur hanc fuisse sibi datam illius scribendi occasionem eo tempore quo tyrannica premebat calamitas: quis nescit non esse Christiani hominis in rebus aduersis ex philosophiæ preceptis potius quàm ex sacris scripturis solatia quærere, & ad Epictetum potius quàm ad Christum confugere? In moderatissimo autem imperio quamnam aliam tyrannicam vocat calamitatem, quàm quòd prius & Christi amantissimus Princeps, incredulos & à Christi religione alienos, minus æquis, vt eis videbatur, oculis aspiceret. Sanctissimum autem carnis à Verbo susceptæ mysterium se fide non apprehendisse ipse abundè testatur, cùm precationem quæ est in fine illius Commentarij ita concludat, vt salutem roget vt à nostris animæ oculis perfectè caliginem auferat, quò ex Homeri sententia, A' nobis rectè noscatur homoq; Deusq;. Hæc omnia eum non fuisse Christianum satis arguunt. Quæ eo lu-

bentius adduximus, quòd & nonnullorum velim falsam euellere opinionem, & studiosos admonere non esse ex eius libris petendam pietatem ac religionem, sed philosophiæ cognitionem, qua omnes Aristotelis interpretes, meo quidem iudicio, longo interuallo superauit. Aristotelem certè ita est interpretatus, vt nemo plures ex veteribus, quoties id ad rem pertinuisse visum est, citauerit: nemo Aristotelis verba ac sententiam accuratius examinarit: nemo, si quid ei deesse visum est, vt nihil est omni ex parte perfectum, id & diligentius & doctius suppleuerit.

Gabrielis Phaerni Cremonen. in Simplicium à Gentiano Herueto versum.

Simplicium multa penetrantem luce profundos
Magni Stagiritæ specus,
Quo sine, naturæ vires, arcanaque rerum
Didicisse, nequicquam uelis,
Non norat latium: & romanæ tempore longo
Desiderarant litteræ:
Donec in ausoniam facundo pectore linguam
Hunc Gentianus transtulit,
Inclyta quem genuit studiorum Gallia mater
Vtriusque linguæ compotem.
Huic te igitur multum debere agnosce latine,
Cuius labore adeptus es
Simplicium multa penetrantem luce profundos
Magni Stagiritæ specus.

SIMPLICII COMMENTARIVS IN PRIMVM ARISTOTELIS LIBRVM NATVRALIS AVSCVLTATIONIS

Gentiano Herueto Aurelio interprete.



ATVRALIS Aristotelis auſcultatiõis inſtitutum ac ſcopus facile ſciri poteſt, ſi naturalis Philoſophiæ partis, quæ ab ipſo traditur diuiſionem in mentem reuocauerimus. Atque adeò ſatius fortaſſe fuerit vniuerſam philoſophiæ diuiſionem ex eius ſententia exponere.

Philoſophię totius diuiſio

Cùm enĩ philoſophia ſit perfectio aīę, quẽadmodum medicina corporis, aīę autẽ vna quidem pars eſt expers rõnis, alia verò rationis particeps, & eius quidẽ quæ eſt B particeps rationis, vna quidẽ pars id adiuuat quod caret rõoe, cuiuſmodi eſt quę apud eum poteſtate intelligẽtia dicit: alia vero eſt ſeparabilis, cuiuſmodi eſt quæ eſt actu intelligentia: duplex eſt autẽ omnis facultas animæ, vna quidem, vis appetendi, altera vero cognoſcẽdi: id quod vim quidem appetendi perficit in eo quod eſt expers rationis, & in ea quæ poteſtate eſt intelligentia, quæ fert opem appetitionibus ratione carentibus, id vniuerſum

Actiuum quid ſit

Actiuum vocant Peripatetici, vt quod in actione verſetur, boniq; electionẽ & adeptionem finẽ habeat: Quod autem cognoſcẽdi facultatis finem habet veritatem, cõmuniter eſt cõtemplatiuum. Sed eius quidem, quicquid eius quæ poteſtate eſt intelligentiæ cognitionẽ perficit, quæ eſt cum ſenſu & phantaſia ſeu viſione, quod in for- C mis materialibus, & quæ à materia nequeunt ſeparari, verſatur: id vocant naturale, quòd naturam circa hæc & in his eſſe oſtendatur: Quicquid autẽ verſatur in formis quæ ſunt à materia penitus ſeparabiles, & puto actu eius quæ eſt actu intelligentię, & eius quæ eſt poteſtate actu, qui ea quæ eſt actu cõcluditur: id Theologiam, & primã philoſophiã, & Meta ta phyſica, hoc eſt, poſt ea quę ſunt naturalia appellant, vt quæ collocata ſit vltra naturalia. Quod autem in his formis verſatur, quæ aliquando quidem poſſunt à materia ſeparari, aliquando verò ſeparari nequeunt: hoc Mathematicum vocant, & de anima. Mathematicam enim ſubſtantiam dicuot eſſe mediam, vt quæ propterea quidem quod ſit vniuerſa, poſſit ſeparari à materia: propterea autem quod ſit ſpatijs dimenſa D & diſcreta, ſeparari oequeat. Animam quoq; ſimiliter, quod ad ſenſus quidẽ attinet & viſiones, & eam quæ poteſtate eſt intelligentiam, vt quæ plurimum materiæ habeat: mente apprehẽdunt. Quod autem attinet ad eam quę eſt actu intelligentiam, quã etiam ipſam animæ eſſe ſummã & præſtantiſſimam partem oſtẽdit Ariſtoteles, etiam ſi ſecus videatur Alexandro, dicuot eã poſſe ſeiungi à materia. Cæterum aliæ quidem partes in ijs quæ ſunt earum proprię ſcriptis operibus diſtinguentur accuratius.

Naturale quid ſit

Theologia quid ſit

Mathematica quid ſit

Aīę tractatio in quo conſiſtat

Librorum Ariſtotelis de natura ordo.

Naturæ autem tractatio partim quidẽ in verſatur principijs rerum omnium naturaliũ, quatenus ſunt naturales (perinde eſt autem ac ſi dicas corporeę) & in ijs quæ oeceſſario ſequũtur eiuſmodi principia: partim aũt in ijs quæ oriuntur è principijs. Quoniam autem horum quoq; alia quidem ſunt ſimplicia, alia verò cõpoſita, de ſimplicibus quidem docet opus de cœlo: in duobus quidẽ primis libris diſſerens de quinta ſubſtantia eius quod eſt propriè cœlum, & præter alia demonſtrans eius æter- A nitatem: in reliquis autem duobus, de quatuor elemẽtis quæ ſunt ſub luna. de quibus quidem illic eatenus continetur, quatenus ſunt ſimplicia, & ſimplicibus mouentur motionibus. ita enim exiſtimo melius eſſe dicere, & nõ vt Alexander, qui opus de cœlo dicit eſſe de æterno & circulari, & omni corpore naturali, ſeu de mũdo. De naturali enim, quatenus naturale, ipſe quoq; fatetur eſſe hoc opus. Eſt autem naturale quoq; id quod eſt compoſitũ. De compoſito autẽ illic nihil dicitur, ſed de ſimplicibus: vt ipſe quoq; Ariſtoteles clarè oſtẽdit in tertio eius operis, dicens. De primo quidẽ elemento dictum eſt, & cuiuſmodi ſit natura, & quòd ab interitu alienum & ingenitum. reſtat vt dicamus de duobus. Dicens duas coniugationes quatuor elementorum, quæ quidẽ duæ motus B ſpecies continent, & is qui pcedit à medio, & is qui tendit ad medium: & elementa vocans ea quæ ſunt ſimplicia. Quoniam aũt quæ ſuot quidem compoſita, io ea generatio cadit & interitus: ex ſimplicibus autem alia quidem ſunt æterna, alia verò gignuntur & intereunt: de æternis quidem dictum eſt in primis de cœlo: de ijs autẽ quæ geoerãtur & intereunt, vt ſimplicibus quidẽ, in tertio & quarto illius operis: De ijs aũt quæ gignunt tanq; compoſitis, dicturus, ſcripſit duos primos libros de generationę & corruptione, docens cõiter ea quæ ſequunt illa omnia quę gignuntur & intereunt, quatenus ea ſunt eiuſmodi. Horum autem deinceps alia alijs propriè adſunt. Et quæcunq; quidẽ conſiſtunt in loco qui eſt ſupra nos proximus & cõtinens, docet per opus quod tractat C de Meteoris, hoc eſt, de ſublimibus. Eorum autem quæ ſunt in eo in quo oos loco, qm̃ alia quidem ſunt animata: alia verò inaoimata, de inanimatis quidem docet in libris de metallis. Animatorum aũt alia quidem ſunt animalia, alia verò plantæ, alia verò zoophyta ſeu plantanima. Et de animalibus quidem diſſeruit in varijs operib[9] de animalibus, alicubi quidẽ quæ ad ea pertinent hiſtorice enarrans: quẽadmodum in libris de hiſtoria animalium: alicubi autem ita docens vt de cauſis diſſerat: ut in libris de generatione aĩalium, & motu partium, & ſomno, & ijs quæ ſunt eiuſmodi. Similiter autem de plantis quoq; hac duplici rõne docuit. Talis eſt ergo, vt in ſumma dicã, diuiſio naturalis philoſophiæ partis ex Peripateticæ hæreſis ſententia.

Scopus librorũ naturalis auſcultationis;

Propoſiti autẽ operis ſcopus eſt & inſtitutum, de ijs quæ cõiter inſunt rebus naturali- D bus, quatenus ſunt naturales, (perinde eſt aũt ac ſi dicas corporeę) docere. Omnium autem cõia ſunt priocipia, & quæ principia conſequuntur. Principia autem ſunt et quæ proprie dicuntur cauſę: & concauſæ, id eſt, quæ cauſis coniunctæ eas adiuuant. Et cauſæ quidem ſunt ex eorum ſententia, efficiens & finalis. Coocauſę aũt, ſeu cauſę adiutrices, ſunt forma & materia, & vt in ſumma dicã elementa. Plato enim cauſis quidem adijcit exemplarẽ, adiuuantibus autẽ cauſis inſtrumentariam.

Cauſæ quænam ſint

Exẽplaris & inſtrumẽtana cauſa apud Platonem

Et q̃ de ijs quidem quæ cõiter adſunt omnibus naturalibus ſit ſcopus & inſtitutum operis, ſtatim quidem apertè oſtendit procemium, dicens eſſe oeceſſarium naturę contemplatori ea definire quę ad principia pertinent: oſtendit autẽ etiam in initio tertij libri, dicens. Clarum eſt ergo quòd, & ppter hæc, & quòd hæc ſunt omnium cõia & vniuerſa, de vnoquoq; horũ prius tractare & conſiderare oporteat. de proprijs eoim contemplatio eſt poſterior ea quæ eſt de cõibus. Quoniam autẽ naturam, quæ eſt proxi-

me ac cōtinenter efficiens causa naturalium, ostendetur esse principium motus, & quicquid est corpus naturale, motus in se habet principium: naturæ scrutatori, de motu dicere necesse est. Quoniam aūt quod mouetur, tempus per motum metitur: & quod est corpus, est in loco, de tempore & de loco docendum est. Quoniam verò & corpus & locus & tēpus & motus sunt continua: de continuo quoq; tractare necesse est. Atq; hæc quidem cōsequuntur principia naturalia: incidunt autē etiam q̄ōnes de infinito & inani: de infinito quidē, q̄m necesse est & corpora naturalia & motū & locum & tempus, cùm sine continua & dimensionē recipiant, posse in infinitū diuidi, & vel esse infinita, vel finita, vel alicubi quidē habere quod est infinitū, alicubi verò quod est finitū. Quoniam aūt nonnulli existimarunt locū esse inane aliquod spatiū corpore priuatū, meritò in tractationē de loco incidit de inani disputatio: & ēt propterea q̄ nonnulli naturæ indagatores, ijq; non vulgaris auctoritatis & existimationis, inane quoq; pro principio statuerunt. Est ergo naturalis auscultationis scopus de ijs tractare quæ adsunt cōiter oībus naturalibus, vel adesse quidem videnť, non autem adsunt. Et deinceps quidem manifesta est cā inscriptionis. Cùm enim de ijs quę cōiter adsunt oībus naturalib⁹, quatenus sunt naturalia, doceat, eōe iure nomen retulit dum inscripta est naturalis: Auscultatio aūt, vt quæ tam accuratè & exactè tractata sit & expolita, vt ad audiendum præposita sit alijs. Adrastus autem in libro qui inscriptus est de ordine scriptorū Aristotelis, refert à nonnullis quidem inscriptum esse opus de principijs: ab alijs verò, naturalis auscultationis: aliquos aūt rursus primos quidē dicit inscribere de principijs, reliquos autē tres, de motu. ita autem videtur etiā Aristoteles eorū multis in locis meminisse. Vtilis est aūt naturę consideratio non solum in ijs quæ ad vitā pertinent, vt quæ arti medicinæ & mechanicę principia præbeat, & alijs artibus opem ferat: vnaquęq; enim earū illa opus habet, vt naturā et quę sunt fm naturam differētias materiæ sibi subiectæ consideret: neq; q̄ formā aīę quæ est in nobis, quæ est eiusdem ordinis, ad rerum naturaliū cognitionem perficiat: quēadmodū Theologia id quod est intelligens & summum: sed etiam q̄ plurimum conferat ad alias animę perfectiones, actiuas eni virtutes adiuuat. Iustitiam quidē, quatenus ostendit & elementa, & vniuersi partes sibi inuicem cedere, & suum ordinē diligere, & ęqualitatē Geometricam seruate: & hac de cā abducit ab auaritia et ab iniusta plura habēdi cupiditate. Temperantiā verò, dum ostendit naturā voluptatis, q̄ scilicet non sit aliquod bonum præcipuum, sed tantū accessio quædā & affectatio quæ tandiu iucunda et expetēda esse videtur, donec eo, quod est pręter naturā, non admodum cōmixta & confusa fuerit. Quinetiā quod in contemplationē naturæ ponit studium, à corporeis voluptatib⁹ et ab externaꝝ rerum admiratione facilè traducit animū. per quæ moderatio & iustitia & in contrahendo fides accedit, & synceritas. Quis aūt ęquè magno & forti aīo fuerit, atq; qui ex consideratione naturæ cognouerit nostrū aīal nullā esse partem vniuersi sensilem: nec tpis vniuersi esse mensurā nostræ vitę: & q̄ quicquid gignitur, interitū id sequi necesse sit, qui est dissolutio in ea quæ sunt simplicia, & restitutio partium suis proprijs integris, & renouatio eoꝝ quæ sunt confecta senio, & confirmatio eorum quæ laborant fessaq; & exhausta sunt? Quod aūt nunc vel paucis post annis est interiturū, pro nihilo ducetur apud eū qui infinitatem temporis cognouerit. Quòd si ēt separabilem animæ excellentiā mente versans, eam cōferat cum perturbationibus & molestijs quæ procedunt ex corpore, tunc mortem perfectè amauerit. Qui aūt ita in mortem affectus est, quidnam aliud eorum quæ videntur grauia extimuerit? Hinc fit vt sit etiā effectrix prudentiæ, cùm magnā habeat aīa cognationem cum cognoscendi facultate. Magno autē & excelso animo ac mente præditos

Auscultatio naturalis cur dicatur.

Naturalis Philosophiæ vtilitas.

E efficit, dum persuadet rerum humanarū nihil magnū putare: paucisq; contentos, & ideo quæ habent nō grauatè cōmunicantes, & ab alijs accipere minimè opus habentes, liberales facit. Est aūt maximum eius bonū, q̄ & ad essentię quę est animę cognitionem, & ad separabilium, diuinarumq; formaꝝ contemplationē via est pulcherrima. quēadmodum Plato quoq; ostendit, qui à naturalibus motibus fuit incitatus ad inueniendā eam quę per se moueť essentiā, intelligentemq; ac diuinam substātiam: & in hoc ipso ēt opere Aristoteles, qui ex circularis motus æternitate, id quod est immobile, & oīs motus causa est, scrutatur. Præterea aūt diuinæ excellentiæ cultū ea vel maximè accendit, dum ex accurata eoꝝ quæ ab ipso fiunt consideratione, pulchrè ad admirationē & ad eius qui fecit magnitudinē excitat. hanc autem admirationē cōsentiens in Deum affectio fidesq; et spes cōstantes firmeq; cōsequunť. Cùm ergo adeò sit vtilis totius naturę cōsideratio, vtilissimū merito fuerit hoc opus, quod vni F uersę contēplationis naturę nos docet principia. sine quibus fieri non pōt vt naturæ contēplationis habeať scientia. vt ipse quoq; ostendit Aristoteles statim in opis principio, cùm dicit. Tunc existimamus nos vnūquodq; co- «
gnoscere, cùm primas cās nouerim⁹, & prima principia, «
& vsq; ad elementa. Quòd si etiā de operis ordine dicē «
dum est, q̄ oīa quidē præcedat quæ de natura tractāt, ex dictis quæ iā apposuimus clarū est. Post libros aūe morales qui mores nostros pficiunt: & logicos, hoc est qui cōferendi sermonis & differēdi rōnem edocent, q̄bus cōparatur iudiciū veritatis: quæ de natura tractāt opera sumēda sunt. Quòd aūt verus sit & germanus liber Aristotelis, pbare est supuacaneum, cū sit minimè cōtrouersum, & in multis operibus de quibus nulla est dubitatio, eius mentionē faciat Aristoteles, et studiosissimi eius discipuli, & oēs qui sunt eius sectę meminerint, aliqui autē eius quoq; capita & breues sūmas conscribāt. Cùm aūt bipertitò totū opus sit diuisum, Adrastus quidem dicit pri G mos quinq; libros esse de oībus principijs naturalib⁹, & ijs quæ ea cōsequunť, & cadunt in q̄ōnem. A sexto aūt libro cū de motu dicere esset aggressus: in reliquis tribus tradit naturales oīs generis de motu q̄ōnes. quocirca primos quidē quinq; solet Aristoteles uocare de principijs: qui aūt deinceps sequunť, de motu. In primo autē eoꝝ qui sunt de principijs, docet de cōcausis seu causis adiuuātibus. De materia, inquā, & forma, & priuatione quæ formæ aduersať. In secundo aūt, de cā proximè efficiente, quā dicit esse naturā: quinetiam de finali. Quoniam aūt sunt ēt quædam alia quæ videntur esse causæ efficientes, quæ hoc habent per accidens, sicut fortuna & casus, ne eorū quidem distinctionem reliquit indefinitā. Cùm aūt naturam principiū motus definijsset, & oīno naturalia per motum exprimantur: in tertio docet quidnam sit motus, & cōis, & in vnaquaq; specie. Quoniam aūt continuus est naturalis motus: quod est aūt continuū, diuidi pōt in infinitū, in tertio libro disserit de cōtinuo & infini H to. Cùm aūt ea, quæ sunt naturalia, sint corpora, & positurā habeant: loco egēt in quo erunt, & in quo mouebūtur. quāobrem de loco quoq; in quarto differit. Cùm aūt nōnulli locū inane esse spatiū existiment, & q̄dam inane in numerum principioꝝ referant, meritò de inani quoq; q̄ōnes agitat. Cùm aūt omnē motum tempus dimetiať, necesse erat vt naturę indagator etiā de tempore diligenter inquireret. & ita quartū librū conclusit. In quinto aūt discreuit motū ab alijs mutationibus: & q̄uo motus inter se opponanť, quiesq; opponatur motui, et rursus sibiipsi inter se, definijt: & quinā sit vnus motus descripsit.

Libri naturales legendi post morales & logicos.

Libri singuli quid tractent.

Sed cùm pauca adhuc adiecero, ad ipsam me dictionē conferam. Eorum enim qui ante Platonē philosophati fuere, Thales quidē, & Anaximāder, & alij eiusmodi, q̄ scilicet philosophia tunc primū post inundationē, & necessariaꝝ rerum acquisitionē, in Grēcia cœpisset, eorum q̄ natura fiunt causas quærētes, materialia & elemētaria

Aristoteles quo differat à veteribus Physicis.

principia

principia cõtemplati sunt, & nulla adhibita distinctione A prooũtiarunt, tanq̃ oĩum quæ sunt principia pronuntiarent. Xenophanes aũt Colophonius, & Parmenides eius discipulus, & Pythagorici, perfectissimam quidẽ de naturalibus, & ijs quæ sunt supra naturã, sed ænigmaticam tradidere philosophiã. Anaxagoras aũt Clazomenius mentem quidẽ constituit causam efficiẽtem, sed in tradẽdis causis ea parum vsus est, vt Socrates notauit in Phędone. Et hoc fortasse nequaq̃ est absurdũ. nam & ipse Timęus, & is cuius Plato personam induit, cũm efficientẽ, & exemplarem, & finalem eorũ quę gignunt causam prius posuissent, corporeas tñ causas tradiderũt ex figuris planis, &, vt in summa dicã, ex natura elementorum. Ceterum Plato quidem cum Pythagoreorum & Eleaticorum scita apertius protulisset: & quę sunt supra naturã laudibus pro dignitate extulit: & in naturalibus, ijsq; quæ generantur, elementaria principia discreuit ab alijs: & eiusmodi principia ipse primus uocauit elemẽta, sicut refert Eudemus: & causam efficientẽ & finalem & B prętèrea exemplarem discreuit, ipse ideas cõtemplatus. Etenim materiam ĩjsdem vtens cogitatis postea inuenit Aristoteles, & formã similiter: & efficientẽ causam diuinam mentẽ statuit: finalemq; eius bonitatem, per quam quicquid est sensile, exẽplari quod in mẽte versatur assimilauit. Porrò aũt inter Aristotelem & eos qui Platonem præcesseruot Physicos hæc est differentia, q̃ is non solũ efficientem cãm constituerit, sed ẽt causas materiales instar principij magis considerauerit. Cũm illi enim vel similares partes, vel vnũ aliquod ex quatuor elementis, vel plura, vel oĩa posuerint, vel vsq; ad atomos, hoc est isectilia corpora deuenerint, ipse & similares partes, & quatuor elemeota dissoluit: & ipsam naturã corporeã in formã & materiam resoluit. sicut ante ipsum Plato, & ante Platonem Timęus Pythagoricus: qui proxima quidem, quatuor elementa fecerunt: ante illa autem, planas superficies: principia aũt prima elementaria, materiam & formam. Simul aũt à Platone, & ab ijs oĩbus qui Platonem prgcesserunt, in hoc differt Aristoteles, q̃ cũm de C rebus naturalibus, vel tanq̃ de omnibus quæ sunt differant, vt nonulli ante Platonẽ: vel tanquã de mundo & eius partibus in ijs quæ de mundo tractant, quæ hic quęruntur moueant, vt & ipse Plato, & ante eum aliqui Aristoteles discreuit quænam habeant ordinẽ naturalia in ijs quæ sunt: & perinde ac si ne mundus quidem esset, docet de ipso per se naturali corpore. Iam verò in elemẽtis quoq; priuationẽ, vt quæ sit aliud quippiã à materia, ipse ostendit, cũm Plato vel materiæ vel in materia priuationem esse definierit. Porrò autẽ efficientem causam cum alij quidẽ prætermitterent, Anaxagoras aũt & Plato (idem est aũt si dicas Pythagorici) mentẽ diuinam statuerent, ipse quærens cõtinentem ac proximam eorum quæ natura gignuntur efficientẽ causam, dicit esse naturam, quã Plato posuit in instrumentaria. quæ ab alio quidem mouetur, mouet autẽ alia. Nec tñ in natura mansit D Aristoteles, tanq̃ in prima vel quæ sit propriè efficiens. sed ipse quoq; ascendit ad id quod est immobile, & causa motrix omniũ: & in fine huius operis oĩa quę mouentur ab ipso pendere statuit. Quinetiam forma ipsa naturalis huius viri tractationis, differt quidem ab antiquioribus, q̃ id quod erat illorum ęnigmaticum, mutatũ effecerit apertius & exactiores adiecerit demonstrationes. A Platone autem, q̃ ipse ponat imbecilliores demõstrationum necessitates & principia, cũm & à sensu & ab ijs quæ se ad manũ offerunt opinionibus studeat accipere. Ab oĩbus autem simul, q̃ oẽs naturalis contemplationis partes, vel vsq; ad ea quæ sunt maximè singularia persequatur. Cũm autem eius scripta bipertito diuisa sint, & in externa, cuiusmodi sunt historica, & Dialogica, & quæ in summa, illius accuratę & exactę perfectionis minimè curã gerunt: & in auscultatoria, ex quibus est hoc opus: in auscultatorijs de industria studuit esse obscurus,

Aristoteles in quo differat à Platone.

Efficiẽtem cãm in materialib⁹ posuit Anaxagoras.

Naturã dicit Plato cãm instrumentariã.

Efficiẽtem cãm ponit Aristoteles id quod primo mouet

Diuisio operum Aristotelis.

ea ratione arcens socordiores, vt quod ad illos attinet ne scripta quidẽ esse videaotur. Itaq; cum Alexander superatis Persis hæc ad eum scripsisset. Alexãder Aristoteli salutem. Non rectè fecisti qui acroamaticos sermones edideris. quanam enim in re amplius alijs præcellemus, si per quos docti sumus sermones, ij cões omnium futuri sunt. ego autẽ mallem rerum optimarũ peritia excellere quã copijs: ipse hęc rescripsit. Aristoteles Regi Alexãdro salutẽ. Scripsisti ad me de auscultatorijs sermonibus, existimans oportere eos seruare in arcanis. Scias ergo eos editos, & nõ editos. Alijs enim solis intelligi poterunt qui nos audiuerunt. Vale. Plutarchus aũt Cheroneus in vita Alexaodri dicit hæc scripta esse de editione operis, quod inscribitur Meta ta Physica.

Alexander ad Aristotelem epl̃a.

CAPVT I.

QVoniam nosse & scire euenit in oĩbus quæ certa via & ratione traduntur disciplinis, quarum sunt principia vel causæ vel elementa ex eo q̃ ea cognoscamus: Tunc enim nos existimamus vnũquodq; cognoscere, quãdo primas causas cognouerimus, & prima principia, & vsq; ad elementa: manifestũ est q̃ etiã eius quæ est de natura scientiæ tentandũ sit primũ definire ea quæ ad principia ptinent.

TEXTVS secundum Auer. I.

Procemium operis scopum ac institutũ statim aperit, q̃ sit scilicet de principijs naturalibus. TENTANDVM est enim, inquit, primũ definire ea quæ ad naturalia principia pertinent. } Porrò aũt apertè vsum ostẽdit necessarium eorũ quæ sunt dicẽda de principijs, quodãmodo sic rõcinatus. Quę naturalia sunt, habẽt principia. Quę aũt habent principia, ea scire euenit ex eo q̃ principia ipsorũ cognoscamus. Ei ergo qui est naturalem habiturus scientiam, necessaria est naturalium principiorum cognitio.

EXPLANATIO I.

C Cęterum q̃ sunt naturaliũ quidẽ rerum priocipia, ostẽdet quicquid deinceps dicendũ est, nec eget nunc demõstratione. qua de causa ipse hãc ꝓpositionẽ, vt puto, prętermisit. Theophrastus aũt in principio suorum naturalium eam quoq; demõstrauit, dicens. Quòd naturalium quidẽ rerum sint principia, clarum est ex eo q̃ naturalia quidem corpora sint cõposita: quicquid aũt est compositum, habeat principia ex quibus cõponit. quicquid enĩ est natura, vel est corp⁹, vel habet corpus. sunt aũt ambo composita Porphyrius aũt ne naturalis quidẽ Philosophi dicit esse quęrere. An naturalium rerum sint principia, sed eius qui ad primã philosophiam ascẽderit. Naturalis enim Philosophus tanquã datis ac concessis vtitur.

Principia esse rerũ naturaliũ probat Theophrastus.

Prętèrea aũt, dixerit potius quispiã, esse eius qui ad primam philosophiam ascẽderit quęrere quęnã sint principia. Neq; eoim Geometra vel Medicus sua ꝓbat principia, sed ijs vt quę sint & quę eiusmodi sint vtitur. Qui fit ergo q̃ oẽs ferè naturales quærunt principia rerum natu- D ralium? Nunquid q̃ naturalia quidem sunt cõposita, & principia habent, & hæc principia demonstrare est Philosophi naturalis: quẽadmodum Medici, q̃ humanũ corpus cõstet ex quatuor elementis: & Grãmatici, q̃ ex vigintiquatuor elementis cõsistat oratio. Quam vim autẽ habeat vnũquodq; elementũ, est eius q̃ ad primã philosophiam ascendit. in literis quidẽ, Musici: in corpore aũt humano, rõnis naturalis: in oaturalibus autẽ priocipijs, primi Philosophi. Quamobrẽ Aristoteles quoq; cum ꝓbasset materiam & formã naturalium esse rerum principia, dicit materiã quidem cognosci ex ꝓportione, licet primus Philosophus eam etiam mõstret ex causis. De principio autem, inquit, quod est per formam, vtrum vnum sit an multa, & q̃ vel quænã sint, primæ est philosophię accuratè definire. quocirca in illud tẽpus reijciat.

Principiorum vim cõsiderat primus Ph̃s.

Quòd aũt quę habent principia ea tunc scire euenit, q̃n fuerint cognita eorũ principia, posuit q̃dẽ tanq̃ ꝓnuntia-

tum. Qua de cā copulatūm quę dicitur cōiunctione vsus est. per quam quod præcedit tanquā quod sit in confesso sumitur. Si enī scientia est cognitio quę habeī per demōstrationē: Demonstratio aūt est syllogismus: is aūt est ex principijs: scientia scilicet est cognitio ex principijs. Cæterum hoc ipsum quoq; lenijt inductione & cōi opinione. TVNC enim, inquit, existimamus nos vnūquodq; cognoscere qñ primas cās cognouerimus, & prima principia, & vsq; ad elemēta.} Sed neq; subiunxit cōclusionē, quæ est. Naturalia ergo scire euenit ex eo φ ipsorū principia cognoscamus: sed id quod sequiē cōclusionē. Oportet enī, inquit, eius quæ est de natura scientiæ primū definire ea quæ ad principia pertinent, conclusionē quoq; in eo cōprehendens. Eudemus aūt in principio naturaliū altius deduxit orationē: & cūm ostēdisset φ ad actiones quidē est vtilius cognoscere singularia, ad contēplationē

» verò cōia. In scientijs, inquit, maxime cōe videē quod
» agit de principijs. sunt.n. quædā in vnaquaq;. Cūm hæc
» aūt ita habeant, necesse est ei qui tractat de natura, prin-
» cipia primū considerare.

Et eorum quidem quę dicuuē hęc est vniuersa sententia. Est aūt operę pretiū quęrere, quid sit principiū, quid cā, & quid elementū. Etenim Alexander hæc quidē à se inuicē differre dicit, φ principium quidē propriè dicaē id quod est efficiens, vnde est principiū motus. Causa aūt, id cuius gratia, & forma: in

Principiū quid sit. Cā quid sit

Elemētum quid sit.

ijs enim quæ sunt natura, ea est cuius fit gratia. Elementum aūt, quod inest tanq; materia. Videtur aūt Alexander sequi Eudemū, qui dicit φ cum cā quatuor modis dicatur, elementū quidem dicii in materia. inesse enī videntur elementa, quēadmodū in sermone literæ. ita ēt ęs dicitur esse cā diuturnitatis operū. Causa aūt dicitur ēt vnde est motus. dicimus aūt eam esse principiū. vnde contentio, principiū maledicti. Principium itaq; & elemētum sic dicunt esse cās. Id aūt quod est cuius gratia, rationem elementi nō admittit. neq;.n. inest in eo cuius ipm cā est, tanq; in ambulādo sanitas. nec videtur esse sanitas principium ambulādi, sed cā potius. Id aūt cuius gratia, & forma, videntur esse magna propinquitate cōiuncta. quocirca id cuius gratia, causæ est admodum assimile.

Talia quidem sunt quæ dicunē ab Eudemo. Mirum est aūt si forma nō inest in eo cuius cā est: nisi vtiq; formam dicunt id quod est vniuersum ac generale. Porphyrius verò vno quidē modo dicit principium, vnde fit primus motus. talis est aūt is à quo. vt vię id quod primū est. ita etiam nauis quidē, carina: domus verò, fundamentum: huic aūt significato finis opponitur: Alio aūt modo vt id ex quo. sicut natura naturalium, & ars eorum quæ arte fiunt: Iam verò principiū quoq; est id cuius gratia, vt victoria certaminis: Alio aūt modo dicitur principium, id ex quo cūm in sit primum fit aliquid. quemadmodū domus, lapides, & ligna, sunt principiū vt materia: Porrò aūt principiū quoq; est forma ac figura, &, vt semel vniuersè dicā, species. Cæterum Aristoteles quidē solam formā contemplatus quę est in materia, eam dixit principium. Plato aūt cum præter eam, separabilem quoq; formam mente cōprehendisset, exēplare principium pduxit. Ex Aristotelis itaq; sententia quatuor modis diciē principiū. vel enim id ex quo, vt materia. vel id p quod, vt forma. vel id à quo, vt quod efficit. vel id ppter quid, vt finis. Ex sentētia autem Platonis, est etiā id ad quod, vt exēplar. & id per quod, vt quod est instrumētarium. Quot aūt modis dicitur principiū, tot etiam cā dicitur. & subiecto quidē ambo idem sunt, cōsideratione autem differunt. Principium enim, inquit Porphyrius, cōsideratur quatenus præcedit. Causa autē quatenus facit aliquid, & efficit id quod ipsam consequitur: cūm sit & causa potestate inchoans, & principiū potestate perficiens, qua de causa consideratio principij causę consideratione prior est. Cūm tot aūt modis dicantur principia & causę, non sunt oīa in omnibus: sed sunt alia quidē principia

Principia gñationis.

generationis, vt materia & forma, vel id quod fecit &

E paritur, vel aliquod vnum ex elementis, vel vnūquodq; naturalium quæ considerauerunt: Alia autem sunt principia cognitionis, quæ medio carent & demonstrari nequeunt propositiones: & alia quidē principia substātiæ, quēadmodum finitum & infinitum dicebant Pythagorei, vel par & impar. Principia autem actionis, vel quod agit, vel finis.

Principia cognitiōis. Principia substantię.

His à nobis narratis, ad Alexandrū quidem, & ante eum ad Eudemum dicēdum est. φ id cuius gratia, cūm sit finis, omnino etiam fuerit principium, & magis proprium principium q; id quod est efficiens: & maximè ex ipsorum sententia qui id quod est immobile & prima causa finem esse dicunt omniū, non aūt causam efficiētem. quod etiā fatebuntur esse oīum principium, siquidem id esse dicunt oīum longè primum. Quomodo autē elementum solū dicunt materiam, si ex materia & forma cōstare existimant id quod est cōpositum? & si enim forma sit finalis, magis tñ est elemētaris. Ad Porphyrium aūt, quòd primum quidē ex ijs quæ ipse distin-

Finalis causa magis ppriū principiū quā cā efficiens.

F xit, non ex æquo dicitur causa & principiū, sed quicquid quidē causa est, id etiā principium, Rei aūt principium, vt vię, vel actus, nequaq; dicatur esse causa: Secundo autem, φ principiū non consideratur ante causam, siquidē necesse est vt causa præcedat effectum: Principium autē siue sumatur vt pars præcedens, siue vt elementum, est vnà cum eo quod efficitur. Nunquid ergo Aristoteles cūm principium tanq; cōe cepisset, diuisit ipsum & in eas quæ sunt propriè causas, cuiusmodi est efficiens & finalis, & in eas quæ à nōnullis dicuntur concausæ seu adiuuantes causæ, cuiusmodi sunt elemēta? Quocirca progrediēs, QVANDO causas, inquit, primas cognouerimus, & prima principia.} Quoniam quæ dicuntur causę primò & propriè, eę sunt primò & propriè principia. Et etiam VSQVE ad elemēta} dicit. hoc est, vsq; ad causas & principia quæ dicunē vltima. QVARVM ergo, inquit sunt principia, vel vt causę, vel vt elementa.} Fieri autē potest vt dixerit primas causas et prima principia, quòd

G sunt alię quidē in singulis propinque ac continentes cāę, alię verò primę. & qui propinquas quidē nouit, primas aūt ignorat, ne propinquas quidē nouit propriè, siquidē ignorat primas, & quæ sunt illarum cāę. Tunc ergo vt sciamus euenit, qñ oīa principia & oēs causas cognouerimus, & primas & propinquas, quæ quidē sunt elemēta.

Quoniam aūt primorum principiorum alia quidē sunt vniuscuiusq; ppria, vt Geometriæ definitiones & pnunciata, alia verò oīum cōia, Alexander dicit eum qui sciētia præditus futurus est debere nosse hęc cōia, hoc loquēs Platonicè. Plato enim nō vult eas ppriè appellari scientias, quæ cōcludunt aliquid ex positione. Atqui nunc videtur Aristoteles de principijs indagationis naturæ hoc dicere, TENTANDVM est primū definire ea quę ad principia pertinent. Quæ quidē definit in hoc pposito opere, non aūt cōia, quæ sunt primo philosopho proposita.

Principia ppriē vniuscuiusq; sciētiæ.

Principia cōia oīum scientiarū.

Nosse aūt & scire nō dicta sunt ἐκ παραλλήλου, vt notauit Alexander, dicens. Quę dicunē ἐκ παραλλήλου, nul-

Scire & nosse esse idē. ἐκ παραλλήλου. i. ex cōgeminatione cū duo verba idē significantia ponūtur vnū post alterū.

H lam habent differentiā in rei qualitate, & ideo vnū ex ijs quæ sunt eiusmodi, idē valet quod oīa. Nosse aūt & scire non eandē vim habēt quàm scire solum. Nosse enim dicimur quæ cognoscimus per sensum, & opinionē, & p propositiones quæ nullū habēt medium. quorū nihil scimus per demonstrationē, idem est autē ac si dicas, ex scientia. Atq; hæc quidē rectè dixit. quō autē ambo hic accepta sunt non adiecit. Videtur aūt cognitionem vt quę sit genus præposuisse scientiæ: perinde ac si diceret, Nosse ex sciētia. Perinde est aūt ac si dicas, quid aliqui dicit, & ita dicit vt enuntiet: vel verum dicit, vel falsum. etenim oratio genus est enuntiationis. quēadmodum cognitio (idē est aūt si dicas notitia) genus est sciētię. Quòd aūt cognitionē de sensu quoq; dici agnouerit, ostēdit proœmium operis quod inscribiē Meta ta Physica, hoc est, post naturalia. Omnes homines nosse natura appetunt. id indicat «
aūt amor sensuū. «

Cognitio dicitur etiā de sensu.

Num aūt Aristoteles cum cognitionē

nunc

nunc propriè accepisset, illam eò deduxit vt idem esset quod scientia. Etenim Plato dicit Mathematicos non nosse sua principia. nosse autẽ scilicet ex scientia, nempe ꝙ ea sit propriè cognitio quæ est ex scientia. Cui enim, inquit, est principiũ id quod non nouit: media autẽ & finis ex ijs quæ nõ nouit: quõ fieri potest vt norit eam quã vocat scientiã? Iam verò opinionem quoq; apertè dicit esse aliam à cognitione, quãdo dicit. Quid igitur si is nobis sit molestus quẽ dicimus opinari, nõ cognoscere. Et similiter secernit id quod potest opinione apprehẽdi ab eo quod potest cognosci dicens. Pręterea aũt fatendum est si quid eiusmodi apparuerit, id opinabile dicendum esse, non autem tale vt possit cognosci. Porrò autẽ clarum est etiam Aristotelem, cognitionẽ (idem est autẽ ac si dicas notitiã) non cõmunem accepisse, sed eam quę est ex scientia, ex ijs quæ subiũgit TVNC enim, inquit, existimamus nos vnumquodq; nosse quãdo primas causas cognouerimus, & prima principia.} Vt qui dicat cognitionem quæ est ex principijs, quæ quidem est ex sciẽtia.

Mathematicos non nosse principia.

Opinio alia à cognitione.

Opinari & scire differunt.

Quòd aũt aliud sit opinari & aliud scire, ostendit Socrates in Thęteto, ex eo ꝙ opinio quidem sit vera & falsa, scientia autem solùm vera. Et Alexãder nunc eadẽ vsus est demonstratione. Sed quomodo cùm dixit. NOSSE & scire euenit in omnibus quæ certa via & ratione tradũtur disciplinæ} subiunxit. QVORVM sunt principia vel causæ vel elementa.} An hoc adiecit vt quod sit proprium omnium cognitionũ quæ sunt ex scientia. Scientia enim, cùm sit syllogismus demonstratiuus, est omnino ex principijs propositionũ, quæ nulla habent media. Sed si ita est, quoniam propositiones, quæ nulla habent media, citra vllam scimus demõstrationem, ne in infinitum procedamus, rerum quoq; naturaliũ principia sciemus absq; vlla demõstratione: atqui per syllogismos demonstratiuos ea tradere conabitur. Dicit ergo Alexander. Quoniam principiũ differt & elementum, elementum enim est materia, nõ omnes autem habent materiã, vt scientiæ Mathematicę: id quod dicitur significauerit, ꝙ cùm omnes quidem scientiæ horum aliquid habeant, non omnes aũt omnia, sed hæ quidẽ & principia & causas & elemẽta, nonnullæ aũt minimè, quæcunq; nõ sunt de ijs quæ generantur, nec id quod sunt habent in materia: in quibus non est illud Cuius gratia, cuiusmodi videtur etiã esse Geometria. neq; enim est principium in ijs quæ non generãtur, nec materia in ijs quæ sunt expertia materiæ. Hæc cùm his verbis dicat Alexander, aduertendum est quõ materia quidem est elementum, & quæ sunt materialia, sola ex elementis. etenim orationis elementa dicimus. & scriptum est à Philosophis de elementis orationis. Atqui si elementum est id, ex quo primo cùm insit, fit aliquid, & in quod extremum resoluitur, fit aũt quod est compositum ex materia & forma, forma quoq; scilicet est elemẽtum eius quod est compositum.

Formã etiã esse elemẽtũ, nõ solã materiam.

Mathematicas scientias habere materiam.

Quomodo aũt non habent materiam mathematicę, numeros, & spatia, & sonos, quorum species considerant?

Pręterea aũt magis est aduertendum, quemadmodum in Geometria non est id cuius gratia. ipsa enim per se assumpta est propter eã quam vitæ affert vtilitatẽ, vt quæ Mechanicæ principia suppeditet. quinetiam plurimum confert ad Astronomiam vt assuescamus naturæ incorporeę. Sin autem quoniã in cognitione non aũt in actione versatur, ideo nullum habet finẽ, scopo quoq; carebit naturæ peruestigatio, & vniuersa quæ in cõtemplatione philosophia. cuius finis est ad primũ bonum ascensus, & animum, quoad eius fieri potest, Deum ex hõe facere. vt ipse tradit Aristoteles in. xx. Moralium ad Nicomachum. Potest, inquit Alexãder, scientiam cõius nunc dicere ipsam quoq; principiorũ agnitionem, quorũ non sunt principia, & ab illa eam distinguere scientiã quæ est ex principijs. Quòd autẽ non cõmunius dicta sit scientia, indicat ꝙ et quod est, Nosse, subiungat scire. Potest etiam tanq; proprium omniũ cognitionum quæ sunt ex

Mathematicas habere finalem causam.

A sciẽtia hoc dictum esse. QVORVM sunt principia vel causę vel elementa.} Scientia enim cùm sit syllogismus demõstratiuus, est. oĩno ex principijs propositionũ quæ nulla habent media. Sed si ita est, qm̃ propositiones quæ carẽt medijs scimus absq; vlla demonstratione, ne pcedamus in infinitum: naturaliũ quoq; principia cognoscemus citra vllam demonstrationẽ: atqui per syllogismos demonstratiuos ea tradere conabitur. Num ergo ipse est attendendus Aristoteles, qui accuratè dixit cognitionem quę est ex scientia, euenire non in oĩbus rebus, neq; in oĩbus cognitionibus, sed in oĩbus quæ certa via & ratione traduntur disciplinis, quas Methodos appellant. Si enim Methodus est, vt ait Alexander, omnis cõtemplatiuus habitus eorum quæ sibi subiecta sunt, cum rõne, hoc est cum causa (idem est aũt ac si dicas, qui cum via quadã rectè ordinata fit progressus ad id quod potest cognosci) non fuerit videlicet Methodus cognitio principij, sed ea quæ est ex scientia, quæ fit ex principijs & causis eius

Cognitio ex scientia ĩ quibusnã disciplinis eueniat.

Methodus quid sit.

B quod põt cognosci. Quæ ergo cognosci possunt, eorũq; sunt principia vel vt causæ vel vt elementa, quemadmodum naturalia: ea scire euenit ex eo quod principia ipsorum cognoscamus. Scientia enim est cognitio quæ habetur ex principijs.

Naturaliter autem via existit, ex ijs quæ nobis notiora sunt & aptiora, ad ea quæ sunt apertiora & notiora naturæ. non enim eadem sunt & nobis nota & absolute. Quocirca necesse est eodem modo progredi ab ijs quidem quę sunt obscuriora naturæ, nobis autem apertiora, ad ea quæ sunt apertiora naturę & notiora. II Sunt autem nobis primum clara & aperta quæ sunt magis confusa. postea autem nota ex ijs fiunt principia, & ea elementa diuidunt. III Quamobrem ab ijs quę sunt vniuersa ad singularia oportet procedere. IIII totum enim quod ad sensum attinet est notius. quod est autem vniuersum, est totum quid. multa enim cõprehendit tanquam partes id quod est vniuersum. Hoc ipsum etiã V nominibus quodammodo accidit, si conferantur cum definitione. aliquid enim totum & indefinitè significant. quemadmodum circulus. eius autem definitio diuidit in singularia. Porrò autem puelli quoq; primum quidem omnes homines patres appellant, & matres mulieres: postea autem vtrunq; eorum discernunt.

II Postquam ostendit necesse esse vt qui sit rerum naturalium scientiam assecuturus, rerum naturalium principia consideret, transiens deinceps ad tradendam doctrinam, de principijs, primò eius modũ definit. etenim quę D ritur an de principijs omnino aliquid disci possit. Si omnis enim doctrina & omnis disciplina, quæ mentis agitatione percipitur, habetur ex principijs. principiorum autem nõ possunt accipi principia, dubia fuerit disciplina. ipse ergo nobis exponit quanam ratione cognoscantur principia. Est autem paulo altius incipiendum. Quandoquidem quidquid cognoscitur, vel per se fidem facit, & est principiũ cognitionis ex eo ꝙ sit in confesso, quod habent definitiones, & propositiones quæ vocantur ἄμεσοι, hoc est, expertes medij: vel cognoscitũ ex aliqua quæ præcedit cognitione definitionum & propositionũ medij expertium, vt se habẽt omnia quæ cognoscuntur per syllogismum & demonstrationẽ. quòd naturalium quidem certè rerum quæ sunt compositæ principia per se fidem non faciãt, manifestum est ex diuersa eorum qui de natura differunt tractatione, eum alij alia ponant principia, vt discemus. Cùm sint autem demonstratiua, ea per

Principia quõ possint cognosci.

aliqua notiora demonstrare necesse est. omnis enim doctrina, & omnis disciplina, quæ in mentis agitatione versatur, hoc est, quæ neq; sensu neq; sola mentis applicatione paratur, sed est ratiocinatiua & demonstratiua, ex cognitione quæ præcedit efficitur, quemadmodum didicimus in posterioribus analyticis. Quæ autem sunt notiora: vel assumuntur vt principia & causæ eorum quæ demonstrantur, quod euenit in ĩs quæ proprie sunt demonstrationibus, fiunt enim ex rei principĩs & causis, vt cùm bonum esse mundum ratiocinamur ex eo quòd bonus sit opifex, vel immortalem esse animam ex eo ꝙ per se moueatur: vel vt quæ necessario sint consequentia ĩs quæ ostenduntur, & ideo ea quoq; simul inferant, assumuntur ea quæ sunt notiora. vt cùm Deum bonum ostendimus, ex eo ꝙ pulcher sit mundus, & ordine præditus, cùm hoc, quod ad sensum quidem attinet, sit nobis promptius: & animã esse per se mobilem, ex eo quod intrinsecus moueantur animata corpora. Est autem hic syllogismi modus magis coniecturalis, non autẽ demonstratiuus. & quæ assumuntur ad fidem hoc modo faciendam, non sunt principia rei quæ demonstratur. eã enim magis sequuntur quã præcedunt. sed sunt principia eiusmodi demonstrationis, ꝙ notiora sint & apertiora, & ex his fides fit eius quod demonstratur. Necesse est ergo rerum quoq; naturaliũ principia, quæ tanq̃ causę dicuntur principia, oĩno quidem demonstrari ex quibusdã notioribus, sed quæ etiam quãdoq; principiorum formam naturæ magis referant, & causarum rationem habeant: quod quidem ad naturæ indagatorẽ non pertinet. suorũ enim principiorũ nosse causas, eius modum superat. sed est primæ quæ ea transcendit philosophiæ. ipsa enim demonstrat aliorum principia, quæ sumũtur vt causæ, ipsa ita vtens principĩs vt ea per se fidem faciant. Possumus etiam quodãmodo ex ĩs quoq; quæ principia consequũtur, & ex ĩs cõponuntur, non tanq̃ ex causis, sed tanquã ex notioribus, de principĩs naturaliũ rerum ratiocinari, non ea scientes, sed tantũ cognoscentes. & ideo nõ dixit, Ex scientia nosse principia, sed. IPSA cognoscere} propterea ꝙ eorum cognitio est ex ĩs quæ cõsequuntur. Ea autẽ quæ principiorum formam magis referunt, & sunt magis elementaria, illa consequuntur quæ ex eis cõponuntur, & partes tota. Quæ sunt aũt composita & confusa, sunt nobis notiora ĩs, quæ ea cõponunt & sunt simplicia. quandoquidẽ sensu quidem ea quæ sunt cõposita cognoscimus, promptiorẽ hanc multi habentes cognitionem. Quæ sunt aũt simplicia, natura mente comprehenduntur. Vnum quodq; enim aĩal & vnamquanq; plantã promptè cognoscimus, ꝙ hoc sit homo, & hoc equus, & hoc ficus arbor, vel vitis. Quòd aũt hæc sint cõposita ex quatuor elementis, id scire non est cuiusuis. & quõ se habẽtia elementa efficiant aĩal & hoc animal: & quomodo plantam & hanc plãtam, fuerit eorum qui ad summũ philosophiæ fastigium processere. Ita etiã quæ sunt cõmunia & vniuersa, cùm ad totum magis accedentem & apertiorẽ cognitionem habeãt, sunt nobis magis nota q̃ singularia. Quod enim aliquo interiecto interuallo accedit, facilius est dignoscere ꝙ animal, quàm ꝙ homo: & quòd homo, quàm ꝙ Socrates. Quod autem est vniuersum, habet cum toto similitudinẽ, quòd multorum quæ ipsum cõponunt habet in seipso confusam distinctionẽ, sicut in toto partes. est enim in animali indefinita animalis formarum differentia. Quod est itaq; vniuersum, notius est nobis vt cõpositum & cõfusum, & vt quod, si ad nos referatur, sit primum cognitione, quẽadmodum hoc quoq; est naturæ posterius, siquidem ipsum postea gignunt singularia. naturæ enim apertiora sunt & notiora quæ sunt simpliciora, vt quæ sint syncera & immixta. Qua de causa scientia Dialectica consueuit vnumquodq; considerare quidnam sit, in formis simplicibus philosophans, vt quæ cum eorum quæ sunt natura cõcurrat, cui conuenienter notiora sunt & manifestiora quæ sunt simpliciora ĩs quæ sunt magis cõposita: & quæ sunt pura ac syncera, ĩs quæ sunt cõmixta ac confusa. Quòd aũt nobis sit notius quod est indefinitũ & confusum, cuiusmodi videtur totũ, probat, vnumquodq; quidẽ nomen tanquã totum quid accipiens: nominis aũt definitionem, vt quæ partium & elementorũ nominis tradat explicationem. clarum est enim ꝙ circuli ex noĩe cognitio vel multis prompta sit & facilis. Circuli aũt definitio, ꝙ sit figura plana, ab vna linea contenta, ad quã ab vno signo oẽs lineæ incidentes in circuli circumferentiam, sunt inter se æquales, hæc definitio non est vtiq; expedita oĩbus, singula quæ sunt circuli tradens, & partes eius & elementa persequens. Cæterum hoc quidẽ exemplum rectè cõuenit cõposito & toti. contractæ enim & tanq̃ in vna summa cum nomine cõfusæ sunt, oẽs quæ sunt in definitione partes & elemẽta. sed non vtiq; cum vniuerso vllam habet similitudinem. Quod est enim vniuersum, quadrat vnicuiq; eorum quæ ipsum cõplent. animal enim est & homo & equus. Nomen autẽ conuenit quidẽ oĩbus quæ simul sumuntur in definitione, sed non etiam vnicuiq;. Neq; eñi figura est circulus: neq; quod sub vna linea continetur: neq; aliquod aliud vnum vel plura eorũ quę assumuntur in definitione, præterq̃ oĩa simul. qua de causa secundum subiunxit exẽplum, quod consideratur in incremento ætatis. infantes enim qui crassam & cõfusam adhuc habent cognitionem, oẽs viros appellant patres, & mulieres matres. procedente autem tẽpe crassum illud & quod veluti totũ refert, explicant, & ad id quod est proprium singulare deducunt. & ita exactã & perfectam eorũ qui ipsos genuerunt assumunt cognitionẽ. Quare nos quoq; dum crassam sensiliũ cognitionem confusionẽ sequentes, res discernimus, à pueris nihil differimus, qui quoslibet obuios, patres appellãt. Cùm aũt à confusis ad syncera, & à cõpositis ad simplicia & elemẽtaria ꝓcesserimus, tunc ad scientiã propius accedemus, vt qui nõ solum ea quę sensu, sed ẽt ea quę rõne cognosci possunt cognoscamus, & non solũ effecta cõposita, sed quæ ẽt cãm prębent elementa. Dicebatur aũt, inquit Alexander, posse quędã ab eo dici nunc vniuersa, ꝓnuntiata quibus ad oĩa quidẽ quæ monstrantur vtimur, ꝓpterea ꝙ sint euidentia, nullius aũt eorũ quę per ipsa ostenduntur sunt propria. cuiusmodi est illud, in quolibet esse affirmationem vel negationem. &, si ab æqualibus æqualia dempta fuerint, quæ restant, sunt ęqualia. hæc eñi eo ꝙ sint ad multa vtilia, & sunt vniuersa, & vnũquodq; continetur eorũ quę ab ipsis ostendũtur. Hic est ergo vniuersus sensus et ordo eorũ quæ prædicta sunt in procemio. In eis autẽ operę pretium est attendere, primum quidem, ꝙ ĩs quæ sunt ꝓposita cõuenit exemplũ eius quod est totum & cõpositum, non aũt eius quod est vniuersum. non.n. quod est vniuersum, cõponitur ex singularibus tanq̃ ex elemẽtis, quẽadmodum id quod est totum et qđ compositum. nullum enim elemẽtum accipit prædicationẽ eius quod est cõpositum, quemadmodum singularia eius quod est vniuersum. Secundum autẽ notatu dignum est, quòd eius quod est totum, & eius quod est vniuersum duplex est cognitio, sicut etiam nominis: vna quidem crassa & confusa, & quæ nuda eius quod cognosci potest cogitatione efficitur. quæ ea quæ fit per definitionem est cognitione crassior: Altera verò est contracta & vnita, & quę ea quæ sunt singillatim comprehendit. Ee est hæc quidem intelligentia ꝑcipiens & simplex: illa vero phantasia seu visione potius apprehẽdens, & contracta in angustum. Et quę crassa quidẽ est, est vulgo familiaris: Altera verò summis viris. Etenim quod est vniuersum, vulgus quidem intelliget ex eo quod est cõe quod est in singularibus, ex eius ablatione nudã sumentes proprietatẽ, quæ eo magis enitet, ꝙ à cõmunitate superentur differentiæ: Hi verò totam eorum quæ singillatim eius sunt comprehensionẽ, & quæ fit per omnia peruasionem, & quæ differentias contraxit communitatem, per intelligentiam contrahunt.

E

F

G

H

Cõposita sũt notiora simplicib⁹.

Vniuersa notiora sũt singularib⁹

Naturæ sũt notiora simplicia.

Definitio nomin⁹ notã q̃ nomen.

Cognitio rerũ sensiliũ per sensum assimilatur pueris.

Pronunciata vniuersa quęnã sint.

Singularia nõ sunt elementa vniuersi totum.

Cognitio vniuersi & totius ẽ duplex.

A contrahunt. Et qui hominis quidem, exempli gratia, nomen audiuit, qui ex vulgo quidē est, ad crassam visionē respiciens pronuntiat: Philosophus aūt definitionem in vna simplicitate contrahit, vt vnitam definitionis multitudinem mente verset, & simul multitudinem & vnum accipiat, quod est proprium scientiæ. Et id tacite significauit qui est in Theętero Socrates. Quę autē habetur ex definitione & ex elementis cognitio, in medio vtriusq; sita est, vt quæ in percurrente potius cogitatione, vel ēt opinione consistat. & deteriorē quidem ꝙ sit accuratior superet: meliore verò sit inferior, quòd diuisa sit & magis hiet. Ita etiam cōmunium cognitio, quæ crassa quidem est, pręcurrit explicationē seu expressionem quę fit per differentias. Quæ est aūt accurata, succedit, in cōmunitate contrahens differētias. Quando ergo Aristoteles dicit cōmunium quidem cognitionē primam quidem, quod ad nos attinet, naturæ autē posteriorem, dicit hanc crassam, quæ nuda est ac sola ex ablatione cōmunitatis, quæ quidē ne per se quidem subsistit.

Cognitio ex definitione & elementis.

B Tertium autē est attendēdum, quęnam sit rerum naturalium cognitio, ijs qui rerum naturalium principia & causas cognouerint: ea aūt inuenimus ex ijs quæ iam sunt cōposita & cōfusa. quæ quidē non licet perfectè cognoscere, nisi causę perfectè notę fuerint. clarū est ergo principiorum cognitionē esse coniecturalem, non aūt demonstratiuam. rectè autē Plato naturę cōsiderationē dixit eē εἰκοτολογίαν, hoc est verisimilium disceptationem. cui adstipulatur Aristoteles, qui vult eam quę est propriè demonstrationē esse ex principijs quæ nulla habeant media, & per se fidē faciunt, & ex ijs quæ sunt propriè causæ & priora naturę. Nec tn̄ est ideo despicienda naturę contemplatio, sed contentos esse oportet eo quod & vsus noster postulat, & vires pręstare possunt, vt etiā Theophrasto videtur.

Principiorū cognitio ē coniecturalis.

Pręter hæc aūt quę dicta sunt, quartum est dignum quod quęratur, quomodo quæ sunt cōia, quod ad nos quidem attinet, apertiora, naturę aūt obscuriora dicit Aristoteles. si sunt enim naturę obscuriora, erunt scilicet & remotiora et C naturę posteriora. atqui quæ sunt cōia quidem, simul perimunt, non aūt simul perimuntur, quod quidē dicimus illa exprimere quę sunt priora natura. Et Alexander quidē Aphrodisieus, fatetur id quod est cōmune & vniuersum esse prius natura eo, quod illi subest, quēadmodum aīal homine: eo ꝙ simul quidem perimat, non aūt simul perimatur. & modestè quidē hoc dicit Alexander. Cùm autem dixisset id quod est cōmune esse primum natura, subiungit. Nec tn̄ propriè primum, quoniam nec substantia. Et propterea quæ est per cōia alicuius cognitio, est posterior ea quę est per propria. siquidē in vnoquoq; prima sunt quę propriā naturam significant. Atqui mirretur quispiā, quomodo quod est natura primum, nō sit propriè primū. Num ergo quēadmodum eius quod est totum & quod cōpositum elementa & partes dicit natura priores Aristoteles, prima quod ad nos attinet dicens esse cōposita, vt quæ sint confusa, & sensu possint percipi: ita etiam cōia, quæ posterius sunt genita, & ex abla- D tione, accipit. quæ quidem nō propriè perimunt singularia: vtpote proprietates nudę quę sumuntur, non autem vt comprehēsiones singularium. Ac de hoc quidem si quis possit respondeat probabilius.

Cōia quomodo nobis apertiora, naturę vero obscuriora.

Quoniam autē ab ijs quæ sunt cōia & composita & nobis priora, ad rerum naturalium principia oportere nos recurrere dicit Aristoteles, operę pretium est quærere quænam sunt quidē cōia: quænam verò natura priora: quæ sunt etiam principia rerum naturalium. Alexāder itaq;, Primum quidē, inquit, ostendet esse plura principia, & nec infinita, nec vnum. Deinde ꝙ oportet etiam in eis esse contraria, & subijci aliquid contrario. A quibus cùm fiat cōia transiens, ostendet quęnam ea sint. qui illa enim nouit, nondum nouit quæ sint principia. Sed aduertendum est. Si illud enim, AN SIT vnum principiū vel plura, an contrarium habeant an non, an aliquid eis subiectum

A sit an nō } de ipsis principijs dictum est, & de ijs quę sunt ex eis cōposita, quomodo à compositis ad principia nos deducit hic modus? Dicebatur autē, inquit Alexander, quędam posse dici ab ipso vniuersa oīa, & maxima pronuntiata, de quibus prius dictum est quibus nūc vtitur. Hoc enim, NECESSE est, esse vnum principiū, vel plura, perinde est ac si dicas, vnum vel non vnum. Id aūt cadit sub id quod dicit, Affirmationē vel negationem debere de quolibet prędicari. Sed nec hęc cōia, sunt cōposita ex principijs naturalibus. quod quidem exigit præceptum Aristotelis. Cęterum hęc ipsa quoq; cōsiderarē in principijs, an vnum sit, an non vnum: oporteret aūt à cōpositis & nobis notioribus cognosci an vnū sit principium, vel plura, & an sint cōtraria an non, & quęnam ea sint. Num est ergo melius ex ijs quæ rebus naturalibꝰ euidēter & sensui apertè insunt, inuenire principia rerū naturalium, quemadmodum etiam videtur Aristoteli. quēadmodum ꝙ non sit vnum principium, ex eorū quæ B sunt differentia, vt discemus. Si est enim in ijs quæ sunt, inquit, & substantia, & quantitas, & qualitas, eaq; siue sint à se inuicē absoluta, siue non: multa sunt ea quę sunt. Quæ autem dicuntur postea discemus exactius.

Pricipia rerū naturalium inueniuntur ex ijs quæ patent sensui.

Quòd autē principia non sunt immobilia, ostenditur ex euidenti motu rerum naturalium. A NOBIS autem ponantur, inquit, ea quæ sunt natura vel oīa vel aliqua moueri. est autem clarum ex inductione.

Pricipia nō sunt immobilia.

Quòd aūt contraria sunt principia, ex Physicorum de ea re consensione: & ꝙ forma & priuatio & subiectum aliquid, ex mutatione quæ est in rebus naturalibus ostendit. Si enim mutatio fit nō ex quolibet in quodlibet, sed ex eo quod nō est musicum fit musicum, &, vt semel dicā, ex eo quod non est, sed est aptum natura: & si necesse est omnē mutationem fieri in aliquo subiecto quod maneat, sunt scilicet & contraria, vt forma & priuatio, & sunt in aliquo subiecto, quod forma caret. In summa autē, vt cōiter dicam, ex sensibus & sensilibus inuestiganda est veritas principiorum natura- C lium, parendo Theophrasto, qui de hac re quęrens, hæc scripsit in primo naturalium. Quoniam autem nō sine motu quidem nec de vno dicendum est: quæcunq; enim sunt naturalia sunt in motu, absq; aūt alterandi & patiendi facultate, non de ijs quæ circa medium versantur, ad hęc aūt & de ijs dicentes non possumus sensum prætermittere, sed ab eo incipiendo tentandum erit cōtemplari, vel ea quæ apparent per se accipiēdo, vel ex ijs, an sint aliqua magis ꝓpria & his priora principia: & pulchrius eiusmodi aliqua ratione ab ijs quæ nobis sunt notiora ad principia conscendere. Sed pergendum est ad ea quæ deinceps sequuntur.

Principia sunt contraria.

CAPVT II.

NEcesse est autem vel vnū esse principiū, vel plura: Et si vnum, vel immobile, vt dicunt Parmenides, & Melissus. VI.

Consequens quidē esset primum quærere an sint oīno D principia rerum naturaliū: & tunc quęnam sint & quot. hic enim ordo quæstionū nobis est ab ipso traditus in libris de demonstratione. Sed hoc, inquiunt, cōtemplari, nō fuisset naturalis philosophi, sed eius qui ad primā philosophiam transcendit. Naturalis enim eo tanq; dato ac concesso vtitur. Et ideo statim in principio statuens esse principia rerum naturalium. Quoniam, inquit, quorum sunt principia vel causæ vel elementa, oportet ea cognoscere eum qui est illorum sciētiam habiturus, scientiæ de natura primum tentandum est definire principia. Sed hęc quidē dicunt expositores Aristotelis. Animaduertendum est autē num & quot & quænā sint principia, & quicquid in summa dr̄ de principijs, hac rōne videat esse eius qui ad primā philosophiā transcendit. Num aūt necesse est ēt naturalē philosophum nosse esse corpora ea q̄ sunt naturalia, & oē corpus esse cōpositum, & cōpositū habere principia ea ex quibus cōponitur, quēadmodum

III. An sint principia cur nō quærat Aristoteles

demõstrauit Theophrastus. Melius est ergo fortasse dicere q non in oibus qõnibus quęritur An sit, sed in ĳs in quibus hoc ambigitur. quẽadmodum an sit vacuum, nõ aũt an sit homo. hoc enim in regulis logicis definitũ est.

Q̃one An sit qñ utendum.

Quód sint autẽ rerum naturalium principia, omnes consentiunt Philosophi naturales, sed quærunt quænam ea sint. etenim eos, qui de eo, quod est quærunt, dicunt quęrere de principio eius, quod est. Qui enim philosophabantur de principĳs, tanq̃ eorum quæ sunt quærebant principia. Et alĳ quidem indefinite, non discernentes naturalia ab ĳs quæ naturam superant: Alĳ veró discernentes quidem, sicut Pythagorici, & Xenophanes, & Parmenides, & Empedocles, & Anaxagoras, sed ppter obscuritatem non intellecti à multis.

De principĳs variæ veterũ sententiæ.

Quocirca contradicit Aristoteles tanq̃ ad id quod apparet, ĳs qui illa in superficie excipiunt opem ferens. simul autem cum hoc q sunt tot vel talia, vnà etiam ostendit esse omnino principia.

Aristoteles contradicit ad id quod apparet.

Còm ergo tanq̃ sint principia, ostẽdisset esse necessariam principiorum cognitionem, & tradidisset quanã ratione esset ad ea aggrediendum: consentaneum existimat non prius aperire quidnam sibi videatur de principĳs, priusq̃ consideraverit veterum opiniones. Et cum pronuntiatum diuidens accepisset, nempe vnũ esse principium vel plura: necesse est enim propter pronũtiatum contradictionis vnum esse vel non vnum, si autem non vnum, multa, & si vnũ, inquit, necesse est rursus ipsum vel esse immobile vel moueri: diuisionis deinceps subiũgit sectionibus eas quæ ante susceptæ ac traditæ fuerunt opiniones. Vel est enim vnum & immobile, vt videbatur dicere Parmenides & Melissus, vel vnũ: & quod mouetur, vt Physici. Sin autẽ plura, vel numero finita, aut infinita. Et si finita quidem, vel duo vel tria, vel aliquo alio numero terminata. Sin autem infinita, vel eiusdem, vel diuersorum & oppositorum generum. Cúm aũt fieri posset vt & qui vnum dicebãt diuiserint in infinitum & finitum, & qui multa, in ea quæ mouenť vel immobilia, vtriq; parti diuisionis subiunxit (inquit Alexander) quod est conuenientius. Est autem vni cõuenientius vt moueatur vel non: multi autem, finitum vel infinitum.

Sciendum autem q progrediẽs in ĳs quæ aduersus eos disserit, postq̃ contradixisset Melisso et Parmenidi, eos qui physici appellãtur aggressus, sic diuisit. Vel vnum id quod est dicunt, seu elementum. vel vnum & multa. Vnum quidem, si aliquod trium elementorum, vel id, quod intercedit. Vnum autẽ & multa, vt Anaxagoras, & Empedocles, & Democritus in his dicens inane & atomos. Aduertendum est autem aliud esse multitudine infinitum & finitum, quod ĳs conueniebat qui multa dicũt principia: aliud autem magnitudine infinitum vel finitum, quod conuenit examinare in ĳs, quæ dispũtanť aduersus Melissum & Parmenidẽ, & aduersus Anaximandrum & Anaximenem, qui vnum quidẽ posuerũt elementum, sed magnitudine infinitum.

Infinitum multitudie diuersũ ab infinito magnitudine.

Quod aũt mouet, & quod est immobile, & ĳs qui vnũ, & ĳs qui plura dicũt esse principia conuenit ad diuisionem. Eudemus itaq; Quomodocunq;, inquit, fuerint principia, vel mouẽtur, vel sunt imobilia. Sed hanc quidem diuidendi rõnem ṗtermisit Aristoteles, ppterea q non fuerit opinio quæ diceret multa esse & immobilia principia. Finitum autem & infinitum in vno, propter breuitatem prætermittere eum est cõsentaneum. In ĳs ergo quæ, vt dixi, disserit aduersus Parmenidem & Melissum, hæc examinat. Melius autẽ fortasse fuerit cùm ex perfectiori diuisione opiniones omnes comprehenderimus, ita quæ dicuntur ab Aristotele persequi. Necesse est ergo principium vel vnum esse vel non vnum: idem est autem dicere, plura. Et si vnum, vel immobile, vel quod moueť. Et si immobile, vel infinitum: vt Melissus videtur Samius dicere: vel finitum, vt videtur dicere Parmenides Eleates: non de naturali elemento ĳ dicentes, sed de eo quod vere est. Vnum aũt principium, seu vnum quod est, & vniuersum, & neq; finitum, nec infinitũ, & quod neq; mouetur nec quiescit, Xenophanem Colophoniũ Parmenidis magistrum dicit ponere Theophrastus, profitens mentionẽ huius opinionis esse alius cognitionis quàm naturalis. hoc enim vnum & vniuersum, Deum esse dicebat Xenophanes. quem vnum esse ostendit ex eo quód sit omnium optimus atque præstantissimus.

Opiniones oẽs de principĳs ex diuisione.

Xenophanes Colophoni⁹ magister Parmenidis vnum ponit principiũ, & vniuersũ, nec finitũ nec īfinitũ, Deũ intelligens.

Cúm plura enim sint, inquit, hoc similiter simul oibus adesse necesse est nempe vt dominẽtur. quod est autem omnium potentissimum & optimũ, Deus. Ingenitum autẽ ostendebat, ex eo quód oporteat id quod gignitur, gigni vel ex simili vel dissimili. Sed quod simile quidẽ est, in quibus non potest pati à simili. nihilo enim magis generare, q̃ generari cõuenit simile à simili. Sed si gignatur à dissimili, erit id quod est ex eo quod non est. Et ita ostendit ingenitum & æternũ: & neq; infinitum esse nec finitum. quandoquidem infinitum quidem est quod nõ est, vt quod neq; habeat principium, nec medium, nec finem: finem autẽ inter se inuicem sortiri quæ plura sunt. Similiter autẽ motum quoq; tollit & quietem. Immobile enim esse quod non est. neq; enim aliud ad ipsum, neq; ipsum ad aliud venire: Vno autẽ plura moueri. alterum enim mutatur in alterũ. quare qñ etiam in eodẽ statu manet dicit eum non moueri. semper aũt in eodẽ statu nihil manet quod mouetur. sed neq; transire, quandoquidem aliàs alió verteretur. Non quiete quæ motui opponitur dicit eũ manere, sed ea quæ à quiete & motu est exẽpta.

Nicolaus autem Damascenus eius meminit in suo libro de Dĳs, vt qui diceret principium infinitum & immobile. Alexander veró, tanq̃ ipsum finitum & sphæricum. Sed q neq; infinitum neq; finitum ipsum ostendit, clarum est ex ĳs, quæ ante dicta sunt. Finitum autem ipsum & sphæricum dicit, propterea quód sit vndequaq; simile. quinetiã dicit ipsum mente omnia agitare, dicẽs.

Nicola⁹ Damascenus.

Verum animo versat citra vllum cuncta laborem.

Eorum aũt qui dicunt esse vnũ principium, & quod mouetur, quos etiam propriè vocat Physicos, alĳ quidẽ dicunt ipsum finitum. Vt Thales Milesius & Hippõ, qui videť fuisse ἄθεος, hoc est, ab omni Dei cultu alienus, dicebant aquam principium: ex ĳs quæ sensui apparent ad hoc inducti. nam & calidum viuit humido, & quę moriuntur exiccantur, & rerum omnium semina sunt humida, & alimentum omne est succosum. Ex quo autẽ sunt singula, vt ex eo quoq; alantur natura insitum est. Aqua autem est humidæ naturæ principium, & omnia continet. quocirca existimabant aquam esse omnium principium, & pronũciarunt terram esse positam super aquã.

Thales & Hippon aquã dicunt principiũ.

Traditur autem Thales primus Græcis aperuisse naturę historiam, cùm multi quidem certè alĳ præcessissent, vt videtur Theophrasto, ipse autem longè cæteris antecelluisset, ita vt omnes qui eum præcesserunt obscurauerit. Dicitur autẽ nihil in scriptis reliquisse præter eam, quæ vocatur Nautica astrologia.

Thales oẽs superiores Physicos superauit.

Thaletis nautica Astrologia.

Hippasus autẽ Metapontinus, & Heraclitus Ephesius, vnũ hi quoq; & quod mouetur & quod finitum est, sed ignem fecere principium. & ea quæ sunt, ex igne constituunt constipatione & rarefactione, & in ignẽ rursus dissoluunt, tanq̃ hæc sit vna subiecta natura. ignis enim dicunt esse vicissitudinẽ. Heraclitus autem omnia facit, & ordinem quẽdam, & tempus præfinitum mundi mutationis, fatali quadam necessitate. Ipsi quoq; cum vidissent generatricem, fabricatricem, concoctricem, & per omnia procedentem, & omnia alterantem caliditatis facultatem, in hac fuerunt opinione. & ideo non posuerunt ipsum consequenter infinitum. Præterea autem si elementum quidem est id quod est minimum, ex quo fiunt alia, & in quod resoluuntur, est autem ignis omnium subtilissimus, is maximè fuerit elementum. Et hi quidem sunt qui vnũ dicunt elementum quod mouetur, & est finitum. Ex ĳs aũt qui vnum & quod mouetur & infinitum dicunt, Anaximãder quidem Praxiade filius, Milesius, qui fuit Thaletis succes-

Hippasus & Heraclitus ignẽ dicunt principiũ.

Anaximander quãdã naturã infinitam dicit principiũ.

for & discipulus, principium & elementum eorum quæ sunt dixit esse infinitum, principij primus hoc nomē inferens. Dicit autem id neq; esse aquam, neq; aliquid ex ijs quæ dicuntur elementis, sed quādam aliam naturam infinitā, ex qua effici omnes cœlos, et qui in eis sunt mundos. Ex quibus autē est ijs quæ sunt generatio, in ea quoque, vt par est, esse interitum: ea enim ordine Saturni dare nonnullis pœnas iniquitatis: paulò magis poeticis ea dicens nominibus. Clarum est autem quòd cùm is quatuor elementorum vidisset mutuam in seinuicem mutationem, non æquum censuit vnum aliquod ex ijs subiectum statuere, sed aliquid aliud præter hæc. Is autē non constituit generationem ex elemēto, quod alteratur, sed ex contrarijs, quæ per motum æternū secernuntur. qua de causa Aristoteles eum coniunxit cum Anaxagora.

Anaximenes aerem dicit principium.

Anaximenes autem Eurystrati filius, Milesius, qui fuit familiaris Anaximandri, vnam quidem dicit subiectam naturam & infinitam, sicut ille, sed nō indefinitam, sicut ille, verùm definitam, eam dicens aerem: raritate autem & densitate differre in substātijs: & si diuidatur quidem, ignem fieri. Si autem densetur, vētum, deinde nubem: si adhuc autem magis, aquam, deinde terram, deinde lapides: alia autem ex his. Motum autem hic quoq; facit æternum, per quem etiam fieri mutationem. Porrò autem Diogenes quoq; Apolloniates, qui fuit propemodum recentissimus eorum qui in his rebus studium posuere, plurima quidem scripsit confusè & aceruatim, hęc quidem ex Anaxagoræ, illa verò dicens ex sentētia Leucippi. vniuersi autem naturam hic quoq; dicit aerem, esse autem infinitum & æternum: ex quo condensato & rarefacto & affectionibus mutato aliorum formam effici.

Diogenes Apolloniates aerē dicit principium.

Et hæc quidē refert Theophrastus de Diogene. & quod ad me peruenit opus eius inscriptū de natura, aperte dicit aerem, id ex quo omnia fiunt alia. Nicolaus autem refert eum ponere elementum inter ignem & aerem. Hi quoq; valde patibilem & facile alterabilem aeris facultatem ad mutationem aptè se habere existimarunt. & ideo terram quæ nec facile moueri, neq; mutari potest, non æquum censuerunt ponere principium. Et sic quidē dispertiti sunt qui vnum dicebant principium. Ex ijs autem qui plura dicebāt, alij quidem finita, alij vero numero infinita posuere principia. Et ex ijs qui finita, alij quidē duo, sicut Parmenides in ijs quæ ad opinionē, ignem & terrā, vel potius lucē & tenebras: vel vt Stoici Deum & materiam. non tanq; elementum scilicet Deum dicentes, sed tanq; hoc quidem agens, illud verò patiens: Alij verò tria, vt materiam & contraria Aristoteles: Alij verò quatuor, vt Empedocles & Agrigētinus, qui fuit nō multo post Anaxagoram, Parmenide autem familiariter vsus est, eumq; est æmulatus, magis autem Pythagoreos. Is autem corporea quidem elemēta facit quatuor, ignem, & aerem, terrā, & aquam, quæ multitudine quidem & paucitate sunt æterna, mutantur aūt per concretionem & secretionem: quæ aūt propriè sunt principia à quibus hęc mouentur, esse amicitiā & contentionē. oportere enim elementa vicissim perpetuò moueri, dum aliquando quidem coguntur ab amicitia, quandoq; autem secernuntur à contentione. vnde sex sunt ex eius sententia principia. Quandoq; enim efficientem dat amicitiæ & contentioni potestatem, cùm dicit.

Parmēides ignē & terram, aut lucē & tenebras ponit principia. Stoici Deū & materiā. Empedocles quatuor elemēta pōit principia.

Omnia amicitia sunt nunc coeuntia in vnum:
Distrahit ast aliàs odio contentio cuncta.

Aliquando autem ea poni in eodē ordine cum quatuor, cùm dicit.

Accidit ast aliàs, vt plura oriantur ab vno,
Ignis, aqua, & terra, immensi visq; aeris ingens.
Exitiosa accedit lis, paria omnia quæ sunt.
Est & amicitia, est quæ æquè lata, atq; profunda.

Plato quęnam ponat principia.

Et Plato tres quidem ponit propriè causas, id quod efficit, & exemplar, & finem. tres autem concausas seu adiuuantes causas, materiam, formam, & instrumentum.

A Theophrastus autem cum alios antè recensuisset, Hos, inquit, secutus Plato, gloria quidem & potestate prior, tempore verò posterior, & qui in prima philosophia plurimum elaborauit, ijs quoq; quæ apparent seipsum tradidit, naturæ historiam attingens. in qua duo vult facere principia. vnum quidem subiectum, vt materiam. quod appellat πανδεχὲς, hoc est, quod omnia suscipit. Alterum aūt, vt quod causa sit, & moueat. quod Dei & eius quod bonum est potestati tribuit. Alexander verò eius meminit tanq; qui tria dicat principia, materiam, & id quod efficit, & exemplar, cum tamen finalē causam Plato apertè adiecerit in his quæ dicit. Quæramus igit̄ causam, quæ eum impulerit qui hæc machinatus sit, vt hoc vniuersum constitueret. Bonus erat. Bonus autem inuidet de re nulla nemini. Porrò autem formam quoq; materialē, vt mihi videtur, apertè tradit illic, vbi tradit formam immaterialem, cū de ambabus hæc scribat. Hęc autem cùm ita habeant, fatendum est vnam quidem esse B formam, quæ eodem modo se habeat, quæ ortum nō habet, & in eam non cadit interitus, neq; ipsa aliud aliunde suscipit, neq; ipsa vadit ad aliud, est autē inaspectabilis, & alioqui insensilis, cuius considerationem sortita est intelligentia. Quæ est autem eiusdem cum ea nominis, & illi similis, secunda, sensilis, genita, seu natiua, quę fertur, & semper oritur in aliquo loco, & illic rursus interit, potest ab opinione vnà cum sensu comprehendi. Ad hæc autem tertiam tradit materiam. Porrò autem nonnulli principia, etsi non elementaria produxerunt vsq; ad decadem: quemadmodum Pythagorei numeros, qui à monade sunt vsq; ad decadem: dixerunt esse principia vniuersorum: vel decem ordines, quos alij aliter scripserūt. Et sic quidem diuisi sunt qui plura dixerunt esse principia, & numero finita. Ex ijs autem qui dicebant infinita multitudine, alij quidē dicebant simplicia, & non eiusdem generis: & contraria, ex eo autem quod est potētius suscipere characterem. Anaxagoras enim Hegesibuli filius

Pythagorei nūeros vsq; ad decadem ponunt principia.

C Clazomenius, cùm fuisset Anaximenis philosophię particeps, primus transtulit opiniones de principijs, & causam quæ deerat impleuit, infinita quidem faciēs corporea. omnia enim similaria, vt aquā, vel ignem, vel aurum, esse quidē ingenita & ab interitu aliena, videri autem gigni & interire concretione solum & discretione, cùm omnia quidem sint in omnibus, vnumquodq; autem characterem suscipiat ex eo, quod est in illo potentius. aurum enim apparet esse illud in quo est multū auri, etsi insint omnia. Dicit ergo Anaxagoras partem esse cuiuslibet in quolibet. & cui plurima hæc insunt, apertissimè vnumquodq; esse, & fuisse. Et hæc Theophrastus dicit Anaxagoram dicere: similiter ac Anaximenes. ille enim dicit in discretione infiniti ea quæ sunt cognata ferri in se inuicē, & quòd erat quidem in vniuerso, gigni aurum, quòd autem terra, terram: similiter etiam vnumquodq; aliorum, tanq; quæ non gignantur, sed antè sint. Motus aūt & generationis causam mentem statuit Ana- D xagoras: à qua discreta, & mundos, & aliorum naturam genuerunt. Et ex ijs quidem qui sic accipiūt videri possit Anaxagoras facere materialia principia infinita, motus autem & generationis causam vnam nēpe mentem. Siquis autem mixtionem vniuersorum vnam esse naturam existimauerit, indefinitam & forma & magnitudine, euenit vt ipse duò dicat principia, naturam infiniti, & mentem. quare videtur corporea elementa facere similiter ac Anaximander. Archelaus etiam Atheniensis, cum quo dicunt versatum esse Socratem, vt qui fuisset discipulus Anaxagoræ, in mundi quidē ortu, & alijs conatur aliquid afferre proprium. dat autem eadem principia, quæ Anaxagoras. Hi ergo dicunt innumerabilia multitudine principia, & diuersorum generum, similares partes principia ponētes. quanam autem de causa ita senserint, dicet postea Aristoteles. Cùm enim generationem nullā esse statuissent, quoniam quod generatur ne-

Anaxagoras similaria corpora pōit principia.

Archelaus Anaxagorę discipulus.

eesse

E

cesse est generetur, vel ex eo quod est, vel ex eo quod nõ est, neutrum autem fieri potest, concretione & discretione eum qui esse videtur ortum & interitum fieri tradiderunt.

Leucippus Eleates atomos ponit principia.

Leucippus autem Eleates aut Milesius, vtroque enim modo de eo dicitur, cùm de philosophia esset cum Parmenide congressus, non eadē via ingressus est (quod ad ea quę sunt attinet) qua Parmenides & Xenophanes, sed, vt videtur, contraria. Cum illi enim vniuersum facerent vnum, & immobile, & ingenitum, & finitum, & ne permitterent quidem quærere id quod non est, hic infinita, & quæ semper mouentur posuit principia, atomos, & figurarum, quæ in eis sunt infinitam multitudinem, propterea ꝙ nihil magis tale sit, quàm tale, hanc & generationem, & mutationem, in ĳs quæ sunt nunquam cessantem considerans. præterea autem non magis esse id quod est, quàm id quod non est, & ambo esse similiter causas ĳs quæ gignuntur. Solidam enim & plenam statuēs atomorum substantiam, eam dicebat id esse, quod est, & ferri in inani, quod quidem vocabat id quod non est, & dicit id non esse minus eo quod est.

F

Democriti principia dicit plenum & inane.

Similiter autem eius quoque familiaris Democritus Abderites principia posuit plenum & vacuum. quorum illud quidem id quod est, hoc verò id quod non est vocabat. tanquam enim materiam atomos ĳs quę sunt subĳcientes, reliqua per earum differentias generant. Eæ autem sunt tres, fluxio, conuersio, attrectatio: idem est autem ac si dicas, figura & ordo & positio. natura enim positum est, vt simile moueatur à simili, & quæ sunt cognata ad seinuicē ferantur, & vnaquæque figura in aliam exornata concretionem, aliam faciat affectionem. Quamobrem iure cū sine infinita principia, affectiones & substantiæ omnes, à quo, & quomodo generentur profitebantur se traditurus. & ideo ĳs solis qui ponunt infinita elementa, omnia euenire vt ratio postulat. Figurarum autem quæ sunt in atomis dicit infinitam esse multitudinem, propterea ꝙ nihil sit magis tale quàm tale. hanc enim afferunt ipsi causam infinitatis.

G

Metrodori Chii opio de principiis ferè cōsentit cum Democrito.

Metrodorus quoque Chius eadē ferè facit principia quę Democritus, plenum & vacuum primas causas ponens. quorum illud quidem esse id quod est, hoc vero id quod non est. de alĳs autem constituit quandam propriam disciplinæ rationem. Hæc est breuis summa eorū qui scribunt de principĳs. cōscripta non quidē habita rōne temporū, sed cōsiderata affinitate & cōiunctione opinionis. Non oportet aūt eos qui tantam audiunt differentiā, existimare esse has Philosophorum repugnantias. quod quidem nonnulli qui in historicas solas descriptiones incidunt, & nihil eorum quæ dicuntur intelligunt, conantur exprobrare, & si sint ipsi diuisi in sectas innumerabiles, non de naturalibus quidē principĳs, ea enim oē per somnum quidem audiunt, sed in delenda diuina excellentia.

Veterū cōscordia in principiis, & si videantur dissentire.

Non perperam autem fortasse fecerimus, si paululum digredientes studiosis ostendamus, quomodo antiqui, etsi videantur differre in rerum principĳs, pulchrè tamē conueniant. Etenim alĳ quidem de primo, & quod sola intelligentia percipitur principio disseruerunt, vt Xenophanes, & Parmenides, & Melissus.

H

Vnum & finitum principiū, quomodo dicatur.

Xenophanes quidem & Parmenides vnum dicentes & finitum. necesse est.n. vnum esse ante multitudinem: & quod omnibus finis & termini causa est, ex fine potius quam ex infinitate definiri: & quod vndequaque perfectum est, cùm proprium finem ceperit, esse finitum. immo verò finis est omnium, sicut est etiam principium. quod est enim imperfectum, cùm sit manceum, nondum finem accepit. Cæterum Xenophanes quidem tanquam omnium causam, & quæ omnia longè superet, ipsum vltra motum & quietem, & vltra quemlibet ordinem inter se repugnantē collocat. quemadmodum Plato quoque in prima positione Parmenidis. Parmenides autem cùm eodem modo & similiter se habere, & vltra omnem mutationem, operationem, & potestatem eum esse considerasset, eum immobilem concelebrat, & solum, vt quod sit ab omnibus seiunctum.

E

Est immobile, quòd dicatur nomine totum.

Vnum quomodo dicatur infinitum.

Melissus autem similiter quidem contemplatus est immutabilitatem. quatenus autem eius non deficit substantia, & est infinita potentia, eum pronunciauit infinitum, quemadmodum & ingenitum. Ostendit autem demonstratio de infinitate, quæ sit in hanc sententiā. dicit enim.

Quod ergo non ortum est, & est, & semper fuit, & erit, & principium non habet, neque finem, sed est infinitum. Si ortum enim fuisset, habuisset pricipium: quod ortum etiam esset, aliquādo cœpisset: & finem. etenim finĳsset, quando autem neque cœpit nec finĳt & semper fuit, neque principium habet nec finem, sed est infinitum.

Parmēidis verus de vno infinito & ingenito.

Ita ergo Melissus id quod in tempore caret principio & fine, & semper est respiciens, pronuntiauit infinitum. Parmenides quoque tale quid ei suo tribuit testimonio, ĳsdē propemodum verbis dicens.

Cumque sit ingenitum, est id ab interituque alienum.
Totum, vnigenitum, estque carens fine, atque quietum.

F

Non fuit, ac nec erit, cùm id nunc sit simul omne.

Ita ergo hic quoque quemadmodum nunquam desinens & ingenitum, ita etiam dicit esse infinitum. Quid autem de fine senserit, declarauit per hos versus.

Est, quod idē, atque itidē manet, est positū quoque per se.
Permanet id firmum, valida illud nanque coercet
Vis finis, vinclis circuncircaque tenetur.
Vnde haud fas vt quod sit, possit fine carere.
Nam nullius eget, non ens cuiuslibet egeret.

Si est enim id quod est, & non id quod non est, nulla re indiget: & si nulla re indiget, est perfectum. Quod autem perfectum est, habet finem, & nō est expers finis. Quod finem autem habet, finitum est & terminatum. Ita ergo in horum virorum sententĳs non est repugnantia vbi dicunt de eodem. Cùm autē ab ĳs quæ intelligentia percipiuntur ad sensilia transĳsset Parmenides, siue à veritate, vt ipse dicit, ad opinionem, cùm dicit:

Parmēidis versus de principiis sensilibus.

Credibilis sermo nunc & sententia cessat

G

De vero, ast hominum nunc quæ sit opinio disce,
Dum ornamenta meis fallacia versibus audis:

eorum quidem quæ generantur principia elementaria, & primam posuit ipse repugnantiam, quam ipse vocat lucem & tenebras, ignem & terram, vel densum & rarum, vel idem & alterum, dicens versibus qui deinceps post priores consequuntur.

Nanque duas animis formas ĳs dicere visum est.
Quarū vnā haud decuit, cū de hac re plurimū aberrēt.
Aduersum ast corpus statuerunt, signaque seorsum
A sese posuerunt flammæ huic æthera purum,
Qui mitis, magnus, leuis, & subtilis, & ipse
Est omnino sibi idem, verùm alĳs minimè idem.
Ast illi aduersam noctem densum quoque corpus
Pergraue constituit.

Quinetiam inter versus inducitur quædam parua sententia soluta oratione, perinde ac si sit Parmenidis, quæ ita habet. In hoc autem est subtile & calidum & lux & molle & leue. In denso autē nominatum est frigidum & caligo & durū & graue. vtraque enim hęc vtrinque secreta sunt.

H

Adeò apertè duo elementa accepit repugnantia. & ideo prius cognouit vnū esse id quod est, & eos aberrasse dicit, qui elementorum quæ generationem constituunt repugnantiam non perspiciunt, vel non apertè aperiunt. quod quidem sequens Aristoteles, contraria statuit esse principia.

Aristotelis sentētia de contrariis principiis sūpta ex Parmenide.

Porrò autem efficientem quoque causam non solum corporū, quæ sunt in generatione, sed etiam incorporeorum, quæ complent generationem, apertè tradidit Parmenides, dicēs.

Efficiēs causa ēt incorporeorum traditur à Parmenid.

Hæ verò in nocte, ast cum flamma parca vagatur.
Horum aūt in medio est Dæmō, quę cūcta gubernat.
Omnia enim tristis partus coitus quoque blandi
Principium, ad marem, quo fœmina mittitur, & quo.
Contrà ad fœmellam mas congressurus adibit.

Mūdi tam' enis qui percipitur ine.

Quinetiam Empedocles docens de mundo, qui sola percipitur intelligentia: & de sensili: & illum huius exemplar

telligentia quā sensilis principia, elementa quatuor, causæ autē efficientes amicitia et contentio, ex sñia Empedoclis.

Ideæ quatuor ex quatuor elemētis in exemplari, apud Platonem.

plar archetypum statuēs, in vtroq; quidem principia & A elementa hæc quatuor posuit, ignem, aerem, aquam, & terram, & efficientes causas, amicitiam & contentionē. præterq̃ quòd quæ sunt quidem in eo qui intelligentia percipitur, cùm vnione quæ intelligentia apprehenditur teneantur, ea magis dicit cogi per amicitiam: quæ autem sunt in sensili magis discerni per contentionem. Quod secutus Plato, vel ante Platonem Timæus, in primo exemplari quod versatur in intelligentia dicit quatuor ideas præcedere, quæ characterē suscipiunt à quatuor elementis, & quadripertitum hunc mundum sensilem in extremis producunt, cùm hic sit potentior contentio propter discretionem illam, quæ euenit ab vnione quæ percipitur ab intelligentia. Et fuit ei de vtroq; mundo communis oratio. Cæterū is quoq; cùm in ratione materiæ posuisset quatuor elementa quæ est in eis repugnantiā amicitiæ & contentionis contemplatus est. Quod enim nō, vt multi existimant, amicitia quidē sola ex sententia Empedoclis fecit mundum, qui percipitur intelligentia, contentio autem solum sensilem, sed vtrunq; vbiq; propriè contemplatur, audi quæ ab eo in Physicis dicuntur, vbi huius opificij contemperaturæ Venerem seu amicitiam dicit esse causam. Vocat autem ignem quidem, & Vulcanum, & Solem & flammam. aquam autem imbrem, aerem verò ætherem. Multis autē in locis hæc quidem dicit, & etiam in his versibus.

Atq; adeò cum istis æqualis terra coiuit,
Vulcano, atq; imbre, illustrantiq; æthere cuncta,
Perfectis Veneris commota ex portubus almæ.
Siue parum maius, siue amplius est minus. ex his
Est genitus sanguis, species quoq; cætera carnis.

Quinetiam ante hos versus, in alijs vtrorumq; in ijsdem operationem tradit, dicens.

Vorticis ac postq̃ venit contentio in imum,
Ac medio quoq; amicitia est in cardine versans,
Omnia tunc coeunt, fiuntq; ex omnibus vnum,
Non subito, ex alio ast aliud consistimus ipsi
Actis paulatim radicibus. hæc quoq; cum sunt
Mixta, effunduntur morituræ examina gentis.
Multa autem mixtis constant immixta vicissim.
Sublimis nempe lis est quæcunq; morata.
Circuli ad extremum nam haud quoduis rite recessit.
Hæc nam manserunt membra, excessere sed illa.
At quantum excurrit, tantum succurrere semper
Pergit amicitiæ insignis prudentia rite.
Nataq; sunt mortalia, quæ immortalia sese
Credebant. & quæ immobilia, viua mearunt.
His mixtis, fusa est mortalis plurima turba,
Composita omnigenis formis, mirabile visu.

In his dicit apertè mortalia composita fuisse ab amicitia. & vbi est potentior amicitia, non vtiq; omnem excessisse contentionem. Quinetiam in illis versibus in quibus apertè tradit indicia, quibus cognosci possint singula elemēta & lis & amicitia, vtriusq; in omnibus mixtionem, contētionis scilicet & amicitiæ: ostendit. Ita aūt habēt. D

Qui est visu calidus, clarusq; est vndiq; Solem.
Quæcunq; & comedunt, cœlestia, lucis egentq;.
Imbrem autem in cunctis, est qui fuscusq; rigetq;.
Profluit è terra radixq; & fulgura sæua.
Formata ex ira, diuisa est omnia partes
In geminas. coeunt sed amore, vicissim
Et sese cupiunt. ex his nanq; omnia quæ sunt,
Atq; fuere, & erunt. ex his producitur arbos.
Fœmina, vir, feræ, aues, & qui pascuntur in vndis
Pisces, longæuiq; Dei, quis maxima honores.

Paululum autem progressus, rursus dicit.

Viribus ista valent circo voluente vicissim,
Atq; in se fatis pereunt, crescuntq; vicissim.
Sunt etenim hæc eadem, in se ac currentia certè
Fiunt atq; homines, aliarum & noxia turba
Parcarum, mundum coeuntia quandoq; in vnum.

A Hanc per amicitiam, aliàs seiunctaq; lite,
Donec in ipsum illis detur coalescere totum.
Qua didicere quidem hæc fieri de pluribus vnum,
Ex vno fieri rursus quoq; plura soluto.
Sic ea gignuntur, nec eis durabile seclum.
Quatenus ast hæc non cessant mutarier vnquam,
Iure ea dicantur circo non posse moueri.

Quamobrem & vnū ex pluribus, quod euenit per amicitiam: & plura ex vno, quod fit prædominante contentione in hoc quoq; mundo sublunari considerat. in quo sunt mortalia, alijs aliàs scilicet reuolutionibus, aliquando quidē plus potente contentione, aliquando verò amicitia. Num autem tradit quoddam impedimentū vnionis & discretionis eorum quæ sunt, eius mundi qui intelligentia percipitur plures supra mundum sensilem differētias, prout magis vel minus dominatur amicitia, significans. Quinetiam in sensili, contentionis dominatus differentias ostendit quibusdā finibus comprehēsas, quemadmodum conatus sum in alijs ostendere. B Cęterum hic quoq; nihil loquitur quod sit contrarium Parmenidi & Melisso, sed elementarem quidem repugnantiam considerauit, vt Parmenides. Et efficientem causam ille quidem vnam cōmunem, quæ in medio omnium sita est, & omnis generationis causa, posuit Dæmonē. Hic autem etiam in efficientibus causis considerauit repugnātiam. Anaxagoras autem Clazomenius videtur omnium formarum tertiam considerasse, differentiam, eam quę per vnionem, quæ mente percipitur, contracta est. quando dicit. Simul res omnes erant infinitæ & multitudine & paruitate. & rursus dicit. Priusq̃ autem ea excernerentur, cùm omnia simul essent, ne erat quidem vllus color manifestus. prohibebat enim rerū omnium cōmixtio, cùm humidi & sicci calidi & frigidi splendidi et tenebricosi multum inesset, & infinitorum seminū multitudo, quæ inter se minime sunt similia. Hæc autē cùm ita habeāt, res omnes in vniuerso vnum esse existimandū est. C & fuerit hoc vniuersum id, quod est vnum Parmenidis. Porrò autem vidit quoq; aliquam, quæ intelligentia discernitur discretionem, cui ea quæ hic est assimilatur. Sic enim dicit Anaxagoras statim post principium primi libri de natura. Cùm hæc autem ita se habeant, oportet existimare vnum esse, & multa, & omnis generis in omnibus quæ coalescunt & semina omnium rerum, quæ habent omnis generis species, & colores, & voluptates: & compactos esse homines, & alia animalia quæ sunt anima prædita: & hominibus quidem esse, & vrbes constructas, et fabricata opera, quemadmodum apud nos: esseq; eis & Solem, & Lunam, & cætera, sicut apud nos. eisq; terram multa, eaq; omnis generis producere, quorum illi ea quæ sunt vtilia comportantes, vtūtur ad familiam. Atq; hæc quidem à me dicta sunt de secretione, quòd non apud nos sed etiam alibi fiat. Et nonnullis quidem fortasse videbitur eum non conferre cum ea secretione quę intelligentia percipiatur, quæ fit in generatione: sed cum D alijs terræ locis conferre nostram habitationem. Non dixisset autem de alijs locis Solem eis esse, & Lunam, & cętera, quemadmodum apud nos. Quinetiam semina omnium rerum, & species illic vocauit. Audi autem etiam ea, quæ paulo post dicit, faciēs vtriusq; comparationem. Cùm hæc sic secedant, & secernantur à vi, & celeritate. vim autem facit celeritas. eorum autē celeritas nulli rei est celeritate similis earum rerum, quæ sunt inter homines, sed oīno est multis partibus celerior. Et si hæc quidem fuit eius sententia, aliter quidem dicit omnia in omnibus in vnione, quæ percipitur intelligentia: aliter in intelligenti essentiæ † coniunctione: & aliter in sensili conflatione, & quæ ex eisdem fit generatione, & in eadē resolutione. Leucippus autem, Democritus, & Pythagoricus Timæus non contradicunt quatuor elementa esse compositorum corporum principia: sed ij, sicut Pythagorei, Plato, & Aristoteles, cùm viderent in seinuicem mutari

Formę quę per vnionē mente percipiunt, ex sñia Anaxagoræ.

Anaxagoræ & Parmenidis in vniuerso vno consensio.

† ευνζοίωσις.

Atomos cur principia esse statuerit Leucipp. & Democritus.

mutari ignem, & aerem, & aquam, & fortasse etiam terrã, aliquas his principaliores, & simpliciores causas quærebant, per quas possint respondere de differẽtia quæ est in qualitatibus elemẽtorum. Atq; ita Timęus quidem, & eum sequens Plato, planas superficies, & quæ aliquid profundi habeant, & figurarum differentias posuit prima elementa quatuor elementorum, corpoream naturam cum figuris corporeis, principaliorem causam differentię qualitatum existimans. Leucippus autem, & Democritus minima prima corpora atoma appellãtes, pro figurarum ipsarum & positure & ordinis differẽtia, hęc quidẽ dicebant corpora fieri calida & ignita, quę ex acutioribus, & subtilioribus, & quæ in simili positura sita sunt, primis corporibus sunt composita: frigida autem et aquea, quæ ex cõtrarijs. Et illa quidẽ esse lucida & splendida: hæc verò obscura & tenebricosa. Iã verò quicũq; vnum posuerunt elementum, vt Thales, & Anaximander, & Heraclitus, & vnusquisq; eorum, respexit q̃ illud esset efficax & aptum ad generationẽ. **F** Thales quidem, quàm esset aqua genitalis, & nutriens, & continens, & vitalis, & apta ad typum suscipiendum. Heraclitus aũt, quàm sit ignis viuificana, & quàm vim habet ad opificium. Anaximenes autem, quàm facilè possit aer fingi, & quàm facile ad vtrunq; transeat, ad ignem scilicet & aquam, sicut Anaximander. siquidem id quod est intermediũ ponitur, propterea q; possit facile alterari. Sic ergo hi quidem eum qui intelligentia percipitur, illi verò sensilem mundum respicientes, & hi quidẽ proxima elementa corporum, illi verò quæ sunt magis principalia, & principijs assimiliora quærentes, & hi quidem magis per partes, illi verò magis vniuersè & integre elementarem naturam apprehendentes, et hi quidem sola elementa, illi verò omnes causas tam principalea quàm adiuuantes quærentes, diuersa quidem dicunt de natura tractantes, sed non contraria. quinetiam ipse Aristoteles, qui videtur ostendere eorum dissensiones, paululum progressus dicit eos à se inuicem differre, **G** quòd hi quidem priora, illi verò posteriora accipiant, & hi quidem ratione notiora, illi verò sensu. Sed hęc quidẽ prolixius dicere coacti sumus, propter eos qui veteres facile reprehẽdant q; inter se dissideant. Quoniam autem & Aristotelẽ audiemus reprehendẽtem opiniones priorum philosophorum, & ante Aristotelem Plato hoc videtur facere, & ante vtrunq; Parmenides & Xenophanes, sciendum est q; hi ea curantes quę audiebantur leuiter & in superficie, reprehendunt absurdum quod apparet in eorum scriptis, cùm solerent veteres suas sententias proferre ęnigmaticè. Id autem significat Plato ita admirans Parmenidem, & dicens eius sententiam opus habere † profundo natatore. Eius quoq; sapiẽtię profunditatem videtur Aristoteles inuere, cùm dicit. Parmenides autem videtur hoc respicere. Et hi quidem aliquando quod fuerat pretermissum implentes: aliquãdo verò quod obscurè dictum fuerat declarantes: aliquando autem quod de ijs quę intelligentia percipiuntur, vt quod non possit naturalibus **H** conuenire, discernentes, quemadmodum in ijs qui dicũt vnum esse id quod est & immobile: aliquãdo verò ne ea quę in superficie apparent accipiantur reprimentes, ita eos videntur refellere. Nos quoq; ea animaduertere conabimur in ijs quę aduersus vnũquenq; contradicit Aristoteles. Sed rursus resumenda est dictio Aristotelis, & quę in ea dicuntur sunt explicanda.

Planas superficies & figuras cur pricipia esse voluerit Timæus & Plato.

Aquã cur esse principiũ voluere Thales & Anaximander.

Ignem cur esse principiũ voluerit Heraclitus.

Aerem cur esse principiũ voluerit Anaximenes.

Veteres suas sñias ę proferebant ęnigmaticę.

Parmenidẽ laudat Plato.

† δήλιος κολυμβητής.

Necesse est autẽ vel vnum esse principium, vel plura. Etsi vnum: vel imobile, vt dicunt Parmenides, & Melissus.

IIII Alexander dicit, q; cùm dixisset incipiendũ esse à notionibus, ita etiam facit. incepit enim à diuisione, quę est & perfecta, & euidens, & manifesta omnibus. quid est enim euidentius cõtradictione, quę dicit, vnum esse vel non vnum, hoc est plura. Sed q; ab euidenti quidem diuisione cœperit, rectè dictum est. nõ est tamẽ hoc, quod dixit Aristoteles, Oportere à manifestis ad obscura procedere principia. composita enim erant illa manifesta, & sensui notiora, & ita vniuersè dicta vt tota, & quę ea quę sunt magis singularia & obscuriora contineãt. A sensilibus itaq; & magis notis: & falsas refellit opiones de principijs, & veras cõfirmabit. Non autem tanq; Parmenides, inquit Alexander, & Melissus vnum ponant principium, & id dicant immobile, sic dixit illud, Vt Parmenides & Melissus. Illi enim nullum omnino ponebant principium. vnum enim esse dicebant vniuersum: quod repugnat ei quod dicit aliquod esse principiũ. qui enim ponunt principium, plura esse quę sunt confitentur, vnà cum principio etiam ea, quorum est principiũ inducũt. Sed cùm primã dixisset diuisionem, quæ est vel esse vnũ principium, vel plura: in altero eorum quæ sunt in diuisione hac rursus diuisiõe vtitur. SI est vnum principiũ, vel est immobile, vel mobile. Cùm autem nõ esset pro**F**babile vnum principium dicere, idq; immobile, id adhibita posuit mitigatione. cùm enim nihilo magis sit probabile, imo verò multo minus, esse vniuersum vnum & immobile, sunt tamẽ Parmenides & Melissus qui id defendant. Et si hoc cum illo apertè nõ idem sit, in idem tamen redit. Hæc ergo cùm his verbis dicat Alexander: per id quod est minus probabile mitigare positionẽ minimè probabilem, non esset, puto, præclari ingenij Aristotelis. Neq; verò meminit tanq; alterius minimè probabilis opinionis Parmenidis & Melissi, præter eã quæ dicit vnum & immobile principium. hos enim viros, vt qui hoc dicerent, refellit: sed benignè ac moderatè. Hoc certè cùm de his viris demonstrasset Aristoteles. Similiter enim, inquit, quærunt, & qui quot sunt ea quæ sunt quærunt. ex quibus enim sunt ea quæ sunt, ea primũ quęrunt vtrum sint vnum an multa. Quamobrem hos viros existimat philosophari de principio eorum quę sunt. & eam quæ est ex eorum sententia diuisionis sectionem **G** definijt, cùm vnum & immobile posuerit principium. Quod enim verè est id quod est: quod vnitum est: quod multorum & discretorum principium & causa est, non tanquam elementare, sed quod illa producat: vnum dicebant. Cùm necessaria autem rursus diuisione diuisisset alteram sectionem, quæ dicit vnum esse principium, q; sit immobile, vel moueatur quod sit vnum: et sumpsisset immobile: quæ oportebat dicere aduersus eos qui dicũt vnum principium & immobile, hæc dicit contra eos qui dicunt vnũ esse id quod est & immobile. etsi enim alijs vtantur nominibus, eadem tamen & hi & illi dicunt & quærunt. Fatetur autem Alexander in ijs quæ ad veritatem pertinent, quæ sunt de eo quod est, quod percipitur intelligẽtia: Parmenidem dicere esse vnum id quod est, & immobile. ex multorum autem sententia & de ijs quę apparent naturaliter differẽs, neq; vnum dicẽs esse quod est neq; ingenitum: eorum quæ gignuntur, ignem & terram posuit principia: terram quidem ponens vt mate**H**riam: ignem verò vt causam efficientem. & nominat quidem, inquit, ignem lucem: terram verò tenebras. Et si ex multorum quidem sententia ea etiã quæ apparent sic accepisset Alexander, vt vult Parmenides, opinabile vocans id quod est sensile, rectè haberet. Si autem illa omnino falsa quæ dicit existimat, & efficientem causam lucem & ignem putat, non rectè existimat. Cùm enim absoluisset Parmenides orationem de eo quod intelligentia percipitur, subiungit ea, quæ etiam prius adieci.

Credibilis sermo nunc & sententia cessat
De vero, ast hominum nunc quæ sit opinio disce,
Dum ornamenta meis fallacia versibus audis.
Nanq; duas animis formas ijs dicere visum est.
Quarũ vnã haud decuit, cũ de hac re plurimũ aberrẽt.
Aduersum ast corpus statuerunt, signaq; seorsum
A sese inter se posuerunt. flammæ huic æthera purũ,
Qui mitis, magnus, leuis, & subtilis, & ipse

Est omnino

Vnum esse pricipium eorum quę sunt, idq; is mobile, quo mõ intelligãt Parmenides & Melissus.

Ignẽ & terra naturalium rerũ pricipia ponit Parmenides.

Est omnino sibi idem, verùm aliis minimè idem.
Ast illi aduersam noctem densum quoq; corpus
Pergraue constituit. tibi mundum hunc omnia dico,
Quæ veri instar habent, nequis te fallere possit.

Opinabilem ergo & fallacem hunc dicit sermonem, non vt qui absolute falsus sit, sed vt qui à veritate, quæ in intelligentia versatur, ad id quod apparet & videtur sensile deciderit. Paulopost rursus cũ de duobus dixisset elementis, subiungit etiam causam efficientem, sic dicens.

Efficiẽtẽ rerũ causam quánam velit esse Parmenides.

Quæ magis angustæ, sunt vasto ex igne creatæ.
Hæ verò in nocte, ast eum flamma parca vagatur.
Horum aũt in medio est Dæmõ, quę cũcta gubernat.

Hanc etiam dicit esse Deorum causam, cùm dicit.

Omnibus es'q; Deis primum fabricauit amorem.

Et cætera quæ sequuntur. Et animas quidẽ dicit aliquando mittere ab eo quod manifestò apparet ad id quod est informe: aliquando verò contrà. Cæterum hæc quidem cogor prolixius exponere, propterea q scripta veterum ignorẽtur. Meritò autem cùm id quod est, vnum esse dicerent, dicebant etiam immobile, siquidem de rebus naturalibus minimè differebant. vnà enim cum motu induceretur id etiam per quod est motus, siue per qualitatem siue per quantitatem, siue per aliquid aliud. induceretur etiam locus, qui est aliquid aliud ab eo quod mouetur, si quidem esset motus naturalis. Cæterum Parmenides quidem loquens de eo quod est, quod percipitur intelligentia, ita dicit.

Vnum necessario est imobile.

Finibus in magnorum ast est immobile vinclum,
Expers principii, non cessans. nanq; pererrant
Ortus & interitus. procul à se ast illa remouit.
Vera fides.

Deinde verò subiungit etiam causam cur sit immobile.

Permanet id firmum. valida illud nanq; coercet
Vis finis, vinclis circumcircaq; tenetur.
Vnde haud fas, vt quod sit, possit fine carere
Nam nullius eget: non ens cuiusuis egeret.

Quemadmodum enim, inquit, quod non est indiget omnibus: ità quod est nullo indiget, & est perfectum. Quod autem mouetur, indiget illo per quod mouetur. Quod ergo est, non mouetur. Porrò autem Melissus quoque cursus ostendit ipsum immobile per eandem sentẽtiam, propterea quòd oporteret si moueretur id quod est, esse aliquid eius quod est inane, in quod recedet id quod est. Prius autem non esse inane ostẽdit. In opere autem suo
» sic dicit. Neq; inane est aliquid. inane enim nihil est. nõ
» ergo fuerit quod nihil est, neq; mouetur. nusquam enim
» potest secedere. sed plenum est. si enim esset inane, seces-
» sisset in inane. Quòd si non sit inane, non habet quonam
» secedat. cùm ergo plenum sit id quod est, non mouetur.
» Non quòd per plenum non possit moueri, vt Alexãder
» intellexit dictum Melissi: sed quòd id quod est, ita sit ple-
» num, vt præter ipsum nil sit aliud. Ita ergo, inquit Melis-
» sus. Diiudicandum est quod plenũ est, & quod non plenum. Si enim capit aliquid vel admittit, ne plenum quidem est. Si neq; capit, neq; admittit, plenum. Necesse est
» ergo esse plenum, si non sit inane. Si plenum est ergo,
» non mouetur.

Inane nihil est.

Plenũ qeid dicatur.

Vel quod mouetur, quemodmodum Physici, hi quidem aerem, illi verò aquam dicentes esse primum principium.

V

Cum exposuisset eos qui dicũt immobile id quod est, vel principium: trãsit ad alteram partẽ, & dicit. VEL quod mouetur, quemadmodum Physici.} distinguens Physicos ab iis qui dicunt immobile, tanquam ne Physici quidẽ sint omnino qui motum tollunt: quod deinceps dicet & ostendet apertius. Si natura enim est principiũ motus, quomodo fuerit Physicus, seu naturalis Philosophus, qui ipsam tollit naturam: Consueuerũt autem eos qui in aliqua philosophiæ parte studium posuere, vel solum, vel ab illa maxime vocare. quemadmodem Morales quidem vocabant Socratem: naturales autem Thaletem, & Anaximandrum, & Anaximenem, & Anaxagoram, & Democritum, & cæteros eiusmodi. Porrò autem hic quoq; Alexandrum non probo, qui prius quidem dixit eũ distraxisse Physicos ab iis qui dicũt vnum & immobile: postea autem, solere Aristotelem appellare Physicos eos qui de veritate philosophantur, quando quidem naturalis philosophiæ finis sit, non actio, sed cognitio. Quis enim nescit Parmenidem, à quo distinctos dicit esse Physicos, philosophatum esse de veritate, cùm apertè dicat.

Naturalis Philosophus nõ est qui motũ tollit.

Naturales Philosophi qui dicantur.

A

Morales Philosoph q dicantur.

Credibilis sermo nunc & sententia cessat.

De vero. Cùm autem sit etiam alia diuisio in iis, qui dicunt vnum principium: seu sit immobile, seu mobile: quæ in infinitum diuidit & finitũ. ex iis enim qui vnum esse dicunt & immobile, ipsum quoq; infinitũ dicit Melissus in his. Et quod ergo non genitum est, est autẽ: semper erat, & semper erit, & non habet principium, nec finem, sed est infinitum. Atq; etiam ipse paulopost Aristoteles iis contradicens, ostendet non solum nõ posse dici infinitum principium, sed etiam id quod est, quod videbatur Melisso. Quinetiam ex iis qui vnum esse dicũt & quod mouetur, Anaximander Praxiadæ filius Milesius infinitam quandam naturam, quæ sit alia à quatuor elementis, posuit principium. cuius æternum motum dicit esse causam generationis eorum quæ sunt. Porrò autem Anaximenes quoq; Eurystrati filius Milesius, ipse quoq; vnum posuit principium, idq; infinitum, id dicens esse aerẽ, ex quo rarefacto & condensato oriri alia. Cùm ergo sit eiusmodi diuisio, eam nunc prætermisit Aristoteles, vt dicit Alexander, quoniam hæc diuisio nullam præbet differentiam generationis iis quæ ex ipsa oriuntur. non enim alia quidem, si infinitum, alia verò, si fuerit finitum. quemadmodum alia quidẽ si vnum, alia verò si multa. Si enim vnum sit principium, necesse est quę genita fuerint, genita esse per alterationem. Sin aũt multa, per concretionem. Iam verò quod est immobile, & quod mouetur, magnam facit differentiã. Si sit enim immobile ex eo non oriatur aliquid quod prius nõ erat. Sin autẽ moueatur, nihil prohibet oriri, vel recto motu, vel per reuolutionem. Hæc quidem Alexander. Num autem Melissus non dicit principium esse substantia infinitum, sed quòd nunq; esse desinat. Et quod enim non or-
tum est, inquit, est autem: semper fuit, & erit, & princi- «
pium non habet neq; finem, sed est infinitum. Num au- «
tem diuersus quoq; erit modus generationis etiam si sit principium infinitum vel finitũ. Si sit enim principium magnitudine infinitum: vel non gignuntur: vel fieri potest, vt quæ gignuntur, in infinitum rectà gignantur. Sin autem finitum, necesse est generationem fieri per circularem reuolutionem, vel aliquando deficere.

Infinitum vnum quo mõ dicat Melissus.

B

C

Sin autem plura, vel finita, vel infinita. et si finita, vno autem plura, vel duo, vel tria, vel quatuor, vel aliquem alium numerum.

D

VI

In his qui plura dicunt esse principia locum nõ habet altera pars diuisionis, nempe, vel immobilia, vel quę mouentur. Etenim fieri non potest vt aliquid gignat ex pluribus principiis, quæ non mouentur. egẽt enim quadam inter se societate. & propterea q est clarum id non posse fieri, non habet hæc opinio qui eam tueatur. itaq; Democritus quoq;, qui natura esse immobilia dicebat prĩcipia, ea dicit pulsu moueri. Disertus quidem certè Themistius hoc dictum paraphrasticè seu per circũlocutionem exponens. Et plura, inquit, quæ vel mouentur, vel sunt immobilia, & vel numero finita, vel rursus ĩfinita. Porrò autẽ Eudemus quoq;, sicut prius dixi, in naturalibus, quomodocunq;, inquit, sint principia, vel mouentur, vel sunt immobilia. Et clarum est eos tradidisse necessitatem diuisionis contradictorię. Sed si plura, inquit: sunt, vel infinita, vel multitudine finita sint necesse est. Et videtur,

Pricipia nõ possunt esse immobilia.

Democritus pulsu dicebat moueri principia.

Themistius disertus vocat à Simplicio.

» detur, inquit Alexander, ambas diuisiones vtriq; eorum quæ sunt ex prima diuisione non adiungere, ne de ijsdem sæpe dicat, sed cùm ostendisset fieri non posse, vt in vno sit immobile principium, ex eo magis vnà simul ostẽdet fieri non posse vt plura sint imobilia. qua de causa in multis non amplius vsus est eo, nempe, vel quæ mouentur, vel quæ sunt immobilia. Rursus autem cùm in multis ostendisset fieri non posse vt sint principia infinita, simul etiam ostendet fieri omnino non posse vt sit principium infinitum. Vni enim magis non moueri cõuenisset, si id fieri potuisset. Infinita autem esse multis magis cõuenit.

Infinitum multitudine differt ab infinito magnitudine.

Hæc cùm dicat Alexander, noto aliud esse id quod est multitudine infinitum vel finitum, quod ijs qui multa dicunt principia esset conuenientius: & aliud id quod magnitudine: quod ijs qui vnum dicunt, & ipsi magis conuenit. quomodo enim fuerint plura magnitudine infinita, si non corpus per corpus procedat. sed videtur Aristoteles fecisse diuisionem breuitatis gratia. In ijs quidem F certè quæ deinceps dicuntur corrigit Melissum, vt qui dicat esse vnum principium & infinitum. Quinam autem sint qui plura & finita dicant esse principia: & quinã qui infinita, ex prius exposita diuisione cognouimus.

† ἀφιρετότως

Alexander Aphrodisieus Platonis decreta nõ satis cõsiderauit.

Velim autem hic quoq; Alexandrum non† negligenter & inconsideratè meminisse decretorum Platonis. Videtur enim, inquit, Plato duo facere principia, vnũ quidem subiectum appellãs & materiam, alterum verò tanquam causam & id quod mouet quod quidem Deũ vocat & mentem. Tertium quoq; est ex eius sententia exemplare. Mirum est enim si ne aduerterit quidem Alexãder apertè Platonem finalẽ causam omnibus præposuisse, cùm dicit. Dicamus igitur causam, quæ eum impulerit qui hæc fabricatus sit, vt generationem & hoc vniuersum constitueret. Bonus enim erat. Si ergo propter bonitatẽ: bonitas scilicet erat finalis causa, & maximè propria ac principalis. Non autem etiam diuersas partium cõstitutiones deducit ad diuersos vsus, & ad id cuius causa vnumquodq; factum est? G Quinetiam formalem causam apertè tradit Plato, non eam solam quę est à materia separabilis, sed etiam eam quæ est inseparabilis, cùm dicit vnam esse formam quæ eodẽ modo se habet, quæ est ingenita, & in quam non cadit interitus, neq; ipsa aliã suscipit, neq; ipsa in aliud agit. ea est autem inaspectabilis & omnino insensilis. cuius considerationem sortita est intelligentia. Altera verò quæ est eiusdem cum illa nominis, secunda, sensilis, genita, quæ semper fertur. Et paulopost. » Hæc autem, inquit, tunc sic enata primùm formis figurauit & numeris. Porrò autem per illa quoque dicta ostenditur duplex causa formarum, separabilis & inseparabilis. Qua ergo ratione mens cernit ideas in eo quod est animal, quales sint, & quot: ea tot & tales cogitauit habere hoc vniuersum.

Finalis causa prima apud Platonem.

Formarũ causa duplex, separabilis & inseparabilis.

Et si infinita: vel ita vt Democritus genus vnum, figura autem vel forma differentia: vel etiam contraria.

H

VII Quòd Democritum quidem principia eiusdem ponere, & ex eadem substantia dicere atomos, quæ figura & quæ in eis forma est, differant, existimet Aristoteles, omnes conueniunt interpretes. Illud autem, VEL etiã contraria,} Porphyrius quidẽ & Themistius redditionem esse existimãt eius quod est, ITA vt Democritus,} quę dicatur de Anaxagora. Ex ijs enim, qui principia infinita posuerunt: qui Democritum quidem sequuntur, atomos eiusdem substantiæ ponentes, quæ in vno genere, nempe in pleno, considerantur: figura positura & ordine eas differre dicunt. Qui verò Anaxagorã, ponunt etiam substantijs cõtrarias. caliditates enim & frigiditates, siccitates & humiditates, raritates & densitates, et alia, quę in caliditate sunt contraria, reponunt inter partes similares, quibus similares partes differre dicunt. quæ, vt ipsi sentiunt, sunt principia: cùm contrarium propriè consi-

E deretur in qualitatibus, non autem in figuris. Alexander autem Aphrodisieus hanc quidem nouit expositionem, sed eam nõ admittit: sed existimat totum potius dici de Democrito, nempe quòd ipse ponat principia quidem genus vnum. hoc est, subiectam naturam: figura autem vel forma differentia, vel etiam cõtraria. quòd enim Democriti, vt qui dicat principia contraria, meminerit Aristoteles, per hæc verba significat. « Et Democritus plenum « & inane. quorum illud quidem vt quod sit, hoc verò vt « quod non sit esse dicit. Præterea positione, figura, ordi- « ne. hæc autem genera contrariorum. Positionis sursum « deorsum, antè retro. Figuræ, angulus, rectũ, & quod circunfertur. Etsi enim ipse dicat Aristoteles figuram non esse figuræ contrariam, non etiam Democritum necesse est in hac esse sententia. In hãc autem expositionem ita est affectus Alexander, vt ex duobus alterum eligat, vel mẽdosam esse scripturã, eo, VEL ITA,} superfluè interiecto, quod exigit redditionem ad Democritum: de- F bere enim sic esse. « ET SI infinita, vt Democritus ge- « nus vnum, figura autem & forma differentia, vel etiam « contraria.} Vel si rectè, inquit, habet scriptura, omisit reddere eos qui dicunt ne genere quidem esse eadẽ principia, vt dicebant qui sequebantur sententiam Anaxagoræ. Si ergo & scripturam reijcere, quæ in omnibus inuenitur exemplaribus consentiens: absurdum: & mancam ostendere orationem & in dictione & in diuisionis partibus nõ minus est absurdum, & maxime quòd prætermittitur opinio Anaxagoræ, aduersus quam Aristoteles longa oratione disputat: sed etiam Aristotelis de Democrito repudiare opinionem, qui apertè eum existimabat ponere contrarium in principijs, quod quidem alij faciũt interpretes: nõ videtur admittendũ. Nũ, FIGVRA quidem, & quæ in ipso forma est, differre, tanquã proprium Democritus tradidit, qui dicit substantia nihil differre atomos: Non solum autem differre infinita principia, sed ẽt esse contraria, quod nõ à Democrito solum ponitur, sed G etiã ab Anaxagora, vtrisq; attribuit: vt ita dicat, vel ita vt Democritus genus vnum, figura autem vel forma differentia. vel non solum figura & quę in ipsa forma est differentia, sed etiam contraria. vt Democritus quidem figura & positura statuit cõtrarium, Anaxagoras verò & in substantia & in genere. Si quæ enim dicta sunt sic accipere rationi est consentaneum, neq; necesse est corrigere scripturam: neq; reprehendere orationem vt quæ careat redditione: neq; quod est ex Democriti sententia contrarium adulterare.

Similiter aũt quærunt, & qui quæ sunt quot sunt quærunt. ex quibus enim sunt quæ sunt quærunt primùm, ea vtrum vnum an multa. etsi multa, finita an infinita. quare principiũ & elementum quærunt vtrum vnum an multa. VII

VIII Quemadmodum nos, inquit, antequam philosopharemur de ipsis rebus naturalibus, necesse habuimus rerũ H naturalium quærere principia, quot sint & quænam ea sint: ita etiam Physici, & si de ijs quæ sunt proposuissent quęrere quot ea sint, necesse prius habuerunt quęrere de principijs eorum quæ sunt: nempe quòd ab ijs eorũ quę sunt pendeat cognitio. Hoc autem eò spectat vt ostendat esse necessarium tractare de principijs, siquidem etiã ijs qui de ijs non proposuerunt dicere, primo tamen de ijs quærendum occurrit, tanquã non aliter de ijs quæ sunt notitiam habituris. Ita ergo Alexãder exponit dictionem, & hoc dicit de omnibus dici Physicis. Num autem non agitur de omnibus Philosophis naturalibus, neq; quòd cùm alia quidem quærere proponant, alia ante illa eis occurrit quęstio de principijs: sed quoniã Parmenides & Melissus quærebant de eo quod est, vtrum vnum sit an multa, & an sit immobile, vel moueatur: & ij, inquit, non de ijs quæ sunt, quis existimauerit, sed de eorum quæ sunt principio quęrebant: rectè & sapienter quod ab eis dicebatur

Parmẽides & Melissus non de iis quæ sunt, sed de eorũ quæ sũt principio quærebãt.

batur

batur accipiens Aristoteles. Non enim eos vnquam existimauerit ignorare multitudinẽ quæ est in ijs quę sunt: vel hoc quidem certè, vtrum duos pedes habeant: sed de eo quod verè est, & est propriè, ab eis verba fiebãt, quod est principium & causa omnium quæ quomodocunque sunt. Et ideo Parmenidis & Melissi statim opinionẽ aggreditur, qui de eo quod est philosophantur. nã siue quærant de principio an sit vnum an multa, siue de eo quod est, eadem quęrunt, etsi non vtantur eisdem nominibus. quæ ergo dicuntur in eos qui dicunt vnum esse id quod est, dici possunt in eos qui dicunt vnum esse principium.

Quoniã ergo ipse fecit diuisionem in principijs, dicens, Necesse est vel vnum esse principium vel plura, meritò adiecit, ꝙ qui etiam quæ sunt quot sunt quærunt, quęrũt de principijs, etiam si alijs vtantur nominibus. Quocirca etiam tanꝗ vnum id ponens, contradicit.

VIII Considerare itaq; an sit vnum & immobile id qđ est, non est de natura cõsiderare. Quemadmodum enim Geometræ etiam non est amplius disceptatio aduersus eũ qui sustulerit principia, sed vel alterius scientiæ, vel cõmunis omnium: ita nec ei qui agit de principijs. Non est enim amplius principium, si vnum solum, & ita est vnum. vel est enim principium alicuius, vel aliquorum.

IX Per hæc autem, inquit Alexander, etiam quæ esse videbatur prætermissa quæstionem, an sint omnino principia, adijcit, contradicens ijs qui ne omnino quidem esse dicebant principium rerum naturaliũ. Qui enim vnum dicunt esse id quod est & immobile, principia naturalia tollunt & ipsam naturam. Principium enim est alicuius vel aliquorum principium, & vnà secum inducit multitudinem. et si nõ est motus, ne natura quidem est. Ostenditur enim naturam esse principium motus. Num autẽ nimis callidè excogitata est huiusmodi expositio? non enim ꝙ sunt principia naturalia, per hæc statuit Aristoteles ostendere: sed cùm hoc, vt quod esset in cõfesso, & ex eorum sententia accepisset, siquidem id quod est dicebãt pro principio: ex eo conatur eos qui vnũ dicunt id quod est, tanquam qui principium dicant, labefactare. non est enim amplius principium si vnum solum est quod est, & ita vnum est, vt videtur multis vnũ dici id quod est, tanquam ipsum solum. Principium enim est alicuius, vel aliquorum, quocirca vnà quoq; secum inducit multitudinem. Simul ergo & eorum tollit positionem: & qui eam posuerant reprehendit, ꝙ cùm viderentur de natura considerare, naturam perimerent. & cùm primas diuisionis sectiones comprehẽdisset, ea autem sunt. SI vnum & immobile principiũ, } inuenit Parmenidem & Melissum, qui hanc opinionem defenderent, dicentes vnum esse id quod est, ponentes id quod est pro principio. Et eis protinus cõtradicit, cùm principij & eius quod est notionem coniunxisset, quam sequẽtes eos, id dicere suspicabatur: deinde ex notione eius quod est, quemadmodum verisimile erat multos qui nomen audiebant putare. & tũc ab vno aggreditur: & videtur eos statim reprehendere, ꝙ eo quòd dicerent vnum esse principium eius quod est, id quod est vnum dixerint: & per eius quod est notionẽ tollitur principium: & de eorum quæ sunt principio dicentes, & principium perimant et naturam, cùm id quod est vnum esse dicant & immobile. perempta autem natura & naturalibus principijs, perempta est etiam omnis naturalis contemplatio. Quoniam autem non omnis oratio digna est cui contradicatur, hoc ipsum primum indicat, quanam in re non est oratio digna cui contradicatur: & quanam in re, quãuis ita habeat, nihil tamen prohibet contradicere. Nulla enim ars neq; sciẽtia, aduersus eum qui tollit eius principia & vniuersam eius constitutionẽ, potest sua ipsius ratione è sciẽtia occurrere & se ei opponere. si enim oportet Physicum exempli gratia, vt Physicum, quæcunq; ab ipso ostenduntur demonstrare naturalibus principijs & naturaliter, non concedũtur autem principia nec naturalis contemplatio, quomodo adhuc demonstrauerit Physicus, quatenus Physicus? sed neq; Geometra aduersus eum qui [illegible] principia geometrica & geometriæ constitutionem, vt Geometricus differet: neq; enim habet principia ex quibus differet. Volẽs autem principia constituere, vel ex prioribus, vel ex posterioribus ea constituet. Sed si ex prioribus: scilicet non naturalibus, neq; naturaliter. Si verò ex posterioribus & naturalibus: ea postulare necesse est, vt quæ nondum clarã sint eò ꝙ sublata sint principia ex quibus ea ostendi poterant: quemadmodum sunt quæ apud Geometras vocantur postulata. Sed necesse est vniuscuiusq; principia vel eas quæ proximè transcenderint ipsarum scientias ostendere, vt medicas naturalis philosophiæ, & mechanicas Geometriæ, vel omnium cõmunem aliquam, cuiusmodi est Dialectica Peripateticorum. Etenim in Topicis dixit illam esse vtilem disciplinam etiam ad scientias, quæ sunt in philosophia. Cùm in inqsitione enim versetur, inquit, viam habet ad principia omnium scientiarũ. Et meritò sanè, siquidem scopus est Dialecticę de quauis re proposita ratiocinari ex probabilibus. Ostẽdet. n. exempli gratia, Dialecticus signum esse cuius pars nulla est, et lineam longitudinem expertem latitudinis, & superficiem habere solum longitudinem & latitudinem, assumens cõmune pronũciatum, ꝙ corpus habet tres dimensiones, & ꝙ qdqd terminat, minus est eo quod terminatur vna dimẽsione. Porrò aũt prima quoq; philosophia demonstrabit omnia principia: quocirca & ars artium et scientia scientiarum celebratur. Non est ergo naturalis Philosophi cũ eo differere qui tollit naturalia principia. Aduersus eos autem qui omne omnino principium tollunt, nullius fortasse fuerit hominis differere. Omne autem principium tollunt qui vnum solum dicunt esse id qđ est, & ita vnum vt nihil sit præter ipsum. Principium enim omnino secum adducit, vel aliquid, vel aliqua quorum est principium. Quęrit autem Aristoteles in opere quod inscribitur Metaphysica, vtrum vniuscuiusque scientiæ principia singillatim vna sit aliqua quæ probet, an sit vnius scientiæ contemplari quæ sit communis omnium scientiarũ. Et Eudemus in principio naturalium pulchrè quidem proponit quæstionem, in alia autẽ perfectiora opera differt eius solutionem. Ita autem dicit.

Principium nõ est, si est vnum solũ id qđ est.

Nulla scientia põt per se se defendere aduersus eũ qui negat principia.

Postulata Geometrarum.

Dialectica de quauis re proposita ratiocinatur.

Pria Philosophia demonstrat oia principia.

Pricipium omne tollunt qui dicũt eẽ vnũ id qđ est.

Principia pbare cuius sit scientię?

A B C D

Vtrum autem vnaquęq; sua ipsius principia inuenit et iudicat, an vnaquãq; aliqua alia, an in omnibus vna est, dubitauerit quispiam. Mathematici enim sua ostendunt principia, & quid dicat vnumquodq; definiunt. Qui autem nihil considerat, ridiculus videri possit, quærẽs quid est linea, & vnumquodq; ex alijs. Principia autem qualia ipsi dicunt ne demonstrare quidem aggrediuntur. sed neq; ad se pertinere dicunt ea considerare, verùm ijs concessis ostendunt ea quæ consequuntur. Si autem est aliqua alia in Geometricis pricipijs, similiter autem etiam in Arithmeticis, & in vnoquoq; aliorum, vtrum est vna aliqua in principijs omniũ, an in vnaquaq; alia? Siue autem est vna aliqua cõmunis, siue ꝓpria in singulis, opus erit etiã in eis esse aliqua principia. Rursus ergo eodem modo quæret, an hæc etiam sint suorum principiorum, an aliqua alia. Si fuerint itaq; alia: procedit in infinitũ: quare principiorum non erunt scientiæ. principia enim esse videntur quæ sunt superiora. Sin autem consistẽt, & erunt aliquæ, vel etiã vna aliqua propria principiorum scientia: quęretur, & opus erit dicere, cur hæc quidem sit & eorum quæ sub se sunt & suorum principiorum, aliæ verò nõ. rei enim fictæ assimile videtur esse principium, si non aliqua infertur differẽtia. De his ergo accuratè differere fuerit alterius philosophiæ. Hæc Eudemi verba, quæ apertè exponunt dubitationem quæ inest quæstioni, totam exposui ijs qui res quærunt diligẽtius. Et Eudemus

demus

demus quidem, vt dixit, responsionem distulit in perfectiora opera. Breuiter autem dicendum est, quod ex principiis quæ sunt in vnaquaque arte & scientia, alia quidem per se fidem faciunt, & propterea ipsis quoque scientiis nota sunt quorum sunt principia. quemadmodum sunt quæ in Geometria vocantur cōmunes notiones, & definitiones. nanque ex quoque volunt esse eiusmodi vt demonstrari nequeant. & ideo sunt ex definitionibus eæ quæ sunt propriè demonstrationes, tanquam ex propositionibus quæ non habent medium. Alia verò veluti ex positione cuiusmodi sunt definitionum substantiæ. Signum enim præbere notionem alicuius cuius nulla est pars penitus: & lineam esse notionem longitudinis, quæ caret latitudine, per se est credibile. Hoc autem, nēpe esse aliquid cuius pars nulla sit in iis quæ possunt in partes diuidi, & expers latitudinis in iis quæ sunt dilatata, hoc Geometra sumit tanquam principium, ipsum minimè demonstrans. sed hoc primus demonstrat Philosophus ex principiis quæ per se fidem faciunt & demonstrari nequeunt. Hic autem est ex Platonis sententia Dialecticus. Qui autē ex Aristotelis de quauis quæstione proposita, vt dictū est, ratiocinatur ex probabilibus: probabilibus prius principiis vtitur. Et ita neque in infinitum progrediemur, principia ante principia ponentes: ad principia enim quæ per se fidem faciunt & demonstrari nequeunt perueniemus: neque scientia principiorum erit illi cuius sunt principia: siquidem scientia est syllogismus demonstratiuus, syllogismus verò est ex cognitis principiis. sed alius principia sunt aliis ex scientia cognita, quòd ex aliis demōstret principiis, quæ per se fidem faciant & demonstrari nequeāt. Quamobrem aduersus eos qui naturalia de medio tollūt principia, non fuerit naturalis Philosophi disserere. vel enim ex prioribus, vt dictum est: & non amplius vt naturalis. vel ex posterioribus & postulabit esse principia, quorum sunt posteriora ea ex quibus demōstrat. si enim nō sunt principia, ne ea quidem quæ sunt posteriora principiis. Quocirca, vt dicit Alexander, ipse quoque Aristoteles, cùm dicit aduersus eos qui dicunt id quod est esse vnum & immobile, qui quidem naturalia perimūt principia, dicet non quatenus Physicus, sed quatenus Philosophus. Num autem non possit quidem Physicus cōtradicere ex scientia aduersus eum qui tollit principia naturalia, ex scientia autem sic, tanquam ex rei principiis. non. n. nouit ipse, quatenus Physicus naturalium pricipiorum alia superiora principia: potest autē ex principiis demonstrationis monstrare. Principia autem demonstrationis sunt & quæ ex euidēti sensu apparēt, & ex singularibus: &, vt semel dicam, ea quæ vocatur inductio. Aristoteles itaque resistit iis qui dicūt esse vnum id quod est, ostendens esse & substantiam, & quantitatem, & qualitatem, in iis, quæ sunt: ea autem nō vnum. Aduersus eos autem qui immobile. Nobis autem ponantur, inquit, ea quæ sunt natura vel omnia vel nōnulla moueri. clarum est autem ex inductione. Quamobrem Physico nō omnino deerit quod dicat aduersus eum qui tollit naturalia principia: dicere enim poterit ex principiis demonstrationū, sed non ex principiis principiorum. Hanc autem opinionem primam, inquit Alexander, tractat Aristoteles, quoniam ea tollit naturam & principia naturalia. postquam ergo eam refutauerit, & esse naturam & principia naturalia confirmauerit, ita etiam ad alias aggredietur opiniones quæ de principiis dictæ sunt.

Dialectic⁹ ex sentētia Platonis qui sit.

Principia demonstrationis quęnam sint.

IX Perinde est autem considerare an sic vnum, ac in quamuis aliam positionē disserere earum quæ dicūtur sermonis gratia: quemadmodum in Heracliti, vel vt si quis hominem vnum dixerit esse id quod est: Vel contentiosam soluere orationem, quod quidem habēt vtræque orationes, nēpe & Melissi & Parmenidis. etenim falsa sumunt, nec syllogisticè concludunt.

X Multi sunt modi orationum, quibus non oportet contradicere eum qui philosophicè & ritè disputat. neque. n. aduersus eos qui tollunt principia rerum quæ sunt subiectæ disserentibus: neque aduersus eos qui ea dicunt quæ sunt ab omnium opinione aliena, ac dissidentia, & absurda. Tales enim sunt positiones, quemadmodum Heraclitus qui dicit bonum & malum in idem conuenisse instar arcus & lyræ. qui etiā videbatur dicere positionem, propterea quòd adeò indefinitè diceret. Ostendit autem numerosam ac concinnam contrariorum mixtionē, quæ est in generatione. quemadmodum Plato quoque in Sophista meminit opiniōis Heracliti, cùm ea Empedoclis opinionem conferens. Ita autem dicit. Ionicæ autem & Siculæ postea musæ animaduerterunt esse tutissimum vtrunque coniungere, & dicere, quod id quod est, est & multa, & vnum, inimicitiisque, & amicitia continetur. Dissidens enim vtique coniungitur, aiunt musæ intensiores ac seueriores. Ionicas & seueriores vocans musas Heracliti. Molliores autem remissioresque, & siculas, quacunque de causa id fecerit, vocat musas Empedoclis. Hæc ergo, inquit, sic semper quidem habere relaxarunt. In parte autem & vnum quidem aliquando esse dicunt vniuersum, & amicum propter venerem: aliquando verò multa & ipsum sibiipsi inimicum propter contētionem aliquam. Cùm autem sit obscurior sententia Heracliti, admirabilis eius opinionis apertius exēplum attulit Aristoteles, & simul etiā conuenientius. VEL vt si quis hominem vnum dixerit esse id quod est} Hoc est enim exēplum conuenientius, admirabilis, & quæ ab omnium opinione est aliena, orationis. Est autē alius quoque modus, qui non solum enuntiatiuè quæ sunt à cōmuni opinione aliena loquitur, sed videtur etiam syllogisticè concludere, non ex veris; neque ex probabilibus propositionibus, sed ex apparentibus probabilibus. cuiusmodi sunt Sophistici paralogismi, hoc est, fallaces syllogismi. Et, vt paucis rem absoluam, vnusquisque eorum qui falsam inducūt opinionem, vel seruat principia eorū quæ sunt subiecta opinioni: & oportet Physicos aduersus eum decertare: vel tollit: & nihil habet Physicus quod cū eo disputet. Rursus autem vel eam inducit enūtiatiuè, vel etiam videtur vti syllogismo. & si introducit enuntiatiuè, vel dicit aliquid, quod facilè admitti possit, & est probabile: & oportet aduersus eum contradicere, vt quod ex seipso non sit improbabile, licet falsum dicat. vel dicit aliqd, quod est planè absurdum, & ab omnium opiniōe alienum: & qui tendit ad veritatem, cùm eo minimè disceptauerit. neque enim fuerit Dialectici cum eo disserere, qui porticum dicit id esse, quod iustum est. Quòd si etiam aggrediatur ratiocinari cōtentiose falsum dicens, si ex probabilibus quidem propositionibus faciat syllogismum, fraus est conuincenda: etiam si non propter seipsum, sed propter auditores, qui non penetrant vltra rei superficiem. Quòd si ne quod est quidem probabile in se habeant propositiones, sed proferantur tantùm contentiosè, est otiosorum, immo verò otium fugientium, eis cōtradicere. Si ergo Parmenidis & Melissi oratio, & principia tollit naturalia: & aliquid ponit planè absurdum, & ab opinione omnium alienum, cùm dicat vnum esse id quod est: & in syllogismo vult non solum falsas sumere propositiones, sed etiam concludere minimè syllogisticè: propter hæc omnia nō fuerit dignus cui cōtradicatur, & maximè à Physico cuius tollit principia. Cùm autem sit duplex syllogismi vitium, vel potius cuiusuis compositi, & quod oritur ex iis ex quibus componitur, & quod ex cōpositione, has orationes vtroque modo arguit. etenim falsò sumptæ sunt propositiones: & in modo compositionis, cùm non sit syllogisticus in figura, peccatum est: & est ex iis qui non concludunt aliquid necessariò. Et Alexander quidem hęc sic dicit dicere Aristotelem, vtpote quòd sit Heracliti positio ab opiniōe omniū aliena, & eiusmodi,

vt si

Aduersus quos nō [...] disputādū.

Positiones quænā dicantur.

Heraclitus dicit bonum & malum simul conuenisse.

Ionicæ seuerioræ musę, Heraclitus.

Siculæ molliores musę, Empedocles.

vt siquis vnum hominem dicat id esse quod est: conten-
tiosæ autem sint orationes, hoc est sophismata, Parmeni
dis & Melissi, per hoc indicium, QVÆ dicuntur sermo-
nia gratia} hoc est, quæ testimonium nō habent à rebus
de quibus dicuntur, sed falsæ sint & inanes. Hæc cū his
verbis dicat Alexander, noto quòd non solū orationem
Heracliti existimat positionem similem ei quæ dicit ho-
minem vnum esse id quod est: sed has quoq; orationes,
vt quæ sint positiones, Heracliti positiōi similes, vel quę
adhuc magis conueniant ei quæ dicit vnum hominē esse
id quod est, euertit. Dicit itaq;. PERINDE est autē con
siderare an sic vnum, ac in quamuis aliam positionē dis-
serere} Et quæ deinceps sequūtur, vtpote q sit hęc quo-
que positio. Miror autem Alexandrum q cùm putet
has orationes dici tantùm sermonis gratia, eas tamē non
putet positiones, sed cōtentiosas tantū orationes: quam-
uis apertè dixerit Aristoteles dici positiones, solius ser-
monis gratia, cui res minimè ferunt testimonium.

Est autem Melissi intolerabilior, & quæ non
habet dubitationem. sed vno absurdo dato alia
eueniunt. hoc autem nihil est difficile.

XI Importuniorem autem esse dicit Melissi orationem,
quoniam is nō solum vnum & immobile dicebat esse id
quod est, quemadmodum Parmenides: sed præterea ip-
Infinitū si sit id quod est quęnā absurda sequātur.
sum quoq; ponebat infinitum. Cùm itaq; cōmuniter eis
contradixisset, subiunxit. Melissus aūt id quod est di-
cit esse infinitum. aliquid ergo quātitate prędicum est id
quod est. Intolerabilis autem est, q cùm introducat quā
titatem, quā necesse est esse in subiecto substantia, vnum
tamen poneret id quod est. Dixit autem nō habere du-
bitationem, vt quæ facile dissolui possit, & non faciat du
bitare, eo q consistat in superficie. acris enim est oratio,
quæ mordet & facit dubitare, vt dictum est in Elenchis
Sophisticis. SED vno, inqt, absurdo dato, alia eueniūt}
Etenim imobile necesse est esse si vnum sit, & ita vnum
vt hoc solum sit. etenim si moueatur, habebit motum &
mutationem, & vnde & quò, siue ab affectione in affe-
ctionem, siue à loco in locum, siue quomodocunq;. por-
rò autem necesse est esse infinitum. si finē enim habeat,
habebit finē, & id quod finitur. Itaq; Plato quoq; ex eo,
q Parmenides dixerit id quod est totum & orbi simile,
Vndiq; tornati moli est quod persimile orbis.
ostendit non esse vnum, vt quod habeat medium, extre-
» ma, & partes. In Sophista autem hæc scripta sunt. Si er-
» go totum est, quemadmodum dicit Parmenides,
Vndiq; tornati moli est quod persimile orbis,
A medioq; ęquum est omnino, quó neq; maius,
Nec minus ex vlla parte hoc existere possit.
» Tale autem cùm sit, habet medium & extremū. hæc au-
» tem cū habeat, id partes omnino habeat necesse est. vel
» quomodo ita. Atqui id quidem quod est per partes di-
» uisum, nihil prohibet quominus habeat in partibus om-
» nibus id quod vni euenit, & ea quidem ratione esse vni-
uersum & totum. Quidni. Cui ergo hæc euenerūt, an
non fieri non potest vt ipsum vnum idem sit? Nihil au-
tem, inquit, difficile, sed ēt necessarium, vno absurdo po-
sito alia absurda euenire: Vel quòd nihil est difficile per
spicere, quomō vno absurdo dato alia absurda eueniant.

Nobis autem ponatur quæ sunt natura, vel
omnia, vel nonnulla esse quæ moueantur. cla-
rum est autem ex inductione.

XII Illi quidem cùm immobile esse id quod est posuissent,
in multa absurda inciderūt. A nobis autem ponatur quę
sunt natura, vel omnia, vel nonnulla moueri. Hęc quæ
tanq; vera ponitur, non est positio: neq; inducit aliquid
quod sit ab omnium opinione alienum et absurdum: nec
eo confirmatur, q soluat ea quæ contrà dicuntur: sed ex
inductione cognoscitur. multa enim videmus quæ natu
ra mouentur. ac mouentur quidē omnia natura, siqdem

A natura est principium motus. Cæterum hoc ponatur de
quo dubitari nō potest, nōnulla eorum quę sunt natura,
moueri. animalia enim & plantę oīa moueri cernuntur.
& simplicia elementa, & cœlum, & astra quæ in cœlo
sunt. Verisimile est autem eum dicere illud. VEL om-
nia, vel nonnulla, } quoniam poli & centra vniuersi &
axes, ipsi quoq; sunt natura immobiles: clarum est ergo
q quę sunt, sunt ex ijs quę mouentur: Vel, vt Alexāder
dicit, anima. Ponit aūt nunc moueri non principia natu
Principia q̃ sunt natura. Pricipia q̃ ad nos attinet.
ralia, sed ea quę sunt natura, quorū quęrit principia. Sed
hic quoq; fatetur Alexander eū hoc tanq; principium su
mere, non q sit natura, sed quod sit, quod ad nos attinet,
principiū. quod. s. nō est rei: esset. n. natura primū: sed de
mōstrationis, quæ ēt euidenter sumitur à posterioribus,
Inductio quo modo & quid ꝓbet.
quēadmodū inductio ex singularibus ꝓbat id, quod est
vniuersum, non qđ est posterius natura, sed quod prius.

XI Simul autē nec omnia soluere conuenit, prę-
terquàm quęcūq; quis ex principijs ostendens
B falsum dicit. Quæcunq; autem non, minime,
quemadmodum quadraturam, eam quidē quę
fit per sectiones, Geometrici est dissoluere, An
tiphōtis verò quadraturā, non est Geometrici.

Ei positioni quę dicit, vnū et imobile, opponens, quæ XIII
sint natura, vel oīa, vel nōnulla moueri, cui fert testimo-
niū euidentia, ne quis diceret eū quod quęrit tanq; quod
sit in cōfesso ponere: adijcit causam cur verum posuerit,
ànteq; falsum refelleret. qm̄ simul cū eo, q sit facile, et ni-
hil habeat difficultatis videre q̃ absurdo posito eueniūt:
ne oīa quidem soluere cōuenit quę falsò dicunt: sed illa so
Falso dicta quęnam sint soluenda, & quę non.
la quę ex principijs eius qui disserit qs ostendens falsò di
cit: quęcunq; aūt non, minimè. qui aūt vnum dicūt et im
mobile, neq; seruant principiū, nec naturā. non est ergo
absurdum ēt anteq; soluas ea quæ contradicuntur, ea po
nere qbus fert testimoniū euidentia: siqdem ne oīa qui-
dem soluere necesse est. Hanc aūt differentiā falsorum
C quę solui debent, & eorū quę non, ostendit in qbusdam
falsis in Geometria descriptionibus. cū enim cōplures,
circuli quadraturā quęrerent (hoc aūt erat ęquale circulo
ponere quadratū) & Antiphon existimauit se inuenisse,
& Hippocrates, ęque vterq; falsi. sed qđ ab Antiphonte
quidē falsò dicitur, qm̄ non à Geometricis moueat prin-
cipijs, non est Geometrici soluere. Quod aūt ab Hippo-
crate, qm̄ seruatis geometricis pricipijs deceptus est, est
Geometrici soluere. oportet. n. illas solas orationes solue
re, quę ꝓpria disciplinę principia seruātes, falsò sic syllo-
gismo vtunt. eę aūt non sunt soluendę, quę tollūt princi-
Quadratura circuli p Antiphontem.
pia qbus fallunt. Antiphon aūt cùm scripsisset circu-
lū, inscripsit in eo quoddam spaciū, quod multis contine
tur angulis ex ijs quę inscribi poterant. Sit aūt exempli
gratia, quadrangulū quod inscriptū est. Deinde vnum-
quodq; latus quadrāguli in duas partes secans, à sectione
ad circūferentias duxit lineas ꝑpendiculares, quę scilicet
in duas partes secabāt vnaquęq; earū sectionē circuli quę
D Circuli quadratura secundum Antiphontem.



in se erat. Deinde à sectione coniungebat rectas ad fines
linearum quadranguli, vt fierent quatuor trianguli qui

constabāt ex rectis, vniuersa autem figura esset octangula. Et sic rursus eadem ratione vnumquodq; latus trianguli in duas partes secans, á sectione ad circunferentiam ducens perpendiculares, & á signis coniungens, in qbus actę perpendiculares tangebant circunferentias, rectas ad fines rectarum diuisarum: faciebat id quod inscribebatur sexdecim angulorum. & eadem ratione rursus secans latera eius qui est sexdecim angulorum, qui inscribitur, & rectas coniungens, & eum qui est multorum angulorum qui inscribitur duplicans, & hoc semper faciens, donec hac ratione consumpta superficie, esset hoc modo in circulo inscribendus aliquis multorum angulorum, cuius latera propter paruitatem conuenient circunferentię circuli. Cuius aūt multorom angulorum possumus ęqualem ponere quadrangulum, vt accepimus in elementis. quare cum posita sit figura multorum angulorum ęqualis circulo, ei applicantes æqualem quadrangulum, circulo quoq; ponemus æqualem quadrangulum: & collectio scilicet facta est, contra geometrica priocipia. Non vt Alexaoder autem dicit, ponit quidem Geometra circulum tangere rectam io signo tanquam principium: Antipho autem hoc perimit: non enim hoc pooit Geometra, sed hoc demonstrat in octauo libro. Melius ergo esse principium dicere, fieri non posse vt ritè applicetur rectà circunfereotiæ. Sed quæ est quidem extrinsecus, in vno puncto tangit circulum: quæ est autem intrinsecus, in duobus tantùm & nō pluribus: & attactus fit in signo. Atq; adeò etiam qui semper scindit superficiem quæ interiecta est inter rectam & circuli circunferētiam, ipsam noo consumet, neq; vnquam compreheodet circuli circunferentiam: siquidem superficies diuidi potest in infinitum. Sin autem comprehendit, sublatū est principium Geometricum quod dicit, in infinitum diuidi posse magoitudioes. Hoc quoque dicit Eudemus tolli ab Antiphonte. Quadraturam autē quæ fit per sectiones, Geometrici est dissoluere. eam autem quæ fit per sectiooes dixerit eam quæ fit per lunulas, quam inuenit Hippocrates Chius. circuli enim sectio est lunula. Ita autem ostenditur. Sit, inquit, circa rectam A B descriptus semicirculus A B C, & scindatur lioea A B in duas partes in D. & á signo D in linea A B ducatur perpendicularis D C. & á sigoo C coniungatur lioea C A, quæ est latus quadranguli qui inscribitur in circulo, cuius est semicirculus A B C. & circa lineam A, describatur semicirculus A E C,

Quadratura circuli Hippocratis.

Lunulæ quadratura secundum Hippocratem.



Et qm̄ qui ex linea A B cōstituitur, est ęqualis ei qui cōstituit ex linea A C, & ei qui constituit ex altero latere quadrāguli, qui inscribatur in semicirculo A C B, hoc est linea C B: Linea. n. A B est hypotenusa, id est quæ subtertendit lineā, trianguli rectanguli: vt se habēt autem inter se quadranguli qui fiunt ex diametris, ita etiam qui circa ipsos sunt circuli, se inter se habēt: & semicirculos, vt ostēsum est in. xij. libro elemētorum: Semicirculus ergo A B C est duplum semicirculi A E C. Est autem semicirculus A C B duplum etiam quartæ partis A C D: quarta ergo pars est ęqualis semicirculo A E C. Cōmunis auferatur sectio quæ continetur á latere quadranguli, & á circunfereotia A C: restat ergo lunula A E C ęqualis triangulo A C D, triāgulus

E autem quadrangulo. Cùm autē ostendisset per hæc quadrari lunulā, deinceps conatur per id, quod antè demonstratum est, sic quadrare circulum. Sit recta A B, & circa eam describatur semicirculus. & pooatur linea C D dupla A B. & describatur circa semicirculum C D. & describātur in ipso latera hexagooi, latus C E, & latus E F, & prætérea latus F D. & circa ipsa describātur semicirculi C G E, E K F, F, K D. Vnusquisq; ergo semicirculus, qui est circa latera

hexagoni, est æqualis semicirculo A B, linea enim A B est æqualis lateribus hexagooi. eorum enim quæ ex centro procedunt duplus est Diameter: latera autem hexagoni sunt æqualia ijs quæ procedunt ex centro: linea autem C D est dupla lineæ A B: quare quatuor semicirculi sunt inter se æquales. Sunt ergo quatuor quadrupli semicirculi A B. Est autem etiam semicirculus, qui est circa lineam C D quadruplus eius qui est circa lineā A B. F

Circuli quadratura secundum Hippocratem.



G

Qm̄ ergo linea C D est dupla lineę A B: qui fit ex linea C D, est quadruplus eius qui fit ex linea A B. quemadmodum enim habent inter se quadrāguli qui constant ex Diametris: ita etiam se inter se habent qui circa ipsos suot circuli & semicirculi. quare semicirculus qui constituitur ex linea C D, est quadruplus eius qui consistit ex linea A B. Semicirculus ergo qui constituitur ex linea C D, est æqualis quatuor semicirculis: & ei qui est circa lineam A B. & tribus semicirculis qui sunt circa latera hexagoni. Communes auferantur sectiones, & á sectionibus quæ sunt circa latera hexagoni, & ab eo qui est circa lioeam C D: & quæ continentur á lineis hexagonalibus & á circūferentijs semicirculi C D: reliquæ ergo C G E, E H F, F K D lunulæ, cum semicirculo A C B, suot æquales trapezio C E, E F, F D. Sin autē á trapezio qđ supereminet, sustulerimus, hoc est, id H qđ est ęquale lunulis (ostensum est. n. rectilineū esse ęqualem luoulę) quod reliquū est aūt reliquerimus, quod quidem est ęquale semicirculo A C B, & rectilineum qui reliquus fuit duplicauerimus, & id quod fuit duplicatū fuerit quadratum, hoc est, quadrangulum ei ęqualem acceperimus: erit quadratus ęqualis circulo qui est circa diametrum A B: & sic quadrabitur circulus. Et est valde quidem ingeniosus conatus. falsa autē fuit ex eo descriptio, q; id quod noo fuit vniuersè & generaliter demonstratū, id tanquā vniuersè ac generaliter acceperit. non. n. ostensum est omnē quadrari lunulā, sed eā quæ est circa latus quadrati qui inscribitur in circulo. Est etiam quædam eiusmodi probatio, per lunulas existimans se quadrare circulos simplicior: & refellitur propter falsam quæ est in ipsa descriptiooem. Cùm enim iouenissent quadraturam lunulæ quæ est circa latus trianguli, se per eam hi quoque existimarunt inuenisse quadraturam circuli,

vtpote

vtpote ꝙ quiuis circulus posset diuidi in lunulas. Triangulum enim lunulæ æqualem toties multiplicātes, quot sunt oēs lunulę in quas circulus diuidiť, existimabāt quadratū æqualem his lunulis esse ēt æqualē circulo, falsum sumentes, nempe, vniuersum circulum posse diuidi in lunulas. In circuli.n. diuisione in lunulas, semper relinquitur aliquod intus mediū incuruum ac conuexum, quod comprehenditur à lunulę lineis quæ sunt vtrinq;. quod si neq; sit lunula, neq; quadreť, ne vniuersus quidē quadretur circulus. Non recta aūt est quæ fit aduersus talē quadraturam obiectio. neq;.n. opus est ei qui per lunulas circulum diuidit, diuidere quēlibet circulū in lunulas. nam si hoc quidem fuerit, ne sic qdem circulus diuiditur per lunulas. non.n. ostēsum est quamuis quadrari lunulam. quinetiā ne si diuidatur quidē quilibet in lunulas, rursus quadrabitur, nisi concedatur lunulas, quę describunť circa latera hexagoni, qui inscribitur in circulo, quadrari, & non eas solas quæ sunt circa latera quadranguli. Hic ergo ēt falsę descriptionis causa est, ꝙ cùm solā quadrauerint lunulā, quę est circa latus quadrati: perinde ac si omnes quadrētur lunulę, quęcunq; fuerint, in quas circulus
» diuiditur, ita faciant demonstrationē. Quidam aūt, in-
» quit Alexander, existimāt, si quadratum numerum, cir-
» cularem ostenderint, in circuli quoq; magnitudinibus in-
» uenisse quadraturā. Est autem, inquit, quadratus qdem numerus qui est ęqualiter ęqualis. Circulares aūt dicebant numeros qui cōponuntur ex imparibus sitis per seriem, queādmodum, vno, tribus, quinq;, septem, nouē. Cùm autē inuenissent numerū aliquem, qui esset simul
» quadratus & circularis, vt.xxxvi.q esset quadratus qui-
» dē, quod ex.vi. in se ductis procreetur: circularis aūt, ꝙ
» ex imparium.i.iij.v.vij.ix.xi. cōpositione perficiať, exi-
» stimabant se ēt inuenisse quadraturā circuli. Sed osten-
» sio, inquit, est non ex Geometricis pricipijs sed arithme-
» ticis. sunt.n. Arithmetica principia, Esse talē numerum
» circularem, & talē quadratum. Hęc cū dicat Alexāder, primùm aduertendum est ꝙ numerum quidem circularem statuunt Arithmetici, non ex compositione imparium per seriem, sed ex eo quod idem in idē desinit. Est enim circulus.xxv. quoniam quinquies quinq;.xxv. & xxxvi. neq; quatuor, neq; nouem, neque sexdecim, licet fiant ex compositione impariū per seriem, sunt circulares, sed solū quadrati. per cōpositionem enim imparium quadrati fiunt. & fortasse qui ab initio eius inueniendi disciplinam tradidit, non dixit esse omnes absolutè circulares qui fiunt per cōpositionem imparium per seriem, sed in cōpositione imparium per seriem inueniri circulares: etsi ne hoc quidē semper eueniat. nam.cxxv. etsi sit circularis, vt qui factus sit ex.v. ducto in.xxv. &.ccxvi. vt qui factus sit ex.vi. ducto in.xxxvi. non tū facti sunt per compositionem imparium per ordinem: nisi vtiq; ij non sunt circulares, sed sphęrici, ex circulis planis circulariter congesti. Porrò autē illud quoq; aduertendum est, non fuisse consentaneū, vt qui numerum circularem inuenissent eundē quoq; esse quadratum, propterea se putarent in magnitudinibus circuli quadraturā inuenisse, Sed fortè cùm in numeris inuenissent eundē simul esse quadratum & circulū, venit eis in mentē vt in magnitudinibus quoq; quęrerent quadraturā circuli. Dicebat autem noster Pręceptor Ammonius, non necesse esse si hoc inuentum fortasse fuerit in numero, inueniri etiā in magnitudinibus. sunt.n. dissimilium generum linea recta & circunferentia. Nec est, inquit, mirandum ęqualē circulo non esse inuentum rectilineum, siquidem hoc ēt inuenimus in angulis. neq; enim angulo semicirculi, neq; ei qui reliquus est ad rectā, qui dicitur ceratoeides, quasi dicas cornu instar, fuerit ęqualis rectilineus. Et ideo fortasse, inquit, ab adeò claris viris quæsita, non est inuenta in hodiernum vsq; diē contemplatio, ne ab ipso quidē Archimede. Ego aūt dicebam Præceptori. Si quadretur lunula quæ fit ex latere quadrati (id enim certò & absque vlla

Quadratus numerus qs sit.

Circularis numerus qs dicatur.

Nūeri sphærici quinam sint.

Non si quadratus inueniatur numerus circularis, ideo quadrabitur circularis magnitudo.

Linea recta & circunferēna sunt diuersorum generum.

Angulo semicirculi & ceratoeidi non est æqualis rectilineus.

Lunula potest quadrari.

A fraude collectū est) lunula autem quę constat ex circunferentijs est eiusdem generis cum circulo, quid vetat quominus quadretur quoq; circulus? Si autem lunulę superficies est dissimilis circulo, ꝑpter cornua: ac quęuis etiam lunula est rectilineo similis, & tamen quadratur lunula quę est circa latus quadrati. Anguli quidem certè semicirculi, & anguli ceratoeides, qui cōponuntur ex recta et ex circunferentia, non solū sunt diuersi generis à rectilineo, sed ne possunt quidem inter se cōferri. Non puto ergo hoc quod dictum est satis esse, vt desperemus posse inueniri quadraturā. etenim Iamblichus in cōmētario suo in prędicamenta, dicit Aristotelem quidē nondum inuenisse quadraturam circuli, inuentam aūt esse à Pythagoricis. Vt patet, inquit, ex Sexti Pythagorici demonstrationibus, qui altius per successionē accepit disciplinā demōstrationis. Quinetiā, inquit, Archimedes postea per lineam quæ ἑλικοειδὴς, hoc est, sinuosa & in gyrum incurua dicitur: & Nicomedes per eam quę propriè vocatur
B quadrans: & Apollonius per quandam lineā, quam ipse quidem appellat sororē lineæ κοχλιοειδοῦς, hoc est, in cochleę formā tortilis: eadem est aūt cum linea Nicomedis: & Cartus per quandam lineā, quam absolutè vocat, ex duplici motu. & alij, inquit, multi quæstionem variè cōstituerunt. Num aūt hi omnes fortè instrumētariam fecerunt huius contēplationis constitutionem? Alexander ergo, vt dixi, existimat sic falsam contrinci descriptionem, ꝙ cùm Hippocrates quadrauerit solùm lunulā quę est circa latus quadrati: tanq̄ ea in hexagoni quoq; latere demonstrata abusus est. Eudemus autem in historia geometrica, dicit Hippocratem non in quadrati latere ostendisse quadraturā lunulę, sed vniuersè & vt dixerit quispiam generaliter. si enim quæuis lunula habet externam circūferentiam vel semicirculi circunferentię ęqualem, vel maiorē, vel minorem, quadrat autem Hippocrates & eam quæ habet circūferentiam ęqualem semicirculo, & quæ maiorem, & quę minorem: vniuersè ac genera-
C liter demonstrauerit, vt videtur. Exponam aūt ijsdē verbis quæ dicuntur ab Eudemo, cū exiguam aliquam adiecero declarationem ex ijs quę reuocauero in memoriam ex elementis Euclidis, propter cōpendiariā Eudemi scribēdi rationem, qui prisco more ea quę tradidit, breuiter exposuit. Sic aūt dicit in secundo libro historię geome-
tricæ. Porrò aūt lunularum quoq; quadrationes, cū vi- «
sæ sint esse non leuiū descriptionum, propter eam quam «
habent cū circulo conuenientiā, ab Hippocrate primum «
inscriptę sunt, et rectè visę sunt esse traditę. et ideo ea am- «
plius tractemus & persequamur. Hinc ergo principiū duxit, & primum posuit eorum quę sunt ad ea vtilia, ꝙ eandem habent inter seinuicem rationem, & similes circulorum sectiones, & bases earum potentia. Hoc autem ostendit ex eo ꝙ ostenderit diametros eandem potestate habere rationem cum circulis. quod quidem Euclides secundum posuit in duodecimo libro Elementorum, sic
dicens propositionem. Circuli sunt inter seinuicem, vt «
D sunt quadrata quę fiunt ex diametris. Vt se enim inter «
seinuicem habēt circuli, ita etiam quę sunt similes sectiones. similes enim sunt sectiones, quę sunt eadem pars circuli, quemadmodum semicirculus semicirculo, & tertia pars tertię parti: quocirca quę sunt similes sectiones similes angulos suscipiunt. Semicirculorum itaq; omniū anguli recti sunt: & maiorū, rectis minores: & eo, quo sunt maiores sectiones semicirculis, & anguli minorum sunt maiores: & eo, quo sunt minores semicirculorum sectiones. Cùm hoc autem ab ipso ostensum esset, primū quidem scripsit lunulam quę habet circunferentiam semicirculi, circa triāgulum rectangulum & isoscelē, ipsum describens semicirculum: & circa basim, sectionem circuli, similē ijs quæ auferuntur à subiunctis. quod quidem Euclides posuit tertium theorema libri tertij sic proponēs. Super datā rectam describere sectionem circuli ęqualem
dato angulo rectilineo. Si enim eam quę est circa basim «

Quadratura circuli inuēta a Pythagoricis.

Sexti Pythagorici demonstrationes.

Quadratura circuli inuēta a multis.

Linea ἰλικοειδὴς, seu in gyrū incurua.

Linea soror lineæ κοχλιοειδοῦς, seu tortilis.

Eudemi cōpēdiaria scribendi ratio.

Isosceles, id est, æqualiū duorum laterū, basis vero inęqualis triangulus.

sic describit, vt suscipiat angulum æqualem eorum qui sunt in sectionibus quæ auferuntur ab adiunctis, erit illis similis. similes enim circulorum sectiones sic definijt Euclides in libro. xiij, Quę ęquales angulos suscipiũt. Cùm autem sectio quæ est circa basim est æqualis ijs quæ sunt circa vtranq; aliam, quoniam, vt ostensum est in penultimo theoremate primi libri elementorum Euclidis, in triangulis rectangulis tantum potest hypotenusa, quantum ambæ quæ rectum cõtinent: vt autem se habẽt quadrata quę constant ex rectis, ita etiam se habent inuicem cõmunes circulorum sectiones: & adiecta cõmuni parte trianguli quæ est supra sectionem quæ est circa basim, æqualis erit lunula triangulo: Lunula ergo quam ostensum est esse æqualem triangulo, quadrabitur. ostensum est enim in vndecimo theoremate secundi libri elementorum Euclidis, quomodo oportet dato rectilineo ęquale quadratum constituere. Cùm ergo semicirculi eam quę est extra lunulam circunferẽtiam sic posuisset, lunulam facile quadrauit Hippocrates. Deinde verò ponit maiorem semicirculo, cùm constituisset trapeziũ, quod tria quidem habet latera inter seinuicem æqualia, vnum autem: maius parallelis: triplum vniuscuiusq; eorum potentia: & trapezium circulo cõprehendisset, & circa maximum eius latus similem sectionem circũscripsisset ijs, quæ à tribus æqualibus è circulo abscinduntur. Et quòd circulo quidem trapezium comprehendetur, ostendes hoc modo. Cùm angulos trapezij in duas partes secueris: vt vult nona primi elementorum: & cõiunxeris Diagonales, dices. Quoniam linea B A est æqualis lineæ A C. cõmunis est autem linea D E: & anguli, & quæ deinceps sequuntur. Quòd autem maior sit semicirculo quę dicta est sectio, clarum est, ducta in trapezio diametro. necesse est enim eam subtensam duobus lateribus trapezij, reliqua vna esse maiorem, vel duplam potentia. Quoniam enim linea A D est maior linea A C, lineæ D C, maiores lineis B A, quæ sunt æquales, et illas coniungunt: protractę incident in signũ F. si enim lineæ B A, & D C, sunt ex ęquo distantes, cùm sint æquales: quæ autẽ eas quæ sunt ęquales & ex ęquo distantes coniungunt, ipsæ quoq; ęquales sunt & ex æquo distantes: erit linea A C ęqualis linee B D. quod fieri non potest. Cùm autem concurrant lineæ B A & D C in signo F, anguli, qui sunt sub F A C, & C A D, erunt ęquales duobus rectis, per. xiij. primi libri Euclidis: Maior est autẽ qui est sub F A C eo qui est sub C A F, is qui est extra triangulum, eo qui est intra, per trigesimam secundam primi: Angulus ergo qui est sub C A F est dimidium anguli B A C. Linea ergo A C duplo amplius potest quàm vtraq; B A & A C: quare etiam plus q̃ linea C B. Et maximum ergo laterum trapezij necesse est minus posse q̃ et diameter & alia illius latera, cui quæ dicta est subtenditur cum diametro. lineæ enim B C & C D triplo plus possunt quàm linea C D. linea autem B D quadruplo. Acutus est ergo angulus qui situs est sub maiori latere trapezij. Maior est ergo sectio semicirculi in quo est, quæ est exterior circunferentia lunulę. Huius autem lunulę quadrationem prętermisit Eudemus, vt quę sit, vt puto, facilis. Fuerit aũt huiusmodi. Qm̄ sunt inter se ęqualia, lunula quę est cũ sectione in maiori latere trapezij, trapezio, & quę à tribus ęqualibus rectis eius abscinduntur sectionibus, quarum sectio, quę est in maiori latere trapezij est æqualis tribus circuli sectionibus quæ auferunt à rectis ęqualibus, siquidẽ maius latus trapezij positum est tantum posse ac tres: similes aũt sectiones sunt inter seinuicem, vt quę ex rectis cõponunt quadrata: si aũt ab ęqualibus ablata fuerit ęqualia, quę restãt sunt ęqualia: ęqualis est ergo lunula trapezio. Vel sic etiã breuiter dices. Qm̄ sectio quę est circa maius latus trapezij, ijs quę descripta sunt circa tres ęquales, est ęqualis, qm̄ quod ex ea componitur quadratũ, est triplum eius quod cõponitur ex vnaquaq;: si adiecta fuerit communis superficies quę continetur à tribus rectis ęqualibus, & à circunferentia

E maioris sectionis, erit lunula ęqualis trapezio. Quo quadrato, qm̄ possumus quadrare quoduis rectilineum, quadrabitur ẽt lunula, quæ habet maiorẽ quę est extrinsecus semicirculi circũferentiam. Sin aũt fuerit minor semicirculo, cũ tale quid prius descripsisset Hippocrates, id enim firmauit. Sit circulus, cuius diameter: super quem sit linea A B. centrum aũt eius super quod K. & linea quidẽ supra quam C D, in duas partes & ad perpendiculum secet lineã supra quam est B K. linea aũt supra quam est E F, ducatur ad eam supra quã est A B. & A K coniungatur ad E F. concurrat aũt protracta ad signũ F, quę coniuncta est lineę in qua est E G in signo G. & rursus à signo B coniũgantur ad signa F G: clarum est q; ea quidem protracta super quã est E F cadet in signum E. Ponitur. n. linea E F vergẽs ad signum B. Ea aũt super quam est B G, erit ęqualis ei super quam est E K. Hoc aũt fortasse etiam quispiam facilius ostenderit: mihi aũt venit in mentem sic ostẽdere ex

F ijs quę prius in confesso fuere. Ponitur linea D C lineam B C secare in duas partes & ad p̄pendiculũ. Supra D C ergo est centrũ circuli: qui est scribendus circa trapezium, per corollariũ primi theorematis, quod est in tertio elementorum Euclidis. Qm̄ autem linea E G est ex ęquo distans lineę K B, & linea C D in easdem incidit: angulos qui intus sunt facit ęquales duobus rectis, per. xxix. primi. Recti autẽ sunt qui sunt ad signum C. recti ergo ẽt ij qui ad signum D. Linea ergo F D, quę per centrum lineã E G scindit ad p̄pendiculum, ẽt in duas partes scindit, per tertium tertij elementorum. Qm̄ ergo linea C D est ęqualis lineę D E, est autem communis linea A F, & recti sunt qui sunt ad signum D: & basis ergo F est ęqualis basi F E. Sed etiam linea B F est ęqualis lineæ F K, quoniam ẽt linea B C est ęqualis lineę C K. cõmunis autẽ C F: recti ergo sunt qui sunt ad signum C. Qm̄ ergo duę lineę, scilicet G F & F B, sunt ęquales duabus, scilicet K F & F E: & anguli qui sunt in vertice ęquales: & basis G B est ęqualis basi E C. describatur aũt circa triangulum E F sectio circuli E F G similis

G vnicuiq; sectioni, nempe E K, K A, B G. Cùm hæc ergo ita habeant: trapezium, inquã, super quod est E K, B G cõprehendet circulus. triangulũ enim E K G comprehendet circulus. habemus enim in quinto quarti elementorũ. Circa datum triãgulum circulum describere. Si ergo ostendero ei quę ducitur à centro ad signũ K ęqualem esse quę ducitur à centro ad signum B: quę scilicet scribitur sectio circuli, veniet per E K G I & per B cõprehẽdet sectio circuli trapezium, quę quidem sectio comprehendet ẽt triangulum illum super quem est E F G. Sumpto ergo centro, exẽpli gratia L E, & coniunctis lineis L E, L G, L K, L B. qm̄ est isosceles triangulus E K G (quę enim ex centro p̄deunt sunt ęquales,) ęquales sunt anguli qui sunt ad basim: quę est scilicet sub L G E: ei qui est sub L E G, per quintã primi Euclidis. Est aũt qui est sub B G E ęqualis ei qui est sub K E F, qñquidem linea E B est ęqualis lineę K G, vt ostẽsum est: & totus ergo qui est sub B G E est ęqualis toti qui est

H sub K E G. Est autem ẽt linea K E ęqualis lineę B G: ergo & basis K L est ęqualis lineę L B. Est ergo linea L B ęqualis lineę A K, quę ex centro procedit. Hoc itaq; modo describatur sectio. Cũ itaq; hęc ita habeant, quę facta est lunula, cuius est extrinsecus circũferentia E K B G, erit ęqualis rectilineo cõposito ex tribus triangulis, nẽpe B F G, B F C, E K F. quę enim auferuntur à lineis rectis: in q̄bus sunt E F, & F G: intra lunulã à rectilineo sectiões, sunt ęquales sectionibus quę sunt extra rectilineum, quę auferũtur à lineis E K, K B, B G. vtraq;. n. earũ quę sunt intus, est sesq̄altera vniuscuiusq; earũ quę sunt extra. Linea. n. E F, ponitur sesq̄altera eius quę procedit è cẽtro, hoc est lineę E K, & lineę L B & lineę B G. ostensum est. n. ipsam quoq; esse ęqualẽ E K. Si ergo linearũ E F, F G vtraq; est potẽtia sesq̄altera vniuscuiusq; dictarũ trium: queadmodum autẽ se habẽt rectę ad rectas ita sectiones ad sectiones: Sũt ergo duę sectiões tribus ęquales. Si ergo lunula q̄dẽ est tres sectiones, et id ex rectilineo q̄d est p̄ter duas sectiones: rectilineum

ctilineum aūt cum duabus sectionibus est separabile à tri
bus: sunt aūt duæ sectiones tribus æquales: fuerit lunula
æqualis rectilineo. Quòd aūt hæc lunula habeat externā
circunferentiam minorem semicirculo. per hoc ostendit
quòd angulus E K G, qui est in externa sectione, sit ob-
tusus. ostensum est enim in tertia tertij elementorum Eu
clidis, quòd quę est in minore sectiōe semicirculi, est ma
ior recto. Quòd autem sit obtusus angulus qui est sub E
K G, sic ostendit. Quoniam linea quidem, super quam
est E F, est sesquialtera earum quæ ex centro procedunt
potentia: ea autem supra quam est B K maior est ea supra
quam est D F: quoniam etiam angulus qui est ad signum
F, maior est, vt ostendam: linea autem B K est æqualis li
neæ K E: clarum est quòd si linea supra quam est K E sit
longitudine duplo maior quam ea supra quām est B F, ea
etiam supra quam est B E. quare fuerit etiam duplo ma-
ior longitudine & potentia ea supra quām est K F, pro-
pter similitudinem triangulorum B E K. & B K F. quem-
admodum enim est linea E B ad lineam B F, ita etiam li-
nea E K ad lineam K F. quare ea linea supra quam est E
K est duplo maior ea supra quam est K F potentia. ea au
tem supra quam est E F est potentia sesquialtera eius su-
pra quam est E K. Ea ergo supra quam est E F, est ma-
ior potentia ijs super quas est E K. K F. Si enim ex ijs li-
neis super quas sunt E K. K F, linea E K esset potentia du
pla lineæ K F: linea autem F E sesquialtera lineæ E K: es-
set linea F E æqualis potentia lineis E K & K F, quemad-
modum in numeris. VI. IIII. II. Sed quoniā duplo ma-
ior est potentia, lineæ E K est potentia maior linea K B.
Obtusus ergo est angulus qui est ad signum K. Semicir-
culo ergo minor est sectio, in qua est. Ita ergo Hippocra
tes quadrauit omnem lunulam: siquidem & eam quæ se-
micirculi, & eam quæ semicirculo maiorem, & eam quę
minorem extrinsecus habet circūferentiam, quadrauit:
non autem eam solam quæ est in latere quadrati, vt nar-
rauit Alexander. Sed neq; circulum quadrare est aggres
sus per lunulas quæ sunt circa latus hexagoni, vt dicit ēt
Alexāder: sed lunulam simul & circulum sic quadrauit.

Sint duo circuli circa cētrum, super quod est K. Qui est
autem extra diameter, sit potentia sescuplus eius qui est
intrà: et inscripto hexagono in interno circulo, sup quem
sit A B, C D, E F, & lineæ super quas K A, K B, K C, ex cen-
tro coniunctę protrahantur vsque ad externi circuli cir-
cunferentiam: & lineæ, super quas sunt G H, & H I con-
iungātur: & sunt scilicet linea G H & linea H I latera he-
xagoni qui inscribitur in maiori circulo: & circa lineam
supra quam est G, describatur sectio similis ei quæ aufer-
tur à linea super quam est G H. Quoniam ergo eam qui-
dem, super quam est G necesse est esse potentia triplam
eius super quam est H G latus hexagoni: quæ enim sub-
tenditur sub duobus lateribus hexagoni, cum alio vno re
ctum comprehendens angulum qui est in semicirculo,
idem valet quod diameter: diameter autē valet quadru-
plum lateris hexagoni: quod est æquale lineæ quæ exit é
centro, propterea quòd quæ sunt dupla longitudine sunt
potentia quadrupla: linea autem H G est sescupla eius su-
per quam est A B: sectionem scilicet descriptam circa li-
neam supra quam est G, efficiatur esse æqualē & ijs quæ
auferuntur ab externo circulo ex lineis sup quas sunt G
H, H I, & ijs quæ ab ea quæ est extra, ex omnibus hexa-
goni lateribus. Quæ enim sunt similes circulorū sectio-
nes ita inter se habent, vt quadrata, quæ sunt ex basibus,
quandoqdem similes quoq; circuli ita inter se habent, vt
quadrata quæ constant ex diametris. Si enim linea G est
ęquè triplū lineæ G H: linea autem H I idem valet ac linea
G H: idē valēt autem vtraq; eorū & sex latera interni he
xagoni, qñquidem diameter quoq; exterioris circuli po
nitur idem valere quod diameter circuli qui est intrinse-
cus: vt aūt se habet diameter ad diametrum, ita ēt lineæ,
quæ ex centro prodeunt: quæ aūt ex centro procedit est
æqualis lateri hexagoni, vt dicit corollarium penultimi

A theorematis in quarto libro elementorum Euclidis: vt
autem se habent latera: ita ēt sectiones: quare lunula qui-
dem super quam est G H, fuerit minor triangulo, super
quem sunt eædem literæ cum ijs sectiōibus quæ auferun
tur ex lateribus hexagoni ab interiori circulo. Sectio.n.
quæ erat super G, erat æqualis & sectionibus G H, H I, &
ijs sectionibus quæ auferuntur ab hexagono. sectiones
ergo G H, H I sunt minores sectionibus quæ sunt circa
G, & ijs quæ auferuntur ab hexagono. Cū ergo sit com-
munis trianguli pars addita, quę est supra sectionem quę
est circa lineam G: ex eo & ex sectione quæ est circa G,
erit triangulus: Ex eodem autem, & ex G H, H E sectioni-
bus est lunula: Erit ergo minor quadrati lunula sectioni-
bus quæ auferuntur ab hexagono. Lunula ergo & sectio
nes quæ auferuntur ab hexagono sunt æquales triangu-
lo: & cōmuni adiecto hexagono, triangulus hic & hexa-
gonus sunt æquales dictæ lunulæ & exteriori circulo.
Triangulus enim erat æqualis & lunulæ, & ijs quæ ab he
B xagono auferuntur sectionibus interioris circuli. Si pos-
sunt ergo dicti rectilinei quadrari, potest vtiq; etiā circu
lus cum lunula. Tribuendum est ergo Eudemo, qui fuit
tempori vicinior, & auditor Aristotelis, vt quæ ad Hip-
pocratem Chium pertinent magis cognoscat. Quadra-
tura autem circuli per sectiones, quam tanq; falsò descri-
ptam reprehendit Aristoteles, vel significat eam quæ fit
per lunulas (rectè.n. dubitauit Alexāder, dicēs, an sit ea-
dem cū quadratura lunularum) vel non respicit opinio-
nes Hippocratis, sed aliquas alias, quarum vnam quoq;
adiecit Alexander: vel quā cum lunula facit reprehendit
quadraturā circuli Hippocratis, quam reuera demōstra
uit per tres sectiones in minima. Fortè.n. magis ēt pro-
priè dici possit hæc demonstratio, per sectiones, quā per
lunulas. Sectionē enim circuli Euclides quoq; definijt in
tertio suorum elementorum, figuram quæ continetur à
recta & circuli circunferentia. Lunulæ ergo ne sunt qui-
dem propriè sectiones. & in hoc falsa fuerit descriptio, q
C cùm lunula quadretur circulus, & non per se. nā quęcūq;
sumpta sunt ad demonstrationē, sumpta sunt ex geome-
tricis principijs. Sed si generalis & vniuersa lunulæ qua-
dratura videtur esse tradita ab Hippocrate: quæuis.n. lu
nula vel est sectiōis semicirculi, vel minoris: dixerit quis
piam fieri posse, vt ex quadrato æquali lunulæ & circu-
lo, ablato quadrato æquali lunulæ, cū reliquum rectili-
neū quadraueris, quadratū facias æqualē circulo. Qūo
ergo adhuc videbit falso esse descripta Hippocratis qua-
dratura, si eā nondum esse inuentā existimauit Aristote-
les, dicens in prędicamentis, Quemadmodū quadratura
circuli, an sciri possit. eius qdem certè nondū est scientia,
est aūt quod sciri possit. Et si Chius Hippocrates pręces
serit Aristotelē. adeò vt etiam Eudemus eū numeret in-
ter vetustiores. Nū ergo non generaliter quæuis lunu- Lunulam quamcunq; nō quadrauit Hippocrates.
la quadrata est ab Hippocrate. Et si enim definita fuerit
externa lunulæ circunferentia, illa tamē posita, quę sunt
intra lunulam circunferentiæ infinitę: vel in infinitū alia
D et alia describi potest, in infinitum diuisa superficie, vt ea
quæ est extra manente eadem, hæ qdem maiores, illę ve
rò sint minores lunulæ: ipse verò accepit eam quæ est in-
trinsecus definitam circunferentiam. Ipsam enim acce-
pit abscindentem similem sectionē sectionibus, quæ con
sistunt apud exteriorē circunferentiam, etsi quæ sunt qui
dē primi theorematis, erant in latere quadrato: quę sunt
aūt in alijs, in idefinito. Quare nō quæuis quadrata est lu
nula, sed ea quę habēt internā circūferentiā similē sectio-
nibus quę cōsistūt apud exteriorē, et sunt ipsę quoq; quo
dāmodo definitę. Hęc itaq; dicta sint de falsa descriptio-
ne lunularū. nos autem pergamus ad ea quæ sequuntur.

Verum enimuero quoniam eis vsuuenit vt XII
de natura quidem, non naturales autem dicant
dubitationes, fortasse rectè habet de ijs paulu-
lū disserere. Philosophiam.n. habet cōsideratio.

XIIII Cùm cõplures causas attulisset, propter quas non conuenit naturali Philosopho disputare aduersus Melissum & Parmenidem, vellet autem contradicere. primũ præparatione præmunijt auditorem, q non temerè contradicat. Duplicis aũt vsus interpunctione Alexander, duplicem attulit explicationem. primũ quidem audiẽs eos quidem dicere de natura, non esse aũt quæ ab ipsis dicuntur naturalia. qui enim aliqd tollit, etsi eo non vtatur. attamen de illo verba facit. Propterea ergo q ipsi omnino verba fecerunt de natura, consentaneũ fuerit ad eos aliquid dicere de rebus naturalibus: sed quatenus nõ dicũt naturalia, in disputando aduersus eos parum immorabitur. Et videtur hæc interpunctio placere ẽt Porphyrio, qui sic dictionẽ persequitur. Verumenimuero qñquidem ab eis verba fiũt de natura, etiamsi naturã ignorantes tollunt, qñuis eis nõ sint naturales dubitationes, oportet de eis parumper disserere. Et est valde rationi consentanea expositio, siquidem, vt prius dixi, Melissus ita opus suũ inscripsit, de natura, vel de eo quod est. Potest **F** autem, inquit Alexander, præcedens quoq dictio ita distingui. VERVMENIMVERO, qm̃ de natura quidem non.} Deinde ab alio principio. NATVRALES autem dubitationes.} Est. n. inquit, & familiaris hic modus locutionis. in sophisticis certè elenchis eo vtitur, dicẽs, Est quidem nõ, videtur aũt. Et rursus. Hi aũt hoc faciũt quidem non, videntur aũt. Et id quod, inqt, dicitur pulchrè conuenerit. propriè. n. de aliquo dicit, qui de aliqua re cuiusmodi ea sit persequitur. De aĩa itaq dicere non dicetur, qui tollit animã. atqui de anima quidẽ dubitare visus fuerit, qui an aĩa sit dubitat. ita etiã quæ de natura dubitantur, naturales quispiã dixerit dubitationes. sed non eum de natura dicere dixerit quispiã, qui tollit naturam. Quinetiã ijs quæ prædicta sunt consequens esse dicit sic distinguere. Dixit. n. AN vnum quidem sit & imobile id quod est considerare, non est de natura cõsiderare.} Cui quadrat illud. VERVMENIMVERO qm̃ de natura quidem non.} Huic aũt quæ pulchrè dicta est expositioni **G** consentit ẽt Themistij paraphrasis. His autẽ subiungit Alexander, eos ne dixisse quidem aliquid de natura. nõ enim cũ proposuissent dicere de natura, deinde tollũt naturam, sed ex eis quę dicebant consecutũ est, vt naturam tollerent. De motu aũt & de infinito & inani, qbus vtuntur naturales, habet dubitatiões. Qũo autem dicit Alexander eos nihil dixisse de natura, etsi prius his verbis dicat: Ex multorum sententia & ijs quæ videntur, de natura disserẽs Parmenides, neq vnum amplius dicẽs esse id quod est, neq ingenitũ: eorum quæ gignuntur principia posuit ignem & terram. Porrò aũt Melissus quoq, etsi non de ea quæ est propriè natura: at de natura qdem certè, vel de eo quod est, opus inscripsit. Cùm aũt dixisset causam propter quã paucis cum eis disserẽdum sit, & si quæ prius dicta sunt vetent contradicere, eam causam rursus deduxit ad aliã magis finalẽ. Iis enim oportet omnino contradicere, quandoquidem de natura, vel qa naturales dicunt dubitationes. Iis aũt oportet cõtradicere, **H** qm̃ philosophiam quandam habet consideratio. omnino enim de eo, quod est inqsitio, & de natura vel de naturalibus dubitationibus, nullius est alius quã Philosophi.

Quidẽ Nõ. phrasis, notanda in Aristotele.

Proprie dicere de aliquo quis dicatur.

XIII Est autẽ omnium conuenientissimũ principium, qñquidem id quod est multis modis dicitur, quonãmodo dicunt qui dicunt vnum esse omnia: vtrũ substãtiam dicunt esse oĩa, an quantitatem aut qualitatem. & rursus vtrum vnam substãtiam omnia, quemadmodum hominem vnum, vel equum vnum, vel animam vnam: vel quantitatem, eam autem vnam, vtpote albedinem: vel caliditatem: vel aliquid aliud eiusmodi. Hæc enim omnia & multum differunt, **E** & minimè dici possunt. Si fuerit enim & substantia & qualitas & quantitas, eaq siue à seinuicem soluta, siue non, multa sunt ea quæ sunt. Sinautem sunt omnia qualitas aut quantitas, seu sit substantia, seu non sit: est absurdum: si absurdum dicendum est quod fieri non potest. ab alijs enim nihil potest separari præter substantiam. dicuntur enim omnia de subiecta substantia. Melissus autem id quod est dicit esse infinitum. XV Aliquid ergo quantum est id quod est. in quãtitate enim est id quod est infinitum. Vt sit autem substãtia vel qualitate vel affectione infinita non vsuuenit, nisi per accidẽs, etiamsi multæ simul fuerint quantitates. infiniti enim ratio quantitate vtitur, non autem substantia. Si est **F** ergo & substantia & quãtitas: duo sunt id quod est & non vnum. Sinautem erit substantia solùm, nõ erit infinitum, neq vllã habebit magnitudinẽ. ita. n. erit aliquid quantitate præditum.

XV Qui alicui opinioni contradicit, dupliciter argumentatur. Vel enim euertit eas quæ illam confirmant rationes, vel eam generaliter delet ac de medio tollit. sed qui solas quæ confirmant rationes euertit dogma seu decretum nondum sustulit. quid enim si sint etiam aliæ ad confirmandum inductæ rationes, ijs quæ sunt euersæ validiores? Qui autem non aduersus ad confirmãdum inductas rationes, sed aduersus ipsum dogma decertant, & ipsum generaliter de medio auferunt: dogma quidem fortiter euertunt, sed multas relinquunt dubitationes, nisi ipsas etiam quę cõfirmant rationes euerterint. Quocirca cùm instituisset Aristoteles quod à Parmenide & Melisso dicitur **G** refellere, primum quidem vniuersa ac generali obiectione aduersus eum vtitur, id quod est, esse vnum, si quis ita audiat, vt in promptu est audire, refellens ex diuisione: deinde eorum etiam rationes euertẽs, siquis eas admittat, vt quæ id quod est vnum, hoc modo esse probent. Fit autem dialectica ab eo argumentatio, quę mota est ex eorũ quæ sunt diuisione. Possunt enim qui Dialectica vtuntur, sciẽtiarum principia probare. Hoc modo aũt procedit vniuersa eius argumentandi ratio. Quoniam dicũt vnum esse id quod est, vtrũq autem eorum, & vnum, & id quod est, multis modis dicitur, ea sunt seorsum diuidenda. Quoniam ergo id quod est, ostensum est dici decem modis, vel vt substantiam, vel vt qualitatem, vel vt quantitatem, vel vt aliquod aliud ex decem prædicamentis: qui dicunt vnum esse id quod est, vtrum nomine solum vnum dicunt, re autem multa, vt substantia dicantur omnia quæ rebus decem sunt, vel plura quædã ex ipsis: adijciatur enim hoc quoq diuisioni: an etiam **H** re ipsa vnum est, vtpote substãtia, vel qualitas, vel quantitas, vt sint omnia vna numero substantia. si dicãt enim genere vel specie, erũt scilicet multa numero. Aut ergo vnam ita vnam esse dicunt, quemadmodum hominem vnum, vel equum, vel animam vnam, aut quantitatem: non genus, multa enim ita rursus fuerint: sed vnum hoc, vtpote album vel calidum, vel aliquid aliud eiusmodi. hi sunt enim omnes modi qbus possunt accipi. & multum inter se differũt, & sunt oẽs eiusmodi, vt fieri nequeant. Si id enim quod esse dicitur, cùm nomine solum vnũ sit, re autem est & substantia & quãtitas, & qualitas, & omnia genera, vel quædam ex ipsis, siue alterũ ab altero separata, siue sint vnum cũ altero: multa sunt ea quæ sunt. Si autem vnũ aliquod genus ex decem sunt oĩa, vtpote substantia, vel quantitas, vel qualitas, & propterea vnũ, quoniã in aliquod vnum ex decem generibus contracta sunt omnia, siue sit substantia, vel non: absurdum quid sequetur.

Argumẽtandi duplex ratio eius qui contradicit.

Dialectici pbant principia scientiarum.

sequeť. Si enim prius subiecta, vt eius est natura, substantia, horũ aliquid in ea est, rursus non vnũ id quod est, sed substantia & qualitas, vel quodcunq; ex decẽ posuerint esse id quod est: sin autẽ id statuant, cũ non sit substantia id quoq; nequit fieri. nullum enim ex alijs generibus potest cõsistere absq; substãtia: qñquidem alijs subiecta est generibus substantia vt gignantur, & illa suũ in ipsa esse habent. etenim sic quoq; adijciatur. Ex Melissi.n. & Parmenidis snía, seu qualitatem positum fuerit esse id quod est, seu substantiã: erit enim cõmunis in hac quoq; ratio, qñquidem hic quidem finitum, ille verò infinitum dicit esse id quod est: protinus introducetur quoq; quantitas. In quantitate.n. est infinitum ac finitum, & neq; vt substantiæ, nec qualitati, nec affectioni, vt sint finita, vel infinita vsuuenit, nisi per accidens si simul ẽt fuerint quanta. infiniti enim & finiti ratio quantitate vtitur, nõ substãtia, nec qualitate. Cæterũ ego quidem Porphyrium magis sequẽs, hoc modo feci diuisionẽ Aristotelis, & argumẽtationem aduersus vnãquanq; partem diuisionis. B Diligentissimus autem Alexander sic coniunxit diuisionem quæ est in eo quod est, & in eo quod vnum est. Qui vnũ esse dicunt id quod est, vel ꝓpter nomẽ dicunt, ꝙ nomen vnũ prędicetur de oĩbus quæ sunt: vel propter rem. Et si propter nomen quidem, qm̃ nomen multis modis dicitur, nomen enim dicitur decem modis, erunt ea quæ sunt, multa & rebus et substãtia. Sin autem propter rem vnum dicunt: aut propter genus dicunt, aut propter speciem, aut ꝓpter numerum. Sed si propter genus quidem dicunt, aut ꝓpter speciem: multa sunt. vtrunq; enim eorum dicitur de multis. Si autem numero: qñquidẽ quod vnũ est numero tripliciter sic diuidet: erit vel vt id quod est cõtinuum, vel vt id quod non põt diuidi, vel vt ex ijs quorum eadem est ratio. etsi Aristoteles post vniuersam eius quod est diuisionem, subiũxerit diuisionem vnius, cũ dicit. Præterea quandoquidem ipsum quoq; vnum multis modis dicitur, quẽadmodum & id quod est} nec voluerit vnũ genere vel specie accipere, vt quæ multitudinẽ euidẽter inducant, sed in eo quod est numero vnum C se eis obiecerit. Hoc aũt latuit Alexãdrum, vt qui non propriè eadẽ diuisione quæ ab Aristotele dicta sunt acceperit. Existimat.n. eum ab initio quæsiuisse, q̃uo dicunt id quod est vnum. vtrũ in genere, vt dicãt omnia esse substantiam, vel aliquod aliud ex decem generibus. & si sic, quomodo rursus vnũquodq; eorũ. verbi gratia, si vnam dicãt substantiã, quomodo dicũt, an vt vnum hominem dicant substantiã, vel vnum equum, vel vnã animam. similiter autem in qualitate & in alijs, simul ostendens per hanc interrogationem multitudinẽ quæ est in vnoquoq; genere, & q̃ sit absurdum id quod ab eis dictũ est. Hęc cũ dixit Alexander, si tn eis quidẽ mansisset, cogitãdum fortasse reliquisset, ꝙ illud, VTRVM genere, vt dicant omnia substantiã} non acceperit de positione quæ dicit vnum esse genere. Sed cũ ipse rectè illud exposuisset, SI fuerit enim & substantia & quãtitas & qualitas} subiungit. Non videtur autem hæc intulisse conueniẽter ijs quę D dicta sunt. Cùm prius enim dixisset tanq̃ interrogans. QVOMODO dicunt qui dicunt esse vnam id quod est, vtrum tanq̃ substantiam, an tanq̃ qualitatem, vel aliqd aliud ex decem generibus, vel tanq̃ vnum aliquid ex ijs quæ sunt sub aliquo ex ijs generibus: vt vnã numero substantiam, vel vnam quantitatem, vel qualitatem vnam? mittens ostẽdere absurdũ quod est in vnoquoq; eorum, sumit aliqd aliud quod neq; interrogauit, neq; probabile erat eos dicere qui dicunt vnum esse id quod est. Sed quæ per interrogationem fit ab eo diuisio sic futura erat perfecta. VNVM enim vel nomine vel significato.} Nõ infert ergo, inquit, absurda, vt ei qui prius esset interrogatus, sed vt probet oportere eos omnino horũ aliquid dicere. Rectè autem Porphyrius eam quæ ab initio facta est interrogationẽ quæ dicit, VTRVM substantiam dicunt esse an quantitatem omnia} hoc dicit significare,

A vtrum nomen vnum esse, cùm multæ res sint vniuersa; an etiam rem vnam aliquam dicunt esse vniuersa. & indiuiduum scilicet, quemadmodum hominem vel equũ. Qui genus enim dicunt vel speciem, qñquidem vnumquodq; eorum de multis dicitur, fatebũtur etiam eorum quæ sunt multitudinem. nisi enim sic interrogasset, quid opus fuisset prius sumere quod id quod est dicitur multis modis. Si autem ijs qui sic ponunt erat euidens absurditas, cùm protinus multæ res sub vno ponantur nomine, non est mirandum, si per perfectionem diuisionis euidenter etiam absurdum posuerit. Cur autem ei quidem contradixisset, non sustinuisset autem ipsum interrogare? In summa autem vniuersa eorũ, qui vnum esse dicũt, positio, siqs eam superficie tantùm tenus accipiat, est & contra omnium opinionem, & minimè probabilis. & tamẽ vt simplicioribus parceret Aristoteles, eam dignam censuit cui contradiceret. Eudemus autem id quod ab eo dicitur compendiosius aggreditur hoc modo. Quo-B niam enim, inquit, id quod est multis modis dicitur, substantiãm enim & quãtitatem, & reliqua eorum quę sunt in diuisionibus esse dicimus, in quonam eorum ita erit, vt non sit aliud? hoc est, quidnam eorum cùm sit fieri potest vt non sint alia? Atq; in substantia qdem scilicet maximè dixerit qspiam. Alia enim videntur esse in aliquo. Quamobrem si illa sint, erit etiam id in quo sunt. Si sit autem substantia: nihil videtur subijci. si nullum autem est subiectum, erunt autem animalia: non erit ergo ingredi, neq; agere & moueri, neq; pulchrum, neq; aliquid ex ijs. Quomodo autem non fuerit hoc absurdum? Neq; verò eis contingit vt non faciant quantitatem ex numero eorum quæ sunt. neq; enim id quod est finitum aut infinitum pronuntiarint, siquidem ea quantitati accidũt. Sed quoniã ea quoq; relata sunt quæ dixit Eudemus, ea sunt proponenda quæ in dictione digna sunt obseruatu. Ac primòm qdem ante omnia distinguere eius quod est significata, de quo nunc ei quæstio proponitur: est & eius C qui suum ipsius seruat præceptum, ꝙ oporteat primùm in omni quæstione definire qd nomẽ significet, & qd sit vnumquodq; discere. Platonem quoq; sequitur qui dicit in Phædro. De quauis re, ò fili, vnum est principium scire de quo capiatur cõsilium, aut alioqui à toto aberrare necesse est. Qui enim hoc ignorat, ne aduersus id quidem poterit insistere. Illud autem, QVONIAM multis modis dicitur id quod est} non est interrogantis, sed ex euidentia sumentis, & ei quæ est in prædicamentis diuisioni fidentis: & deinceps quęrentis, si cùm id quod est dicitť multis modis, fieri possit, vt illi vllo modo verũ dicant qui dicunt vnum esse id quod est. Pulchrè autem cùm dixisset absurdum esse ꝙ sint oĩa qualitas, vel quantitas, subiunxit. ET ID absurdũ dicendum est quod fieri non põt} etenim absurdum quidem est & quod est planè falsum. falsi aũt intensio est id qđ fieri nõ potest: et absurdum qdem qđ est græcè ἄτοπον aduersať ei quod est rationi consentaneũ: significans vel id quod est ab oĩum D opinione alienũ, quod qs minimè cõiecerit: vel quod locum non obtinet. ἄτοπον enim, qđ est absurdũ: vel ἀπὸ τοῦ μὴ τοπάζειν, id est, à nõ conijciendo, vel ab a priuatiua particula, & τόπος, qđ est locus, quasi dicas locũ non obtinens. id aũt quod fieri non põt repugnat ei quod est necessariũ. Qui fit ergo ꝙ hoc fieri nequeat? Quòd si sit quidẽ substantia, vel idẽ erit subſa et qualitas. vel simul et vnũ est & non vnũ id quod est. Si non sit autẽ, quoniam non potest qualitas separari à substãtia, ne idem quidem fuerit. Quemadmodum ergo eius quod est rationi consentaneum est intẽsio id quod est necessarium: ita etiam absurdi id quod non potest fieri. Primum autem dixit absurda quæ consequunť ijs qui vniuersè dicunt esse qualitatem, vel aliquod ex alijs generibus, siue sit substãtia, siue non. Si sit enim: erit & ipsum & aliud genus. Si non sit autem: accidentia erunt absq; substãtia. Quòd autem nonnihil suspicari sint id quod est esse aliud genus pręter substantiam

Vnũ esse nõ posse id qđ est.

Definiẽdum est primũ qd nomen significet, ex sententia et Aristotelis & Platonis.

Falsum minus est q̃ id qđ fieri non potest.

Absurdi qđ est græce ἄτοπον etymologia.

Necessariũ & id qđ fieri nõ potest repugnant.

Necessariũ plus est q̃ esse rõni consentaneum.

E substantiam, probatur ex eo ꝙ Melissus dicat infinitum id quod est, quod quidem est proprium quãtitatis. et eos qui dicũt quãtitatẽ esse aliquid aliud præter id quod est corrigit, vt qui Parmenidi & Melisso non consentiant, quorum alter quidem finitum, alter verò dicit infinitum id quod est. & ita eos qui ponunt substantiã id quod est refellit eodem argumẽto, quo & eos qui qualitatem vel aliquid aliud præter quantitatem, ꝙ non id vtiq; possint dicere infinitum. clarũ est autem ꝙ nec ẽt finitum, quod quidem fortasse nunc prætermisit tanq̃ manifestũ. paulopòst autem hoc quoq; adiecit. Subiunget autem alia etiã absurda ĳs qui vnũ id quod est dicunt esse vt substantiam, cùm id quod est instituerit considerare.

De subiecto dici, pro eo quod est, Esse in subiecto.

Hnc autem vocabulo {DE subiecto} nunc vtitur, non significãs vniuersè ac generaliter id de quo aliquid dicitur, sed pro eo quod est in subiecto. Consueuit enim ea quæ per se non sunt, sed alterius ad hoc vt sint indigẽt, de subiecto, dicere, vt quæ dicãtur de rebus subiectis. Subiecta enim non prædicantur de accidentibus, sed accidentia de F subiectis. Dicuntur itaq;, inquit Alexãder, de subiecto, quibuscũq; ad hoc vt sint aliquo subiecto opus est. Talia.n. dicit ea quæ propriè dicuntur de subiecto, quandoqdem nihil omnit vniuersè ac generaliter separabile. Sed quomodo dicit infinitum esse in quantitate. Nũ in quantitate tanq̃ in genere. quantitatis enim hæc quidem est finita, illa verò infinita, aut ꝙ infinitum de sola per se quantitate prædicetur. de nullo autem alio genere.

Per se prędicari.

Per se enim prædicãtur, quæ assumunt in ratione definitiua. quemadmodum par in numero per se inest. quandoquidem in paris ratione numerus assumitur. Par enim definientes, dicimus esse numerum qui in partes æquales diuiditur. Siquis autem par tanq̃ numeri speciem assumens, non vult id eius esse accidens, sumat in exemplum nasum & simitatem. In simitatis enim definitione nasus sumitur, cùm dicimus simitatem esse concauitatem in naso. Atq; G etiam infinitum quoq; prædicatur per se de quantitate, quoniã in infiniti ratione assumitur quantitas.

Infinitũ est duplex.

Duplex est autem infinitum, sicut etiam album. & infinitum quidem quod significat infinitatem, est affectio quantitatis. Infinitum aũt cui euenit infinitas, est quantitas quæ peruadi non potest. Infinitum ergo in definitione, quantitate perpetuò vtitur. ei ergo per se inest. quare etiam soli. neq; enim fieri potest vt pluribus quæ sunt dissimiliũ generum idẽ per se insit. Quocirca, vt ipse dicit, infiniti ratio quantitate vtitur, non substantia, nec qualitate. Siqs autem substantiam dicens, id quod est dicit infinitũ: per accidens inerit substantię infinitum. non enim quatenus est substantia, sed quatenus est quantitas. quò fit vt non sit vnũ id quod est, siquidem est quantitas & substantia.

Sed quomodo cũ nunc aduersus eos generaliter decertet, Melisso aũt est posteà contradicturus, qñ dicit, {ET ex ĳs quę mõstrant non est soluere difficile} nunc tñ Melissi opinionem videtur absurdo implicare? Num nunc H eius non meminit principaliter. sed cũ posuisset quantitatem aut qualitatẽ aliquam dicere id quod est, ne videretur ponere id qđ nulli videtur, adduxit id quod dicitur à Melisso. Nunquid aũt generalis quidẽ est eius argumentatio. necesse est. n. ponere id quod est vel finitũ vel infinitum. vtroq; autẽ modo necesse est esse quantitatem id quod est. Ac Melissum quidẽ adducit testem positionis, deinceps aũt coniungit ẽt Parmenidem. In nonnullis aũt exemplaribus ita scriptum est, Melissus aũt id quod erat dicit infinitũ, quãtitas ergo aliqua est qđ vnũ est, & fuerit apud eos id qđ vnum est, dicens id qđ est. Qm̃ autem Alexãder quoq; Aphrodisieus, pprĳs suis argumentis conaẽ contradicere ĳs qui dicunt vnũ esse id quod est,

Veteres Philosophi defenduntur contra Alexandrum.

age breuiter videamus vbinã et ipse rectè videaẽ dicere, & vetus philosophia manet irreprehẽsa. Ad eos. n. inqt, qui dicũt non esse, alia quę gignuntur & intereũt, vt quę aliqñ quidem sint, aliqñ verò non sint, solũ aũt esse, ęternam substantiã, propterea ꝙ eius quod est, nõ esse, nullo E sit modo particeps: primum ab euidentia & cõmuni notione vsuq; dicẽdum est. oĩbus enim & quæ sunt esse videntur, & ita sentiũt & dicunt. Deinde si qm̃ gignuntur & intereunt, ea non esse dicunt: quoniã quod fit ac gignitur aliquid quod est gignitur, & id qđ interit ex eo quod est interit: quod gignitur & quod interit fuerit ex ĳs quę sunt. Nõ enim si non est similiter atq; æterna, propterea non est. et si propterea, inquit, nõ est quia interit, qñ non interit, & quatenus non interit, eo ipso tũc quoq; fuerit.

Esse quid ꝓ prędicaẽ.

Ad hæc autem & quæ sunt hmõi hoc cõmune dicatur. Quemadmodũ album dicimus & id quod quõcunq; est albedine illitum ac coloratũ, etiamsi sit confusum cũ contrario, quod est amplius: & album ẽt dicimus quod non est permixtum contrario: & pulchrũ, similiter: & ꝓpriè quidẽ vnumquodq; ex his dicitur qđ purè ac syncerè tale est: crasso aũt modo et per abusum id quod est commixtum contrario. Ita ẽt propriè dicatur id quod est, quod F vniuersum simul est in oĩbus.

Gigni & interire quõ esse dicatur.

Quod aũt gignitur & interit, anteq̃ sit genitum quidem, nondum est: postq̃ autem interierit, non est amplius. Porrò aũt etiam cũ esse videtur, qñquidem in eo quod est gigni & iterire esse habet. cùm non vnquã in eodem statu maneat, ne tunc quidem propriè dicatur esse, sed gigni & interire, ꝑ continuam quæ oĩa immutat fluxionem. quam obscurè significauit Heraclitus ꝑ hoc ꝙ in eundẽ fluuiũ bis non liceret ingredi.

Fluuiũ eundem non licere bis ingredi dicebat Heraclitus.

perpetuò fluuĳ fluxui generationẽ assimilans, vt quæ habeat id qđ non est amplius eo quod est. Quod est. n. vt ait Parmenides, habet alia signa. Melius est aũt ea audire quæ ab ipso dicuntur, et demonstrantur de eo quod est propriè. Cũ enim eos reprehẽdisset qui id quod est & id quod non est in id quod intelligentia percipiẽ conferunt.

Quis idem esse & non esse haud idemq; putatum est,
& à via quæ id quod non est quærit auertisset, Hanc ne viam quærat, dicens, mẽtem sed tu ꝓcul arce: subiungit.

Viæ adhuc tamo vnica tantum
Restat. in hac autem sunt longè plurima signa.

G Et tradidit deinceps signa eius quod est propriè.

Parmenidis versus de eo quod est.

Ingenitum, interituq; carens, totum quoq; & vnum.
Est totum vnigenum, requietum, haud definit vnq̃.
Non vnquam fuit, & nec erit, totum simul vnum
Cum sit nunc & continuum. genus eius at vnde
Qui quæres, auctum vel qui sit. dicere nec te
Vnquam permittam, sed nec sentire quòd id sit
Productum ex illo quod non est. dicier haud quit
Sed nec mente vlla comprehendi quomodo non sit.
Quæue ipsum vtilitas mouit, quòd cum nihil antè
Gigni cœptum esset, generetur posterius. Sic
Esset vt omnino facto hoc vsus fuit, an non?
Ex illo sed nec quod non est posse creari,
Excepto ipso, vis rationis siuerie vnquam.
Quare nec gigni vel id interĳsse relinquet
Iustitia ĳs vinclis quis id ligat optima laxis.

Hæc cùm dicat de eo quod est propriè, apertè ostendit H id quod est, esse ingenitum. neq; enim ex eo quod est: nõ enim fuit antea aliud quod esset: neq; ex eo quod nõ est. non est enim id quod non est, & cur tunc, non aũt prius, postea factum est. Sed neq; ex eo quod aliquo quidẽ modo est, aliquo modo verò non est, vt id quod genitũ est, gignitur. neq; enim id quod aliquo quidem modo est, aliquo verò nõ est, fuerit ante id quod est absolutè, sed post ipsum constitit. Quinetiam Timęus apud Platonem. Et erat, inquit, & erit, quæ factæ sunt species temporis, ad ęternam substantiam imprudentes transferimus. De ea enim dicimus, fuit, est, & erit. Ea autem, Est, solùm vera ratione conuenit. Illud autẽ Erat & Erit, conuenit dici de generatione quæ fit in tempore. Quare si ea quidẽ quæ quomodocunq; constant, quæ sunt in generatione, & propterea ea quæ sunt dicuntur per abusionẽ, etiam si eo quod non est longè ampliori confusa & cõmixta fuerint, vult ostendere Alexander, & vsui noĩs qui est apud multos acquiescit eoq; nititur: non erit ei opus prolixa oratione.

oratione. Sinautem propriè esse existimat id quod gigni A
tur & ioterit, in quo id quod nō est amplius est eo quod
est: neq; signa quæ à Parmenide dicta sunt assecutus est:
oeq; mentem adhibet Aristoteli, qui rectè vocauit Par-
menideum id quod est, hoc est, quod est propriè. Par-
menidem autem & Melissum reprehendit etiã Alexan
Immobile est id quod est, vt vult Parmenides. der, & q̃ immobile ostendant esse id quod est, qm̃ quod
mouetur videtur ex eo in quo est excedere. Si ergo etiã
quod est moueatur, excesserit ex eo in quo est. est autẽ in
eo quod est esse. Quod autẽ ex eo quod est esse, excedit,
interit. In id aũt quod est oon cadit interitus. Sed si qui-
dem, inquit, solus esset motus qui est io substantia, quæ
magis propriè mutatio, noo aũt motus vocetur, rectè &
ex ratione hæc fortè ab eis dicerẽtur. Quanquam oec id
quidem quod in sua ipsius mouetur substantia, ad hoc vt
non sit absolutè, sed ad hoc vt non sit id quod erat, sed ali
quid aliud, mutatur, sed tum vtiq; siquidem in substan-
tiam absolutè mutatur, nō in hanc substantiam. Quoniã
aũt sunt plures motus, quorum est ẽt qui est io qualitate B
qui nō est in substãtia, vanus est, inquit, & superuacaneus
eorum metus. Mirandum est aũt q̃ cùm ipse confessus
sit q̃ id quod in substantiam mutatur, non autem in hãc
substantiam, sed absolutè, eo redeat vt non sit, eos repre-
hendat qui dicunt, si id quod est absolutè ac propriè mu-
tetur, interire. Si enim tale esset id quod est: ex eo quod
tale est excedens, nihil vetaret quominus mutaretur in
aliud tale. sed cùm sit id quod est absolutè, si ex eo exce-
dat, quidnã fiet? Quomodo autem id quod est mutetur,
quod semper similiter & eodẽ modo se habet? quod oeq;
ip̃m alij accidit, oeq; ipsum habet aliq̃d aliud quod ei ac-
cidat, sed ipsum est hoc ip̃m quod est. Pulchrè ergo Par
menides cũ per ea quæ antè dicta sunt prius ostẽdisset id
quod est esse ingenitũ & ab interitu alienum, subiunxit.

Finibus ast ipsum est magnorum immobile vinclum.
Principij finisq; expers. generatio nanq;
Interitusq; hic valde errarunt.

Ex quo clarum est eum aliud oosse sensile in quo est ge- C
neratio & interitus, & aliud quod sola percipitur intelli-
Immobile esse id quod ẽ, ex sententia Melissi. gentia, id quod est. Porrò aũt Melissus quoq; ostendit
immobile, cùm prius sustulisset id quod est vacuum eo
quod est, hoc est, id quod non est. Si enim, inquit, mo-
ueretur id quod est, esset aliquid vacuum eo quod est, in
quod moueretur id quod est: sed nō est. plenum eoim est
» id quod est. Sic autem scribit. Neq; est aliquid inane.
» quod enim inane est, oihil est. noo ergo fuerit quod nihil
» est. neq; mouetur. ousquam enim possit secedere. sed ple
» num est. si enim esset inane, ad inane secederet. Sed si nõ
» sit inane, oon habet quò sit secessurum. Deinde cum
« ostẽdisset id neq; esse densum nec rarum, subiungit. Di-
» scernendum est aũt id quod est plenum & oon plenum.
» Si capit ergo aliquid uel admittit, non est plenũ. Sio autẽ
» oon capit nec admittit, plenum est. necesse est ergo esse
» plenum, si nõ est vacuũ. Si est ergo plenum, non mouet.

Hæc igitur necesse habui fusius & prolixius dicere,
propterea q̃ Alexander qui est omoiũ maximè germa- D
nus interpres Aristotelis, aridius & negligentius audiat
vetera dogmata, quorũ cum ẽt Aristoteles fuisset imita-
tor, ipse quoq; ostẽdit id quod est primum esse ĩmobile.

XVI Deinde quoniam ipsum quoq; vnum multis
modis dicitur sicut id quod est, cõsiderandum
est quonãmodo dicunt vnum esse vniuersum.
Dicitur autem vnum vel quod est continuum,
vel quod diuidi non potest, vel quod est ex ijs
XVII quorum eadem est & vna ratio eius quod est es
se, sicut temetum & vinum. Si itaq; vnum est
id quod est cõtinuum: multa est id quod est. In
infinitum enim diuidi potest id quod est conti-
nuum. Habet autem de parte & toto dubitatio

A nem. fortasse aũt nihil ad rationẽ, sed ipsam per
se. vtrum vnum an plura pars & totum, & quo
modo vnũ vel plura. & si plura, quomodo plu
ra. & de partibus quæ continuę non sunt eadẽ
ratio. etiam si toto vtrunq; sit vnum, vt quod di
uidi non possit, qm̃ sunt etiam sibiipsis eadem.
Atqui si vt quod diuidi non possit: nulla erit XVIII
quantitas nec qualitas, neq; verò erit infinitum
id quod est, sicut dicit Melissus: nec finitum, vt
Parmenides. Finis enim est, quod nequit diui-
di, nõ id quod ẽ finitum. Atqui si rõne vnum XIX
sunt omnia quæ sunt, vt vestis & indumẽtum.
eis euenit vt dicãt id quod dicit Heraclitus. idẽ
enim erit bonum & malum, & nõ bonum esse
& bonum. Quocirca idem erit bonum & non
B bonum. & homo & equus. & non iam de eo q̃
vnum omnia sint agetur, sed de eo q̃ nihil, & q̃
talem & tantum esse idem sit.

Cùm multis modis posuisset id quod est, & ex diuisio- XVI
ne sumpsisset opiniones, rursus ponit vnum vt quod di-
catur multis modis. & ostendit in vnoquoq; significato
vnius dici noo posse vnum esse id quod est. Conuenieo
ti autem vnius diuisione vtitur, nõ acquiescens, puto, ijs
quæ hic dicuotur à Porphyrio. Dicit enim vnum multa *Vnius significata.*
significare, primum quidem quæcũq; id quod est. & qui
vnum diuiserint in eadem in quæ id quod est, possunt si-
militer argumẽtari, rogantes quomodo dicunt esse vnũ
id quod est, vtrum vt substantiam, an vt qualitatẽ, an vt
aliquid ex alijs. Accuratius eoim Aristoteles aliam qui-
dem eius quod est, aliam verò sigoificatorũ vnius conue
nientem fecit diuisionẽ. Num enim vel genere vel spe-
C cie vel oumero vnum est. Sed quod genere quidem vel *Vnũ genere vel specie inducit multitudinem.*
specie vnum est nunc noluit pooere Aristoteles, vt quæ
manifestè inducant multitudinẽ. Si enim genere vnum
dixerint esse id quod est, eruot quidẽ multa per species,
sed multo adhuc magis per numerũ singularium. Sin aũt
specie vnum est, primum quidẽ eo ipso clarum est quod
sunt multa. species eoim est generis species. Genus autẽ
dicitur de multis & differeotibus specie in eo quod quid
est. Deinde etiam si specie vnum sit, erunt plura nume
ro. Voa enim species dicitur de pluribus numero. Ho-
rum ergo, vt quæ vel ijs qui in primis logicæ disciplinæ
principijs instituti fuere, sint euidentia, meritò oullã esse
duxit facieodam mentionem. Quod aũt numero vnum *Vnũ numero dr̃ multis modis.*
est, ipsum quoq; multis modis dicit̃. Vel enim vt quod
est cootiouum. quẽadmodum vnam dixerim esse lineã.
vel vt quod oequit natura diuidi, vt signum & vnitas.
vel vt ea quæ habẽt eandem ratiooem, etiam si differant
nominibus, vt vestis, & indumentũ. Ex alia aũt rursus
D diuisione, hoc quidẽ vnum poteotia, illud verò actu dici
tur. & hæc quidem ita se inter se habeot in generatione,
vt quod actu quidem vnum est sit multa potentia: quod *Vnum actu, multa potentia.*
autem potẽtia vnum est, actu multa sint. quẽadmodum
in cera, quæ cùm sit quidem continua & actu vna, multa
est potentia, qm̃ potest in multa diuidi. Cùm est autẽ di-
spersa & actu multa, vnum est potentia, qm̃ potest con- *Vnum continuum ẽ multa potentia.*
tinua effici. Quo fit vt si vnum quidẽ dicturi sint vt con-
tinuum, actu quidem erit vnum, potentia autẽ multa &
infinita. Continuum enim est cuius signa vni & cõmuni
termino coniunguntur, & quod diuidi potest in ea quæ
possunt semper diuidi. Si ergo propterea q̃ eius partes
vnitę sint, ideo id vnum esse dicunt, propterea q̃ multę
sint partes quæ vnitę siot: ideo multa dicent. & qm̃ diui-
di potest in infinita, propterea dicent infinita, vel quod
multiplicatur in infinitum. Si ergo id quod est, vnũ est,
vt quod sit continuum. quod est autem continuum, est
multa:

multa: quod vnum est erit multa. quæ autẽ multa sunt, non sunt vnum. Idem ergo erit vnum & non vnũ. Prę-terea autem qm̃ plura sunt ea quæ sunt continua, quo est vnum id quod est, siquidem est vt continuum. vtrum vt linea aliqua, vel vt superficies, vel vt corpus, vel vt locus, vel vt motus, vel vt tempus. Sunt hæc enim omnia cõtinua. vniuscuiusq; aũt horum multæ sunt species. etenim linearum hæ quidem sunt rectæ, illę verò circũferuntur. & superficiei hæc quidẽ est plana, illa verò concaua, alia verò incurua. Planę quoq; multæ sunt figurę. Porrò aũt solidorum quoq; corporũ, & locorum, quæ cum eis eandem figuram suscipiunt, multæ sunt species. Similiter quoq; temporis est præteritum. futurum & præsens, & horæ & dies & menses & anni. & motus est hic quidem qui recta fertur, ille verò qui per circulum. Sunt aũt hæc omnia cõtinua: & omnia simul actu multa sunt, & vnũquodq; multa potentia.

Vnum qđ diuidi nõ põt.

Si autẽ id quod est, ita vnum est vt quod diuidi non possit: qm̃ id quod non potest diuidi, est multis modis, nempe et q nõdum est diuisum, potest tñ diuidi, quemadmodum vnũquodq; eorum quæ sunt

F

cõtinua: vel id cui innatum est vt non possit oĩno diuidi, q ne partes quidẽ habeat in quas possit diuidi, sicut punctus & vnitas: vel quod partes quidẽ habet & magnitudinem, est aũt impatibile propter soliditatem & densitatem, quẽadmodum vnũquodq; atomorum Democriti, siquidẽ id quod est, est vt vnum cõtinuum: multa rursus erit id quod est.

Vnũ vt atomus.

Si autem vt atomum, primum quidem est absurdum & minimè cõueniens, dicere omnia unum atomum. præterea est ipsum quoq; continuum, & quod potest diuidi in infinitum. & propterea multa est potentia. Præterea aũt habebit etiam quantitatem magnitudinis, & qualitatẽ figuræ. vt pote angulum. rectum. circulare. & motum. & ita multa erunt.

Vnũ vt vnitas.
Vnũ vt punctus.

Si autẽ vt vnitas & vt punctus vnũ est & quod diuidi non possit id quod est: neq; qualitas erit aliquid ex ĳs quæ sunt: qualitas enĩ est in corporibus quæ possunt diuidi, & diuiditur vnà cum

G

eis & maximè cum naturalibus: Neq; quãtitas. quod enĩ diuidi non potest est finis quantitatis. Quare nec infinitum est id quod est, sicut dicit Melissus, nec finitũ vt videtur Parmenidi. Etenim quicquid quidem est infinitũ & finitum, est aliquid quantum. nulla est autẽ quantitas eiusmodi, quæ non vel per multitudinẽ diuidi possit vel magnitudinem. finis enim est qui diuidi non potest, non aũt quod est finitum. Hic autẽ Aristoteles hoc solum eius quod diuidi potest significatum dignum censuit cui contradiceretur, vtpote quod essent alia solutu facilia. Huic aũt contradixit, non tanq̃ signo quemadmodum interpretes, sed tanquam ei quod posuerat Parmenides, quod nulla esset quãtitate & qualitate præditum. Si autem id quod est erit vnum, vt vinum & temetum, vel vestis & indumentum, hoc enim adhuc restat significatum

Vnũ polyonymia.

vnius, erunt oĩa vna polyonymia, idest, multorũ nominum idem significantium cõprehensio. & qualitas idem erit quod quantitas, & oĩa erunt inter se eadẽ: & verum

H

erit quod dicebat Heraclitus, bonũ et malum idem esse. & concurret contradictio. idẽ enim erit & bonum & nõ bonum. siquidem malum est non bonum. Aduerte aũt q hic etiam ab affirmatione contrarĳ tanq̃ ad maiorem negationis oppositionẽ transiit. Erit autẽ idem & homo & equus. quare & homo & non homo. & vnum & non vnum. Quare nõ agetur amplius nec erit quæstio de eo quod est vnum esse id quod est, sed de eo quod est nihil esse, siquidem in vnoquoq; similiter vera est eiusdẽ affirmatio & negatio: vel, vt colligit Porphyrius, siquidẽ id quod est non est. Quemadmodum enim illud, homo, & hoc, non homo, simul verum est: ita etiam illud, id quod est, & hoc, id quod non est. Hoc aũt, vt ego quidem sentio, colligeretur, si quid vniuersorũ vnum esset id quod est, sicut homo. alia enim essent oĩa quæ non essent. Vt aũt semel dicam, ne sic quidẽ vnum est id quod est. Si ergo in nullo vnius significato potest vnũ esse id quod est,

E

omnino nõ dicẽdum est vnum esse id quod est, sed plura esse ea quæ sunt, sicut testantur quæ apparent. Hic ergo fuerit ordo diuisionis & obiectionum quę sunt aduersus sectiones diuisionis. Ipse aũt cum aduersus primã diuisionis partem obiecisset, quod dicit id quod est ita esse vnum vt cõtinuum, quadam de toto & parte interiecta dubitatione, an sit idẽ vel aliud, vel potius an ambo sint vnum, obscuriorẽ reddidit orationem. Hanc aũt dubitationem Porphyrius dicit esse propositã, tanq̃ nõ defuturi essent qui aduersus eum arguerẽt, q diceret esse tres modos vnius substãtiæ, & quartum non adĳcere, quem nõnulli introducebant, existimantes partẽ quæ alĳ parti non cohęret, et totum, idem esse. quẽadmodum manum Socratis, & Socratem idem esse. quod cum nullo modo eorum qui prius dicti sunt vnius significatorũ idem est,

Partẽ parti cohęrentẽ et totũ nõ esse idẽ & vnũ.

Eos ergo primũ refellit vt qui absurdè existiment, & ita transit ad confutandum id quod est vnum vt quod diuidi nõ possit. Horum aũt est confutatio, q manus dextra

F

& Socrates vnum: & sinistra rursus & Socrates vnũ et: sinistra & dextra vnum erunt. Hoc enim sibi vult illud, ETIAM si toto vtrũq; sit vnũ vt quod diuidi non possit, qm̃ sunt etiã sibiipsis eadem.} Alexander aũt dicit eum soluere dubitationem de parte & toto, quæ dicit partem idem esse quod totum, vt cùm idem non esse ostenderit, firmius et stabilius habeat, q non solũ partes à toto diuisę plures sint, sed etiam si sumantur in cõtinuitate, si quidem & à se inuicem & à toto sunt aliæ. Illud autem, FORTASSE autem nihil ad rõnem, & si ad rationẽ sint ea quæ dicta sunt,} ait dici. qm̃ satis erant quæ prædicta fuerant ad conuincendos eos qui sic vnũ dicunt vt continuum: Forte autem qm̃ in vtrisq; dubitatio, est à ratione remotior, vt dicit Eudemus, vt quæ sit magis Dialectica. Adĳciam autẽ paulo post Eudemi quoq; dictionẽ, quæ orationis scopum apertè indicat. nunc aũt adĳciantur quę dicit Alexander. Sit quidem in eodẽ familiarius quod ostẽsum est. Quæ enim eidem sunt eadem, inter se

G

quoq; sunt eadẽ. Quocirca Eudemus quoq; sic vsus est demõstratione, & Aristotelis interpretes, qui idem pro vno acceperunt. Aristoteles autem, vt ego existimo, faciens accuratius, vnũ seruauit. Multò enim magis quæ eidem vnum sunt, etiam vnum sunt inter se, quàm quæ eidem sunt eadem, inter se quoq; sunt eadem. Quocirca etiam vtrũq; dixit vnum, vt quod nõ possit diuidi: Vnũ enim magis quam idem, illa vnit quibus accesserit. Cęterum sic quoq; vnum est multa, si quidem vnaquęq; pars eius toti est eadẽ. nam & totum erit constitutũ ex multis totis, & erit pars suiipsius. pars enim est pars totius. Si vnum est. ergo pars & totum: pars erit totum. Porrò aũt qm̃ pars est idem cum toto: erit ea quoq; ex multis totis, & totum pars erit totius. Et q pars quidem non idẽ sit cum toto, ex his ostensum est. Quòd aũt etiam si positũ fuerit esse aliud, sic est etiã dubia oratio, deinceps ostendendum est, vt manifestum sit cur illud adiecerit Aristoteles, nempe HABET autem dubitationẽ de parte et to-

H

to, fortasse aũt non ad rõnem, sed ipsam per se.} Si positum enim fuerit partem esse aliud à toto, clarum est vnã quãq; partem à toto fore aliam. quare etiam oẽs. omnes aũt partes totum. quare ipsum totum erit aliud à seipso. Præterea quæ sunt alia videntur alterũ ab altero separari. totum aũt separari nequit à suis partibus. Cûm autẽ dubitationẽ incepisset Aristoteles à partibus continuis, ipsam dicit esse similem etiam in discretis. eadem enim sunt etiam quæ non sunt continua. Later enim vel idem est cum domo, vel alius. Et si idem quidẽ fuerit, erit etiã domus later & later domus. si autem alius, ita ẽt omnes partes ex quibus domus, fuerint alię à domo. At qui oẽs partes videnẽ domus. Ipsa ergo domus erit alia à seipsa.

Partes discretas nõ esse idẽ quod totum.

Quoniam autẽ promptum est mente concipere partes non esse absolutè vnum & totum, sed cum ordine & cõpositione, quadam gloriæ cupiditate inductus Alexander, sic proponit dubitationẽ. An fundamẽtum hoc mo-

do positum

do positum & ordinatū sit aliud à domo. sed etiā an murus qui est supra fundamentum positus à domo sit alius. atq; etiā an tectum muris sic impositum sit aliud à toto nempe domo. Vnaquęq; ergo pars cū conuenienti ordine aliud est à domo. Quare oēs etiam partes cum conuenienti ordine sunt aliæ à domo. Atqui domus est oēs partes talis eorum ordinis. vniuersa ergo domus est alia à seipsa. Num aūt hoc nō frustra adiecit Aristoteles etiam in discretis partibus talē esse dubitationem. Si enim etiā in quibus confessò est alia esse partes à toto, & videt mul titudo, eadem dubitatio conuenit: ne in continuis quidē oportet propter dubitationē tollere multitudinē. Dubitatio ergo ita procedit in vtrisq;. Solutio aūt est, non esse planè tanq̃ verum admittēdum, q̄ si vnaquęq; seorsum sumpta aliud sit à toto, iam etiā omnia simul sumpta alia sint à toto. Omnia enim sunt alia ab vnoquoq; eorū quæ in se sunt, sicut & totum. Potest autem, inquit Alexāder, sic illud audire quod est de partibus non cōtinuis, vt quod dictum sit de illis continui partibus quę inter se nō cohærent vt manus & pes, an eę quoq; eadē inter se sint, an non. Si enim non eadē, alia. & quod continuum est id plura fuerit. Si aūt quod ex his continuum dicitur, idem est cū hmōi partibus, ea quoq; fuerint inter se eadem. Si enim non eadem, alia. & plura fuerint id quod est continuum. Sin autem quod ex his dicitur continuum, idē est cum eis partibus: ea quoq; eadē inter se fuerint, quod videtur absurdum vt quis dicat manum idem esse quod pedem. Ac Porphyrius quidem existimat totam dubitationem dici in his partibus, etsi manifestè Aristoteles illud subiungat, ET de partibus non continuis.} Siqs autem dicat, inquit Alexander, partem idem esse quod totum, in partibus quidē non continuis similaribus, at non itidem in dissimilaribus: etiā in similaribus inueniet non esse idem, vt qui illud totius & partis idē esse sumat quatenus est cōtinuum. Etenim si quatenus quidē est continuum, ideo esse vnum & idem cum suis partibus, totum dicit: etiam in dissimilaribus fuerit eadem ratio, nam eę quoq; sunt continuę. Sin autem à se inuicem seiunctę ac separatę fuerint, citra vllam controuersiam multa etiam erunt quæ sunt dissimilaria. Sed si in dissimilaribus quæ sunt cōtinua non dicunt hæc esse eadē, ne in similaribus quidem dicent esse eadem propter cōtinuitatem. Hæc quidem Alexāder. Eudemus aūt apertè dicit dictum esse propterea q̄ ostensum sit id quod est continuum nō esse vnum. Ipse aūt meminit quoq; aliq̄ñ quidem discretorum. aliq̄ñ verò cōtinuorum. Ita autem habet Eudemi dictio. postq̃ ostēdit id quod est non esse sic vnum vt quod diuidi non potest. quod quidem ipse vocauit absurdum, subiungit. Atqui neq; per cōtinuitatem quidem. Discretæ enim partes non erunt eadē. Habet autem hoc ipsum dubitationem † externam. Si vnaquæq; enim ex particulis lineę idem erit cum tota: erunt etiā idem cum seipsis. quæ enim sunt vni eadē, totis quoq; sunt eadem. Sin autem vnaquęq; est aliud à tota, nunquid etiam oēs? Quòd si hoc ita est, qūo eę sunt tota? Sed hoc quidē mittatur. In his autem, q̄ ne si quidē id quod est dicatur vt cōtinuum, ea ratione vnum sit, alia, vt existimo, ratione ostendit. Discretæ enim inquit, partes non erunt eędem cum continuis. Quare etiā si concedatur id quod est continuum esse vnum, qm̄ partes discretæ sunt aliæ à continuis: ea quę sunt, multa sunt & non vnū. Ac de partibus quidem quędam est dubitatio, quam ipse quidē appellat externam, Aristoteles autē dicit nihil ad rōnem, vt quæ in vtrisq; probabilibus vtatur argumentis, nec continui definitionem possit labefacere. quę dicit continuum esse quod diuidi non potest in ea quæ possunt semper diuidi. Facile aūt solui potest dubitatio, vt ostensum est. Cæterum Eudemus quidē in solis partibus continuis exponit dubitationem: quæ in vtrisq; fiunt argumēta, & quæ ex eis colliguntur absurda ponens. Aristoteles aūt etiam in partibus non continuis, sed videlicet discretis eandē esse

ἐξωτερικήν

A dicit dubitationem. & solum ponit absurdum quod eos consequit̃ qui idem esse dicunt & partē cum toto. Quod etiā, vt existimo, induxit Porphyrium vt diceret, quòd obiter ĩs aduersatur qui introducunt quartum modum vnius. Est autem non quartus modus, sed pars dubitatiōnis, quæ vult ostendere esse vnum id quod est continuū. Quocirca meminit quidē Aristoteles totius dubitationis, dicens, HABET autem dubitationē de parte & toto, vtrum vnum an plura sint pars & totum} solum aūt subiungit absurdū quod eos consequitur, qui dicunt esse vnum: & q̄ ĩ fallantur. qui enim aliter dicunt, rectè sentiunt, & q̄ hæc ratio videatur conuincere multa esse id quod est continuum, & diuidi potest in ea quæ possunt semper diuidi. Ego aūt miror Aristotelē, qui illis vnius significatis cōtradixerit, quæ dicit etiā Parmenides adesse ei quod vnum est. ipsum enim celebrat continuum.

Totum continuum ipsa rei res nanq; propinquat.

Res rei propinquat, τὸ ὂν ὄντι πελάζει. i. id quod est, est ꝓpinquū ei quod est.

Et diuidi non potest, quoniam est vniuersum simile. sed B etiam omnium vnam & eandem esse rationem, nempe eam quæ est eius quod est, dicit in his Parmenides.

Dicere, mente agitare, ęquum est res vt siet: esse
Nanq; est, quod nihil ast non est.

Si ergo quod cogitatur vel dicitur, est id quod est: erit omnium vna ratio quæ est eius quod est. nihil enim est vel erit aliud præter id quod est.

Res τὸ ὄν.

Fatum nam totum vt siet atq; immobile, vinxit,
Cui omnia nomen erit.

Quinetiam quæ ab Aristotele dicūtur absurda aduersus eorum positiones, viri illi admiserint, siquis eos benignè audiuerit. Quod enim apud eos vnum est id quod est, cū diuidi non possit, neq; finitum neq; infinitum erit vt corpus. Nā & Parmenides ponit corpora inter ea quę sunt opinabilia: & Melissus, Quod vnum est, inquit, oportet id non habere corpus. Si aūt habet crassitudinem: partes etiam habuerit, & non amplius fuerit vnum. Et quod ergo diuidi nō potest vt finis, non se habebit vt finis corpo C ris, sed vt finis omnium & principiū eorum quæ sunt: & ita absolutè, sicut etiam Aristoteles, quæ apud ipsum est mentem seu primā causam, vnum quid esse dicit, Multorum haud bonus est dominatus, vociferans, & in partes diuidi non posse ostendens: esseq; & immobile & finem omnium: & idem esse mentem, & id quod mente percipitur: & mentis agitationē seu intelligentiam, cũm id nō à Platone solo sed etiā à Parmenide accepisset, dicente.

Vnū nō habet corpus. Vnū nec est finitū nec infinitum. Corpora sūt ex opinabilibus.

Vnum est finis oīum, & vna cā prima.

Idem est mente agitare atq; ipsa agitatio mentis
Cuius causa fit. nam re non absq; licebit
De qua cantatum est, reperire vt mens agitetur.

Intelligentia & quod intelligentia percipitur idem.

Res τὸ ὄν.

Propter id enim quod mente seu intelligentia percipit: idem est aūt dicere, id quod est: est mente agitare seu intelligere. quod quidē est eius finis. sed & totum, & partes, & quod est continuum, tanquā in corpore accipiens Aristoteles, absurda intulit. Sin autem sumantur ex illorum sentētia: admiserint se ea habere in aliquo ordine & vt partes eius quod est: siquidē ipsum dicit totum & vni D genitum, & quod diuidi potest, propterea quòd per continuitatem eat in infinitum.

Id quod intelligentia percipitur, & id quod est idem,

Totum continuum. ipsa rei res nanq; propinquat.

Manifestius autē est hoc absurdum, quod apud Platonē admisit Parmenides, in eo quod vnū est in secunda positione, dicēs. Quid ergo vtraq; ex his partib⁹ eius quod est vnum, nempe & vnum, & illud quod est, nunquid manca sunt, vt nec vnum sit eius quod est esse particula, nec id quod est particula vnius? fieri nō posset. Rursus ergo tenet vtrāq; particulam, & unum, & id quod est. & fit minimum ex particulis duabus particula. & ita semp eadem rōne quæcūq; gignitur particula, eam semper tenet particulam. Nam et id quod est semper tenet vnum, & vnum tenet id quod est. Quare necesse est vt id quod duo sit, nunq̃ sit vnum. Omnino quidē certè. Sic ergo quædā infinita multitudo fuerit vnū id quod est. Videtur. Sed & illa oīa eandem quoq; habere eius quod est rationem,

rationem, & esse inter se eadem, nihil absurdum. Si illud enim est causa omnium, & est oĩa ante omnia: sunt in eo scilicet præoccupata nimoia, quæ cõprehenduntur per vnã vnionem vnius quod est, per quã citra vllam diuisionẽ discreta vnũquodq; est omnia. Hęc aũt existimo etiam ipsi videri Aristoteli, qui omnium causam esse dicit primam quę est apud ipsum mentẽ. Et duplicem aut esse ordinem, hunc quidẽ in causa, illum verò in effectu. & nisi videar aliquibus eorum qui in hæc inciderint lubricè traducere, dixerim Aristotelẽ, cùm sensisset tertium ordinem eius quod vnum est Parmenidis, ita in eum ferri: Summum quidẽ vnitum est absq; vlla diuisione. Mediũ autem cùm ad continendum laxasset vnionẽ, factum est totum et partes. Quocirca Aristoteles quoq; vbi agit de continuo, posuit dubitationẽ de toto. Tertium aũt quod vnitè proponit eam quæ fit per cognitionem discretionem, oĩa quidem in seipso ostẽdit per causam. propterea aũt ꝙ sit discretio quę percipitur intelligentia, contenta sunt ab vnione vnius quod est. & quod sumpserit quispiam vt discretum, hoc seruans, inuenit vnius quod est quæ intelligentia percipit intelligentiam. Cùm autem discretio quomodocunq; per causam apparuerit, etiã in infinitum progressus generationis partium, sortitus est illinc multiplicationem quæ non potest deficere. Quomodo ergo, dixerit quispiam, videt Aristoteles his diuinis decretis contradicere? An ꝙ in naturalem producta contẽplationem, videntur esse diuersa à veritate? Quæ enĩ intelligẽtia ꝑcipitur, vnionẽ non suscipit, sensilis diuulsin. neq; quẽadmodum in ijs quę percipiuntur intelligẽtia vnita substantia continet discretionẽ per causam multiplicatam, vt possit eam illic quoq; contemplari: ita etiã in sensilibus videri potest vnius ꝑfecta vnio. Quod ergo diuidi non potest, & quod est continuum, & quę est per vnam rõnem cõmunio, vni minimè conuenit. Quòd aũt non propter studium cõtentionis Parmenidi cõtradictum est, Plato quoq; ostendit, qui in Parmenide quidem, vnum esse quod est, Parmenidis admittit: et ex illo id quod est illo superius inuenit: quod ne vnum quidem vocandum censet. & qui illud sequuntur tradit vnius ordinis: In Sophista autem ei apertè contradicit dicẽti vnum id quod est. & vnum quidem seiungit ab eo quod est, vt quod sit eo quod est superius. vnum aũt quod est, primũ quidem ostendit quod est vnitum per participationem vnius: deinceps aũt id quod segregatur & multiplicatur per diuersitatẽ. Melius aũt fortasse fuerit, causa præparationis ad intelligendas Platonis sententias, adscribere quæ ab ipso dicta sunt in Sophista. Quid autẽ, an nonne qui vnũ vniuersum esse dicũt, sunt pro viribus rogandi quidnã dicunt vnũ quod est. Quidni? Hoc ergo respõdeant. Vnum vtiq; solum eẽ dictis. Dicimus enim, inquient. non ne? Certè. Quid autem, id quod est, vocatis'ne aliquid? Maximè. Vtrum vnum quod est, duobus simul vtẽtes nominibus, vel quomodo? Quidnam ergo posthac ab eis ò hospes respõdebitur? Clarum est, ò Theętete, ꝙ ei qui hanc posuerit positionẽ, ad id quod nunc rogatum est, & ad quodcunq; aliud, non est omniũ respondere facillimè. Quomodo? Fateri duo esse nomina qui nihil præter vnum posuerit, est vtiq; ridiculũ. Quidni? Et omnino admittere eum qui dicat esse aliquod nomen quod rationem non habeat. Quanam ratione? Qui nomen à te diuersum, quædam vtiq; duo dicit. Maximè. Atqui si idem ipsi nomen impositũ fuerit, nullius nomẽ cogetur dicere. Sin autẽ alicuius ipsum esse dixerit, eueniet vt nomen sit solum nomen noĩs, nullius aũt alterius. Ita est. Et vnum quidẽ vnius vnũ esse solũ, & hoc ipsum esse vnum. Necesse est. Quid verò totum: aliudne esse dicent ab eo quod est vnum, an dicent idẽ esse quod ipsum? Quidni? Dicent & dicunt. Quid ergo si totum est, vt dicit Parmenides,

Vndiq; tornati moli est quod persimile orbis,
A medioq; ęquum est omnino, quò neq; maius,

E Nec minus ex vlla parte hoc existere possit. Hoc vel illo modo cùm tale sit id quod est, habet mediũ & extrema. Hæc aũt cum habeat, partes oĩno habeat necesse est, vel quomodo? Ita est. Atqui quod diuisum quidẽ est, nihil vetat quominus habeat affectionẽ vnius in oĩbus partibus: & hac ratione & vniuersum quod est & totum vnum sit. Quidni? Id aũt cui hęc euenerunt, nunqd fieri non põt vt id sit ipsum vnum? Quomodo? Omnium omnino partiũ expers dici oportet quod verè vnum est ex recta ratione. Oportet vtiq;. Quod autẽ est huiusmodi, cùm sit ex multis partibus, toti rõne minimè cõueniet. Intelligo. Vtrum aũt totum quod habet affectionem vnius, sic vnum erit & totum, vel oĩno non dicimus totum esse id quod est? Difficilem ꝓposuisti optionem. Verissimum quidem dicis. Nam cùm ei quod est euenerit vt vnum sit, quo non videbitur idem esse quod vnum, & erũt vtiq; omnia vno plura? Certè. Atqui si id quod est nõ sit totũ, ꝙ ei illius affectio eue-F nerit, sit aũt ipsum totum: euenit vt id quod est sit suipsius indigum. Maximè. Et hac vtiq; rõne, seipsi priuatũ id quod est, erit quod non est. Ita est. Et vno rursus nõ plura fiunt oĩa, cùm & totum & id quod est, seorsum ceperit propriam vtriusq; naturam. Certè. Si aũt non sit oĩno totum, hæc ipsa etiam adsunt ei quod est, vt præter id quod nõ est, ne gignatur quidẽ aut fiat unquã id quod est. Quapropter? Quod gignitur aut fit, semper totũ fit. quare neq; substãtiam neq; generationem tanq̃ quæ sit, eum appellare oportet, qui vel vnum vel totum non ponit inter ea quæ sunt. Hæc oĩno videntur ita habere. Atqui nec oĩno cuiusmodicunq; quidpiã oportet id esse quod non est totum. Nam cum sit aliquid quãtitate prędictum, quãtum erat totum, tantũ ipsum esse necesse est. Maximè. Innumerabilia itaq; alia infinitas dubitationes singula habere videbuntur, ei qui id quod est, siue duo aliqua, siue vnum tantum dicat. non minimum aũt indicant & quæ se nunc offerunt. Vnum enim ex alio cõne-G ctitur ac depẽdet, de ijs quæ prius semper dicta sunt maiorem & grauiorem errorem afferens. Cæterum hæc quidem si paulo longiorem habuerunt digressionẽ, condonentur amori quo in ea affectus sum. Veniendum est autem ad ea quæ deinceps sequuntur.

Perturbantur autem etiam posteriores quẽ- XX
admodum & antiqui, nunquid eis eueniret idẽ
simul vnum esse & multa. Quocirca alij quidẽ
auferebãt illud, Est vt Lycophron. alij verò cor
rigebant dictionem, nempe ꝙ homo non est al
bus sed albefactus. neq; est vadens, sed vadit.
ne si illud Est, adderent, facerent esse multa qđ
vnum est. vtpote ꝙ vno modo vnum dicatur XXI
& id quod est. multa autem ea quæ sunt, vel ra
tione, quemadmodum aliud est album esse &
musicum: eidem autem ambo. multa ergo sunt
H quod vnum est: vel diuisione, quemadmodũ
totum & partes. Hic autem dubitabant, & vnũ
fatebantur esse multa, perinde ac si non continge
ret vnũ esse & multa, non aũt quæ sunt opposi
ta. Est enim quod vnum est & potẽtia & actu.

Postquam in vnoquoq; significato vnius dixit ostẽdi XVII
idem esse vnum & multa: nam & quod vt cõtinuum, diuidi potest in infinitum: & quod est totum, habet multitudinem partium, quæ sunt aliæ à toto: & quæ sunt rõne eadem, vnum esse & multa vnũquodq; ostendunt: siquidem homo, cũ sit homo, est & equus, & bos, & alia quæ habent eandẽ cum illis rõnem eius quod est: & quod diuidi non potest, & finis, & principium, est etiã alia multa. Cùm hæc dixisset, & ꝙ in contradictionem incidant, subiũgit hoc absurdum quod ijs sequitur qui dicunt vnũ

esse

Ordo duplex in cã & in effectu.

Summũ vnitum absq; diuisione. Medium est totũ et ptes.

Discretio ꝑ cognitionem apparens ex causa sortit multiplicationem.

Aristoteles cur in Naturalibus contradicat diuinis Theologię decretis

Vnius perfecta vnio nõ est in sensilibus.

Vnũ ẽ superius eo qđ ẽ

esse id quod est, ꝙ scilicet idem sit vnũ & multa: non solum illos propositum cõturbasse, sed eos etiã qui postea secuti sunt. Et si enim non dicerent vnũ esse id quod est, sed sensilium vnumquodq; esse dicerent, quemadmodũ Socratem, deinde, ꝑpter prędicamenta accidentium quę de eo dicuntur multa ipsum esse dicentes, vtpote, ꝙ sit simus & philosophus & fortasse etiã albus: conturbabãtur quõ fieri possit vt vnum idem simul sit & multa. & propterea de substantia quidem prædicabant illud quid est, dicentes, Est Socrates. ab ĳs aũt quæ substantiæ accidebant auferebant illud, Est. Cum substãtia enim illud, Est, nõ facere multitudinem. ipsum enim de seipso dici. Esse, autem, adiectum accidẽtibus, facit vt ea sint qualitate & substantia prędita, & ea connectit cum substãtia. vt quãdo dixero, Socrates est albus. fiunt enim duo quæ sunt. Et ideo Lycophron ab eis quæ prædicabantur auferebat illud Est, dicens, Socrates albus: perinde ac si ipsa per se accidentia absq; illo Est, non facerẽt eius quod est additamentum. Atqui si non faciebant additamentum, B idẽ erat dicere, Socrates, & Socrates albus. Deinde ciusmodi prolatio orationẽ non facit enuntiatiuã. neq; enim verum nec falsum significat. sed neq; facit vllam speciem orationis. neq; erit oratio: neq; enim imperatiua: neq; interrogatiua est, neq; optatiua. & pręter id quòd dubium quod erat à principio non effugerunt, in alia etiã inciderunt. Alĳ autẽ volentes enuntiatiuam facere orationẽ: ea quæ prædicantur in verba transformarunt. non dicẽtes, Homo est albus, sed albefactus. & nõ est ambulans, sed ambulat. ne si illud Est, adiungerent, multa facerent quod vnum est: & vt clarum esset accidentia habere naturam inferiorem, quẽadmodum verbũ significat agere vel pati, cùm sint infra substantiam. Atq; ne hi quidem effugerunt dubitationem, & si declinantes & dictionem aliter cõcinnantes facerent prędicationẽ. Quoduis enim verbum in participiũ & illud Est, resoluitur. Ambulat, est ambulans. Eretrienses autẽ adeò timuerunt dubitationem, vt dicerent ne vnum quidem de vllo dici, sed vnũquodq; ipsum per se dici. quemadmodum homo homo. & album album. Ac ne ĳ quidẽ effugerunt dubitationem. Etenim homo est multa, & album est multa, vt ostendunt definitiones. & in aliud etiã absurdum inciderunt, quod orationem tollit enuntiatiuam. Cęterum hi esse multa vnũquodq; sensilium ꝙ multa de ĳs prędicentur, ita se putabant effugisse: non cogitãtes ꝙ non in sola prædicatione & vnum, & id quod est, fit multa: sed sic ẽt cùm quædam quæ ratione differunt, & propterea multa sunt, vni & eidem insunt, & prædicantur de eodẽ subiecto. & alio etiã modo ꝙ id quod est cõtinuum & totum: cùm actu sit vnum, multa sit potentia, ꝙ possit in multas partes diuidi. & rursus ꝙ quæ sunt multa & actu diuisa, potentia sint vnum continuũ, ꝙ possint continua effici, quẽadmodum multæ cerę. Et ad illud quidem visi sunt inuenisse effugia quę dicta sunt: ad hoc aũt cùm nihil possent dicere, cesserunt, & absurdum cõfessi sunt idem esse vnum & multa. Erroris autẽ eorum, & ꝙ dubitationi D cesserint, causa fuit, ꝙ non animaduerterint contingere vt idem sit vnum & multa, sed nõ eadem rõne, sed vt subiecto quidem vnum, multa aũt accidentibus, quæ quidem inter se nõ repugnant: Vel vt actu quidem vnum, multa aũt potentia, ut id quod est continuum. neq; enim repugnant inter se. qm̃ non in eodem. & ideo possunt simul esse. Repugnant enim quę eidem vel in eodem ambo simul sunt. vt cùm quis Socratem in eodem tempore vnum digitũ & multos dicat habere. in alio enim & alio tempore in eadẽ particula nihil est absurdum vnum & multa consistere. qui enim est actu sine filĳs, potentia & vnum & multos dicatur habere filios. Quocirca neq; ei quod est actu vnũ repugnant, neq; inter se. quocirca etiã simul sunt. siquid enĩ dormit et stat potentia, hoc potẽtia vigilare & sedere dici possit. Hæc quidem videtur esse sentẽtia dictionis Aristotelis, quæ est maximè expedita

Enuntiatiua oratio nõ potest eẽ absq; verbo.

Verbũ resoluitur in Participium, & verbũ Est.

Vni & eidẽ multa insũt, & prędicanẽ de eodem subiecto.

Vnum actu multa potentia.

Vnum subiecto, multa accidentibus.

A & in promptu se offerens. Cùm autẽ Porphyrius nouo quodam eoq; eleganti modo eam sit persecutus, operę pretium fuerit ne ea quidem quæ illi videntur pręter mittere: dum eorum quidẽ quę dicũtur aliqua rescindit, aliqua verò in ipsa dictione adĳcit. Dicit ergo quòd cũ absoluisset absurda quæ adducuntur in vnoquoq; significato vnius, subiungit aliam dubitationem quæ ei posset fieri. Dixerit enim quispiam, Hęc dubitasti cum posuisses vnũ dici multis modis, & multis modis id quod est. Quòd si hoc non ita fuisset, hæc fortasse dubia nõ attulisses. Aduersus quos simul & vehementẽ adduxit respõsionẽ, & quæ perspecta non fuit ab oĩbus interpretibus, dicens. Si nõ positum fuerit decem modis dici id quod est: nõ solum Parmenides & Melissus, sed alĳ etiam oẽs conturbabuntur. Videamus enim id quod propriè vnũ est quotuplex nobis occurrit. An nõ simul clarum est ꝙ simplex quid, & partium expers, & quod diuidi non potest, quatenus vnũ est, consideratur? Cùm ergo dixerint B aĩal quidem esse vnum genere, multa autẽ specie, & homo vnus specie, numero autem multi, & Socrates actu vnus, potentia autẽ & partibus & accidẽtibus multa, an non noĩe quidem vnum nominãt, notioni aũt vnius minimè consentiunt? Magna enim in his cernitur diuisio, etiam si singulariter dicatur genus vel species, quẽadmodum & ipsa multitudo & equus, etiam si singulariter dicatur, significat multitudinem. Meritò ergo in his erat quædã dubitatio. quẽadmodum primum in subiectis & in accidentibus. Si enim Socrates est albus, quõ est hoc vnum? vel siquidẽ est album, cur nõ duo Socrates albus? Si enim quia prædicatẽ nihil est: cur magis nihil erit quia subĳcitur Socrates? vtrũq; enim est. Similiter autẽ & in eo quod actu vnum est, multa autẽ potentia. Quid enim vtiq; dicemus? an nihil esse partes? & quõ non totum ẽt nihil erit, cùm totum cõstet ex partibus? sed sunt partes? & quõ non multa est Socrates in eo quod est vt genus & vt species? Animal enim homini, & homo Socrati vtrũ C vt nihil accidit? & quõ id quod est aĩal dicemus differre ab eo quod nõ est aĩal, & hominem ab equo? & quõ non multa est homo, qui est aĩal & homo? Cur autẽ Socrati homo accidit, non autẽ Socrates homini? Magna est ergo perturbatio nõ apud Parmenidẽ solũm, sed, vt semel dicam, apud oẽs qui id quod est posuerunt vniuocum, et ipsum quidẽ vt vnum posuerunt, puram autẽ vnius notionem in ipso conseruare nequeunt. Propterea Lycophron quidem non adiunxit illud Est, eo ꝙ absurdi quid ex illo eueniret. Quidam aũt ea quæ prędicabãtur mutarunt in verba, significãtes ea esse minora, et magis accidẽtia. Eretrienses aũt dicunt ne vnum quidẽ esse quod de vllo prędicetur, sed solum ipsum aliquid de seipso: vt, verbi gratia, homo homo. Sed nec priores, nec hi effugerunt qõnem. Ipse enim homo esset quæsitus. Sed dicunt minimè esse quærendum. multa enim fuerit si actu sit diuisus. nunc autẽ esse vnum. sed agebatur & quæstio erat de eo quod diuidi non potest ex partibus, est ne ali- D quid an non, quod sit adhuc in ipsis. Quare non soluitur quæstio. Talis ergo & tanta quęstio solus aduertit Aristoteles quõ soluenda sit. Ea enim quæ sunt, dicit nõ esse eodem modo. et ideo non esse eorum genus, id quod est. sed hoc quidẽ eiusmodi esse quod ipsum per se potest cõstare, & proprium ostendit characterem: illa autem, esse quidem, sed non similiter eius quod est partẽ capere, sed alio modo, nempe ꝙ in illis sint, & ab illis ad hoc vt sint dependeant. Pater enim & filius fortuitò extiterunt, & Dominus et seruus. Quocirca multis, inquit, modis est id quod est. nisi ꝙ alia in substantia accidunt, per quam etiam subiectum accipit characterem. Qua de causa hi quidẽ alia de medio tollebant, sicut stoici faciebant, pręter euidentia. Qui autem similiter ac substãtiam vnum reliquit, is magis peccat. quæ sunt enim multa faciet & accumulabit, vt corpora indiuidua. Qui autem dicit aliquo modo quidem esse, ꝙ in substantia cõsiderentur, &

Vnũ, quatenus vnũ, est simplex, & expers partium.

Esse aliquo modo, & aliquo mõ non esse.

post

E post illam sint: aliquo aũt modo ooo esse, ꝙ absq; ea non possint consistere, is quod rectum est assecutus est. Modos ergo vnius persequentes, non amplius dicemus multa esse quod vnum est, qm̃ aliter partes & nõ ut Socrates vnum dicitur. Is enim per se ostendit proprietatẽ characteris: partes autẽ absq; toto minimè constiterint, sed ita sunt vt sint vnum cum toto. Manet ergo Socrates vnus similiter, & per speciem ooo multiplicatur cùm simul ẽt homo factus sit, eo ꝙ species nimq̃; per se constiterit, neo homo ita possit consistere sicut primæ substantię, sed aliter. Cæterum non dixerit quispiam nihil esse præter Socratem, ita enim nimium illi tribueretur, etiamsi non sit tale quale est Socrates, sed in illo & cum illo. neq; enĩ ita est ęquiuocum id quod est, vt quæ sunt fortuita: sed vt ea quæ sunt ab vno. & tunc est album qñ est alterius: & in hoc habet esse quod sit alterius. Quemadmodum eoim superficies quę est corporis, vt sit veluti corpus accepit à corpore: ita etiã est intelligenda aliorum quæ sunt substãtia. substantia enim habet quòd sit alterius. Quare nõ est F amplius vtiq; multa: albus Socrates: vel ipse & partes. Non enim cùm alia quædã conuenissent, vt boues ad iugum, & homines in agrum, constituerunt Socratem. sed cùm ipsum sit subiectum, quæ ipsi accidunt: vel ea rõne consistunt, vel sunt alterius, & propter illud sunt etiam. nam si multa, & post alia alia essent, dico aũt accidentia, remaneret adhuc quæstio. Ex hoc autẽ exoritur eius quod est & non est dubitatio. est enim id quod est substãtia. vt aũt in ea, quæ sunt accideotia, non sunt. aliter autẽ etiam sunt vt quæ eius sint. & idem vnũ dixeris & multa. Sed noo sicut vnum, ita etiam multa. neq; enim multiplicatum est ex huiusmodi vnitatibus. Similiter autẽ etiã in partibus Socratis. nõ enim eę quoq; sunt vt Socrates, sed vt eius, & quæ sint in eo ꝙ siot illius, oõ vt illud. Ita etiam aĩal & homo Socrates, nõ quòd sit & Socrates & homo & aĩal, quod faciebant qui ponebãt id quod est vniuocum. vel quod ij qui ex ijs quæ sunt tollũt alia, qui vnum dixerunt esse id quod est. Non est ergo tria Socra G tes, neq; vnum solum. Neq; enim alia nihil sunt, qm̃ ea quoq; sunt eo ꝙ sint Socratis. nec tñ sic vt Socrates. & sic rursus multa & non multa Socrates, sed vnum. Vnum autem, non illud quod à cõpositione quæ versatur in cogitatione sit vndequaq; purum, sed quod vnã constituit substãtiam, & vnam producit essentiam. non sicut vnus later, ꝙ sit vnum oomen, sed ꝙ sit vnitas, & eius etiã suscipiat demõstrationem. Multa enim vnum sunt, siquis id quod est exponat æquiuocè, sicut primus excogitauit Aristoteles. Multa sunt ergo quæ sunt, primũ quidem prædicamentis, quẽadmodum substãtia, bonitate, alijs. & io omnibus hæc quidẽ potentia, illa verò actu. & prętèrea vel genere, vel specie, vel numero. Ad hæc aũt diuisione, vel rõne, vel nomine. Neq; est absurdum vt idẽ alio quidem modo videatur & dicatur vnum, alio autẽ multa, & simul sit vnum & multa, nec tñ quæ sint repugnantia. Causa aũt est, ꝙ neq; vnũ, oeq; id quod est, vno H modo, sed multis dicatur vnumquodq;. Quod cùm non aduertissent qui præcesserunt Aristotelem, conturbati sunt, ij quidẽ dicentes ea quæ sunt multa esse & infinita, alterum aũt ab altero inter se depẽdentia: alij verò vnũ, eũm neq; voum sit vt quod sit planè ab omni dimẽsione seiunctũ, neq; multa vt chorus. sed, vt dictum est, & vnũ sit & non vnum, vt exposuimus. Hæc quidẽ quæ ipsa per se digna multo esse studio, & ad quæstiones naturales, & ad prędicamentorũ diuisionem existimo, summus præclarè conscripsit Philosophus Porphyrius, ex eo ad hoc tractandum sumpta occasione quod dicit Aristoteles, TANQVAM vno modo dicatur quod vnum est vel quod est. multa sunt aũt ea quæ sunt.} Sed si subiunxisset quidem, multa prædicamentis, par esset eius quod est, vt quod multis modis dicatur, diuisionem, ad dubitatiooem soluendã assumere. Nunc aũt multa ea quæ sunt dicit & vnum, vel ratione quidẽ multa, subiecto autem

Vnũ non est multa.

Vnum id est quod vnã cõstituit substãtiam.

Multa est ea quæ sunt dicũt multis modis.

E vnum. quemadmodum in substantia & io ijs quę ei accidunt. Vnde etiam ambo exempla accidentis sumpsit ab vno genere qualitatis, vel actu vel potẽtia. Si quis aũt addubitauerit, an substantia, & quæ vocantur accidẽtia, sunt similiter ea quæ suot: qũo fieri possit vt idem quod sit io eodẽ vnum sit & multa: hanc dubitationis solutionem meritò adduxerit, quæ est differentia eius quod est, in substantia & in accidentibus. quod quidẽ fortasse etiã nunc innuit, cùm dixit nihil esse absurdum idem vnũ esse & multa. multa quidem per rõnes multorum accidentium: vnum autem, quatenus est subiectum & substãtia. quod ipsum quidem vnum manens, multa est per illud.

Cùm duæ sint aũt dubitationes quæ idem vnũ & multa colligãt, hæc quidẽ à multitudine accidentiũ quæ sunt in vna substãtia, altera verò à continuo. quod toto quidẽ vnum est, multa aõt diuisione: hoc quidẽ soluitur à differentia eius quod est actu & potentia. actu enim vnũ est, potestate verò multa: Alterum aũt non fuit solutum, vt F volunt interpretes. oeq; enim vt dubitationis solutionẽ audiunt illud, MVLTA aũt ea quæ sunt, vel rõne.} Alexander itaq; hac proposita dictione ad interpretationẽ, hæc subiũgit. Vel ipse facit diuisionẽ quibusnam modis vnũquodq; vnũ sit & multa, ostendens nõ vno esse modo vnum vt prædixit: vel qũo Zeno vnũquodq; sensiliũ multa esse ostẽdebat, dicit quanã ratione conturbarent. Aut enim rõne quidem multa sunt, vnum aũt subiecto. quẽadmodum musicus & albus Socrates, rõne quidem sunt multi: alia est enim ratio musici, alia verò albi, at in subiecto quidẽ vnus est Socrates: Aut multa est idem simul & vnum, vt totum & partes. vt totum enim vnum est. vt partes autẽ ex quibus totum, multa. qm̃ ostensum est partem oõ esse idem quod totum. Hæc cum dixisset Alexander, ea deinceps subiungit per quæ ostendit non esse solutam dubitationẽ quæ est ex accidentibus, sed eã solam quæ est ex diuisione, dicens. In his ergo quæ multa sunt rõne, vt dictum est, existimabant se aliquid face- G re ij quos dixit posteriores veteribus: hi quidẽ illud Est, auferentes ab accidẽtibus: hi verò deflectẽtes, & dictionem mutãtes. In eo autem quod est ut totum & pars, cũ non possent ita aduersus sophisma insistere, cõcesserunt. Est autem, inquit, totum unum & multa, non simul quidem, sed actu quidẽ vnum, multa verò potentia. Quare si quæ est etiam ex accidentibus, soluenda est dubitatio, pulchrè Porphyrius id quod significauit Aristoteles per hoc, TANQVAM vno modo dicatur quod vnum est vel id quod est: multa autẽ sunt ea quæ sunt} & excogitauit & explicauit: cùm Eudemus quoq; quodãmodo tale qd ostendisset, & eius solutiooẽ eo quod potẽtia est & actu conclusisset. Satius autẽ fortasse fuerit ea quæ ab Eudemo dicuntur apponere, vt ea quæ dicuntur melius attendantur. Ita autẽ habet dictio quæ est post ea quæ obiecta sunt aduersus significata vnius. Nunqd ergo hoc quidem non est vnum, vnum verò est aliquid? hoc enim dubitabatur. & Zenonem quidẽ aiunt dicere, siquis ei vnũ H definiret quidnã sit, dicturum esse ea quæ sunt, ppterea quod vnũquodq; quidẽ sensilium multa dicatur categoricè & per diuisiooem. punctum aũt ne vnum quidẽ ponere. Quod enim neq; additum auget, neq; ablatum diminuit: ex ijs quæ sunt minimè esse putabat. Si quis autẽ reliquas etiã appellationes adiecerit, adhuc probabiliorem fecerit orationẽ. oeq; enim substãtiam neq; qualitatem videtur punctus facere, neq; aliquid ex ijs quæ sunt in diuisionibus. Si autem punctus quidem est tale quid, vnusquisq; autem oostrum multa esse dicitur, quẽadmodum albus musicus & eiusmodi alia, similiter autẽ & lapis: est enim infinita vniuscuiusq; fractio: quomodo fuerit vnum? Prædicamentis itaq; nõnulli existimabant nõ oportere adiungere verbum, Est. ex quibus fuit etiã Lycophron. Sed hominem quidem esse dicebãt, hominem autẽ album esse ooo dicebant. & similiter ẽt vnũquodq; aliorum. nusquã enim esse addebant, sed vnum vel vnũquodq;

Vnũ est multa ex sententia Zenonis. Punctus nõ est vnus.

Est qd signi ficet ex sententia Platonis.

quodq;. Plato aũt existimabat illud, Est, non significare id quod in homine, sed sicut prouidus est prouidere, & sedens est, sedere. ita etiã se habet in alijs, & si non sint nomina imposita. Aduersus ergo ea quæ categoricè multa vnum faciũt, hoc modo resistebant. Aduersus ea aũt quæ per diuisionẽ, nulla eis dicẽdi suppetebat facultas. Definire autẽ quot modis vnũquodq; dicitur, magnum est, vt videtur, ad veritatem. Plato enim id quod est, duplex, introducens, multas soluit rerũ dubitationes, quarum nunc Sophistæ tanq̃ ad species confugiunt. & præterea definijt nomen orationum. Ad eius autẽ quod est vnum dubitationẽ, apparuit remedium eius quod est diuisio. afferebat aũt impedimentum ijs qui philosophabãtur, & ea parum vtebantur. Est aũt sapientiæ vnoquoq; recte vti. nam etiã qui principijs vtuntur, neq; vnum adducunt. est enim principiũ multiplex. & qui ea quę non sunt principia constituunt, non possunt procedere, propterea q non habeant à quo. Actu aũt & potentia scientes quidem dicebant & fortes, & quæcunq; huiusmodi. vnum aũt non dicebant, nec multa. Videtur aũt in omnibus, vt semel dicam, hæc diuisio. Si nos enim oporteat numerare eos qui dormiunt, statim quidem hominẽ & equum numerabimus, & si multi nõ dormiant, respiciẽtes ad eorum potestatem. De piscibus aũt dubitabimus, & ad piscatores adibimus. Eos autem qui in domo dormiunt annumerãtes, assumemus multos hoĩes et equos, etiamsi sint & non dormiant. Clarum est ergo q prius ad potestatẽ, postea autẽ ad actum respicimus. Ita etiam vnum & multa actu sunt & potentia. Actu ergo ambo eidem nunq̃ adsunt. videtur aũt hoc absurdum. Quod aũt actu vnum est, multa est potentia, siquidem est ex ijs quæ possunt in partes diuidi. non est aũt absurdum. non sunt enim hæc contraria. Ita autẽ etiam in eodem lapide multa erunt. vtpote Mercurius, Hercules, alia innumerabilia. Potestate ergo sunt in eo hæc oĩa, actu verò vnũ solum. Quæ aũt actu multa sunt, non sunt vnum potentia: sed quęcunq; in vno cõponuntur, quẽadmodum stare, sedere. Potestate enim simul in vno fuerint, actu autẽ minimè. Si autem adesset nobis Zeno: et diceremus de eo quod actu unum est, id nõ esse multa. Illud enim et propriè adest, hęc verò potestate. Ita fit igitur vnum idẽ & multa, actu verò solum alterum. ambo aũt nunquã simul. Sin autẽ hęc dicentes ei persuaderemus, rogaremus vt promissum redderet, quatenus hæc quidem Zenonis oratio videt esse alia ab illa quæ fertur in libro. cuius Plato quoq; meminit in Parmenide. Illic enim multa nõ esse ostendit: Parmenidi qui vnum dicebat ex repugnanti opem ferens. Hic autẽ, vt dicit Eudemus, vnũ quoq; sustulit. Punctum enim dicit esse vt vnum, multa autẽ esse concedit. Alexander verò hic quoq; putat Eudemum meminisse Zenonis, vt qui multa perimat. Vt enim refert, inquit, Eudemus, Zeno Parmenidis familiaris conabatur ostendere fieri non posse vt ea quæ sunt, multa sint, q nihil sit vnum in ijs quę sint: multa aũt sint multitudo vnitatum. Et q Zenonis quidem nunc meminit Eudemus non vt eius qui multa perimat, clarum est ex eius dictione. Existimo aũt nec in libro Zenonis tale ferri argumentum, quale dicit Alexander. Quinetiam hoc quoq;, puto, ex ijs quæ dicta sunt clarum esse Eudemum soluisse dubitationem ex differẽtia eius quod est actu & potentia. Fortè aũt ostendit etiam Eudemus solutionẽ ex differentia eius quod est, cum dicit, Ad eius aũt quod est vnum dubitationem, remedium apparuit eius quod est diuisio. Ea aũt erat impedimento ijs qui philosophabantur, & ea parum vtebantur. Impedimento aũt fortasse erat quod non rectè diuiderent, sed parum vterent. Et hæc quidem sicne an secus habeãt, quærere est operę pretium. Cùm aũt dicat Eudemus q Plato in prædicamento accidentium existimabat verbum, Est, non significare participationẽ substantię, sed solùm affectionẽ per accidens. quemadmodum, Est prouidus, nihil aliud

Duplex intro ducẽs Plato multas soluit dubitationes.

Definitio nominis orationum.

Diuisio remediũ ad dubitationem eius quod ẽ vnum.

Principium nõ est vnum sed multiplex

Vnum actu, multa potentia.

Est qd significet ex sententia Platonis.

A significat q̃ prouidere, & sedens est, nihil aliud quàm sedere. Hæc ergo cum dicat Eudemus, Alexander dicit esse Platonem, qui concinnat ac transformat dictionem accidentium, & fortasse propterea quòd Eudemus post eos qui illud, Est, auferunt, meminerit huius opinionis.

Quòd autem Plato non esset ex ijs qui conturbati fuerant propter dubitationẽ, nec eum velit innuere Aristoteles, clarum est ex eo q in Philebo quidem, contendentium puerorum nugas hanc dicit esse dubitationẽ: in Sophista aũt totam dubitationem & apertè exponit, & eos qui in illa studiũ posuerunt valde ludificatur sic scribẽs. Hominem quidem complura aliquot vtiq; nominãtes, & ei colores aliquot tribuentes, & figuras, & magnitudines, & vitia, & virtutes, in quibus oĩbus & alijs innumerabilibus, non solum hominẽ ipsum esse dicimus, sed & hominẽ & alia infinita. & cùm alia vtiq; eadem ratione vnũquodq; vnum posuerimus, rursus ipsum multis nominibus dicimus. Vera dicis. Vnde, vt ego quidem **B** arbitror, adolescentibus & senibus paulò tardioris ingenij epulum parauimus. Cuius enim statim in promptu est arripere, q fieri nõ possit vt multa sint vnum, & vnũ multa sit. & lætantur quidem certè non sinentes bonum hominem dicere, sed bonum quidẽ bonum, hominẽ verò hominẽ. Conuenis sæpenumero, vt puto, ò Theętete, homines ætate grãdiores, qui in ijs rebus studium posuerunt: & propter egestatẽ prudentiæ in admiratione talia habuere: & hoc quippiã omni ex parte doctum & ingeniosum se putabant inuenisse. Hanc autẽ ipse soluit dubitationẽ, ostendens & species esse inter se participes, & ipsas per se habere proprios characteres & ꝓprias circũscriptiones. & per participationẽ quidem mixtionem & contemperationẽ, quæ eis est inter se, fieri vnum quid totum, quẽadmodum ex multis inter se mixtis literis nomen, vel verbum, vel etiam totã orationem. Quatenus autẽ vnũquodq; in se est seiunctum ab alijs, & non est id quod alia, facit multitudinẽ. Reuera enim vbi est **C** multitudo, illic est id quod non est. Quocirca Parmenides quoq; cũ vellet ostendere id quod verè est, atq; adeò fortasse etiã id quod superat id quod est, primum sustulit id quod non est. Plato quoque cùm vellet ostendere id quod non est in ijs quę sunt, & non solùm in eo quod est, quod quidẽ est sensile, sed in eo etiam quod versatur in intelligentia, tradit primùm secretionem, & formarum multitudinem. Porrò autẽ in Parmenide quoq; dicens nihil boni habere dubitationẽ, quæ dubitat quõ idem sit vnum & multa in sensilibus, soluit: dicens vnum quidẽ esse per participationẽ vnius: multa aũt per participationem multorum. Præstabilius aũt fuerit audire ipsa verba Platonis. Si quis autem me ostẽderit vnum esse & multa, quid mirum, dicens, cùm voluerit quidẽ multos ostendere, q alia quidem sunt mihi à dextera, alia verò à sinistra, & alia quidem anteriora, alia verò posteriora, & sursum similiter ac deorsum. sum enim particeps multitudinis. Quãdo autem vnum, dicet, q cùm sint quidem **D** septem, sum vnus homo, vt qui sim & vnius particeps. Quocirca vtraq; monstrat quæ nõ posuerit. Siquis ergo hoc modo aggrediatur idem multa & vnum ostendere, lapides, & ligna, & cætera hmõi, quid dicemus ipm multa & vnum demonstrare, non id quod vnum est multa, neq; quæ multa sunt vnum. neq; dicit quid mirandum, sed quæ oẽs confessi fuerimus. Si quis autem, vt nũc ego dicebã, primùm quidẽ ea seorsum diuidat per ipsas species, vtpote similitudinẽ ac dissimilitudinem, & multitudinem & vnum, & statum, & motum, & quæcunq; sunt eiusmodi, vel ea ipsa ostendat quæ in his possunt coniungi ac seiungi, ego quidẽ mirandum in modum assentiret ò Zeno. Vides ergo eum dicere nihil esse mirandum, q in rebus sensilibus idem sit vnum & multa, quẽadmodum neq; similia ac dissimilia. In horum aũt exemplaribus quæ versant in intelligentia, talem ostẽdere mixtionem & contemperationẽ, quod ipse fecit in Sophista, di-

cens

Totũ fieri participatione et cõtemperationem.

Vbi est multitudo, illic ẽ id qđ nõ est.

Id qđ nõ est tollẽdum, vt statuat id qđ est.

Formarum multitudo statuẽda vt sciatur id qđ nõ est in iis quę sunt.

Vnũ p participationem vnius.

cens id quod est Philosophi proprium: hoc fuerit dignũ magna cõsideratione. Necesse est enim eum qui hæc demonstrat, cõtemplari & vnionẽ quæ confundi nequeat, & formarum secretionẽ quæ nõ possit diuelli. Huiusce ergo ipsius dubitationis quidem sit vnum & multa, habemus etiã apud Platonem solutiones: aliam quidẽ formarum quæ versantur in intelligẽtia, in Sophista, vnam quidẽ per contrariam participationẽ, vel potius identitatem quam vocant, & vnionem, per quam vnũquodq; non solùm est aliorũ particeps, neq; solùm idem est cum illis, sed eis etiã vnitum vnũquodq; vnum est oĩa: quod quidem vult ostẽdere Socrates in Parmenide: multa autem, cùm in sua proprietate vnũquodq; consideratẽ: Sensilium aũt habemus aliam in Parmenide solutionem per participationẽ exemplarium eius quod vnum est, & eorum quæ multa sunt, in eodem. Solutio autem Aristotelis, quam ostendit Porphyrius, est ipsa quoq; in sensilibus. Fit aũt etiam ex eorum quę sunt differẽtia, quæ nõ sunt vniuoca, sed tanq; ab vno. & ideo substãtia quidem cui innatum est vt per se cõsistat, & ideo subiecta est, manet id quod est. & per eam vnũ est quod est totum. Accidentia autẽ vel partes, quæ in substãtia & in toto consistunt, præbẽtur per multitudinẽ, non vno multiplicato. non enim illi aliquid adijciunt, q; ea per se non possit cõsistere, sed veluti remissa quædã est eius quod est substãtia ea quæ est multiplicata. non enim multiplicata est ex talibus vnitatibus substantia. Aduertendum est aũt q; hęc solutio & cãm pulchrè adducit propter quã substantia nõ est in qualitate, sed qualitas in substãtia, & est hoc quidẽ qualitas, illud verò substantia. Sed si & genera et species & accidentia sunt secunda ab indiuidua substantia, vt quæ in illa cõsistãt: quid per se fuerit illa indiuidua substãtia quæ sine ĩjs consideratur? Socrates enim absq; hoĩe & aĩali, & ĩjs quæ Socratem veluti cõplent accidẽtibus fuerit, si ea ita sunt secunda vt partes sunt secundę à toto: & si eę eiusmodi sint vt totum cõpleant. Sunt enĩ etiam in his partes indiuiduę substantię quæ est cõcreta & coalita, & ex eo accepit substantiã. Quocirca nec primarium quidẽ est hoc exemplare summæ indiuiduorũ, qm̃ hæc consistunt per concretionem & coagmentationem. anima autẽ hæc cognoscit per pulsum à sensu, earũ concursionem ad vnius quod mente cogitatur constitutionem sibi proponens.

Quod vnũ idẽ sit & multa, solutio ex Platone.

Genera spẽs & accidentia sunt ab indiuidua substãtia secunda.

Exẽplar primariũ indiuiduorũ quod nam sit.

CAPVT III.

XXII HOc autem modo ingredientibus videtur fieri non posse vt ea quę sunt, vnum sint. Ea verò ex quibus demonstrant non est soluere difficile. vtriq; enim contentiosè ratiocinantur, & Melissus, & Parmenides. etenim falsa sumunt, nec cõcludunt syllogisticè. Intolerabilior autem est Melissi oratio, & quæ non habet dubitationem. Verùm vno absurdo dato multa accidunt. Hoc autem nihil est difficile. Quòd

XXIII itaq; perperã Melissus ratiocinetur, clarum est. Existimat enim se sumpsisse, q; si quicquid genitum est habet principium, id quoq; quod genitum est non habeat.

XVIII Cùm generalem positionis euersionẽ præcepisset, ne videretur refelli propter imbecillitatẽ rationum quæ illi aderant, transit deinceps ad ipsas quoq; confutandas rationes, quibus credentes, id quod est unum esse ostenderant: non per hoc decretum cõfirmans, sed eos qui cogebantur ex rationibus dubitare cõfirmans. Si enim & fuerit decretum generaliter euersum, & quæ ipsum confirmant rõnes fuerint dissolutę: citra vllam deinceps cõtrouersiam contraria confirmabit opinio. Eorum enim quę aliquibus repugnant præcedens confutatio, ipsa est per accidens confirmatio eorum quæ repugnant. Vnde si

E euersum fuerit esse vnum id quod est, cõfirmatur multa esse. Ita enim non latuit Socratem, Zenonis quoq; orationẽ per id quod ostenderet multa sequi absurda ĩjs qui ea quæ sunt multa esse dicũt, opem ferre Parmenidi qui dicebat vnum esse id quod est. Non est aũt, inquit, difficile soluere eorum rõnes, qm̃ ostendet & falsa esse quæ sumunt: & cõnexionum figuras nequaq; concludere syllogisticè. Magis aũt reprehendit id quod à Melisso dicit, vt prius quoq; dictum est, vel q; præter alia is quoq; dicit esse infinitum id quod est: vel q; is etiam ea videtur sumere quæ falsa sunt, & syllogisticè minimè cõponeret dicens, Si id quod genitum est habet principium: quod non genitum est nõ habet principium, } cum oporteret eum qui euertit ex cõsequenti, dicere. Quod aũt non habet principium, non est genitum } Ita enim concluditur secundus modus hypotheticorum. Parmenides aũt ponit quidem propositiones in ordine, infert aũt conclusionem, non quæ est consequens propositionibus, sed aliqd

F aliud: dicens, Quod præter id quod est non est, nihil est quod est } & non inferens, Id quod est præter id quod est nihil est } quod quidem consequitur, sed, Vnum est ergo id quod est. Sed hæc quidẽ examinabũtur postea.

Nunc aũt videamus quid dicat Melissus, cui prius respondet. Rerum enim naturalium vsus pnunciatis Melissus de generatione & interitu, sic opus suum incipit. Si nihil quidẽ est: quõ de eo dicatur aliquid tanq; quod sit aliquid. Si est aũt aliquid: aut est genitum, aut semper est. Sed si est genitum: vel genitũ est ex eo quod est, vel ex eo quod nõ est. Sed neq; fieri potest vt ex eo quod nõ est fiat aliquid, nec aliud quidẽ nihil quod est: multo aũt magis id quod est absolutè. neq; ex eo quod est. ita enim fuerit id quod est, non aũt fiet aut gignetur. Non gignitur ergo id quod est. est ergo semper id quod est. Neq; interibit id quod est. neq; enim fieri potest vt id quod est mutetur in id quod non est. nam hoc quoq; conceditur à Physicis. Neq; in id quod est. ita enim manserit, & non

G interierit. Non ergo genitum est id quod est neq; interierit. semper ergo fuit & erit. Sed qm̃ quod genitum est habet principium, quod non genitum est nõ habet principium. Id quod est autẽ, non est genitum: non habuerit ergo principium. Pręterea aũt quod interit habet finẽ. Si quid aũt est quod non possit interire, finem nõ habet. Id ergo quod est, cùm interire nõ possit, finẽ non habet. Quod autẽ neq; habet principium nec finem, est infinitum. Est ergo id quod est infinitum. Si autem infinitũ, vnũ est. Si enim duo fuerint, fieri non poterit ut sint infinita. sed inter se fines habuerint. Infinitum autem est id quod est. Non sunt ergo plura quę sunt. Vnũ est ergo id quod est. Atqui si vnum est, est imobile. Id enim quod est, est sibiipsi semper simile. Quod est autẽ simile, neq; perierit, neq; maius euaserit, neq; in alium ornatum conuerti potuerit, neq; vllo dolore aut molestia afficiatur. si quid enim horum in eum caderet, nequaq; vnum esset. quod enim aliquo motu mouetur, ex aliquo & in aliqd

H aliud mutatur. Nihil autẽ erat aliud præter id quod est. id ergo nõ mouebitur. Quinetiam alia ratione nihil est vacuum eo quod est. vacuũ enim nihil est. non ergo fuerit quod nihil est. nõ mouetur ergo id quod est. secedere enim non potest, cùm nusquam sit quod est vacuum. sed neq; fieri potest vt in seipsum contrahaẽ. ita enim seipso fuerit rarius & densius. hoc autem non potest fieri. Neq; enim fieri potest vt quod est rarum æquè sit plenum ac quod est densum. Sed iam id quod est rarum fit eo quod est densum inanius. inane aũt non est. An autẽ id quod est plenum sit an non ex hoc iudicandum est quòd aliqd aliud admittat, aut non. Si enim non admittit, plenũ est: Si autem admittit aliqd, non est plenum. Si ergo est nõ vacuum, plenum sit necesse est. Quòd si hoc, non mouetur: non q; non fieri possit vt moueatur per plenum, quẽadmodum dicimus de corporib⁹: sed quòd quicquid est neq; potest moueri in id quod est: neq; enim est aliquid

Melissi Operis de generatione & interitu principium.

præter ipsum: neq; in id quod nõ est. neq; enim est quod non est. Hæc quidẽ Melissi sufficiunt, quod ad cõtradictionẽ Aristotelis attinet. Hæc sunt autẽ, vt in summa dicã, quæ ab ipso dicuntur. Id quod est non est genitum. Quod non est genitũ, non habet principiũ, qm̃ quod est genitum, habet principiũ. Quod non habet principium, est infinitũ. Quod est infinitum, nõ fuerit cum alio secundum, sed vnũ. Quod vnum est aũt & infinitũ, est immobile. In his aũt primùm corrigit id quod dicit, Si quod genitũ est habet principiũ, quod non est genitum nõ habet principium} & in eo qdem primũ reprehẽdit minimè syllogisticè factam ratiocinationẽ: deinde assumptiones ipsas falsas esse arguit. In syllogismo enim maior est lapsus qui fit in figura, q̃ qui in ꝓpositionibus. Signum est autẽ, ꝙ ex figura quidẽ quę peccauerit nunq̃ fiat syllogismus, fiat aũt ex falsis propositionibus, si positas esse tantũ concessum fuerit. Homo est lapis. lapis est ridendi facultate præditus. Homo est ridendi facultate præditus. Perperam autem factum esse syllogismũ ex eo arguit, ꝙ consequentiã contrà q̃ oportuerit acceperit. non enim et, quod est, Quod genitũ est habet principiũ} cõsequens est illud, Quod non genitũ est, nõ habet principium} sed hoc, Quod nõ habet principium, nõ est genitum.} In cõnexis enim tunc recta est cõsecutio per conuersionẽ, qñ id quod consequenti repugnat accipientes, quod consequenti repugnat intulerimus. Cùm enim dicit propositio, si homo est, & aĩal est. conuersio est, si non aĩal, nec homo. Primũ est, ergo & secundũ. Sed nõ, si nõ est homo, nec aĩal. Quare ẽt in eo quod dicit Melissus, recta fuisset consecutio, si id quod repugnat consequenti sumentes, Id scilicet quod nõ habet principiũ} colligeremus id quod repugnat antecedẽti, videlicet, Non est genitum. Et sic se haberet vniuersum. Si quod genitũ est habet principiũ: Quod nõ habet principiũ, non est genitum. Est autẽ primum, ergo & secundũ. Sed nihil iuuisset Melissum. Si enim assumpta fuisset ꝓpositio quæ dicit, Quod aũt est, non fuit genitũ, erit totus syllogismus, Quod est, non est genitũ. Quod non habet principiũ, nõ est genitum. Et est secunda quidẽ figura, sed perperã ratiocinans cõiugatio: qm̃ etiam si nõ sint negationes, sed affirmationes ex transpositione, in secũda figura, ex duobus quæ sunt similia figuræ, nihil colligitur necessarium.

In syllogismo maior lapsus q̃ fit in figura q̃ q̃ i ꝓpõnibus.

In connexis q̃ sit vera ac recta cõsecutio per conuersionum.

Cùm aũt sumpsisset Melissus quod id quod nõ est genitum nõ habet principium, & prius ostẽdisset id quod est non esse genitum: neq; enim ex eo quod est, neq; ex eo quod non est vt sit genitũ fieri posse: collegit id quod est nõ habere principium. Sed dicet fortasse quispiã sæpe veram esse ex antecedenti cõuersionem in ĩs in quibus cõsequens ęquale est antecedenti. Si enim homo est aĩal rõne præditum, mortale: & si nõ homo, non rõne præditum, mortale. Sed in ĩs quæ sumpsit Melissus nõ videť esse ęqualis ratio. Etsi enim quicquid est genitum, habet principiũ quod est in re q̃ est finita, sed nõ quicquid finitum est, est genitũ. vt sol, luna, & cœlum. Eudemus q̃dem certè per has assumptiones dicit nihil aliud ostendi D quã quod dixit à principio, id quod est, esse ingenitũ. recta enim est cõuersio. Quod nõ habet principiũ, est ingenitum. Quod aũt est, non habet principium. Sic autẽ dicit. Nõ enim si quod genitum est habet principiũ, quod non genitum est nõ habet principium. vel potius, Quod non habet principium, non fuit genitum. ita enim fit cõsecutio in negationibus. Ingenitũ ergo fit ei id quod est. non enim habet principium.

Deinde hoc etiã est absurdũ existimare cuiuslibet rei esse principiũ, & nõ temporis, & generationis nõ absolutè, sed etiã alterationis, tanq̃ non repente & aceruatim fiat mutatio.

XXIX Postq̃ ostendisset nequaq̃ syllogisticè procedere connexionẽ, falsas esse arguit assumptiones, cõnexum reprehendens: nempe, id quod genitũ est habere principium, A vt verum quidẽ poni in id quod fit in tp̃e, traduci aũt ad principium quod est in re: & ex nomine captiosum ac sophisticum fecisse argumentum. Cùm enim oportuisset eum qui sumpserat principiũ quod est in tp̃e, vt quod in sit rei cuicunq; quæ gignitur, de quo etiam loquebatur Melissus, seruare idem in demonstratione: is id quod in re est pro illo accepit, vt clarum est ex eo quod assumpserit, Quod non habet principium, id esse infinitum. Principium enim aliquod quidẽ dicitur tot modis quot causa. vt quod agit, & vnde motus, & id quod ex quo est, & materia, & vt forma, & ratio substãtiæ. ad hæc autem id cuius causa, & finis. Alio autẽ modo dicitur principium magnitudinis, quod etiã finem vocamus. & si quid quidem hoc habeat, id finitum esse dicimus. Si quid aũt positum fuerit id non habere, id dicimus infinitum. Et sic est punctus quidem principium lineę: linea aũt superficiei. ea verò solidi. Et partes quidẽ ordine primæ, vt cor, vel caput, vel radix. ea enim finiuntur. Alio autẽ modo di- B citur principium, vniuscuiusque generationis quæ fit in tempore ipsum tempus, in quo primo cœpit fieri. quod ne definite quidem est facile, propterea ꝙ possit tempus diuidi in infinitum. Dicitur aũt aliĩs quoq; modis principium. nunc autem hi sufficiunt. Quod ergo ex more dicitur genitum, id omne, habet principium. ex tempore ex quo cœpit fieri. quod quidem est principium generationis. non quoduis autem habet id quod in re est. sed ea quidem quæ gignuntur in substantia, & eorum generatio quæ absoluta dicitur, propterea quod per se fiant, cùm ea quæ sunt in aliĩs prædicamentis, non dicantur absolutè fieri. Socrates enim ipse per se fit. Calidum autem non per se, sed corpus calidum & aer lucidus. Quę ergo fiunt in substantia: & eorum generatio, habent non solũ principium in tempore, sed etiam incipiũt à rei alicuius particula. vt animalium quidem principium ab vmbilico vel corde. plantarum autem, à radicibus. domus autẽ à fundamento. Quoniam autem etiam quæ alterantur C dicuntur gigni aut fieri, & generatio quædam est etiã alteratio: fit enim calidum ex frigido, & albũ ex nigro: in his nõ verum est quicq̃d fit aut gignit̃ habere principiũ quod est in re. sed nonnullę ẽt aceruatim partes generalr̃ incipiunt alterari. vt se habent quę cõcrescunt. quorũ nõ ab aliqua parte incipit quæ fit per concretionẽ mutatio, sed simul vndiq; & aceruatim incipit. & oĩa p ipsam aceruatim ꝑficiunt, hoc vocabulo, Aceruatim, quod Græcè est, ἀθρόως, non significante idẽ quod, Absq; tp̃e, vt audiit Porphyrius & conatur ꝓbare alterationem esse sine tp̃e. sed, simul in oĩbus partibus. Concretio enim et aeris illustratio, nõ fit absq; tempore, sed habet id principium quod est in tp̃e, hãc partem temporis. Omnibus ergo simul partibus hęc affectio euenit. vel quęlibet pars aceruatim alterať, cùm ea possit in infinitũ diuidi, & nõ in aliqua primum parte afficiať. vt ẽt ipse Aristoteles ostẽderet in libro. vĩ. huius operis, dicens. Neq; verò eius quod mutatũ est, est id prius quod mutatum est. Adhuc autẽ D apertius hæc scripsit in vltimo libro. Simil̃r autem ẽt in quacũq; alteratione. non enim si in infinitum diuidi põt quod alterať, ideo ẽt alteratio. sed aceruatim ac simul sępe fit, quẽadmodum cõcretio. Theophrastus quoq; in decimo libro de motu videť idẽ de hoc sentire. Sic autẽ dicit. De eo autem ꝙ moueatur id quod mouetur, & ꝙ motum sit id quod motum est, cõtingit vtiq; id posse dicere quod & in corporibus in alteratione, vt pote ꝙ non semper dimidium primum, sed nonnunq̃ ẽt aceruatim. Propter hæc oĩa videť non rectè sumpsisse, Quicquid gignitur, habere principiũ quod in re est. Quare non vera est assumptio quæ dicit, Atqui id quod gignitur habet principiũ. Et ẽt propositio quæ fit per conuersionẽ, quæ dicit, Id quod nõ fit nõ habet principiũ} non solũ videť peccasse in forma conuersionis, quæ fit ab antecedenti, sed videtur ẽt esse falsa, si quis rursus in re principium ceperit, sed non in tp̃e. Sol enim & luna & cœlum, & quæ

Principium quot modis dicatur.

Gñatio ab͂ soluta q̃ dicať.

Alteratio est q̃dã gñatio.

Alteratio an habeat principium q̃d est in re.

ἀθρόως. i. aceruatim. quid significet.

Cõcretio an fiat in tp̃e.

Illustratio aeris an fiat in tempore.

in cœlo sunt, & totus ipse mundus, cùm sint tẽpore ingenita, habent tñ principium quod est in re, cùm ipsa sint finita. Porrò aũt Parmenides quoq; cum ingenitũ pronũciat esse id quod est, id vndiq; à medio facit esse ęquale. Quod autẽ est huiusmodi, cùm sit finitum, habet principium quod in re est. Quare ambę sunt falsę propositiones. Ostensum est autẽ figurã quoq; esse eiusmodi quæ perperã ratiocinetur. Et hæc quidẽ præclarè contradixit Aristoteles, ei quod apparet occurrens. Sed qm̃ fuit vir sapiens Melissus, eius quoq; talem esse sententiã coniectantes, oportet eum ab ei intẽtatis criminibus liberare. Et q̃ nõ corporeum quidem id quod est acceperit, clarum est ex eo q̃ id esse ostẽdat immobile & quod diuidi non potest, cùm corpora euidentẽ motum & diuisionem prę se ferant. sed pro eo quidẽ quod est sensile & dimensionẽ suscipit, sumit id quod est genitum, quẽadmodum Plato in Timęo, dicens. Genitus est. est enim aspectabilis, cõtrectabilis, & corpore præditus. Pro eo autẽ quod versať in intelligentia & est partiũ expers: id quod est ingenitũ. sicut ẽt hoc dicit Plato. Quid est quod semper est, nõ habet autem generationem? Cùm ergo dicit quod genitũ est habere principiũ, dicit id quod est sensile et quod habet dimensionẽ, vt quod finitum sit, habere principiũ & finem. non est enim corpus infinitũ. Quin etiam adiungit Eudemus q̃ ẽt si in paucis aliquibus alijs genitis non sunt principia quæ in re sunt, sunt tñ in eo significato quod accipit Melissus. Sic autem scribit. Sed paucorum quidem nõ sunt fortasse principia: in quibus aũt sumit, esse consentaneũ est. Quocirca hoc quidẽ concedendum est: consideranda est autẽ consecutio. Cùm autem infert Melissus, Quod nõ genitum est, nõ habet principiũ: tunc dicit, Id quod verè est, est partiũ expers, & neq; habet principium, nec finẽ & ideo est infinitum. Et ita neutrũ ex pronũciatis falsò sumptũ est. Etsi enim aceruatim fiat alteratio, maximè quidẽ etiam si oẽs partes alterantur: non omnis tñ simul fit alteratio, sed habet ipsa quoq; principium & finem. Deinde in alteratione quoq; id quod alterať, nõ est albor, sed corpus per alborem. Corpus aũt habet principium & finẽ qui alteratur: & ita fit vt qui altereť. Porrò autẽ ingenitum in hoc significato verè dictum est non habere principiũ, vt quod careat dimensione, & sit expers partiũ. Cœlum enim & hic mundus multa eaq; præclara ac beata consecutus est ab eo qui genuit: fuit tamẽ corporis quoq; particeps. & ideo habet partes principium & finem. Quòd aũt ingenitum sit id quod est, ipse quoq; concedit Aristoteles, & ipsum decretũ, ipsiusq; decreti Melissi demõstrationem lubenter amplectens. Quinetiam Eudemus quoq; id quod est absolutè cõcedit esse ingenitũ, dicens. Quicqd enim est quod est, simul et aceruatim nõ fieri bene habet concedere, qm̃ fieri non põt vt id fiat ex eo quod nõ est. sed singillatim quidẽ multa & gigni & interire est cõsentaneum, idq; videmus. Et sic quidem verè sumptę sunt propositiones. Sed neq; cõuersio quæ fit in ijs quæ sunt æqualia, prohibetur fieri ab antecedente. vt cùm dixerimus, Si homo est, est etiam aĩal prędìtum rõne, mortale. Et si non est homo, ne est quidem aĩal præditum ratione mortale. Si ergo quod est genitũ, est ei ęquale, quod habet principium & finẽ, nihil refert ẽt ab antecedenti cõuertere. Æquale enim est, Id quod est ingenitũ ei quod nõ habet principium. Nec cœli & corporum vtiq; cœlestium exẽplum nobis amplius molestiã exhibet. ea enim sunt ingenita, non tanq̃ partium expertia, sed vt quę nõ facta sint à principio temporis. Prętereà aũt Melissus reprehẽditur, q̃ cùm multis modis dicatur principium, pro eo principio quod est in tpe, quod adest ei quod est genitum: id quod est in re acceperit, quod non adest ijs quæ repẽte & aceruatim mutantur. Videtur autem ipse quoq; ante Aristotelem pulchrè cõsiderasse, q̃ quoduis corpus, etiã id quod est æternum, cùm sit finitum, habet finitã potestatem, & quod ad ipsum quidẽ attinet, semp

Genitũ & ingenitus quid apud Melissum significent.

Id qđ est absolute, est ingenitum.

Ingenitum quõ dicatur cœlũ & corpora cœlestia.

Corpus finitũ, licet ęternũ, habet finitã potestatem.

E est in fine tẽporis. sed, ppter semper nobilẽ eius qui producit curam & prudentiam: & in principio semper est, & est æternũ. Quare id quod in magnitudine habet principium & finẽ, habet ea etiã in tpe. & è contrario. Quod enim habet principium & finẽ tpis, non simul est vniuersum. Quocirca facit quidẽ demõstrationem à principio & fine qui est in tpe. Sic aũt principio & fine carens nõ esse dicit quod nõ est vniuersum, hoc est, quod nõ est simul totũ. quod adest ijs quę sunt partium expertia & reuera infinita: ei autẽ quod est absolutè, vel maximę propriè. reuera enim vniuersum illud est. Hæc autẽ sic dicit Melissus. Et quod ergo nõ est genitum, est aũt, semper erat, & semper erit: & principium nõ habet, nec finẽ, sed est infinitũ. Si enim genitum eẽt, habuisset principium: gigni enim aliqñ cœpisset: & finẽ: genitum enim aliquãdo finijsset. Sin autẽ neq; cœpit neq; finijt: & semp fuit, & semp erit, non habens principium, nec finẽ. non enim semp posse pfici, qm̃ non est vniuersum, vtpote eo quod F semper est, quod quidẽ ẽt totum est, repugnante ei quod est genitũ. Quòd aũt quẽadmodum id quod aliqñ genitum est dicit esse finitum substantia, ita ẽt quod semp est dicit esse substantia infinitũ, planum fecit cùm dixit, Sed quẽadmodum semp est, ita ẽt magnitudinẽ semper esse oportet infinitã. Magnitudinem autẽ dicit non eã quæ suscipit dimensionem. ipse enim ostendit id quod est nõ posse diuidi. Si enim diuisum est, inquit, id quod est, mouetur. si mouetur aũt non simul fuerit. Magnitudinẽ ergo dicit ipsam substãtię celsitatem & excellentiã. Quòd enim id quod est velit esse incorporeum, significauit dicens. Si quidẽ fuerit id quod est, oportet ipsum esse vnũ. vnum autem cùm sit, oportet ipsum corpus nõ habere.

Id qđ semp est, substãtia est infinitũ.

Magnitudo qñq; significat excellentiã substãtiæ vt apud Melissum.

Quinetiã deinceps ęterno cõiunxit infinitum in substãtia, dicens. Nihil autẽ quod habet principiũ & finem est æternum, nec infinitũ. Quare quod nõ habet, est infinitum. Ex infinito autem vnum collegit, ex eoq; si nõ sit vnum, in alio finietur. Hoc aũt reprehendit Eudemus, G vt quod dicať indefinitè, sic scribens. Si autem cõcesserit quispiam esse infinitũ id quod est: cur ẽt vnum erit? Non enim qm̃ plura sunt, inter se vtiq; finient. Videtur enim præteritum quoq; tempus finiri in pręsenti. Omni ergo ratione infinita non fuerint fortasse quæ plura sunt. in vtrisq; autem apparebit contingere. Oportet ergo definire quomodo infinita non fuerint si plura sint.

XXIIII Præterea cur etiam non immobile si vnum? quẽadmodum enim & pars quæ vna est, hæc aqua, mouetur in seipsa, cur non etiam vniuersum? Deinde alteratio cur non fuerit?

XX Postq̃ ostendit Melissus infinitum ex eo q̃ neq; habeat principium nec finem, deinceps etiam ostendit esse mobile, vt ait Alexãder: Quòd id quod mouetur vel debeat moueri per plenum vel per vacuum: ita aũt ẽt aliud quid futurũ: & q̃ fieri non põt vt aliqd moueať per plenum, & non põt esse vacuũ in ijs quæ sunt: nihil enĩ esse H vacuũ: & si sit, nõ futurũ amplius infinitũ id quod est. si enim esset, cùm possit in seipso trãsmoueri, clarum est q̃ seipso maius fuerit. nihil est aũt maius infinito. Hęc quidem sic dicit Alexãder his verbis, & q̃ eum qui est in loco motum solũ & alterationẽ auferente Melisso, sic facit interpretationẽ, propterea quod ab Aristotele dictũ est illud, DEINDE cur nõ fuerit alteratio? Mihi aũt videť concludens Melissus ea quæ de eo quod est dicta sunt, q̃ sit ingenitũ æternum & infinitum & vnum & simile, ex his etiã ab eo quod est auferre oẽs motus qui sunt in generatione. & primùm quidem ostendere, quod neq; vt quod interit, neq; vt quod augetur vel minuitur, neq; vt quod alteratur moueť id quod est, vel quod omnino mutatur: quod quidem fuerit cõe augmenti & alterationis: neq; enim æternũ, neq; infinitũ, neq; vnum, neq; simile fuerit, si hęc patiať. Deinde q̃ neq; vacuum: Quod enim est vacuum, nõ est corporis. sed eo quod est vacuũ nihil est.

Id quod est nullos habet motus generationis.

Id qđ est nõ est vacuum.

A est. Cûm autẽ prius sumpsisset φ id quod est, plenũ est, & ostendisset non esse vacuũ, colligit φ neq; moueri possit per locũ, neq; in alium præter se locũ, neq; est enim aliquid vacuũ eo quod est, in quod moueri possit. neq; in se ipsum. ex rariori enim densius fieri necesse est. Densum aũt & rarum nõ fuerit. Quod est enim rarum, habet aliquid vacuum. Vacuum aũt non est, neq; oĩno, neq; in se ipso maximè, propterea φ plenũ est. Quòd aũt id quod est, plenum sit, ostẽdit ex eo φ nihil in se capiat. Si enim caperet, esse aliquid vacuũ eius quod est. non esse aũt vacuum. Quod aũt non vt audiit Alexãder, sic processit demonstratio, ex eo φ id quod mouetur debeat moueri vel per plenũ vel per vacuũ, sed quòd oporteat idipsum quod est esse plenũ, Eudemus quoq; significat, dicens. Immobile aũt quomodo, an quod plenũ? Plenum autẽ, qm̃ quod est infinitum, nõ erit vacui particeps. Sed qm̃ prisca quadã eaq; decora oratione sed nõ obscura hęc scripsit Melissus, adiiciantur hæc quoq; scripta antiqua, vt possint qui in ea incidunt exactiores esse iudices accommodatarum interpretationũ. Sic ergo dicit Melissus, quæ prius dicta sunt cõcludens, & ita quæ de motu dixit subiungens. Ita ergo est æternum & infinitũ & vnum & simile vniuersum. & neq; perierit, neq; maius euaserit, neq; transformari possit, neq; dolet, nec molestia afficitur. Si quid enim horum patiat: non amplius vnũ fuerit. Si quid enim alteri diuersum ue reddit, necesse est id quod est nõ esse simile, sed perire quod prius erat, id aũt quod nõ erat fieri. Si itaq; pilo vno annis innumerabilibus vniuersum diuersum euaserit, interibit in vniuerso tẽpore. Sed neq; fieri potest vt transformetur. Mundus enim qui prius erat nõ peribit. neq; fit is qui nõ est. Quã do aũt neq; quicquam accedit, neq; perit, neq; diuersum redditur, quõ eorum quæ sunt fuerit aliquid transformatum? Si quid enim fieret diuersum, iam esset etiã transmutatum. Neq; dolet. neq; enĩ in vniuersum possit dolor cadere. affecta enim dolore res esse nequit. neq; æquales habet vires ei quod sanum est. nec simile fuerit si doleat. Abscedente enim vel accedẽte aliquo doleat necesse est, nec fuerit amplius simile. nec potuerit dolere quod sanum est. Perierit enim quod sanum est & id quod est. quod aũt non est, factum fuerit. Atq; de eo quod est molestia affici, eadem est ratio cum eo quod dolet. Neq; vacuum est aliquid. vacuum enim nihil est. non ergo fuerit quod nihil est. Neq; mouetur. nusquam enim potest secedere, sed plenũ est. Si enim esset vacuũ, secederet in vacuũ. At cûm non sit vacuum, non habet quò secedet. Densum aũt & rarum non fuerit. Quod enim rarum est ac subtile, fieri non potest vt sit æquale plenũ, ac id quod est densum. Sed iã quod rarum est fit eo quod est densum inanius. Id aũt quod est plenum & nõ plenum ex eo iudicandum est. Si quid enim capit uel admittit, non est plenum. Si aũt non capit neq; admittit, plenum est. Necesse est ergo esse plenum, si nõ sit vacuũ. Si ergo plenum est, non mouet. Hęc sunt quidẽ Melissi. Aristoteles aũt reprehẽdit. primum quidẽ, cur necesse est si vnũ est non moueri in loco, si quidẽ possunt etiam tota esse vnum, & eodẽ loco manentia, moueri † obsistentibus partibus, nõ egentia vacuo. quẽadmodum etiam hæc aqua in vno & eodẽ vase manens versatur. Quid ergo prohibet quominus vniuersum neq; locũ relinquens, nec apprehendens moueat, cûm quæ in eodẽ sunt partes moueant altera alteri obsistẽte. quemadmodum tota sphęra cernit moueri circa polos manentes, & axem. & quęlibet sphęra & conus & cylindrus. põt enim aliqd moueri in loco etiã locum loco nõ mutans, vt dictum est. Quẽadmodum aũt, inquit, pars aquę mouet in seipsa, ita ẽt quid phibet vniuersum quod est. Quoniam aũt alterationẽ quoq; sustulit Melissus ex eo quod vnũ est, cur, inquit, nõ fuerit alteratio, cũius sit vnũ. si quidem fieri põt vt vnum idẽ manens in substãtia, aliàs aliã assumat qualitatẽ, vt pote frigidum ex calido factum, vel ex albo nigrum, vel ex sano

Id qđ est neque per locũ mouet, nec se ipsum.

† ἀντιπεριστάσει.

Vnũ, cũ tota possint esse vnum, loco põt moueri.

Manens in eodem loco potest moueri p partium antiperistasim

A ægrum. Videtur aũt breuitas orationis Aristotelis cã eẽ vt in multis locis fallant interpretes. Cûm ipse enim dixisset, DEINDE cur nõ fuerit alteratio?} Alexander sic explicat, tanq; Melissus per id quod ostẽderit nõ posse id quod est moueri motu in loco, vndequaq; immobile de ipso prędicet. Hæc enim his verbis scripsit Alexãder. Quãuis Melissus ante motum in loco tollat alios, vt declarat prius exposita dictio. Tanq; aũt possit vnũ alterari & diuersum fieri, ẽt adhuc vno manente in substãtia, ita nũc occurrit Aristoteles, Vnũ, crasso modo vt solet, accipiens: dicimus enim vnũ & eundem manentem Socratem crure laborare & quiescere: cûm Melissus magis ppriè & nõ crassè vnũ acceperit, vt ostendunt & alia quæ dicta sunt, & hoc maximè. Si ergo pilo vno annis innumerabilibus diuersum factũ fuerit vniuersum, perierit in uniuerso tpe. tanq; oporteat, si vnũ sit, esse & simile & æternũ. Quare manens per oĩa non habuerit vbi nã sit susceptuꝝ mutationẽ. necesse enim est vt quod alteratur & fit quomodocũq; diuersum, ab vna affectione mu B tetur in aliã. In loco autẽ si moueat, circũactum vt aqua, si non sit vacuum, figuram rotundam habeat necesse est, vtpote sphęricã, conicam, vel cylindricã. Alię enim figurę circũactę aliàs alium locum cõprehendunt. Quod figuratum est aũt, finitum fuerit, & nõ infinitum. Sin autẽ cum prius esset imobile, moueret in eodem loco, necesse est aliqua parte densata vel rarefacta fieri principiũ motus. Omnino autẽ corporum motus est circumuolutio. Ostensum est aũt à Melisso id esse incorporeum.

Vnum pprie accipit Melissus.

Manẽs per oĩa nõ suscipit mutationem.

Quę figurę circũagant.

Atqui nec forma fieri põt vt vnum sit, præterquam eo ex quo. Ita autem vnum nonnulli etiam dicunt ex Physicis. illo autem modo nequaquã. Homo enim forma aliud est ab equo. & alterum alterius contrarium.

XXI

Postq; in iis quę generaliter dixit de tribus significatis C vnius definitis: nempe de eo quod est in continuitate, & de eo quod vnũ est vt quod diuidi nequeat, & de eo qđ rõne vnũ est, ostẽdisset in nullo horum significatoꝝ posse vnũ esse id quod est: & iis quę dicit Melissus occurrisset: cõe, vt ego quidẽ puto, hoc dictum subiũgit, φ oĩno fieri nõ possit vt forma vnum sit id quod est, præterq; eo ex quo. hoc est pterq; per cãm materialẽ. Per eã enim, ut exponit Alexãder, põt id quod est forma seu specie vnũ dici. quẽadmodum dixerunt etiam nõnulli ex Physicis, Thales qdem & Hippo dicentes aquã, Anaximenes verò aerem, Heraclitus aũt ignem. Hæc qdem quę sunt, ex eo vnum esse forma specie ue dicere, est absurdum. Si quis enim ea quę sunt sic vnum esse dixerit, quatenus ex aliquo vno & vno principio sunt genita: dixerit aliquid quod ẽt à Physicis dictum est. Ii enim ex quaꝝ sententia vnum est eoꝝ quę sunt principium, ex eoꝝ sententia oĩa vnum rõne fuerint: quatenus ex vno sunt, nõ aũt quatenus sunt. Cûm enĩ in hoc diuersas habeãt rõnes, quædã D verò ẽt contrarias, quõ fuerint inter se eadem: quẽadmodum hõ & equus, vel aĩal rõne pditum, & expers rõnis, in materia qdem eadẽ fuerint, non aũt in forma aut specie: clarũ est φ magis sit absurdũ eadẽ esse cõtraria q; eadem esse diuersa. Est aũt aduertendũ quidnã respiciẽs Alexãder, dicit posse dici vnũ esse forma quę est in materia. Num hoc nimis est violẽtum dicere, forma quæ est in materia. Est aũt melius dicere quòd fieri omnino nõ põt vt idẽ sit vnum forma seu specie. Sed si qdem possit, vnũ est accipiendũ in cõione, nempe in materia & ex eo in quo est aliqd, quẽadmodum nõnulli dicebãt ex Physicis. Quocirca subiunxit ẽt. HOMO enim forma aliud est ab equo: et alteꝝ alteri contrariũ} formã dicens per quã est vnũquodq;. sed nõ eo ex quo. Clarum est aũt φ si qs ita dicit formã seu spẽm, cuius ẽt tradit composita definitio, nõ admiserit Melissus formã esse id quod est. sin aũt ita vt materię expertẽ & simplicissimã, fortasse admise-

Id qđ est, potest dici esse unum forma p materiam.

Id quod est forma simplex et materię expers.

rit. Ipse enī multa quoq; de eo ꝑdicat, nempe ingenitū, īmobile, infinitū. Sed neq; sic vnū vt id ex quo est aliqd et materiale dixerit Melissus nec Physici. Incorporeum enim dicit id quod est. neq; ex ea quę est ꝓpriè materia. Siquidem neq; admittere aliquid dicit id quod est, neq; in alium ornatum conuerti. Materia autē admittit, & in alium ornatum conuertitur. Est autem eo quod verè est, nihil melius. Materia autem res est pessima.

Eo q̄ vere est nihil est melius. Materia res est pessima.

XXV **Porrò autem aduersus Parmenidem eadem est ratio orationum. & si quæ sint aliæ proprię. & solutio, partim quidē quòd falsa, partim autem quod non concludat.**

XXII Et in opinione, & in cōfirmatione opinionis, alia quidem sunt cōia Parmenidi & Melisso, alia verò propria. cōia quidē in opinione, vnum, & id quod est, et quod est immobile. Propria autē, q; Melissus quidē diceret esse infinitū id quod est, Parmenides verò finitum. In confirmatione autē illis quidē rursus est cōe, q; & interrogent minimè syllogisticè, & accipiant falsas ꝓpositiones. Proprium verò, ipsę ꝓpositiones quibus vterq; eorum vsus est.]Non enim ambo demōstrationes fecerunt per eadē. & quæ aduersus eos quidē suscipiť contradictio, partim quidē fiet eodē modo, partim aūt alio & alio. Quæ enim vniuersè ac generaliter de medio tollunt, ne sit vnum id quod est, ea similiter aduersus vtrūq; dicta sunt. quēadmodum & q; ab vtrisq; peccatū est in oratione, & q; ea falsa sumit. & q; non concludit. etenim hoc quoq; cōiter inductum est ad solutionē. Quęcunq; aūt dicunť aduersus proprias vtriusq; ꝓpositiones, ea vtriq; seorsum obijciuntur. Porrò aūt quatenus etiā in opinione dissident, altero quidē infinitū, altero verò dicente finitū id quod est, eo ipso esse quoq; diuersas necesse est cōtradictiones.

Falsa quidem, quatenus sumit id quod est dici absolutè, cùm dicatur multis modis.

XXIII Vt narrat Alexander, Theophrastus quidē sic exponit in primo historię naturalis. Quod est præter id quod est, nō est. Quod non est, nihil est. Vnum est ergo quod est. Eudemus autem sic. Quod est præter id quod est, nō est. sed ēt vno modo dicit id quod est: Vnum est ergo id quod est. Hoc aūt an alicubi quidē adeò obscurè scripserit Eudemus, non possum dicere. In Physicis aūt hæc scribit de Parmenide, ex qbus pōt colligi quod dictum est. Parmenides autē non videtur ostendere esse vnū id quod est, nec si qs ei quidem cōcesserit vno modo dici id quod est, nisi quod de vnoquoq; prædicať in eo quod qd est, quēadmodum homo de hoibus, & in vnoquoq; datis rōnibus inerit in oībus vna & eadem ratio eius quod est, quēadmodum aīalis ratio in aīalibus. Quēadmodum aūt si quæcunq; sunt, pulchra sunt, & nihil accipi possit quod nō sit pulchrū, erunt quidē pulchra oīa, non tñ est vnū pulchrum, sed multa: erit quidē pulcher color, pulchrum studium, & quodcunq; aliud: Ita qdem ēt ea quę sunt erunt oīa, sed non vnū, nec idē. aliud est enim aqua, aliud verò ignis. Parmenidem ergo miretť quispiam, qui secutus est rōnes indignas quę credanť, & ab eis decept⁹ est quæ nōdum declarata fuerant. Illud enim, multis modis aut multipliciter, nemo adhuc dixerat: sed Plato primus ad q; est duplex introduxit: neq; id quod est per se et per accidens. & ex his videť fuisse deceptus. Hæc autem cōsiderata sunt ex rōnibus & cōtradictionibus & ratiocinatione. nō enim concederet nisi videretur necessariū. Priores aūt ostendebant citra vllā demonstrationem. Et cum hucusq; de Parmenide quæ dixit deduxisset, trāsiit ad Anaxagoram. Porrò autē ipse quoq; Porphyrius, partim quidē, vt puto, ex versibus Parmenidis, partim autē ex Aristotele, & ex ijs quæ ꝓbabiliter dixerit quispiam, volens exponere opinionē Parmenidis, hæc scribit. Ita autē se habent verba eius. Si quid est pręter id quod est album, id album nō est. Si quid est præter illud

Vnū esse nō satis probat Parmenides

Veteres nō vtebātur distinctiōibus. Duplex primus inuenit Plato.

Veteres philosophi ostēdebant citra demōstrationem.

Vnū esse oīa qōo probet Parmenides

E quod bonū est, illud non est bonū. & si quid est pręter id quod est, illud nō est id quod est. Quod aūt non est, nihil est. Quod est ergo id quod est, solum est. Vnum est ergo id quod est. etenim si nō est vnum, sed plura sunt ea quæ sunt: vel eo quod sint alterum ab altero differet: vel eo quod nō sint. Sed neq; in eo quod sint differēt. In eo ipso enim q; sunt sunt similia. & quæ sunt similia, quatenus sunt similia, minimè sunt differentia, nec sunt alia. Quæ autē non sunt alia, vnū sunt. Nec eo q; non sunt. Ea enim quæ differunt, prius esse oportet. Quę aūt non sunt, alterum ab altero nō differunt. Si ergo, inquit, ea quæ plura ponuntur: neq; eo q; sint, neq; eo q; non sint, differre, & diuersa alterū ab altero esse possint, clarum est fore vt oīa vnum sint, idq; ingenitū, & in quod non cadit interitus. Aristoteles autē in ijs quæ consequuntur videtur sic quodāmodo meminisse eius quod dicit Parmenides. Si vnum significat id quod est, & fieri nō potest vt sit simul contradictio, non erit nihil quod non est. Eadem est F autē eius sententia quæ priorum. Si vnum enim significat id quod est, id quod pręter illud non est, etiā nihil est. & si non est simul contradictio, vt idem simul sit & non sit, scilicet id quod est præter id quod est, erit id quod nō est. & quod non est, nihil est. Si quis autem cupit audire ipsum Parmenidem dicentem has ꝓpositiones, eam quidem quæ dicit præter id quod est non esse id quod est, & nihil esse: quæ est eadē cum ea quæ dicit id quod est vno modo dici: inueniet in illis versibus.

Id quod est pręter id qd est, non est.

Quî sit & vt non sit non esse, est semita trita
Suadelæ. illius sequitur vestigia verum.
Qui verò non sit, non esseq; oporteat, ipsam
Ipse viam dico quæ non scrutabilis vlli est.
Nanq; id quod non est tu non cognoueris vnquam.
Non etenim fieri possit, neq; dixeris.

Quòd autem contradictio non simul vera sit, dicit in illis versibus, quibus reprehendit illos qui quę repugnant G simul colligunt. Cùm enim dixisset,

Cōtradictio nō est simul vera.

Esse etenim est, nihil haud esse est. hęc dicere iussi.
Hancce viam primam prohibe tu inquirere menti,
subiungit.
Deinde & ab hac qua hoïes qui nil nouere pererrant
Ancipites, nāq; errabundam in pectore mentem
Dirigit in certa euentus dubitatio. surdi,
Cęci, & mirantes genera indiscreta, feruntur,
Quis esse & non esse idem illis esse putatum est,
Et non idem. illis viaq; est contraria cunctis.

Huius aūt orationis Aristoteles quidem propositiones primùm falsas ostēdit: deinde eas nequaq; cōcludere syllogisticè. Et falsas quidē esse dicit, q; id quod est vno modo accipiať, cùm id dicať multis modis, quot scilicet ostēsum est dici in prædicamētis. Hoc enim, Si quid est præter id quod est, illud nō est id quod est, si vno modo diceretur id quod est, forte rectè diceret: in ijs aūt quę multis modis dicunť non itidē. vt, verbi gratia, si qs dicat, Si qd H est præter cancrum, illud nō est cancer. Interrogabimus enim ꝑter quem cancrū. Præter aquatilē enim cancrum est cancer cœlestis. vel est cancer fabri ęrarij. Quinetiam ꝑter cœlestē nihil vetat quominus sit alia cancri species.

Idq̄ est dicitur multis modis.

Similiter ēt si qd est præter id quod est, vt videlicet pręter substātiam, illud nō est quidē substantia: nihil aūt vetat quominus sit qualitas vel quātitas. & si qd est præter qualitatē non est qualitas, substātia quidem certè fuerit vel quātitas. et sic nihil ꝓhibet quominus multa sint quę sunt, & ipsum ēt quod est nō sit id quod est. nec sint repugnantia. Socrates enim homo est, equus autē non est. & substātia quidē, non est aūt qualitas. Quanq; ēt alioqui falsa est assumptio. Illud enim. si quid est ꝑter id quod est, nō est id quod est} est eorų qui dant simul esse aliqd, & non esse. Hoc autē est absurdū in eo quod per se dicit.

Si quis autē ita primā proferat propositionē, tanquam id quod est dicatur multis modis, ipsa quidem erit vera. Quæ autem eam deinceps cōsequitur, nō est vtiq; vera,

quæ

A quę dicit, Id quod non est nihil est. Perinde enim est ac si dicatur, Preter substantiam nihil est, etsi multa sint. Ita ergo ꝓpositiones quę sunt ex sentẽtia Theophrasti, falsæ esse conuincuntur. Ita ẽt probaẽ eas non concludere, qm̃ cùm quæ consequenter quidẽ inferebatur cõclusio esset, Quod est præter id quod est nihil est, is intulerit, Ergo id quod est vnũ est. Porrò autẽ etiam siquis posuerit vno modo dici id quod ẽ vt meminit Eudemus, sic quoq; falsum sumit. Non est enim vno modo id quod est, siquidẽ est decẽ modis. Deinde ne sic quidem cõcludit vnũ esse id quod est. Quinetiã siquis posuerit nihil esse preter substantiã, nihil vetat quominus sint solę quidẽ substantiæ, eę verò multę. quẽadmodum significauit Eudemus per hoc quod dixit. Nec si quis ei concesserit vno modo dici id quod est. Quod aũt deinceps sequiẽ, Quemadmodũ enim si quęcũq; sunt, pulchra essent, & nihil sum possit quod nõ sit pulchrũ, erunt quidem pulchra oĩa, nõ est tñ vnum pulchrum sed multa, hic enim color erit pulcher, hoc studiũ, & quodcũq; aliud, hoc ipsum aũt in albo ostẽ

B dit Aristoteles: Ita vtiq; oĩa erunt ea quæ sunt, nõ autem vnum & idẽ: & falsa est illatio quæ dicit, Vnum est ergo id quod est } & quę nõ est collecta ex ĩjs quę sunt posita. Etsi enim vno sit modo id quod est, nõ est iam vnum id quod est. vno enim modo diciẽ & genere & specie. vtroque aũt modo multa. & eueniet quod ab Eudemo dictũ est in exẽplo de pulchro, ꝙ erunt quidẽ pulchra oĩa, non tñ vnum pulchrum numero. quę enim rõne vnum sunt, nõ iam numero quoq; vnũ sunt. Eadem aũt collegit Aristoteles in albo. Si quis aũt dicat eum non collegisse idẽ esse numero, sed specie vel genere, is eo ipso fatetur se dicere ea quæ sunt multa esse numero. Quæ autem genere vnum sunt, ratione quoq; multa sunt. Si autem unum sic dicunt esse id quod est, quomodo dicent amplius id esse immobile, propterea ꝙ sit vnum?

Non concludit autem, qm̃ si alba sola sumpta fuerint, albo vnũ significante, nihilo secius multa sunt alba, & non vnum. Neq; enim cõtinuitate vnum erit quod albũ est. neq; ratione. aliud enim erit esse album etiã ab eo qui susceperit. & nihil erit præter id quod est album separabile. Non enim quatenus est separabile, sed quòd sit aliud esse album & id in quo est. Sed hoc vtiq; non vidit Parmenides.

C

XXIIII Etiam si quis, inquit, ei concesserit, id quod est nõ dici multis modis, sed vno solũ modo, vt sit vera propositio quę dicit, Quod est preter id quod est, nõ est id quod est, id quod est autẽ vnum significet: ne sic quidẽ vnum esse numero, colligiẽ esse id quod est. Quod colligitur enim est, ꝙ præter id quod est, nihil est, vel nõ est vnũ. Si quis aũt velit colligere id quod cum eo conuertiẽ, vt quod sit cõsequens ei quod colligitur: quod quidẽ videtur facere Parmenides, qñquidem conuersio fit cum oppositione: quod colligiẽ erit, Vnum est ergo id quod est. Si enim

D consecutio esset, Id quod est preter id quod est: hoc est, quod non est, nõ vnum est: fit ex cõuersione, vnũ est ergo quod est. quod est aliud quã id quod est vnom est, vel vnũ est id quod est. Ipse aũt in albo ostendit minimè concludere, nunc quidem vt accidens accipiens id quod est, paulo post aũt vt substantiam, & in vtroq; ostendens nõ posse vnũ esse id quod est. Si enim solũ esset albũ, et nihil aliud: ita vt quicquid est præter albũ, non sit id quod est: & quod nõ est id quod est, nihil: ne sic quidẽ ostendiẽ album esse vnũ numero. sed si quidẽ sunt, sunt genere vel specie, quod est ẽt multa. Quòd aũt non sit vnũ numero, ostendit, in memoriã reuocans prius sumptã vnius diuisionẽ. Si esset enim vnũ numero, vel lutum esset vnum vt continuũ, vel vt quod diuidi nõ posset, vel vt quod ratione idem est. Sed neq; esse continuum necesse est, possunt enim esse multa & discreta alba, his positis ꝓpositio

A nibus. Neq; enim cõtinuitate vnũ est album, nix, & cygnus, & cerusa, sed sunt diuisa. Quanq; etiã siquis ipsum cõcesserit continuũ: quod continuũ est multa esse ostensum est per diuisionem. & alioqui ẽt si concedaẽ id quod est albũ esse cõtinuũ, non erit vnum rõne. Si vnũquodq; enim ex albis seorsum sumaẽ, diuiditur & in subiectum; quod particeps alboris sit album, & in colorẽ ipsum cuius est particeps. etenim hic quoq; albũ dicitur, & esse album, & species alboris. & erit propria vtriusque ratio. illius quidẽ, vt subiecti: vt, verbi gratia, oloris, ꝙ scilicet sit aĩal præditum albore: huius autem, vt in subiecto vel de subiecto. vtroq; enim modo ab eo dicitur accidens, ꝙ sit scilicet color qui visum disgregat. Quare multa erunt alba, etiam si vera maneat ꝓpositio quæ dicit, Præter album nihil est. Alia est enim vtriusq; ratio, etiam si ambo dicantur alba. Neq; perturbari oportet, ne cogamur, aliud rõne esse dicentes accidens à subiecto, dare ei substantiam à subiecto separabilem. Neq; enim necesse est

B quorũ est alia ratio, ea etiam in substantia esse à se inuicẽ separata. Etenim quæ simul constant, sibi habent conuenientes inter se rõnes, & conueniens sustentaculum animæ suscipiunt, vt superficies & corpus. Neq; enim quatenus ese separabile, ideo habet cõuenientem rationem.

Quę sũt vnũ substãtia, habẽt diuersas rõnes. & iõ multa sunt.

Hoc autẽ, inquit, non vtiq; viderat Parmenides, ꝙ fieri posset vt quę sunt vnum substantia, habeant diuersas rationes, & idcirco multa sint. neq; erat mirãdum rationũ regulas tunc nondum fuisse distinctas, sed cùm ex rebus ipsis postea deprehensæ essent, fuisse editas, vt quę conferant vt omnia tractentur exactius: sicut etiam testatur Eudemus, dicens. Parmenidem itaq; miretur quispiam qui secutus est rõnes quę nõ sunt dignæ quibus credaẽ, & ab eis deceptus est quæ nõdum tunc declarata fuerãt, neq; enim id quod multis modis diciẽ vllus dixerat, sed id quod est duplex, primum Plato introduxit: neque id quod est per se & quod per accidens. videtur autẽ ab his fuisse deceptus. Hæc aũt considerata sunt ex rationibus

Distin.tiões ignorabant veteres Philosophi.

Duplex fuit Plato.

C & cõtradictionibus, & etiã ratiocinandi ratio. non enim cõcedebatur, nisi videreẽ necessariũ. Illi aũt prius ostendebant absq; demonstratione. Propter eam autẽ quę est in his ignorationẽ, etiam qui Megarici vocati sunt Philosophi, cùm tanq; euidẽtem sumpsissent ꝓpositionẽ, ꝙ quorum alię sunt rõnes, ea sint alia: & quę sunt alia, possunt à se inuicem separari, videbãtur ostendere esse vnũquenq; à seipso separatum. Quoniam enim alia quidem est Socratis Musici ratio, alia verò Socratis albi, fuerit etiam ipse Socrates à seipso separatus. clarum est enim ꝙ si spectetur quidem subiectum, per quod est etiam Socrates, idem est. si verò spectentur accidentia, alius. quẽadmodum vnum & multa, si aliud & aliud cõsideretur.

Veteres philosophi ostẽ[illegible] absq; demõstratione.

Atqui ꝙ Parmenides hanc differentiam minimè omnium ignoraret, clarum est, siquidem vnum dicens, hæc de ipso pr{ę}dicat. Totum enim est, vnigenum, quietum, ingenitum, & immobile, & æternũ, & quod diuidi non potest, & alia innumerabilia, quę propter minimè secretam eorum quæ de eo prædicantur illic vnionem, erant

D vnum oĩa, vt quod sit causa omnium quæ post ipsum discreta sunt. à quibus discreta prædicamenta in illud referimus. Cæterum ipsam quidem certè regulam nusquã protulit Parmenides. Antiquorum enim breuitati minimè conueniebat regularum traditio. Sed voluit quidẽ etiam paulo quodãmodo violentius ostendere Aristoteles etiam in eo quod est idem substantia, vtpote in albo corpore, ostẽdere, ꝙ album multa sit ratione, & quod sit vt subiectum, & quod sit vt in subiecto. Atqui eorũ oẽ idem quidẽ est nomen. Subiectum enim non est album, neq; per se dicitur, nisi cùm fuerit sumptum cum albore. Quare siquidẽ est idem nomẽ in diuersis rationibus, nõ ei⁹ quod est in subiecto, et subiecti, sed vtriusq; simul qm̃ & quod est particeps album esse dicemus cum participatione, & ipsum colorem qui participatur: apud eum qui accuratè & exquisitè loquitur, ne erit quidem idem

Vnum cã est oĩum q̃ post ipsum discreta sunt.

In eo quod ẽ idẽ substãtia non esse multa ratione.

eorum nomen. siquidem illud quidem est albū, hoc verò albor. & illud quidē qualitate prędirū, hoc verò est qualitas. Quocirca alborem quidē definimus colorē qui visum segregat. Album verò, corpus quod est particeps alboris. Hæc itaq;, vt est verisimile, cùm vidisset Eudemus, nō laborauit vt in eo quod vnū est substātia, ostenderet rationum drīam, sed à cōi quodā, nempe pulchro, fecit demonstrationē, quod conuenit multis quę in rōne differūt. vt id quod rursus vnū videt esse in cōione, multa sit per rōnes. Sic aūt scribit. Quēadmodum autē si oīa quę sunt essent pulchra, & nihil liceret accipere quod nō sit pulchrum, pulchra quidē erunt oīa, non tñ vnum pulchrum, sed multa. Hic enim color est pulcher: & hoc studium. & quodcūq; aliud: Ita ēt erunt quidem oīa ea quæ sunt, sed nō vnum, nec idē. aliud enim est aqua. aliud verò ignis. Fortasse aūt hunc modū demonstrationis renuit Aristoteles, qm̄ si tanq; cōe vnū posuisset id quod est, siue vt genus, siue vt speciē, siue vt vocē æquiuocā, ptinus multa ēt fuissent introducta. quod enim cōe est, pluriū sit cōe necesse est. Quocirca ēt cùm vt vnū numero posuisset, quādoquidē quod hoc modo vnū est, vel est vt vnū continuū, vel vt eidē rōne, vel vt quod diuidi non potest: ostendit q; neq; vt cōtinuum, neq; vt quod rōne, idem est. Quod aūt vnum est vt quod diuidi non pōt, id tanq; euidenter absurdum prętermisit corrigere, vtpote quod corporeū esse finē positū sit id quod nequit diuidi.

XXVI Necesse est autem ijs qui dicunt vnum esse id quod est, sumere, non solū vnum significare id quod est, de quo prędicatum fuerit, sed & id qd' est, & quod vnum est. accidens enim dicit de aliquo subiecto. Quare nō erit cui id quod est accidat. erit enim aliud ab eo quod est. Erit ergo aliqd non id quod est. non erit autē aliud quod sit q; id quod est. Ipsi autem non aderit vt sit id qd' est, nisi multa significet id quod est. ita vt sit vnūquodq; aliqd. Sed ponitur id quod est vnū

XXVII significare. Si ergo id quod est nulli accidit, sed illi potius aliqd: id quod significat id quod est, est id quod est, vel non id quod est. Si enim id quod est erit ipsum quoq; albū: album aūt esse non est id quod est: neq; enim fieri pōt vt id qd' est ei accidat: nihil enim est quod est, quod quidē non sit id quod est: Non est ergo quod albū est id quod est. non sic aūt quēadmodum aliqd quod nō est, sed oīno ne erit quidē id quod est. Id ergo quod est est id quod nō est. Verum est enim dicere q; id quod est, album est. Hoc autē significauit id quod nō est. Quare si etiā albū significat id qd' est, plura ergo significat id qd' est.

XXV Possunt & quæ proximè dicta sunt, & hæc, nō solum dici aduersus Parmenidem, sed etiā aduersus Melissum. Quoniam enim eorū quæ sunt, alia quidem sunt vt accidentia, alia verò vt subiecta, quibus accidētia accidunt, & ea nō solùm non sunt inter se eadē, sed etiam quodam modo subcontraria, nempe id quod per se constat, & id quod id quod sit habet in alio: necesse est alterum ex his dicere id quod est, vel accidens, vel quod ei subijcitur. quocirca etiam incipiens contra eos dicere, Principium autem est, inquit, omnium cōuenientissimum, qm̄ multis modis dicitur id quod est, quomodo dicunt ij qui dicunt vnum esse oīa. vtrum omnia substantiam, an quantitatem, aut qualitatem. Cùm ergo prius per album posuisset naturam accidentis esse id quod est, ostendit per ipsam positionem fieri nō posse vt vnum sit id quod est. Quorum enim sunt aliæ rationes, ea quoq; sunt inter se

E alia, et nō vnum, sed multa. Alia est aūt ratio accidentis, & eius cui id accidit. etiā si alterum ab altero nequeat separari. Oportet autē etiam esse subiectum, si futurum sit accidens: talis est enim eius natura. Si ambo aūt sint, non est vnum id quod est. Et hoc quidē prius fuit ostensum.

Nunc aūt hanc quoq; adijcit eius demonstrationem. Si enim est accidens id quod est, illud cui hoc accidit, simul erit id quod est & id quod non est. Quatenus enī accidit ei id quod est, quod est aliud ab eo quod est, est id quod non est. Accidens enim solum esset id quod est. Rursus autē quatenus ei accidit id quod est, idcirco est id quod est. Quod enim alicui subijcitur, eius quod ei accidit prædicationem, vel æquiuocè, vel denominatiuè suscipit. Et ideo cui album accidit, id album esse dicimus. Quocirca etiā cui id quod est accidit, illud erit. Erit ergo simul aliquid id quod est & id quod non est, subiectum scilicet. quod est absurdū. Non potest ergo accidens dici id quod est. Simul aūt etiam absurdum esset viros præclaros in

Accidēs nō est id qd̄ est.

F simulare, q; nescirent accidens vnā quoq; secum trahere aliquid aliud cui accidit. Ponendū est ergo ipsos id quod est vnum dicere, quod est propriè & est maximè, & vt Plato quidem dixerit, ipsum id quod per se est, Aristoteles autem, id quod quidem est: id enim apud eum significat id quod est propriè & est maximè: quod quidē existimat substantiā, vt quę per se consistat, & alijs vt sint causa sit. Neq; ergo consentaneum est eos id quod est dicere vt accidens, neq; id quod vnū est: sed et id quod est quod quidem est, & vnum, quod quidē vnum est: & vtrūq; simul, cui esse est eiusmodi, quod nō alicui alij accidat, sed ipsum per se cōsistat. Adrastus autem volens id quod quidē est declarare, extra quidem, pposita paululum progressus est. Cùm sint autem vtilia quę ab ipso dicta sunt, quorū etiam meminit Porphyrius, melius existimo ea nō prętermittere. Dicit autē ex rebus oībus alias quidē esse subiecta, alias verò ijs in esse in ipsis subiectis. & pro-

Ipsum id qd̄ per se est.

Ipsum quod quidem est.

Subiectū qd̄ sit propriè.

G priè quidem subijci vnamquanq; ex primis substantijs, quēadmodum quempiam hominē, vt, verbi gratia, Socratē, vel hunc lapidem. cōmunius autē, quicquid habet à natura insitum, vt alterū de eo prædicetur. Hoc enim quidpiam albū, & hęc quæpiam grāmatica, per se quidē nusquā subijciunt, sed est illud quidē in hoc corpore. hæc verò in hac anima. & tñ ipsa quoq; habent rōnem subiectorum, qñ de corpore quidē album vel colorē prædicamus: de aīa verò grammaticam, vel absolutè scientiam.

Cęterum ex oībus quæ dicunt de aliquibus, alia quidē vt propria & per se prædicantur de subiectis. Alia verò quodāmodo extrinsecus, & vt accidētia. Per se quidem & propriè, quæ quid sit & substantiā subiectorum significant. vt definitiones, & quæcūq; eorum cōplent substantiam, & assumunt in definitionibus. quēadmodum genera & differentiæ, quinetiā ipsę species & ppria, & ea quę solis noībus differunt, sicut in polyonimis, hoc est in ijs quæ multa habent noīa. In his enim oībus vnumquodq; ipsum de seipso quodāmodo prædicatur. & fit vniuoca

Prędicantur quędā de subiectis vt ppria & p se.
Definitiōes
Genera
Species
Differentię
Polyonima

H eius prædicatio, subiecto suscipiente nomē & definitionem eius quod prędicatur: vt sit & dicatur subiectum id ipsum quod prędicatū. Socrates enim dicitur aīal prędirum rōne, mortale: & id, quod aīal præditum rōne mortale, dicit. Et rursus Socrates appellat aīal. & est id quod aīal, & id quod rōne præditum. & homo, & id quod homo est. & similiter albū, vt huius cygni album, albū dicitur, et id quod albū dicitur. & color qui visum disgregat, & id quod est color qui visum disgregat. Si autē album prædicatū fuerit de aliquo alio vt accidens, & more accidentis, sicut albū de veste, hoc dicet quidem albū, sed nō vtiq; id etiā quod albū. neq; enim ipsum esse dixerit colorem qui visum disgregat. Similiter aūt nec in vllo alio eorū quæ more accidentis prædicant, licet etiā prędicare id quod est. Accidit enim Socrati esse simum, & sedere, vel disserere, & alia plura. Sed dicit quidem simus Socrates, non autem dicitur simitas, nec id quod simitas. Non

In his quę ppriè & p se pdicant subiectum & et dicit id ipsum quod prędicatum.

est enim

est enim Socrates in naso concauitas. & grāmaticus quidem fortasse dicit̃, sed minimè suscipit definitionē grammaticę. Accidētis enim definitionem subiectum nunq̃ suscipit, neq; id esse dicit̃ quod accidens. Aduertēdum est autem, vt existimo, num quemadmodum id quod est particeps accidentis, non est id quod accidens, quandoquidem Grāmaticus non est id quod Grāmatica: ita etiā quod est particeps differentię non est id quod differētia: Rationis enim particeps non est idem quod rōnis participatio. & in summa quod denominatiuè dicit̃ non est illud à quo denominatū est. Homo quidē est id quod animal, quandoquidē non dicit̃ denominatiuè. Ex accidētibus aūt, inquit, alia quidē semper adsunt ijs quorū sunt accidentia: quemadmodum simum & varum: Alia verò q̃nq; quidē adsunt, q̃nq; verò non. quēadmodum dormire vel deambulare, & quæcunq; contingit eadē aliq̃n quidem adesse, aliq̃n verò non. Nullius aūt eorum quę accidunt suscipit definitionē subiectum. Sed neq; in definitione subiectorū assumitur aliqd ex accidentibus. Vnde nec dicit̃ subiectum id quod accidens: neq; enim dicitur nasus id quod simitas: neq; Socrates id quod disserere. In eorum aūt quæ semper accidunt definitionibus assumit̃ subiectum. quēadmodum in simitatis definitiōe, nasus, & in varicū definitione crura. Dicitur enim simitas quidem, concauitas in naso. Varix aūt, concauitas in cruribus. sed neq; eñ in his idē est subiectum quod prædicatū, neq; prædicatū quod subiectum. Præterea aūt sunt hęc quoq; definienda, ꝙ in summa quidē quęuis oratio componitur ex aliquibus partibus, nempe nōibus & verbis. in hac enim, Socrates disserit } eius partes sūt, Socrates & disserit. Similiter & ratio eius quod est esse & substantiæ. ea enim cōpletur ex genere & differentijs. & in tota quidē vnaquaq; rōne partes eius, & earum rursus rationes, hoc est, definitiones, cōprehenduntur & assumunt̃. In partibus autē, & earum definitionibus, totorū definitiones nequaq̃. quēadmodum in definitione hominis, dico autē, Animali rōnis participe mortali, vel pedestri bipede (hanc enim ponit Aristoteles rōnem hōis, vt q̃ Plato eum sic definierit) inest et aīalis ratio & bipedis. & similiter in alijs. In aīali autem, vel in bipede, vel in eorū definitionibus, non inest, nec assumit̃ definitio hominis. Similiter aūt est oratio, sed non definitiua, quæ dicit, Socrates ambulat. & in tota quidem hac oratione, est & Socratis ratio, & ratio ambulandi. In vtroq; aūt eorum nō est totius ratio. His definitis, clarū est ꝙ si vnum est id quod est, vt dicit Parmenides, nihil erit aliud cui hoc accidat. sed de quo prædicatū fuerit, necesse est id statim ēt dici id quod est & quod vnū est, vtpote ꝙ idipsum quod est, prædicet̃ de seipso. Si enim non sic, sed vt accidens de aliquo alio prędicabitur id quod est, erit illud aliqd aliud ab eo quod est. & ideo simul & id quod nō est, et id quod est. quod quidem est absurdum. vt enim sit aliquid et idē non sit fieri minimè potest. Quare si vnū est id quod est: & erit id quod est, & nulli alij accidet. Non erit enim id quod est illud cui acciderit, siquidē est aliud ab eo quod est: nisi sic multa sunt ea quæ sunt, vt sit etiā aliquid aliud præter id quod est, quēadmodum præter substantiā accidens. Sed ponitur ab eis vnum significare id quod est: restat ergo vt magis substantia, & subiectum accidenti sit propriè id quod est, siquidem non est accidēs: hoc enim est magis cōsentaneum. Quod enim alijs etiam causa est vt sit, hoc maximè fuerit id quod est: eiusmodi autem est substantia. Omnia enim alia vel de subiecto dicunt̃, substantia, vel sunt in ipsa vt in subiecto, sicut in prædicamētis didicimus. Sed etiam vnum est quæ sola est propriè substantia. vnūquodq; enim aliorum vocatur per accidens, ꝙ hæc vnā sit substantia cui accidant. Sed etiam vt substantia sit, fieri non potest. Si enim id quod est, ꝓpriè, quod dicimus id quod quidē est, nulli alij accidit, sed illi aliquid aliud accidit, si quidē est subiectum: cur id quod est, magis significat id quod quidem est, quā id quod nō

Accidentis definitionem subiectū nunquā suscipit.

Accidentia aliqua semp adsūt, aliqua vero aliqñ.

In definitiōe subiecti non sumitur accidens.

In definitiōe eorū q semp adsunt accidentiū subiectū assumit̃.

In tota rōne insunt ptes, & earum definitiones.

In partibus & earum definitionibus nō insunt definitiones totius.

In quod est & qd vnum est prędicat̃ de seipso.

Vnū est substantia.

Vnū non est substantia.

A est: si enim solum subiectum & id quod quidē est, est id quod est, id quod ei accidit: nō erit id quod est: vt, verbi gratia, album. Si ergo id quod quidem est, etiam album est, propterea ꝙ album ei acciderit, quod autē ei accidit album, quo album esse dicimus, hoc est albor, non est id quod est, non aliquid quod non est, sed absolutè id quod non est: nihil enim est quod est, quod non sit id quod quidem est: ergo & quod est particeps & cui accidit, absolutè non erit id quod est. Cui enim id quod non est accidit, est id quod non est. quēadmodum cui id quod est accidit est id quod est. Ergo & substantia, seu id quidē quod est, absolutè nō erit id quod est, & idē est & propriè id quod est, & propriè id quod non est. Quod enim subiecto accidit, si accidens esset id quod quidē est: dico aūt simul esse & non esse: hoc ipsum accidit ei quod quidem est si subiectum positum fuerit. nisi ꝙ illi quidē subiecto inest esse propter accidens, nō esse aūt propter se: huic aūt contrà, quandoquidem id quod quidē est, est hic quidem subiectum, illic verò sumptum est accidens. B Si ergo hæc planè fieri non possunt, & est id quod est id quod quidē est, vt positum est, necesse est etiam id quod ei accidit esse id quod est, & id quod quidē est: si nihil est aliud præter id quod quidem est. Quare plura significat id quod est, & non est vtiq; vnum id quod est, sed ea etiam quæ substantiæ accidunt. Et mihi videtur Aristoteles per hæc velle ostēdere Parmenidi, ꝙ cūm velit tollere id quod nō est, & ideo ponat vnum id quod est, quādoquidem id quod est præter id quod est, nihil est, nō solum per positionem introducit aliquid quod non est, sed ostēdit id ipsum etiā quod est, nō esse id quod est. Et hoc quidem iam etiam ostensum est à Platone in Sophista: & ꝙ id quidē quod est vnum est, multa autem nō est, neq; enim motus, neq; status, neq; alia sunt genera id quod est. Aristoteles aūt, ꝙ ijs qui dicunt vnum esse id quod est, non solùm ostendetur esse id quod est non aliquid quod non est, sed absolutè id quod non est. C In dictione aūt magna obscuritate visum est, ꝙ cùm ipse id quod est posuerit substantiam, rursus ostendat non esse accidens, in eo ꝙ dicit, ACCIDENS enim } & in ijs quæ sequuntur.

Vnū non est motus, nec status, nec alia genera.

Neq; ergo habebit magnitudinē id quod est, siquidē id quod est, est id quod quidem est. vtrique enim aliud est esse partium. XXVIII

Deinceps ꝙ neq; finitum vel infinitum oporteat dicere id vnum quod est, simul ostendit, & Parmenidem & Melissum respiciens. Si enim vnum est, inquit, id quod est, nec habebit quidē magnitudinē. Quod aūt non habet magnitudinē, non erit scilicet finitum, nec infinitū. Parmenides aūt videtur hunc & magnitudinem de eo prędicare, & ꝙ totum sit & partes habeat, dicens, XXVI

Vndiq; tornati moli est quod persimile orbis,
A medioq; ęquale est.

Quòd ergo si vnum est, non habebit magnitudinem, clarum est, siquidē quod vnum est, nō est multa, nec habet multa. D Quod habet autē magnitudinem, habet partes. Quod verò habet partes, multa habet, & est multa. q̃m vnicuiq; parti est esse aliud. Quibus aūt aliud esse est, ea inter se differunt, & multa sunt. Sed sic quidē tanquam aduersus id quod est fit argumentatio, id multa esse ostēdens. Videtur aūt Aristoteles etiam ei quod quidē est occurrere, etenim tanq̃ substantiam posuit nunc id vnū quod est. & adiecit, SIQVIDEM id quod est } nihil, vt opinor, aliud dicit, quàm quòd si substantia solum est, diuidi non poterit. quod in plures enim partes diuidit̃, est quantitatis particeps. Quoniam aūt vtriq; partiū dixit esse aliud, ait Alexander esse conuenientius non audirē tanq̃ partes magnitudinis: sed ꝙ si est & magnitudo & substantia, duæ sunt partes eius quod est, quātitas & substantia. Num aūt dixit VTRIQVE } q̃m quod ex partibus primū est cōpositum, debet cōponi ex minimis. Ex duobus est ergo & nō pluribꝰ. Fortasse aūt dixit vtrūq;

Vnū non habet magnitudinem.

vt quod & definitum numerum, nempe binariū, significet, & ideo quātitatis participationē euidenter designet in eo quod est. Num autem nō hoc eis absurdum infert Aristoteles, quod multi putant interpretes, non habere magnitudinē id quod est, & si dicatur ab eis infinitum et finitum. Neq; enim nesciebat eos voluisse & etiā ostendisse id esse & expers magnitudinis, & diuisionē in ipsum non cadere: sed ꝙ si vnū solum positū fuerit esse id quod est, nihil erit in ijs quę sunt quod habeat magnitudinem, neq; totum, nec partes. est autem hoc admodum præter euidentiam, propterea ꝙ omnia sensilia et naturalia sunt corpora magnitudine prædita.

Si vnū sit id quod est, nulla est in iis q̃ sunt magnitudo.

Quòd autem diuiditur id quod quidē est in
aliquid aliud quod quidem est, est etiā ratione
apertum. quēadmodum homo, si est quidē ali-
quid id quod quidē est, necesse est etiā esse aial,
quod est aliquid quod quidem est, & bipes. nisi
enim ea quæ sunt, id quod quidē, est: erunt acci-
dentia, vel vtiq; homini, vel alicui alij subiecto.
sed fieri nō potest. id enim dicitur accidens, cui
cōtingit adesse & non adesse. vel in cuius ratio-
ne est id cui accidit. quemadmodum sedere qui-
dem, vt quod separatur. in simo autē inest nasi
XXIX ratio, cui simum accidisse dicimus. Præterea
quæcunq; insunt in ratione definitiua, vel ex qui-
bus sunt: in eorū ratione non inest ratio totius.
quēadmodum in bipede ratio hominis, vel in
albo, albi hominis. Si ergo hæc hoc modo se ha-
bent, & homini bipes accidit, necesse est ipsum
esse separabile. Quare contigerit hominem nō
esse bipedem: vel in ratione bipedis inerit hois
ratio. Sed fieri nō potest. illud enim est in rōne
illius. sin autē alij accidit illud, bipes, & illud, ani-
mal, & non est vtrūq; aliquid quod quidem est:
fuerit quoq; homo ex ijs quæ alteri accidunt.
XXX Sed id quod est aliquid quidem quod est, sit
nulli accidens. & de quo ambo, & vtrunq;, &
quod ex eis, dicatur. Ex ijs ergo quæ diuidi nō
possunt est vniuersum.

XXVII Dicit Alexander, ꝙ postq̃ ostendit etiam accidentia vnà introduci cum eo quod quidem est, nunc ostendit ꝙ etiam si datum fuerit solum esse id quod quidem est, qm̃ id sit propriè, accidentia autem alio modo: etiam sic ei id quod est non erit vnum, sed multa quæ quidē sunt. Nam & eius tanq̃ magnitudinis diuisio, cuius meminit, erit in ea quæ quidem sunt. Necesse est aūt etiam ex ratione, hoc est, ex definitione, vt diuidatur in plura ea quæ sunt. Postquam ergo ostendit ex magnitudine & eius in partes distributione, id quod quidem est esse plura, & diuersas habere species, siquidē est alia ratio vniuscuiusq; partis, subiunxit deinceps vnius acceptionem per definitionem. In his autem ita exposuit Alexander, tanq̃ demonstrarit Aristoteles id quod quidē est habere magni-
» tudinem, Et si cōtra ne magnitudinem quidem, inquit,
» habebit id quod est, siquidē est id quod quidè est. Num ergo cum illorū posuisset positionem, nempe vnū esse id quod est, ex ea finitum esse vel infinitum sustulit.

Vndiq; tornati moli est quod persimile orbis.

Vt ait Parmenides. Quæ enim sunt hm̃oi magnitudine ꝓdita & diuisa multa sunt, & nō vnum. Per hoc aūt, ꝙ id quod ponunt vnum esse quo quidē est, per definitionē diuidat in ea quæ sunt: id quod quidē est, ostēdit non esse vnū, vt eis vndequaq; ineuitabilem efficiat probationē. quæ virtute sic ratiocinatur per conuersionē quæ vocatē

E cum oppositione. Si vnum est id quod est, nō habet magnitudinem, qm̃ non diuiditur. Sin autem diuiditur, vt cernitur in definitione, nō est vnum. Et connexum quidem ostendit per id ꝙ diuiditur magnitudo. Quòd autē diuidatur id quod quidem est, per hoc: Quod autē diuiditur id quod quidem est in plura quę sunt id quod est, et ratione differūt. Clarum est autem ꝙ dicat, ex definitione. Quemadmodum enim se habet definitio, ita etiam se habet quod est definiendum. Si ergo definitiua hominis ratio est, Animal pedestre, bipes: etiam partes eius, dico autem, Animal, & pedestre, & bipes, quę quidem sunt alia & substātia & rationibus. Vel substantia enim sunt vel accidētia, hoc est, vel in subiecto, vel nō in subiecto. & præter hæc non est aliud. & si accidētia, vel ipsi homini, vel alicui alij. neutrum autem potest fieri. Si enim homini acciderunt, vel acciderunt vt quę possint ab eo separari, sicut sedere: & aliqñ erit homo nō animal, vel nō
F pedestre, vel nō bipes, quod quidem est absurdum: Vel vt inseparabilia. Est autē accidens inseparabile, in cuius ratione inest id cui accidit. Simum enim est nasi accidēs inseparabile. & ideo nasum accipimus cùm simitatem definimus. Simitas enim est cōcauitas in naso. Hæc autem etiam per se inesse dicit in posterioribus analyticis. etenim sunt etiam accidentia quæ per se insunt. Si igitur in definitione aialis & pedestris & bipedis, & vniuersorum quæ cōplent definitionem, homo non assumitur: cùm enim definimus aial, non assumimus hominē, sed contrà cum hominem definimus, assumimus aial: clarum est ne hæc quidem futura tanq̃ inseparabilia ab homine accidētia. Sin autem hæc alicui alij acciderint, iam plura sunt ea quæ sunt, illud enim cui acciderint erit substātia, & id quod quidem est. Ipse autem non ad hoc deduxit orationem, sed ad id quod proposuit ostendere, ꝙ id quod quidem est, in ea quæ sunt id quod quidem est ratione diuiditur. Si ergo alicui alij acciderint, clarum est quod etiā
G totum quod ex eis completur, hoc est homo, illi accidet. si alicui enim animali adsit vt sit & pedestre & bipes, ei etiam aderit vt sit homo. Sed est hic homo etiā id quod quidem est. Quod autē est id quod quidem est, & substātia, ponitur nulli accidere. Quo fit vt ne ea quidē quę sumuntur in definitione sint accidentia, sed oīa sunt aliqua quæ quidem sunt. Quare si id quod est in ea quæ sunt diuiditur, multa rursus sic erunt ea quæ sunt. Sin autem nō multa, sed vnum est vnūquodq; quod est. neq; per eam quæ cum oppositione fit conuersionē habebit magnitudinem, neq; erit totum, neq; partes. sed neq; erit alicuius definitio. neque enim habebit partes ratio, sed etiam in ipsam non cadet diuisio, sed ex ijs quæ singillatim diuidi nequeunt, vtpote hoīe, & equo, & alijs, erit vniuersum: si quidem nihil ex ijs potest diuidi, & erit scilicet vniuersum eiusmodi vt in ipsum nō cadat diuisio, cùm sit & dicat indiuisum. neq; enim erunt quæ possunt diuidi multitudines, cùm in vno quod est non sit multitudo. Quin-
H etiā si multa sint, quod ex eis cōponitur minimè diuidi poterit. Si multa enim signa conuenerint, fiunt vnum signum oīa, vt ipse quoq; ostēdet. ea autem sunt absurda. Apparet enim & ostēsum est nō solum in vniuersum cadere diuisionem, sed ēt in vnūquodq; eorum quæ sunt. Quod quidē videtur ēt ex redundanti quadā copia ostēdere, ꝙ non solum totum multa erunt, sed ēt vnūquodq; eorū quæ sunt. Alexander aūt illud, EX IIS quæ diuidi nō possunt est vniuersum} ita censet audiēdum, ꝙ ex nō accidentibus, neq; ex ijs quæ possint ab ipso separari, neq; ex ijs q̃ sunt diuersæ naturæ, sed eiusdē cū vniuerso. Substantia aūt est vniuersum et id quod est: Ergo ēt eius partes sunt substātię. Perinde ac si diceret. Esse ergo vniuersum ex ijs ex q̃bus est substantijs, & in eas diuiditur. Quare ostēsum est ꝓpositū, ꝙ id quod qdē est, diuidit in ea quæ quidē sunt: vt nō tanq̃ absurdum illatū sit illud, EX IIS ergo quæ diuidi nō possunt est vniuersum,} sed vt quod sit solū consequens ijs quæ dicta fuerāt. Hic est

Vnū nō esse id quod est, ex definitione ꝓbatur.

ergo

ergo vniuersus sensus eorũ quę dicta sunt. In dictione aũt cùm dicit, quęcunque insunt in rõne definitiua, vel ex quibus sunt, significat quod ẽt in ĩs in quibus nõ est definitio, quemadmodum in substantĩs indiuiduis, sunt tamen quędam ex quibus sunt. Illud autem, DE QVO ambo, & vtrũque, & quod ex ĩs, dicat} vel vniuersè, quod est ex partibus compositum, id sit & dicatur quod & ambæ partes: & vtrunque, si partes sunt accidẽtia, est etiam totum: Vel potius è contrario, etiam partes id dicãtur quod id quod est compositum ex partibus. Quod erat autẽ compositum ex partibus, erat substantia, & id quod quidem est, & id quod est quod nulli accidit. Sunt ergo etiam partes sub-

lxxx stantiæ, & quæ sunt id quod quidem est, & non accidentia. Scribitur aũt, ET DE QVO ambo, & vtrunque, & quod ex eis dicat.} hoc est, De quo dicta fuerit vtraque, seu vnaquæque ex partibus, de eo etiam id quod compositum est ex partibus. Hinc autem hoc quoque fuerit consequens, HOMO ẽt fuerit alteri accidentium} inter quæ assumpsit illud, SED id quod quidem est, sit nulli accidens} In his autem hoc quoque adĩciẽdum est, quod id quod nunc diuiditur, quod est id quod quidem est, neque vt genus neque vt species diuiditur. Clarum est autem ex eo quod hominẽ non in atomos diuidat, sed in definitionẽ. Quoniam autem Alexander diligẽter collegit eos qui ad hũc locum pertinent syllogismos, age nos quoque eos vt ei videtur exponamus, qui sic habent in principio orationis.

Vnum non esse id quod est.

Qui id quod est vnum esse dicunt, aut multis modis aiõt dici id quod est, aut vno modo. Sed si multis quidem modis, fatebũtur multa esse ea quę sunt. est enim & substantia & quantitas & qualitas, & alia in quęcunque diuiditur id quod est. Sed nõ vnũ. Quare nõ multis modis. vno ergo modo, per quintũ qui vocatur ἀναπόδεικτος indemõstrabilis. Deinde secundus syllogismus qui vno modo ponit dici id quod est, qui ipse quoque per diuisionem procedit, est eiusmodi. Quod vnum est vel est substantia, vel accidẽs, per eam quæ dupliciter facta est in prædicamentis eorũ quæ sunt diuisionẽ, & in id quod est in subiecto, & in id quod

Vnũ non est accidens.

non est in subiecto. Atqui non est accidens. Est ergo substantia. qui ipse quoque colligitur per quintum indemonstrabilem. Quòd autem non sit accidẽs vnum quod est, tertius ostendit syllogismus hoc modo. Si est accidens, quod est ei subiectum, simul est & non est. sed hoc fieri non potest. Non est ergo accidens id quod est, per secundum indemonstrabilem. Ostendit autem connexũ ex eo quod id quod subiectum est vni, & quod solum est, propterea quod aliud sit præter ipsum, non sit id quod est. neque enim erat aliquid aliud præter id quod est. propterea autem quod ei insit id quod est, ipsum quoque fieri id quod est.

Id quod est nõ est substãtia.

Quòd autem ne substantia quidem est id quod est propriè, vel vt ipse dicit, id quod quidem est: rursus sic ostendit. Si substantia est id quod quidem est, id quod est nihilo magis significat id quod quidem est quàm id quod nõ est. Quare id quod quidem est similiter erit id quod est & id quod nõ est. & plura significat id quod est, cùm positum sit vnum solũ significare. Sed hæc fieri non possunt. Non est ergo substantia id quod quidem est. Quòd autem id quod quidem est, nihilo magis erit id quod est, quàm id quod non est, sic ostendit. Si id quod quidem est, est substantia & subiectum, substantiæ autem sunt accidentia, quæ quidem sunt ea quæ non sunt, propterea quod sint pręter id quod est: cui aũt adest id quod non est, id est quod non est: Substantia ergo & subiectũ erit quod non est. & neque aliquid quidem quod non est, sed omnino id quod non est. hoc enim erat id quod nõ erat, quod ei adest accidẽs. Quod autem plura ẽt significet id quod quidem est, sic ostẽdit.

Id quod est plura significat.

Si subiectum est id quod quidem est, potest etiam id nominare ab accidente, vt verbi gratia, albũ. Quare etiam dealbabitur. Erit autem ei quoque vnum esse, & id quod quidem est esse. non est enim aliquid aliud pręter hoc. Et ita multa erunt id quod est. Quòd autem neque magnitudinem habebit id vnũ quod est, sic ostendit. Id quod quidem est, cùm sit ipsum solum subiectum, multa non est, neque habet multitudinem. Quod autem habet magnitudinem, multa est. Id ergo quod quidẽ est, non habet magnitudinem. Quòd autẽ id quod habet magnitudinem multa sit, sic ostendit. Magnitudo habet partes: Quod habet partes, habet multa alia ratione: Quod habet alia ratione, multa in se habet, & est multa. Et deinceps in fine, quod id quod quidem est, diuidatur in ea quæ sunt id quod quidem est, & quæ ratione differunt: ostendit in aliquo quod est id quod quidem est: cũ definitionem accepisset, et collegisset quod partes definitionis sunt ipsę quoque ea quę quidem sunt. Sic autem colligit. Necesse est ea vel substantias esse vel accidentia: Atqui non sunt accidentia: Sunt ergo substantiæ. per quintũ qui est ipse quoque indemonstrabilis. Si ergo vnum, vt prius dictum est, vel est vnum vt continuum, vel vt ea quorum eadem est ratio, vel vt id quod diuidi non potest: ostensum est autem id vnum quod est, neque posse habere magnitudinem, neque definitionem, neque eiusmodi esse, vt in ipsum nõ cadat diuisio: in nullo scilicet ex significatis vnius fuerit vnum id quod est.

Vnum quod est non habet magnitudinem.

Sed quoniam in tota interpretatione id quod quidem est & ipse accepi vt substantiam, & substantiam indiuiduam & numero vnam: nõnulli aũt interpretes Aristotelis, in quorum numero est Aspasius, id quod quidem est sumunt genus eorum quæ sunt, quibus satis contradixit Alexander Aphrodisieus, breuiter exponantur quæ ab illo dicuntur.

Id quod quidem est, non est genus eorũ quę sunt.

« Nonnulli quidem, inquit, sic audierũt dictionem, perinde ac si ipse diceret necessarium esse ĩs qui dicunt vno modo dici id quod est, cõmune aliquod genus omnium quæ sunt accipere, ad quod quęcũque sunt singillatim, deducuntur ac procedunt, & id dicere esse id quod est, & sic vnũ: quandoquidem nihil eorũ quæ sunt, sub eo quod est accipientes. vnum adhuc id quod est possunt dicere, quod alia etiam vnà introducantur cũ eo quod positum est: nam & accidentia vnà cum substantia, & substantia introducitur vnà cũ accidentibus, vt ostẽdit. »

Cõfirmat autem id quod dicitur, quod id quod quidem est ponat pro genere, ex eo quod dicit in Topicis, Homo qui quidem est animal} pro eo quod est, in genere animalis. Quòd autem non sic dicat nunc id quod quidem est, sed substantiam significet, clarum est ex ĩs quæ prius dicta sunt. Nam si oportet tali positioni contradicere, iam dixit in ĩs quæ dixit. SI ENIM erunt & substãtia & quãtitas & qualitas, & hæc siue sint à se alterum ab altero soluta, siue nõ, multa sunt ea quę sunt.} Omnia enim hęc ponit, qui id quod est dicit vt genus. Quocirca dixisset etiã aduersus hanc opinionem, si opus fuisset vlla contradictione. Verisimile est aũt eam contempsisse, vt quæ penitus contraria diceret. Qui enim vult aliquod vnũ esse solum, ita vt numero vnum, non dixerit vnum hoc esse genus. quoniam genus protinus simul multas species & indiuiduas introducit. Sed vnde nã patebit, dicet quispiã, tanquam vnũ numero dixisse Parmenidem? Sed vel ex illo clarum est, quod non tanquam genus dicit id quod quidem est, sed tanquam substantiã. Dicit enim non esse accidens, ex eo quod accidens dicatur de subiecto. Quare ipsum nõ de subiecto dicitur, sed est subiectum, quod quidem est substantia quæ per seipsam cõstat, & non eget aliquo alio ad hoc vt sit. Genus autem ipsum quoque est ex ĩs quæ dicuntur de subiecto. Quare nõ fuerit genus id quod quidem est, si id quod de subiecto dicitur ei opponendo, id ab illo distinxit. Præterea ipse paulopòst est dicturus, Quis enim discit ipsum id quod est: nisi esse aliquid quod est id quod quidem est? Si ergo idipsum quod est, non generi conuenit sed substantiæ, substantia fuerit id quod quidem est. Ad hoc aũt dici potest, quod illud ipsum dicit Plato de generibus, nõ quidẽ de posterioribus, sed de ĩs quæ vnà communi natura per omnia peruadunt. Pręterea autẽ si id sumit quod opponitur accidẽti, vt clarum est ex hoc. SED id quidem quod est, sit nulli accidens} accidenti autem opponitur nõ genus sed substãtia: ea fuerit id quod quidem est.

est. Praeterea cùm ex diuisione ei contradiceret, diuisit in accidens & id quod quidem est. non erat enim necessaria interrogatio, Quidnam dicũt id quod est, accidẽs an genus? est enim aliquid prgter hęc. & ideo in substãtiam; Est ergo substantia id quod quidem est. Praeterea cùm vnum quot modis dicatur diuideret, diuisit quod vnum est numero: eius autem quod genere vel specie vnum est non meminit, vt quod multitudinem apertè introduceret. Praeterea genus quidem duo habet, & q̃ sit substantiale, & q̃ cõmune. Substantia autem solum habet q̃ sit substantia. Si itaq; nusquam aduersus cõmunitatem, sed tanq̃ aduersus substantiam solùm contradicit, nõ genus est id quod quidem est, sed substãtia. Praeterea ipse progressus dicit. Si ergo id quod quidem est nulli accidit: genera autem quaedam sunt accidentia: etiamsi non ijs quorũ sunt genera, sed substantię quidem certè accidentium genera dicuntur accidere, sicut homini color. Si ergo in genere quidem est aliquid etiam accidens, in substantia autem nihil est eiusmodi, ipse autem ponit id quod quidem est tanq̃ quod opponatur accidenti: substantiam dixerit id quod quidem est, non genus. quod etiam attingit naturam accidentis. Praeterea ipse progressus dicit. Si ergo id quod quidẽ est nulli accidit, sed illi. Si ergo id cui accidentia accidunt est substantia, sed nõ genus, substantia fuerit id quod quidem est, non genus. Praeterea autem cùm diuideret id quod quidem est, non diuidit ipsum in species et indiuidua, quę est generis diuisio, sed in definitionẽ, & quae in ea insunt: hoc est, in genus & differentias: quae quidem fuerit diuisio substantiae, non generis. q̃quidem substantiae quidem genus est. supremum autem omnium genus nullum est genus quod transcendat. Praeterea genera & differẽtias ostendit ea esse quae quidem sunt, q̃m partes sunt eius quod quidem est. Si ergo genus propter aliquid aliud est id quod quidẽ est, nõ fuerit ipsum id quod quidem est, sed substãtia, per quam vel substantiae genus substantia efficitur: quẽadmodum accidentis genus est accidens. Praeterea id, neq; positio neq; opinio videretur admirabilis & contra omniũ opinionem. multis enim Philosophis videtur vnum esse id quod est vt genus. Praeterea si id quod quidem est genus poneretur, quomodo albũ vel aliquod aliud ex accidẽtibus nõ esse diceret? hęc enim sunt species eius quod est, quemadmodum & substantia: ipse autem cũ illa non esse accepisset, sic collegit esse id quod non est, et id quod quidem est ei cui haec accidunt, & id quod non est nõ aliquid quod non est, sed absolute id quod non est. Atqui quomodo absolutè fuerit id quod non est accidẽs, si eius genus sit id quod quidẽ est? Praeterea si id quod quidem est, est genus, cur oĩa quae sub ipso sunt, vel erunt ea quae non sunt, vel ea quae quidem sunt? Non enim quaecunq; sunt sub genere, ea quoque sunt genera. Praeterea si est enim inquit, id quod quidem est idem & album: & genus q̃dem non dixerit quispiam album: substantiam autem dicimus quae est particeps: ex eo scilicet etiam dicit substantiam eam quae est vt indiuidua, sed non eam quae est vt generalis. Praeterea fuisset expeditissimum ostendere multa esse quae sunt, per id quod exponit definitionem generis. Genus enim dicĩt de pluribus. Qui autem nullam eius fecit mentionem, quod apertè ostendit multa esse ea quae sunt: clarum est eum id quod quidẽ est non vt genus sumere. Siquis autem aequum censet id quod quidem est ideo genus dicere, quoniam alibi vocat genus id quod quidem est, poterit ipse quoque dicere differentiam id quod quidem est. Nam eam quoq; hic vocat id quod quidem est, vt quae id quod quidem est compleat. & vbi genus appellat id quod quidem est, vt quod substantialiter praedicetur, & faciat illud de quo praedicatur id quod ipsum est ita vocat id quod quidẽ est. Quin etiam Eudemus qui Aristotelẽ in omnibus secutus est, id quod quidem est ille non audijt vt genus. In primo itaq; Physicorum de Parmenide dicens, haec scripsit, vt dicit Alexander: ego enim hanc dictionem non inueni in Eudemi exemplari. Cõmune ergo non dixerit. neq; enim ea adhuc quaerebantur, sed processerunt postea ex disputationibus, neque admiserit ea quae ei quod est tribuit. Quomodo enim id erit á medio aequale, et quę sunt huiusmodi? Omnia enim huiusmodi verba coelo propemodum conuenerint.

Id quod quidem est nulli accidit. Genera quędam sunt accidentia.

Eudemus Aristotelem secutus in omnibus.

Nonnulli autem cessere vtrisq; orationibus: Illi quidem, quoniam omnia vnum, si id quod est vnum significat esse id quod non est, huic verò, cùm ex duplici sectione indiuiduas fecissent magnitudines. Clarum est autem non esse verum, q̃ si vnũ significat id quod est, & fieri non potest vt sit simul contradictio, non erit aliquid quòd non sit. nihil enim vetat quominus nõ sit absolutè, sed sit aliquid quod non est, id quod non est. Dicere autem q̃ si non erit aliq̃d aliud praeter id quod est, vnum futura sint omnia, absurdum est. quis enim discit esse ipsum id quod est nisi id quod quidem est? Sin autẽ hoc est, nihil sic vetat quominus multa vnũ sint, sicut dictũ est. Quòd ergo fieri non possit, vt sic vnum sit id quod est, clarum est. XXXI

Cùm ipse refellisset id quod dicebat Parmenides, vt qui & falsas sumeret propositiones: erat autem propositio, vno modo dici id quod est, seu pręter id quod est non esse id quod est, vel id quod non est nihil esse, haec enim idem valent: & vt qui minimè syllogisticè cõcludat, non sequi enim eam quae infertur conclusionem: nõnullos dicit cedere vtrisq; orationibus, tam ei quae dicta est á Parmenide, q̃ ei quae fuit Zenonis, qui volebat opem ferre ei quod dicebat Parmenides, aduersus eos qui conabantur eum ludificari, q̃ si vnum est, euenit orationi vt multa dicat, eaq; ridicula, & sibijpsi contraria: ostendẽs Zeno q̃ magis ridicula euenirent eorum positioni quae dicit, Multa sunt, q̃ ei quae dicit vnum esse, siquis diligenter p̃sequatur. Ipse enim Zeno in Parmenide Platonis sic videtur suffragari orationi. Et Parmenidis quidẽ est oratio, q̃ omnia sunt vnum quod est, siquidem id quod est vnum significat. Quod est enim praeter ipsum, nihil erit. Vt autem protulit Theophrastus, quod est praeter id quod est, non est id quod est. id quod non est nihil est. Huic autem orationi dicit cessisse nonnullos. cessisse autem orationi, est assentiri propositiõibus quae ipsam confirmant, vel cõnexioni. Platonem itaq; dicit cessisse propositioni quae dicit, quod est praeter id quod est, non est id quod est. Nam & motum & statũ & idem & alterum in Sophista dicit esse diuersa ab eo quod est, illud autem, nihil esse quod non est, non vtiq; concedere. Sunt. n. alia ab eo quod est, etsi sint ea quae non sunt, sed tamen ea esse dicit. & ea ratione introducit id quod non est. Et Alexander quidem dicit ipsum, hoc quidem, si vnum est id quod est, concedere, omnia autem vnum esse nõ vtique concedere, cùm ex omnibus poneret non solum id quod est, sed etiam id quod non est. Et non sic, inquit, dicebat esse id q̃d non est, sicut esse id quod est aliquid ex ijs quę sunt sub eo quod est. non enim hoc quidpiam quod esset quidem id quod nõ est, aliquid verò quod est: neq; quod contineretur in eo quod est quod ponitur, sed q̃d aliam haberet naturam praeter id quod est, quod est in cõfesso, & est positum, esse dicebat: cũ id quod est vnum esse accepisset, & dici vno modo. Sed qui assensus est propositioni quae dicit, q̃d est praeter id quod est, non est id quod est: dicit autem esse aliquid aliud ab eo quod est comprehensum in propositione, dicit esse cõtradictionem. Cùm enim dedisset id quod est circa id quod est non esse, dicit rursus id esse quod est circa id quod est, & incidit in contradictionem XXVIII

tradictionem quæ dicit, id quod non est absolutè esse. Quanquam si dixerit quispiam esse quidem id quod non est, non autem absolutè quidem id quod non est, sed hoc aliquid quod non est, non incidit in cõtradictionem. Quod enim est aliquid aliud, non est aliud. nõ enim vnum esse numero id quod est ostẽsum est, quod sumptũ sit id vno modo dici. Et hęc quidem dicit Alexander. Porphyrius autem dicit Platonem dicere etiam id quod non est, esse, sed ita quidem certè esse vt quod nõ sit. Id enim quod verè est pronunciauit esse ideam, & eã verè esse essentiam: supremam autem primam & quæ forma ac specie caret, materiam, ex qua sunt omnia, esse quidem, nihil aũt esse ex ijs quæ sunt. Ipsa enim in seipsa considerata, potestate est omnia, actu verò nihil est. Quod autem ex materia et forma efficitur, quatenus quidẽ est formæ particeps, eo ipso esse aliquid, & ex forma appellari. quatenus autẽ est materiæ particeps, & propter eam est in continuo fluxu & mutatione, rursus eam non esse absolutè & stabiliter.

Esse id quod non est quo dicat Plato.

Ideam verè est id quod est.

Materia prima est quidẽ, sed nihil ex ijs quę sunt.

Cõpositum ex materia et forma partim est, partim non est.

B Ea itaque alterum ab altero distinguens, in Timæo dicit. Quid est quod semper quidem est, generationem autem non habet: & quid est quod gignitur quidem, nunquam autem est. Et id quod non est, esse dicit, non id quod est esse id quod non est: & id quod non est esse id quod est. Fieri enim non potest vt simul homo sit & non homo: non equum autem, verum est dicere. Sed aduersus Alexandrum quidem satis est adducere ipsam dictionem Platonis, cuius ipse meminit Alexander, quæ apertè ostendit Platonem non introduxisse id quod non est absolutè, sed hoc aliquid quod non est. Ita autem habet dictio. Scis ergo nos Parmenidi minus quàm postulabat eius dubitatio fidem non habuisse. Qui sic? Plus quàm ille prohibuit considerare, nos illi vlterius quæsitum demõstrauimus. Quomodo? Quoniam ille quidem vtique dicit. non potest enim fieri vt id sit quod non sit.

Hanc ne viam teneat, mentem sed tu procul arce.

Sic enim dicit. Nos autem non solum ostendimus ea esse quæ non sunt, sed etiam formã quæ est eius quod est protulimus. Cũ enim alterius naturam esse ostendissemus, & in omnibus quę sunt inter se esse diuisam, vnamquãque eius particulã, quæ ei quod est opponitur, ausi sumus dicere eam ipsam verè esse id quod non est. Ne quis ergo de nobis dicat, quod id quod non est, eius quod est esse contrarium pronunciantes, id esse audeamus dicere. Nos autem de aliquo quod sit ei ipsi contrarium, sit ne an nõ sit, ratione ne omnino sit præditum, an non, iam pridem valere iubemus. Quod autem nunc diximus esse quod non est: vel persuadeat aliquis probans nos non rectè dicere: vel quandiu non potuerit, illi quoque dicendum est, sicut & nos dicimus, quod & genera inter se commiscentur. & id quod est, & alterum, cùm per omnia & alterum per alterum inter se peruaserint, alterum quidem per hanc participationem est particeps eius quod est, sed non illud quidem cuius fuit particeps, verùm alterum: cũ sit autem alterũ ab eo quod est, manifestissimè necessariò illud esse id quod non est. Quod autem non est, cũ sit alterius particeps, fuerit aliud ab alijs generibus. Cũ sit autem aliud ab illis omnibus, non est vnumquodque eorũ, nec alia vniuersa præter ipsum. Quare id quod est absque vlla cõtrouersia infinita in infinitis non fuerint. & sic alia vtique singillatim. & vniuersa quidem multis modis sunt. multis autem modis nõ sunt. Ex hac dictione existimauit Alexander Platonem introducere id quod non est absolutè, vt qui id quod est absolutè sumpserit, vt id quod est genus. Et ei quidem suffecisset audire Platonem dicẽtem, Ne quis ergo de nobis dicat, quod id quod non est eius esse contrarium pronunciantes, id esse audeamus dicere. & quod est vnumquodque per eius quod est participationem, non tamen est id quod est. Quinetiam ante hanc dictionem, cuiusnam modi id quod non est introducit, declarauit, apertè dicẽs. Cùm id quod nõ est dicimus: vt est verisimile, non aliquid dicimus contrarium eius quod est,

A sed alterum solum. Suffecisset etiã audire quæ ab eo dicta sunt de eo quod absolutè non est, & est contrarium ei quod est. quod de eis quomodocunque audire recusat Plato. Neque enim qui esse, & qui ipsum dicit non esse, is est nulli reprehensioni obnoxius. neque tutum est de ipso aliquid dicere. Hęc quidem vtique vt dixi, suffecissent. Sed etiam considerandum est, quod id quod est, quod à Platone sumptum est, est id quod consideratur in nuda eius quod est esse proprietate, quod & alijs generibus & ei quod non est oppositum, ab eis distinguitur. etenim hoc dicit esse genus. sed non id quod perfectè & absolutè est id quod est, quod etiam omnia in se genera cõplectitur, cui id quod perfectè & absolutè non est, opponi potest, si etiam illud opponi de ipso dici potest. Quod autem est eiusmodi minimè fuerit genus. siquidem genera sunt contraria diuisione quæ est inter ea quæ est inter ipsa inuicẽ: & circunscripta sunt vnica proprietate, quæ ipsa iam sunt discreta ab vnione quæ percipitur intelligentia, in qua oĩa vnum

Id quod est consideratur a Platone in nuda eius quod est esse proprietate.

B erant, vt dicit Parmenides: & primum quidem subierãt mentis discretionem, quæ citra vllam diuisionem diuisa est, & in sensilem distractionem, & inter hæc, in animalem coniunctionem & mutuam cohærentiã. Quare multum abest, vt quod non est absolutè introducat, quod opponitur ei quod est absolutè. Porphyrius autẽ pulchrè considerauit quod Plato non introducit id quod non est absolutè. Quòd autem non sit id quod est genitũ, dicit eum in Sophista tradere. De quo dicit in Timæo. Et quid est quod gignitur quidem, nunquam aũt est, hoc mihi videtur dignum consideratione. Non enim in sensilium, sed in eorum quę in intelligentia versantur discretione, videtur Plato inuenire id quod nõ est. Quãdo enim vnquam de materialibus & sensilibus hæc dixisset? Quid autem per Iouem, verè ne motum & vitam & animam & prudentiam facile persuadebimur ei quod est omnino non adesse, neque ipsum viuere, nec prouidere, sed venerandum & sanctum, mente non præditum immobile stare? Cõmu

Id quod est genitum non est.

C niter autem dico Alexandro & Porphyrio, quod non adeò apertè Platonem reprehẽderit Aristoteles, dicentẽ, hoc aliquid quod non est, quod quidem ab eo introducitur, quàm eum, qui id quod absolutè non est introducit. Et præterea in his aduersus Platonem non contenderit: vt qui frustra veritus sit, si id quod est præter id quod est, non sit id quod est, ne omnia vnum sint: & ideo introducit id quod non est. nõ enim per hoc quod introduxit id quod non est, Plato ostẽdit multa esse ea quæ sunt. sed hoc quidem ostẽdit, cùm aliud quidem id quod vnum est, aliud autem id quod est esse monstrauit, & ex quod sit totum,

Vndique rotundi moli quoque persimile orbis.

A medio ęquale. Ei aũt quod nõ est aliquid defuit, cùm Sophistam dixisset imaginũ effectorem, imaginem autem falsi aliquid habere. Falsum aũt non esse, si nõ est id quod non est. qui enim falsum dicit, vel dicit non esse id quod est, vel id quod non est esse. Hæc quidem dicta sint de altera concessione, cùm Aristoteles neque vno

D modo concedat dici id quod est, nec cedat propositioni, quæ dicit id quod est præter id quod est, non esse id quod est. nisi quis dicat id quod est quidem non esse substantiam, nihil autem vetare quominus sit aliud. quod etiam Plato clamat ante Aristotelem. Clarum est autem perspexisse etiam Aristotelem id quod nõ est vnà ingredi eum multitudine, cũ dicit. NIHIL enim vetat quominus non sit absolutè, sed sit aliquid quod non est id quod non est. Deinceps quidem certè dicit, Etiamsi vera sit, inquit, propositio, quæ dicit, Id quod est præter id quod est, non est id quod est, non iam propterea necesse est omnia vnum esse numero. Quod enim ipsum est, quod ipsi ponunt, nemo aliquid aliud dici audiuerit, quàm id quod quidẽ est: hoc est, id quod est propriè, hoc est essentiam. Cùm hoc autem ita habeat, prius ostensum est quod siue id quod quidem est sit accidentis particeps, multa sunt quæ sunt: siue non sit particeps, ipsa etiam quæ per se sunt id quod quidem

Id quod quidem est non est substantia.

sunt,

sunt, multa sunt, propter ea quæ in eius quod quidem est definitione assumuntur substantialiter. Aduertendum est autem ꝙ id quod quidem est, etiã quod ipsum est, more Platonico vocatum est. Secũdam autem orationem, quę fit ex sectione in duas partes, Alexãder dicit esse Zenonis, qui dicit ꝙ si id quod est sit magnitudine pręditũ, & diuidaẽ, id quod est multa esse futurum, sed non vnũ: & per hoc ostendit nihil ex ijs quæ sunt esse vnum. De hac autem oratione dicit anteà dixisse Aristotelem, cùm dicit, Conturbabantur autem etiam qui posteriores fuere ex antiquis. cuius etiam per hoc adiecit solutionẽ. Perinde ac si non cõtingeret idem vnum esse & multa. non autem opposita. Est autem id quod est & vnum potẽtia & actu. Huic autem orationi de sectione in duas partes dicit cessisse Xenocratem Chalcedonium, cũ admisisset quidquid potest diuidi esse multa. partẽ enim esse aliud à toto. & propterea ꝙ non possit idem esse simul vnum & multa, quoniam vera simul non sit contradictio, nõ vtiq; concedere posse omnem diuidi magnitudinẽ, & partem habere. esse enim nonnullas lineas indiuiduas, in quibus nõ vtiq; illud esse, verũ eas esse multas. Ita enim se vnius naturam putabat inuenire, & vitare contradictionẽ. propterea ꝙ neq; quod diuidi potest sit vnũ, sed multa, neq; lineæ indiuiduæ multa sint, sed vnum.

Zeno nõ dicit nihil ex iis quæ sunt esse vnum.

Hæc cùm dicat Alexander, primum quidem operæpretium est considerare, an hoc sit Zenonis proprium, nihil eorum quę sunt vnũ dicere, qui contrà multa scripserit argumenta, dum multa esse tollit: vt per multorũ ablationem multa vnũ esse confirmetur. quod etiam volebat Parmenides. Deinde oportebat dicere in quem vsum facta sit mentio orationis Zenonis, & eorum qui temere illi cessere. quemadmodum eorum qui Parmenidis quidem orationi cesserunt, quod non est autem introducunt, vsus fuit manifestus: nẽpe vt ostenderetur multa esse ea quæ sunt, quod quidam nolebat Parmenides. Sed si ipse Zeno vnum tolleret, multa esse ostendens non opus haberet oratio vllo patrocinio. nisi fortè dixerit quispiam, ꝙ cùm hæc esset G opposita oratio, eius meminit quę multa solum dicit esse ea quæ sunt. Sed verisimile est Alexandrum ex ijs quę dicit Eudemus sumpsisse opinionẽ de Zenone, vt q quod vnum est tollat. Dicit enim Eudemus in Physicis. Nunquid ergo hoc quidem non est, est autem aliquid vnum? De hoc enim dubitabatur. & dicunt Zenonem dicere, si quis ei definierit vnum quidnã sit, dicturum esse ea quæ sunt.

Vnũ, ea quę sunt.

Dubitabat aũt, vt est verisimile. propterea ꝙ vnũquodq; quidem ex sensilibus & multa dicantur categoricè, & per diuisionem, pũctus autem nihil ponat. quod enim neq; additum auget, neq; ablatum diminuit, ex ijs quæ sunt esse non putabat.

Pũctus nihil ponit.

Et probabile quidem est Zenonem ex vtraq; parte acriter & se exercentis ritu argumentãtẽ, vnde etiã ἀμφοτερόγλωσσος dicitur, id est linguæ ancipitis, tales quoq; de vno dubitatiõẽ proferre orationes.

Zeno dict° ἀμφοτερόγλωσσος, id est, linguæ ancipitis.

In suo quidem certè opere, quod multa habet argumenta, singillatim ostendit euenire ei qui multa dicit vt dicat contraria. H Quorum vnum est argumentum, in quo ostendit ꝙ si multa sunt, & magna sunt, et parua. magna quidem, vt sint infinita magnitudine. parua autẽ, ita vt nullam habeant magnitudinem. In hoc autem ostendit, ꝙ cuius neq; est magnitudo, neq; crassitudo, neq; vlla moles, id ne fuerit quidem. Non. n. si alij, inquit, quod est accesserit, nihilo maius fecerit. Si. n. nulla sit magnitudo, accesserit autem, nihil potest augeri in magnitudinẽ: et sic tam id quod accedit nihil fuerit. Si autem dum abscedit, alterum nihilo est minus, neq; si accesserit augebitur: videlicet qđ accessit nihil erat, neq; quod abscessit.

Nũ est id cuius nulla magnitudo, nec crassitudo.

Hæc autem non dicit Zeno vt vnum tolleret, sed quòd si vnumquodq; ex multis & infinitis habet magnitudinem, nihil erit exactè vnum, propter sectionem quæ fit in infinitum. Oportet autem vnum esse, quod ostendit, cùm prius ostendisset nullam habere magnitudinem, ex eo ꝙ vnumquodq; ex multis sibijpsi sit vnum & multa.

Vnum exactè nihil.

E Porrò autẽ Themistius quoq; dicit Zenonis orationem confirmare vnum esse id quod est, ex eo ꝙ idem sit continuum, & quod diuidi non potest. Si enim diuidatur, inquit, nihil fuerit exactè vnum, propter corporum sectionem quæ fit in infinitum. Videtur autem Zeno magis dicere, ne multa quidem futura. Porphyrius aũt etiam orationẽ, quæ fit ex sectione in duas partes, dicit esse Parmenidis, qui ex ea vnum esse id quod est conatur ostendere. Sic autem scribit. Alia autem erat Parmenidis oratio, quæ est per sectionem in duas partes, quæ existimabat ostendere id quod est vnum esse solum, idq; partium expers, & quod diuidi non posset. Si possit enim, inquit, diuidi, secetur in duas partes. & hoc cùm semper fit, clarum est, inquit, ꝙ vel sustinet extremas quasdam magnitudines minimas & indiuiduas, infinitas autem multitudine. & totum cõstabit ex minimis, infinitis autem multitudine: vel euanescet, & in nihil amplius dissoluetur. et constabit ex nullo. quæ quidem sunt absurda. non diuidetur F ergo, sed manebit vnum. Etenim q̃nquidem est omni ex parte simile, siquidem diuidi potest, æquè ex omni parte diuidi poterit, & non hac quidem parte, illa verò non. Diuisum sit vndiq;. Clarum est rursus fore vt nihil remaneat, sed euanescat. & si quidem cõstituetur, rursus constituetur ex nihilo. Si enim aliquid manserit, nõdum fuerit omni ex parte diuisum. Quare vel ex his, inq̃t, manifestum est fore vt id quod est diuidi non possit, sitq; partium expers, & vnum.

Vnũ est solum, partium expers, & quod diuidi non potest.

Xenocrates autem concedebat quidem primam subesse consecutionem, hoc est, quòd si id quod est vnum est, nec diuidi quidem poterit. nec tamen ideo id quod est, non posse diuidi. Quocirca rursus ne vnum quidẽ esse id quod est, sed plura. Diuidi autem posse non in infinitum, sed in quædam indiuidua desinere. hæc tñ non esse indiuidua, vt quæ sint partium experta & minima, sed in quantitate quidem & materia secari posse & partes habere. specie autem esse indiuidua & prima, vt qui lineas quasdã poneret insecabiles, & quasdam quæ ex eis componuntur figuras planas ac solidas, primas.

Id quod est in multa diuidi, & desinere in indiuidua.

Lineę insecabiles ex sñia Xenocratis.

Dubitationẽ itaq; quæ ex sectione in duas partes, & ex in infinitum, vt semel dicam, diuisione, occurrit, se Xenocrates existimat dissoluere dum lineas introduxit insecabiles: & planè indiuiduas fecit magnitudines, fugiẽs id quod est, siquidẽ diuidi potest, in id quod non est resolui & consumi, per hoc ꝙ lineę insecabiles, ex quibus consistunt ea quæ sunt, maneant insecabiles, & quæ diuidi nequeunt. In his quidem quæ à Porphyrio dicta sunt, ꝙ eius quidẽ quod de diuisione dicitur in duas partes, mẽtio appositè & rei conueniẽter facta sit, ꝓpter absurdum sequẽs diuisionem, quod quidem id quod diuidi nõ potest & vnum introduxit rectè habeat. Aduertendum est autem nõ Parmenidis, & non Zenonis, vt Alexandro quoq; videtur, ea sit oratio. Neq; enim in Parmenidis versibus tale qđ dicitur. & quæ ex sectione in duas partes oritur dubitatio in multis historiæ locis Zenoni attribuitur. Quinetiam in libris de motu meminit tanq̃ H Zenonis. Et qđ opus est multa dicere, q̃n ea in ipsis Zenonis scriptis habetur? Ostendens enim ꝙ si multa sunt, eadem quoq; sunt finita & infinita, hæc his verbis scribit Zeno. Si multa sunt, necesse est ea tot esse quot sunt, & neq; plura, nec pauciora. Si autem tot sunt quot sunt, ea finita fuerunt. Et rursus. Si multa sunt, infinita sunt ea quæ sunt. inter ea enim quæ sunt semp sunt alia, & rursus alia inter illa intercedunt. & ita sunt infinita ea quæ sunt. & sic quidẽ ex sectione in duas partes ostendit infinitatem quæ est in multitudine. eam autem quæ est in magnitudine prius per idem ostendit argumentum. Cùm enim prius ostendisset ꝙ si id quod est non habet magnitudinem, Ne est quidem, subiungit. si autem est: necesse est vnumquodq; habeat magnitudinem & crassitudinem, & alterum eius absit ab altero. Idipsum etiam dicẽdum est de eo quod excedit. illud enim habebit magnitudinem. & eius aliquid excedet. Simile est autem hoc et semel dicere,

» cere,& semꝑ dicere.nihil.n.eius tale erit extremum ,ne- » que alterū non erit si cooferaſ cū altero. Ita si multa sunt, ea necesse est esse magna & parua: Parua quidem vt non habeant magnitudinem: magna autem, vt sint infinita. Num ergo Zenonis quidem est de diuisione in duas partes oratio, sicut vult Alexander, sed nō vt qui vnum, sed qui multa potius perimat, propterea ꝙ eis qui illa ponūt eueniant contraria, & ea ratione confirmet orationē Parmenidis, qui dicit vnum esse id quod est. Qua de causa fit etiam iure mentio orationis quæ sumitur ex diuisione in duas partes, & eorum qui ei non rectè cesserunt, ꝙ nisi sint quædam indiuiduę magnitudines, necesse est ea quę sunt, & multitudine esse infinita, & magnitudinibus. & ideo insecabiles lineas posuerunt, vt & quæ sunt multa essent, & non multitudo & magnitudo procederet in infinitum. Quanq̃ rursus videntur incidere in cōtradictionem, dicentes magnitudinem quæ caret magnitudine. Quocirca hanc quidem concessionem non admittit Aristoteles. Non enim si magnitudo diuidi potest in infinitum, iam etiam actu sunt infinitę eius partes, sed vna quidem actu, multę verò potentia. Quocirca non sunt opposita. Num hanc solutionem in ijs qui idem vnum & multa dicunt rectè adduxit Aristoteles. in ijs autem qui infinita ostendunt, non est verum dicere ꝙ potentia infinitę sunt partes cōtinui. certè enim vel actu aliquando fierēt infinitæ, nisi frustra haberent id quod est potentia. Sed dicendum est, vt dicit Porphyrius, aliud esse, cōtinuum diuidi posse in infinitū, & aliud diuisum esse in infinita. Semper enim potest fieri diuisio. & hoc est ipsam esse in infinitum. facta autem esse nunquam potest & desijsse. quandoquidem finita quidem est cum cessauit. Differt enim diuisum quid esse in infinita, & diuidere aliquid in infinitum. Illud enim nunq̃ fieri nec consūmari potest. hoc autem nunquam semper fieri intermiserit. Propterea enim ꝙ alterum semper fiat, & non possit desinere, alterum nunq̃ effici poterit. Nequis ergo conturbeſ, quomodo quod diuidi potest in infinitū, cùm diuidi habeat potentia, in infinita tamen nunquam diuiditur. Videbitur enim frustra habere id quod est potestate, id q̃d nunquam exit in actum. Hoc ergo eum ne cōturbet. Quod enim diuidi potest in infinitū, non est potestate diuisum in infinita, sed quod diuiditur in infinita. Hoc aūt etiam actu semper habet: siquidem quidquid sumptum est potest diuidi. & diuiditur, si nihil prohibet, si non à nobis, à natura certè quæ semper adijcit & diuidit. Quoniā autem quidquid est continuum diuiditur in infinitum, confirmatur nullam esse magnitudinē, quæ diuidatur in partes quæ diuidi nequeant, & quæ magnitudinem non habeāt. Cuiuslibet.n.sumpti continui est aliqua pars, quæ est ēt ipsa continua idq; in infinitū. & si in magnitudines est quæuis diuisio, in infinitū .s.est diuisio. Quòd aūt in magnitudines fiat diuisio, clarū est. siquidem signa neq; possunt seinuicē tangere, neq; vllū interuallum spaciū ue constituere. Signū.n.signo additū signū facit, sed nō magnitudinē. Neq; ergo componitur ex signis, neq; diuiditur in signa. Sed neq; in infinitas vnquam magnitudines diuidetur, cū sit finitum. In quæ enim diuiditur, ex illis etiam componitur. Quod autem constat ex magnitudinibus numero infinitis, infinitum fuerit magnitudine. Si enim finitum est, suscepit adiectionē alicuius alius quod est simile ijs qui ipsum componunt. & ita non fuerint illa infinita multitudine. Cùm autem esset vir sapiēs Xenocrates, q̃no ergo posuit lineas insecabiles. neq;.n.ignorabat naturam magnitudinis. sed neq; forma seu specie diuidi posse dicebat. Hoc enim non solum habent minimæ lineæ, sed etiam maxima corpora. Num ergo nō pugnat Xenocrates aduersus sectionem in infinitum: non enim Geometricum sustulisset principium, cùm sit vir Geometrię peritus: Sed aduersus id quod est diuisum esse in infinita, cùm sint semper aliquæ magnitudines quæ secari nequeant. quæ quidem ne à natura quidē per se pos-

Diuidi posse in infinitum, et diuisum esse differunt.

Quod diuidi pōt, actu semper diuiditur a natura saltem.

Continui diuisio est i magnitudines.

Signū signo additum nō cōstituit magnitudinem.

Continuum nō diuiditur in infinitas magnitudines.

Lineas insecabiles cur posuerit Xenocrates.

A sunt diuidi, propter exiguitatē, sed alijs rursus vnitę corporibus, cùm totum sic diuidatur, illæ in seipsis suscipiūt diuisionem: quam, si solæ fuissent, nequaq̃ sustinuissent. Quemadmodū ergo Plato plana esse dixit prima & minima corpora, ita etiam Xenocrates lineas quę diuidi nequeunt propter paruitatem, quæ tamen ipsæ quoq; possunt natura diuidi. Sed quoniam iam ad finē venimus eorum quæ aduersus Parmenidem dicta sunt, rectè habuerit si & Parmenidis ipsius opinionem de vno quod est, vt quæ ijs quæ sunt proposita conueniat, inuestigemus: & cur cōtradictiones factę sint cōsideremus. Quód itaq; Parmenides ponat vnū id quod est, aliquod vnum ex ijs quæ non gignuntur & intereunt, declarat signum eius, cùm dicit vnum esse ingenitum & ab interitu alienum, vbi dicit.

Vnum, ingenitum.

Viæ adhuc ratio vnica tantùm.
Restat in hac autem sunt longè plurima signa
Ingenitum interituq; carens.

B Sed neq; omnino corporeū vult esse id vnum quod est. siquidem dicit ipsum non posse diuidi, cùm dicit.

Vnū, incorporeum.

Nec quit diuidier. simile est nanq; vndiq; totum.

Quare nec cœlo conueniunt, vt dicit Eudemus nonnullos existimare, cùm illud audijssent,

Quę Parmenides d vno dicit cœlo nō conueniunt.

Vndiq; tornati molis quod persimile orbis.

Neq;.n.potest cœlum diuidi. Sed neq; sphæræ est globoue simile. Sed sphæra est naturalium omnium perfectissima. Quód autē neq; animale id quod est vnum dicit Parmenides, significat quòd dicit ipsum esse immobile.

Vnū est naturaliū sphæra perfectissima.

Vnum non est animale.

Est immobile, quod totum quoq; nomine fertur.

cùm animalis substantia, vt Eleatici volunt, motum habeat. Dicit autem totum quoq; simul esse id quod est. Totum simul vnum, cū sit. Et eodem etiam modo & similiter se habere.

Cū sit idem atq; itidem maneat, positū quoque per se.

cū sit & substantia scilicet, potestate: & actu habeat id totum esse simul: eodemq; modo & similiter se habere. quę C quidem sunt vltra substantiam animalem. Num aūt ne id quidē dicit esse intelligens? Quod est enim intelligēs, constitit per secretionē ab eo quod percipitur Intelligentia, & per conuersionem ad idem. Id aūt quod vnum est idem esse dicit, & intelligere, & id quod intelligētia percipitur, & intelligentiam, cùm scilicet sic scribit.

Vnū non est intelligens.

Idem est mente agitare atq; ipsa agitatio mentis.
Cuius causa fit. Nam re non absq; licebit.

Intelligere, & id q̃d intelligētia pcipitur idē est.

hoc est, absq; eo quod percipitur intelligentia, in qua cantatum est, reperire vt mens agitetur. Pręterea autem id quod est intelligens, distinctum est in formas, quēadmodum id quod est intelligētia præditum, vnitè formarum præcepit distinctionem. Vbi autem est distinctio seu discretio, illic est etiam diuersitas. Cū ea autem sit, etiam id quod non est apparet. Quod.n.est aliud, non est id quod id quod est aliud. Parmenides autem, id quod nō est, omnino exterminat ab vno eo quod est. eius enim nusquam esse ea quæ non sunt.

Intelligēs distinctum est in formas.

D Hanc ne viam teneat, mentem sed tu procul arce.

Sed neq; id quod vnum est vult esse communitatem aliquam, neq; eā quæ posterius est genita, & ex abstractione constat in nostris notionibus. neq; enim ea est ingenita, neq; expers interitus. Sed neq; eam quæ est in rebus. Ipsa est enim sensilis, & ex ijs quę in opinione versantur, & sunt fallacia, de q̃bus dicit postea. & alia est pręter differentias, vt iam passa sit diuersitatem, & id quod nō est. Quomodo autem in ea verum illud fuerit. Totum simul vnum cū sit. Vel quod in seipsa comprehenderit intelligentiam, & id quod intelligentia percipitur. Sed numquid indiuiduam substātiam dicit id vnum quod est? an ea longè plus discrepat? Est enim genita indiuidua substantia. & quæ à diuersitate est intercepta, & materialis, & sensilis. & alia præter accidens. In eam etiam cadit diuisio, & est in motu. Restat ergo, id q̃d intelligentia percipit quod est causa omnium, per quod est intelligentia,

Vnum non est cōitas aliqua.

Vnū non est Indiuidua substantia.

Vnum Parmenidis quale sit.

& intelligentia

& intelligentia percipere, in quo omnia per vnam vnionem comprehensè & vnitè præcepta sunt, esse illud vnũ quod est Parmenidis. in quo vna est natura & vnius & eius quod est. Quocirca dicebat etiã Zeno, siquis ipsum quod vnum est ostenderit, ipse definiet id quod est, non vt qui reijciat quod vnum est, sed ꝙ id consistat vnà cũm eo quod est. Huic autẽ vni quod est, omnes conueniũt dictæ cõclusiones. est enim ingenitum, et ab interitu alienum, integrum & vnigenum. Reuera enim nõ fuerit secũdum cum altero, quod est ante omnem discretionem. Ei etiam conuenit illud, simul totum, & ꝙ in eo nullum locum habeat id quod non est. & præterea ꝙ diuidi nequeat, sitq; immobile in omni specie diuisiõis & motus, & ꝙ eodem modo & similiter se habeat. & ꝙ sit extremum. Id est enim finis omnium. & si hoc est cuius caosa est percipere intelligeotia, est id scilicet quod intelligentia percipitur. Huius enim quod intelligentia percipitur gratia, est & intelligentia percipere, & intelligentia. Si aũt idem est io seipso intelligentia percipere, & id quod percipitur intelligentia, fuerit quædam insignis & quæ dici non potest vnio. Si cui autem non videar molestus, libenter adscripserim quæ de vno dicta sunt à Parmenide in hisce commentarijs, & vt fides adhibeatur ijs quę à me dicuntur, & propter raritatem operis Parmenidis. Ita autem habet.

Parmenidis versus de vno.

Viæ adhuc ratio vnica tantum
Restat, in hac autem sunt longè plurima signa:
Ingenitum, ioteritusq; carens, totum quoq; & vnum.
Est totum vnigenum, requietũ, haud desinit vnquã.
Non vnquam fuit, & nec erit, totum simul vnum,
Cũm sit nunc & coutinuum. genus eius at vnde
Qui quæres auctum vel quî sit? Dicere nec te
Vnquam permittam, sed nec sentire quòd id sit
Productum ex illo quod oon est. Dicier haud quit,
Sed nec mente vlla comprehendi, quomodo noo sit,
Quæue ipsum vtilitas mouit, quòd cum oihil antè
Gigni coeptum esset, generetur posterius. Sic
Esset vt omnino facto hoc vsus fuit, an non?
Ex illo sed nec quod non est posse creari.
Excepto ipso, vis rationis siuerit vnquam.
Quare nec gigni vel id interijsse relinquet
Iustitia ijs vinclis quîs id ligat optima laxis.
Verum iudicium de illis consistit in hocce,
An sit vel non sit. Porrò sententia lata est,
Nanq; necesse, viam ex illis debere relinqui
Alterã, vt abiecta est quę & inutilis. vtpote q̃ haud sit
Vera via. ast aliam pro certo existere veram.
Quomodo deide quod est fiet, ast id quomodo rursus
Fiet? Si fiat, noo est quandoq; futurum
Nec si fit. extincta est generatio sic, oecq; habenda
Interituro est vlla fides, quod oon manet vnquam.
Diuiditurq; nequit. simile est nanq; vndiq; totum.
Nec magis hic est quid, quod vel prohibere potens sit
Ne sit continuum. haud peius. re nanq; refertum est
Totum & continuum. ipsa rei res nanq; propinquat.
Finibus ast ipsum est magnorum immobile vinclũm,
Principij finisq; expers. Generatio nanq;
Interitusq; hic valde errarunt. idq; remouit
Vera fides. idemq; manens, positum quoq; per se est,
Permaoet id firmum. valida illud nanq; coercet
Vis finis. vinclis & circunquaq; tenetur
Vnde haud fas vt quod sit possit fine carere.
Nam nullius eget. si haud sit cuiusuis egeret.
Idem ast mente agitare, atq; ipsa agitatio mentis,
Cuius causa fit. Nam re non absq; licebit,
In quo cantatum est, reperire vt mens agitetur.
Sed neq; num tempus re oe aut fiet alterum ab ipsa.
Fatum nam totum vt fiet atq; immobile, vinxit.
Nomen cui totum est. homines quæcunq; putantes
Vera esse imposuerunt, gignier atq; perire
Esse quoq; & non esse, locum mutare, colore

E Verso perspicuum planeq; viderier esse.
Postquam est postremus finis, sed ritè peractum,
Vndiq; tornati moli est id persimile orbis.
A medioq; æquum est omnino, quò neq; maius
Nec minus ex vlla parte hoc existere possit.
Nam neq; non res est, simul esse vt desinat, atq;
Res non est, magis & minus vt sit inanis
Re illa. integrum est ex omni nanq; vndiq; parte,
Nam simul in totis omnino est finibus æquum.
Credibilis sermo nunc & sententia cessat
De vero. ast hominum omne quæ sit opinio disce.
Dum ornamenta meis fallacia versibus audis.

Hi sunt ergo versus Parmenidis de eo vno qđ est. Post quæ disserit de opinabilibus, alia ponẽs in illis principia. Quorum etiam deinceps meminit Aristoteles, dicens, Parmenides enim facit prĩcipia calidum & frigidum. ea autem appellat ignem & terram. Si autem id vnũ quod est dicit esse simile moli orbis bene tornati, ne mireris.

Principia opinabilia apud Parmenidem calidum & frigidum.

F Nam propter poesim attingit quoddam fabulosum figmentũ. Quid ergo interfuit hoc dicere, an sicut Orpheus, O res splendida. Atq; eorum quidem scilicet quæ dicta sunt, aliqua si crassius dicantur, alijs ẽt quæ sunt post ipsum conuenient. Quemadmodum ingenitum, & ab interitu alienum, & animę & menti conuenit: & immobile, & quod manet in eodem, menti. Omnia autẽ simul, si purè ac syncerè audiantur, illi conueniunt. Et si enim anima & mens est in aliquo significato ingenita, sed tamen id deductum est ab eo quod intelligentia percipitur. Et id quod est immobile habet propriè, cũm in eo ne discretus quidem sit motus qui est in operatione. Quinetiam in eodem manere, propriè manenti conuenit. Anima autem, & mens, quæ est longè præstantissima, ab eo quod manet processit, & ad ipsum cõuersa est. Clarum est autem ꝙ quæcunq; illi inesse dicuntur, vnitè quidem in ipsa præcepta sunt: discretè autẽ, & sicut ratione cernitur, ab ipsa post ipsam processerunt. Ac videtur quidem vt

Ingenitũ & ab interitu alienum aię & mẽti conueniũt.

Ingenitũ id quod intelligentia percipitur ꝓprie conuenit.

Immobile quõ id quod intelligentia percipitur.

Aia & mens processit ab eo quod manet, & ad ipsum est conuersa.

G prima causa tradi à Parmenide: siquidem vnũ est simul: & totum & finis vltimus. Si autem non absolutè vnum ipsum, sed vnum quod est, dixit: & si vnigenum: & si finem quidem, sed perfectum: fortasse ostendit, quæ verbis explicari non potest rerum omnium causam soper ipsum collocari. Quomodo ergo videtur & Plato & Aristoteles contradicere Parmenidi? Num Plato quidem ei duplici ratione contradiceos: & eo ꝙ dicit vnum esse id quod est, & eo ꝙ omnino perimit id qđ non est, ex mundo intelligenti & discreto aduersus eum contradixit. in quo id quod est ab vno discretum est, & non manserunt ambo vnum, partes scilicet à toto. Ex his enim ostendit Plato, non vnũ, sed vno plura esse ea quæ sunt. Id autem quod non est, osteodit ex diuersitate quę est in formis discretis. per quam quod illic est, in vna proprietate sumptum, est quidem id quod est, non est autem motus vel status. & aliorum vnumquodq; est quidem id quod est, alia autem non est. Clarum est autẽ hoc illic omnino esse

Vnũ est prima & finalis omniũ causa.

Parmenidi cur contradicãt Plato & Aristoteles.

In mundo intelligenti id quod est ab vno discretum est.

Id quod non est, est in formis p diuersitatẽ discretis.

H vbi discretio apparuit & diuersitas in intelligẽtibus quidem rebus per formas aut ideas, in sensilibus autẽ rebus per distantiam ac dimensionem. Id autem quod nõ est, ipse quoq; Parmenides videtur concedere in opinabilibus, siquidem vocat fallacia versuũ ornamenta quę versantur in opiniõibus hominum. Vbi autem est fallacia, illic est id quod non est. fallitur enim qui id quod non est esse, vel id quod est non esse existimat. Id autẽ quod omnino non est, nõ tollit quidem solus Parmenides, verùm etiã Plato, qui de eo ẽt inquirere recusat, dicens. Ne quis ergo de nobis dicat, ꝙ eius quod est contrarium, nempe id quod non est, pronunciãtes, id esse audeamus dicere. Nos autem id quod est contrarium iampridẽ valere iubemus, an sit, an non sit, ratione sit ne præditum, an omnino ratione careat. Quod autem nunc id quod non est esse diximus, vel persuadeat aliquis, probans nos non rectè dicere: vel quandiu non potest, dicendũ quoq; est illi

Id quod omnino non est tollit Plato.

sicut

ficut nos dicimus. Neq; verò mirandum eſt, in eo quod eſt eiuſmodi, quod in proprietate vna definitum eſt, tale quid quod non eſt oſtendere, cùm in eo quod eſt vndiq; integrum & perfectum, & percipit intelligentia, & vnitè ſit omnia ante omnia, nullum locum habeat id eiuſmodi quod non eſt. Ariſtoteles autem ex diuiſione prolata contradictione. Aut multis, inquit, modis dicit id quod eſt: & ita multa erũt: aut vno modo, & vel ſubſtantia vel accidens. Clarum eſt autem nihil horum conuenire ei quod percipitur intelligentia, cũ in generatione hęc diuiſio appareat: & ſiquidẽ conueniat: in intelligenti per cauſam diſcretione iam anticipata ſit. Nemo autem Platonem reprehẽdat & Ariſtotelẽ, qui aduerſus cauſas alias contradicunt. Quæ enim alioqui malè accipienda erant, benignè antea repellunt ac reprimunt. Quod.n. ſapientem Parmenidem exiſtiment, ſignificant, Plato quidem ſummam ingenij excellẽtiam ei ſuo teſtimonio tribuẽs, & ſummarũ diſciplinarum Præceptorem eũ Socrati prębens: Ariſtoteles aũt eum alto ſpectare ſuſpicãs, & eum à Phyſicis diſtinguens ac ſeparans. Nam Plato quoq; illud vnum tradidit in Parmenide, eius excellentiam celebrans. & Ariſtoteles in opere quod dicit Metaphyſica, vnum ipſum aſſerens, & exclamãs, Multorum haud bonus eſt dominatus, is quoq; prius eius laudauit vnionem. & q idẽ illic eſt intelligentia, & id quod intelligentia percipitur, & ſubſtantia, & poteſtas et actus, recte eſt contemplatus. Sed de his quidẽ ſatis eſt. ne videamur, vt eſt in prouerbio vltra ſepta tranſilire: qui in opere de natura ea quæ in Theologia ſumma ſunt inijciamus.

Parmenides laudaſ a Platone.

Parmenidis vni aſſentitur Ariſtoteles in Metaphyſicis.

CAPVT IIII.

XXXII VT autem Phyſici dicunt, duo ſunt modi. Alij enim cũ vnum feciſſent id quod eſt corpus, quod eſt ſubiectum, vel aliquod ex tribus, vel aliud quod eſt igne quidem denſius, aere verò ſubtilius: alia generant, denſitate & raritate multa facientes. Ea autem ſunt contraria. In ſumma autem exupatio & defectus. quemadmodum Plato quidem certè dicit magnum & paruum. præterq; q is quidem ea facit materiam, quod vnum eſt autẽ, formam: Illi autem vnum quidem quod ſubiectum eſt, materiam: quæ ſunt autem contraria, differentias & formas: Alij verò contraria quæ inſunt ex vno ſecernunt. vt dicit Anaximander, & quicunq; ẽt vnum & multa dicunt eſſe ea quæ ſunt. quemadmodũ Empedocles & Anaxagoras. Ex eo enim quod mixtum eſt, ij quoq; alia ſecernunt. Inter ſe autem differunt, q hic quidem hunc faciat ambitum, ille verò ſemel. & hic quidẽ infinita ſimilaria & contraria. ille verò ea ſolũ quæ
XXXIII vocantur elemẽta. Videtur autem Anaxagoras ita exiſtimaſſe infinita, propterea q cõmunem Phyſicorum opinionem veram eſſe putaret, tanquã ex eo quod non eſt nihil fieret. Propterea enim ſic dicũt ſimul eſſe omnia. Tale autem fieri conſtitutum eſt alterari. Alij autẽ concretionem ac diſcretionem.

XXVIII Poſtq; refutauit eorum opinionẽ, qui vnum id quod eſt, & ita vnũ eſſe dicunt, vt quod ipſum ſit ſolum, & ẽt immobile, quæ ne Phyſicorũ quidem eſt opinio, ſed eorum qui ea quærũt quæ ſunt ſupra naturã: prudenter.n. Ariſtoteles, p hoc q eos à Phyſicis, & rurſus ab illis qui id quod eſt corpus faciebant ſeiungebat: q hi de natura non differerent oſtendit, & tñ ex eo q id quod eſt idẽ ſu-

A mat & principium, qñquidem de principio illi dicebãt, decipit: Poſtq; ergo oſtendit fieri non poſſe vt ſic vnũ ſit id quod eſt: deinceps proponit quærere qũo Phyſici dicunt vnum id ex quo fit aliquid, et quod eſt elementum. Etenim ex Phyſicis alij quidem vnũ, alij verò multa dicunt. Eorum aũt qui vnum dicunt, duos dicit eſſe modos eius, ex quo ſit eorum quæ ſunt generatio. Omnes enim quid corporeum id vnum ponunt. Sed alij quidem vnum quodpiã ex tribus elementis. quemadmodũ Thales quidẽ & Hippo aquam. Anaximenes aũt & Diogenes aerẽ. Heraclitus verò & Hippaſus ignẽ. Terram autem ſolam nemo ſolã ponendam eſſe cenſuit, propterea q ſit ad mutandũ & alterandum difficilis. Nõnulli autem aliquid aliud à tribus elementis, quod eſt igne quidem dẽſius, aere verò ſubtilius: vel, vt alibi dicit, aere quidem denſius, aqua verò ſubtilius. Et Alexander qdem exiſtimat Anaximandrũ eum eſſe, qui aliquã aliam corporis naturã principium poſuit præter elementa. Por-
B phyrius aũt, tanq; diſtinguat Ariſtoteles eos qui corpus ſubiectum fecerunt indefinitum, ab ijs qui vel vnum aliquod fecerunt ex elemẽtis, vel aliquid aliud quod intercedit inter ignem & aerem: corpus quidẽ ſubiectum dicit Anaximandrum, indefinitè dicere infinitum, nõ definita forma, an ſit ignis, an aer, an aqua: quod aũt intercedit, ipſe quoq; ſicut Nicolaus Damaſcen⁹, Diogeni aſcribit Apolloniadi. Mihi aũt videtur naturalius & dictioni ipſi conuenientius, ſi ita audiatur, vt corpus per diuiſionem minimè diſtinguatur ab elementis, & eo qđ intercedit, ſed vt quod potius diuidatur in tria, & id quod intercedit. Corpus.n. inquit, quod ſubiectum eſt, vel eſt aliquid ex tribus, vel aliud quod eſt igne quidem dẽſius, aere verò ſubtilius. Quinetiam cõiter ſubiũxit de ijs quę prædicta ſunt, ea alia generare raritate & denſitate. quãuis Anaximander, vt ipſe dicit, non ſic generet, ſed per ſecretionẽ quæ fit ab infinito. Qũo ergo, ſi eum eſſe diceret qui corpus ponit indefinitè, cõiter ſubiunxit genera-
C tionem quæ fit per alterationẽ? Cùm hi aũt omnes in eo conueniant, quòd vnum dicant principium, bifariã diuidũtur in modis generationis. Alij.n. ex vno materiali raritate & denſitate alia generant. quẽadmodum Anaximenes rarefactũ quidem aerem, ignẽ dicit fieri: condenſatum verò, ventum, deinde nubẽ, deinde adhuc magis aquã, deinde terram, dein lapides: alia aũt ex his. In hoc enim ſolo Theophraſtus in hiſtoria rarefactionẽ dixit & condenſationem. Clarum eſt aũt q alij quoq; vſi ſunt raritate & denſitate. Ariſtoteles.n. cõmuniter dixit de ijs omnibus, q raritate & denſitate alia generant, multa facientes quæ ſunt ex vna materia. Sin aũt ſunt cõtraria rarefactio & condenſatio, quẽadmodum eſt contrariũ adhuc generalius, exuperatio & defectus, ſicut ẽt Plato dicebat magnum & paruũ: hi vti⁊ omnes non vnum dicebant principium, ſed tria, & vtebantur contrario. Cæterum Plato quidẽ dicebat magnum & paruum, ex vna oppoſitione, omnes quæ ipſa poteſtate ſunt cõtradictio-
D nes ſuo teſtimonio ei adeſſe teſtans. Alij aũt vnum quidem eſſe ſubiectũ dicebant, materiam: rarefactionem autem & condenſationẽ, quæ ſunt contraria, eſſe differentias & formas. Quare hi oẽs tria dicebat principia, & cõtraria, & vnũ aliquod aliud. niſi vtiq; Platò non tãquam duo pricipia dixerit magnũ & paruum materiã, ſed ſymbolicè, quẽadmodum & Dyadẽ indefinitam & ſymmetriã, cuius partes ſunt exuperatio & defectus, multum et parũ, & inæqualitas, quę oĩa materię conueniunt. Quæ quidẽ per magnum & paruũ Plato fortaſſe oſtendit, vtpote q materia ſit incorporea & expers magnitudinis, & ideo ẽt dicatur parua, ſit aũt omnis molis & dimenſionis cauſa, & ea de cauſa magna. Et hic quidem eſt vnus modus, eorũ qui vnum id quod eſt eſſe ponũt, q raritate ac denſitate conſtituant eorũ quæ ſunt multitudinem: Alius eſt aũt modus, per quẽ non amplius cauſanẽ materię mutationẽ, neq; per ſubiecti alterationẽ tradunt generationes,

Vnum principium ponunt multi Phyſici.

Terram ſolã nemo ponit principium.

Diogenes Apolloniades.

Modi generationis diuerſi apud eos q vnum ſtatuũt principium.

Tria principia cõſtituebant, q vnũ dicebãt, nẽpe ſubiectũ & cõtrariũ.

Per magnũ et paruũ Plato intellexit materiam.

Generatio p secretionē.

nerationes, sed per secretionem. contraria enim quæ insunt in subiecto, quod est corpus infinitum, excerni dicit Anaximander, qui quidem primus principiū nominauit subiectū. Contraria aūt sunt, calidū, frigidū, siccum, humidū, & cætera. Atq; eorū quidem quæ dicta sunt vniuersa est hæc snīa. Sciendum est aūt velle quidem Aristotelem rarū cum tenui cōcurrere, cū crasso aūt rarum. & ideo ignē accipit simul vt rarū & subtilem, dicēs igne quidem crassius, aere verò subtilius, vtpote q; sit aer crassior & densior quā pro crassitudine & dēsitate ignis. Plato aūt dicit ipse etiam aerem esse igne crassiorem, & generaliter elementa quæ sunt crassiora, & magis accedūt ad centrum, esse crassiora superioribus & ijs quæ sunt in circumferentia. quandoquidem rarum & densum censet esse definiendum posituris partium. quēadmodum Aristoteles dixit in prædicamētis. Hoc autē cum ita habeat, necesse est maiorum quidē partium maiora esse quæ intercedunt spatia. quocirca rarius est totū, vt quod sit exilius & nō vnum: quēadmodū euenit in cumulo lapidum

Rarum concurrit cū tenui.

Elementa q magis accedunt ad centrū, sunt crassiora iis quæ sunt in circūferentia.

Eorum quæ sunt maiorū partiū totū est rarius.

Eorum quæ sunt minorū partium totum, est densius.

F nucum. Minorum aūt minora. quocirca totum densius est vt crebrum. quēadmodum in cumulo arenę. Dicit autem Alexāder, omnium principium, ēt ipsarum idearū, esse, ex snīa Platonis, vnum, & indefinitā dyadē. quam magnum & paruum dicebat, vt in libris De bono meminit Aristoteles. & acceperit aliquis á Speusippo & Xenocrate & alijs, qui adfuerunt in Platonis De bono auditione. Omnes enim cōscripserunt, & eius snīam confirmarunt. & ijsdem eum vti dicunt principijs. Atq; Platonem quidē omnium principia dicere vnum & indefinitam dyadē, est valde verisimile. id.n. dicitur á Pythagoreis. videtur aūt Plato crebro sequi Pythagoreos. Quòd autē indefinitam dyadem & idearum principia dicens, magnum & paruū dicat, per hæc materiam significans, quō est consentaneum, cùm in hoc mundo sensili Plato materiā definiat, & apertè dicat in Timæo, eam esse propriā generationis, et id quod gignit in ea gignit: & ideas

Vnū & dyadē principia dicūt Pythagorei & Plato.

Per Dyadē Plato nō intelligit materiam.

Materiā adulterina ratiocinatione cognosci.

G quidē dixit posse cognosci intelligentia, materiā autem esse adulterina ratiocinatione probabilem? Qm̄ autem multorum quidē historia ait Diogenem Apolloniatem non secus ac Anaximenē ponere aerem primū elementum: Nicolaus aūt in suo opere De Dijs refert eum pronunciare principium id quod intercedit inter ignem & aerē: & Nicolaum secutus est studiosissimus Philosophorum Porphyrius: sciendū est ab hoc Diogene plura fuisse conscripta, vt ipse meminit in libro de natura, dicēs se contradixisse Physicis, quos ipse vocat Sophistas: & scripsisse de sublimiū rerum disceptatione. in quo ēt se dicit dixisse de pricipio. quin etiā de natura hominis. In libro aūt de natura qui ex libris eius solus ad me peruenit, multis quidē instituit ostendere multā esse intelligentiam in principio ab eo posito. Hæc autē scribit statim post prooemium. Mihi autem videtur in summa dicere omnia quæ sunt ab eodē alterari & idem esse. Id aūt clarum est. Si.n. quæ in hoc mundo nunc sunt, terra & aqua, & alia

Diogenes Apolloniates dicit esse in rerū generatione multā intelligentiam.

H quæcunq; videntur esse in hoc mundo, si eorum aliquod esset diuersum ab altero, & cū esset diuersum propria natura, & non idē, immutaretur sæpe & alteraretur: nunq̄ nec inter se misceri possent, nec vtilitas ad alterū nec dānum ex eo rediret: & neq; planta ex terra oriretur, neq; animal, neq; quidquā aliud gigneretur, nisi sic constituerentur vt essent idē. Sed hæc omnia ab eodem alterata, aliàs fiunt diuersa, & ad idem redeunt. In hæc ergo prima cùm incidissem, existimabā eum aliquid dicere præter quatuor elementa, quod esset cōmune subiectum. siquidem dicit ea non cōmisceri, nec inter se mutari, siquidem vnū esset aliquod ex ijs principium, & non idē subijceretur oībus, á quo omnia alterantur. Cū autem deinceps ostendit in hoc principio esse multā intelligentiam. Neq;.n. inquit, fieri potuisset absq; intelligentia vt haberet mensuras oīum, hyemis & æstatis, & noctis et diei, et imbrīū & vētorum & serenitatū: & alia siquis velit con-

E siderare, ita affecta inuenerit quàm fieri poterit pulcherrimè: subiūgit q; & homo & alia aīalia, ex hoc principio quod est aer: & viuunt, & aīam habent & intelligētiam: sic dicens. Pręter ea aūt hæc quoq; sunt magna signa. Homo enim & alia animātia respirantia viuunt aere. & hoc eis est aīa & intelligentia, vt in hoc opere apertè declaratum est. et si hoc recesserit, moriunt, & deficit intelligentia. Deinde paulo pòst apertè subiunxit. Et mihi videtur, quod habet intelligentiā, esse id quod ab hominibus vocatur aer, & omnes ab eo & gubernari, eumq; in omnes dominari. Ab eo mihi videntur mores & ad vniuersum venisse, omniaq; afficere, & esse in vniuerso. & nihil est quod non sit eius particeps. nullum autē alterum est alteri similiter particeps, sed multi sunt modi & ipsius aeris & intelligentiæ. est.n. multiplex, & calidior, & frigidior, & siccior & humidior, & stabilior, & qui motum habet acriorem. Multæ autē sunt aliæ alterationes, quæ sunt voluptatis & coloris expertes. Porrò autem oīum

Aer multam habet intelligentiam.

Anima omniū aīantium res eadem.

F animantium anima res est eadē, aer calidior quidem externo in quo sumus, sed eo qui est apud Solem longè frigidior. Simile est aūt hoc calidum calori nullius animantium, qm̄quidem ne hominum quidem calor est inter se similis. Sed differt nō multū quidem, sed vt sit similiter, non tn̄ verè, cùm sit simile. Fieri autem non potest, vt eorū quæ alterantur alterū fiat alteri diuersum, priusquàm idē fiat. Cùm itaq; multiplex insit alteratio, multiplicia quoq; sunt animantia & multa, & neq; specie inter se similia, nec victus ratione, nec intelligentia, propter alterationum multitudinē. Omnia tn̄ similiter & viuunt & vident & audiunt, & aliā intelligentiā habent ab eodem omnia. Deinceps autē ostendit spiritale esse semen animantium, & fieri intelligentias, aere vnà cū sanguine totum corpus occupāte per venas. in qbus tradit exactam venarum sectionē. In his itaq; videtur apertè dicere, q; quem homines dicūt aerē, id sit principium. Mirum est autem q; cū alia dicat fieri per eā quæ sit ab ipso alteratio

Semen animantium spiritale.

G nem, eum tn̄ dicit æternum, inquiens. Et hoc quidem ipsum est ęternum & īmortale corpus. aliorum autem, hęc quidem fiunt, alia verò deficiunt. Et alibi. Sed hoc mihi videtur esse clarū, id esse & magnum, & validū, & æternum, & īmortale, & multa specie. Atq; hæc quidem de Diogene dicta sint. Transit autem deinceps Aristoteles ab ijs qui vnum dicunt ad eos qui vnum & multa dicunt esse principium.

Quinetiam quicunq; vnū et multa dicūt esse ea quę sunt. quēadmodum Empedoclis et Anaxagoras. Nam hi quoque excernunt alia ex eo quod mixtū est. Inter se aūt differunt, q; hic quidem hunc faciat ambitum, ille verò semel. et hic quidem infinita similaria & contraria: Ille verò ea solum quæ vocantur elementa.

XXX

Postq̄ dixit de ijs qui dicunt vnum esse in subiecto naturale principiū, & tradidit differentiā quæ est in duplici modo generationis ex subiecto, nēpe eo qui est per alterationē, & eo qui est per excretionē, transit deinceps ad Empedoclē & Anaxagoram, qui vnum & multa dicūt esse principium. Etenim Anaxagoras cū similares partes posuisset in subiecto principia, eas dicebat infinitas. Quinetiā vnam efficientem dicebat esse causam, nempe mentē quæ discernit. Empedocles aūt in subiecto multa ponebat principia, quatuor scilicet elementa, vnum autem, amicitiā & contentionem. qm̄ vtrunq; eorum vicissim dominatur & facit, & non ambo simul. Sēper.n. ipsi sic fit vnū efficiēs. Aut nō dicendū est eos vnum dicere efficiens, sed idipsum quod mixtū est. quod erat ex Anaxagoræ quidem snīa mixtum multitudini ex infinitis similaribus: ex Empedoclis verò, ex quatuor elementis, quę ab amicitia quidem qn̄q; conciliantur, á cōtentione verò qn̄q; seiunguntur, & mundū efficiunt. Theophrastus

Anaxagoras similares partes posuit pricipia in subiecto, mentem aūt causam efficientem.

Empedocles pōit principia quatuor elementa & efficientem causam amicitiam et contētionē.

autem Anaxagoram ad Anaximandrum deducens, ita accipit ea quæ dicuntur ab Anaxagora, vt possit ipse subiectum dicere vnã naturam. Ita autem scribit in naturali historia. Ita ergo accipientibus, videri quidem possint facere materialia principia infinita, vt dictum est. motus autem & generationis causam vnam. Siquis autem omnium mixtionem existimauerit vnam esse naturã & forma & magnitudine infinitam: quod quidem videri possit velle dicere: ei euenit vt duo dicat principia, naturam infiniti & mẽtem. Quare omnino videtur corporea principia facere non secus ac Anaximander. Iure autẽ post eos qui vnũ dicunt principium & ĩmobile, vel quod mouetur, ante eos qui multa solùm videntur dicere, vt Democritus, posuit eos qui dicunt vnum et multa. medium enim tenent ordinem. Ii autẽ conueniunt cum ijs ex illis qui vnum esse dicunt, qui cõcretione & discretione faciunt generationem. Anaxagoras autem magis conuenit cũ ijs qui secretione. Differunt autem, ab illis qdem qui vnum esse dicunt, ꝙ ipsi vnum & multa dicãt. Inter se autem, primùm quidẽ ꝙ Anaxagoras dicat mundum semel esse factum ex eo quod erat mixtũ, manere autem deinceps administratum & secretum à mẽte quæ ei pręest: Empedoclem autẽ alterius semper quibusdam periodis, aliquando conciliationem quatuor elemẽtorum ponere quæ fiat ab amicitia, aliquando verò seiunctionem quæ fit à contẽtione: Deinde ꝙ multa ex quibus constat vniuersum, Anaxagoras quidem ponat infinita, nempe partes similares, Empedocles autem finitas. quatuor. n. elementa, & ille quidẽ similares partes, hic verò elementa. Porrò autem adiecit, inquit Alexander, contraria in Anaxagora, quĩ contraria sunt in similaribus partibus, sicut etiam omnes differentiæ. Quocirca dicit etiã quod superius dictum est, An etiam contraria in Anaxagoræ opinione magis audiendum sit? Num autem sunt etiam contraria in elemẽtis, calidi, frigidi, humidi, sicci, grauis & leuis & eorũ quæ sunt eiusmodi? & cõmuniter vtrique opinioni conuenit illud, ET contraria} nisi forte in elementis sunt quædam cõtraria, in similaribus autem partibus sunt vniuersa, sicut etiam omnes differentię: & propterea cũ Anaxagoræ opinione magis congruit quod dicitur cum articulo καὶ τὰ ἐναντία, hoc est, Et ea quæ sunt contraria. Num autem etiã in elementis sunt omnia contraria, siquidem ea sunt principia, sed non proximè omnia, sicut in partibus similaribus? Dulce enim & amarũ si sit in positione elementorum, non primo loco inest in elemẽtis, sed propter caliditatẽ, frigiditatem, siccitatem, humiditatẽ: in positione autem similarium, tanquã prima & per se, sicut etiam contraria quæ sunt in coloribus. An etiam in similaribus partibus alia sunt ante alia cõtraria, & secunda per primum? Dicit itaque Anaxagoras in primo naturalium. Ex nubibus quidem aqua excernitur, ex aqua verò terra: ex terra autẽ lapis frigore concrescit. hęc autem ab aqua magis excedunt. Quòd autem Anaxagoras ex misto aliquo dicit excerni similaria multitudine infinita, dũ omnia quidem insunt in quolibet, vnũquodque autem ex eo quod maiores habet in eo vires characterem, formamque suscipit, ostendit in primo Physicorum, dũ dicit. Simul res omnes erant infinitæ multitudine et paruitate. Quod enim erat paruum, erat infinitum. & cùm omnia simul essent, ꝑpter paruitatem nihil erat manifestum. Aer. n. & ęther omnia continebãt: quę ambo erant infinita. Ea enim maxima insunt in vniuersis & multitudine et magnitudine. Et paulopòst. Etenim aer & ęther excernitur à multo quod continet. Id autẽ quod continet, est infinitũ multitudine. Et paulo pòst. Cùm hæc autem ita habeant, existimandũ est multa esse, eaque omnis generis in ijs quę simul concrescunt & conciliantur: & semina rerum omnium, & quæ habent & species & colores & voluptates omnis generis. Priusquam autem, inquit, secreta essent, cùm omnia simul essent, nullus erat color manifestus. Vetabat enim rerum omnium

In elementis sunt oĩa contraria, sed nõ proxime. In similaribus sunt oĩa simul contraria.

Anaxagoræ permulta ex primo naturalium. Excretiò similariũ partium.

A commixtio, cùm humidum & siccum, calidum & frigidum, lucidum & tenebricosum, & terra multa inesset, et semina innumerabilia quæ nihil erant sibiipsis inter se similia. Nihil enim ex alijs est alterum alteri simile. Quòd autem ex similaribus nihil gignatur aut intereat, sed semper sint eadem, ostendit dicens. His autem sic discretis, sciendum est omnia nihilo esse minora, neque plura: neque fieri posse vt sint plura omnibus, sed esse semper omnia ęqualia. Hęc ergo dixit de eo quod mixtum est, & de partibus similaribus. De mente autem hæc scripsit. Mens est res infinita, & quæ per se imperium obtinet, & cum nulla re mixta est, sed ipsa sola est in seipsa. Si non enim in seipsa esset, sed cum aliquo alio mixta esset, esset rerum omnium particeps, si cum aliquo mixta esset. In quolibet enim est cuiuslibet portio, vt à me antè dictum est: & quæ cõmixta essent eam prohibuissent. vt æquè in nullam rem imperium obtineret, vt etiam sola est in seipsa. est enim rerum omnium subtilissima & purissima, **B** & tenet omnem de re qualibet sententiam, & maximas habet vires. Quæcunque habent animam, tam majora quam minora, omnibus ijs mens imperat. & in vniuersum ambitum mens obtinuit imperium, vt etiam ambiat principium. Et ambire quidem primum cœpit à paruo. Quoniam autem plus ambit, adhuc etiam amplius ambiet. & quæ commiscentur, & quæ excernuntur, & discernuntur, omnia mens cognouit. & quæ futura erant, & quæ erant, & quæ nunc sunt, & quæ erunt, mens omnia ordinauit & disposuit. & hoc quo nunc ambit ambitu & astra & Sol & Luna et aer et ęther sunt qui excernuntur. Hic autem ambitus fecit vt excernerẽtur. Et à raro quidem excernitur densum, & à frigido calidũ, & à tenebricoso splendidum, & ab humido siccum. Multæ sunt autem multorum partes. Omnino autem nihil diuersum à diuerso excernitur, præterquam à mente. Mens autem est vniuersa similis, & quæ maior, & quæ minor. nihil autem diuersum est alij simile. Sed cui vni **C** sunt plurima, ea apertissimè vnumquodque vnum est & erit. Quòd autem duplicem quandam ponat dispositionem, vnam quidem intelligentem, alteram verò sensilem quæ ab ea deducitur: & ex ijs quæ dicta sunt clarum est: & clarum est etiam ex his. Mens autem quæcunque est, ea nũc quoque admodum est, vt etiam sint alia in eo quod multa continet, & in ijs quæ agglutinata sunt, & in ijs quæ sunt secreta. Quinetiam cùm dixisset inesse multa, eaque omnis generis in omnibus quę cõcrescunt ac conciliantur, & rerum omnium semina, & quæ habent omnis generis species, colores, & voluptates, & concretos esse homines, & alia animantia quæ sunt anima prædita, subiungit. Quinetiam hominibus esse & † vrbes conditas, & opera constructa sicut etiam apud nos, esseque eis et Solem, & Lunam, et alia sicut apud nos. terramque eis producere multa, eaque omnis generis. Quorum cùm illi ea quæ sunt vtilia domum comportauerint, eis vtuntur. Et quòd aliam quidem dispositionem significet pręter eam **D** quæ est apud nos, clarum est ex eo, quòd non semel ab eo dictum sit illud. Sicut apud nos.} Quòd autem nec sensilem quidem illam esse putat, sed quæ eam tempore pręcesserit, ostendit illud, Quorum cum illi ea quæ sunt vtilia domum comportauerint, eis vtuntur.} Non enim dixit, Vsi sunt, sed, vtũtur. Sed neque dicit tanquam in aliquibus alijs habitationibus sit status ei qui est apud nos similis. Nõ dixit enim Solem & Lunam apud illos quoque esse sicut apud nos. sed Solem & Lunam, sicut apud nos: veluti dicens de alijs. Sed hæc quidem an sic, an aliter habeant, operæpretiũ est quærere. Empedocles autem vnum & multa finita, & quæ voluentibus temporum periodis sit restitutionem, ortumque et interitum qui per concretionem fit & discretionem, sic tradit in primo Physicorum.

Mẽs q̃ão e[…] scernat in generatione.

Duplex mũdus, ex sententia Anaxagoræ.

† τοῖς ἀνθρώποις καὶ πόλεις

Duplicia enarro. quandoque ex pluribus vnum
Auctum est. plura vno vt fiant, quãque diremptum est,

Empedoclis versus aliquot.

Duplex est rerum ortus, duplex interitusq́;.
Illum nam parit ac perimit congressio, verùm hîc
Secretis rebus, carptus, tritusq́; vicissim est.
Hæc nec perpetuò cessant mutarier vnquam.
Cunctaq́; amicitia sunt nunc coeuntia in vnum.
Distrahit ast aliàs odio contentio cuncta
Sicq́; fit vt rotum nunquam moueantur in orbem
Audi age sed versus. augentur corda furore.
Nam prius vt dixi, verborum extrema meorum
Duplicia enarro. Quandoq; ex pluribus vnum
Auctum est. plura vno vt fiant, q̃ñq; diremptum est.
Ignis, aqua, & terra, immensi visq́; aeris ingens,
Exitiosa accedit lis. paria omnia quæ sunt.
Est & amicitia, est quæ æquè lata atq; profunda.
Hanc mente aspicias, stupeas nec lumine mirans.
Insita quæ articulis mortalibus esse putatur.
Quaq́; bene & cupiunt, facti similes quoq; fiunt,
Nomine lætitiam apposito Veneremq́; vocantes.
Mortalis quam non oculis circumagier vllus
Cognouit. Sed tu præbe haud fallacibus aurem
Versibus. ad gignendum hęc sunt ęqualia cuncta.
Curæ alij est aliud munus. mos cuiq; suusq́; est.
Tempore at ipsa tenent regnum voluenre vicissim.
Ipsis haud quidq́; accedit, nec deficit vnquam.
Nam si omnino perirent, illa haud amplius essent.
Augeat ast hoc vt totum, quid venerit, vnde?
Aut vbinam pereat, cùm nil sit quod caret istis?
Sed sunt hæc eadem. & se peruadentia semper,
Alternis alia euadunt similisq́; figuræ.

In his vnum quidem dicit quod cõstat ex multis elementis. & aliquando quidem esse significat dominatum obtinente amicitia, aliquãdo autem dominante cõtentione. Quòd enim nihil horũ perfectè deficiat, significat ꝙ omnia sint æqualia & eadem quantitate prædita in generatione. & quod nihil accedat, neq; decedat. Multa autem sunt plura illa ex quibus est vnum. Non enim amicitia vnum est. sed contẽtio quoq; in vnum redit. Cũ autem plura alia dixisset, subiũgit characterem vniuscuiusq; eorum quæ dicta sunt, ignem quidem Solem vocãs, aerem verò splendorem & Solem, aquã verò imbrem & mare. Sic autem dicit.

Verum age priscorum sermonum te spice testem,
Primum ortum est ligno si quidq́; forte relicto.
Qui est visu calidus, clarusq́; est vndiq;, Solem.
Quæcunq; & eomedunt, cœlestia, lucis, egentq́;.
Imbrem autem in cunctis est qui fususq́;, rigetq́;.
Profluit è terra radixq́; & fulgura sæua,
Formata ex ira. diuisa ast omnia partes
In geminas. Coeunt sed amore, vicissim.
Et sese cupiunt. Ex his nanq; omnia quæ sunt,
Atq; fuere, & erunt. Ex his producitur arbos,
Fœmina, vir, feræ, aues, & qui pascuntur in vndis
Pisces, longæuiq́; Dei quis maximi honores.
Sunt etenim hæc eadem, ipsa & peruadentia sese
Diuersa euadunt. absconsioq́; excipit illa.

Quinetiam euidens adiecit exemplum, quòd ex eis diuersa fierent.

Pictores variant atq; vt donaria, quorum
Ingenio est artis præclara peritia parta.
Qui diuersorum cùm pharmaca multa colorum,
Sumpserunt, aptè miscentes plusq; minusq́;,
Omnibus assimiles ex his formare figuras
Hos videas. fiuntq́; viri, & fœminæ, & vnà
Quæq́; feræ & volucres, viuũt & qui in ęquore pisces.
Longæuiq́; Dei, quorum sunt maximi honores.
Sic ne fallare, ex rebus mortalibus vlli
Esse aliunde putes, quę turba est maxima, fontem.
Hæc sed verba Deum tibi planè dicere scito.

Et ꝙ hæc quidem multa in mundo genito cõtempletur, non solũ autem litem & amicitiam, clarum est ex hoc ꝙ & arbores & viros & mulieres ex his dicit esse genitos.

E Quòd autem ea inter se mutentur, significat, dicens.

Viribus ista valent, circo voluente vicissim,
Atq; in se fato pereunt crescuntq́; vicissim.

Quòd autem quæ gignunt & intereunt, successione ęternitatem habeant, ostendit, dicens. Quatenus ast hęc non cessant mutarier vnquam,

Iure ea dicantur circo non posse moueri.

Quòd autem is quoq; duplicem existimet mundi dispositionem, alterã quidem quę in intelligentia versetur, alteram verò sensilẽ, et alteram quidem diuinã, alteram verò exitio obnoxiã, quorum altera quidè hęc habet tanq; in exemplari, altera verò veluti in imagine, significauit, dicens nõ solùm ea quæ gignũtur et intereunt ex his constare, verùm etiam Deos. nisi fortè hoc etiam quis exposuerit ex consuetudine Empedoclis. Quinetiã duplicem dispositionem quispiam ex his coniecerit. Duplex mundus.

Omnia nanq; suis parta hæc sunt partibus, & Sol
Cum cœlo & tellus, immensiq́; ęquora ponti.
F Quęcunq; hæc natura inter mortalia aberrant.
Sic quoq; temperie meliori prædita quæ sunt,
Mutuus est illis amor, vt sunt, cùm Venus ipsa
Assimilata sibi faciat dirimitq́; simultas
Hæc à se ortu & temperie formisq́; premendis.
Vt quæ insueta coire sient, infestaq́; valde
Iis quæ per litem generant, sunt concitaq́; æstro.

Significauit enim ea quoq; coniuncta esse in rebus mortalibus, in rebus autem quæ consistũt in intelligentia magis esse vnita, & à se inuicem amata, vt quæ Veneri sint assimilata. & ꝙ etiam si ea sint vbiq;, ea tamen quæ versantur in intelligẽtia, assimilata sunt amicitiæ: sensilia autem superata à contẽtione, & amplius distracta in ea quę per cõmixtionem fit generatione, constiterunt in ijs quę gignuntur per contentionem, quæ formæ sunt quæ imprimuntur, & referunt imaginem, & vniri inter se minimè consueuere. Quòd autẽ hic quoq; per concretionem quandam & discretionem posuerit generationem, ostendũt ea quæ statim in principio posita sunt, nẽpe & vnum G solum auctum esse ex pluribus: & plura vno vt fiant esse quandoq; diremptum. quinetiam illud, Generationem & interitum nihil aliud esse quã mixtionem et ꝑmutationem, & cõgressionẽ et euolutionẽ fari fieri vicissitudine. Generatio per concretionem & discretionem, ex sententia Empedoclis.

Videtur autem Anaxagoras ita existimasse infinita, propterea ꝙ putaret esse veram cõmunem Physicorum opinionẽ, quòd ex eo quod non est nihil fiat. Ea enim de causa sic dicunt, Erant simul omnia. & tale fieri extitit alterari. Illi autem concretionem & discretionem. XXXIII

In hoc etiam æquitatem & moderationem Platonis imitans Aristoteles, vult veteres & claros viros, non vt qui omnino à ratione aliena dicerent, introducere, nec absentes indicta causa condemnari permittere, sed quasdam rationes exponere, quibus adducti sunt in opinio- XXXI

H nes quæ videntur planè absurdæ & minimè probabiles. Primo autem loco ponit Anaxagoram, quoniam post eos qui vnum id quod est esse dicunt, eos qui infinita ponunt proponet examinandos. Videtur enim esse absurdior eorum opinio, qui dicunt esse vnum & immobile principium, quòd & principium & naturam perimant. Secunda autem est eorum qui ponunt infinita, propterea quòd circumscribi & cognosci nequeat. His autem confutatis, ea deinceps introducitur, quæ plura quidem ponit, sed finita. Dicit itaque Anaxagoram ad similarium partium fuisse inductum opinionẽ duabus de causis. Quarum vna quidem est, ꝙ putaret esse veram communem Physicorum sententiam, quæ dicit ex eo quod non est nihil fieri, sed quæcunq; gignuntur & fiũt, generationem habere ex eo quod est. Etenim Parmenides quoq; ingenitum esse id quod verè est ex eo ostendit, ꝙ nec ipsum gigneret, ex eo quod est, neq; ex eo quod non est. Oportet Nihil fieri ex nihilo.

est. Oportet enim gigni ex aliquo. Quod autem non est nihil est. Causam autem cur omnino oporteat id quod gignitur gigni ex eo quod est, admirabiliter adiecit Parmenides. In summa enim, inquit, si ex eo quod non est: quanam sorte accidit vt tunc gigneretur quando genitum est, & non antè vel posteà? Sic autem scribit.

Genus eius at vnde
Qui quęres, auctum, vel qui sit? Dicere nec te
Vnquam permittam, sed nec sentire q id sit
Productum ex illo quod non est. Dicier haud quit
Sed nec mente vlla comprehendi, quomodo non sit,
Quæue ipsum vtilitas morit, quò cùm nihil antè
Gigni cœptum esset, generetur posterius.

Porrò autem Melissus quoq; id quod est, ingenitũ esse ostendit, hoc cõmuni vsus pronunciato. Sic autem scribit. Semper fuit quod fuit, & semp erit. Si enim factum fuit, necesse est anteq̃ factum fuit nihil esse. Si ergo nihil fuit, nullo modo fieri potest, vt nihil fiat ex nihilo. Hoc ergo cùm tanq̃ pronunciatum assumpsisset Anaxagoras, ꝙ nihil fiat ex eo quod non est, videtur tacitè proferre orationem quæ hanc vim habeat. Quòd fit vel ex eo fit quod est, vel ex eo quod non est. Sed fieri nõ potest vt fiat ex eo quod non est: ergo ex eo quod est. Quòd si hoc ita est, etiã ex eo quod inest ei ex quo est. Neq;.n. alicunde videtur extrinsecus ingredi, cùm vespæ fiunt ex eqs, vel aqua ex aere. In similaribus ergo partibus inest & caro, & os, & sanguis, & aurum, & plumbum, & dulce, & amarum, & album. sed propter paruitatem à nobis sentiri nequeunt, cùm sint omnia in omnibus. Vndenã enim cernitur vniuersum fieri ex vniuerso, etiamsi per alia intermedia, nisi esset vniuersum in omnibus? Apparet autem & appellatur vnumquodq; ex eo quod maximè dominatur. purè enim hoc albũ, vel nigrum, vel dulce, vel carnem, vel os nõ esse. Cuius autem habet plurimum, id videtur esse rei natura, cùm sint omnia in omnibus. nulla enim res, inquit Anaxagoras, gignitur, nec interit, sed ex rebus quę sunt commiscetur & discernitur. Quocirca dicit statim in principio operis, Erant, inquit, res omnes simul. Illud aũt. ET fieri tale extitit alterari} dicit Alexander dictum esse, vt quod dictum sit aduersus Anaxagoram, quẽ etiã in libro de generatione reprehẽdit Anaxagoram, vt qui cõcretionem ac discretionem, per quas dicit ea gigni quæ gignũtur, alterationem appellauerit, dicens. Atqui Anaxagoras vocem propriam ignorauit. Dicit ergo ꝙ tale gigni & interire extitit alterari. Non enim proprio nomine alterationis vsus est in concretione. Porphyrius autem illud quidem, RES omnes simul erant} refert ad Anaxagoram: hoc autem, Fieri esse alterari, ad Anaximenem: cõcretionem autem & discretionem ad Democritum & Empedoclem. Anaxagoras verò in primo Physicorum apertè dicit, gigni & perire esse concrescere & discerni, sic scribens. Gigni autem & perire Gręci nõ rectè existimant. Nulla enim res gignitur, nec perit, sed ex rebus quæ sunt cõmiscetur & discernitur. & ita gigni rectè vocauerint cõmisceri, & perire discerni. Hęc autem omnia, nempe & illud, Simul erant res omnes: & hoc: Per alterationem vel concretionem & discretionem esse generationem: sumptum est ad probandum nihil fieri ex eo quod nõ est: sed quæ gignuntur ac fiunt gigni ex eo quod est. Alteratio enim est affectio quæ est in eo quod est. & concretio ac discretio versatur in ĳs quæ sunt.

Osa esse in omnibus ex sẽtẽtia Anaxagoræ.

Alterationẽ vocauit Anaxagoras cõcretionẽ ac discretionẽ.

Gigni & interire cõcrescere & discerni vocat Anaxagoras.

XXXIIII Præterea autem ex eo ꝙ contraria fiant alterum ex altero. ergo inerant. Si enim quidquid fit, necesse est fiat vel ex ĳs quæ sunt, vel ex ĳs quæ non sunt, vt ex his autẽ hoc quidem, nempe ex ĳs quæ non sunt fiat, fieri minime potest: quicunq; enim de natura scripserunt, omnes in hanc sententiam conuenirunt: quod restat, iam

A putarũt euenire necessariò, nempe vt fiat ex ĳs quæ sunt & insunt, sed quę propter paruitatem quantitatis nequaquam sentiri possint. Quare dicunt quodlibet mixtum esse in quolibet, quoniam videbant quodlibet fieri ex quolibet. videri autem differentia, & alterum ab altero alia appellari, ex eo quod maximè superat propter multitudinem infinitorum quę sunt in mixtione. purè enim totum album vel nigrũ, vel dulce, vel carnem, vel os non esse. Cuius aũt habet vnũquodq; plurimũ, id videri esse rei naturam.

XXXII Secundam hanc tradit causam quòd Anaxagoras similares partes posuerit principia. Si enim contraria sunt eiusmodi, vt se inuicem perimant, neq; sint natura efficientia, videntur autem contraria fieri ex cõtrarĳs, quid
B aliud conĳci potest quàm excerni contraria quæ insunt contrarĳs? neq; enim fieri posse vt fiãt ex illis: & videtur quidem absurdum contraria inesse cõtrarĳs, sæpe autem simul sunt alterum cum altero contraria, non solum per additionem, sed etiam per contemperationem. Fieri autem contrarium ex contrario, si quis dicat fieri tanquam ab efficienti, eo ipso est absurdum. vnunquodq; enim facit id quod est sibi simile. Cùm hanc priorem causam secundæ subiunxisset, cur sic Anaxagoras generationem definierit: ea, quæ post eam dicta sunt, quæ videntur continere syllogismum & demonstrationem, quòd excerni dicat, cùm insint ea quæ videbantur ex vtrisq; fieri: colligit & ex eo ꝙ nihil fiat ex eo quod non est, & ex eo quòd contraria videantur fieri ex contrarĳs.

Contraria sępe simul esse & per additionẽ & per contemperationem.

XXXV Siquidem quod est infinitum, quatenus est infinitum, nequaq̃ cognosci potest. Quod multitudine quidẽ vel magnitudine est infinitum,
C non potest cognosci quãtum sit. Quod autem forma est infinitum, non potest cognosci quale sit. Cùm sint autem principia & multitudine et forma infinita, quæ ex ĳs fiunt cognosci nullo modo possunt. Ita enim nos compositum cognoscere existimamus, cùm scimus ex quibus sit & quantum sit.

XXXIII Postquam opinionis Anaxagoræ id quod primũ est probabile exposuit, ne quis existimaret id quod ab eo dicitur refelli propter imbecillitatẽ defensionis, ad id confutandum se conuertit. Cùm autem Anaxagoras multas exposuisset conclusiones aut pronunciata, mihi videtur nunc Aristoteles vnicuiq; propemodum cõtradicere. Etenim ꝙ essent infinita, statim dicit in principio. Simul omnes res erant infinitę & multitudine & paruitate. et quòd neque id quod est minimum, neq; id quod est
D maximum, erant in principĳs. Neq;.n. parui, inquit, est id quod est minimum, sed semper minus. Quod enim est non est nõ esse. Quinetiam eo quod est magnum est semper maius. & ei quod paruum est, est æqualis multitudo. Vnunquodq; autem cum seipso collatũ est & magnum & paruum. Si vniuersum enim est in vniuerso, & ex vniuerso excernitur vniuersum, etiam ex eo quod videť minimum excernetur aliquid eo minus. & quod videť maximum, ex aliquo seipso maiore excretum est. Apertè autem dicit etiam in quolibet partem inesse cuiuslibet, præter mentem. Sunt autẽ etiam aliqua quibus est mẽs. Et rursus alia quidem partem habere cuiuslibet: mẽtem aũt esse infinitã, & per se imperiũ obtinentẽ, & nulli admixtã. Porrò aũt alibi sic dicit. Cũ aũt sunt ęquales partes magni & parui, sic quoq; fuerit multitudo. et in quolibet sunt oĩa. neq; licet esse seorsum. sed oĩa habẽt partem cuiuslibet. Cũ autẽ non põt esse qđ est minimũ, separari

non possit, neq; admodum à seipso gigni, sed esse id quod est in principio, nunc autem simul sunt omnia. multa autem insunt in omnibus, & eorum quæ excernũtur ęqualia multitudine in maioribus & minoribus. Porrò autem hoc quoq; vult Anaxagoras, vnũquodq; sensilium similariũ & gigni & characterem formãq; suscipere per similium cõpositionem. Dicit enim. Sed cui insunt plurima, ea apertissimè vnũquodq; vnum est & fuit. Videtur autem etiã dicere, mentem ea discernere aggredientem, non posse. Eiusmodi Anaxagorę pronunciatis contradicens Aristoteles, primum contradixit ei quod dicebat esse infinita principia. Fuerit autẽ, vt dicit Porphyrius, cõmune argumentum etiam aduersus Leucippum & Democritum & Metrodorũ, & aduersus omnes qui dicunt esse elementa infinita. Cũ autem duplex sit infinitum, vel in quantitate, vel in qualitate: quod autem est in quantitate, vel sit in multitudine, vel in magnitudine: multitudine quidem esse infinita elementa, dicunt omnes qui dicti sunt, magnitudine autem Leucippus & Democritus, dicentes esse inane infinitum. Forma autẽ infinita similaria videtur dicere Anaxagoras, siquidem nullum aliud, inquit, est vlli aliĳ ex infinitis simile. Si itaque quidquid est infinitum, quatenus est infinitũ, nullo modo comprehendi potest, principia & elementa cognosci non potuerint, ex quibus constãt omnia. Tunc enim existimamus nos vnũquodq; nosse, cùm primas causas cognouerimus, & prima principia. Quare vsuuenit ĳs qui volunt aliquam eorum quæ sunt ex eiusmodi positionibus accipere scientiam, vt sibi contrà pariant inscitiam.

Infinitum est duplex quãtitate & qualitate.

Infinitum cognosci non potest.

Oratio autem cõfutatoria, quam breuiter posuit Aristoteles, potentia sic habet. Similaria sunt & forma & numero infinita: Infinitum, quatenus est infinitum, cognosci non põt: Similaria ergo cognosci non possunt. Quòd si ei etiam hoc adiunxeris, Quorum cognosci nõ possunt principia, ea quoq; cognosci nõ possunt, colliges nõ posse cognosci ea quæ sunt, siquidem sunt eorũ infinita principia. Quòd autem quorum cognosci non possunt principia, ea quoq; cognosci non possint, ex hoc ostendit. ITA enim existimamus nos scire id quod est compositũ, cùm scimus ex quibusnam & ex quot sit cõpositum} Quòd autem sic dixit infinitam principialium formarum multitudinem Anaxagoras, vt quæ à nobis comprehẽdi nequeat, sed non vt natura infinitam, significat, hęc dicens.

Sciri nõ possunt ea quorum ignorantur pricipia.

» Ea autem quæ cõmiscentur & excernuntur et discernuntur omnia nouit mens, & qualia futura erant, & qualia erant, & quotquot nunc sunt & erũt, mens omnia disposuit & distribuit.

Si ergo mente cognosci poterant, non erant natura infinita. Cęterum q; verum est id quod dicit Aristoteles, q; si principiorũ formæ cognosci nõ possunt, etiam quę ex ipsis cõstituta sunt cognosci nequeũt. Sciendum est autem, vt dixi, Porphyriũ quidem existimare cõmunem esse obiectionẽ aduersus omnes, qui elementa esse infinita ponũt. Alexander autem eam audit vt quæ dicta sit aduersus solũ Anaxagoram: Et fortasse sic est magis consentaneum. Democritus enim & Leucippus, etiamsi multitudine infinita principia posuerint, eorum tamen formam & substantiam posuerunt vnum et definitum. Quare ex eorum quidem sententia nõ fuerit principium eiusmodi vt cognosci nõ possit. nisi fortè eis figuras vel aliqua alia forma infinita adiecerint. Anaxagoras autem, cùm non solum multitudine, sed etiam forma infinita principia posuerit, suscipiet absurdũ quod videtur inferri, q; etiam quæ ex principĳs constant cognosci nequeant.

XXXVI Præterea autem si necesse est, cuius partem cõtingit esse quantãcunq; magnitudine & paruitate, ipsum quoq; cõtingere. Dico autem ex eiusmodi partibus aliquam, in quam, cũ insit, totum diuiditur: Si autem fieri non potest vt animal vel planta sit quantacunq; magnitudine et paruitate, clarum est q; nec quæuis ex partibus. erit enim etiam totum similiter. Caro autem & os & quę sunt huiusmodi, sunt partes animalis. & fructus, plãtarum. Clarum est ergo fieri non posse, vt caro, vel os, vel aliquid aliud, sit quantuncunq; magnitudine, vel magis, vel minus.

Cũ dixisset Anaxagoras, q; neq; parui est id quod est minimũ, sed quod semper minus est: neq; quod est maximum, vt & ipsa dictio ostẽdit Anaxagorę, atq; ẽt Theophrastus in secũdo de Anaxagora, sic scribens: Præterea propterea dicerem omnia esse in quolibet, q; ĩfinita sint in magnitudine & paruitate, & neq; quod est minimũ, nec quod maximũ possit accipi, ad probandum non sufficit: simul quidẽ & hoc perimit Aristoteles: & simul esse sibi vtile vt sint minima, ad omnia ferè quæ deinceps sequuntur, prius per quendam hmõi syllogismum ostẽdit. XXXIIII

Non esse in paruis quod est minimũ, nec qđ maximũ dicebat Anaxagoras.

Si partes alicuius totius contingit quantaseunq; esse magnitudine & paruitate, id enim est neq; quod minimum est definitum esse, neq; quod maximum, ipsum quoq; totum contingit esse quãtuncunq; magnitudine & paruitate. Atqui totũ non cõtingit esse quantũcunq: nec partes ergo cõtingit: per secundum hypotheticorum. Atq; cõnexum quidem posuit tanq̃ euidens. Clarum est.n. q; siquid sit compositum ex aliqbus partibus, vtpote manibus, & pedibus, & capite, & fieri põt vt eæ sint maiores & minores: clarũ est q; id ẽt quod in cõpositione earum habet id quod est, si illæ quidem sint maiores, erit maius: Sin minores, erit minus. & hoc erit in infinitum, tantum per maius & minus facta cõmutatione, quantum partes etiã minuuntur vel augẽtur. Assumptionẽ autem ipsam quoq; confirmat ex euidentibus. Quæ.n. ex similaribus concreta sunt & cõposita tota, quemadmodũ quodcũq; aĩal vel plãta, fieri non potest vt sint quantũcunq;. neq; enim fieri põt vt homo vel ficus arbor, miliĳ, vel montis habeat magnitudinẽ. sed definita est eorum magnitudo, vel ad id quod est maius, vel ad id quod est minus. Definita est ergo magnitudo vniuscuiusq; ex ipsis partibus in quas diuiditur. neq; põt caro quãtacũq; accipi, si pars aĩalis caro est. Erit.n. ẽt animal illud cuius est pars quantacũq;. Ex huiusmodi autẽ similaribus partibus componuntur aĩalia, & in easdem diuidũtur, ex sententia Anaxagorę. His enim, vt ipse vult, nihil est supius. Definita est ergo eorũ magnitudo, quousq; progressa manebit in eo quod est sibi proprium. Siquis aũt dicat magnitudinem posse diuidi in infinitũ, & propterea eam quocunq; quod sumatur esse minorẽ, sciat similares partes non esse absolutè magnitudines, sed iam tales magnitudines, carnẽ, & os, & plumbũ & aurum, & quę sunt hmõi, quæ si in infinitũ diuidãtur, formã seruare nequeunt. Tãquam enim magnitudines ipsa quoq; diuidũtur in infinitũ: vt caro aũt & os, non vtiq;. Hmõi autem principia posuit Anaxagoras, eaq; talia vt diuidi nequeãt. Porrò autẽ totum ex illis partibus cõponitur, in quas ẽt actu separatas diuiditur, cuiusmodi sunt ea quę sunt similariũ partium, nequaq̃ autẽ corpora, quatenus corpora. Quocirca cautè adiecit Aristoteles, DICO aũt aliquam ex ĳs partibus, in quã, cùm ea insit, totũ diuiditur.} Nõ diuiditur enim totũ in corpora, vel in incorporea, sed in carnes & ossa, et quę sunt hmõi, in quę ẽt, vt vult Anaxagoras, non cadit interitus. Qua de re suę formę diuisionem vsq; ad interitum minimè sustinuerint. Neq; tñ actu sunt partes quæ fiũt ex diuisione in infinitũ, sed solùm potestate. Præterea aũt his de causis adiecit Aristoteles, etiã illud quod dictum est, quæ quidẽ dicuntur partes alicuius, non tñ totũ in eas possit diuidi. cuiusmodi sunt materia & forma, quæ dicũtur partes corporis. Hoc autem, ET plãtarum, fructus} dicit Alexãder eum accepisse pro eo quod est, semina. ex ĳs enim, inquit, efficitur compositio plantarum. & ideo paulopòst accepit semen pro fructu, cùm dicit, Quare neq; caro fuerit quantacunq;, neque os, neq;

Similares partes non sunt absolute magnitudines, sed tales magnitudines.

Fructus pro semine.

Semen pro fructu.

semen

semen plātarum. Ex ĳs enim vtraq; eorū componuntur Sed libri quidem qui ad me peruenerunt, minimè habēt hoc dictum. quemadmodum nec alterum quod adiūxit Alexander, quod habet hoc modo. Si ergo animalia & plantę, nec sunt πηλίκα, neq; ποσά, hoc est neq; vt continua, neq; vt discreta, augentur in infinitum, neq; partes eorum erunt quātęcunq;, neq; augmentum, aut diminutionem habebunt in infinitum. Vide autem ea quæ dicta sunt relata esse solum ad πηλίκον non ad τὸ ποσόν, quod tanq; quantum discretum oppositum esse quanto continuo dicit Alexander. nō enim in his ostēdit ea non esse composita ex infinitis multitudine. Sed propriè interpretatus fuisset, si dixisset, Si ergo plantæ & animalia neq; sunt quantacunq; nec quotacunq;, hoc est, neque in magnitudine neq; in multitudine, pcedunt in infinitum. Non est enim idem quātum & quantūcunq;, quod significat id quod versatur in quantitate, aut diminui aut augeri in infinitum. Semē autē, inquit, adĳcitur, tanquam sint quædam, et tales partes similares, ex quibus abūdantibus plantæ fiunt. & sunt differentiæ plantarum ex differentia seminū quæ in ipsis abundant. Atqui semen ex quo plāta facta est, nō est ex eiusmodi partibus, in quod cūm id insit, totum diuiditur. neq; enim in animali semen ex quo factū est conseruatur, vt etiam in illud diuidatur animal. Sed videntur multa rectè habere exēplaria quę dicunt, ET plantarū fructus} Quemadmodum enim rami & folia, ita fructus, & fructuum: hoc est seminum, inuolucra: sunt partes plātarum quæ fructum ferunt. & diuiditur totum & in ea quæ insunt, & quæ possunt separari. Sed hæc quidem sufficiāt, quod attinet ad scripturę diuersitatem. Fortasse autem dixerit quispiam defendens Anaxagooram, q; si vnumquodq; quidem ex animantibus vel plantis ex vnaquaq; forma partium similariū haberet vnam partem similarē compositam, quemadmodum vnā carnis, vnam ossis, & vnā sanguinis: necesse esset differentias animātium & plantarum, quę sunt in magnitudine, sequi augumentum & diminutionem similarium. Si autē multitudo ex vnaquaq; forma similarium, habet multas veluti carūculas: quid est absurdū carnem quidem diuidere in infinitum, animal aūt nequaq;. Sed si sunt plures quidem carunculæ, aut sunt numero finitę, aut infinitę. Et si sunt finitæ quidē, vtputa duæ, vel tres, vel quatuor, vel innumerabiles: definita fuerit magnitudo, & eius quod est minimū, & eius quod est maximū. Sinautem sunt infinitę multitudine: necesse est ex magnitudinibus infinitis multitudine esse infinitam multitudinem. Quod est enim finitū diuiditur in finita. Quod quidem ipse quoq; his subiungit Aristoteles.

πηλίκον, quantū continuum.
ποσόν quātū discretū.
Quātaſcūq; & quotaſcū q; differunt.
Anaxagorę de similaribus partib⁹ opīo defenditur a Simplicio.

XXXVII Præterea si quæcunq; quidem sunt eiusmodi, sunt inter se alterum in altero, & non fiunt: sed cùm insint excernūtur, dicuntur autem ab eo quod est amplius, fiunt autem ex quolibet, vtpote ex carne aqua quæ excernitur, & caro ex aqua: quoduis autem corpus finitum perimitur à corpore finito: Clarum est non contingere vt vnumquodq; insit in vnoquoq;. Si caro enim ablata sit ex aqua, & rursus fiat alia per excretionem ex alia, etiam si semper minor erit quæ excernitur, non tamen paruitate superabit aliquam magnitudinem. Quare si steterit quidem excretio, non erit vniuersum in vniuerso. in reliqua enim aqua caro non erit. Sinautem non stabit, sed semper habebit ablationem: in finita magnitudine erunt finita æqualia infinita multitudine. Hoc autem minimè fieri potest.

XXXV Alexander quidem dicit proximè ostenso vtētem argumento Aristotelem nūc ostendere, q; nec excretione sit generatio, nec sint omnia in omnibus, vt videt Anaxagoræ. Cùm ergo hic tanquam quod sit in cōfesso sumpsisset, esse minimū corpus, per hoc quod dixit, ETIAM si semper minor erit quæ excernitur, non tamen paruitate superabit aliquam magnitudinē} paruitate enim scilicet id quod est minimum nō superabit. Si ergo ex aqua, verbi gratia, carnem quis minimam excernat, quoniam ostensum est eam definitam quæ est minima: & rursus aliam minimā, & hoc semper faciat: vel deficiet aliquando excretio, propterea q; sit definita ea quæ est minima, & quæ reliqua est aqua carnem non habebit amplius, & ita non erit vniuersum in vniuerso, neq; excernet ab vniuerso: vel si nunquam deficiet, habebit hæc aqua, ex qua excreta est caro, definitam aliquam magnitudinem. et si ita est, infinitæ numero erūt inter se æquales. erunt enim in eodem quæ sunt minimæ carnes æquales infinitę multitudine. Hoc autem fieri non potest, propterea q; definita sit minima caro, qua minor non amplius excernatur. Ostensum est enim in eo quod præcessit definitā esse minimam. Hoc autem cùm sit, fieri non potest vt caro excernatur ex hac aqua in infinitū. sed sistatur necesse est. Quare nō excernetur quodlibet ex quolibet. Sinautem semper, inquit, ea quæ prius excreta est minorem liceret accipere, excretio minimè defecisset, quemadmodum in maxima. Et sic quidem exposuerūt Alexander & Themistius. Num autem etiam absq; antea demōstrata conclusione potest hoc demonstrari quod nunc affert argumentum. Fortasse autem, quod illic demonstrauit fieri non posse, vt sit quātacunq; magnitudo, eis quodammodo concedente ponere Aristotele, cùm dicit, ETIAM si minor semper erit quæ excernitur, non tamen paruitate superabit aliquam magnitudinem} non q; absolutè deficiat excretio nunc ostendit Aristoteles, vt ego quidē existimo, sed q; siue deficiat, siue non, absurdū aliquod consequitur apud eos qui dicūt quodlibet esse in quolibet: et quodlibet ex quolibet excerni, idem est autem gigni, volunt. Si enim deficiat: tollūtur ambo hæc pronunciata. Si enim deficiat caro quæ ab hac aqua excernitur: nō erunt omnia in quolibet, neq; quodlibet excernetur ex quolibet. in reliqua enim aqua caro non erit: Sinautem dicant nō deficere, sed semper posse auferre, in hac aqua quę est finita magnitudine erunt magnitudines infinitę multitudine quod fieri nō potest. Mihi autem videtur illud, FINITA æqualia} & hoc, PARVITATE non supabit aliquam magnitudinem} fuisse causam vt Alexāder sic exponeret. In vnaquaq; enim, inquit, excretione erit aliqs numerus qui excernitur eorum quæ sunt minima. & sic erūt quodammodo semper æqualia ea quæ auferuntur, propterea q; sint omnia minima. Quid aūt vetabit quominus etiā quæ minima sunt multa sint, minimè tamen æqualia, si ipsa quoq; dicit esse magnitudines? Etiā si.n. inquit, minor sit quæ excernitur, non tamen paruitate superabit aliquam magnitudinem. hoc est, Etiā si quis eis concesserit minore semper minorem accipere, propter paruitatem non eo transilierit vt non sit magnitudo. quę enim fit in infinitum diuisio magnitudinū, fit in magnitudines. Is autem qui dicit esse omnia in omnibus, ea ēt actu esse dicit, & non potestate, vt in ĳs quæ diuiduntur in infinitum. Potest autem ÆQVALIA audiri, vt referatur ad id quod est finitum, pro eo quod est, similia finita. & si quidem finitum est affectio quantitatis, magis cōuenit dicere æqualia finita quàm similia finita. Vniuersa ergo argumētatio perimit q; sit vniuersum in vniuerso, & q; quodlibet ex quolibet fiat seu excernatur, assumpto pronuntiato, q; quoduis corpus finitū corpus dimetitur & consumit. quod ipse quidē dixit perimere, conuenienter ĳs quæ sunt proposita. Si enim cū sit finitus cubitus, aliquid semp finitum auferas: perimetur cubitus. Fiat autē ablatio, non sicut pōt ratione considerari, nunq̄.n. deficiet, sed vt sunt partes quę actu sunt, & q̄ minimę si sint

Quoduis corpus finitū corpus consumit.

tales, sunt. Hoc itaq; assumpto, ostendit non contingere vt sit vnumquodq; in vnoquoq;, neque vt quodlibet excernatur ex quolibet, hoc modo. Si caro ex aqua excernatur, & rursus alia, etiamsi semp futura sit minor quæ excernitur, habebit tñ aliquam magnitudinē. Oportet autem hoc assumere tanquā pronunciatum demonstrationis. Vel ergo stabit excretio, vel nō stabit. Sed si steterit quidē, non erit vniuersum in vniuerso. in aqua enim quę est reliqua non inerit: Sinautē non steterit, sed semper habitura sit ablationē, in finita magnitudine infinitæ multitudine, similiter finitæ, erunt magnitudines. quod quidem fieri non potest. Quæ est.n. finita magnitudo, dum semper aliquid eorum quę sunt in ea, finitum in numero finito perimitur, ipsa quoq; perimeť per pronunciatum. Qua de causa in finita magnitudine nō erūt infinita multitudine. Clarū est ergo, vt dixi, faciendam esse ablationem, non per eam quæ ratione consideratur sectionē in infinitum. sic enim nec deficeret, nec absurdum aliquod sequeretur, ꝙ finitum quid constare ex ijs quæ diuidun tur in infinitum. Potestate enim in ijs est infinitum, non actu. Excretio autem quæ est ex sententia Anaxagoræ, est infinitorum quæ actu insunt.

Similares partes actu infinitas dicebat Anaxagoras.

E

F

XXXVIII Ad hæc aūt, si vniuersum quidē corpus ablato aliquo necesse est minus fieri: carnis autem quantitas est definita magnitudine & paruitate, manifestū est ex minima carne nullum corpus excretum iri. erit enim minus minimo.

XXXVI Quòd vniuersum sit in vniuerso, & quodlibet excernatur ex quolibet, hoc etiam argumento labefactat, cùm rursus pronunciatum euidens assumpsisset, ꝙ necesse sit quoduis corpus ablato aliquo minus fieri: & ad hæc iam ostenso hic vtatur pronunciato, ꝙ non sit quantacunq; caro, sed sit quæ minima est definita, sicut ēt quæ maxima. His itaq; ptius sumptis, sic quispiā ratiocinari poterit. Si ex carne quę est minima excernitur aliquid, erit caro aliqua, ex qua excretū est, minor ea quæ est minima. Atqui hoc fieri non potest: Minima.n. ea est qua non est minor caro. Non excernetur ergo ex minima carne corpus quodlibet. Et connexum quidem verū est propter pronunciatum. Assumptio autē est euidens. Sinautem fieri non potest, vt ex minima carne excernatur corpus, non erit vniuersum in vniuerso, neq; excernetur quodlibet ex quolibet. Porrò aūt aliud quoq; absurdum sequitur id quod est excerni aliquid ex carne quæ est minima. non erit enim caro post excretionem. minima.n. carne nō fuerit minor caro. interijt ergo vt caro. In similares ergo partes cadit interitus, quod ipsi nolunt. Non est ergo vniuersum in vniuerso, neq; fit quodlibet ex quolibet.

Quoduis corpus ablato aliquo fit minus.

G

Præterea autem in corporibus infinitis inerit iam caro infinita, & sanguis, & cerebrum, separata quidem certè inter se. sunt autem etiam nihilo secius vnumquodq; infinitum. Hoc autem est rationi minimè consentaneum.

H

XXXVII Validissimā, vt ego quidē sentio, confutationē quintam in his accipit quod dicit Anaxagoras, siqs ita id accipiat vt apparet. & est argumētatio aduersus vniuersam positionē, quę dicit. principia esse similares partes infinitas multitudine, & mixta esse oīa in omnibus. Quæ quidem statim in principio opis ponit Anaxagoras, dicens.
» Simul res oēs erant infinitæ & multitudine & paruitate.
» Quod.n. paruum est, erat infinitū. et, In quolibet cuiuslibet pars est præterquā mentis, dicit multis in locis. Si ergo cū similares partes sint infinitę, omnia insunt in vnaquaq;: inerit iā actu caro quę est infinita, & sanguis, & cerebrū, Quæ.n. in similaribus partibus, quæ sunt infinitę, carnes sunt infinitę multitudine, faciunt totā carnem infinitā magnitudine, & similiter sanguinem, & cerebrū, & aurū.s. & vnūquodq; ex alijs. Erunt ergo infinitæ magnitudines numero plures, vel pòtius innumerabilibus partibus infinitę. erunt enim in vnaquaq; similari parte. quod quidē est alienum à ratione. Infinita.n. magnitudo illa est, extra quā nulla est alia magnitudo. & non est potestate id quod est infinitū: quemadmodum in ijs quæ in infinitū fiunt aut diuiduntur: sed actu iā est quod est infinitum. Iam.n. consistunt separata alterū ab altero. & quæ sunt nihilo minus ijs in qbus sunt. Præterea aūt est à ratione alienius, ꝙ quę sunt separata, sunt tñ infinita. Quæ enim sunt separata, alterū ab altero, inter se inuicē finiuntur. Hęc autē quę sunt infinita dicit esse separata, non solum ꝙ in separatis infinitis similaribus caro sit, & os, & vnūquodq; ex alijs, sed ꝙ ēt ipse dicit Anaxagoras, Nihil est vlli simile. Ipsa ergo propria natura sunt alterū ab altero separata. Quinetiā adhuc alio modo videbiť absurdius quod colligiť ab Aristotele. Si.n. īfinita sunt quæ sunt similarium partium, & sunt oīa in omnibus, etiā in vnoquoq; oīum quę sunt in eo infinitorū sunt oīa. & ita in vnaquaq; similari parte fuerint carnes infinitæ, & ossa, & sanguis, & cerebrum, & oīa alia quę sunt infinita. et id sequeť apud eos qui in infinitum ꝓcedunt, cū vnumquodq; oīa habeat, & vnumquodq; eorū quę in ipso sunt oīa: idq; semper. licet oīa actu esse ponantur, non potentia. Quod itaq; à rōne alienum est, multis modis inuenitur in tali positione. Et in finita magnitudine esse infinitam magnitudinē est à ratione alienum, vel potius infinita, et innumerabilibus partibus infinita. infinita.n. sunt in hac carūcula, & in vnoquoq; ex infinitis infinita: idq; in infinitum. A rōne autem alienum est ēt infinita esse alterum ab altero separata, nō solum ꝓpterea ꝙ quæ sunt separata inter se alterū cum altero finiunť, sed ꝙ neq; fieri potest, vt vlla infinita magnitudo sit ex separatis partibus. sic.n. fuerit aliqd maius eo quod est infinitū. Quod est.n. interuallum inter infinitis partes quę sunt separatę, si coniunctū fuerit cum infinito, infinito ipso maius fuerit. Pręterea autē, ꝙ et multitudine & magnitudine multum erit quod est innumerabilibus partibus infinitū: idq; actu, siqdem sunt separata alterum ab altero. nihilo minus autē est etiam vnumquodq; infinitum. Hoc.n. significauit per hoc. SEPARATA quidē certè inter se, & nihilo minus sunt ēt vnumquodq; infinitum. Sed nū, inquit Alexander, non est ita corrigendū quod dicitur. Illud enim, MIXTA esse oīa in omnibus} non dixit fortè in principijs Anaxagoras, tanq; in vnoquoq; sint omnia principia: sic neq; fuissent amplius principia, si cōfusa & concreta fuissent: sed in vnoquoq; ex corporibus sensilibus, quę sunt concreta & coacta ex principijs, oīa mixta esse dicebat. Ex ijs.n. generationes sunt & excretiones. pura.n. elemēta neq; esse sensilia, sed neq; esse per se. nec enim ea posse discerni. Sed qui hęc dicit, nihil aliud facit quā ꝙ transfert confutationē in ea quæ sunt concreta. Si enim vnūquodq; ex sensilibus, cùm sit mixtum ex omnibus, videtur esse hoc quidpiā ex eo quod est potentius in mixtione: sunt autē omnia ēt in ijs quæ concreta sunt, eo ꝙ maiorē obtineat dominatum vnaquęq; ex similaribus quę sunt infinitę, alia ex alia characterem suscipiens, quę etiam excernūtur, siquidem sunt oīa ex omnibus: sunt ergo infinita etiam quæ sunt sensilia. Si ergo vnumquodq; eorum mixtū est ex omnibus, fuerit caro infinita & multitudine & magnitudine, & aliarum formarū vnaquæq; infinita similiter. Si aūt etiam ex quouis sensili fit quodlibet excretione, sic etiā fuerit innumerabilibus partibus infinitum. In eo enim quod excernitur rursus inerūt omnia, & excernentur. & in illis ipsis excremētis eadem dicētur, idq; in infinitum. Quę enim excernūtur, sunt quæ mixta sunt & sensilia, qm̄ quę īmixta sunt nequaq̄ excerni possunt. Sic qdem cū ei quod dicebat Anaxagoras qd esse videbať auxiliū attulisset, id quoq; sustulit Alexander. Num aūt sic esset ꝓbabilius qd dicit Anaxagoras, si non ex vno quidem sensili diceret sensile quid excerni. vt, verbi gratia, ex hac sola carne os sensile. & ex eo rursus

Infinita magnitudo quę nam sit.

Separata quę sunt, esse infinita non possunt.

Infinita magnitudo nulla est ex infinitis partibus.

Oīa esse in oibus quomodo intelligat Alexander.

Oīa insunt in vnoquoque sensili, sed non sensilia.

sus aliquid aliud sensile, sed in vnoquoq; quidem ex sensilibus inesse omnia, sed nequaquã sensilia, & excerni quidem omnia ex vnoquoq; ex sensilibus, sed manere in sensilia, donec à pluribus sensilibus plura eiusdem speciei excreta cõcreuerint. & facta fuerint insensilia, dum oïa quidem rursus insunt vnicuiq; ex cõcretis, ex eo autẽ quod plus potest vnũquodq; characterẽ suscipit. Sed etsi hoc sic dicerent, primum qdem vel nõ quoduis sensile fiet ex quouis sensili. quod hi volunt. vel similiter consequetur innumerabilibus partibus infinitũ. Deinde etiam in elementis quæ sunt numero infinita verum est dicere, Si in infinito sensili essent partes similares numero infinitæ, esset similiter à ratione alienum. Sin autẽ non sic dixit Anaxagoras infinita elementa, vt quæ essent natura infinita & innumerabilia, sed vt quæ, quod ad nos attinet, cõprehendi non possent, qñquidem per se sunt specie ac numero finita ac terminata: siqdem, vt dicit, & quæ cõmiscentur & discernuntur ac excernuntur mens nouit omnia, & eiusmodi futura erant, & qualia erant, & quot nunc sunt, & qualia futura sunt mens omnia disposuit: atqui si multitudine actu essent infinita aut specie, & elementa, & quæ ex eis concreta sunt, mens ea non nouisset, neque disposuisset: quidã enim ordo est dispositio: ordo autem non est in infinitis: mentis autẽ cognitio, definita est, non autem indefinita cõprehensio, et quę fit per definitas species non autẽ infinitas: q autem non dicit infinitum eiusmodi vt multitudo nullo modo peruadi possit, ostendit cùm etiã mentem dixit infinitam, cũ ait: Mens autẽ res est infinita, & per se imperans: si ergo non specie infinita dixit elementa Anaxagoras: nec ea etiam quę ex eis concreta sunt erant infinita, sed specie finita. & similares partes erunt vnicuiq; terminatæ. Sed neq; videtur Anaxagoras ex quouis quodlibet excernere: etiamsi simul res omnes esse dicat. Apertè enim in excretione dicit cõtraria ex contrarijs, sed non quælibet excerni, cũ dicit. Ambitus autem ipse fecit vt excernerentur. & à raro excernitur dẽsum, & à frigido calidum. & à tenebricoso splendidum, & ab humido siccũ. Non itaq; excernuntur quælibet à quibuslibet. neq; caro ex aqua vel cerebrum. Ita omnes quæ aduersus eum intenduntur reprehẽsiones effugiet Anaxagoras. Si nõ sunt enim infinita principia: neq; ipsa incognita, nec ea quæ ex eis componuntur, nec infinitũ erit, neq; quod maius, neq; quod minus, nec erit in infinitum excretio, pinde ac sint infinitę species. Sed siquidem fuerint alia aduersus eũ dicere opus erit, siquidem per excretionem dicit generationẽ. Quomodo. n. ex aqua vnius cyathi tantus aer excernatur, si non sit alteratio? Quid est autẽ quod facit hominem ex carnibus & ossibus, & quę sunt eiusmodi? Homo. n. non inest. Sin autem videmus hominẽ ex nõ homine, quid vetat quominus etiam caro fiat ex non carne ab ea causa quæ facit etiam hominẽ, siue sit mẽs, siue aliqua alia causa? In summa autẽ si dissimilares partes non audent omnino dicere fieri excretione: quid necesse est similares partes hoc modo fieri? aut cur similares quidem partes sunt ingenitę & ab interitu alienæ? quæ aũt sunt ex eis constituta, sunt genita, & in ea cadit interitus? Atqui tota sunt præstantiora partibus. Notandum est aũt q cerebrum tanq̃ similarium aliquid partium accepit Aristoteles: et si sit pars instrumentaria. siquidẽ habet & venas & arterias quę ipsum complent: & contentum est membranis.

Infinita elementa dicit Anaxagoras q a nobis comprehendi nequeant.

Ordo nõ est in infinitis. Comprehensio est definita.

Non quodlibet ex quolibet excerni dicit Anaxagoras.

Sine alteratione non fit excretio.

Vt hõ ex nõ homine, ita caro ex non carne.

Similares partes nõ fieri excretione.

Similares nõ esse ingenitas.

Cerebrũ similariũ esse partium dicit Aristoteles.

XXXIX Illud autem, nunquã discretum iri, non scienter quidem dicitur, rectè tamẽ dicitur. Affectiones enim sunt iseparabiles. Si igitur mixti sunt colores & habitus, si discreti fuernt, erit aliquid sanum vel salubre, quod non est aliquid aliud, nec de subiecto. Quare inepta quidẽ ac importuna mens, quæ ea quęrit quę fieri nõ possunt, si vult quidem, discernit, hoc autẽ fieri non potest & in quantitate & qualitate. & in quantitate quidem, qm̃ non est pars minima. in qualitate autẽ, qm̃ non sunt affectiones inseparabiles.

XXXVIII Cũ dixisset Anaxagoras, neq; discernitur, neq; excernitur alterum ab altero, ppterea q sint oïa in omnibus. Et alibi. Neq; securi excisum est nec calidum à frigido, neq; frigidũ à calido: non esse. n. per se purum: hoc, inqt, nõ scienter quidẽ dicitur. non. n. propterea q sint omnia in oïbus, euenit vt non discernantur. euenit tñ. Propterea etsi nõ scienter, verè tñ dicitur. Affectiones. n. hoc est accidentia, separari nequeũt à substantia, quẽadmodum colores & habitus. Mixta. n. substantia & accidentibus, si discretum fuerit accidẽs, non amplius erit accidens, sed substantia, vt quod per se cõsistat, et quod est non habeat in subiecto. quod quidem rursus vocauit nõ de subiecto. Et quod pulchrè aïaduertit Eudemus, nõ solum affectiones à substantijs separari nequeunt, sed neq; fieri potest, B vt sint oẽs simul affectiones, vt sint omnia in omnibus. non. n. calidum & sciẽtia, sed quęcunq; contingit misceri. Mixtio autẽ est omnino ex ijs quæ sunt separata. Separantur autẽ quæ per se sunt, vel esse quidem possunt. Tales autẽ sunt substantiæ. Quocirca miscẽtur corpora. Eorum autem humida quidẽ confundi ac contemperari dicimus, sicca autẽ misceri. quemadmodũ semina & oues. Album autẽ & hominem mixtum esse nõ dicimus. neq; scientiam & animã. singula autem eorũ ijs adesse de quibus dicuntur. Quænã autem mixta sunt, & qũo omnia simul fuerunt, melius definitũ est. qñquidem neq; quodlibet cũ quolibet miscetur, quẽadmodum neq; fit quodlibet ex quolibet. Ex albo. n. nõ fit linea, sed nigrũ vel fuscum. Hæc. n. adieci quæ ab Eudemo hinc loco conuenienter dicta sunt. Sed qũo vult mens dici partes similares discernere, siquidẽ pręest ijs quę sunt vt quæ ea discernat, & hoc est eius munus: hoc autẽ nequit fieri. Aggredi enim id quod nequit fieri, amentis potius est q̃ mẽtis. C Fieri. n. non potest vt quantitate & qualitate discernaẽ. quantitate quidem, qm̃ non perueniet ad id quod est minimum: sin minus, sistetur excretio. Si enim minima caro excreta fuerit, non põt ea minor excerni: quantitatis autẽ discretio est minima natura: quandiu. n. licet eius ẽt quod sumptum est alterum sumere, non discretum est id quod est quãtitate præditũ: Sin autem in indiuiduo steterit, discretũ est. quod quidem non licet. Non. n. sistetur non propter sectionẽ in infinitum, vt audijt Alexander, sed qm̃ sistetur excretio. Sed neq; poterit discerni in qualitate: sunt. n. affectiones à materia inseparabiles. Si ergo quantitatis quidẽ discretio est status in minimo: qualitatis autẽ, separatio formæ à materia: neutrum fieri potest. illud quidem ex sñia Anaxagoræ. Qui. n. est in minimo status, ne totũ sit in toto perimit. hoc verò, ex sñia Aristotelis, qui qualitates existimat iseparabiles. Inepta est ergo & importuna mens, vel quæ id quod fieri non põt nescit, vel quæ scit quidẽ fieri non posse, ea tñ aggreditur D quæ fieri nequeunt. Hęc quidẽ dicta sint ad declarationẽ eorum quæ dixit Aristoteles. Non adeò autẽ apertè dixit Anaxagoras, quod ego quidẽ sciam, mentem velle partes similares discernere, hoc autẽ non posse facere, sed mentẽ esse quæ mouet, deducit, & disponit, & est causa oïs excretionis. Cũm. n. dixisset mentẽ esse causam ambitus, subiũgit. Ambitus aũt fecit ipsum excerni. et dẽsum excernĩ à raro. & calidũ à frigido. & splẽdidũ à tenebricoso. & siccũ ab humido. Deinde paulo pòst subiungit. Neq; discernĩ neq; secernĩ alterũ ab altero. Clarũ est ergo aliter qdem dictũ esse illud, dẽsum à raro excernĩ, & quę deinceps sequuntur: Aliter autẽ hoc. Neq; excernitur alterũ ab altero: Et illud quidẽ, Cũ sit generatio vicissim alterius ex altero, non olum · non dixit. n. lineã ab albo excerni, sed à contrarijs: hoc v'ò, Quòd nõ sunt alterũ ab altero separata ea q̃ sunt in vno mũdo, neq; securi abscissa sit, vt dicit alibi: sed sunt vnà, et sunt alterũ in altero

Affectiones quæ græce πάθη, capiũtur aliqñ pro accidentibus.

Affectiones simul oẽs esse non possunt.

Mixtio fit ex separatis.

Confunduntur humida & miscenẽ sicca.

Discretionẽ fieri non posse nec quãtitate, nec qualitate.

Mentẽ partes similares discernere, quomodo dicat Anaxagoras.

tanquam vnita. Ex ipsa ergo Anaxagoræ discretæ sunt E
& vnitæ species. vtrunq; autem per mentem obtinent.
Quam quidem pro dignitate celebrauit Anaxagoras, di
cens. Mens autem res est infinita, & per se imperiũ ob-
tinens, & cũ nulla re mixta est, sed ipsa sola per se est. Et
rursus. Est enim quid rerum omnium subtilissimũ & pu
rissimum, & habet omnẽ de quacunq; re sententiam, &
plurimũ potest. & quæcunq; sunt anima prædita, & ma-
iora & minora, in ea omnia mens imperium obtinet. &
mens toti ambitui imperat. & quæ cõmiscentur & quæ
discernuntur & secernuntur mens nouit omnia. & cuius
modi futura erant, & qualia erant, quæcunq; nunc non
sunt, & qualia erunt, mens oĩa disposuit. Quãobrem ex
sententia Anaxagoræ mens non voluit ea quæ fieri non
possunt. Quinetiã ipsa intelligenti discretione discreuit,
quæ sunt in mundo species, cũ sit ab ipsis separabilis. &
quæ sunt in mundo species, & per primariam suam ipso
rum intelligentem naturam, & per eam quæ est in gene- F
ratione confusionẽ, inter se cõmixta sunt. Id autem cu-
ius in Phædone Socrates insimulat Anaxagoram, q; in
reddendis singularium causis mente minimè vsus sit, sed
materialibus traditionibus, conuenientibus tractationi na-
turæ. Itaq; ipse Plato in Timæo, cũ efficientem omnium
causam generaliter tradidisset, in singularibus differẽtiis
magnitudinũ & figurarum causatur caliditatem & frigi
ditatem. et in aliis similiter. Porrò autem cũ vellet Socra
tes ostendere traditionem quæ fit à finali, meminit Ana
xagoræ, vt qui materiali causa potius quàm finali vtere-
tur. Sed pergendum est ad ea quæ sequuntur.

Mẽtem quo celebret Anaxagoras.

Mente cur non vsus sit Anaxagoras in redden dis causis singularium.

Plato primũ tradit causã efficientem, deinde in singulis causas caliditatẽ & frigiditatẽ.

XL Neq; verò rectè accipit generationẽ eorum
quæ sunt eiusdem speciei. fieri enim potest vt lu
tum in luti partes diuidatur: & fieri potest, vt
non. Non est autem idem modus, sicut lateres
ex domo, & domus ex lateribus: ita ẽt aqua &
aer alter ex altero & sunt & fiunt. G

XXXIX Anaxagorã qui dicit generationem fieri excretione,
& ab eo quod in ipso redundat vnicuiq; suum characte-
rem tribuit, cũ omnia sint in oĩbus: clarum est generatio
nem vniuscuiusq; ex cõpositis velle effici per cõpositio-
nem eorum quæ sunt similia, qñquidem ea ẽt videbat di
uidi in similia, nẽpe carnem in carnes, & os in ossa. Por-
rò autẽ videtur vnumquodq; in illa diuidi ex qbus com-
ponitur. neq; tñ necesse est generationem fieri ex iis quę
sunt similaria, & maximè eã quæ fit ex elementis. magis
autem necesse est eã non ita fieri. Tota. n. facta fuerint ex
partibus quę sunt eiusdẽ speciei, ex iis quę sunt eiusdem,
quẽadmodum lutũ quod est maius, ex pluribus luti par-
tibus breuioribus. Quod autẽ tanquam ex elementis, id
fit ex dissimilibus & natura simplicioribus, & in ea diui-
dit, vt later ex terra, aqua, & palea, in quę diuidit. & quo
magis fit in elementa resolutio, eo magis deducitur ad id
quod est dissimile. Carnis itaq; ea quę sunt qdem vt par-
tes, sunt similia. sunt. n. carnes. quę autẽ sunt elemẽtaria, H
nõ sunt amplius carnes, sed sanguis. & quę sunt adhuc vl
terius, quatuor elemẽta. & eorũ qualitates. Non est ergo
generatio per cõpositionem, vt domus fit ex lateribus,
neq; diuiditur in cõposita, vt domus in lateres. sed alius
modus. per alterationẽ. n. alterum ex altero fiunt & sunt
aer & aqua: non aũt per compositionẽ neq; per excretio
nem. Quo. n. ex aqua cyathi tãtus aer fieret? Quare non
excretione, vt videt dicere Anaxagoras, sed mutatione
& alteratione, vt Aristoteles, & alii. Cõtextum dictio-
nis dupliciter exposuit Alexander. Aut hoc enim dicit,
eum non rectè facere similarium generationem per com
positionem: Aut non rectè facere generationem ex simi
laribus. vt dictioni desit illud, Ex.

Alteratione fit generatio nõ excretione aut compositione.

CVPVT V.

XLI MElius est autem pauciora & finita face-
re, vt facit Empedocles.

E Etiãsi modus generationis cõmunis est Empedocli et XL
Anaxagorę, quatenus ambo per concretionem & discre
tionem tradunt generationem, tñ in elementorũ multi-
tudine differunt. & melius est accipe pauciora & finita,
vt accepit Empedocles, q; plura & infinita, sicut Anaxa
goras. Quod finitũ est. n. est infinito melius, vt quod pos
sit apprehendi sensu & sciẽtia. Quod autẽ est infinitum,
neq; sub sensum cadit, neq; põt sciẽtia percipi. Porrò au-
tem alioqui in quibus fieri potest id quo opus est per pau
ciora, quid pluribus & infinitis opus est? Cũ autem eo-
rum in quæ cadit ortus & interitus, alia qdem gignũtur,
alia verò intereunt, sufficiunt priorũ interitus, vt genera
tionum sint aliis principia. Atq; qcunq; quidem mũdos
posuerunt infinitos, vt Democritus, necessario ẽt nume
ro infinita dicũt esse elemẽta. Specie. n. ne ĥ quidẽ infini-
ta dicere cogunt. Quicunq; aũt vnũ mundũ esse dicũt, si
cut Anaxagoras et Empedocles, nequaq̃ necesse habent
F infinitatẽ adducere. Quocirca melius dicit Empedocles
infinita elemẽta, effugit. n. absurda q̃ prius adducta sunt
aduersus infinitatẽ. Cæterum q; nõ sic infinita dicit esse
elementa Anaxagoras, vt nõ possint pp multitudinẽ re-
ferri, prius probare conatus sum. Quãuis autem ea dicat
finita per species, ad principiorum tñ formam accõmo-
datius dicit Empedocles simpliciora elementa eorũ quę
fiunt, terram, aquã, & aerem & ignem, quã is qui ea simi
liter habere existimauit ac illa quæ sunt ex ipsis composi
ta. nisi forte ẽt Anaxagoras simplices & principales qua
litates posuit elementa, non autẽ composita, cùm dicit.
Ipse autem ambitus fecit vt excernerentur. & densum à
raro excernitur & frigidũ à calido. & clarum à tenebrico
so, & siccũ ab humido. Et paulo pòst. Densum, inquit,
& humidũ, & frigidũ et tenebricosum, huc concessit vbi
nunc est terra. quod est autẽ rarum, calidum & siccũ, se-
cessit in anteriores partes ætheris. Et hæc quidem quæ
principiorũ formam magis referunt, & sunt simplicissi-
G ma, dicit excerni. alia autẽ quæ sunt iis magis cõposita,
aliqñ quidem dicit concrescere vt composita, aliquando
autẽ excerni vt terram. Ita enim dicit. His excretis con-
crescit terra. è nubibus enim aqua excernit. ex aqua ve-
rò terra. ex terra aũt concrescunt lapides frigido. Cũ sic
ergo ad simplices species recurrerit Anaxagoras, videbi
tur ad principiorũ formæ rationẽ appositius de elemen-
tis philosophari q̃ Empedocles. Perfectius autẽ fortas-
se Aristoteles & Plato, & ante vtrosq; Pythagorici, po-
suerunt principia elemẽtaria, materiã & formam. & ad-
huc perfectius, qui eam quæ est in figuris differentiã cor
poris non qualitate præditi, materiæ propinquiorem ra
ti, subiecerunt differentiis elementorũ quæ sunt in quali
tatibus, Pyramidẽ quidem igni, alii autem aliã ex figu-
ris. quod pulchrè etiam videtur considerasse Democri-
tus. Mancus est autem, eo q; nondum simplicia corpora
resoluerit in formam & materiam.

Finitũ est infinito melius.

Anaxagoras simplices & principales qualitates ponit elementa.

Pythagorei Plato et Aristoteles principia ponũt materiam & formam.

Figuras elementorũ principia constituentes rectè faciunt, vt Democritus.

Porrò autem omnes ea quæ sunt cõtraria, fa
H ciunt principia. & qui dicunt vnum esse vniuer
sum & quod non mouetur. Parmenides. n. fa-
cit frigidum & calidum principia. ea autem ap-
pellat ignem & aquam. & qui rarum & dẽsum.
& Democritus solidum & inane. Quorũ illud
quidem vt quod est, hoc autem vt quod nõ est
esse dicit. præterea positura, figura, ordine. Hęc
autem sunt genera contrariorum. Positura, vt
sursum, deorsum. antè, retro. figuræ, angulis
præditum, carens angulis, rectum, rotundum.
Quòd ergo omnes contraria quodammodo fa XLII
ciant, clarum est.

Postquam ostendit neq; vnum esse principiũ, nec infi XLI
nita, & collegit eos melius dicere qui ea plura & finita
ponũt, quemadmodũ Empedocles, debebat quidẽ pro-
tinus

tinus ostendere quot sint hæc quæ plura sunt: ille autem hoc prætermisso, quænā sunt primùm ostendit. non hoc quidem præter rōnem faciens. sed quod ex hoc φ ostendat quæ sunt, vnà etiam ostendit quot sint. Si enim sunt contraria, duo sunt omnino suprema. Ostendit autē esse principia contraria, naturaliū scilicet rerum elemētaria, primùm ex omniū ferè Physicorꝫ in hac re concordia, licet in alijs dissentiant. Etenim qui vnum esse dicunt & imobile id quod est, quēadmodum Parmenides, ij quoque rerum naturaliū contraria faciūt principia. Is enim in his quę pertinent ad opinionem, principia facit calidū & frigidum. Ea autem appellat ignem & aquam, & lucem & noctem seu tenebras. Dicit enim post ea quæ dixit de veritate.

Cōtraria eē principia fatētur omnes Physici.
Parmenides rerū naturalium contraria cōstituit principia.

Nanqꝫ duas animis formas ijs dicere visum est,
Quarꝫ vnā haud decuit, cū de hac re plurimū aberrēt.
Aduersum ast corpus statuerunt, signaqꝫ seorsum
A sese posuerunt. Flammæ huic æthera purum,
Qui mitis, magnus, leuis, & subtilis, & ipse
Est omnino sibi idem, verùm alijs minimè idem est.
A illi aduersam noctem, densum quoqꝫ corpus
Pergraue constituit.

Et paulo post.

Omnia sed lumen postqꝫ sunt noxqꝫ vocata,
Proqꝫ suis his atqꝫ illis ea viribus insunt,
Luce vnà & nocte obscura sunt omnia plena
Æqua ambo cū sint. nihili nam pars quoqꝫ neutri est.

Si autem neutri pars est nihili: & φ sint ambo principia, & φ contraria, significatur. Quinetiam ij qui vnum & quod mouetur principiū posuerunt, vt Thales & Anaximenes, qui rarefactione & condensatione faciunt generationē, ij quoqꝫ contraria posuerunt principia, rarefactionem & constipationem. Porrò aūt ea quę sunt contraria facit etiā Democritus principia, plenum sumens & inane. Ex quibus illud quidē id quod est, hoc verò dicebat id quod non est. Cęterum etiā in ipsis atomis cōsiderat contrariū. Dicebat enim eas differre tribus supremis differentijs, ῥυσμῷ διαθιγῇ τροπῇ: ῥυσμὸν quidē dicentes figuram, διαθιγὴν verò ordinem, τροπὴν verò posituram. Differt enim primum quidē elementum A, verbi gratia, ab M, figura: Γ autem ab N, positura. An verò à NA ordine. Sunt aūt hæc tria, genera contrariorum. Positura quidem, eius quod est suprà & infra, dexterum & sinistrum, anterius & posterius. Figura aūt, eius quod est præditum angulis, & eius quod caret angulis, & recti & rotundi. In ordine aūt primum & vltimum sunt contraria. Empedoclem aūt & Anaxagoram nunc prętermisit: illum quidē, φ ex eius sententia manifestū sit contrarium, & in elementis, & in cōtentione & amicitia. quinetiam in cōcretione & discretione. Dicit enim nihil esse aliud generationē, nisi solum mixtionem & cōmutationem eorū quæ mixta sunt. Anaxagorę autē prius quoqꝫ meminit, vt qui contraria poneret in principijs, cùm tradebat differentiam inter ipsum & Empedoclem, dicens. D Inter se aūt differunt, φ ille quidem faciat ambitum, hic verò semel. & ille quidē infinita, quæ sunt & similarium partium, & contraria: hic aūt ea quæ vocantur elemēta.

Democritus contraria cōsiderat ī atomis.
Figura differt.
Positura differt.
Ordine differt.

Aperte aūt ipsis verbis contrariū in generatione tradit Anaxagoras, cùm dicit. Ambitus aūt ipse fecit vt excernerētur. & excernitur à raro densum. & à frigido calidū. & à tenebricoso splēdidum. & ab humido siccum. Iam verò Pythagorei quoqꝫ non solum naturaliū, sed etiam omnium, vt semel dicam, post vnum, quod dicebāt omnium principium, posuerunt secunda principia & elemētaria ea quę sunt contraria: quibus etiā duos subijciebant simul iunctos ordines, vt quæ non vtiqꝫ essent propriè principia. De his aūt sic scribit Eudorus. » Suprema aūt ratione dicēdum est Pythagoreos dicere vnum esse principium omnium. Secunda aūt ratione duo principia eorum quæ efficiuntur, & vnum, & ei cōtrariam naturam. » Omnium aūt quę considerant ex cōtrario, subijci quod

Anaxagoras in principijs ponit contraria.
Pythagorei vnū & duo constituunt principia.

A bonum quidem est vni, quod malum verò est ei quę illi est cōtraria naturæ. & ideo ne esse quidē hęc simul omnino principia ex eorum virorꝫ sententia. Si enim hoc quidem est horum, illud verò illorum principium, non sunt cōia omniū principia, sicut vnum. Et rursus. Quocirca, inquit, alio ēt modo dixerunt vnum esse principium omnium, nempe φ & materia, & ea quę sunt oīa ex ipso facta sint. Id autem esse summum Deum. Et deinceps subtili & accurata ratione de ijs disserens Eudorus, ipsos quidē dicit vnum ponere principium. elementa autē dicit ab vno esse facta. quę eos dicit multis appellare nominibus. Ait enim. Dico ergo Pythagoricos vnum quidem omniū reliquisse principium, alio autē modo introducere duo suprema elementa. multis autem vocabulis vocare hæc duo elementa. Alterum enim ex ijs nominari ordinatum, definitum, quod cognosci potest, masculinum, impar, dextrum, lucem. Quod est autem ei contrarium, inordinatum, indefinitum, quod cognosci non B potest, fœmininum, impar, sinistrum, tenebras. Quare vt principium quidē est, vnum est. vt autem elementa, vnū & indefinita dyas, ambo principia, quæ rursus vnū sunt. Clarum est autē aliud quidem esse vnum, quod est omnium principium: aliud autē vnum, quod est dyadi oppositum, quod ēt vocant monadem, id est vnitatem.

Materia & oīa ab vno, nēpe a Deo, facta sunt.

Aduertendum est autē quomodo Aristoteles non oēs dixit facere principia contraria, sed ea quæ sunt quodam modo cōtraria. Non dicunt enim propriè contraria, sed ea quæ contraria existimant. Neqꝫ enim inane & plenū sunt contraria, sed opponuntur potius vt priuatio & habitus: neqꝫ angulis præditum, & quod caret angulis, & rectum & rotūdum. Et si quis enim dicat figurā id quod rectum est, ostendit ipse contrarium non esse in figuris. Sed fortasse ne illi quidē vt propriè contraria posuerūt, sed vt opposita. Nam ipse quoqꝫ, vt discemus, dicens ea quæ sunt contraria, principia, primum ponit cōtrarium formā & priuationem. quæ non vt cōtraria, sed alio mo- C do opponūt. Illud ergo, CONTRARIA quodāmodo} hoc est, In diuersis modis oppositionis.

Contrarium sępe ponitur ꝓ opposito.

Idqꝫ ex ratione. Oportet enim principia neqꝫ esse alterum ex altero, neqꝫ ex alijs. & ex ijs omnia. In contrarijs autem primis hæc insunt, quoniam prima quidem sunt, nō ex alijs. quia verò contraria, non alterum ex altero. XLII

Cūm quæ sunt contraria probasset esse principia per aliorꝫ consensionem: quod quidem erat ex singularibus, idipsum etiam generaliter probat per syllogismum eiusmodi. Prima contraria neqꝫ sunt ex alijs, neqꝫ alterū ex altero, & ex ijs fiunt alia. Quæ aūt neqꝫ ex alijs, neqꝫ alterum ex altero, & ex ijs sunt alia, ea sunt principia. Quæ sunt ergo prima cōtraria, sunt principia. Dicit ergo prima cōtraria, quæ sunt maximè generalia. Et φ quidem si quid est primum absolutè, id nō fit ex alio, clarum est. D Id enim quod est primū, quatenus est primum, nō fuerit ex alio. Et φ id quod non est ex alio, sit principium, clarum est. Quod aūt non sint principia, alterum ex altero, id quoqꝫ clarū est. Si enim ex principio fuerit, inquit Plato, nō fuerit principium. Et in summa si alterum ex altero, non fuerint magis principia qꝫ sunt à principijs. Sed qūo sunt contraria quæ non sunt alterū ex altero? Ipsum enim esse ostēdetur contrarium, qm̄ sunt contraria alterum ex altero. Ex nigro enim album. & ex musico musicum. Num vt quæ fiunt quidē alterum post alterum, dicantur alterum ex altero fieri: vt aūt ex elemētis, & quæ remanent, quemadmodum ex ligno dicatur fieri lectus: non factum fuerit contrarium ex contrario. Hic est autē modus, qui est propriè ex aliqua generatione. non pōt enim fieri vt materia sit cōtrarium contrario. neqꝫ enim contingit vt contrariū sustineat contrarium. Illud aūt, Ex his alia} principijs quidem conuenit citra controuersiam.

XLII

Principia nō sunt alterum ex altero.
Contraria qūo sint: quę nō sunt alterū ex altero
Ex principijs fiūt alia.

siam. A principio autē sunt quę sunt post principium, si si quidem verè fuerit principiū. Conuenit aūt etiam cōtrarijs, qñ per mutationē est generatio eorum quę fiunt post principia. Omnis aūt mutatio, vt ostendetur, fit ex contrario in contrarium. Sed quō sunt ea quæ sunt cōtraria, principia, si quidē ipse exclamauit in opere quod dicitur Meta ta physica, Multorum haud bonus est dominatus. Num rerum naturalium nunc quærimus principia, eaq; non abstracta, sed elemētaria, & ea ex quibus, si sunt, fiunt ea quæ fiunt. sicut etiā ipse progressus p hoc ostendit, Dicere itaq; tria esse elementa. Quia enim quę sunt naturalia, quod sint habēt in mutatione. Omnis aūt mutatio fit ab aliquo in aliquid in cōi subiecto. Non fuerit ergo vnum principiū: sed præter subiectum duo, minimum. Sed nunquid quæ sunt quidē prima contraria, solo habent vt neq; sint ex alijs, neq; alterum ex altero, non sola autem, sed etiam quę sunt differentia quidē, sed non contraria. Non enim quęcunq; sunt differentia, sunt etiam cōtraria. vt si quis dicat qualitatem & quātitatem esse principia. Non enim ex alijs, si quidē sunt principia: neq; alterum ex altero, si quidē ambo sunt similiter prima. An non sunt prima principia quātitas & qualitas, sed id quod est quidem in subiecto, est cōe omnium prædicamentorum, & quod non est in subiecto, conuenit substantiæ. quę sunt enim prima & idem valentia, considerantur in aliqua oppositione. Quocirca etiā quæ nō sunt opposita, sunt quodāmodo subalterna, etiā si eorum ordo nō facile possit perspici. Et ideo post vnam omnium causam, omnes posuerunt dyadem, quæ præcedit omnē oppositionē, tam hi qui fabulosè q̄ hi qui philosophicè diuinos ordines aperiunt. Quę oppositio in diuinis quidē, ab vnione quæ illic est, victa, fuit occultata: hic aūt multipliciter apparet. Noster autē Præceptor Ammonius, nolebat ita audiri illud, NON esse alterū ex altero, tanq̄ non ex subiectis, & ideo remanentibus. sed quo sensu dictum est ea non esse ex alijs, vt quę nihil sint ante cōtraria, sed sumere principaliora à quibus hæc diuidūtur, vel vt à generibus, vel vt à totis, vel vt à causis fiunt efficientibus: primis enim quomodo fuerit prius aliquid? & nō propterea q non vsa sint illis subiectis. sed nō q sicut calido, verbi gratia, & frigido priora sunt rarū & densum, his aūt exuperatio & defectus, eorum autē forma & priuatio, ita etiam his contingit alia priora sumere, ex qbus dicemus hęc esse magis singularia. Et ideo eo vtens apertius, dicit in ijs quę sequuntur, Adhuc autē sunt alia alijs priora contraria. & fiunt alia ex alijs vt scilicet ex magis generalibus. Et hoc ergo nūc videtur dici significatum, non oportere contraria esse alterum ab altero. tanquam nō possit alterum esse altero principalius & generalius. Quocirca dicit cōtraria esse eadem, hoc est, idem valere inter se, & alterum eorum nihil plus habere quàm alterum, quod attinet ad rationem principij.

Mutatio fit ex cōtrario in cōtrariū.

Contraria quō pricipia

Ea sūt q̄ sunt dffia, nō autē cōtraria, habent vt nec ex alijs, nec alterū ex altero.

Post vnā omnium causam omnes posuerūt Dyadem.

XLIII Sed hoc oportet etiam considerare in oratione, quomodo accidit. Primum autem sumendum est quòd nulli eorum quę sunt, à natura insitum est, vt quodlibet patiatur à quolibet, nec fit quodcunq; à quocunq;, nisi quis sumat per accidēs. Quomodo enim fieri possit album ex musico: nisi per accidens ei quod est album & nigrum fuerit musicum? Sed album quidem fit ex non albo, verùm non ex quouis, sed ex nigro, vel ijs quæ intercedunt. Et musicum ex nō musico. sed ex non quouis, verum ex eo quod
XLIIII est expers musicæ vel si quid intercedit. Neq; verò in quodlibet primum pereūdo redigitur quemadmodum album non in musicum. præterquam si quando per accidens. sed in non album. & in non album non quodlibet, sed in nigrum, vel id quod intercedit. & musicum similiter non in quodlibet, sed in id quod est expers musicæ, vel si quid intercedit. His autem simi-
liter etiam in alijs. Nam ea ēt ex ijs quæ sunt, XLV
quæ sunt non simplicia, sed cōposita, eodē modo se habent. sed propterea q non sunt nominatę affectiones oppositæ, nescitur hoc euenire. Necesse enim est quicquid est concinnum fieri ex inconcinno, & id quod est inconcinnū ex concinno, & id quod est concinnū intereundo redire ad inconcinnitatem, eamq; non quā-
libet, sed in oppositam. Nihil autem refert an XLVI
hoc dicas in harmonia, ordine, vel compositione. Clarum est enim esse eādem rationem. Atqui & domus & statua & quodcunq; aliud, fit similiter. Domus enim fit ex eo quòd non componantur, sed hæc diuisa sint hoc modo. & statua, & ea quæ sunt figurata, ex defectu figuræ. & est vnumquodq; eorum illa quidem ordo,
hæc verò quædam cōpositio. Si ergo hoc ve- XLVII
rum: fiat quicquid fit, & intereūdo redeat quod interit, vel ex contrarijs vel in contraria, & ea quæ intercedunt. Quæ autem intercedunt, ex contrarijs sunt. quemadmodum colores ex albo & nigro. Quare oīa quæ natura fiunt, sunt vel contraria, vel ex contrarijs.

Cùm ostendisset contraria esse principia, ex aliquo XLIII
quod inest cōiter primis contrarijs & principijs: Id autē erat, quod neq; est ex alijs, neq; alterum ex altero, & alia sunt ex his: vult etiam tradere præcipuam ac potentissimam causam cur prima cōtraria, generationis sint principia. Rationem enim, vt puto, causam vocat. Quinetiā qm in prius sumpto syllogismo, q prima quidem cōtraria neq; sint ex alijs, neq; alterū ex altero, satis fuit cognitum: Quòd nō ex alijs quidem, ex eo q prima: Quòd nō alterum aūt ex altero, ex eo q contraria: Quòd autē alia ex alijs, opus habuit rōne aliqua quæ causam redderet. quā nunc adijcit, prius sumens tanq̄ pronunciata generalia in omni generatione artificiali & naturali ea quę ex euidentia videntur probabilia, Quòd quicquid per se fit & perit, ab eo quod efficit, & fit & perit. & non quodlibet à quolibet, sed à causa efficiente opposita, & id quod est oppositum. Agit enim nō vniuersum in vniuersum: sed oppositum in oppositum. quēadmodum calidum in frigidum, mutās ipsum ab habitu sibi opposito in suum ipsius habitum. Hæc quidem in eo quod efficit. In eo autē quod fit, q id quod fit, non ex eo quod nō est, sed ex eo quod est, mutatur in id quod est. idq; non ex quolibet in quodlibet, sed ex opposito in oppositum, hoc est, id quod efficit. Posthęc hæc pronunciata primo loco locauit, deinde ea quæ natura fiunt & intereunt adsumpsit: colligit, q quæcunq; sunt natura, cùm per se fiunt vel intereunt, id patiuntur opposita ab oppositis. Quòd autē nō cuilibet natura insitū est vt agat quodlibet in quodlibet, neq; vt patiatur à quolibet, cùm hoc quidem per se agit, illud verò patitur, sed oppositum ab opposito, sic diximus. Id quod agit, ex ea quæ est in se forma formans operationē, per ipsam subiecto, hoc est, ei ex quo fit id quod fit formam tribuit, quatenus fit id quod fit. Id autē est id quod est in agente. quēadmodum ædificator domus eam quæ in se est harmoniam & domus figuram tribuit lapidibus, mutans ipsorum priorem affectionem in eam quam ipse habet. Mutatur aūt neq; quod est eiusdem formę: est enim: Neq; quod est quidē diuersum, simul cū esse potest. Quid enim opus est vt album mutet

Nō agit qđlibet ī quodlibet.

Id quod agit ex ea quæ ē in se forma agēs. formā subiecto tribuit.

Mutari non id qđ ē sūe, nec id qđ sit ... pōt, ... qđ

in musicum

prius quam mutet simul esse non potest.

in musicum, quando possunt ambo simul esse? Sed illa mutantur alterum in alterū, quæ antequam mutentur non possunt simul esse alterum cum altero. Hęc aūt sunt nō ea solùm quę sunt propriè contraria, sed ea quę per oēm opponuntur oppositionē. Quamobrem necesse est quicquid fit id quod prius nō erat, ex prima affectione opposita mutari in oppositā ab eo quod mutat, quod est oppositum quidem priori affectioni, simile est aūt illi, in quam fit mutatio: ea est eni ab eo quod agit. Ita corpus quod prius erat frigidum, fit calidum ab aliquo calido. Non enim ex musico fit albū per se, sed ex nigro. verùm per accidens quidem certè nihil prohibet, cùm euenerit vt id quod est musicum fit nigrum, vel non albū, non quoduis, sed id quod intercedit. Album enim per se fit ex nō albo. Non enim ex albo. esset enim album priusquam factum esset. Ex non albo autem, non quod etiam fiat ex hippocentauro, sed ex eo quod est albo oppositum. Id autē est vel nigrum, vel aliquid eorum quę intercedunt. quēadmodum flauum, vel fuluum, vel maximè fuscum. & in summa quicquid cum B albo collatum nigri locum obtinet. Quinetiam musicū fit ex non musico, non quolibet, sed eo quod natura aptū est. Id aūt est, musicę ignarum, & si quid intercedit inter musicę ignarum & musicum. Quæritur enim quid inter virtutem & vitium intercedit, & musicam & musicæ inscitiam: cùm nonnulli quidē dicant id quod neutrum est intercedere, sicut id quod est inter masculum et fœminā: nonnulli aūt id quod cōstat ex vtriusque mixtione, quēadmodum fuscum, quod inter album & nigrum intercedit: nōnulli autem vt potentiam quę ad vtrunque naturalē habet aptitudinem. Similiter neque pereundo per se redit quodlibet in quodlibet, sed in contrarium & id quod intercedit. Nec id solum ita habet in simplicibus, vt albo, & musico, & eiusmodi, sed etiā in cōpositis, vt domo, & homine. Nam etiam vnūquodque eorum fit ex cōposito, non quolibet, sed eo quod est aptum natura vt in ea mutetur, & pereundo in illa redit. Nescitur autem: quoniam in eorum oppositis non imposita sint nomina, sicut illic, musicę C ignarum & album. Communiter aūt dici possit in compositis opposita esse cōcinnum & inconcinnū. Fit enim quicquid est cōcinnum ex inconcinno, & inconcinnum ex concinno. & pereundo redeunt alterū in alterum, nō quælibet aūt in quælibet. Non enim hominis harmonia seu cōcinnitas in lyræ inconcinnitatem, sed in hominis. neque Dorica cōcinnitas in lydiam inconcinnitatē, sed in propriam. Hæc aūt omnia exempla sumpta sunt, nō ex eo quod agit, sed ex eo quod patitur. Idem est autē dicere, Ex quo fit id quod fit, & in quod pereundo redigitur id quod perit. Fit autē ex musicæ ignaro musicum à Dęmone agente. & ex frigido fit calidum ex calido agente. & dicitur vnūquodque pereundo redire in illud in quod mutatur, & ab illo. Si quis autem cōcinnitatem & incōcinnitatem dici putat in sola musica, nihil refert eadē dicere ēt in ordine & in cōpositione. Domus enim, quę est aliquid cōpositum, fit ex eo quod est diuisum & non cōpositū. & quę sunt figurata ex defectu figuræ. Quicunque D ergo cōpositione & diuisione: idem est aūt dicere, cōcretione & discretione: faciunt generationē, ijs quoque est generatio & interitus ex contrarijs & in contraria. Quare in summam redacta inductione, verum est dicere, quòd quicquid fit, fiat: & quicquid interit intereat: vel ex contrarijs, vel in cōtraria, & ea quę intercedunt. Quæ intercedunt autē, non separata ab vtrisque, sed quæ constant ex eis. vt cum eorum quæ sunt contraria sint cognata, cum vtroque rationē habeant. Quæcunque ergo sunt natura, vt animal, generationem habent ex non animali. non aïali autem huiusmodi, cui natura insitum sit vt gignatur animal. Clarum est autem quod qui ea quæ dicta sunt fuerit assecutus, nō suspicabitur Aristotelem sibiipsi aduersari, qui prius quidē dixit contraria non fieri alterū ab altero, nunc aūt ex contrario fieri cōtrarium. Illic enim dicebatur non fieri cōtraria alterum ab altero, tanquam ex materia.

Concinnū et incōcinnum opposita in compositis.

...traria nō ...ri alterum ...altero: et ... cōtrario ...ri contra- ...m quō nō ...gnēt.

A ria. Non enim tanquam ex albo quod est, fit nigrum, sicut lectus ex ligno. Vel potius quod non fiunt alterum ab altero, tanquam ex causis efficientibus. non sunt enim cōtraria efficientia alterum alterius. Hic autē, quod cùm contraria forma è subiecto excesserit, accedit illi cōtraria forma ab eo quod agit. Sed quod nulli quidē rei natura insitum sit vt agat in quodlibet, aut patiatur à quolibet, clarum esto.

Vndenam aūt clarum euadet contrarijs natura esse insitum, vt alterum agat in alterū, & alterum patiatur ab altero? Anima enim dicitur à Deo illuminari, sed nō ut quæ sit contraria, à contrario: vel vt quæ sit indiga, ipsa quoque à pleno patitur, & mutatur ab eo quod est Dei expers ad id quod Deo plenum est. In summa aūt quicquid fit non est id quod fit: non enim fieret. Quare ex non tali fit, non quolibet, sed quod natura aptum est. Eidem autē natura insitum est vt possit suscipere cōtraria. pōt enim idem corpus suscipere calidum & frigidum, & album & nigrum. & eadem anima musicam & musicæ imperitiā. B Quando ergo est animæ à natura insitum vt muteē in id quod est musicum? Nunquid quando est musica? Nequaquam. Ergo quando non est musica, apta autē est natura vt fiat musica. Et corpus quando fit album? num cùm est album? Nequaquam. sed cum album quidem nō est, sed aptum est natura vt fiat albū, scilicet. Si ergo quod natura aptum est, id potest suscipere contraria, nō habet autem illud quod dicitur fieri, clarum est illud habere id quod est ei oppositum, vel id quod intercedit. & ab illo mutatur in id quod fit. Et præcipuè quidem ex eo quod non est tale, natura autē aptum est, fit generatio. & ideo à priuatione in habitum fit mutatio. Iam verò etiam ex contrario, quatenus & hoc non est eiusmodi, & vt sit, ei natura insitum est. Et in summa ex opposito in quacunque oppositione. Non enim necesse est albū ex nigro fieri, quatenus est nigrū, sed ex non albo, quod natura autem aptum est vt album fiat. Quod autē natura aptum est vt album fiat, aptum est etiam natura vt nigrum fiat. Quare cùm nō fuerit al- C bum, vel est nigrū, vel id quod intercedit. & ideo ex nigro, vel eo quod intercedit. Ex quo autem fit aliquid, pereundo in illud etiam redit. Notare autem oportet aliud quidem esse compositionem, aliud verò ordinem. Et cōpositio quidem dicitur in ijs quæ habent inter se cōpositionē, Concinna quædam eorū quæ sita sunt appropinquatio, etiam si nullus adsit ordo. quemadmodum in lignis, cùm non est curæ ei qui componit, quid primum vel secundum, si modo cōponantur. Ordo autē dicitur quidem ēt in ijs quæ habent cōpositionem. Oportet enī partes statuæ sitas esse ordine, vt hę quidem primæ sint, illę verò secūdæ, aliæ verò deinceps. Dicitur aūt etiam in ijs quæ nullā habent cōpositionem, quēadmodum in numeris. Vnitas enim collocata ē prima ante dyadem. Artificialis aūt vel naturalis cōpositio nulla est sine ordine. Si ergo dicit, ET EST vnūquodque eorum illa quidē ordo, hęc verò quædā cōpositio } sic dicit, vt pote quod domus & statua in aliquo quidē ordinis, in aliquo verò sit D particeps cōpositionis: non aūt quod domus quidem consistat per solā cōpositionem, statua verò per solū ordinē.

Cōtraria naturaliter agunt vnum in alterum.

Aīa à Deo illuminatur.

Compositio quid sit & in quo differat ab ordine.

Pulchrè aūt aduertit Alexander, quod cui nihil est contrarium, vel quod non pōt suscipere contraria, hoc fuerit ingenitū: rectè adijciens secundum, propter indiuiduam, vt puto, substantiam. Et ei enim nihil quidem est contrarium, potest autem suscipere contraria. & ideo non solū formam suscipit, sed etiam formæ priuationem.

Ingenitum ē quod non pōt suscipere cōtraria.

Eo vsque ergo plurimi quoque alij ferè consecuti sunt. sicut prius diximus. Oēs enim elementa, & quæ ab eis vocātur principia, etiam absque ratione ponentes, dicunt tamen contraria, tanquam coacti ab ipsa veritate. XLVIII

Quod ad ponenda in principijs contraria attinet, ferè cōsecuti sunt plurimi quoque alij ex sapientibus. Illud aūt, XLIIII

ferè,

FERE, vel adiungitur cum, Plurimi: vt cautè loquatur, vt
Philosophus; vel cum, Consecuti sunt. q non absolutè
nec illi quidem contraria vt cõtraria dicebant principia,
sed quæ dicebant, ea erant cõtraria. vt lux & tenebræ. &
contentio & amicitia, concretio & discretio, & quæ sunt
huiusmodi. Ostendit autem maximè per se naturalem
dogmatis veritatẽ, & quæ ex cõibus notionibus sumpta
est persuasionem, q sine rõne, hoc est, sine causa demon-
stratiua dicentes, sic dicant, tanq̃ inducti ab ipsa verita-
te. Nos enim etiam causam adiecimus, dicentes nõ fieri
quodlibet ex quolibet. sed contrarium ex contrario, &
ideo quæ natura fiunt, vel contraria sunt, vel ex contra-
rijs. Illi autem vel causam non considerantes, vel nõ ad-
dentes, dicunt tamen eadem,

Inter se autem differunt, q illi quidem prio-
ra, hi verò sumant posteriora. & hi quidem ra-
tione notiora, illi verò sensu. Hi enim calidum
& frigidum: illi verò humidum & siccum: Alij
autem par & impar: Alij verò contentionem
& amicitiam ponunt causas generationis. hæc
XLIX autem dicto modo inter se differunt. Vt eadẽ
quodã modo dicãt & alia inter se. Alia quidem,
quẽadmodum videtur etiam plurimis: Eadem
autem, quatenus eadem proportione & conue
nientia. sumũt enim ex eodẽ ordine. Alia enim
ex contrarijs continent: alia verò continentur.
Eadem autẽ ratione dicunt similiter & aliter, &
peius & melius. & hi quidẽ rõne notiora, sicut
prius dictum est, hi verò sensu. Quod est enim
generale, notum est rõne. Quod verò est singu
lare, sensu. Ratio enim est eius quod est genera
le. sensus verò eius quod est singulare. Quem-
admodum quod magnũ quidem est & paruũ,
ratione. Quod verò rarum est & densum, sen-
L su. Quòd ergo oporteat esse contraria princi-
pia, clarum est.

XLV Postq̃ ostendit veterum Physicorũ de principijs con
sensionem in hoc esse, q ea ponant contraria: quandoqui
dem multis inter se videntur dissentire, dicentes esse ali-
quid aliud principium: eorum quoq; tradit differẽtiam.
& quõ ea quoq; redigatur in cõcordiam, pulchrè & ma-
nifestè ostendit. Atq; differentiam quidem significat, di
cens hos quidẽ sumere quæ sunt priora natura, illos verò
quæ sunt posteriora. & hos quidem rõne notiora, illos ve-
rò sensu: siue eadem dicens & quæ sunt priora natura, &
quæ sensu notiora. & exemplis par quidem & impar, &
contentionẽ & amicitiam, tanq̃ priora natura, & rõne,
non aũt sensu notiora, adiecit conuenientia prioribus: ea
enim percipiunt ab intelligẽtia: Quocirca etiam Empe-
docles dicit de amicitia:

Sed mente aspicias, oculis nec respice fixis:
Calidum autem & frigidum & humidum & siccum, vt
natura posteriora, & sensu notiora attribuit posteriori-
bus: Et calidum quidem & frigidum dicit Parmenides:
Humidum aũt & siccum Alexander quidem vel ipsum
ait dixisse qui dixit calidũ & frigidum, vel Empedoclẽ,
qui præter contentionẽ & amicitiam quatuor elementa
principia posuerit: Porphyrius verò magis propriè hãc
» opinionẽ ascripsit Anaximeni, qui dixit. Terra & aqua
» omnia quæcunq; fiunt vel natura producuntur: Par autẽ
& impar principia ponũt Pythagorei: quemadmodum
contentionem & amicitiã cum quatuor elemẽtis Empe
docles. Num aũt eorum quidem quæ rõne & sensu sunt
notiora, adiecit exempla quæ dicta sunt: priorum autem
& posteriorum, non itidem. Priora enim esse oportet ea
quæ magis tota sunt, & magis cõprehendunt. Posterio-
E ra aũt quæ sunt magis singularia, & quæ cõprehenduntur.
Quæ autem dicta sunt, non ita se inter se habent. Quare
non hac rõne fuerit inter ea differẽtia. Vel quũ iam ante
dixit de contrarijs, quæ in eo quod est prius & posterius
differunt, cùm dixit. Alia densitate et raritate generant,
multa facientes. ea aũt sunt cõtraria. & in summa exupe
ratio & defectus. Quemadmodũ, inquit Plato, magnũ
& paruum. Nisi forte ex his etiam hæc quidẽ quæ intel-
ligentia percipi & rõne possunt considerari, vt cõtentio
& amicitia, par & impar, dicãtur cõprehendere, vt quæ
ad oïa alia perueniant; alia verò sensilia & materialia, vt
quæ sub illis sint collocata, & sint eorum participia, com
prehendi. Calidum enim & frigidum, siccum & humi-
dum, contentionis est & amicitiæ particeps, & paris &
imparis, per unionem & discretionẽ & per concrescendi
atq; discernendi facultates, Calido enim in libro de gene
ratione, vt quod similia faciat cõcrescere, cogendi ac cõ-
crescendi facultatis potestatẽ tribuit. neq; tamẽ illa sunt
F eius participia. Alexãder autem ex his ea quidem quæ
formã magis referunt dicit cõprehendere, quæ sunt autẽ
magis materialia, contineri. in prius dictis contrarijs: for
mam quidẽ magis referre dicẽs, calidum siccum, impar,
amicitiam: magis aũt esse materialia quæ sunt eis opposi
ta. Atqui hos quidem dicit sumere ea quæ sunt priora &
quæ continent, illos verò ea quæ sunt posteriora & quæ
continentur, cùm nemo dixerit vt calidum & siccum, neq;
alius rursus vt frigidum & humidum, sed ea quæ sunt si-
mul opposita. Sic enim contraria dixerint principia, sed
non illo modo, quæ cõiter quidem habent oïa oppositam
naturã, differunt aũt, q hæc quidem priora, illa verò sine
posteriora. Quocirca qui præfuerunt his opinionibus, di
cunt eadem & alia. Alia quidẽ, in eo quod apparet. quũ
hic quidem contentionẽ & amicitiam: ille verò calidum
& frigidum: & alius aliquam aliam dicit oppositionem.
Quãuis autem videantur dicere differẽtia, eadem tñ di-
cunt, quatenus ea sumunt quæ habent inter se proportio
G nem & conuenientiã. Cùm sint enim duo ordines oppo
siti, hic quidem melior, in quo est amicitia & impar, &
exuperatio, & magnum, & rarum, & calidum: ille verò
deterior in quo sunt contraria: ex his ex eodẽ meliori or-
dine oẽs accipiunt ea quæ sunt meliora ex propria oppo
sitione; & ex deteriori ea quæ sunt deteriora. etiam si hi
quidem sumunt oppositiones, quæ magis totæ sunt & cõ
prehendunt, illi uerò magis singulares, & quæ cõprehen
duntur. Exuperatio enim & defectus continent magnũ
& paruum, ea verò rarum & densum, eaq; calidũ & frigi
dum. Proportionem aũt inter se quãdam habent & con
uenientiam. Vt enim exuperatio se habet ad defectum,
ita magnum ad paruum, & rarum ad densum, & calidũ
ad frigidum. Atq; hi quidem scilicet melius dicunt, qui
priora & quæ plus cõtinent ponunt principia. peius aũt,
qui quæ cõtinentur, & sunt propinquiora. Etsi enim hæc
sint aliorum principia, sed tñ sunt etiam à principijs. Ra
tione aũt notiora dicunt, qui quæ intelligẽtia percipiun-
H tur, suntq; magis tota, & quæ plus cõtinent ponunt prin
cipia. Sensu aũt notiora, qui sensilia, & quæ cõprehendũ
tur, & sunt magis singularia. Quod est enim generale ac
vniuersum, potest rõne cõprehendi: Quod est aũt singu
lare, sensu. Quomodo aũt magnum & paruum genera-
liter & ex rõne dicit esse principia: rarum aũt & densum
singularia, & ex sensu? vtrunq; enim eorum est & uni-
uersum & singulare. Num, quod rarum quidem & den-
sum, cùm sint magis naturalia, & materialia, quẽadmo-
dum calidum & frigidum, sunt magis sensilia, & ideo & et
singularia? Magnum aũt & paruum sunt materiæ ma-
gis expertia, vt quæ cõsiderentur in incorporeis. & ideo
sunt magis vniuersa, & q̃ rõne magis possint cognosci.

Comprehendunt principia q̃ percipitur intelligẽtia. Comprehendũtur q̃ sunt sensilia.

Physici in hoc eadẽ dicũt quod ea sumant principia q̃ inter se proportionẽ habẽt & cõuenientiam.

Magnum & paruũ ratione esse principia cur dicat Aristoteles.

CAPVT VI.

CONsequens autẽ fuerit prius dicere vtrũ
ne sint duo, an tria, an plura. Atq; vnum
quidem

quidem vt ſit fieri non poteſt, qm̄ vnum non ſunt quæ ſunt contraria: infinita autē minimè, qm̄ ſciri non poterit id quod eſt. † Vna eſt autē repugnantia in quouis vno genere. Subſtātia autem eſt vnum aliquod genus.

Repugnātia ἐναντιότης: id eſt, ſi latine dici poſſet, cōtrarietas.

XLVI Cùm inſtituiſſet rerum naturaliū inuenire principia, quot ſunt & quænam ſunt, & de ea re diuerſas proferret opiniones, in eis perſpexit vnam cōmunitatem, ꝙ cōtraria ponātur in principijs. Et ideo cùm ad fidem faciendā id quod eſt cōiter in confeſſo ſumpſiſſet: primùm quænā ſint principia, ꝙ ſint ſcilicet contraria, oſtēdit: hoc ipſum ipſe quoq; prius demonſtratiuè cōfirmans. Vnà autem cum eo etiā oſtēditur quot ſunt principia, ꝙ ſcilicet duo quidem contraria, vnum aūt ſubiectum cōtrarijs, quod quidem poſtea adijciet. Propterea ergo oſtēdit quænam ſint principia, & tunc quot ſunt adijcit. Interim autem etiā ex eo ꝙ oſtenſum ſit principia eſſe ea quæ ſunt contraria, colligit rurſus neq; vnum eſſe principiū, neq; infinita: Quòd nō vnum quidē, ſic ratiocinans. Quod vnū eſt, non eſt contrariū. principia ſunt contraria. vnū ergo non eſt principium. Et ꝙ principia quidem ſint contraria, oſtenſum eſt. Quòd aūt ꝙ vnum eſt non ſit cōtraria, nunc oſtendit è conuerſo. Si enim quæ ſunt contraria, nō vnum: Quod vnum eſt, non eſt contraria. Si enim quod eſt cōtrarium, eſt contrario cōtrarium: non fuerit vnum vni contrarium. Quòd autē nec ſunt infinita principia, oſtendit vſus eodem argumento quo prius. Si ſunt enim infinita principia, ipſa quoq; erunt incognita, propterea ꝙ ſint infinita: & quæ ex eis oriūtur erunt incognita. qm̄ nos vnſiquodq; tum demū noſſe exiſtimamus, cùm primas cauſas cognouerimus, & prima principia, & vſq; ad elementa. Secundò aūt tali vtitur argumento ad hoc ꝙ nō ſunt infinita principia. Subſtantia eſt vnum aliquod genus. In quolibet vno genere vna eſt repugnantia. In ſubſtantia ergo eſt vna repugnantia. Vna aūt repugnantia eſt inter duo contraria. Subſtantia ergo habet principia duo quæ in ipſa ſunt cōtraria. Non ſunt ergo infinita principia, ſi quidē ſunt contraria. In his autem primum quærendum eſt quęnam ſit vna ſubſtantia. & quid nunc ſignificet nomen generis. & quæ ſit vna illa repugnātia; quæ conſideratur in genere ſubſtantiæ, & quanam de cā cum inſtituiſſet inuenire principia rerum omniū naturalium, ſubſtantiā ſolam acceperit, & quæ eſt in ipſa repugnantiam. Quomodo enim generibus, quæ ſunt in alijs prædicamentis, conueniet repugnantia quæ eſt in ſubſtātia? Et Alexander quidē audit ſubſtantiam, formā materialem, vel potius id quod eſt compoſitū ex materia & forma. quod quidē eſt vnum genus ſubſtantiæ, cùm hæc tria ſint, materia, & forma, & id quod eſt compoſitum, etenim in hoc ſolo, in ſubſtantia, conſideratur repugnantia. non enim in quacunq; ſubſtantia, & oībus alijs prędicamentis quæ habent repugnantiā, multæ ſunt repugnātiæ. etenim in vnoquoq; eorum generum, quæ ſunt ſub qualitate, vna eſt repugnantia. quēadmodum in colore, qui eſt vnum genus, album & nigrum: in habitu virtus & vitium: in ſucco dulce & amarum: & in alijs ſimiliter: Ita etiā in vno genere ſubſtātię, quod eſt in forma materiali & genita, vna eſt repugnātia, formæ & priuationis. Vnum aūt genus eſt illud, inquit, cuius eſt ſectio in ſpecies, & non in genera. Quo etiam forma materialis diuiditur in oēs formarū differentias, tanq̄ ſpecies: & quatenus eſt genita, vnam habet repugnantiā quę eſt in forma & priuatione. Si n autē in quouis vno genere vna eſt repugnantia, vnum aūt eſt genus etiam quæ eſt in generatione & interitu ſubſtantia naturalis: vna ē repugnantia in ea fuerit naturalis, quæ fuerit principium genitarū ſubſtātiarum. Cuius aūt vna eſt repugnantia, ea ipſa aūt eſt etiam principium: rerum naturalium, & quæ ſunt in generatione, non fuerint infinita principia. Sed ſi vnū

Quod vnum eſt, nō eſt cōtraria.

Tria ſunt genera ſubſtantię.

A quidem genus dicit ſubſtantiā materialem, primòm quidem ipſe pronunciauit in ſubſtantia non eſſe repugnantiam. Secundò autem, ſi eius ſolius quæ eſt in ſubſtantia mutationis principia quęreremus, oporteret eam ſolam quæ eſt in ſubſtantia repugnantiam principium ponere: Si n autem eius etiā quæ eſt in qualitate & alijs prædicamentis, ſumenda eſt alia cōis repugnātia. Num ad hoc quidem, ꝙ non ſit aliquid ſubſtantiæ contrarium, dicendum eſt, tum illic aliam ſuſtuliſſe repugnantiam, quę eſt veluti ambarum formarum, aliam aūt hic ponere vt formę & priuationis. Scimus aūt priuationē ne videri quidem eſſe eorum quę ſunt, cùm ſit eius quod eſt abſentia. Quare rectè dicitur ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium, & oppoſitionē vnam eſſe in ſubſtantia. Ad ſecundum aūt dicebat noſter Præceptor Ammonius, nos eſſentiarum ſubſtantię quęrere principia. in quibus quod ſunt habēt etiā alia prædicamenta. quod quidē etiam aduertit Alexander exponens illud, Simul aūt etiam fieri non poteſt B vt ſint plures ſimul repugnātiæ. ſubſtantia enim eſt vnū quodpiam idem genus. Quemadmodum enim id quod eſt, primùm quidē eſt in ſubſtantia, ſecundò aūt ab ea ad alia quoq; genera peruenit: ita etiā aliorum generum repugnātię habebunt quod ſunt ab ea quæ eſt in ſubſtātia. Formam igitur & priuationē primùm quidē conueniet dicere in repugnantia quæ eſt in ſubſtantia: Secunda aūt rōne etiam in mutationibus quæ ſunt in alijs prędicamētis. eſt enim in illis hoc quidē forma, illud verò priuatio. Illud autem, IN quouis vno genere } non dici poteſt de ꝓximo genere quod diuidiť in ſpecies. Quæ eſt enim in hoc repugnātia, non fuerit prima, ſi ne hoc quidē genus primum eſt. Principium aūt debet quoq; eſſe prima repugnantia aliarum repugnātiarum. Cæterum magnus Syrianus, numquid, inquit, genus dicit prædicamētum, vnam aūt habere repugnantiā? Nam etiam ſi vt multa, ad vnam tn̄ reducuntur exuperationē & defectum, quæ propriè etiā ſumitur in vnoquoq; prędicamēto. Semper C enim quod eſt præſtantius, eſt cōtrariorum exuperatio: quod verò deterius, defectus. In quantitate ergo alia eſt exuperatio, alia verò in qualitate, & alia in eo, quod eſt, vbi, vel, ſitum eē. Quoties eſt enim, inquit Porphyrius, id quod eſt, toties eſt etiam exceſſus & defectus. Fortaſſe autem, inquit, adiecerit quiſpiam, an talem ſuſcipiat oppoſitionem quoduis prædicamentum. Ammonius aūt dicebat neq; nunc dici de eo quod eſt propriè genus, neq; de ꝓpinquo, neq; de ſupremo. neq; enim repugnantia, quæ eſt in differētijs vtriuſuis huius generis, facit generationem & interitum. ſed quēadmodum Alexander quoq; annotauit in fine huius dicti, genus vnū nunc vocat vnum ſubiectum. Solet enim ēt vnicuiq; ſubiectam naturā genus vocare. Quemadmodum ergo in numero conſideratur vna repugnantia, quę eſt, paris & imparis, & in ſucco, dulcis & amari, & in ſuperficie leuis & aſperi: ita etiam in ſubſtantia conſideratur vna repugnantia, quæ eſt formæ, & eius quod eſt informe, quod ipſe vo- D cat priuationē. Quemadmodum ergo numerus ratione quidem eſt alius à pari & impari, neutrum enim ad definitionē numeri aſſumitur, actu aūt omnino eſt cum horum alterutro: & vt ſe habet ſuperficies ad æquale & inæquale: ita etiā natura ſubiecta ſubſtantię ſe habet ad formam & id quod eſt informe. In his ergo ad ea quidem quæ dicit Phyloſophus Syrianus dicēdum eſt, ꝙ ſi exceſſum quidē & defectum propriè accipit, quātitatis fuerit ſolummodo propria repugnantia: per quātitatem enim ineſt in alijs prædicamentis. Si n autem eam accipit in eo quod eſt melius & deterius, quo cōſiſtit, ſi eam quoduis prædicamentum ſuſcipit? Sunt enim oīno vniuſcuiuſq; differentię. & in differentijs alia quidē eſt melior, alia verò deterior. Ad ea aūt quæ dicit noſter Præceptor, qui etiam teſtem producit Alexandrum, primùm quidem, quo ſubſtantiæ repugnantia alijs quoq; prædicamentis inerit, cum vnūquodq; debeat ꝓpriam habere repugnantiam,

In ſubſtantia nullū eſſe cōtrariū, & eē repugnantiam vnam in ſubſtantia quo non pugnent.

Repugnātia quæ eſt in ſubſtātia quo cōueniat alijs prædicamentis.

Genus pro prædicamento ſumitur.

Genus pro ſubiecto.

etiam, sicut etiā genus proprium? Si enim à substantia est alijs & esse, & genus, & repugnātia, vnum primū genus fuerit substantia, & nō sunt vtiq; amplius decem prima. Neq; enim id quod est, alijs inest ex substātia: sed primæ quidē adest substantiæ, post illā verò alijs. quēadmodum ordo quoq; adest secundo non à primo, sed oībus à cōi ordine. Quomodo aūt genus vnum nunc subiectum diceret & materiā, cùm nondum ostenderit oportere esse aliquod tertium principiū quod subijciatur cōtrarijs, quod quidem faciet paulo post? Sed q̀ repugnātiam quidem quæ est in forma: & priuatione velit accipere, per ea quę deinceps sequūtur clarum est. Ea aūt non consistit in sola substantia, sed in omni prædicamēto quod suscipit mutationem. etenim albor quidē adest qñq; subiecto, abest verò qñq;. & si adest quidem, alboris forma ei adesse dicitur. Sin autē absit, priuatio. & similiter in alijs prędicamentis. Num ergo qñ dicit, SVBSTANTIA aūt vnum aliquod genus } non dicit nune substantiā quę distinguitē ab alijs prædicamentis, sed totā naturalem substantiam, quæ consistit in mutatione, de qua nunc agitur, & cuius nunc principia quærimus. in qua vniuersa consideratur repugnātia quæ est per formā & priuationem, quæ quidem inest propter mutationem. Quòd aūt in eiusmodi substantia vnam quidē esse oportet supremā repugnantiam, ostendit cùm sumpsit veluti vnum quoddā esse genus eiusmodi substantiā, quæ est naturalis, genita, & materialis. perinde ac si dixerit vnū esse aliquod genus eius quæ intelligentia percipitur, estq; ingenita & oīno materię expers, substātiæ. Deinde cùm assumpsisset quòd in quolibet vno genere vna est suprema repugnantia, colligit q̀ etiam in hoc genere quod nūc nobis subijcitur, seu naturalis substātię: vna est principialis generis repugnātia. & ideo nō fuerint infinita principia. Neq; miremur q̀ substātię nomen dicatur cōiter. nunc enim generationem & interitum, accuratè loquēs, dicit mutationē quæ fit in substātia. sæpe autem eis etiam vtitur in qualitate, dicens album ex nigro generari, & nigrum in album intereundo redigi. Atqui dum nigrum fit album, nulla fit mutatio in substātia, sed in qualitate. Quòd aūt in quouis vno genere vna sit prima repugnātia, hinc clarū est. Genus significat naturę cōitatem. Communitas autem vel est suprà vt sit causa differentiarum, tanq̄ substantia & materia, quēadmodum decem prędicamēta: vel infra vt eas suscipiant. Si aūt causa: in latifundio differētiarum procreationis, duo ꝑducet extrema plurimùm à se inuicem distantia: idem est autē dicere, contraria: Siue subiectum, habebit oīno in ijs quæ in ipso mutantur, quæ plurimum inter se proximè distant, nō plusq̄ duo. Hoc aūt in rebus ipsis cernitur. In qualitate enim, vna quę est superior repugnantia, simile & dissimile. & in quantitate æquale & inæquale: Ita autē etiam in cōi substantia forma & priuatio. Vel ergo ita est audienda substantia: vel prout est id quod est vbiq; substātiale. Nam & colorem, & congregandi facultatē nigro inesse substantialiter dicimus. Ita etiam in quouis prædicamento est id quod est vniuscuiusq; substantiale, per quod dicitur & interire & gigni: nigrum, vel tricubitale, vel dextrum. quāuis quæ est eis subiecta substantia, cùm hæc fiunt aut intereunt, nō dicitur gigni & interire, sed alterari. Substantia ergo nunc dicitur in qua inest generatio & interitus: & ea etiā quæ est propriè substantia, quæ per se dicitur consistere: & substantia eorum quæ tali essentiæ accidunt. ea enim est generationis particeps & interitus. Si ergo hic Alexander audiat substātiam eam quę est in forma materiali, si eam quidem quæ est propriè substātia, quæ opponitē alijs prædicamētis: manca est oratio. Sin autem eam quæ dicitur cōmuniter in oībus formis genitis, rectè habeat. Quinetiam quę dicit Eudemus Rhodius, mihi vidētur ad hāc spectare sententiā, etiam si illa quoq; minus apertè dicta sint. Ita aūt habent. » Si autem est repugnātia, » duo erunt minimū. Cùm duo autē sint posita prima con- E traria, neutrum quidem ex ijs fieri potest vt sit substātia, quādoquidem non est substantia contrariorum. si quidē Physicus nequaq̄ considerat de oībus. Quocirca ne oīa quidē quæ sunt numerat, neq; sumit cōia omnium principia, sed substantiarum, earumq; corporearū, ueluti cuiusdam vnius generis. Non fit autem quodlibet ex quolibet, sed id quod est eiusdē generis, quēadmodum color ex colore, succus ex succo, & reliqua similiter. neq; fieri possit substantia ex non substantijs, neq; corpus ex non corporibus. In his illud quidem, velut cuiusdā vnius generis, & hoc, Non fit autem quodlibet ex quolibet, sed quod est eiusdē generis, veluti color ex colore, sumptam esse substantiā significat, non eam quę est prima in decē generibus. non est enim illa veluti genus, sed re vera genus. De illa ergo dicatur quæ & cōprehendit accidētia.

Substantia p naturali substātia q̄ consistit in mutatione.

Gñatio non solū in substātia, sed & in qualitate.

Repugnātia vna prima i quouis gñe.

Substātia qñ que est id qđ est ubiq; substantiale.

Et quod contingit ex finitis. Melius est autē ex finitis, sicut Empedocles, quàm ex infinitis. Existimat enim se omnia posse tradere, sicut F Anaxagoras ex infinitis.

Hanc tertiam affert rationem, quæ mōstrat principia XLVII non esse infinita, sed finita. Si enim alia sunt eadē, melius est esse finita q̄ infinita principia. atqui alia sunt eadem. Melius est ergo esse finita. Et cōnexum quidem clarum est ex eo quod prius ostensum est. Si sunt enim infinita principia, & ipsa incognita, & ea etiam quę ex eis constant faciunt esse incognita: melius est scilicet quod finitum est, & maximè cùm in tradēdis causis alia sint eadē. Quòd aūt etiam si sint finita, tradūtur causæ eorum quæ fiunt, clarum est ex eo q̀ Empedocles qui dicit esse finita elementa, putat se oīa posse tradere quæ Anaxagoras ex infinitis. Hoc aūt argumentum habet etiam aliquid aliud vtile. Ad eos enim qui dicebant non posse quidem īfinitum cognosci, nec tñ posse, qui aliter posuisset, eorū quæ fiunt causas tradere, si quidem oportet ea quę fiunt, fieri ex eo quod est, videri aūt ex eo quod non est. quāuis G ergo facilius perspici possit quod est finitum, non tamen propterea oportere omissa veritate aliquid aliud dicere: nō enim sumus effectores eorū quę natura cōstant, sed ea quō se habeant cōsideramus: Aduersus eos ergo qui hęc dicunt, adducit Empedoclem, qui cū finita diceret principia, omnia tradebat, quæ ij qui dicunt infinita.

Præterea autem sunt alia alijs priora contra- LI ria, & fiunt alia ex alijs. quemadmodum dulce & amarum et dulce & nigrum. Oportet autem semper manere principia. Quòd ergo neque vnum sit, neq; infinitum, ex his clarum est.

Hanc secundam causam dicit afferri Alexāder, quòd oporteat in principijs ponere vnam repugnantiā, et non infinitas. Et vt quæ principium quidem ponat vnā repugnantiam, secunda fuerit: Quòd autem nō sint infinita principia, quartum est argumētum. Primum enim erat quod dicebat fieri non posse vt essent infinita, qm̄ nec sciri quidem potest id quod est. H Secundum autē, vnam esse repugnantiā in quouis vno genere. Tertium aūt contingere etiam ex finitis. Post quæ hoc est quartum, quod simul etiam quādam soluit obiectionē, quæ dicit, Etiam si sint cōtraria principia, quid ꝓhibet quo minus sint infinita cōtraria, cùm proferantur multę oppositiones? Soluit autem, ostēdens oīa contraria reduci ad vnam supremam oppositionē. Simul autē etiam ostendit non solùm infinita non esse contraria, sed neq; plura duobus ea quæ sunt suprema & principialia. Etsi enim multa sunt cōtraria, sunt alia tñ alijs priora cōtraria, & hæc quidem continentia, illa verò quæ cōtinentur. & fiunt secūda ex prioribus. & ea quæ continentur, ex continentibus. Clarum est aūt q̀ quę sunt omnium prima & continentia, ea fuerint principia. Oportet enim principia esse & prima & omnium cōia. Et q̀ ita quidē se habent principia vt hæc quidē contineant, illa verò contineantur, & sint alia alijs priora,

Oīa contraria reducunt ad vnā supremam oppositionem.

Duo tñ contraria suprema & principalia.

priora, & fiāt alia ex aliȷ̃s, prius quoq; dixit, cum aiebat, Sumunt enim ex tali ordinis cõiugatione. Hæc enim cõtinent: illa verò continentur ex contrarȷ̃s. Quæ enim cõtinent, sunt & priora & causæ. Porrò aūt id quoq; nunc ostendit per exempla. Dulce enim & amarum & album & nigrum fit ex terra & igne. & ea ex calido & frigido. quēadmodum ea referebant ad rarefactionē & cõstipationem. & eas ad cõcretionem & discretionem. Quin etiam Democritus cùm posuisset infinitas atomos: differentias ipsarum quæ sunt in qualitate, per repugnantias quæ sunt in positura, figuris, & ordine generat, has illis priores esse ponens. Oportet enim omnium cõia tanq̃ principia sumere. Sinautē dixero album & nigrum principia, eorum quidē quæ colorata sunt erunt principia. eorum autē quæ sunt coloris expertia, vt duri & mollis vel dulcis & amari, nõ itidem. Quin etiam dulce & amarū non fuerint principia eorum quæ sunt saporis expertia. Concretio aūt & discretio sunt cõia rerum naturalium. & finis & infinitum, & idem & alterum. & omnium maximè cõmune, & vt cõe naturale, forma est & priuatio. Quocirca melius est multa in vnum redigere. Empedocles itaq; cùm duas in elementis posuisset repugnantias, calidi & frigidi, humidi & sicci, duas illas in vnum redegit fastigium amicitię & contentionis, quemadmodum eam quoq; in vnitatē necessitatis. verùm ipsa quidem vt vnum. Contentio aūt & amicitia, vt duo. & non vt efficientia solùm, sed etiā vt elementaria, quēadmodum discretio & concretio. habent enim ęqualem cum eis potestatem. Si ergo quędā ex contrarȷ̃s videntur fieri ex aliȷ̃s contrarȷ̃s, non fuerint oĩa contraria principia. Principia enim prima sunt. Prima autē neq; ex aliȷ̃s, neq; alterum ex altero. Si ergo oĩa reducuntur ad primā repugnantiā, vel cõcretionem & discretionem, vel id quod exuperat & quod exuperatur, vel formam & priuationē, cùm aliȷ̃ aliter pro variamētis applicatione repugnantiam primā sint contemplati, fuerit prima repugnantia principium. cùm vna sit. Sed q̃uo qui contraria dixit esse principia eorum quæ fiunt & intereunt, subiunxit, PRINCIPIA autē oportet semper manere? } Atq; Alexander quidē dicit esse ęterna principia. Si enim fierent, quicquid autē

Principia q̃uo semper maneant.

» fit interit, interirent principia. Quare etiam ea quæ sunt
» cõposita ex principȷ̃s. Quare deficier aliq̃n generatio,
» cùm nihil sit ex quo gignatur aliquid. Sinautem hoc est
» absurdum, oportet semp esse principia. Deinde adȷ̃cit
» etiam demõstrationem Platonis de principȷ̃s. Si enim
» fiant, fiant ex principȷ̃s. Sinautem hoc non ita sit, nõ fue
» rint hæc principia. Duplicia sunt autem, inquit, vt osten
» detur principia. hæc quidē quę præexistunt, & sunt inge
» nita, & numero æterna. vt id quod efficit & materia: illa
» verò in quibus est generatio & interitus. quę quidē sunt
» contraria, quæq; nec sunt ingenita, nec numero æterna.
» Præterea autem, inquit, cum multa sunt principia, non
» sunt oĩa principia æterna, sed quę sunt vel maximè prin
» cipialia: in ea autem quæ propinqua sunt cadit interitus.
» Quare non est quoduis principium ęternum. Præterea
» cùm cõtraria sint hæc quidem vniuersa, illa verò singula
» ria, singularia quidē quæ fiunt, etiam intereunt. Vniuer
» sa aūt contraria, sub quibus sunt oĩa contraria, quę etiam
» sunt maximè generalia, priuatio & forma nõ intereunt.
» In ea enim quæ sunt vniuersa non cadit interitus.

Hæc cùm his verbis dixerit Alexāder, operę pretiū erit quærere ab ipso & ab Aristotele, quomodo cùm sumat principia propinqua & elemētaria, non autem efficientia & abstracta: quomodo aūt cùm etiam dicat contraria fieri ex contrarȷ̃s, & intereūdo redire in contraria, hęc inquā cū ponat principia, æterna tñ dicit principia? Atqui ipse quoq; Alexāder ea in quibus est generatio & interitus, quæ sunt contraria, nec ingenita esse dicit, nec numero æterna. Clarum est aūt Aristotelem disserentem de principȷ̃s vt contrarȷ̃s, subiunxisse, Principia autem semper oportet manere. Quare etiam si maximè principialia, vt

Principia propinqua & elementaria nõ esse æterna.

A ait, principia sunt æterna, in propinqua aūt cadit interitus, propinquorum fuerint cõtraria. Quomodo autem dum dicit vniuersa cõtraria æterna, in singularia autem cadere interitum, nõ aduertit hæc non solum adesse vniuersæ formę & priuationi, sed vniuerso etiā albo & vniuerso nigro? Quare sunt hæc etiā principia. In summa aūt ad ostendēdam esse vnā principialem repugnātiam, quid iuuat dicere æterna principia? Non enim si æterna, iam etiam duo sunt. Nunquid ergo est melius, vt pręceptor noster corrigit, dicēs illud, semper manere oportet, nõ significare ęternum, nec ostendere esse ingenita & ab interitu aliena hæc principia, de quibus agitur. quomodo enim adhuc erit in horū mutatione generatio & interitus, quod quidē in his quæritur? Sed illud, Semper manere oportet, dictum ē, vtpote q̃ oporteat in vnoquoq; eorum quæ gignuntur & intereunt, inueniri oĩno formā vel mutationē in eo quod mutatur: vel potius & formā & priuationem. Habet enim quæuis forma etiam priua-B tionem, quæ est absentia illius formæ, in quā apta est natura quæ mutetur. Album enim corpus habet quidē album, formam: priuationem aūt nigri, in quod aptum est natura quod mutet. & hoc fuerit repugnantiæ verè principialis proprium. Quocirca hoc etiā subiunxit Aristoteles, vt quæ causa sit vt alię repugnantiæ nõ sint principia, nisi per oĩa procedant. Ex his enim oppositionibus, quæ sunt paulo magis singulares, nullam inuenies quæ extensa sit ad res omnes naturales. neq; enim sunt oĩa nigra, neq; alba, neq; dulcia, nec amara, quæ sunt naturalia. Forma est aūt in oĩbus. Cæterum in æternis quidem ea sola est. in ȷ̃s aūt quæ generātur & intereunt vnà cum forma est etiam priuatio, non ipsius quidem formæ, sed oppositæ, in quam apta sunt natura quæ mutentur. Ita ergo semper permanere dicitur principialis oppositio, & si nõ permaneāt aliæ oppositiones. Quemadmodum si quis dicat primam semper manere materiam, quæ in oĩbus videtur materialibus, licet lignū & ęs & materiæ C singulares non sint semper eædem in oĩbus. Num autē illud semper, non solum significat absolutam summam temporis, verùm etiā rerum, vt nunc etiam dicatur pro eo quod est vbique.

In naturalibus forma ē & priuatio. In ęternis sola est forma.

Quoniam autem sunt finita, non facere duo tantum, rationi est vtcūq; cõsentaneum. Dubitauerit enim quispiam quomodo apta est natura densitas vt faciat raritatem. vel ipsa densitatem. Similiter autem etiam quæcunq; alia repugnantia. neq; enim amicitia conciliat cõtentionem, & ex ipsa facit aliquid, neq; ex illa contentio. sed ambo aliquid aliud tertium. Nonnulli autem plura etiam sumunt, ex quibus eorum quæ sunt naturam constituunt.

Postq̃ ostendit prima cõtraria esse rerum naturalium D principia, quæ quidem duo sunt, si sunt prima principia: vult deinceps etiam tertium introducere principium, quod est cõtrarȷ̃s subiectum. Id autē est materia. Eam autem introducit, pluribus argumentis vtens, nõ sufficere cõtraria ad rationem principȷ̃. vel potius, q̃ ne principia quidem oĩno fuerint, si per se sumātur. Atq; primū quidem argumentum ostendit contraria non esse principia, si per se ipsa sumant̃, sic potestate ratiocinans. Principia aliquid faciunt, siquidem sunt principia. Contraria aūt non faciunt aliquid, si per se fuerint. Contraria ergo nõ sunt principia. Quòd aūt nihil faciunt cõtraria, si sola sint, clarum est ex eo q̃ id quod agit, in aliqd agit quod actionem sustineat, quemadmodum nigrum in corpus. Contraria autē si per se fuerint, in nihil agunt. neq; enim alterum alterum sustinet. neq; albū agit in nigrum. neq; amicitia in cõtentionem. non enim contentionem conciliat amicitia, sed elementa subiecta. Quod enim agit, in

Cõtraria nõ sunt principia, si per se sumantur.

aliquid

aliquid agit quod id sustinet. Contrarium aũt non sustinet cõtrarium. Nam si sic quidẽ sustineat, contentio erit amicitia. sed cùm vtrunq; eorum agat in subiectum, quo magis fit alteriũ subiecti cõpos, tanto magis excedit reliquum. Ad probandum autẽ tertio aliquo opus esse cõtrarijs, adiecit nonnullos non vnũ facere subiectum contrarijs, sed plura. Quemadmodum Democritus quidem qui infinitas atomos suis subiecit cõtrarijs, quę sunt in figura, positura, & ordine. Empedocles verò quatuor elementa contentioni & amicitiæ.

LII Ad hæc autem hoc quoq; adhuc quispiã dubitauerit, an non quis aliam subijciet naturam contrarijs. Nullius enim eorum quæ sunt substantiæ videmus, contraria. Principium autem non oportet dici de aliquo subiecto. erit enim principium principij. Subiectum enim videtur esse principium, & prius eo quod prædicatur.

L Hoc dictum diuisit Alexander in duos syllogismos. Hoc quidem, AN NON quis aliam subijciet naturã contrarijs } tanq; vnum hoc modo colligentem. Contraria nulli subijciuntur. Principia subijciũtur. Principia ergo non sunt contraria. Secundum aũt eiusmodi. Principia non dicuntur de subiecto. Contraria dicunť de subiecto. Quare non sunt contraria principia. Num aũt illud quidem, HOC quoq; dubitauerit quispiam, an nõ quis aliã subijciet naturam contrarijs } non est demonstratio, sed quæ proponitur quæstio. Dubitationem autem, quam subijciet quispiam aduersus eos qui non ponunt aliã naturam, deinceps subiungit. & ideo subiũxit illud, enim NVLLIVS enim eorũ quæ sunt substantiã videmus contraria } tanq; hæc sit dubitandi cã aduersus eos qui non subijciunt aliam naturã contrarijs. Syllogismus autem, vt ego quidẽ puto, talis est. Contraria in subiecto sunt. & accidentia. Principia non sunt accidentia. Contraria ergo non sunt principia. Et q contraria quidẽ sint accidentia, prius assumpsit ex eo q nullius eorum quæ sunt substantia videanť contraria. Si non sunt aũt substantia, clarum est ea esse accidentia. Hoc aũt clarum est ex eo q cõtraria non per se sint, sed quod sunt, habeant in subiecto. Contraria enim quędã sunt differentiæ. Differentię aũt alicuius sunt differentiæ. Quocirca, NVLLIVS, inquit, substantiam videmus contraria, } vt quę debeant oĩno quicquid sint esse alterius. Quòd autẽ principium non dicatur de subiecto, hoc est, Non sit in subiecto, nec accidens, sic ostẽdit. Quod de subiecto dicitur, principiũ habet, subiectum. Principium non habet principium. Principium ergo nõ est in subiecto. Erit enim principiũ principij. Atqui nõ est principium principij. Non ergo quod de subiecto dicił, est principium. Connexum aũt sic probat. Ante id quod de subiecto dicitur prius est subiectũ. Quod prius est, est principiũ. Eius ergo quod de subiecto dicitur, subiectum est principium.

Cõtraria eẽ accidentia.

Principium non dici de subiecto.

Præterea non dicimus substantiam esse substantiæ contrariã. Quomodo ergo ex non substantijs fuerit substãtia. Vel quomodo non substantia est ante substantiam?

LI In his videtur tres aut quatuor syllogismos cõprehendete. quorum primus quidẽ est huiusmodi. Substantia non habet contrarium. Contrarium habet contrarium. Contrarium ergo non est substãtia. Secundus aũt cùm sumpsisset cõtraria non esse substantiã, tanq; ex transpositione affirmationem, & assumpsisset non substantiam non esse causam substãtiæ, colligit contraria non esse causas substãtiæ. Quæ aũt non sunt causæ substantiæ, nõ fuerint principia causatum naturalium. Tertius autem est huiusmodi. Contraria nõ sunt priora substantia. Principia substantiæ sunt priora substantia. Contraria ergo nõ sunt principia substantiæ. Quòd aũt contraria non sint

E priora substantia, sic ostendit. Contraria sunt non substãtia. Non substantia habet quod est propter substantiã & in substantia. Quod propter substãtiam & in substantia habet quod est, nõ est prius substãtia. Sed quænam est substantia, quã negat esse contrariorum? Alexãder quidẽ in eo quod est, NON dicimus substantiã esse substantiæ cõtrariam } dicit esse subaudiẽdum, Quæ est in subiecto. Formę enim, quę est substãtia, videtur esse priuatio cõtraria. Nisi vtiq;, inquit, priuatio dicitur cõius contrarium. Miror aũt an etiam materia sit nunc audiẽda substantia. Neq; enim materia per se est principiũ, neq; propriè substantia. Sed si quidem vtiq; est, est tertia ratione. Substantia enim est propriè quod est cõpositum ex materia & forma. Secundo autem forma. & tertio materia. Puto autẽ ijsdem etiam argumentis posse ostendi materiam per se non esse principium, si quidem nõ substantia per se est, ex non substantia autem nõ fuerit substantiæ.

Substantia non esse [illegible] stãtię con[trariam].

Substãtia [tri]b^9 modis [di]citur.

F Porrò aũt hoc etiam mihi videť quæsitu dignum, quomodo dictum sit illud, Quomodo ergo ex nõ substantijs fuerit substãtia? neq; enim oportebat esse substãtias elementa substantiæ. Si enim elemẽta sunt ante id quod ex elemẽtis componitur, & fuerint substãtia elementa substantię: anteq; substãtia fiat erit substãtia. In summa autẽ nõ sunt omnino elementa id quod ea quę componuntur ex elementis. Neq; enim elementa hominis sunt hoĩes. nec carnis elementa caro sunt. Num ergo materia & forma, siue eius oppositio, quæ sunt elementa eius quæ est propriè substãtia, ea est aũt composita: substantia quidẽ per se vtraq; non sunt, sed tantum substantialia: & corpora quidẽ non sunt, sed corporea, vt etiam significat Eudemus, vocans corporeã materiam. Cùm aũt cõuenerint, sunt & substantia, & substantiam cõstituunt. Quocirca neutrum per se neq; est substantia, neq; substantiam constituit. verũtamen ad rõnem quidem certè substãtiæ materia plus habere videť quàm repugnãtia, quatenus per se quidem potest esse materia, quod quidem est propriũ

Materiæ & forma per se nõ sunt substãtię sed sub[stan]tiales, [non] corpora s[ed] corporea.

Materia p[lus] habet ad ra[tio]nẽ substã[ti]æ q̃ repu[g]nantia.

G substantię: Oppositio aũt omnino habet quod est in altero, & est in subiecto. & ea rõne est longius à subiecto. & ideo ex eo q cõtraria sint in subiecto ostendit ea nõ esse principia, dicens magis esse principium subiectum eo q est ante id quod prædicatur. Sed præterea mihi videť quærere oratio quisnam sit scopus dicti propositi. Quòd enim adhuc velit per ipsum ostendere repugnantiã non esse sufficientẽ ad principij rõnem, clarum est: Quænam sit autẽ substantia cuius quærit principia, & quanã certa via ac rõne id quod dicit persequať, existimo nõdum clarum fuisse ex ijs quę dicta sunt. Num igitur compositę substantiæ, quã etiam in ijs quę cõsequuntur propriè dicet substãtiam, quatenus principia, formæ & priuationis oppositionẽ non dicit sufficere. qm̃ etiã si forma sit quodãmodo substãtia, priuatio, quæ est eius oppositum, nequaq; est substãtia. Substantia enim nõ est substantię cõtraria. Opus est ergo aliquo alio subiecto, vt cum forma faciat cõpositum, cùm nõ insit priuatio, sed ad generationem

Formę & pri[u]ationis op[p]ositio non sunt suffici[en]tia principia nisi adsit ma[teria].

H nem cõferat & interitũ. Quòd aũt hoc non ostendat, nõ esse cõtraria absolutè principia, sed non per se principia, ostendit ẽt per ea quæ deinceps cõsequunť, hoc ipsum dicens, nõ aliter fieri posse, vt & priora & quę nunc dicunť simul vera sint, nisi præter contraria, ponatur ẽt aliquod tertium cõtrarijs subiectum. Et ideo dubitationes vocat quæ nũc dictæ sunt: vt quæ distinctione aliqua præterea opus habeant: ostendens ea quidẽ per se non esse principia: alicui aũt tertio coniuncta, principia effici.

Quocirca si quis & priorem, & hanc veram putauerit orationem, necesse est si est conseruaturus vtrasq; orationes, ponere aliquid tertiũ. quemadmodum dicunt qui vnam aliquam naturam dicunt esse vniuersum, vtpote aquam, vel ignem, vel id quod intercedit. Videtur aũt LIII

LIIII

magis

magis id quod intercedit. Ignis enim & terra & aer & aqua cōnexa sunt cum repugnantijs. Quocirca non absq; ratione faciunt, qui subiectum faciūt aliud ab his. Ex alijs aūt qui aerem. Porrò autem aer minimè habet aliorum sensiles differentias. Proxima autem est aqua.

LII Cùm prius ostendisset contraria esse rerum naturalium principia, ex eo quòd id quod fit, neq; fiat ex quolibet, sed ex contrario, & intereundo redeat non in quodlibet sed in contrarium, deinde alias subiunxisset orationes quæ de eis dubitabant, & videbantur ostendere contrarium, quòd contraria scilicet non essent principia, ostendebant autem vera & accurata syllogistica ratione, non sophistica caliditate: inuenit rationem, qua & quæ prius dicta sunt, & quę proximè dicēda sunt, etiam si videantur dicere contraria, inter se consentient. ea autem est, principia quidem esse contraria: hoc enim prius verè ostensum est: sed non si per se sumpta fuerint: vera enim sunt quæ dicta sunt ad id tollendum, sed cum aliquo alio contrarijs subiecto. Et rursus inuenit Physicos cōsentientes ei quod ab eo dicitur. qui vnam subijcientes naturam contrarijs, per quam dicebant vnum esse id quod est, ex ea gignunt omnia. Quemadmodum Thales quidem aquam: Heraclitus autem ignem: Anaximenes verò aerem: Diogenes autem id quod intercedit. Hi enim omnes hanc vnam naturam subiecerunt cōtrarijs, concretione & discretione, vel rarefactione & constipatione alia dicentes ab hac fieri. magis autem laudat eos qui id dicunt quod intercedit. Et causam adijcit. Quatuor enim elementa iam sunt cum repugnantijs. Ignis enim calidus & siccus. aer verò calidus & humidus. Aqua autem frigida & humida. Terra verò frigida & sicca. Omnia sunt autem cum repugnantia. Omnia enim sunt ex materia & forma. Id autem quod est contraria suscepturum, & cum eis eorum quæ sunt generationes & interitus constituturum, oportet sua ipsius natura esse expers contrariorum. Si enim habet in substantia aliquid ex contrarijs, vel non mutatur per ipsum, & nihil erit ex ipso: vel interibit, si eius essentia est in altero contrariorum: vel simul habebit contraria. In summa autem si est cum contrario, non est vtiq; simplex, sed compositum. Contraria enim sunt in subiecto. Quamobrem nec principium. Principia enim illa sunt ex quibus hoc est, sed non idipsum. Si quis autem omnino cupit vnum ex elementis ponere principium, melius est dicere aerem. quoniam si cum alijs conferatur, videtur sensiles habere differentias. Videbitur ergo per se poni vt expers qualitatis, & qui nullam habeat repugnantiam. Ex alijs autem rursus aqua est aptissima verti in contraria. Calesit enim & frigesit facile. Quinetiam concrescit in glaciem, vt ne videatur quidem in substantia habere humiditatem. Ignis verò manifestas habet repugnantias. caliditatem, inquam, & siccitatem, & maximè caliditatem. & si ignis quidem maneat, non est aptus natura qui suscipiat contraria. Huius autem causa est quòd is sit maiore agendi vi præditus, & habeat quādam cum forma proportionem, sed non cum materia.

Principia nō esse cōtraria si per se sumpta fuerint.

B

C

Aer cū alijs collatus habet sensiles differētias.

Aqua ē aptissima verti in cōtraria.

Ignis manifestam habet repugnātiā.

Ignis habet quandam cū forma ꝓportionem.

D

LV Sed omnes quidem hoc vnum figurant contrarijs, quemadmodum densitate & raritate, & eo quod est magis & minus. Hæc autem sunt omnino exuperatio scilicet & defectus, sicut prius dictum est. Videtur autem hæc quoq; vetus opinio, quòd vnum & excessus & defectus sunt eorum quæ sunt principia. verùm non eodem modo. sed antiqui quidem duo quidem agere, vnum verò pati. Posteriorū autem nonnulli contrarium, vnum quidem agere, duo verò magis pati dicunt.

LIII Cùm & ex rationis necessitate, & ex aliarum rerum naturalium testimonio, vnum introduxisset: quòd ne ipsum quidem sit per se sufficiens ostendit, quoniam ne illi quidem vnum posuerint solum, sed cum ipso contraria, volens tria ex illorum sententia principia constituere. & dicit quòd illi vnum contrarijs figurant, eorum quæ sunt differentias tradentes ex contrariorum differentijs, hi quidem raritate & densitate, illi verò eo, quod magis & minus. Nam autem hi etiam qui raritate & densitate alia generant, eo quòd quam habet qualitatem vel quantitatem intendat vel remittat, id faciunt. Rarefactio enim est remissio. Constipatio verò est intensio. Quorum intensio quidem est ad id quod est magis: remissio verò est ad id quod est minus. Omnia autem reducuntur ad excessum & defectum. Videtur autem, inquit, non esse à nobis recenter introductum quòd tria sint principia, sed hæc esse vetus sententia, quòd vnum, exuperatio, & defectus sunt eorum quæ sunt, principia. Etsi enim non omnes vsi sunt eodem nomine excessus & defectus, sed hi quidem concretionem & discretionem, illi verò rarefactionem & constipationem, vel quod magis & minus, vel magnum & paruum vocabant: sed tamen hæc quidem certè omnia reducuntur ad excessum & defectum. Et hac quidem ratione omnes inter se conueniunt, qui tria dicunt esse principia: Differunt autem, quòd antiquiores quidem, duo quidem quæ sunt contraria dicant efficientia, vnum autem patibile atq; materiale. Ex posterioribus autem aliqui, vnum quidem efficiens, duo autem contraria patibilia & materialia. Videtur autem Plato sic dicere, id quidem quod agit vnum ponens, id autem quod patitur seu materiam, excessum vocans & defectum, magnum & paruum, & ea ratione duo id esse dicens. Clarum est autem quòd si causam quidem propriè efficiētem vnum esse diceret, hoc non fuisset elementum. Si autem formam vnum, materiam verò duo, more Pythagoricorum per numeros significans: merito vnum quidem formam diceret, vt quæ finiat ac terminet id quod comprehenderit: duo autem materiam, vt indefinitam & quæ magnitudinis causa sit & diuisionis, & quæ ad opposita suscipienda sua natura apta sit. Aduertendum est autem paulo post ipsum Aristotelem priuationem & materiam in idem redigere, dum dicit. Est autem subiectum numero quidem vnum, forma verò duo. Clarum est autem ipsum quoq; subiectum quidem duo dicere, formam verò vnum.

Tria principia cōstituūt etiam Physici veteres.

B

Vnū, excessus & defectus, tria principia.

C

Vnū cur formam vocent Pythagorei, duo vero materiam.

LVI Tria itaque elementa esse dicere, & ex his, & huiusmodi alijs considerantibus, videri possit esse satis rationi consentaneum, quemadmodum ante diximus. plura autem tribus non itidem. Ad patiēdum enim vnum satis est. Sin autem cum sint quatuor, duæ erunt repugnantiæ, oportebit absque alterutra intercedere aliquam aliam naturam. Sin autē possunt gignere alterum ex altero, fuerit superuacanea altera repugnantia.

D

LIIII Cùm admodum philosophicè, non solùm demonstratiua necessitate, sed aliorum etiam Philosophorum consensione

sensione demonstrasset debere esse tria principia elementaria, quæ, vt accuratius loquerentur, non absolutè principia, sed magis propriè elementa vocauerunt, demonstrat præterea non esse elementa plura tribus. Quoniam enim necesse est & vnum esse aliquod subiectum, & in subiecto duo esse contraria, si quidem neq; agit contrarium in contrarium, sed in commune subiectum, neque fit quodlibet ex quolibet: si quis omnino vult plura esse principia, vel aliud subiectum adijciet, vel aliam repugnantiam. Sed fieri quidem non potest vt aliud subiectum adijciatur. Si enim eadem erit natura, quæ est eorundem susceptrix, quatenus eo ipso consistit quòd sit receptaculum: vnum & solum erit subiectum. Sin autem inter se differunt: etiam differentiæ erunt formæ. & non erunt amplius subiecta sed composita, & cum repugnantia. Differentiæ enim consistunt per oppositionem. Omnino autem subiectum vult esse simplicius, vt quod suscipiat in seipso mutationem. His autem adiunge etiam, quòd quemadmodum principium erat vnum quod prima producebat, ita etiam quod postrema suscipit, erit vnum. Quod enim prima producit contraria, cùm sit eis potentius, & ideo amplius procedit quàm quæ progenuerunt, post extremorum contrariorum substantiam generat vnam quandam naturam, quę dissimiliter seipsam imitatur. Quemadmodum enim illa per causam continet contraria, ita etiam ipsa ad ambo natura apta est. & quemadmodum ipsa est genitrix contrariorum: ita etiam illa susceptrix. Oportet ergo subiectum esse vnum, quod sit aptum ad patiendum. Si quis autem dicat duas repugnantias, ponens quatuor contraria, vel duo etiam ponet subiecta, vnum in vtroq;, & sic non erit vnum subiectum, quod prius ostensum est: quinetiam vel ex vtroque subiecto vtraque repugnantia potest generare omnia, & erit altera superuacanea, sic enim erit vna repugnantia: vel vtraque quædam propria & separata generabit, non erunt amplius eadem omnium principia. Sin autem cùm posuerit vnū esse subiectum duabus repugnantijs, dicat ipsa posse gignere ea quæ sunt ex vno subiecto, rursus vel hæc quidem alia, illa verò alia, vel ambæ vtraque, & sic rursus eadem erunt absurda. Si enim alia & alia, & ex eodem subiecto, subiectum quidem erit commune omnium principium, repugnantiæ autem non erunt vtiq; communes. Sin autem omnia gignunt alia ex alia, altera rursus est superuacanea. vna enim erit repugnantia. Sin autem posuerit quispiam plures duabus repugnantias, eadem absurda consequentur, & adhuc magis. Harum autem diuisionis sectionum, & absurdorum quæ eam consequuntur, hæc quidem posuit, illa verò obscura prætermisit Aristoteles. Nam duo etiam subiecta dicere eos qui duas ponunt repugnantias, ipsum tanquam absurdum posuit, quoniam prius sumptum sit vnum sufficere ad patiendum: Ad eadem autem gignenda duas repugnantias, siue sit vnum, siue sint duo subiecta, subiunxit commune absurdum, esse superuacaneam alteram repugnantiam, & ambas vnam futuras, & generare eadem. Vtranq; autem seorsum generare quædam propria, ne de quo verba quidem faceret dignum censuit, cùm de communibus disserat principijs. Porrò autem Porphyrius illud, Alterum ex altero generare, sic audit, vt si quis dicat rarum & densum, calidum & frigidum vt prima: deinde calidum quidem ex raro: frigidum verò ex denso. Sufficiet enim rari & densi repugnantia. & si dixisset quidem alterum gigni ex altero, satis consentanea fuisset expositio. nunc autem dixit alterum ex altero gignere.

Principia nō esse plura tribus.

Subiectum cur simplex eē oporteat.

Simul autem etiam fieri non potest vt sint simul plures primæ repugnantiæ. Substantia enim est vnum aliquod genus eius quod est. Quare eo quod est prius & eo quod est posterius principia solùm alterum ab altero differēt, sed nō genere. semper enim in vno genere vna est repugnantia. Omnes autem repugnantiæ videntur reduci ad vnam.

Postquam ostendit quòd si quis duas primas posuerit repugnātias, vel duas etiam ponet materias, vel vna erit superflua materia, vel altera ex repugnantijs: nunc ostendit quòd prius quoq; dicebat, ne fieri quidem posse vt sint plures vna repugnantiæ, sic nunc quoq; ratiocinans. Substantia est vnum idem genus. In vno autem genere vna est repugnantia. Atqui substantia prima est aliorum generum. Quæ aūt est in primo genere repugnantia, prima est earum repugnantiarum quæ sunt in alijs generibus. Quare quæ est in substantia repugnantia, est prima repugnantiarum quæ sunt in alijs generibus. & ita se habuerint repugnantiæ, quę sunt in generibus, ad eam quæ est in substantia, sicut ipsa se habent genera ad substantiam. Si ergo illis id quod est, est à substantia, eorum quoq; repugnantijs esse erit à repugnantia quæ est in substātia. Posterior ergo est, & illi subest. Vna est ergo prima repugnantia quæ est in substantia, & ipsum principium. quandoquidem principia substantiæ quærimus. Iure ergo omnes repugnātias in formam & priuationem veluti quoddam fastigium congessit oratio, quoniam ea est maximè propria substantiæ, & per eam peragitur ortus & interitus. Si quis autē sumit in principijs plures repugnantias, sic dixerit quispiam principiorum hæc quidem esse prima, illa verò post ea. Cùm autem sic sint vnius generis, different eo quod est prius & posterius. Si enim commune genus est substantia, fuerit maximè generalis substantiæ repugnantia. Illud autem, OMNES repugnantiæ videntur reduci ad vnam, vel & ex eorum quæ cernuntur euidentia fidem facit, & ex omnium Physicorum testimonio, qui unam primam ponunt: vel ex sua ipsius sententia, quæ omnes repugnātias reducit ad formam & priuationem. Et propinqua quidem generationis principia ex eius sentētia duæ sunt repugnantiæ, caliditas, frigiditas, siccitas humiditas, quemadmodum ostendit in secundo de generatione. Quoniam autem hæ quoq; reducuntur sub vnam habitus & priuationis, propterea ex eius sententia vna est principialis repugnantia. Ita Alexander nunc quoq; locum exposuit. Hoc verò, SEMPER enim in vno genere vna est repugnantia, id accipit in repugnatia quæ est propinqua generibus. Album enim & nigrum est coloris proxima repugnantia, non qualitatis. Qualitas autem, inquit, vel non habet propinquam repugnantiam, vel si habet, ad eam album & nigrum reducetur, & alia similiter contraria quæ sunt in qualitate. Porphyrius autem substantiam accipit materiam, & in ea vnam esse dicit repugnātiam, primam scilicet: quoniam genus est substantia: in quouis autem genere una est repugnantia, prima scilicet. Sic autem dicit. In quouis genere vna est repugnantia, nempe prima. Genus autem est etiam substantia. Vna est ergo in ea quoq; repugnantia. Materia autem est substantia. Quare etiam in ea vna est repugnantia, nempe prima. & si sint plures, different eo quod est prius & posterius, non autem genere. in vno enim genere vna est semper repugnantia. Sic autem melius existimo quàm in vniuersa illa audire substantia, quæ alijs generibus opposita ab eis distinguitur. Dicere enim aliorum generum repugnantias esse sub repugnantia substantiæ, quoniam ipsa quoque genera quod sunt habent à substantia, mihi videtur esse dictum minimè probabiliter. Aliæ enim repugnantiæ reducuntur sub primam, vt prima prædicetur de alijs. Vniuersa enim est exuperatio & defectus, identitas & diuersitas,

LV

Vna est sola principialis repugnātia.

In vno genere vnam esse repugnantiā

A tas, vel quodcunq; aliud quis primam dixerit. nec tamen sunt alia genera substantiæ propterea enim quòd id quod sunt habent in substantia, ꝑpter hoc ipsum nequaquam sunt substantię. Melius est ergo fortasse substantiam & vnum genus quicquid est genitum audire, quod est cōmune decem generum: quocirca propinqua quoq; ipsorum repugnantia, est decem generum, habitus inquam, & priuatio. Potest autem etiam audiri materia, vt pote quòd quicquid est in ea genitum & materiale in ea consistat. non autem quòd materia sit propriè substantia. neq; enim nec quæ intelligentia percipitur substantia est materia, nec sensilis. Illa enim est omnino materię expers. hæc verò & ipsa quoq; habet ortum & interitū, quæ quidem est genita substantia. Quod autem gignitur & interit opus habet subiecto & materia, vt discemus in ijs quæ cōsequuntur. Materię autem facere materiam, est à ratione omnino alienum.

CAPVT VII.

B

LVII Quod ergo neque vnum sit elementum, neq; plura duobus aut tribus, clarū est. vtrum aūt ex his, quemadmodum diximus, magnam habet dubitationē. Ita ergo nos quidem dicimus, persecuti primùm de vniuersa generatione. Est enim naturæ consentaneum, cùm cōmunia primum dixerimus, sic contemplari ea quæ sunt in vnoquoq; propria.

LVI Postquam ostendit opus esse vna repugnātia in principijs, & aliquo subiecto contrarijs, concludit quòd neq; vnum est elementum, si quidem sunt contraria, & aliquod subiectum cōtrarijs: neq; plura duobus aut tribus. Nam & subiectum vnum est, & contraria non sunt plura duobus. An autem duo sint principia an tria, hoc, quemadmodum diximus, dignum est quod inquiratur. C Etenim si tanquam vnum principium sumantur contraria, duo fuerint principia, materia & cōtraria. Si autem vt duo contraria, tria sunt principia. Melius est autem dubiè dictum esse propter priuationem, quæ vel idem videtur quod materia, vel etiam differt, cùm sit principium per accidens. Dubium est ergo an duo sint principia, forma & materia, an tria, adsumpta etiam priuatione, an aliquo quidem modo duo, aliquo verò tria, quod etiam verum videbitur. Hęc enim sunt quæ ab ipso deinceps aptè & ordine explicātur. In his autem est multa dubitatio, vtrum cōtraria sint æquè principia, an hoc quidem per se, illud verò per accidens. Atq; adeò ea quę de ijs dicuntur concludens, subiungit. » Quare fieri quidem » potest vt duo dicantur principia, fieri etiam potest » vt tria. & fieri quidem potest vt contraria, & fieri etiam » potest vt non. Quoniam autem ex mutatione maximè & ex generatione instituit inuenire principia eorum quæ gignuntur: eorum autem quæ gignuntur seu fiunt, quæ D gignuntur quidem in aliquo ex accidentibus, apertum habent subiectum substantiam: quæ autem gignuntur in substantia, eorum subiectum minus est manifestum: propterea cùm communiter primùm verba fecisset de generatione, & adiecisset exempla mutationis, quæ est in aliquo ex accidentibus, generationem quæ est in substantia postea ab ea discernit. & ostendit etiā in illa usum subiecti, & quomodo etiam in illud se habet priuatio.

An cōtraria sint ęque principia.

Communiorem autem dixit orationem, quoniam non solum naturali, sed etiam artificiali generatione vtitur. Talis est enim generatio musici. Quòd autem communium & eorum quæ sunt paulo crassiora contemplatio, quod ad nos quidem attinet, prior est proprijs, dixit statim in principio operis. & clarum est etiam ex ijs quę hic dicuntur, quòd quæ illic generaliter dicta sunt, à quibus A dicit oportere procedere ad singularia, cōmunia sint & crassiora, quæ sunt magis cognita.

Dicimus enim fieri aliud ex alio, & diuersum ex diuerso, vel simplicia dicentes, vel composita. Hoc autem sic dico. Fieri enim potest vt fiat homo musicus. & fieri etiam potest vt non musicum aliquid fiat musicum: vel vt qui non est musicus homo, fiat homo musicus. Simplex ergo dico hoc, nempe hominem qui fit, & hoc, scilicet nō musicum. & quod fit simplex, nempe musicum: Compositum autem & quod fit, & illud quod fit, quādo non musicum hominem dixerimus fieri musicum hominem. Ex his autem hoc quidem non solum B dicitur hoc quidpiam fieri, verùm etiā ex hoc, quemadmodum ex non musico musicus. Illud autem non dicitur in omnibus. Non enim factus est ex homine, musicus, sed homo factus ē musicus. Eorum autem quæ fiunt, quēadmodum dicimus fieri simplicia, hoc quidē dicitur sustinens, illud verò nō sustinens. Homo enim sustinet, cùm fit homo musicus. Non musicum autem & musicæ imperitum, neq; simpliciter, neq; cōpositum sustinet. His autem definitis, ex omnibus quæ fiunt hoc sumi potest: si quis respexerit vt diximus: quòd oportet semper aliquid quod fit, subijci. idq; & si numero vnum est, forma tamē non est vnum. Quod enim forma dico, & ratione idem est. Nō enim idem est C esse hominē & imperitum musicæ. & hoc quidē sustinet, illud verò nō sustinet. Homo enim sustinet. Musicum autem & musicæ imperitū non sustinet. neq; quod est ex vtrisq; compositum. vt pote homo musicæ imperitus. Ex aliquo autem fieri aliquid, & non hoc fieri, magis quidem dicitur in ijs quæ non sustinent. quēadmodum ex musicæ imperito fieri musicum: ex homine autem minimè. Atqui in sustinentibus nōnunquā similiter dicitur. Ex ære enim dicimus fieri statuam. non æs autem statuam. ex opposito autem, & quod non sustinet, vtroq; modo dicitur, & hoc ex hoc, & hocce hoc fieri. Nam & ex musicæ imperito, & musicæ imperitus fit musicus. Quocirca etiam in composito simili- D ter. Nam & ex musicæ imperito homine, & homo musicæ imperitus fit musicus. LVIII LIX LX LXI

Hinc & subiecti inuenire naturam euidentius instituit, atq; adeò iam eam esse & pulchrè inuenit & confirmauit. Quinetiam tradit nobis differentiam, quæ inter priuationem est & inter subiectum. primùm quidem ex eo argumētans, quòd diuerso modo dicatur: deinde etiā ex ipsa rerum natura. Rem autem sic aggreditur. Et generatio, &, vt in summa dicam, mutatio, hæc quidem est simplex, illa verò composita. Simplex quidem, vt cùm dicimus hominem fieri musicum, hominē quidem qui fit accipientes, illud autem quod is fit, musicum. uel cum dicimus musicæ imperitum fieri musicum. Composita aūt, cúm nō musicum hominem dicimus fieri musicum LVII

Subiecti & priuatio in q differant.

Generatio duplex simplex & composita.

hominem. per hęc, vt mihi videtur, interea ostenderis in quo cōueniant subiectum & priuatio. Subiectum enī est homo, priuatio verò, musicæ imperitium. & vtrunq; fieri dicimus fieri illud quod est forma. Deinde tradit deinceps differentias. & primam rursus quæ est ab eo quod est dici. Ex his enim, inquit, musicæ imperitum, & quæ sunt huiusmodi, nō solùm dicuntur hoc quidpiam fieri, quemadmodum id quod est musicę imperitum, musicū, sed etiam ex eo, quēadmodum ex non musico musicum. Homo autem, & generaliter quæ sunt eiusmodi, non eo modo se habent. Non enim dicimus ex homine fieri musicum, sed hominem musicum. Et est hæc in ijs quæ dicuntur differentia. Secunda autem ex rebus. quòd eorum quidem quæ fiunt id quod est forma, quæ sustinent quidem fiunt. Homo enim qui sustinet, fit homo musicus. illa verò excedunt. Musicæ enim imperitum nō sustinet musicum. His itaq; definitis, & quòd duobus modis dicuntur quæ fiunt, vel vt simplicia, vel vt composita, & quòd differat id quod fit & in eo quod dicatur, & in eo quòd sustineat, & non sustineat, potest hoc vndequaq; sumi, q oporteat omnino aliqd quod fiat subijci. Id autem est vel id ex quo dicimus fieri, quemadmodū musicæ imperitum: vel id quod dicitur fieri, vt hominē. quæ etiā si sunt vnum numero, propterea quòd alterum non potest per se consistere, sunt tamen alia ratione. non est enim idem homo & musicæ imperitum. Et adaptat deinceps ea quę dicta sunt subiecto & priuationi. & primam quæ in re est differentiam dispertiens, dicit id quidem quod sustinet, esse subiectum: quod excedit autem, priuationem. hancq; maximam inuenit differentiam, & quæ causam habet apertam. Subiectum enim, vt quod ne formæ quidem sit contrarium, id quod ad ipsum accedit sustinet. Priuatio autem opposita, & quę cum eo cōciliari non potest, ingrediente forma omnino excedit. Deinde subiungit differentiam quæ est in eo quòd dicatur: illud quidem, in quo hoc, & ex quo hoc dicimus, adaptans priuationi: in quo verò est hocce solum, subiecto. Si quando autem etiam in eius exemplo dicimus illud, Ex hoc, vt cùm dicimus fieri ex ære statuam, non amplius illud, Hocce, in eodem dicimus. Non enim dicimus æs factum esse statuam. Quare si priuatio quidem vtroq; modo dicitur, & hoc & ex hoc: subiectum autem altero modo tantùm, ea ratione fuerit inter ipsa differentia. Si autem ea omnino distinguenda sunt, hoc quidem ex hoc fieri, magis ei quod non sustinet, hoc est, priuationi, conuenit. potest enim etiā significare id quod est post hoc. Hoc autem hocce fieri, ei quod sustinet magis conuenit. Manens enim aliqd oportet id quod fit fieri. Certè etiam cùm musicę imperitum dicimus fieri musicum, id per relationem ad subiectum dicimus. illi enim conuenit. Neq; enim ipsa musicę imperitia fit musicum. sed id quod musicæ imperitiæ subiectum est, quatenus eam habet. Quemadmodum etiam cùm dicimus ex ęre fieri statuam, quatenus in ære est priuatio statuæ quæ caret nomine, id ideo dicimus. Quoniam enim generatio est ex priuatione, cum nobis defuerit nomen priuationis, per subiectum eā significamus, vt pote q etiam in eo sit priuatio. Similiter autem & in simplicibus id habet et in cōpositis. etenim in his subiectum quod est cū priuatione, quemadmodum homo imperitus musicę, quod est cum forma subiectum nō sustinet, hoc est, musicum hominē, propterea quòd musicæ imperito opponatur musicum. quinetiā & ex musicæ imperito homine, & musicæ imperitum hominē fieri musicum hominem. Hęc est quidem vniuersa eorum quæ dicuntur sententia. In singularibus autem, cōpositum quidem, & id quod fit, subiectum dicit & priuationem, quēadmodum hominem & musicę imperitum. illud aūt quod fit, formam, quemadmodum musicum. Subijci autem dicit id quod fit, nō materiam solùm nunc dicens subijci, sed totum quod fit, in

E quo ē & materia & priuatio. Hoc ergo dicit id quod fit, etiam si est vnum numero, quoniam in idem concurrit subiectum & priuatio, nempe quòd per se priuatio nequeat consistere. Sed sunt forma differentia. Quoniam autem in his non propriè dictum est illud, Forma differre, cùm & materia sit penitus informis, & priuatio sit formæ absentia, præclarè illud, FORMA non vnum sumpsit pro eo quod est, Ratione differens. Forma enim dico & ratione, idem. Non est enim eadem ratio hominis & imperiti musicæ. Quòd autem priuatio & insit materiæ, & insit vt accidens, procedentibus planum fiet. Sed id nunc quoq; dicatur. Si non sit enim priuatio, non fuerit generatio. Ex eo enim quod non est eiusmodi, & natura aptum est, est generatio. Si non sit autem per accidens, sed per se, interierit subiectum in mutatione priuationis, si quidem ei est esse cum eo quòd priuatum sit. Sed si subiectum quidem est potentia: quod potētia autem est, est in priuatione: quomodo non est propria ratione subiectum priuatio? An dicimus potentia esse ipsum subiectum. hoc enim non habet actu. ei autem accidit vt societatem possit inire cum formis. Quare etiam formarum quas est suscepturum, priuatio, fuerit ei accidens. Cùm enim, inquit Alexander, vt alicuius materia sumitur, tūc est cum priuatione. Cùm autem ipsum per se subiectum, tunc nō cum priuatione. Dicebat autem Boethus materiam dici formæ & figurę expertem, videtur enim eē nominata materia, habita ratione eius quod futurum est. cùm autem formam susceperit, nō amplius dicitur materia, sed subiectum. Dicitur enim formæ quę inest subijci. Num autē materia quidem dicitur vt vltima: subiectum verò, vt quod referatur ad formam, siue iam formam habeat, siue eam sit suscepturum. Qualitatis autem expers, inquit Alexāder, est sua ipsius ratione materia. non vt quæ sit in priuatione qualitatis: est enim priuatio qualitas: sed vt in negatione. Quemadmodum enim formæ ita est etiam capax priuationis.

Priuatio quō insit materiæ.

Materiā esse formæ & figuræ expertem.

Subiectum ī rōne habita ad formā, siue ea habeat siue non.

G Hæc cùm dicat Alexander, aduerterit quispiā, primùm quidem si priuatio sit qualitas, qualitas autem forma aliqua, cuiusuis autem genitæ formę sit priuatio, erit etiam priuatio priuationis. Si priuatio autem est absentia: erit etiam absentiæ absentia. idq; in infinitum. Pręterea autem si materia quemadmodum formæ, ita est etiam capax priuationis, cùm adest forma, habet priuationē priuationis. Vel ergo forma est priuatio priuationis, quod quidem est absurdum, vel erit aliqua alia priuatio cum forma cohabitans. & quænam erit forma quæ illi opponitur? Num ergo alia est priuatio in prædicamentis, quæ opponitur habitui, vt cæcitas visui, quæ neq; ad habitum quidem reuertitur, quæ ipsa quoq; est quodammodo qualitatis particeps, & illita est formæ cuius est priuatio. de qua hæc scripsit Aristoteles. In priuatione autem & habitu fieri non potest vt fiat alterius in alterum mutatio. Fit enim ab habitu in priuationem mutatio: à priuatiōe autem in habitum nequit fieri. neq; enim H quispiam qui cæcus factus est, rursus vidit. neq; qui erat caluus, rursus comatus euasit. nec qui erat edētulus, rursus dentes produxit. Quædam alia autem est hæc priuatio, opposita figuræ, quæ in idipsum reuertitur, vt per horum alterius in alterum mutationem, efficiatur ortus & interitus. Et illa quidem est post formam, quæ est formæ orbitas. Hæc autem est & ante formam & post formam, vt quædam absentia quæ cōsideratur cum ea quæ est ad formam aptitudine. Quare ne priuationis quidē fuerit priuatio, sed forma, & solùm priuatio, quæ est formæ absentia. & cùm forma adest, non adest priuatio. sed neq; rursus adest absentia priuationis tanquam alia priuatio. Est enim formæ absentia, priuatio, sed non priuationis. Et dici quidem potest forma adesse & abesse. sed neq; præsentia adesse & abesse, vt sit alia præsentię præsentia. neq; absentia. etenim cùm quædam inter se coniunguntur

Differt priuatio quę opponit habitui ab ea q opponit formæ.

iunguntur, & alterum ab altero separatur, separationis non dicimus esse separationem.

LXII Cùm multis autẽ modis dicatur fieri, & hæc quidem non fieri, sed hoc aliquid fieri, absolutè autem solæ dicantur fieri substãtiæ, in alijs quidem manifestum est necesse esse aliquid quod fiat subijci. etenim Quantitas & Qualitas, & Quod ad alterum refertur, & Quando, & Vbi, fit alicuius subiecti. propterea quòd sola substãtia de nullo alio subiecto dicatur, alia autẽ omnia de substantia.

LVIII Cùm in omni generatione subiectũ inuenire instituisset, & eã quæ illi intercedit cũ priuatione tradere dĩiam, & ab ijs quæ sunt faciliora cœpisset: erat enĩ apertior generatio accidentium, quæ in subiecta substantia perficitur: transit deinceps ad ostendendum q etiam in substantia, aliquo subiecto opus sit, & priuatione, ad ortum & interitum substantiæ. Et primum quidẽ adnotat quòd cùm multis modis dicatur fieri, & tot modis quæcunque sunt quæ fiunt: in nouem quidem prædicamentis nõ dicimus absolutè fieri, sed hoc quidpiam fieri. Subiectam enim substantiam non absolutè fieri, sed album fieri vel tricubitale vel dextrum dicimus. In substãtia aũt quemadmodum in homine, dicimus fieri hominem, non autẽ hoc quidpiam fieri. Huius autẽ causa est q ipsa quæ per se consistit substãtia, per se ipsam fiat. cùm alia aũt in ipsa substantia quod sunt habeant, substantia per ipsa dicitur fieri, sed non absolutè, neque per se. Quocirca in alijs quidem cùm perficitur generatio, clarum est necesse esse id quod fit aliquid subijci. Oportet enim esse oĩno id quod dicimus hoc quidpiam fieri, quemadmodum album vel tricubitale. quoniam accidentia omnia sunt in subiecta substantia. Quoniam autẽ substantia non est in subiecto sicut alia, nõ est adeò manifestum eius subiectum, quod est in generatione & interitu.

Substãtia sola dicit absolute fieri.

Quòd autem & substantia, & quæcunque alia quæ sunt absolutè fiant ex aliquo subiecto, consideranti clarum fuerit. Semper enim est aliqd quod subijcitur, ex quo fit id quod fit. quemad-
LXIII modum plantæ & animalia ex semine. Fiunt autem quæ fiunt absolutè, hæc quidem transfiguratione, vt statua ex ære, illa verò adiectiõe, quemadmodum quę augentur, alia verò ablatione, vt Mercurius ex lapide, alia verò cõpositione, vt domus, alia verò alteratione seu trãsmutatione, vt quæ cõuertuntur in materia.

LIX Quòd alia quidem prædicamẽta quæ sunt in subiecto substantia, & ortum & interitum proximè in substantia tanquam subiecta habeant, clarum est. Quinetiam ipsa quæ est genita substantia, & vt in summa dicam, quæcunque in ijs quæ prius dicta sunt, quæ hoc quidpiam esse dicimus, sunt absolutè ea quæ sunt, & non ea quæ sunt hoc quidpiam: hoc est substantiæ, & non accidentia. etiã si quod sunt non habeant in subiecto, habent tamen in se ipsis omnino aliquod per se subiectum, in quo & gigni & interire eis euenit. Hoc autem primum quidẽ ostendit per inductionem. Semper enim est subiectum generationibus, quemadmodum semen in plantis & animalibus. Nam cùm hoc simul sustineat & transmutetur, fiunt plantæ & animalia. Post inductionem autem dicit Alexander Aristotelem generali vti demõstratione, ostendentem quòd per omnes faciendi modos ea quæ fiunt, fiunt ex subiecto, & generale simul etiam demonstrantem id quod est in substantia, si quidem eius etiam generatio est sub modis qui exponũtur. Quocirca etiam

Quę aliquid sunt habent aliqd subiectum.

A ea quæ absolutè fiunt, accipit pro eo quod est, generaliter, & vniuersè. tanquam eo rursus redeunte ad communes modos generationis, in quibus is etiam comprehensus est qui est in substantia. Alterationi enim, inquit, subijcitur etiam ea quæ est per substantiam generatio. Et fortasse dixerit quispiam non esse alterationem, sed non sine alteratione. Ita quidem Alexander. Videtur autem magnus quoque Syrianus admittere hanc expositionem. Num autẽ hæc est diuisio eorum quæ fiunt in substantia? Etenim figura est forma & substãtia statuæ, sed non qualitas. Aliud enim, non autem mutatum seu alteratum quid, fit forma, si ex globo fit statua. Si autẽ alias accepit species, quomodo quę propriè est alteratio, quæ quidem est mutatio in qualitate, manente immutabili subiecto, per mutationem eius hic acciperetur, quæ est in substantia? Quomodo autem est etiam rationi consentaneum, vt postquam alias reiecerit generationes, rursus ad eas redeat? Si autem hoc etiam fecit, cur nõ omnes accepit, quorum simul prius meminit in enumeratione? Nam & eius quod refertur ad aliquid, & quãdo, & vbi, in illis meminit. Atqui hanc quoque diuisionem non esse prætermittendam, confitetur interpres. Num ergo hic quoque dixit quæ fiunt absolutè, ea quæ propriè fiunt & in substãtia. etenim prius dixit absolutè solas dici fieri substantias, alia autem non absolutè fieri, sed fieri hoc quidpiam. Et sic habet doctrina, id quod est consequens post argumentum inductionis quod fit per semẽ, quæ etiam fit ex diuisione necessitatem adigens, quòd ex subiecto & priuatione, nõ solùm accidentia, vt prius ostensum est, sed ipsę etiam fiant substantiæ. Fuerit autem eiusmodi diuisio. Eorum quæ fiunt in substantia, hæc quidem fiunt vt simplicia, illa verò vt composita. Et composita quidem, compositione, vt domus. Simplicium autem, hæc quidem per profunditatem, illa verò in superficie. Et quæ in superficie quidem, transfiguratione: nam hæc quoque est generatio substantialis, cùm ex globo fit statua: Eorum autem quæ per profunditatem, hæc quidem omnino & vniuersè, vt homo ex semine alterato: illa verò ex parte. Et eorum hęc quidem additione, vt quæ augentur: illa verò ablatione vt ea quę minuuntur. Nota autem eum hic accepisse alterationem, non pro ea solum quæ fit in qualitate, vel mutatione, sed eam quæ fit per conuersionem materiæ. quemadmodum seminis, in plãtis & animalibus, per quam perficitur generatio quæ est in substantia. Si autem enumerat mutationes, quomodo non adsumpsit eam quæ fit in loco? Quomodo autem eam quę fit per figuram distinguit ab alteratione? Cùm autem quæsiuisset Alexander, quomodo tanquam duos modos posuerit, eum qui fit transfiguratione, & eũ qui alteratione: Si figura quoque est qualitas, alteratio est etiam ea quæ fit per figuram mutatio, non est, inquit, simplex essentia alterationis. sed quod transfiguratur quidem, in ordinis & positurae subiecti mutatione habet generationem: quod autem alteratur, qualitatem, inquit, quandam mutat & affectionem, subiecto, quatenus est subiectum, nihil transmutato in alteratione. propriè enim Alteratio est mutatio quæ fit in patibiles qualitates. Si autem hæc ita habent, quomodo subiungit, subijci alterationi etiam eam quæ est propriè generationem? Quæ in patibiles enim qualitates est mutatio, non fuerit propriè generatio.

Gñatio vel est alteratio vel non sine alteratione.

Figura ẽ forma statuę nõ qualitas.

Ex subiecto & priuatiõe fiunt nõ solũ accidẽtia, sed & substãtię.

Eorũ quę fiunt in substantia diuisio.

Alteratio nõ solũ in qualitate, sed etiã in conuersione materiæ.

Omnia autẽ quæ sic fiunt clarum est fieri ex LXIIII
subiectis. Quare ex ijs quæ dicta sunt clarum est, q quicquid fit semper est cõpositum. & est aliquid quidem quod fit. est autẽ aliquid quod hoc fit. idque duplex. Aut enim subiectum, aut oppositum. Dicitur autem oppositum quidẽ esse musicę imperitum, subiectum verò homo: Et figuræ quidem vacuitatem, informitatem,

& inordinationem, oppositum. æs autem, vel lapidem, vel aurum subiectum.

LXX Si omnia quidem quæ propriè fiunt, fiunt aliquo horum modorum: quę his autem modis fiunt, fiunt ex subiecto: omnia scilicet quæ ꝓpriè fiunt, ex subiecto fiunt. Quòd aũt vnumquodq; eorum quę dicta sunt, fiat ex subiecto, clarum erit nobis id tractantibus. In eo enim quod trãsfiguratur, quod transfiguratur aliquid est. & in eo quod fit ablatione, est aliquid à quo aufertur. & in additione est aliquid cui additur. & in compositione sunt ea quæ componũtur. & in alteratione oportet esse aliquid quod alteratur. Si ergo & est aliquod subiectum in omni generatione, tam substantiali, quàm ea quæ fit in aliquo ex accidentibus, est autem & id etiam quod subiecto accedit: quicquid fit scilicet est cõpositum, & ex eo quod fit, hoc est ex forma, quẽadmodum musico: hoc enim rursus tractat exemplum tanq̃ clarius quod etiam fortasse præbuit suspitionem q̧ diceret rursus cõtet de omni generatione: & ex eo quod illud fit. Hoc est autem duplex, & subiectum, & quod formæ est oppositum. Dicimus enĩ & q̧ homo, & q̧ musicæ imperitus factus est musicus. nunc autẽ è conuerso eius quod dictum est, quod fit quidem, formam appellat, quod illud autem fit, materiam, & priuationem, ostendens, vt existimo, id posse vtroq; modo vocari. Cùm autem adiecisset exempla eorum ex quibus fit id quod fit, & musicæ imperitum, & hominẽ: eius quod fit non adiecit, vt quod sit manifestum ex opposito. Quocirca etiam oppositum vocauit priuationẽ. Quod autem musicæ imperito opponitur, clarum est id esse musicum. Porrò autem horum quoq; exempla adiecit, eo q̧ priuationem distinxit à subiecto.

Id qđ fit forma uocatur, & quod illud fit materia & priuatio, & e cõuerso.

E

LXV Clarum est ergo, q̧, siquidem sunt causæ & principia eorum quę sunt natura, ex quibus primis sunt, & facta sunt non ꝑ accidens, sed vnũquodq; quod dicitur ex substãtia: quicquid fit, fit ex subiecto & forma. Componitur enim homo musicus ex hoĩe & musico quodammodo. Dissolues enim eorum orationes in illorũ rationes.

LXVI Clarum est ergo, q̧ quæ fiunt, fiãt ex illis.

F

LXXI Cùm ostendisset quicquid fit esse compositum, quod cõstat & ex eo quod fit, & ex eo quod illud fit, hoc est & ex forma & ex subiecto, per ea deinceps ostẽdit quòd id quòd fit, & quod illud fit, sunt principia & elementa, & q̧ hæc quodãmodo quidem duo sunt, quodãmodo verò tria, sic ratiocinans. Quicquid est naturale & genitum, per se ex primis forma & subiecto cõponitur. Quod per se & non per accidens, ex primo, subiecto scilicet & forma componitur, principia habet subiectum & formam. Componitur enim homo & musicus proximè ex homine & musico. Quocirca etiam in ea dissoluitur. Quoniã autem subiectum quidẽ numero vnum est, specie verò & ratione duo, & hoc quidem per se est materia, illud verò per accidẽs, priuatio: colligitur aliquo quidem modo duo eẽ principia, si quis quæ numerari quidem possunt, & composito elemento per se insunt, accipiat, ex quibus primis per se est, & non per accidens: Aliquo autem modo tria, si quis etiam priuationem accipiat vt principiũ & elementum, quoniam erat in subiecto priusquã fieret compositum, & non factum esset compositum, nisi illud prius excessisset. Homo enim non factus esset musicus, nisi prius esset musicæ imperitus, & secessisset imperitũ musicæ. Quapropter naturalia omnia elementa habent principia, per se quidem duo, formam & materiam, per accidens autem etiam priuationẽ, quoniam ea materiæ accidit, quam per se esse causam ostensum est. Quę sunt autem causæ per accidens, eę ne propriè quidem causæ sunt. Talis est ergo vniuersus sensus eorum quę dicunt. Notandum est autẽ Aristotelem ponere nomen causæ & principij in materia, cùm dicit, SIQVIDEM sunt causę & principia eorum quę sunt natura. } Illud autem, Ex quibus primum sunt vel facta sunt } & quę deinceps sequuntur, dicta sunt vt quæ significent orationẽ quærere elementaria principia, ex quibus & est id quod est, & genitum est id quod genitum est, quę sunt oĩa naturalia. ex qbus enim facta sunt, ex ĩjs ẽt sunt: & ex quibus sunt, ex ĩjs etiam facta sunt: non per accidens accipiẽtibus nobis illud, Ex quibus } sed ex substãtia. hoc est, Ex quibus cõpletur eius quod fit substantia. Ex quibus enim sic aliqđ factum est, ea propriè eius sunt causæ & principia. Hoc aũt adiecit, ẽt propter priuationem, qm̃ dicitur quidẽ & ex contrario & ex eo quod nõ est, gigni id quod gignit, sed per accidens ex eo, & non sic vt in eius sit substantia, & ipsam eius essentiã compleat. Vnũquodq; autẽ quod ex substantia dicit, est simile ei quod in prędicamẽtis dicitur de æquiuocis. quorum quæ est in nomine substantiæ diuersa est ratio. Tanquam enim ex elementis componitur vnumquodq; eorum, quæ vniuscuiusq; eorum quæ dicuntur quatenus dicuntur complent essentiam. Componitur aũt, inquit, homo musicus quodãmodo ex hoĩe & musico. Non enim sunt cõposita, vt ea quę sunt oĩno separata & seorsum seiuncta, quẽadmodum lateres & lapides. Quocirca nõ sic dissoluunt: sed in rõnes ac definitiones est eorũ dissolutio. Quare ex eis est ẽt compositio. Sciendum est aũt aliud esse, vt principia & elemẽta quęrere rerum naturaliũ, ex qbus per se primùm sunt & nõ per accidens, & aliud quærere principia mutationis. Et in primo qdem priuatio fuerit cã per accidens, vt quę nõ insit: in secundo autã per se. Quẽadmodum enim forma est cã mutationis in hoc vt sit, ita ẽt priuatio est causa mutationis in hoc vt non sit. Causa est autẽ priuatio ẽt ei quod fit per præsentiã, quod oporteat fieri ex nõ hmõi. & per absentiam, qm̃ ea recedente forma accedit.

Substantia æquiuocũ.

Aliud est quærere principia rerũ naturaliũ, aliud principia mutationis.

Est aũt subiectum numero quidẽ vnum, specie verò duo. Homo enim, & aurũ, &, vt in summa dicam, materia, est eiusmodi vt in eã cadat numerus. Hoc enim quidpiam amplius, & nõ per accidens ex eo fit id quod fit. Priuatio verò & repugnantia est accidens. Vnum est autem species. quemadmodum ordo, vel musica, vel aliquid ex alĳs quæ sic prædicantur.

G

Hic rursus tradit in quo conueniant materia & priuatio, & in quo ea differant. Quatenus enim cũ materia est ẽt priuatio, priusq̃ forma accesserit, & cum ea cõsideratur tanquã subiectum, eatenus vnum est numero subiectum, quod ex materia constat & priuatione. Quatenus autẽ sustinet quidem materia, quẽadmodum homo, vel aurum, dum vasa aurea transformantur, & eo redit vt mõstretur, & fit hoc aliquid: aureus enim est & torques, & aureus est ẽt annulus, cùm materia semper per se insit in cõposito: ea rõne in eam cadit numerus. Quod enim per se cõsistit, & eò redit vt monstreť, id propriè est eiusmodi vt possit numerari. Et homo quidẽ & aurum, quæ sunt indiuidua, quę etiã sunt subiecta, sunt absolutè eiusmodi vt in ea cadat numerus, & est vnũquodq; eorum hoc quidpiam. Quoniam aũt his adiecit, ET vt in summa dicam, materia } prima autẽ materia non æquè vtiq; potest numerari vt hõ, & hoc quidpiam, quoniam absq; forma eò nequit reduci vt mõstretur: propterea ei quod est, Hoc quidpiam, adiecit illud, AMPLIVS. Materia enim non est absolutè hoc quidpiã, sed quatenus vtrũq; simul adiuuat vt ipsum sit hoc quidpiam, vtpote genitũ & sensile, vt quæ sustinet, & in ipso seruať. Quod quidẽ per hoc significauit, nempe, ET nõ per accidens ex ipso fit id quod fit } & in summa hoc habet vt numerari possit, & sit hoc quidpiam, ꝓpterea q̧ consistat in cõposito. Etsi enim hoc habeat minus q̃ forma, magis tñ habet q̃ priuatio: Priuatio autem non inest in eo quod fit, vt forma &

LXXI

H

Subiectũ numero vnum est, rõne vero duo.

Materia per se numerat

ma & materia. Quare non ex ea prima & per se esse dicatur id quod factum est. Sed neq; id quod est compositum per eam est hoc quidpiam, siquidem nõ sustinet, & siquidẽ est solùm absentia. Quare nec in ipsam cadit numerus, nec est hoc quidpiã. Est enim priuatio veluti quędam negatio, etiã si aliqua ratione differat à negatione. Negatio aũt numerari nõ potest, nec est hoc quidpiam, propterea quod sit indefinita. Differt autẽ à negatione priuatio, quòd præsignificet illud in quo est. Musicæ enĩ imperitia non est in quolibet, sed in homine. Si autẽ non per se causa est priuatio, fuerit per accidens, quoniam ei quæ per se causa est accidit, nempe materiæ. Nam & ea cùm sit, per se nõ est, sed per accidens, siquidẽ formæ absentia est in eo quod ad eam suscipiendam natura aptum fuit. Quocirca numero quoq; subiectum vnum est, etiã si sint duo ratione. Porrò autẽ forma quoq; vnum est ex elementis, quę cõplent id quod est cõpositum. Quamobrem ex ijs quę dicta sunt planũ factum est, & quomodo duo, & quomodo tria possint dici principia. Operę pretium est autẽ in his animaduertere, quomodo consequẽtia ijs quæ in Timæo de materia à Platone dicta sunt scripsit Aristoteles. Sic enim scripsit. In quo autẽ quęlibet eorum semper ad esse visione apprehendunt, & rursus illinc intereunt, solũ illud rursus appellare, nunc hoc, nunc illo vtentes nomine. Et paulo post. Si quis enim qui ex auro oẽs finxit figuras, quaslibet in omnes transformare non cesset, ostẽdente aliquo vnum ex his, & rogante quidnam sit, longè ad veritatem tutius est dicere, q sit aurum. Quoniam autem hoc quidpiam, videtur quidem aliquando dici q sustineat, & eò redeat vt monstretur, aliquando aũ eq; sit in seipso, & neq; in alio, neq; alius sit hoc cõpositum, hic quidẽ Platoni conuenienter eo vtitur in eo quod sustinet. paulo post autẽ in perfecto & cõposito eo vtens, id de materia abnegat.

Priuatio nõ potest numerari.

Priuatio est causa per accidens.

De materia pria scripsit Plato añ Aristotelem.

LXVII Quocirca fieri quidem potest vt duo dicẽda sint principia, fieri autẽ etiam potest vt tria. & fieri quidem potest vt cõtraria. quemadmodũ si quis dicat musicũ, & musicæ imperitum, vel calidum & frigidum, vel concinnum & inconcinnum: fieri etiã potest vt non. Fieri enim non potest vt contraria afficiantur alterum ab altero. Soluitur autem hoc quoq;, q aliud sit subiectum. id enim non contrarium. Quare nõ sunt plura cõtrarijs principia quodãmodo, sed duo, vt dixi, numero. neque rursus omnino duo, q in eis sit esse aliud, sed tria. Aliud est enim esse hominem: & musicæ imperitum, figuræq; expertem & æneum.

LXXII Cùm dixisset magnam esse dubitationem, vtrum sint duo an tria principia, & ostendisset quomodo sint quidẽ duo, quomodo verò tria, concludens ea quæ dicta sunt, QVOCIRCA fieri quidem, inquit, potest vt duo dicenda sint principia, fieri autem etiam potest vt tria } Duo quidem, si ea sumat quæ sunt propriè principia, nempe subiectum & formam. tria verò, si principium quod est per accidens duobus adiungat, nempe priuationẽ. Porrò autem alium quoq; modum adiungit, per quem fieri quidem potest vt duo, fieri verò etiam potest vt tria dicantur principia. Duo quidem, si quis contraria dicat esse principia, formam & priuationem, quoniam per eorũ quæ est inter se inuicem mutationem perficitur ortus & interitus. Fieri autem potest vt duo dici nequeant. Fieri enim non potest vt contraria alterum ab altero afficiantur, si per se sint. neq; enim alterum sustinet nec admittit alterum. neq; cõtrarium fit id quod est cõtrarium. Quomodo ergo sunt alia ex contrarijs, si contraria nihil patiuntur alterum ab altero. Nunc hoc dubium soluitur,

Principia quodãmodo duo, & quodãmodo tria.

A per hoc quòd posuerit subiectum tertium principium, in eo quòd cõtraria poterunt agere alterum in alterum. id enim cùm contrarium non sit, sustinet alterum. Et ita rursus non vtiq; duo, sed tria sunt principia. Quare hoc etiam modo verum est dicere, quòd aliquo quidem modo duo, aliquo verò modo tria sunt principia. Et aliter dici potest non esse plura contrarijs principia. Quæ enim sunt propriè principia, æqualis sunt numeri cum contrarijs quę duo sunt, subiectum scilicet & forma. Quare rursus quodammodo duo sunt principia. Non sunt autem omnino duo, propterea quòd subiectum, etiam si sit unũ numero, ratione duo sit. Alia est enim ratio tanq̃ materiæ, & alia tanquam priuationis, etiam si hæc videantur esse vnum numero. Videtur autem Aristoteles in his velle multis modis tradere, quomodo duo quidem possint, quomodo verò tria dici principia, eum primò quidem dixerit tanquam per se duo, tãquam verò etiam eo adiuncto quod est per accidẽs, tria. Deinde quoniam vt
B contraria quidẽ, duo: vt cum subiecto autem, tria. Deinde vt quæ sint æqualis quidem numeri cum contrarijs, duo: vt autem altero dupliciter ratione diuiso, tria. Illud autem, QVODAMMODO, & duo, vt ita dicam } dicta sunt, vt ait Alexander, quoniam non sunt duo numero, materia & forma. quoniam fieri non potest vt alterutrũ eorum seorsum per se consistat, quæ autem sunt alia numero, separata sint in propria substantia. Vel cùm dixisset, duo quodammodo, subiunxit modum, dicens. Sed duo, vt semel dicam, numero. Numero enim vnum est, materia cum priuatione. & unum est forma. Tria autem sunt, quoniam priuatio sit alia à materia per rationem.

Aduertit autem Alexander eum nunc cõmunius dixisse priuationem esse formæ cõtrariam. Opponitur enim, sed vt motus quieti. Quæ quidem quomodo opponitur dictum est in quinto huius operis: q scilicet quies motui opponitur vt priuatio. est enim absentia motus, & nihil aliud. præterquam quod non in quolibet, sed in eo quod
C natura aptum est vt moueatur.

Priuatio quo sit formæ cõtraria.

Quot sint ergo principia eorũ quæ sunt naturalia in generatione, & quonammodo tot, dictum est. & clarum est oportere aliquid subijci contrarijs, & duo esse contraria. LXVIII

Perq; accuratè dixit inuẽta esse principia eorum quæ naturalia sunt in generatione. neq; enim absolutè oẽum quæ gignuntur: neq; enim liberæ eligentis voluntatis eadem sunt principia. nec omnium naturalium. non enim diuinorum & æternorum, quemadmodum cœlestium. Sunt enim illa quidem naturalia, propterea quòd sint in motu. non sunt tamen ingenita, quoniam ea esse æterna ostensum sit. quoniam nõ sunt eorum tradita principia. neq; enim in cœlestibus quę sunt æterna est priuatio. sed neq; eiusmodi materia, siquidem nõ est mutatio, in qua inducta est materia. Quocirca ipse etiam in opere quod inscribitur Metaphysica hæc dicit. Cùm aũt aliquis cau-
D sam quęrit, oportet dicere omnes causas quæ contingũt. quẽadmodum hominis quænam est causa vt materia, an non menstrua. Quid verò vt mouens: nunquid semen. Quid verò vt forma: nl quod quid sit esse. Quid verò vt id cuius causa: finis. fortasse autẽ hæc ambo sunt eadem. Oportet aũt dicere ea quæ sunt proxima, quęnam materia. non ignem, vel terram, sed propriam. De causa ergo naturali, & in quam cadit ortus, sic necesse est persequi, si quis rectè persequatur. Hæc enim sunt & tot causæ. & oportet eos cognoscere. In substantijs autẽ quæ sunt naturales quidem, sed æternæ, alia est ratio. Fortasse enim nonnulla non habent materiam, vel non talem, sed quæ potest solùm moueri per locum. neq; quęcunq; sunt quidem natura, non autem substantia, est eis materia. sed est subiectum substantia. Et paulo post. Neq; est cuiuslibet materia, sed eorum quorum est generatio & mutatio alterius in alterum. Quæcunq; autem sunt absq; eo LXXIII

Non omniũ naturaliũ sũt naturalia pricipia.

Nõ sunt oĩa naturalia genita.

In cœlestib⁹ nõ est priuatio.

Cœlestia nõ hñt materiã.

ꝙ mutentur aut non mutentur, non est eorum materia. E
Si autem etiam elemētaria sunt ea quę sunt tradita prin
cipia: Compositorum aūt talia sunt principia, cœleste ve
rò corpus simplex esse ostenditur, cùm sit quintę substā
riæ quæ est alterius generis à generatione, illud non ha
buerit principia elementaria. Sed si hęc vera sunt, quo
modo operis institutū ac scopum esse diximus de ĳs quę
omnia naturalia cõmuniter cõsequuntur, si quidem cœ
lestium, quæ sunt naturalia, non sunt ea quæ nunc osten
sa sunt principia? Quomodo aūt opus absolutè inscripsit
Cœlestia quò naturalia. naturalem auscultationem, si non sunt vtiq; cœlestium
principia, quatenus mutantur? Mutatur autē luna qui
dem in illuminationibus: omnia autem cœlestia in mo
tu qui fit in loco. & ea ratione aliquo modo quidem par
ticipant priuationem, & subiectum mobilis corporis.
hoc enim ipse etiam concessit Aristoteles. Omnino au
tem si omnia naturalia dicimus, quatenus naturam par
ticipant, natura autem est motus & quietis principium, F
vt discemus, omnis aūt motus est mutatio, vt hoc etiam
discemus, clarū est quòd quæ sunt omni ex parte immu
tabilia, quatenus sunt mutabilia: planè nec dicentur qui
dem naturalia. Quare etiam si cœlestia vocat naturalia,
ea dicit ex locali motu non substantiali. Quare quod atti
net quidem ad substantiam, cœlestia in his non compre
henduntur. Quod attinet autem ad motum naturalem,
per quem etiam dicuntur naturalia, comprehendentur
in libris de motu, & in cõmuni specie motus localis, &
in circulari, in quam quęcunq; de motu dicuntur, tanꝗ
in quandam summam cõferuntur. Quare hæc quidem
sunt cõmunia principia omnium rerum naturalium. ve
rùm eorum quidem in quę cadit ortus & interitus, & in
substantia & in alĳs accidentibus, in quibus fiunt muta
tiones. ęternorum autem, in motu locali. &, vt semel di
cam, naturalium, quatenus sunt naturalia. Idem est autē
dicere, Quatenus habent principium motus & mutatio
Liberæ eligēdi volūtatis non sunt principia naturalia. nis, non cuiusuis, neq; enim liberæ eligendi voluntatis, G
sed naturalis. Idem est autem ac si dicas, corporeę. Natu
ra enim est quoddam corporeum principium motus &
quietis, tam alius, quàm eius qui est in loco. Quia autē
in ĳs quę ad generationē pertinent & interitum, euiden
tior est & priuatio, & subiectum, propter omnimodam
mutationē, de his loquitur prolixius, & de ĳs affert exē
pla, vt de his etiam videatur esse scopus. Non solū enim
hic dixit inuēta esse principia naturalium eorum in quæ
cadit generatio, sed etiam in secūdo libro. Quoniam, in
» quit, hoc opus susceptum est sciendi gratia, scire aūt non
» prius vnūquodq; putamus, quàm in vnoquoq; acceperi
» mus propter quid: Id autem est primam causam accipe
» re: hoc scilicet nobis quoq; faciēdum est & de ortu & in
» teritu, & de quauis naturali mutatione. vt cùm eorum
» principia nouerimus, vnumquodq; eorum quę gignun
» tur possimus producere. Animaduertēdum est autem
quòd cùm dixisset de ortu & interitu, subiunxit, Et de
Mutationis naturalis nomē cõprehēdit etiam motū localem. quauis naturali mutatione, in qua ea etiam comprehen H
ditur quæ est in motu locali. Quòd autem quodāmodo
media vult eē cœlestia, & quæ sua propria tractatione in
digeant, significauit in secūdo huius operis, opera in tres
partes diuidens. Aliud enim, inquit, versatur in immobi
» li. Aliud in eo quidem quod mouetur, sed in id non ca
» dit interitus. Aliud verò in ĳs quę sunt eiusmodi vt pos
» sint interire.

Aliquo autē alio modo non est necesse. Sufficiet enim alterum contrariorum facere absentia & præsentia nempe mutationem.

LXXIIII Postꝗ dixit tria esse principia, subiectum & cõtraria,
rursus animaduertit fieri posse vt duo dicamus, & nõ es
Duo principia posse sufficere. se necesse tria dicere. Si enim priuatio nihil est aliud, ꝗ
absentia formæ in eo quod natura aptum est ad formam
suscipiendam, dici posset sufficere formā, præsentiæ qui
dem vt faciat esse, absentiæ verò, vt non esse generatio
E nem & interitum, partim quidē per se, partim verò per
accidens. Quòd enim sui absentia facit aliquid, id facit ꝑ
accidens. nisi fortè eadem quis etiam voluerit dicere in
priuatione. Etenim ipsa quoq; priuatio sua pręsentia vi
detur facere interitum per se, absentia verò generationē
per accidens. Vel dicendum est priuationem nihil esse
aliud quàm absentiam. Quomodo ergo absentiæ fuerit
absentia? Eius enim quod est, & præcedentē habet sub
stantiam, fuerit aliquid absentia: absentiæ aūt non vtiq;.
necesse est enim eos ire in infinitum, qui absentiam quę
runt ante absentiam. Quanquam nec præsentię quidem
præsentiam quærere consultum fuerit. Quatenus ergo
formæ est absentia, eo dici potest formā sua absentia esse
causam interitus per accidens. absentia autem formæ est
priuatio. Quocirca priuatio fuerit causa per accidens.
Differt autem ab alĳs causis quę sunt per accidens, quòd Priuatio quò differat ab alĳs causis ꝗ sunt per accidens.
nõ solum quatenus materiæ accidit, quæ per se causa est,
F ideo causa esse dicitur, sed etiā quoniam absq; priuatio
ne non gigni possit aliquid ex materia. Eam enim opor
tet esse ante generationem. vt ex eo quod non est tale,
aptum est autem natura, fit generatio, & formæ cedat.
neq; enim forma accesserit, nisi excesserit priuatio. Aliæ
autē causæ quæ dicuntur per accidens, ad ea quæ gignun
tur nihil penitus conferunt. Cùm enim album dicimus
esse causam musici per accidens, neq; necesse est album
esse ante musicum, neque cum accedit excedere, sed ea
quoq; vnà sunt. Nunquid autem aliud quidem est prin Pincipia naturaliū vt naturaliū, & naturaliū vt ꝗ mutātur differunt.
cipia rerum naturalium quærere vt naturalium, ea quę
sunt elementaria: aliud autem, vt eorum quæ mutantur.
In primo quidem, causa per accidens fuerit priuatio: nõ
enim vt quod insit: In secundo autem, per se. Quemad
modum enim mutationis ad hoc vt sit, forma causa est:
ita mutationis ad hoc vt nõ sit priuatio. Vel etiam fortè
mutationis ad hoc vt sit per se causa est priuatio, si quidē
non fit ex quolibet mutatio, sed ex eo quidem quod non
G est tale, natura aūt aptum est, quod quidē est ex eo quod
est priuatum. Per hoc autē, SVFFICIET etenim alte Priuatio nõ est aliqua natura.
rum contrariorū facere præsentia, nempe mutationem}
dicit Alexander ostendi, non esse priuationem aliquam
naturam & formam, sed absentiam eius quod natura vt
sit, aptum est. Quæ quidem absentia non est in subiectū
natura. non habet enim formam in natura. nõ enim pos
set eam accipere. sed formam nõ habet in natura. Aliud
aūt est habere in natura formam non habendi. In sum
ma enim nihil potest fieri, si illius priuationem possit ha
bere in sua ratione. Hoc autē dictum Aristotelis val
Magnum & paruū vocat Plato subiectum seu materiam. de placet Platonicis. Nam Plato quoq; nõ duo, sed vnū
facit subiectum, etiam si id oppositis appellet uocabulis,
nempe magnum & paruum. per aptitudinem ad ea quæ
sunt opposita, haud volens considerare priuationem in
aliqua substantia. Liquet autem Aristotelem quoq; nõ
ei antecedentem dare substantiam, dicens eam esse for
mæ absentiā in eo quod ad illam natura aptum est. Ra
H tione autem eam à materia discernit, & si non numero:
eo quòd generatio fiat ex oppositis. cùm Plato det qui
dem materię vt sua natura apta sit, eamq; oīa suscipientē
& existimet & nominet, & locum appellet, omnibusq;
quæ gignūtur eam sedē esse dicat. Dicit enim in Timęo.
Sed forma quædam sub aspectum non cadens, & infor «
mis, omnia suscipiens. Et rursus. Tertium autem ge «
nus quod est, nempe loci, quod semper interitum nõ ad «
mittit, præbet autē sedem omnibus quæ gignenda sunt, «
præsentia autem formæ est deinceps contentum ad ortū «
& interitum. Quocirca duo etiam elementaria princi
Materiā vocat Plato locum. pia ponit Plato, materiam & formam materialem. Ex
his enim quæ insunt, factum esse dicit id quod est com
In principiis ꝗ sit dissensio inter Platonem & Aristotelem. positum, sicut & Aristoteles. nisi quòd Plato quidē tra
dit ea quę sunt propriè elementa. ea autem sunt, ex quibus
cùm per se insint, fiunt ea quæ fiunt, cuiusmodi sunt ma
teria, & forma. Aristoteles aūt addit ēt id quod est ꝑ ac
cidens, si modo est elementum, quod quidē est priuatio.

Ita

Causam efficientem ponit Plato mentem.
Naturã dicit Plato causã instrumentarum.
Causam exẽplarẽ ponit Plato.

Ita etiam in causa efficiente Plato quidem tradit causam propriè efficientem, nempe mentem opificem. Aristoteles autem præter eam adiungit etiam naturam: quã Plato posuit in causis instrumentarijs, vt quæ moueatur quidem à causa, alia verò moueat: et ea quę sunt per accidẽs, cuiusmodi sunt fortuna & casus. Porrò autẽ Plato quoque id adijcit, vnde procedit forma in materiam, ꝗ scilicet ab exemplari per formam efficientem. Dicit itaque in Timæo. In præsentia ergo sunt triplicia genera cogitanda. Vnum quidem quod gignitur. Alterum verò in quo gignitur. Aliud autem, vnde producitur id quod gignitur. Assimilare autem oportet id quod suscipit quidem, matri. Id autem vnde, patri. Quæ autẽ inter ea intercedit naturam, fœtui. Et Aristoteles quidem introduxit materiã, ex eo ꝗ quæ gignuntur gignantur ex contrarijs. quæ autem sunt contraria, non possint gignere alterum ex altero, neq; alterũ ab altero affici, per se. Oportet enim id quod patitur, sustinens pati, quæ autem sunt contraria, alterum nõ sustinere alterum. præterea autem etiam ex eo ꝗ contraria non satis sint ad rationem principij, siquidem sunt accidentia, non autem substãtiæ. Non est enim in substãtia repugnantia. Accidentia aũt opus habere aliquo subiecto ad hoc vt sint. hæc enim sunt, vt ego quidem existimo, eorum quæ dicta sunt præcipua: Plato autem introduxit ipse quoq; materiam ex eorum quæ fiũt mutatione, quæ in aliquo cõmuni subiecto semper debet fieri, id quod est subiectum mutationi. nihil. n. sustinere eorum quæ mutãtur, ipse quoq; ea quæ mutantur dicens esse contraria. Cùm enim dixisset vnũquodq; eorum quæ fiunt, vt ignem vel aquam, nihilo magis ipsum posse dici quã aliquid aliud quod ex eo fit, propterea ꝗ fugiat & non sustineat natura eius quæ est hoc & hoc, & vniuersa denicq; natura, quæ nõ ostendit firma ac stabilia, vtpote quæ ipsa sint: subiunxit. In quo aũt quælibet ipsorum inesse visione apprehenduntur, et rursus illinc pereunt, solùm rursus illud appellare, hoc & illo nomine vtẽtes. Quoduis autem calidum vel album, vel ẽt quoduis aliud ex contrarijs, & quęcunq; sunt ex ijs, nihil ex ijs illud rursus vocare. Vides ergo ipsum etiam dicere generationem esse ex contrarijs, & non sustinere contraria, & ideo opus habere subiecto quod ea sustineat. Illud autem, Et quęcunq; sunt ex ijs, adiecit, quoniam non solùm fit calidum & siccum, sed etiam ignis ipse, &, vt semel dicam, substantię, quæ constant ex contrarijs, & per repugnantiarum mutationem. Ex aqua enim quæ est frigida & humida, frigido mutato in calidũ, aer factus est. & rursus mutato in siccum humido factus est ignis. Genitus est etiam homo ex semine. nec facile est in his contrarias tradere qualitates. Quæ si mutentur altera in alteram, ex substãtia fit substãtia. Quocirca Aristoteles assumpsit cõmunem oppositionem formæ & priuationis: Fit enim calidum ex frigido: verum est autem etiam dicere, ex non calido: Plato autem adijcit quoq; aliam vel præcipuã causam, ꝗ oporteat omnino esse aliquod subiectum formis generabilibus. Cũ enim prius ostendisset aliam quidem esse formam, quæ versatur in intelligẽtia, exemplarem, & quæ est ipsa in seipsa: aliã verò sensilem, quæ habet naturam imaginis, & ideo est imago alterius, meritò subiũgit eam omnino fore in altero subiecto, cui assimilatur. nõ est enim per se similitudo & imaginis expressio, sed in eo quod est assimilatum & expressum ad imaginem, quod quidem est subiectũ. Satius est autem audiri ipsa lõgè pulcherrima verba Platonis. Hęc cùm ita habeant, cõfitendum est vnam quidem esse formam, quæ eodem modo se habeat, sitq; ingenita & ab interitu aliena, & neq; ipsa aliam, aliunde suscipiat, neque ipsa ad aliam accedat. est autem ea inaspectabilis & alioqui insensilis. quam quidem vt consideraret obtigit intelligentiæ: alteram verò eiusdem cum ea nominis, & illi similẽ, secundam, sensilem, genitam, quæ semper fertur, et fit in aliquo loco, & rursus illinc interit, opinioneq; potest cũ

Formarũ generabiliũ esse aliqd subiectum.

Forma duplex ex sñia Platonis.

A sensu comprehendi. Tertium autem ipsum genus, quod est loci, semper quidem interitum non suscipiens, sedem autem præbens omnibus quæ debẽt generari. ipsum autem contrectabile, sed cum sensus vacuitate, adulterina quadam ratione vix credibile, ad quod quidem etiã somniamus respiciẽtes. & dicimus vtiq; necesse esse id quod est in aliquo esse loco, & tenere locum aliquem. quod autẽ neq; est in terra neq; in cœlo, id nihil esse. Hæc autem omnia, & alia his cognata, quæ versanẽ circa somnij expertem, & quæ verè est naturam, ab hoc somnio excitati non possumus definiẽtes verum dicere, veluti imagine, quandoquidem ne ipsum quidẽ in quo facta est, eius est. Videtur autem semp visum alicuius alterius, propterea semp eam fieri cõuenit in aliquo alio, substãtiam vtrũq; retinẽtem: vel nihil esse penitus. Ei autem quod verè est opem fert quæ perfectè vera est oratio. Nã quandiu hoc quidem fuerit aliud, illud verò aliud, neutrum in neutro vnquã factum, idem simul & vnum duo fient. Aduer-
B tendum est autem ꝗ ex hac materiæ ratione formę quoque cœlestes sunt quodã modo materiales, siquidem ipsę quoq; effectæ sunt ad similitudinem exemplarium quæ versantur in intelligentia. Quare in ijs quæ dicta sunt de elemẽtis nihil ferè diuersum ꝓnunciarunt Plato & Aristoteles. præterquam ꝗ Plato quoq; aliam adiecit causam, quòd omnino oporteat, esse aliquod subiectũ. Sed eundum est ad ea quæ consequuntur.

CVPVT VIII.

Quæ subiecta est autem natura, sciri potest per proportionem & conuenientiam. Quemadmodum enim æs se habet ad statuam: vel lignum ad lectum: vel materia ad aliquid eorum quæ sunt forma prædita. & vt se habet id quod est informe, priusquã formam accipiat: ita etiam ea se habet ad substan- LXIX
C tiam, et ad hoc quidpiam, & ad id qđ est. Vnum est ergo principiũ, quod ipsum non est sic vnũ, neq; sic vna res, quemadmodum hoc qdpiam. Vnam autem quod est ratio. Præterea aũt contrarium est ei priuatio. Hæc autem quomodo duo, & quomodo plura, dictum est in superioribus. LXX Primum ergo dictũ est principia esse solùm contraria. postea autem necesse esse etiam aliquid aliud subijci, & esse tria.

LXXV Quoniam quę fuere adiecta materię exempla, quemadmodum homo & femina, & siquid est eiusmodi, etiãsi ad ea quæ fiunt habuerint rationem materię, sunt tamen ipsa quoq; quædam formæ: quiuis scire quæsierit, quidnam sit ipsa per se materia, quæ est formis subiecta. Etenim sit quidem semẽ materia hominis. seminis autem, fortasse sanguis. huius autem, cibi & potus. eorum verò,
D quatuor elementa. Sed quoniã ea quoq; inter se alterum in alterum mutantur per qualitates contrarias, ea quoq; omnino opus habent cõmuni aliquo subiecto, quod sua ipsius natura nullam habeat qualitatem. Qualitates. n. sunt formæ, & formæ oppositæ. Si ergo quæuis cognitio, quæ gignitur per mixionem, est eorum quę sunt circunscripta, & habent aliquem characterem, & sunt definita forma & qualitate: quod autem formis & qualitatibus est subiectum, & qualitatis & formæ oportet omnino esse expers: si sit enim, vt inquit Plato, simile alicui eorum quæ ingrediuntur, ea quę sunt cõtrarię, et quę omnino alterius naturæ cùm susceperit, ea malè assimilauerit, suam ipsius speciem præ se ferens: hoc, inquit, aliquo modo poterit cognosci per ꝓportionem & conuenientiam quæ habẽt cum alijs. Quemadmodum enim æs se habet ad statuam: vel lignum ad lectũ: vel ad aliquid aliud formã preditũ ex artificialibus, id qđ est iforme priusquam formam

Materia prima est subiectum oium.

Materia est expers formę & qualitatis.

Materię primæ proporcio cũ materia formarũ artificialiũ.

formam suscepit: ita etiam quæ in naturalibus est prima materia, ad substantiam se habet, & id quod est. Rectè autem exemplum cepit ex artificialibus. quoniam in ĳs & quod est informe præcedit tẽpore, & per seipsum cernitur. & substantiæ quidem subĳciũtur alĳs, materia verò substantię. Quocirca ipsa quoque alĳs omnibus. sed substantiæ quidem, & vtrisque simul per se. per accidẽs autem alĳs etiam subĳcitur. Qua de causa ipse quoque sic dixit, ITA etiam ea se habet ad substãtiam & hoc quidpiam} hoc est, ad compositam, & eam, quæ est propriè, substantiam. Quocirca nõdum est materia hoc quidpiam, etiãsi magis sit quàm priuatio. Aduertendum est autẽ, quod Plato quidem in eo quod sustineat, materiam considerãs, ei magis donat hoc quidpiam, vt ostensum est in aureorum vasorum transformatione. & cùm dicit, In quo autem quęlibet eorum quæ insunt visione apprehenduntur, & rursus illinc intereunt, solum illud rursus appellare, & hoc & illo vtentes nomine: Aristoteles autem hoc quidpiam in forma considerãs, id formis tribuit. Post hoc autem, F quidpiam, subiunxit etiam id quod est, hoc est, ad omnia quæ sunt, quorum alia quidem sunt substantiæ, alia verò accidentia. & illa quidem præcipuè id quod est, hæc verò propter illud hoc quidpiam. Hanc autem quæ per proportionem gignitur cognitionem, adulterinã ratiocinationem vocauit Plato, quoniam non per formæ innixionem, sed fit per denudationem & formarũ negationem. & veluti conniuens ratio aspicit materiam, & quæ de ea fit mentis agitatio, non est dicenda mẽtis agitatio, sed potius amẽtia. Quocirca adulterinum fit eius visum & non germanum. Quemadmodum enim quæ sunt supra primam formam, non per innixionem seu applicationem formalem cognoscimus, sed cũ non esse primas formas, ex ipsa formarum natura, quę est discreta, & ante se id quod est vnitum & vnum habere debeat, cognouerimus, per negationem formarum cognoscimus quæ sunt supra formam, nõ ad id quod est absolutè indefinitũ illa nos conĳciente negatione, sed ad id quod est causa formæ, & ad id G quod supra terminum formalem collocatũ est: ita etiam cum vltimas formas contemplati fuerimus, quæ sunt effectæ ad imaginem, & quæ inter se mutantur altera in alteram, & ideo opus habent subiecto, quod suapte natura aptum sit ad vicissim suscipiendum vtrunque oppositum, venimus ad considerandam materiam per negationem formarum, quæ abducit ad id quod potest suscipe. Nam si dum materiam quærimus, eam hoc quidpiam ab alĳs quæ sunt diuersum definitè posuerimus, in aliquid aliud incidimus, & nõ in materiam. Illa enim habet nullam ab aliquo differentiam, siquidem formalis qualitas est omnis differentia. Quamobrem potius est ignoratio, materiæ cognitio, siquidem quæ circa ipsam mutantur, quæ sunt vltimæ ex formis, suscipiunt cognitionem quæ sensu apprehendit. Qua de causa Plato dixit materiam esse contrectabilem cum vacuitate sensus, significans eã per innixionem exemplar nequaquam referre. vt quemadmodum adulterina ratiocinatione, ita etiam sensu adulte H rino eam comprehendi ostenderet. Sed quod ea quidẽ possit adulterina ratione comprehendi, & eius per negationẽ notio, & quæ ex causa fit, quæcunque ea fuerit, tractum est ex prima philosophia. Hoc autẽ, per proportionem & conuenientiam, seruat modos naturalium elementorum cognitionis. Quemadmodum enim est grãmaticæ nosse ea quę sunt rudiora & crassiora de primis elemẽtis, accuratam autem & perfectam eorum cognitionem docet musica: ita etiam de elemẽtis naturalibus primus docebit Philosophus. Quocirca etiam eam quæ est de forma contemplationem paulo post ad illũ remittit. Sciendum est autem Aristotelem traduxisse illud per proportionem & conuenientiã, ex Pythagorico Timęo, quemadmodum Plato, eam posse adulterina ratione comprehendi. Dicit ergo Pythagoricus Timæus in suo opere. Materiam autem adulterina ratiocinatione, quod nondum

Materia est subiectũ substantiæ per se, aliorum per accidens.

Materiã Plato appellat hoc quidpiã, formam verò Aristoteles.

Cognitionem materiæ per proportionẽ vocat Plato adulterinam ratiocinationem.

Quæ sunt supra primam formam per negationem formæ quæ deducat ad causã formę cognoscimus.

Materiã cognoscim' per negationem formę quæ deducit ad subiectum.

Literarũ perfectam cognitionẽ docet Musica.

Elementorũ naturaliũ accuratã sciẽtiã tradit primus Philosophus.

Materię pri-

E recto ductu consideretur, sed per proportionem ac conuenientiam. Sed quoniam nõnulli, ĳque non leuis in Philosophia authoritatis, corpus expers qualitatis primã dicunt esse materiam, ex sententia Aristotelis et Platonis, quemadmodum ex veteribus quidem Stoici, ex recentibus autem Pericles Lydius, bene habeat si hanc consideremus opinionem. Aristoteles enim & Plato ex mutatione primùm materiam introducentes, eorum quę mutantur elementorum qualitates esse volũt calidum & frigidum, siccum, & humidum. Ipsæ autem cõmune subiectum habentes corpus, in ipso mutantur: quare corpus prima fuerit materia. Præterea autem si esset aliquid aliud id quod est corpori subiectum: quandoquidem ex cõtrarĳs sunt generatiões: oporteret esse aliquod aliud corpori subiectum, vt mutarentur opposita in cõmuni subiecto. Præterea autem id quod sustinet in omni mutatione dicimus esse materiam. Corpus autem expers qualitatis sustinet. nõ est enim aliquid in quod corpus intereat. F Quòd autem Plato quoque dicat materiã id quod est proximè subiectum qualitatibus quatuor elementorum, id autem est corpus expers qualitatis, per hæc liquet. Generationis autem nutricem humefactã & excalefactam, terræque & aeris formas suscipientem. Et rursus. Cũ autem aggressus est vniuersum ordinare, ignẽ primum, & terram, & aerem, quæ ipsa quidem sui ipsorum habebãt vestigia, sed ita erant affecta, vt consentaneum est se habere vniuersum, cùm Deus ab aliquo absuerit: cùm hæc ergo ita se suapte natura haberent, primum quidem formis effinxerunt & numeris. Si ergo primas elementorum formas imposuit materiæ opifex: eorum autẽ commune subiectum est corpus expers qualitatis, hoc fuerit materia. Portò autem ex sententia quoque Aristotelis, videbitur corpus qualitatis expers esse primum subiectum & materia. Si enim corpus, sicut aliqua alia ex formis, materiæ inest, & ab ea recedit: scilicet antequã inerit corpus, & postquã aberit, erit priuatio corporis in mate G ria, quod quidem est incorporeum. & erit naturalis aliqua substantia incorporea. quod quidem non placet Aristoteli, qui vbique apertè dicit, quę sunt naturalia esse corpora, & versari in corporibus. Sed quod Plato quidẽ non vult corpus esse primum subiectum, quod quidem vocamus materiam, clarum est ex eo quod etiam corporis veluti elementa planę ex eius sententia figuræ anticipent, vt quę sint videlicet maximè principales. Scribit itaque in Timæo. Primum quidem quod ignis & aqua & aer & terra, sint corpora, cuiuis clarum est. Quæuis autem forma corporis habet etiam profunditatem. Profunditatem autem omnino necesse est planam cõprehendisse figuram. Præterea corpus etiam ex eius sentẽtia habet triplicem dimensionem. Id enim significat illud, Habere profunditatem. Quod est autem eiusmodi, cũ eius quoque substantia simul coniunctum habet numerum & figuras, & maximè si sit totum corpus finitum, quẽadmodum et Platoni videtur & Aristoteli. Dicit autem materiam, nihil ho H rum habere per se, sed cũ fuerit formarum particeps, tũc eam formis figurari & numeris. Quòd autem nec Aristoteles velit corpus esse primum subiectum, apertè declarauit, cũ dicit. Est enim etiam corporis materia ipsa & magni & parui. Corporis enim materia nequaquã fuerit corpus. & quod magno & paruo idem est subiectum, non fuerit magnum nec paruum. Corpus autem, & maximè quod est finitum, est tantum quid. & non idem simul per se fuerit magnum & paruum. In summa autem corpus quidem & ratione potest comprehendi, & innixione cognosci. Materiam autem Plato quidem adulterina ratiocinatione dicit posse comprehẽdi: Aristoteles verò, & ante ipsum Timæus Pythagoricus, per proportionem solum & conuenientiam. Fieri ergo non potest, vt corpus sit prima materia. In quarto itaque huius operis vult materiam esse quandam indefinitam magnitudinis distantiam, quæ à magnitudine formali definitur.

Qua

mæ cognitionem ex Timæo ceperũt Plato & Aristoteles.

Materia si ne corpore.

» Qua de re videri possit vniuscuiusq; forma & figura esse » locus. quo definit magnitudn & materia magnitudinis. Cũ.n. dixisset magnitudo, quã formalis quoq; est magnitudo subiũxit, Et materia magnitudinis, idẽ explicans. Præterea autem ei etiam qui ipsam propositam qõnem per se cõsiderat, fieri non posse videbitur vt prima materia sit corpus expers qualitatis, vt Plotinus quoq; ostendit. Si nulla.n. ex formis naturalibus inest ex substantia materię, quę est subiecta oĩbus naturalibus, videlicet nec figura ei inerit, nec magnitudo. eæ enim formę sunt. erit autẽ figura & magnitudine præditũ, si sit corpus. & non est amplius simplex, sed compositum ex materia & forma. res autem simplex est materia. Quare sic ratiocinari poteris. Materia nõ habet magnitudinẽ, nec figuram, nec numerum per se. Corpus habet magnitudinem & figuram & numerũ per se. Materia ergo non est corpus. Materia nõ est composita ex materia & forma. Corpus est compositum ex materia & forma. Pręterea autem si corpus est materia, habebit aliquam propriam magnitudinem. & non vtiq; opifex ex seipso omnes formas producet sua ipsius voluntate: nec natura per opifices quæ sunt in seipsa rationes. sed materiæ magnitudini necessario seruiendum est. Præterea autem si habeat magnitudinem, sua quoq; ipsius ratione habet figuram. Non solum ergo est hoc absurdum, eo q; figura forma est & qualitas, sed ẽt quoniam erit difficile vt materia possit quãuis figurã suscipere, vt quæ iam detenta sit ab vna aliqua definita. Præterea forma quæ accedit ad materiam, simul infert omnia quæ sibi conueniunt, Quare etiam magnitudinẽ. Alia est enim magnitudo hoĩs. Alia auis, & auis talis. Materiæ ergo non est propria magnitudo, nec quantitas. Non est ergo corpus materia. Præterea autem si corpus est materia, erit aliquid quantitate & magnitudine præditum. Aliud autem est id quod est quantitate præditum, & aliud quantitas. & aliud id quod est pręditum magnitudine, et aliud ipsa magnitudo. Et sunt quidem formæ incorporeæ, simplices. Quæ sunt autem earum participes, cõpositæ. Si ergo corpus est materia, erit quid compositum, & non simplex, nec elementum. Si autem hæc sunt absurda, dicendum est q; quãtitas cuius particeps facta est materia, ei dedit magnitudinem, quæ prius non inerat. quemadmodum qualitas cuius facta est particeps, fecit id qualitate præditum quod prius erat expers qualitatis. Præterea autẽ hoc quoq; dici potest, materiam esse id quod est potentia omnium formarum, vel aliquid etiã quod est vltra id quod est potentia, quod in se habet id quod est potentia. Corpus autẽ quomodo fuerit potẽtia incorporeum? Id autem necesse est, siquidem formarum etiam incorporearũ est susceptrix materia. Si autem cùm sit incorporea, dicitur potentia, sciendum est id quod est incorporeum, non dici vt definitam aliquam naturam, sed tanquam negationẽ corporis. Fortasse autem dici potest materiam non primò suscipere formã incorpoream, sed per corpus intermediũ.

Materia est vltra id qđ est potentia.

Præterea constat corpus ex genere & differentijs. est.n. substantia quæ triplicem habet dimensionem. Quod est autẽ eiusmodi, forma est, non materia. Præterea autem corpus distinguitur à qualitatibus incorporeis. Materia autem similiter se habet ad omnia. Præterea autẽ corpus finitum, est tribus dimensionibus. Materia autẽ est planè indefinita. Cùm hæc ergo sic vtrinq; dicantur, liquet nõ oportere quidem formã esse formis subiectam. Qua de causa si corpus est forma, minimè fuerit corpus. Quod autem inest communiter omnibus naturalibus & sensilibus vt talibus, id esse oporteat materiam, id quoq; clarum esse existimo. cõmune est autem omnibus vt in magnitudinem extendantur & dimensionẽ. Qua de causa naturæ scientia, vt ait Aristoteles, versatur in corporibus & magnitudinibus, & eorum affectionibus. Num ergo ponendum est duplex corpus, hoc quidẽ quod consistit per formam & rationem, & est terminatum tribus

Corpus est duplex.

A dimẽsionibus: alterum autem, vt remissionem & extensionem, & incircũscriptionẽ naturæ incorporeæ, & quæ neq; potest in partes diuidi, mẽteq; ac intelligentia percipitur. non est autẽ hoc tribus dimensionibus instar formæ terminatum, sed vndequaq; remissum ac dissolutũ, & quod vndequaq; ab eo quod est, diffluit ad id quod nõ est. Et fortasse eiusmodi dimensio materia ponenda est: sed non forma corporea, quæ iam dimensa est & definije infinitam & incircunscriptam eiusmodi dimensionem, eamq; retinuit ac stare fecit fugientẽ ab eo quod est. Aduertendum est autem q; quo differunt materialia ab immaterialibus id esse oporter materiam. Differunt autem magnitudine, dimẽsione, & diuisione, & ijs quę sunt eiusmodi, non ijs quæ sunt definita per mensuras, sed quæ & mensuris carent, & sunt indefinita, & definiri possunt à mensuris formalibus. Hanc autem de materia sententiam primi quidem ex Græcis videntur habuisse Pythagorei. Post illos autem Plato, vt refert Moderatus. Is.n. B ex sententia Pythagoreorum primum quidem vnũ esse pronũciat super id quod est esse, & supra quãuis substantiam. Secundum autem vnum, quod est id quod verè est & pcipitur intelligentia, formas seu ideas esse dicit. Tertium autem quod est animale, esse particeps vnius & formarum. Postremam autem ab eo naturam, quæ est sensilium, ne esse quidem illatũ participem, sed ornatam esse per illorum repræsentationem, cùm quæ est in eis materia, sit adumbratio illius quod non est, quod est primò in quantitate, & quæ ab ea quoq; magis infrà descẽdit. Porrò autẽ hæc quoq; scripsit Porphyrius in secundo de materia, vbi adiecisset ea quæ dicit Moderatus, q; cùm vellet vnica ratio, vt alicubi dicit Plato, generationẽ eorum quæ sunt ex seipsa constituere, per suĩpsius priuationem comprehendit quantitatem, cũ eam priuasset omnibus suis rationibus & formis. Id autem quantitatem appellauit informem, & quæ nequit diuidi, nec figurari, suscipit autem formam, figuram, diuisionẽ, quantitatem, & qd C quid est eiusmodi. De hac autem, inquit, quantitate videtur Plato multa prædicasse nomina, cũ dicit eam omnia suscipiẽtem, & informem, & inaspectabilem, & eius quod intelligẽtia percipitur fuisse participem abreptam aliquam particulam, adulterinaq; ratiocinatione vix posse comprehendi, & quæcũq; sunt eiusmodi. Hæc autem, inquit, quantitas, & ea forma quæ intelligitur per priuationem vnicæ rationis, quæ omnes eorum quæ sunt rationes in seipso complexa est, sunt exemplaria materiæ corporum. quam ipsam quoq; & Pythagoreos & Platonem dixit vocare quantitatem, non quãtitatem quidem quæ est vt forma, sed eam quæ est per priuationem & dissolutionem & extẽsionem & diuulsionem, & per immutationem quę est ab eo quod est. Quocirca etiam malum esse videtur materia, vt quæ bonum effugiat, & ab ipso comprehenditur, & finibus egredi nõ permittitur, cùm extensio quidem suscipiat rationem formalis magnitudinis, & ea definiatur, diuulsio autem, Arithmetica discre D tione formet. Hac ergo ratione materia nihil est aliud, quàm sensilium formarum cũ ijs quę in intelligentia versantur cõmutatio, quæ quidẽ formæ sensiles illinc diuerterunt, & ad id quod non est deferũtur. Quòd enim alia sit moles rerum sensilium, & alia magnitudo formalis, et alia quidem sensilium formarũ diuulsio, alia verò Arithmetica discretio, clarum est ex eo q; illæ quidẽ sint rationes, & formæ, quæ neq; vllam habent dimẽsionem, neq; possunt diuidi: tricubitalis enim magnitudinis ratio, & triadis discretio, nec dimẽsionem suscipit, neq; potest diuidi, & est incorporea: Hæc autem quæ sunt propria sensilium, & ratione carent, suntq; corporea, & in partes diuisa, molemq; seu magnitudinem & diuulsionem subierunt per progressionem ad generationem & id quod est vltimum, idem est autem dicere, materiam. subsidẽs.n. fæx et materia verè est id quod est vltimũ. Quocirca Aegyptij quoq; primæ vitæ fæcem, quam aquã† symbolicè vocabant,

Vnũ primũ super id qđ est.

Vnũ secundũ quod verè est, nempe ideæ.

Aĩale particeps vnius & formarũ.

Materia est adũbratio illius qđ non est, vt volũt Pythagorei.

Materia q̃modo quantitas, ex Pythagoreorũ sententia.

Materia est malum.

Materia est commutatio sensilium formarũ cũ iis quę versant in intelligentia.

Materia est fæx subsidens.

† συμβολι

ϰῶς, symbolice, id est, non aperte, sed per quędam signa quę sunt coniicienda.

Materia est locus eorũ quę gignuntur, & status substantiæ.

vocabant, dicebant materiam, vt quæ esset veluti limus quispiam. Ea est autem veluti locus eorum quæ gignuntur & sensu percipiunt. neq; inest aliqua forma definita, sed status substantiæ. quemadmodũ quod est expers partium, & immateriale, & verè est, & quę sunt huiusmodi, sunt status naturæ quæ versatur in intelligentia. cũ omnes quidem sint & hic & illic formæ, sed illic quidem immaterialiter, hic vero materialiter: idem est autem dicere, illic quidem citra vllam diuisionem & verè, hic verò per diuisionem & adumbratè. Quocirca et vnaqueq; hic forma disiuncta est per materialem distantiã. Sed quomodo hæc conueniunt cũ Aristotele & Platone, qui volunt materiam esse aliquod subiectũ repugnantię? Num ea quæ dicuntur ab alijs de materia, ad vltimũ corpus vere abducunt? nõ est enim aliquid corpori oppositum. & ita erit ingenitum, & ab interitu alienum, non solùm corpus cœleste, sed etiã quod est infra Lunam. Nunc dictus autem sensus etiam corpoream dimẽsionem eorum quæ sunt sub Luna, quæ quidem fit & interit, cum forma quę est diuisa, conseruat, vtpote homine vel equo. An cùm est substãtia id quod fit, fit quoq; mutatio in materiali vicissitudine quæ semper manet? Ea enim mutantur quæ substantijs accidunt. Sunt autem substantiæ in quantitate quæ dicta est à Pythagoricis, vel per priuationem, vel in cõmutatione, ab eo quod est. Idem est autem dicere, In dimẽsione & mole materiali. ex aqua enim fit aer, nõ solùm mutatis qualitatibus, sed etiam formali magnitudine. Alia enim est vtriusq; magnitudo, & non est ea quę est minor pars maioris, sed vtraq; est forma definita, vel materiali manente in vtraq; dimensione. sunt enim ambę materiales, similiterq; et diuidi possunt, et sub sensum cadunt, & in materia non differunt. Differentiæ.n. considerãtur in formis. Quòd autem eadem sit sentẽtia Aristotelis de materia, in dimensione & in quantitate indefinita, sciri potest ex ijs quæ ab eo dicuntur in quarto libro huius operis. Dicit enim in illis. Quatenus autem locus

Materia quãtitas etiã ex sententia Aristotelis.

» esse videtur distãtia magnitudinis, ea ratione videbitur
» materia. Hoc enim est aliud à magnitudine. Id enim est
» quod continetur à forma, & definitum est, vtpote à superficie & fine. Est autem eiusmodi materia, et id quod est indefinitum, Quicunq; autem in eo quod est, quod est formis deterius, vel in vno quodã primo vno deriuatũ est, materiam intelligendam esse putant, non video quomodo rectè faciant. Vnum enim, & id quod est, cùm nihil aliud quàm vnũ & id quod est considerant, propriè sunt id quod dicuntur et primò. Materia autem est extremũ, & quod excedit ab eo quod est, & multo magis ab vno. & cõsistit in permutatione & diuersione ad id quod est. quãdoquidem propter genitalem eius quod est potestatem, oportebat etiam consistere eius quod est repręsentationem. Sed, ppter eam quæ est potentior de materia sententiam: neq; enim est mea: vt prolixiori oratione vterer inductus sum. In dictione autem, illud, VNUM quod est ratio} significat quidem esse vnum & ratione & forma principium. Cùm autem græcè sit μία ἡ ὁ λόγος, rem facit obscuriorem illud ἡ adiectum ei quod est ὁ λόγος, & articulus fœmininus coniunctus cum masculino. Coniunctus est autem non cum ὁ λόγος, sed cũ ἀρχή, vt perinde sit ac si dicat, μία δὲ ἡ κατὰ τὸν λόγον. vnũ est autem quod est per rationem. vel potius vnum est principium ratio & forma. Scribitur autem, inquit Alexãder etiam absq; illo ἡ, nempe q; propter obscuritatẽ nonnulli id abstulerunt, etsi cũ eo oratio habeat aliqd priscę dignitatis.

Ex ijs autem quæ nunc dicta sunt clarũ est, quæ sit contrariorum differentia, & quõ se habeãt inter se principia, & quidnam sit subiectũ.

LXVII Quomodo principia habeant contraria dicit, q; sit alterum absentia alterius. & quidnam subiectum, nempe q; id quod sumitur per proportionem & conuenientiam, & quod non habet contrarium. Dixit autem eorum dif-

E ferentias, quod sit aliud quidem id quod fit, aliud autem illud quod fit, & aliud id ex quo fit. et q; materia quidem sustinet, & inest in eo quod fit. Liquet autem ex ijs quæ dicta sunt, priuationem nõ esse naturam aliquam, ex sententia Aristotelis, sed absentiã in eo quod natura aptum est. Cùm ergo priuatio dicitur accidens materiæ, non dicitur tanq; forma. sed quemadmodũ mihi accidit vt non sim in foro. Si est autem tale quid priuatio, iure quæsierit quispiam sub quonam prædicamẽto collocabitur. Num si forma est substantia, erit etiam priuatio substantia. sub quo enim est alterum ex oppositis, sub eo est etiam alterum. nec tamen tanquam contraria. ea enim quę referuntur ad aliquid, sub eodem sunt genere. sed q; aliquorũ priuationes in eisdẽ sunt in quibus illa generibus. Eæ.n. formantur, & characterem suscipiunt à formis. Quocirca ipse quoq; id respiciens, Forma enim, inquit, quodãmodo est etiam priuatio.

Priuatio nõ est natura aliqua, sed absentia.

Priuatio in quo sit prædicamento.

Vtrum autem substantia sit forma, an subie-
F ctum, nondum liquet. Sed q; tria sint principia, & quomodo tria, & quisnam modus eorum, liquet. Quot ergo, & quænam sint principia, ex his consideretur. LXXI

LXVIII In libro decem predicamentorum, Aristoteles diuisit substantiam in substantiam primam, & in secũdam, hoc est, in indiuiduam, & in formalem ac generalem. Archytas autem in materiam, formam, et compositum. Quem secutus etiam Aristoteles in opere quod inscribitur Metaphysica, visus est ipse quoq; diuisisse accuratius. & dicit maximè quidem substantiam vtrunq; simul esse in ijs quæ gignuntur. Secundò autem formam & materiam, ex quibus vtrunq; simul coniunctum consistit. Eorũ autem, propter ęternitatẽ, & q; subijciatur, dicit materiam magis esse substantiam. Quatenus autem esse vnicuique id quod est, ex forma est, qua ratione etiã differt ab alijs in propria natura, ideo magis substantia ei videtur esse for-
G ma. Hanc ergo nunc comparationem indicat, satis habens in opere de principijs naturalibus tradere quot sint & quænam sint principia. Sed si perit forma, inqt Alexander, quomodo est hoc principium? Videtur.n. principiũ esse ab interitu alienum. Si pereat enim principiũ, vt dicit Plato, neq; ipsũ ex aliquo, neq; aliud ex illo fiet. Dubitationem autem soluit Alexander, dicens nõ omne principium eorum quæ sunt in generatione & interitu esse ab interitu alienum. neq; enim etiam elementare. Neque enim esset amplius ortus & interitus. sed aliquod quidem esse oportet ab interitu alienum. neque tamen fieri potest vt omne. Porrò autem forma quoque, inquit, etsi possit numero interire, specie quidẽ certè est eiusmodi, vt in eam non cadat interitus. Semper enim est calidum & frigidum. non est autem semper idem numero. Non esset enim in ijs quæ sunt generatio. Sed hęc quidem satis dicta sunt. Plato autẽ non elementare cor-
H porum principium, quod est per formam, in Phædro dixit ingenitum, sed principium & fontem motus, q^d quidem est id quod per se mouetur, & in summa primariam artificem in omnibus proprietatem, quæ est principium efficiens, non autem elementare. Subiungit autem hæc quoq; Alexander. An ne forma quidem interit. Interit enim id quod fit. Fit autem nec materia nec forma, sed vtrunq; simul cõiunctum. Ergo hoc quoq; interit. Quare ab interitu aliena sunt principia. Sed non si est ab interitu aliena, iam est etiam æterna numero. Interit enim vtrunq; simul coniũctum. Eius autem est interitus eo q; formam amittat. Hæc autem ab Alexandro quidẽ videntur dicta esse naturaliter, afferunt autẽ dubitationem, quomodo id quod est postea cùm prius non esset, non dicatur gigni aut fieri. & quod postea non est cùm prius esset, non dicatur interire. quomodo autem compositum quidem dicimus interire, quia formã amittat, quę neque seruat, neq; consistit post amissionẽ, sed abit ad id quod non

Substãtia diuidi in materiã, formã, & compositum ex sententia Archytę.

Forma quo principiũ si intereat.

Ingenitũ est principiũ & fons motus.

non est: Forma autem, neq; enim est separabilis. si ꝓpter compositum interierit, non dicatur interire. Quomodo autem si non possit interire, non etiam sit ęterna. Melius ergo esse puto verè, quã plus satis atticè, hoc est nimium subtiliter, dicere. Sed & formam dicimus id quod est indiuiduum, & in quod in generatione cadit interitus, & quod est per formam compositum. non enim necesse est eorum quæ intereunt principia elemẽtaria ponere ab interitu aliena. Ille autem cauẽs ne essent aliqua quæ interirent in id quod non est, quæ nunc quidem sunt, rursus autem non sunt, dicit ab interitu aliena. Neq; enim ea in id quod nõ est omnino intereũt. sed est omnino aliqua alia forma, quæ formæ quæ interit suscipit interitum.

Quòd autem vno modo sic quoq; soluatur antiquorum dubitatio, dicamus postea. Quærentes enim qui sunt in philosophia primi, veritatem & naturam eorum quæ sunt, diuerterũt, veluti in quandam aliam viam extrusi à perplexa dubitatione. B & dicunt neq; fieri quidquã ex ijs quæ sunt, neq; interire. propterea ꝙ necesse quidẽ sit fieri id quod fit vel ex eo quod est, vel ex eo quod non est. ex his autem ambobus planè nõ posse. neq; enim id quod est fieri, iã enim esse. & ex eo quod non est nihil fieri. Oportet

LXXII enim aliqd subijci. Et ita id quod deinceps euenit amplificantes, ne multa quidem esse dicunt, sed solum ipsum id quod est. Illi ergo hanc ceperunt opinionem propter ea quæ dicta sunt.

LXIX Quòd rectè præter materiam priuationem quoq; posuerit in principijs, ostendit ex eo ꝙ nõnulli ex antiquis Philosophis, cum de ea non cogitassent, generationẽ tollant & interitum, victi perplexa quadam dubitatione, et in alia absurda inciderint. Dicit autem primos in philo C sophia non solũ eos qui tempore præcesserunt, sed etiam qui primò veritatem quæsierunt. Non dicit autem nunc de omnibus, sed de illis qui tollebant generationem. Hi autem bifariam sunt diuisi, vel potius trifariam. Alij. n. ex his dicebant vnum esse id quod est, idq; esse ingenitũ. Alij autem multa quidem, sed cũ inessent, excerni dicebant, tollẽtes generationem. queãdmodum Anaximander & Anaxagoras: Alij antẽ concretione & discretione faciebant generationem primorum elementorũ. quemadmodum Democritus & Empedocles. Non est enim, inquit, generatio, sed solùm mixtio, & eorum quę mixta sunt immutatio. Hi autem, inquit, tollebant generationem inducti à quadam dubitatione, quam soluere nõ poterant. Soluitur autem positis naturalibus principijs ijs quæ nos posuimus. Cùm autem primùm posuisset dubitationem, à qua detrusi de via quę ducit ad veritatem, tollebant generationem, & id quod dubitationem consequitur absurdum, tunc subiũgit solutionem. Est autem D eiusmodi dubitatio. Quod fit, necesse est fiat vel ex eo quod non est, vel ex eo quod est. Si neutrum autem fieri potest, non erit generatio. Quòd neutrum autem fieri possit, clarum est, neq; enim potest ex eo quod est, fieri id quod est, iam enim est id quod est, antequàm fiat: Neque ex eo quod non est. oportet enim esse aliquid ex quo id fiat. Omnino autem id quod non est, nihil est. Atque dubitatio quidem est eiusmodi. Subiungit autem id quod deinceps euenit, quomodo nõnulli ab hac, vt videntur, dubitatione victi, ad quam eos deduxit eius quod est & eius quod non est notio, quæ id solum nouit quod propriè est, & id quod propriè non est: etiam ad id quod deinceps videtur ex dubitatione euenire, processerunt. Id autem est vnum esse id quod est, queãdmodum dicebant Melissus & Parmenides id quod est præter id quod est minimè esse dicẽtes. Si multa sunt enim ea quæ

Glationem quidam Philosophi tollebant.

A sunt, sunt etiam scilicet differentia alterum ab altero: & erunt præter id quòd est differentiæ. Si autem fuerit aliquid pręter id qđ est, vel erit id quod est, vel non id quod est. Sed neq; fieri potest vt sit id quod est præter id quod est, neq; vt sit id quod non est. Tanquã absurdius autem ꝙ non esse generationẽ, vnum esse id quod est, quod eis etiam euenit ex hac dubitatione, subiunxit.

Nos autem dicimus, ꝙ ex eo quod est, vel ex LXXIII
eo quod non est fieri: vel id quod non est vel id quod est agere aliquid, vel pati, vel quodlibetcunq; hocce fieri, vno quidem modo nihil differt, an medicũ dicas facere aliquid an pati, an ex medico esse aliqd vel fieri. Quare quoniam LXXIIII
hoc duobus modis dicitur, clarum est ꝙ etiam id nempe ex eo quod est, & id quod est, vel agere aliquid vel pati. Aedificat itaq; medicus, non B quatenus medicus, sed quatenus domus ædificator. & fit albus, non quatenus medicus, sed quatenus niger. Medetur autem, & non medetur, quatenus est medicus. Quoniam autẽ propriè maximè dicimus facere aliqd, vel pati, vel fieri à medico, si quatenus est medicus hæc patiatur vel agat, clarum est ex eo quod nõ est fieri, id quoq; significare quatenus nõ est id quod est. Quod illi quidem cùm non diuisissent, aberrarunt. & propter hanc ignorationem, tantùm præterea ignorauerunt, vt nihil ex alijs existimarent necesse, nec fieri, sed omnem tollerent

generationem. Nos autẽ ipsi quoq; dicimus LXXV
nihil quidem absolutè fieri ex eo quod non est,
C & fieri tamen ex eo quod non est. vtpote per accidens. Ex priuatione enim, quod quidẽ est quod per se non est, nõ inest autem, fit. Hoc autem in admiratione habetur, & sic videtur fieri

Nihil fit absolute ex eo quod nõ est, sed per accidens.

non posse, vt ex eo quod non est fiat aliqd. Si- LXXVI
militer autem neq; ex eo quod est, neq; id quod non est fieri, prætereꝙ per accidens. Ita autẽ hoc etiam fieri, eodem modo. quemadmodum si ex animali fiat animal. et si ex aliquo aĩali aliquod animal. vt si canis fiat ex equo. Fieri enim possit non solum ex aliquo animali canis, sed etiã ex animali: verùm non quatenus est animal. Hoc enim iam adest. Si quod autem facieudũ est ani

mal non per accidens, non erit ex animali. Et LXXVII
si quid quod est, non ex eo quod est. neq; ex eo
D quod non est. Illud enim, Ex eo quod non est, dictum est à nobis quid significet. nẽpe quòd quatenus non est.

Antiqui quidem, ꝓpterea ꝙ neq; ex eo quod est, neq; LXX
ex eo quod non est possit fieri id quod est, tollebant generationem. Ipse autem distinctè soluit dubitationẽ, ostendens necesse esse id qđ fit fieri ex eo quod est, & eo quod non est. hoc est, quod aliqua quidem ratione est, aliqua verò non est. Hoc autem potest dici duobus modis. Vel enim eo quod est per se & per accidens hæc differũt. vel eo quod est potentia & actu. Qui itaq; dicebant neq; ex eo quod est, neq; ex eo quod non est posse fieri, idem quidem dicebant id quod est cum eo quod fit. Iam enim, inquiunt, hoc est. Quòd autem non est, id quod non est omnino. Esse enim dicũt id ex quo. Et sic re vera neq; ex eo quod est, neq; ex eo quod non est potest fieri id quod fit.

Sed

Ex priuatione fieri p accidens.

Sed si quis cùm priuationem quæ est id quod non est in principijs posuerit, ex ea dicat fieri id quod fit, nō per se sed per accidens: non enim eo ꝙ insit, sed eo ꝙ non insit priuatio, ex ea fit id quod fit: is ex eo quod per se non est, non per se, sed per accidens dicit fieri id quod est. Non quatenus ergo materia est id quod est, ex ea fit id qđ est, sed per accidens. quoniam ei accidit vt nō sit id quod fit, cùm eius quod est quod fit ei adest priuatio. Quare neq; ex eo quod est, quatenus est, neque id quod est quatenus fit cùm sit: sed ex eo quod est per accidens, & ex aliquo quod est quidpiā quod est. Ita ergo neq; ex eo quod est, neq; ex eo qđ non est per se fit generatio, sed ex eo quod aliqua quidē ratione est, aliqua verò non est. Etenim materia quidem est, sed non id quod fit. Atq; Aristotelea quidem, cùm ad ea quæ sunt apertiora & magis generalia traduxisset orationem, sic soluit dubitationem. Ex eo enim quod est, inquit, fieri, idem valet cum eo quod est, fieri id quod est. & hoc, nempe fieri ex eo quod non est, idem valet cum eo quod est, fieri id quod non est. Idē est enim dicere, ex non musico fieri musicum, & non musicum fieri musicum. Deinde magis generaliter subiūxit ea in quibus hæc quoq; comprehenduntur, nempe, Vel id quod est, vel id quod nō est agere aliqd vel pati. Communius est enim agere aliquid aut pati, ꝗ̄ pati solum. & hoc, quodlibet hoc fieri, est communius, ꝗ̄ propriè fieri. Nam & album quod fit, & ambulans, & quodcūq; aliud in eo cōtinetur. Hæc ergo dicit illud, Ex eo quod est, vel ex eo quod nō est, vel id quod est, vel id quod nō est, vel agere, vel pati. Quæ quidem cùm in exemplo exposuisset, dicit nihil differre ab eo quod est Medicum aliquid agere vel pati, vel à Medico aliquid esse vel fieri. Hęc ergo dicit dici dupliciter, quoniam sunt ex ijs quæ dicūtur multis modis. Et primùm quidem ostendit dici dupliciter in Medico. Deinde sic ad id quod non est & id quod est transfert orationem. Medicus enim dicitur aliqd agere, vel pati, vel quatenus medicus, vel per accidens. Quatenus quidem medicus, agit, cùm curat & medetur. Patitur autem quatenus medicus, cùm medicinæ euaserit imperitus. Per accidēs autem agit, cùm ædificat, quoniam medico accidit vt sit domus ædificator. Patitur autē quatenus medicus, cùm minimè medetur. Per accidens autem agit, cùm ædificat, quoniam medico accidit vt sit domus ædificator. Patitur autem per accidens, cū ex nigro fit albus. quoniam medico accidit vt sit niger. Et Medicum scilicet propriè agere vel pati dicimus, cùm aliquid agit vel patitur quatenus Medicus. Ita ergo etiam ex eo quod non est aliquid fieri dicitur duobus modis. Vel enim ex eo quod nō est, quatenus nō est, vel ex eo quod non est per accidens. quoniam ei ex quo fit, vtpote materiæ id quod non est accidit, nempe priuatio. Nō enim ex quolibet, sed ex eo quod non est tale, natura autē aptum est vt sit tale, fit id quod fit. Clarum est autem ꝙ quemadmodū in Medico Medicū tunc propriè dicimus aliquid agere aut pati, cùm aliquid agit vel patitur vt Medicus: Ita etiam in eo quod non est propriè tunc dicimus ex eo quod non est aliquid fieri, cùm sumitur quatenus non est. Antiqui ergo qui vno modo id quod non est vt propriè & quatenus non est acceperunt, & id non diuiserunt in id quod per se & quatenus non est, et id quod per accidēs: abducti sunt ab eo vt fieret aliqd vel ex eo quod est vel ex eo quod non est. & propter ignorationem eius quod per se & eius quod per accidens, alia etiam prætereà ignorauerunt, vt nihil fieri existimarent, siquidem ex eo quod non est, quatenus non est, nihil fit. esse enī oportet id ex quo. clarum est autē ꝙ neq; ex eo quod est, quatenus est, iam enim est. præterea autem hoc quoq; ignorauerūt nihil esse ex alijs, sed vnum esse id quod est, siquidem non fit aliquid ex eo quod est. Nos autem absolutè quidem ex eo quod non est, hoc est quatenus non est, aliquid non fieri confitemur. per accidēs autem dicimus fieri ex eo quod non est. Ex materia enim, quatenus inest ei

E priuatio, quæ per se est id quod non est, fit aliqd. Quinetiam Plato de ea dicit. Ne quis ergo de nobis dixerit, ꝙ id quod non est eius quod est contrarium pronunciantes, id esse audeamus dicere. Nos autē aliquod eius contrarium multum valere iubemus, sit ne an nō, ratione ne præditum, an penitus expers rationis. Quod autem nūc diximus esse quod non est, vel persuadeat aliquis arguēs nos non rectè dicere, vel quandiu non potuerit, illi quoque dicendum est quemadmodū nos dicimus. Et quod à Platone quidem definitum est, aliqua quidem ratione est, aliqua verò non est, & per se quidem non est, per accidens verò est, quoniam tale quid accidit. Cæterum id quod non est per diuersitatem differt ab eo quod non est per priuationem, quatenus alterum quidem est formarum inter se, alterum verò inest vnà cum materia. Atq; hanc quidem interpretationem inserit Alexander, quæ diuidit id quod non est, & in id quod nō est. hoc est in id quod non est propriè: & in id quod per accidens. Iam verò aliam quoq; adijcit. Potest enim, inquit, quispiā audire ex ijs quæ dicuntur, ꝙ etiam id quod nō est vno modo dicitur, vt propriè & quatenus est id quod nō est. Sed ex eo fieri, potest dici duobus modis. Vel erit enim per se, vel per accidens. Nos enim ex priuatione, quę per se est id quod non est, fieri dicimus, sed per accidens, Non enim propterea ꝙ ea insit ei quod fit, sed propterea quòd non insit. Ex quibus autem per se fit aliquid, ea insunt ei quod fit. Quāuis autem per se scilicet dicatur nō esse priuatio, habet tamen cuiusmodicunq; substantiam. Si nulla enim esset ratione penitus, ex ipsa non fieret aliqd per accidens. Quocirca illud etiam, Nos autem dicimus nihil quidem absolutè fieri ex eo quod nō est} duobus modis audiendum est. Vel enim nihil fieri ex eo quod non est absolutè, vel nihil propriè et absolutè fieri ex eo quod nō est. Propriè enim & absolutè fit ex aliquo, quod fit ex eo quod remanet. Ita autem existimabant illi debere fieri quod fit ex eo quod non est, & inest ei quod fit. hoc autem nequit fieri. Quòd autem Plato ante Aristotelem sciuerit duplex significatum eius quod non est, declarāt quæ fuerunt ostensa in Sophista. quibus subiunxit. Alterius autem naturam quæ est, & minutatim dissecta est per omnia quæ sunt inter se inuicem, id quod est oppositum vnicuiq; quæ est particulæ, ausi sumus dicere idipsum esse reuera quod non est. & omnino mihi videntur dixisse verissima. Ne quis ergo de nobis dixerit, quòd id quod non est eius quod est contrarium pronunciātes, id esse audeamus dicere. Nos autem aliquod eius contrarium multum valere iubemus, sit ne an non, ratione ne præditum, an omnino expers rationis. Quod autem nūc diximus esse quod non est, vel persuadeat aliquis arguēs nos non rectè dicere, vel quandiu non poruerit, illi quoque dicendum est quod nos dicimus. Hæc quidem Plato. Aristoteles autem subiungit. Similiter autem neq; ex eo quod est, neq; id quod est quatenus est, fieri potest. Iam enim erit priusq̄ fiat id quod est. At ex eo quidem certè quod est per accidens nihil vetat fieri etiam aliquid quod est. Quemadmodum enim qui ex animali dicit fieri animal, non hoc dicit fieri quatenus est animal. neque enim animal, quatenus est animal, si muteē, mutari possit in animal. neq; animal quod fit, si fiat, quatenus aīal, fiat ex animali, sed ex semine. Sin autē quatenus aliquod animal ex animali, cui animal esse cōtigit, mutato fit aliquid, cui etiam ipsi adest esse animal, hoc est per accidēs fieri animal ex animali. Non enim quatenus aīal, quod mutatur in animal, ea ratione mutatur animal, sed quatenus aliquod animal in aliquod aliud animal immutatur. vt, verbi gratia, si canis ex equo, vel potius vespę ex equo, vel apes ex tauro,

Sunt enim equi vesparum ortus, & apū quoq; tauri, dici possit animal fieri ex animali. verùm non quatenus animal, sed per accidens. Ex aliquo enim alio animali, fie aliquod aliud animal, quod fit eo non mutato. Vtrisque

autem

Nō esse per diuersitatem differt ab eo quod nō est per priuationem.

Non esse diuiditur in nō esse, ppriè, & non esse per accidens.

Esse de duobus modis vidit Plato ante Aristotelem.

autem, nempe & ei quod mutatur & ei quod fit, inest esse animalia. Quare per accidens animal ex animali. non enim de causa efficiente, sed de materiali agit in qua fieri non potest, vt equi materia sit equus. Cùm autem fit animal ex semine, non fit vtiq; per accidens ex animali, sed tantùm ex non animali. Ita ergo etsi quid quod est, non fiat per accidens, sed per se, fiat ex eo quod non est. Sic autem etiam scribitur, QVEMADMODVM si canis ex cane, vel equus} Etsi enim ex aliquo animali fiat aliquod animal, quemadmodum si canis ex cane, vel equus ex equo, nō fit quatenus canis, nec quatenus equus, sed quatenus aliquis canis, vel aliquis equus. Si enim quatenus aliquod animal, faciendum erat, & non per accidēs, non factum esset ex animali, sed ex non animali, vtpote ex semine. & quatenus corpus, nō ex corpore, sed ex incorporeo: ita autem siquid quod est, fiat non per accidens, sed per se, nō fiat ex eo quod est. sed neq; fiat ex eo quod non est, quatenus non est. hoc enim iam ostensum est. Si ergo id quod est, quatenus est, neq; fit ex eo quod est, neq; ex eo quod non est: id quod est, quatenus est, non fit omnino. neq; generationes eorum in quę cadit generatio, quatenus sunt, sed quatenus ignis & aer. Num autē sic quoq; dicebant veteres, nihil eorum quæ sunt, quatenus sunt, nec fieri, nec perire. Quæ enim sunt, sunt quæ iam sunt. quemadmodum homo, album. nihil autem eorum quæ sunt fit, nec perit, sed indiuidua.

LXXVIII Præterea autē etiam vniuersum esse vel non esse nō tollimus. Vnus est qdē certè hic modus.

LXXI Quoniam ostensum est id quod fit neq; ex eo quod est absolutè, neq; ex eo quod non est fieri, sed ex eo quod simul est & non est, erat omnino aduertendum, quomodo idem esse & non esse dicentes, ex quo id quod fit fieri dicimus, contradictionis pronuntiatum non tollimus. vel quomodo dicētes id quod fit fieri ex aliquo, nō cogimur dicere hoc fieri vel ex eo quod est, vel ex eo quod nō est. Dicit ergo, NON tollimus} Non enim ex eo quod est esse vel non esse dicimus, sed ex eo quod per se quidem est, per accidēs verò non est, generationē esse dicimus. Eiusmodi enim est materia. Fieri autē potest, vt dicat illud, VNIVERSVM esse vel non esse nō tollimus} significās, nec nos qdem diuisionē reprobamus, quæ dicit quidqd fit fieri vel ex eo qđ est, vel ex eo quod nō est. Scimus.n. in quolibet verum esse vel esse, vel non esse. Sed hoc etiā conseruantes, ortum simul seruamus & interitum, per id quod est per se, & id quod est per accidens, diuidentes id quod est, & id quod non est. Et sic vno quidem modo soluetur dubitatio. Alterum autem deinceps subiungit.

Alius autē, quòd ea contingit dicere per potentiam & actum. Hoc autem alibi definitum est exactius.

LXXII Cùm paulo antea dixisset illud, Ex eo quod est, vel ex eo quod non est fieri, vel Medicum aliquid facere vel pati, duobus modis dici, vel per se vel per accidens: & per hoc conclusisset, vnus quidem est hic modus solutionis, subiungit deinceps alium. Is autem est, ꝙ contingit dicere id quod est potentia & actu. & similiter etiam id quod non est. Cùm ergo dixerimus, Id quod fit, fit ex eo quod est, dicimus id quod actu est fieri ex eo quod est potētia. nō enim ex eo quod est actu. Id enim iam est. Rursus autem cùm etiam dixerimus, Ex eo quod non est, sic dicimus tanquam ex eo quod non est actu, quod potestate esse minimè prohibet. Ex eo enim quòd potestate non est, tanquam ex elemēto, nihil fiat. Natura enim aptum esse oportet vt fiat id ex quo fit id quod fit. Ex eo autē quod potentia quidem est, actu verò non est, fiunt ea quę fiūt. Antiquorum ergo sic soluitur dubitatio. quæ neq; ex eo quod est neq; ex eo quod non est cogit aliquid fieri. Fit enim ex eo quidem quod est potentia, actu verò nō est. Materia enim potentia quidem est id quod fit, actu verò nō est. Et ex materia quidem sumpta est hæc distinctio: ea enim est quæ potentia quidem est, actu verò nō est id quod fit. Materiæ autem talis naturæ causa est priuatio. Cùm sit autem absentia in eo quod est aptū natura: propterea quidē ꝙ sit absentia, facit vt nō sit actu; propterea autem ꝙ in eo quod natura aptum est, prębet vt sit potentia. De eo autem quod est actu & potentia exactius definitum est in nono eorum librorum qui inscribuntur Metaphysica.

Materia est potentia id quod fit.

Priuatio est causa ꝙ materia sit potestate.

Quare, sicut dicebamus, soluūtur dubitationes, per quas coacti soluunt nonnulla eorū quę dicta sunt. Propterea enim priores tantùm declinarunt à via, quæ ducit ad generationē & interitum, &, vt summatim dicam, mutationem.

LXXIII Alexander quidem hanc dictiunculam, vtputo reliqt inexplicatam. Magnus autem Syrianus dicit eos ꝑpter dubitationem tollere nonnulla eorū quæ dicta sunt, quoniam tollentes generationē, vnà per ipsam & materiam tollunt & priuationē: quę quidem sunt nonnulla ex principijs quæ dicta sunt. Etenim propter dubitationem tollentes generationem, dicunt ea quę sunt prius esse, vel id quod est, vnū esse. et ideo neq; esse materiam nec priuationem ex quibus fiant quæ fiunt. Quòd autem hæc dicat nonnulla eorum quæ dicta sunt, declarant ea etiā quę deinceps subiunguntur. fortasse autem potest etiam accipi illud, NONNVLLA quæ dicta sunt} nō de principijs: etenim formam tollunt qui sic dicunt id quod mutatur. Quare non nonnulla ex principijs, sed ex ijs quæ de natura dicta sunt, quorum est generatio & interitus. ea enim proximè videbantur tollere, impediti à dubitatione, quę dicit ex eo quod est vel ex eo qđ non est fieri id quod fit, & ostendit neutrum fieri posse. Sed excogitata priuatio, & id quod per se est, & quod per accidens, & potentia & actu, dissoluerunt hanc dubitationē, & dederunt locum generationi & interitui, quæ quidem illi tollebant. Hæc autem significant ea etiam quæ consequuntur.

Ipsa enim visa natura omnem eorum soluerit amentiam.

LXXIIII Visam, inquit, priuationem habere solutiōem totius dubitationis quæ est in oratione. Eo enim quod est per accidens, & non est, propter priuationem: per accidens enim est priuatio, quoniam accidit ei quod est: per accidens autem rursus nō est materia, quoniam ei accidit priuatio quæ per se est id quod non est: potentia aūt est propter priuationem: his duobus dissoluit dubitationē. Sic quidem exposuit Alexander. Num autem ipsa, inquit, visa natura, nō solum est priuationis, sed etiam materię. Hoc enim ipse etiam progrediens aduertit Alexander. Quinetiam illa de qua proximè dicebat, nēpe & ea quæ est eius quod per se est, & eius quod per accidens, & eius quod potentia & actu.

LXXIX Tetigerunt itaq; ipsam etiam quidam alij, sed non satis. Primùm enim absolutè fatentur aliquid fieri ex eo quod non est. qua quidem ratione rectè dicere Parmenidem.

LXXV Siue est natura priuationis & materiæ, quæ visa dissoluisset omnem dubitationem, siue est eius quod est per se & per accidens, & eius quod est potentia & actu, siue vtraq; simul: per alterā enim est altera: alij quidem hanc, inquit, naturam ne omnino quidem attigerunt, quicūq; id quod est vnum faciūt, vel quicunq; dicunt actu prius esse, &, vt semel dicam, quicunq; tollunt generationem. Nonnulli autem eam quidem attigerunt, sed non satis. Videtur autem hæc dicere, ea torquens aduersus Platonem. Ipse enim dicens in Timæo materiam nihil esse eorum quæ actu sunt, cū dicit. Formis subiectum non fuerit rectè paratum, pręterquam quod est expers omnium illarū formarū quas est suscepturū: videtur quodāmodo attigisse

Esse potestate & actu per se & per accidens primus definiuit Plato.

Id quod est duplex introduxit Plato.

attigisse & materiam & priuationem. Quod enim natura aptum est, quod suscipiat, vel non, non habet autem, iure dicatur esse priuatũ. Et id quod est potestate et actu, & quod per se & per accidẽs, videtur Plato primus definijsse: & illud, quod aliqua quidem ratione est, aliqua verò non est, vt prius dictum est. Etenim Plato etiã in alijs distinxit ea quę multis modis dicuntur, quemadmodum Eudemus quoq; testatur in Physicis, dicens. Plato enim cum id quod est duplex introduxisset, multas soluit dubitationes. Propter hæc ergo Plato talẽ tetigerit naturam, sed eam non satis videtur attigisse, duobus modis. Quorum alter est quod videtur admittere Parmenidem qui dicit vnum esse id quod est. Ea enim ratione ex eo quod absolutè non est, & quatenus nõ est, facit generationem. Fieri enim non potest, vt si vnum sit id quod est, sit aliud quod quidem fit per se, per accidens verò non fit. & potentia quidem fit, actu verò non fit, ex quo erunt ea quæ fiũt. Quicquid enim illud non est absolutè, nõ est. Quod enim est præter id quod est, non est. Quod autem nõ est, nihil est. Solum autem illud est. Quare cũ laudarit Parmenidem, vt qui vnũ dixerit esse id quod est, ex eo quod absolutè non est videtur ipse facere generationem. Et dictionem quidem ferè omnes sic explicarunt interpretes, perinde ac si Plato admittat Parmenidem, qui dicit esse vnum id quod est. Hoc autem miror. Ipse enim in Sophista multis argumentis insistit aduersus ea quæ dicit Parmenides asserens vnum esse id quod est. Et argumenta quidem prius adscripta sunt in ijs quæ dicta sunt aduersus Parmenidem. eorum verò conclusio, vt in memoriam reuocentur, nunc quoq; exponatur, quæ sic habet. Et alia itaq; innumerabilia infinitas dubitationes videbuntur vnũquodq; cepisse ei, qui id quod est, siue duo aliqua, siue vnum solum esse dicit. Sed neq; Aristoteles dicit eos absolutè confiteri q fiat generatio ex eo qđ non est, eo q fateantur rectè dicere Parmenidem. Nũ ergo illum ideo magis reprehendit, q admittat minorem Parmenidis propositionem quæ dicit, id quod est præter id quod est, non est: & ea ratione esse concedit id quod non est: Quod enim aliud est à pulchro, pręter id quod est pulchrum, non pulchrum esse dicit, & quod est aliud à magno præter id quod est magnum, dicit non esse magnũ. Et cum alia huiusmodi adiecisset, subiungit. Ergo, vt videtur, alterius particulæ naturæ & eius quod est inter se inuicem oppositorum oppositio, cùm sit nihilo secius, si fas est dicere, eius ipsius quod est, non illi contrarium significans, sed tantum solum & ab illo alterum. Apertissimè. Quãnam ergo eã appellabimus? videlicet id quod non est, quod per Sophisticem quærebamus. Hoc ipsum est. Clarum est autẽ q Parmenides quidem dũ quod absolutè non est respicit, id quod non est sustulit, dicens. Nunq; enim nihil esse non fuerit non aliquid quod est.

Reprehenditur Plato q admittat esse id quod non est.

Hanc ne viam quærat mentem sed tu procul arce.

Plato quidem respiciens ad id quod non est per diuersitatem, assentiebatur minori propositioni, insistebat autem aduersus maiorem, quæ dicit id quod non est nihil esse. Sed si hoc ita habet, non rectè nunc Platonẽ reprehenderet Aristoteles, vt qui ex eo quod oĩno non est dicat generationem, quandoquidem fatetur rectè dicere Parmenidem. Neq; enim Plato id quod omnino nõ est esse concedit, neq; multo magis Parmenides. Num autẽ etiam vim afferimus, dicentes Platonem admittere Parmenidem, dicentem id quod non est. Et si enim assentiatur minori propositioni quæ dicit, quod est præter id quod est, non est, non tamen id facit tanquam Parmenides ponat id quod non est. Ille enim subiũgit, id quod non est nihil est. & omnino in Sophista tanq; contra Parmenidem dicens, qui indistinctè tollit quod nõ est, ipse introducit id quod non est. Ne ergo expositores videantur fores, vt aiunt, transgredi in exponendo, dicamus fortasse, q aduersus ea q̃ in Dialogo, Parmenide, à Platone dicta sunt, hæc contorsit Aristoteles. vbi vnum id quod est ponentem Parmenidem & demonstrantem Plato visus est admirari. Clarum est autẽ eum multa esse illud vnũ quod est ostendere, ipsum considerantem in alio & alio ordine. Hæc ego scripsi, cùm à dubitatione huc & illuc circunferrer. Siquis autem magis appositè & accõmodatè responderit, quomodo ex eo quod non est dicit Plato generationem, quoniã fatetur rectè dicere Parmenidem, is eo noĩe mihi amicus, non aũt inimicus, victoriã obtinet.

Deinde videtur eis, siquidem est vna numero, etiam potentia solum esse. hoc autem differt plurimùm.

Postquam dixit vnum modum, quo qui dictam naturam attigerunt, non satis attigerint, subiungit alterum. LXXVI
Dicit autem nunc Alexander euasisse planum ex ijs quę nunc dicta sunt, eum, illud, Tetigerunt quidem eã etiam alij} de materia dixisse, nõ de priuatione. De materia.n. dicit illud, VIDETVR q siqdem est vna numero, ẽt potentia} Priuatio enim non est vna numero. Aut, inqt, quod prius quidem dictum est, Tetigerunt itaq; ipsam quidam etiam alij, de priuatione dictum est: quod autem nunc dicit, de materia. vt in propria natura priuationem habere existimẽt. Quocirca etiam quemadmodũ vnum numero est vtrunq; simul coniunctum, ita etiam ratione & potentia eis vnum esse videbantur, & non ratione distincta. quemadmodum nos materiam & priuationem alia esse ratione dicimus. Dicendum est ad Alexandrũ, melius esse & prius & nunc quoq; audire de subiecta natura, ex qua est generatio, quæ est materia vnà cum priuatione. Quòd enim dicat de eadẽ & priora, & quę nunc sunt, ostendit continuatio eorum quæ dicuntur. Quanq; nec numero quidem vnum, ratione verò duo per se fuerit materia, nisi sit simul cum priuatione. Si autem aduersus Platonem hæc torquens dicit Aristoteles, eo q verbis non distinguat materiam & priuationem, propterea hæc dicit q Plato duo tradat elementa, materiam & formam, cùm his duabus præposuisset abstractam & exemplarem simul & efficientem causam. Hęc enim sic dicit in Timæo. Hæc autem cùm ita habeant, fatendum est vnam esse formam, quæ eodẽ modo se habet, ingenitam & ab interitu alienam, quæ neq; ipsa aliam aliunde suscipit, neq; ipsa vsquam ad aliam vadit. Ea autẽ est & inaspectabilis, & omnino insensilis. quam vt cõsideraret sortita est intelligentia. Quæ est autem eiusdem nominis, et illi similis, secunda, sensilis, quæ circunfertur, quæ & semper fit in aliquo loco, et rursus illinc interit, põt opinione cum sensu comprehendi. Tertium autem genus est loci, semper interitum non admittens, sedem autem præbens omnibus quæ gignenda sunt, quæ ipsa quidem cũ vacuitate sensus est contrectabilis, & vix adulterina ratiocinatione credibilis. Cæterum q priuationem quidem in materia Plato quoq; nouerit, idem est autem dicere, absentiam formarum quæ vt in ea fiant natura aptę sunt, ostendit, cùm & omnium susceptricem dicat materiam, quod quidem et conuenit quod natura aptum est, vt omnia suscipiat, & expertem illarum omnium formarũ quas est susceptura: quod quidem formarũ absentiam significat. Neq; tamen voluit in elementis ponere priuationem, & id quod per eam non est, quoniã absentia solum est eius quod natura aptum est, nihil secum aliud introducens. Contentus autem fuit ipse sola forma, quæ sua ipsius pręsentia & absentia tradere potest ortum et interitũ. quod quidem ipse quoq; progrediens fatetur Aristoteles. Sufficit enim alterum ex contrarijs, vt sua pręsentia & absentia faciat mutationem. Quanquam id quidem quod non est per diuersitatem, statim introducit qd quod est. Motus enim qui nõ est id quod idem, non est quidem idem, est autem aliquid. Eiusmodi autem id quod non est in Sophista cum formis connumerauit, dicens. Ita autẽ etiam quod non est, eadem ratione & fuit et est quod non est in numero multorũ quę sunt forma vna. Non solùm autem

Priuationem Plato ... licet nõ ... meret ... principia.

propter

propter ea quæ dicta sunt non connumerauit priuatio-
nem cũ elementis, sed ẽt ꝙ oporteat elementa quidẽ in-
esse in eo quod fit ex elementis: priuatio autẽ non pręsen
tia sed sui absentia facit generationẽ. Quinetiã ꝙ elemen
ta per se oporteat esse causas: priuatio verò est causa per
accidens. Contrà aũt iure corrigi posset, qui dum quærit
elemẽtaria principia rerum naturalium, in ipsis collocet
priuationem, quã ipse quoq; fateť non eo ꝙ sit esse cau-
sam, sed eo ꝙ nõ insit, & non per se, sed per accidens. nisi
fortè Plato quidẽ quæ sunt per se causas quærens, & quæ
sunt propriè causæ & elemẽtares, & quæ insunt, meritò
non cũ eis locauit priuationem. Aristoteles aũt quęrens
causas mutationis, vnà ẽt iure locauit priuationẽ, vt quæ

Causa potest esse per accidens.

sit aliqd aliud à materia, & ab ea ratione differat. etenim
nihil quidem vetat quominus dicatur causa per accidẽs.

Elementum non põt esse per accidẽs.

Elementum autem per accidens ne fingi quidem facile
potest. Siquidem oportet inesse elementum quod com-
pleat etiam ipsum quod fit ex elementis.

B Nos.n.materiam & priuationẽ aliud esse di-
cimus. & ex ijs alterã quidem non esse id quod
est per accidẽs, nẽpe materiã, alteram verò per
se, s.priuationẽ, & alteram quidẽ propè & quo-
dãmodo substãtiam, nempe materiã. priuatio-
LXXX nem verò nequaq̃. Qui aũt id quod nõ est, id
quod est magnũ & quod paruum similiter, vel
vtrunq; simul coniunctũ. vel quod est seorsum
alterutrũ. Quare oĩno alius est hic triadis mo-
dus, & ille. Hucusq;.n.dicẽdo processerũt ꝙ ali
quam naturã subijci oporteat, hanc tñ vnam fa
ciant. etenim siqs facit dyadem, dicens eam ma
gnum & paruum, idem facit nihilo secius. Al-
teram enim contempsit priuationem.

LXXVII Differentiã suæ opinionis à Platonis opinione de ma-
teria exponens, Nos qdem, inquit, materiã & priuatio-
nem alia esse rõne dicimus. Et ex ĳs materiã quidem per
accidens non esse id quod est, qm̃ ei accidit priuatio: pri-

Materia est quodãmodo substantia.

uationẽ verò per se non esse id qđ est. & rursus materiam
quidẽ propè esse & quodãmodo substantiam, priuatio-

Priuatio est solum absentia.

nem verò nullo modo substantiã. Id aũt eo fit, qm̃ si pro-
priè quidem & primò est substantia: ea est quæ est cõpo-
sita: sine eã vtiq; eius ẽt partes. Quare materia quidem,
qm̃ est pars substantiæ quę inest, fuerit ꝓpè substãtia per
seipsam, qm̃ compleat eam quæ est propriè substãtiam.
Priuatio aũt quæ est solũ absentia, est procul à substãtia.
Præterea autẽ si primò quidem & propriè substantia est
ea quæ est cõposita: secundo aũt forma: eius autem susce-
ptrix est materia, ea propè fuerit substantia. Priuatio au
tem, quæ est formæ absentia, ea rõne fuerit procul à sub-
stantia. Præterea substãtia in subiecto ab eo diciť. Subie-
ctum autem quodãmodo est ẽt materia, etiamsi accipia-
tur vt pars vtriusq; simul cõiuncti. quod qdem non inest
ei quod est ꝓpriè coniunctũ. Materia ergo est propè sub
stantiam. Pręterea aũt si substantiæ definitio est quæ di
cit substantiã esse id quod vnũ & idem numero põt susci
pere contraria, materiæ quoq; inest vel etiã magis propè
substantia, ꝙ per se illud numero vnũ habet, quinetiam
hoc, nihil esse ei contrarium, quod tanq̃ substantiæ pro-
prium est attributum, qm̃ ideo attributũ est ꝙ subiecta
sit substãtia, & materiæ cõuenit, vt quæ ipsa quoq; subie
cta sit. Et materia quidẽ videlicet fit id qđ non est per ac-
cidens, ꝙ sit particeps priuationis. Priuatio verò per ac-
cidens id quod est, ꝙ fit in materia. Et hæc quidẽ est sen

Magnum & paruum materiã vocat Plato.

tentia Aristotelis de materia & priuatione. Plato aũt
id quod nondũ est quod fit, hoc est, id ex quo est genera-
tio, nõ dicit materiam & priuationẽ, sed magnum & par
uum, siue vtrũq; simul coniunctũ, siue alterutrum, seor-
sum de ipso pręedicans. Quocunq; autẽ res se habeat, ma-

A gnum quidem non est materia ex eius sñia, paruum aũt
priuatio, vel contrà: sed vtrunq; simul materia. Quare
oĩno alius modus triadis elementorũ Aristotelis, qui di-
cit contraria formã & priuationem, & cõe vtriũq; subie-
ctum materiã: & triadis Platonicæ, qui vnũ quidem di-
cit formã, duo aũt subiectum, nẽpe magnum et paruum.
Quare ꝙ subijciať quidem aliqua natura ex qua est gene
ratio, nobiscũ plures consentiũt, et si in ea alĳ quidẽ vno,
alĳ verò duobus nominibus quę de vno & eodem tñ di-
cuntur, vtanť: A nobis aũt dissentiunt, ꝙ priuationem à
subiecto rõne non distinguunt. Et si.n. duobus qs nomi-
nibus in subiecto vtať, sicut is qui magnũ dicit & paruũ,
eis tñ tanq̃ in vno vtitur, nẽpe materia, prætermissa priua-
tionis natura. Quare ipse quoq; idem facit quod illi qui
vnũ dicunt, & similiter prætermittit priuationẽ. Quòd
aũt, inquit Alexander, illud, Tetigerunt itaq; ipsam qui
dem nonnulli alĳ } dixerit de materia, vel hinc clarũ est.
Si eos.n. dicit prætermisisse priuationẽ, eam minimè atti
B gerũt. Deinde pulchrè statuit fieri quidẽ potuisse, vt hęc
dicerẽt, etiãsi priuationẽ non planè pręetermisissent, sed si
vt ipsam, quæ esset aliqua ex se natura, nõ distinxissent.
Qm̃ aũt Aristoteles multis in locis meminit Platonis,
vt qui materiã dicat magnũ & paruum, sciendũ est Por-
phyriũ referre Dercyllidẽ in vndecimo philosophię Pla
tonis, vbi verba facit de materia, Hermodori familiaris
Platonis verba adscribere, ex eius ope qđ scripsit de Pla-

Materiã ponit Plato in isinito & terminato.

tone. ex qbus ostẽdiť Platonẽ ponentẽ materiã in infini-
to & in interminato, ex eis illã significasse eorũ esse quæ
magis & minus suscipiũt: quorũ est magnũ & paruum.
Cũ.n. dixisset eũ dicere ex ĳs q̃ sunt alia qdem esse per se
vt hoĩem & equũ. alia verò ad alia referri: & ex ĳs alia q-
dem tanq̃ ad contraria, vt bonũ ad malũ, alia verò tanq̃
ad aliqd, & ex ĳs alia qdem tanq̃ definita, alia verò tanq̃
indefinita, subiũgit, Et ea qdem quæ dicunť vt magnum "
ad paruum, oĩa habere id qđ est magis & id quod minus. "
Maius.n. esse & minus ferũtur in infinitũ. Similiter aũt "
C & latius & angustius & ꝓfundius & leuius, et oĩa quę sic "
dicunť, in infinitũ. Quę aũt dicunť vt ęquale & manẽs & "
cõcinnum, non habere id qđ est magis et minus, habere "
autẽ quæ sunt eorũ contraria. Inæquali.n. est magis inæ- "
quale, & qđ moueť, eo, quod moueť, & incõcinno incon "
cinnũ. Quare ex ambab' his cõiugationibus oĩa pter vnũ "
elemẽtũ suscipe id qđ est magis & minus, ordinis egesta- "
tem, infinitatẽ, et informitatẽ, et nõ esse id qđ est, id qđ ta "

Materiã nõ esse principium.

le est, dici, ꝓp eius qđ est negationẽ. Ad id aũt, neq; prin-
cipiũ neq; subam ptinere, sed cõfusè ferri & citra vllũ iu
diciũ. Ostẽdit.n. ꝙ quẽadmodũ ꝓpriè causa & excellẽti
modo est id qđ efficit, ita ẽt principiũ. Materia autẽ non
est principium. Quocirca ẽt à Platonicis dicebať vnum

Vnum esse principium.

esse principium. Sed hoc quidẽ ꝙ materia ex Platonis
sententia minimè sit principiũ, paulo post nobis vsui fu-
turũ est. Quo autẽ magnum & paruũ & qđ non est ma-
teriã diceret eẽ Plato, existimo ex his planum factũ esse.

D Quæ enim sustinet, vnà cũ forma, eorũ quæ
fiunt causa est, tanq̃ mater. Altera aũt pars repu
gnantiæ, siqs ad maleficã eius improbitatem fi-
xam mentis aciẽ intenderit, sæpe ab eo ne esse
quidem omnino visione apprehendetur.

Cũ reprehendisset quod nõ distinguant materiã à pri- LXXVIII
uatione, dixit iã quidẽ multas differẽtias materiæ & pri-
uationis, & ex rebus argumentãs, & ex dicẽdi consuetu-
dine: nunc aũt earum ẽt aliã adiungit differentiã, dicens
materiã quidẽ cum forma sustinẽtem eorũ quæ fiunt esse
causam, tanq̃ matrẽ. Ei.n. qđ fit præbet materiã tanq̃ ma

Materia est receptaculũ formæ.

ter, & est receptaculũ formæ quæ in ea fit à patre vniuer-
sorum. Vnde ẽt Plato eam qñq; matrem, quandoq; lo-

Materiã vocat Plato matrẽ & locũ.

cum appellat. Cũ matre autem eã habere dixeris propor
tionẽ & cõuenientiã, qm̃ materia formas distẽdit & diui
dit, sicut matres semina & fœtus, q̃ ipsa qdem alũt & au-
gẽt in maiorẽ magnitudinẽ. Quocirca Plato quoq; eam

Materia est nutrix.

vocat nutricem. Et talis qdem est materia, quę vt sit aliquid, causa est. Priuatio aũt, quã vocauit alterã partẽ repugnantiæ, siqs respiciat q̃ sit malefica, & q̃ exitialis, siquidẽ est formæ absentia, per quã vnicuiq; & esse & bonum est, ne videbit̃ quidem esse oĩno aliquid ex ĳs quæ sunt. Quid .o. aliud fuerit absentia, q̃ eius quod est, & essentiæ interitus? Quare neq; remanet ipsa in cõposito remanente materia. Si.n. adsit forma, quõo eius absentia remanserit? Dicit aũt Alexander ipsam ẽt esse malorum causam. Etsi.n. videat̃ materia esse malorũ causa, ipsa tñ id est pp priuationem, vt quæ pulchrũ æternorum ordinem nõ possit suscipere. Porrò aũt etsi malũ esse dicatur

Materia nõ est malũ, vt quod malam habeat substantiã.

priuatio, materia cũ priuatione non sic malũ est, vt quod malã habeat substantiã, neq; vt qui dicũt esse ingenitum principiũ, mali naturã bono aduersantẽ. Materia enim & priuatio, quæcũq; ea sit, ea diuinitus pducta est, & ex bono constitit, & magnũ ambo vsum præbẽt opificio. et bona sunt quæ vltimã partem in bonis sortita sunt. Vltima aũt bona sunt, non ea quæ mala sunt, sed quæ à Philo

Vltima bona quęnam sint.

F sophis vocant̃ necessaria, quæ præcipuè quidẽ non sunt expetenda, sed ,ppter aliquod bonũ constiterunt, quod absq; illis fieri nõ posset, quemadmodũ scalpellum quo vena inciditur, & vstio qua vtunt̃ Medici. Quæ.n. sunt hmõi, neq; sunt bona præcipua, nemo. o. ea ,ppter se expetierit, neq; mala, vt quæ pp sanitatem assumantur quę bonum est, & eiusmodi bonis talẽ vsum præbent, vt ne sine ĳs qdem possint cõsistere. Ita ẽt materia & priuatio, nõ vt mala, sed vt necessaria, ,pducta sunt ab opifice, conferẽtia ad vniuersi perfectionem. Eorum.n. quæ gignuntur & intereunt substãtiæ proximè cõfert materia & priuatio: illa qdem subiecta mutatiõi, ipsa verò causa ipsius mutationis. Quæ aũt gignũtur & intereunt, cũ sint pars vniuersi quod est sub luna, siquidẽ non cõstitissent, mundus fuisset imperfectus. Si ea.n. non facta essent, vt ipse etiã dicit Plato, cœlum fuisset impfectum, vt quod prima sola haberet & media. Essent.o. vltima, & minimè genitalia, & reuera materia, ea quæ sunt diuinissima eo-

G rum quę sunt in mundo, cũ eo q; tanta pars vniuersi, quę in eo quod ad tota qdem & integra attinet, est æterna, in partibus autẽ constans quãto tẽpore ab illis fieri potest, ad ea quæ sunt minimè transeat. quod quidẽ minimè dignũ est diuina bonitate, quæ non solũ prima bona & media, sed ẽt vltima, & quęcunq; ad bona tẽdunt, debet producere. Sed hęc quidẽ propter eos qui impias suas opiniones antiqs ascribunt, à nobis dicta sint. Quòd autem etiamsi videatur aliquibus non esse priuatio, propterea quod sit absentia, est tamen, & habet substantiam, & materiæ ratione definitur, deinceps ostendit.

LXXXI Cùm.n. sit aliqd diuinũ & bonũ & expetendum, hoc quidẽ dicimus ei esse contrariũ, illud aũt cui est insitũ, vt ex sua ipsius natura id expetat & desideret. Illis autẽ euenit vt sui interitus contrariũ expetãt. Quanq̃ neq; fieri põt vt ipsa forma seipsam expetat, ,ppterea quod nõ sit indiga, neq; contrariũ. Se.n. inuicẽ interimũt contraria. Sed id est materia, vt sit fœmina masculũ, & turpe pulchrum. Verũ nec per se turpe, sed per accidens, neq; fœmina, sed per accidens.

LXXIX Postquam tradidit differentiã materię & priuationis, eam ẽt tradit per relationem vtriusq; ad formã. Diuina enim & bona & expetenda est forma. eãq; ex sua natura expetit materia. Aliquantũ autem est cõtraria priuatio, & nõ expeteret. Et si diuinã quidem & bonã & expetendam primã dicit formã quæ est separabilis, quã & men-

Primam formam separabilẽ oĩa desiderant.

tem & primã causam vocat, reuera oĩa quæ natura constant eã desiderant, ab ipsa natura, quæ ipsa quoq; & diuina & causa est sic cõstituta, vt vnũquodq; pro viribus illi assimilari desideret. Eorum aũt assimilatio est propria

E perfectio. Perfectio aũt, compositis quidem est status in forma, materiæ aũt, formæ participatio, ad quã vergit, et ad quã suscipiẽdã apta est: vel fortè nõ apta qdem est, vt quæ sit quædã immutatio, & formę conuersio, ab ipsa tñ perficit̃ & seruat̃, ppea q; ad illius susceptionẽ subsidat. Quocirca ẽt dici possit eã appetere. Quod in aĩatis.n. est desideriũ, hoc in inaĩatis, naturalibus aũt, est appetitio. Si ergo materia qdem formã appetit, priuatio aũt est formæ cõtraria, magnã habent vtraq; inter se differentiam. Sed quõo primæ formę cõtraria est priuatio, si illi nihil est contrariũ. Multorum.n. haud bonus est dñatus, inquit Aristoteles. et si oĩa quæ quõocunq; sunt illũ appetũt, priuatio quoq; siqdem est aliqd, illam oĩno appetierit. Sed neq; est illius priuatio, siquidẽ priuatio est absentia eius quod vt insit natura aptũ est, & cõsiderat̃ in solis formis quæ mutãtur. Vel dici possit priuatio esse primæ formæ cõtraria, q̃tenus est cõtraria formę q̃ inest pp primę formę appetitionẽ. Vel diuinã & bonã & appetendã vocat

Primæ formæ quõo est cõtraria priuatio.

F formã, quæ ad ipsam accedit materiã, vt quæ à parte diuina producta sit. Ea.o. ratione primã quoq; formã appetit materia. & ea est quã habet potẽtia, & ad quam apta est natura. Huic aũt formæ contraria quoq; est priuatio. Sed si quidẽ discernit qs, inquit, materiã à priuatione, veluti rõne, & ita ẽt numero, apertè inueniet id q̃d formam quidẽ appetit esse materiã, contrariũ autem priuationẽ. Siqs autem in idẽ redigit materiã & priuationem, ei eueniet vt dicat materiã suum appetere interitũ, appetẽtem formæ præsentiã. Cuius.n. cõtrario, interitus est presentia contrarĳ. nihil aũt vult suum appetere interitũ. Neq; ergo cõtrariũ appetit contrariũ. quod quidẽ euenisset si materia idẽ esset, quod priuatio. Neq; forma seipsam appetit. Vnunquodq;.n. id appetit quo indiget. nihil autẽ ipsum seipso indiget. Si ergo neq; q̃d habet quis appetit, cũ eo non indigeat, neq; cõtrariũ, q̃m interimit cõtrariũ, quod formã scilicet appetit, neq; est forma, nec priuatio, sed est materia, verùm quę est vtriusq; cõtrariorũ, & ap-

Priuatio ſ appetenda forma distinguit̃ a materia.

G petit formã vt fœmina masculũ, hoc est, id quod eget & est interminatum id quod est sufficiens & terminatum. Eandem enim habent qui de ea contendunt sententiam, & qui matrem, & qui eam nutricem appellant. Ex necessitudine ergo & affinitate est appetitio, & non tanq̃ cõtrarĳ. quod quidem esset, si esset materia priuatio, vel idẽ esset quod priuatio. Apperit aũt & vt turpe pulchrũ formam materia, & neq; sic contrariũ apperit. non.n. vt turpitudo & per se pulchrũ, id quod pulchrũ est desiderat: ita.n. suĳpsius desideraret interitum: sed vtpote q; ei acciderit turpitudo, quę est pulchri priuatio, ad id autem quod pulchrũ est suscipiendũ apta est. Nam si pulchri esset priuatio materia, pulchrũ non appeteret. et si materia idẽ esset quod priuatio, non conseruaret̃ dum esset alicuius materię particeps. Sin autẽ dixerit quispiã priuationem semp esse in substantia vnà cũ priuatione, q; etsi sit alicuius formæ particeps, aliq̃ alia cõno priuata est, oportet cõsiderare nullã priuationẽ esse cũ sua ipsius substan-

H tia coniunctã, si natura apta est vt sit cuiusuis formę particeps. oĩno autem siqs dicat vnã cum suæ ipsius substantiæ priuatione esse cõiunctam, ẽt oẽs dicet. Quare quæcunq; ei insit forma, interĳt eius substãtia, siquidẽ & priuatio. Siquis autem dicat, q; ẽt dum est formæ particeps, vnà cũ materia illius quoq; formę priuationis substantia cõiuncta est, q̃m materia quod est habet in informi, non seruat significatũ priuationis. Aliud est.n. diuersitas, per quã forma quoq; est expers materiæ: & aliud formæ absentia, quæ nõ põt esse vnà cũ præsentia. Sed q; neq; priuatio neq; forma formã appetat, ẽt aliter ostensum est: & q; subiectũ q̃d & natura aptũ est vt sit formæ particeps, & ab ea ornet̃, id est quod formã apperit: ex his autem, q; etiã priuationẽ aliud esse à materia collectum sit. neq; tñ ideo annumerabit̃ priuatio in principĳs elementaribus. Elementũ.n. est principium quod inest, non id aũt quod facit absentia. Sed quõo est materia p accidẽs fœmina, si

quidem

quidem est sua ipsius ratione formę indiga, & eam appetit & desiderat, eiꝰ & dimēsionis & extēsionis causa est. Nū ꝑp absēotiā est idiga, & appetit. Si.n.formę semꝑ esset particeps, vt in cœlestibꝰ, neq; idiga esset, neq; appeteret. sed esset qdā vna ex ambobꝰ semꝑ coniūcta natura.

LXXXII Interit.n.& fit. Fieri qdem pōt vt sit. fieri aūt pōt vt non sit. Vt id.n. in quo, ꝑ se interit: Qd.n. in eo interit, est priuatio: Vt aūt potētia, nō ꝑ se, sed ab interitu alienā & ingenitā eē necesse est.

LXXX Postq̄ materiā esse ostendit, & quænā sit, & quonam cognitionis modo possit cōprehendi, & q differat à priuatione, etiāsi videaꝛ non posse ab ea distingui, deinceps ostendit eā per se nō posse interire, etiāsi intereat per accidens, eo q id quod ei accidit, nēpe priuatio, per se intereat. Est aūt hęc quoq; quædā differentia materiæ & priuationis, quatenus materia qdem per accidens, priuatio verò ꝑ se interit. Vocat aūt id quod ei accidit, Id in quo, pro eo quod est, id qd est in ipsa. Hæc est.n. accidentis natura, esse in aliquo. Et proprie qdem, illud in quo, significat subiectū. Aliud.n. est id in quo est aliquid, & aliud id quod in illo est. Eo aūt abusus est in subiecto. Pro eo aūt qd debebat dicere, VT aūt ex sua ipsius natura per se, nō interit, } dixit, VT aūt potētia } qm̄ essentia materię est posse. Per id.n. qd est potētia, accepit substantiā. Si aūt hoc ita habet, & cū forma actu adest, manet id qd est potentia materiæ. neq; id vnq̄ mutaꝛ in id quod actu est. ne intereat materia, quæ per id qd est potētia nacta est essentiam. Nō alteraꝛ ergo materia, sed id quod est manēs, formam suscipit. Si aūt ita est, est cōuenientius de eo qd constat ex materia & forma, dico aūt compositū, dicere formā esse in materia. Sed si & forma materiæ accidit, & in eā quoq; cadit interitus, cur nō ea de causa dicit posse per accidēs interire materiā, sed qa id quod interit in ea est, nēpe priuatio? Nū primum qdem nō similiter inest materiæ forma & priuatio. Sed illa qdem vt in materia forma, cōpositā facit substātiā cum materia, cū pars eius sit cū illa. & ea rōne differt vt ab eo quod accidit in substantia: id.n. nō facit aliqd cōpositum cū substantia. Quæ in materia aūt est priuatio, est in materia tanq̄ in subiecto, nō faciens aliquā cū ipsa substantiā, neq; pars effecta substātię. Quamobrē dicit priuatio accidens materię. forma aūt minimè. & priuationis quidē interitus per accidens, dicitur ēt interitus materiæ. formę aūt interitus nequaq̄. Cū.n. forma interit, tunc maximè apparet materia. Cū priuatio aūt interit, & forma accedit, occultaꝛ materia, & ipsa quoq; videꝛ interire. Nū autem ēe Aristoteles cū esset contēplatus materiā ex eo quod est potētia, & quę est in ipso priuatione, per id qdem, in quo hoc est per priuationē, dicit per ipsum perire materiā: per potentiam aūt esse ab iteritu alienā & ingenitā. Ita aūt puto dictio quoque videbiꝛ magis quadrare, quę dicit, VT id.n. in quo } si tanq̄ in materia dicaꝛ, qm̄ per priuationē quidē per se interit, per id aūt quod est potentia, est ab interitu aliena & ingenita. Neq;.n. dixit q per accidēs interit materia, sed q vt priuatio quidē per se iterit: Vt aūt quod potentia, neq; fit, nec interit. Interpretes autē dicunt interire per accidens, qm̄ id quod in ipsa est, nēpe priuatio interit, quēadmodum ꝑire amphorā aut corrumpi dicimus, cū quod in ea vinū erat perierit. Atqui quisnā dixerit periisse amphorā, cùm vinū perierit. Quāuis autē satis prolixa oratione vsus sit Aristoteles, materiā distinguens à priuatione, pōt vt in eo quod est potētia, maximè materiam cōtēplans, verbis illis esse vsus. Sed videamus deinceps, quomodo ostendat materiam per id quod est potentia esse ab interitu alienam & ingenitam.

Materia per accidēs, priuatio per se interit.

Priuatio est accidēs materiæ.

Forma non est accidens materiæ.

Materia interit per priuationem, incorrupta autē & æterna ꝑ potentiam.

LXXXIII Siue.n. facta est, oportet aliqd subiici primū illud ex quo, cū insit: Id autem est ipsius natura: Quare erit priusq̄ facta sit: Dico.n. materiā esse primū vniuscuiusq; subiectū, ex quo, cū nō insit

A per accidens, fit aliquid: Siue quid interit, ad id veniet vltimū. Interibit itaq; priusq̄ interierit.

Cum quatuor potestate prius sumpsisset ꝓnunciata, per duo qdem ostendit esse materiā ingenitā, per duo autem eā esse ab interitu alienā. Sunt autē duo quidē, q & id qd fit, fit ex aliquo primo subiecto, & q id qd fit, nondū est hoc qd fit. Quinetiā reliqua duo sūt his similia, qd quidqd interit in id interit ex quo primo fit. et q qdquid interit, cū interit, nondum interijt. Ad hęc autē, materię quoq; definitionē assumit ꝓnunciatum. Ex qbus primo ostēdit esse ingenitam materiā, hoc modo. Si fit materia: quidqd aūt fit, fit ex subiecto primo qd per se inest: Id autem ex quo fit aliqd primò, et qd per se inest, est materia. Si ergo fit materia, fit ex materia quæ prius est. Materia ergo est priusq̄ facta sit. Si autē id pro eo qd fieri non pōt ab oībus reputatū est, vt id qd fit sit anteq̄ fiat: scilicet id etiā quod præcedit fieri non pōt, nempe vt fiat materia. B Hęc autē collecta sunt & ex pręcedētibus pronūciatis, et ex definitione materię. Illud aūt, EX QVO, cū non insit per accidēs, fit aliqd } dictū est vt distinguaꝛ à priuatiōe. Etsi.n. ex ea quoq; dicaꝛ fieri id qd fit, id tū non fit ex ipsa per se, sed per accidens. Eo.n. q ipsa absit, diciꝛ fieri id quod fit. Aut ait Alexāder illud, NON per accidēs } adiectum esse, qm̄ ei quod fit insunt ēt ea quæ subiecto accidunt, quēadmodum statuæ color qui æri accidit. sed non inest per se, sed per accidēs. Quocirca nec est qdem eius materia, nec statuæ ad hoc vt sit, quidq̄ cōfert. Postq̄ autē ostendit nō fieri materiā, deinceps ostēdit eā nec interire. Quidqd.n. interit, non eo q in id qd non est resoluaꝛ, diciꝛ interire, sed eo q in id, ex quo primo cū inesset factū est, non per accidēs. Id autē est materia. Si ergo intereat materia: in id resolueꝛ quod est ipsa. & periit quæ est materia. est aūt anteq̄ intereat. Quare interibit priusq̄ intereat. Quare si fit: oportet talē naturā esse subiectā ad eius generationē. Siue ipsa est: erit anteq̄ fiat. Siue interit: oportet eā interire in id qd ipsa est. & perierit anteq̄ C pereat. Esse aūt materiā ab interitu alienā, à Platone & Pythagoricis accepit Aristoteles. Dicit itaque Platonis Timæus. Tertiū autē genus, qd est loci, semꝑ interitum nō admittens, sedem autē præbens oībus quæ gignenda sunt. Ipsa autē est cū sensus vacuitate cōtrectabilis: adulterina quadā ratiocinatione vix credibilis. Depēdet autem tota demōstratio Aristotelis ex naturali pronunciato, neq; quidq̄ fieri ex eo qd absolutè non est, neq; interire quidpiā in id quod nō est absolutè. Hoc aūt pronūciatum ipse cōfirmauit in principio, ostendens id qd fit fieri ex cōtrario, & interire in cōtrarium, & oportere esse aliquod subiectū cōtrarijs, qd aliquo qdē modo est, aliquo verò nō est. ex quo primo, cū per se insit, fiūt ea quę fiūt. Plato autē, vt prius dictū est, alio modo ostendit ea quæ fiunt fieri ex aliquo subiecto. Qm̄.n. id quod gignitur est imago eius qd est: oīs autē imago assimilata est exēplari: Quod autē assimilatū est, assimilationis participatiōe ab D exēplari et adsimilatū est: aliud qdem est id qd est particeps, aliud verò id cuius est particeps, et participatio per quā assimilaꝛ imago. Qd est particeps ergo, id est in quo, & ex quo fit imago, qd quidē est id quod fit. Dicit ergo Plato in Timæo. In p̄sentia ergo oportet tria genera cogitare. vnū quidem quod fit, alterū verò in quo fit. Tertium autē vnde assimilatū produciꝛ id quod fit. Et si quidē vera sunt q̄ à me prius dicta sunt, id est diuersio, & immutatio ab eo qd est, & ad id quod nō est declinatio. quā eius qd est apprehendēs participatio, sistit, & quoad eius fieri pōt, facit vt sit eius qd est imago. & pro eo quod est nō esse, qd quidē habuisset, si ad id qd non est ꝑfectè ꝓlapsa esset, vt esset aliqd efficit. Sed qūo est igenita & ab interitu aliena materia? vtrū sua ipsius cōitate? an hoc ēt formis cōuenit? nullius.n. formę cōitas ex vniuerso interit. sed & hō semꝑ est, & equus, & albū, & virtus. & est vnaquęq; ex formis, ꝓpter q vniuscuiusq; maneat cōitas.

LXXXI Materia est ingenita.

Materia nō interit.

Materiā esse ab interitu alienam a Pythagoricis & Platone accepit Aristoteles.

Quæ fiūt, fieri ex aliquo, alio modo ostendit Plato quā Aristoteles.

Materia quō sit ingenita, & non forma.

E Sed nunqd in suo ipsius idiuiduu est ingenita materia & ab interitu aliena, vt mea materia, nõ quatenus materia, hoc est.n.cõitatis, sed quatenus mea est materia, & talis materia, sit ingenita et ab interitu aliena? Et quõo non fuerit ipsa incassum, si forma mea interijt? neque.n.erit materia alterius, quatenus est mea materia. Qm̃ autem nõ fuerit materia formis pręstãtior & magis substantialis, si indiuiduis formis intereũtibus, indiuidua materia remanet? Num ergo materia nõ est per se indiuidua, sed ab indiuiduis formis fit indiuidua, quẽadmodum á formis formã suscipit. Indiuidua.n.numero differẽtia, multiplicantur diuisione & differẽtijs accidentiũ. neq3 verò diuisio, nec numerus, neq3 accidentia sunt materiæ ppria, sed formarum. Hęc ergo cõis ab eo qđ est imutatio, vel quodcunq3 sit materia, est ingenita, & ab interitu aliena. Talis aũt immutatio, & talis materia, á forma deinceps occupata, & fit indiuidua, & interit, quẽadmodũ forma indiuidua. Et si enim primũ corpus dicat qs esse materiam, illud quoq3 per cõitatem est ab interitu alienum. Corpus enim aquæ cũ qualitatibus mutatur in corpus aeris & illius qualitates. non tñ quatenus corpus. hoc.n.non mutatur: sed quatenus tale corpus in tale. Quia ergo materia quod cõe est solum habet, quatenus materia, ppea et conuenit ingenitũ & ab interitu alienum. Hæc aũt Aristotelis demõstratio, quod materia sit ingenita, & ab interitu aliena, manet firma & illabefacta. Hæc.n.quępiã materia fit ex aliqua, & aeris materia ex aquæ materia. nec est aeris priusq̃ fiat. Illa.n.est aquę. & in aquæ materiã interit materia aeris. nec interijt materia aeris priusq̃ interierit. non erat.n.aquæ priusquã aqua fieret. sed qm̃ illud aliqua habet materia per formã, propterea ingenitam et ab interitu alienã materiã dixit Aristoteles. Sed si est ingenita & ab interitu aliena materia, aiunt aliqui, qm̃ non est ipsa aliquod principium, idq3 primum, sicut Deus? Si.n.á Deo producta esset. nõ esset ingenita. Sed q Aristoteles quidẽ dicit ingenitum, nõ quod nõ dependet á causa, sed quod non factum est ab initio tẽporis, declarat, dũ in fine huius operis ostendit motũ ingenitũ & ab interitu alienũ, licet quidquid mouetur dixerit moueri ab aliquo. Pręterea aũt similiter dixerit ingenitas formarum cõitates. Quare multa prima dicat esse pricipia. Atqui ipse est qui clamat, Multorum haud bonus est dominatus. In sũma autem Aristoteles quidẽ ponit materiam tanq̃ elementare principiũ, quod efficiẽti, aut finali causę minimè repugnauerit. siqdem & mundũ qui illic est, appetit, vt fœmina masculũ, et vt turpe pulchrũ. Qui in diuersa autẽ sunt sñia, qui malũ dicunt esse materiam; & bono repugnans, id ponunt principium, eã opponunt tanq̃ principiũ efficiens. Ab ea ergo tradunt generationes, & de eius expeditionibus, cõsilijsq3, & triũphis aduersus bonũ nugantur. Plato aũt in timæo, cùm & quę sunt pprie causę, & quæ sunt causę adiuuantes mũdi substãtię traderet, inter causas adiuuantes collocat materiã, & eã dicit ab interitu alienã, sicut & totũ mundũ. Quòd autẽ eam non cẽset esse dicendã vt primum principium, ostẽdit Hermodorus Platonis familiaris in libro de Platone, scribẽs quę videnť Platoni & de alijs et de materia, vt scripsit Dercyllides. Ego aũt afferam conclusionẽ eorum quę dicta sunt. Quare quod est instabile, informe, et infinitũ, & nõ est, id dicitur per negationẽ eius quod est. Ad id autẽ non ptinet nec principiũ nec substãtia, sed in quadã ferri intẽperantia. Significat.n.q quẽadmodum proprie causa & modo excellenti est causa efficiens, ita etiam principium. Materia autem non est principium. Vnde etiã vnum esse principium dicebať á Platonicis.

Materia si non est ingenita, cur nõ est primum principium, sicut Deus.

Materiam q malum ponunt, ponũt eã tanq̃ principium efficiens.

Materia causa adiuuans, ex sententia Platonis.

Materia nõ est principiũ apud Pythagoreos.

LXXXIII De principio autẽ p formã vtrũ vnum sit an multa, & quot vel quænã sint, munus est primę philosophię accuratè definire: quare differatur in illud tp̃s. De formis aũt naturalib⁹ & in quas cadit iteritus, dicemus in ijs q̃ postea mõstranť.

LXXXII Postq̃ dixit de principio materiali, id necesse esse aliquod primũ subiectum, ex quo fiũt singula, quod qdem per se inest, & nõ per accidens: & materiã aliud esse á priuatione, esseq3 ingenitã, & ab iteritu alienã, debebat deinceps dicere de pncipio quod est per formã. Hoc.n.consequẽs erat ei qui tria qdem dixerat principia elementaria, materiã, priuationẽ, & formã, de duobus aũt iam docuerat. Sed materia quidẽ hic habet primã suŋpsius substantiã, & est elemẽtum totius generationis. Forma aũt vna qdem est prima, & vere principialis, quã quidẽ alibi mentẽ & bonum & primã causam vocat, quę est in se ipsa efficiẽs & finalis, & multa dicit: post vnã.n.mentem oportet consistere multitudinẽ, propter quę sunt ẽt quæ circulari motu feruntť corpora. Altera verò est forma naturalis, & in quã cadit interitus, estq3 elementũ eorũ quę gignunť & intereunt, & causa ppinqua. Atq3 id.s. quod per formã est propriè principiũ, illud est primũ & separabile. á quo ẽt quę hic est forma habet quod est. F Quocirca de eo qdem quod est ppriè per formã principio, quod & separať, & itelligẽtia pcipitur, & est imobile, an vnũ sit, an plura, an quod est verius, & vnũ & multa, & qđ, vel quænã, q sint.s. & materiæ expertia & percipianť intelligentia, & sint actus essentia vndequaq3 pfecti, primæ est philosophiæ munus accuratè disserere: idẽ est autẽ dicere, operis quod est supnaturalia, quod ipse appellat Metaphysica. De formis aũt naturalibus, & in quas cadit interitus, & quę oĩno considerant in motu et mutatione, quæ qdem sunt principia elemẽtaria, & pximè formales causæ naturaliũ, dicemus, inqt, postea. Hęc est.n.forma, quæ naturalibus inest vt elementũ, & cui opponiť priuatio. ex qua, & materia cõstant oĩa naturalia. & vtrũq3 simul cõiunctũ in ea diuidiť, in materiã quidem, quæ ẽt sustinet ac remanet, in formã autẽ quę non sustinet nec remanet. De hac aũt forma statim dicit in libro sequenti, eã dupliciter cõsiderans, & ex natura, quam ẽt tradet vt G causam propinquam, quocirca seruat ẽt in illis eius rationem: & pp alias quę illic dicenť causas. Eã quoq3 considerat, quatenus est extensa & explicata in materia. & dum rursus in vnum deducit in elemẽtari forma naturalium; quod qdem ppositũ opus maximè reqrit. Fortasse aũt dici põt eum nũc dixisse de principio per formã, non separabili, verũ elementari. Rerum.n.naturaliũ accuratè tradere elemẽta, non est naturalis, sed primi philosophi. De naturalibus aũt formis, nõ vt absolutè formis, sed vt quę fiũt & intereunt, est naturalis Philosophi dicere. Ac de ijs qdem dicet in libris de generatiõe & interitu. Quę quidẽ postea dicit ostendi, vt qui post hoc opus sint collocati. Melior est autẽ prior expositio, q efficientem cœli causam norit Aristoteles. Qm̃ autẽ nonnulli existimãt efficientẽ vniuersi causam nõ dicere Aristotelẽ, sed solũ finalẽ, & id Alexãdro placere existimãt, mihi videť necessariũ vt hic audiãt quę dicunť ab Alexãdro oĩum Aristotelis interpretũ vel maximè germano, quæ sic habẽt. H Prima aũt causa, ẽt vt efficiens causa fuerit. Dicit.n.in li-
bris qui inscribunť Metaphysica, q id quod ab eo moue- "
tur, id aũt est quintum corpus, mouẽt alia quę sunt in gene- "
ratione & interitu. Sic ergo est efficiẽs. quatenus autem "
eius desiderio oĩa perfectionẽ propriã assequunť, vt pau- "
lo antè dictũ est, & vt ipse rursus dicit in libris qui inscri- "
bunť Metaphysica, Mouet aũt vt qđ amať, fuerit finis, "
& causa cuius gratia. Eiusmodi.n. est id qđ est expeten- "
dũ. Vide aptè & in quonã vt efficientẽ, & in quonã tanquam finalẽ causam mentẽ posuerit, ipsum itroduxisse.

Materia hic habet suam substantiam.

Forma prima & principalis mens est boni & prima causa.

Forma naturalis, & causa propiqua & elementũ eorum quę gignũtur & intereunt.

Elementa rerum naturalium accurate cõsiderat primus Philosophus.

Formas considerat naturalis Philosophus, vt q fiant & intereant.

Efficientem cœli causam nosse Aristotelem.

Quòd ergo sint principia, & quænã, & quot numero, sic sit á nobis definitũ. Rursus autem dicamus alio sumpto principio.

LXXXIIII Quòd sint.n. rerũ naturaliũ principia, visus est tanq̃ euidens sumere, obseruãs mensurã quę Philosopho naturali cõuenit. Cùm aũt quę sint & quot sint definijsset, & q sint principia ostendisset, his primum librũ conclusit.

Simplicij

SIMPLICII COMMENTARIVS IN SECVNDVM ARISTOTELIS LIBRVM NATVRALIS AVSCVLTATIONIS

Principiorũ diuiſio.

Elemẽtaria pricipia primo loco tractanda.

Eorũ quę in primo libro dicũtur breuis enumeratio.

Vm in hoc opere instituisset eorum quę natura constãt principia & causas tradere, qm̃ ex principiis alia quidem sunt elementaria, alia autẽ efficientia, alia finalia, prima aũt nobis occurrunt elementaria, eo q id quod est cognoscendum, ad suarũ ipsius causarum inquisitionem eũ qui cognoscit excitat ex propria natura & cõstitutione, quã quę ei insunt elementa cõstituunt: propterea in primo libro postq̃ recensuit & examinauit Physicorũ opiniones, prima inuenit principia elementaria, ostẽdens ex cõtrariis esse generationes: ex qbus maximè cõtraria sunt forma & priuatio: & præterea ex eo quod est subiectum cõtrariis: qn etiam de materia: & eã esse ostendisset, & subiectum cõtrariis, & inesse in subiecto, & quanã ratione cognitionis ea possit cõprehendi à Philosopho naturali: & eã differre à contrariis, & præterea esse ingenitã & ab interitu alienã, & quæcũq; de ea dicere conueniebat Physico: Similiter autem ẽt de priuatione: & eam esse ostẽdisset, & esse formę absentiam in eo quod natura aptum est ad eã suscipiendam, & per se qdem non esse, sed esse per accidens, & ipsam non esse vt causam quę inest, sed per accidens, nẽpe eo q absit, eamq; & gigni posse & interire: Hęc ergo oĩa cùm ostendisset, & de principio elementari, per formam esset deinceps dicturus ea quæ naturali Philosopho conueniunt, & ita ad efficientẽ & finalem causam transiturus: qm̃ forma est composito, & vt elementum & vt causa efficiens, si consideretũ ex natura & ex rõne, meritò de formali & efficienti causa docturus, in principio de natura differit. quam & vt formã & vt efficientẽ causam esse demõstrabit. Secundo autem qm̃ naturam alij quidem dicebant esse formã, alij verò materiam, magis aũt propriè dicunt qui eã dicunt esse formam, necessariò vt formam discernat à materia, naturę contẽplationem primo loco assumit. Et tertio, qm̃ materia quidem, tã quę subiecta est artificialibus, quã quę naturalibus, habet eãdem considerationẽ, forma autẽ artificialis quidem habet extrinsecus omne principiũ motus, naturalis autem intrinsecus, oportebat eũ qui de naturali erat forma dicturus, ea quæ sunt natura ab iis quæ natura non sunt primũ distinguere. Et alioqui erat in his cõuenĩẽs de natura oratio. In primo.n.libro quęrebat oĩa principia cõia mutationis. Vnde etiã mutationum quę ex arte fiunt sumpsit exẽpla, ponens musicum & musicę imperitũ, dehinc autem cũ quæ sunt naturalia distinxisset à nõ naturalibus, prætermissis artificialibus differit de naturalibus. Necessariò ergo dicit & de natura & de iis quæ sunt natura, & de iis quę sunt sm naturã, postq̃ ea primũ seiunxit à non naturalibus. In fine.n.primi libri de formis naturalibus, & in quas cadit interitus, se esse deinceps dicturũ est pollicitus. In summa autem ei qui tractat de rebus naturalibus necessaria est naturę cognitio, & eius quod est natura & secundũ naturam, et eius quod est habere naturam, & qd est vnumquodq; ipsorũ, & quid inter se differunt. Hęc aũt omnia pręcedit naturę cognitio. & ideo de ipsa prima docet, An sit quidẽ, non esse quęrendum ducens, propter eius euidentẽ substantiam, quẽadmodum ipse, postq̃ quid sit dixerit, respondebit, de eo multa verba faciens. Quid sit autem natura demonstrat, & vnà cum eo etiã an sit ostẽditur. Et qm̃ ea quæ à natura administrantur attingit & Mathematicus & Medicus, & qui appellaĩ Physicus, id est naturalis Philosophus, ostendit quænam sit eorum inter se differentia, interim ea quæ ad causas pertinent repurgans, & quot modis dicuntur, & in vnoquoq; significato exẽpla afferens. Qm̃ autem nõnulli & fortunã & casum causas esse dicunt, quicũq; s. ex fortuna & casu dicunt aliqua fieri, apud quos id consequitur, etsi consecutionem non sentiant, quod apud eos qui duo summa ponunt principia: siue enim Deũ dicunt & materiam, qũo simul concurrit vt ille quidem agat, hæc verò patiatur, si nõ sit aliqua alia concursus causa: Hoc ex fortuna ergo & casu euenit, neq; id qdem ex iis consequentibus, verũ iis quæ prius sunt: Quinetiã qui bonum & malum dicunt principia, & quæ fit in contraria diuisionem a vel ex casu vel ex fortuna esse dicent, & eius quæ eis ab initio facta est distributionẽ: His ergo de causis de fortuna etiã & de casu differit, eos qui ipsum pręcesserunt eleganter reprehendẽs, q cum ea tanq̃ causas assumerent, de iis nihil dixerint. Apertiore aũt doctrina in hoc libro vtitur: in ordine quęstionum & in dictione ita versatus, vt non sit quæ dicit assequi difficile.

Secũdi libri scopus.

CAPVT I. SECTIO I.

EX iis quę sunt, alia qdem sunt natura, alia verò ppter alias causas. Natura quidẽ animalia, & eorũ partes, & plãtę, & simplicia corpora, vt terra, & ignis, & aer, & aqua. Hæc enim, et quæ sunt eiusmodi, natura esse dicimus. 1

Ante alia omnia quidnã sit natura & quærit & ostendit. Neq; enim id quod est natura, neque quod est secundum naturam, neq; aliquid aliud ex naturalibus, cognosci potest, si natura ignoretur. Inuenit autem quidnã sit natura ex differẽtia eorum quæ sunt natura ab iis quę natura non sunt. Natura autem esse ea dicit, quæ per naturam consistunt. Non natura autem, quæ per alias causas. quandoquidem sunt etiam multæ aliæ eorum quæ fiunt causæ. vtpote mens & ratio agens vel efficiens. quę cùm cum appetitione quidem fiat electio seu liberũ animi institutum, ea quæ ex virtute & vitio fiunt, efficit: vtpote iustam & iniustam actionem. Absq; appetitione autem ea quæ arte fiunt, vtpote lectum, domum, tibiæ modulationem. Fiunt autem etiam quædã forte fortuna, quemadmodum incidere in thesaurum. & casu, vt monstri generatio, & casus lapidis eo modo vt sedile efficiat. Cùm ergo tanquam euidens sumpsisset fieri quædam etiã per alias causas, subiungit deinceps quænam ea sint quę sunt natura, dicens esse natura & aĩalia, & plantas, & eorum partes, & corpora simplicia. Neq; enim eorum causa est liberum animi institutum, siquidẽ est liberum animi institutum indefinitum, definita est autem eorum generatio. Neque rursus sunt forte fortuna, aut casu: Quæ enim sunt eiusmodi, rarius: Quæ autem per naturam fiunt, fiunt vt plurimum. Neque ab arte, Quæ enim ab arte fiunt, fiunt extrinsecus: Hęc autem intrinsecus. Clarum autem est hæc omnia ęquè dici natura, quatenus habent cõmune aliquid. non quidem in sensu: hoc est enim proprium animantium: neque in eo quod nutriantur & augeantur & procreẽt similia: sed in naturalibus quę ppriè vocanĩ motionibus, et quę in loco fiunt absq; aĩali impulsione, & quę fiũt per alterationẽ, et quandã generationẽ & interitũ & augmentũ quoddã & diminutionẽ. Cùm aũt dixisset aĩalia, adiecit ẽt partes eorum, qm̃, inqt Alexãder, eorũ quę sunt natura, sũt quoq; natura partes. Artificialiũ.n.partes nõ sunt oẽs artificiales. domus.n. quę est per artẽ, nõnullę qdem ex partibus sunt per artẽ, aliæ verò p naturã. lateres.n. et portę p artem. lapides verò et 1

Non oĩum quæ fiũt causæ sunt naturales.

Naturalium causarũ differentia ab electione, artificio, & fortuna.

ligna sunt naturalia. Naturalium autẽ partes ipsę quoq; sunt p naturã. idq; meritò. artibus.n. subiecta sunt corpora naturalia. Vnde ẽt eorũ quę fiunt p artẽ, ea quoq; sunt partes. Iis autẽ quę fiunt natura subiecta quoq; sunt corpora naturalia. Vnde ẽt eorum partes sunt oĩno naturales. Num autem ea quę dicta sunt attendenda sunt. Etenim si dicimus partes eas quæ sunt propriè, artificialiũ quoque partes sunt artificiales. Statuæ.n. caput & pedes sunt artificiales. & domus partes, virorũ cubicula gynecea, et porticus. Sin autẽ elemẽta quoq; partes vocamus, cuiusmodi sunt ligna & lapides & cætera in ędibus, ẽt in naturalibus prima elemẽta nõ sunt naturalia. neq; enim materia est naturalis quę est per se imobilis. Sed fortè in his est ẽt quędam differentia. etenim in artificialibus quidem ẽt proxima elementa sunt naturalia, & non artificialia. in statua, æs: & in domo, ligna & lapides. In naturalibus autẽ, & si vltimum subiectũ non est naturale, vtpote materia, sunt tñ propinqua naturalia, vt quatuor elemẽta. & sic in hoc qdem fuerit quędam eorum quæ natura sunt & quę non sunt natura differentia. Sed quõ dicit aĩalia & plantas esse natura & per naturã, quæ ipsa sunt animata, & sunt ea quæ sunt per animã. Animal.n. definientes, dicimus id esse substantiã animatam, sentiẽdi facultate præditã. & plãta à vegetante aĩa est animata, quę facit vt similia nutriat, augeat, & generet. Et mirãdum est q ipse paulopost progressus Aristoteles, quę per augmẽtum & decrementum seu diminutionẽ mouentur, ea hæc pati dicit tanq; naturalia, etiamsi in opere de aĩa, vegetanti aĩæ hæc dicat conuenire: nutrire, augere, & minuere. Quin etiã adhuc progressus, dicit ligna quæ plantantur germinare per suam ipsorũ naturam, licet germinatio & omnis generatio sit per aĩam. & quę data est animæ definitio, quæ dicit eã esse perficientem actũ corporis naturalis instrumentarij potentia vitã habẽtis, et plantis conuenit & aĩalibus. sed non itidem corporibus simplicibus, vtpote terræ igni aquæ, & reliquis. non sunt.n. hæc instrumentaria. Quõ ergo cum hic vellet inuenire differentiã eorum quæ sunt natura ab ijs quæ natura non sunt: perinde ac si sint eiusdẽ naturę, animalia & plantas, vt quæ natura sint assumit, etiãsi ex anima characterem suscipiant. Nũ ergo sunt quidem naturalia sola corpora simplicia. etsi autẽ habeant animam aĩalia & plantæ, hæc quidem vegetantem, illa verò appetendi facultate præditam, cæterùm habent etiã naturam, quæ hic quæritur, quam habent etiam corpora simplicia. quæ sunt.n. perfectiora corpora, quæ vitam habent perfectiorem, ea habent etiam inferiorem. quemadmodum homo quidẽ & rationis compotem & appetentem & vegetantẽ, & quę hic quæritur naturam. Expers autem rationis animal, cęteras præter eam, quę est ratione prędita. Planta verò vegetantẽ & naturam. Simplicia autẽ corpora, & quę sunt ex his cõposita, vt corpora solùm composita, vt lapides, & ligna, & ossa, &, vt semel dicã, cadauera solam habent naturam quodcunq; sit natura. idq; necessariò, siquidem anima corpori naturali accedit, quæ est perficiens actus corporis naturalis instrumentarij, vt ipse definijt in opere De anima. Præterea verò si natura inest in simplicibus corporibus, nõ quatenus sunt instrumẽtaria, sed quatenus cõposita ex materia & forma, ea aũt insunt et plantis & animantibus, siquidẽ ea quoq; sunt composita ex quatuor elementis, certè & animantiũ & plantarum corpora, priusq; sint animantium & plantarum, sunt omnino naturalia. Et ideo fortasse ẽt adiecit, ET eorũ partes. Os enim, & lignum, appetentẽ quidem, vel vegetãtem non habet vtiq; aĩam, habet autem naturã. Ostendit ergo eorum differentiã ab artificialibus. & ea accepit, quatenus naturalia. Dixit aũt augmentum adesse naturalibus, vel vt quod nõdum sit definitum quorũ nam sit proprium: vel vt quod ẽt concedatur à qbusdam adesse nõnullis ex ppriè naturalibus, queadmodum igni: nũc accepit vt naturale. Quòd aũt animantia et plantas, non

Artificialiũ partes sũt artificiales.

Naturalium partes nõ omnes naturales.

Animalia & plantæ, quõ per naturã, cum sint animata.

Naturalia sola sũt corpora simplicia.

Augmẽtum adesse naturalibus quõ dicat Aristoteles.

E quatenus sunt aĩantia & plantę, hic accepit Aristoteles, sed q̃tenus ea quoq; sunt naturalia, significat Eudemus, hæc scribens in primo Physicorum. Qm̃ autem dicimus multa esse natura, nã & equũ, & hominẽ, & quoduis ex aĩalibus, & eorum partes, prętereà autẽ oleam, et quãuis plantã, & earum partes, & herbã, & quęcunq; producuntur, prætereà autẽ & terram & ignẽ & multa ex inaĩatis, quid adest eis oĩbus? Sensus.n. est proprius aĩantium, & multa alia. Augmentum aũt, eorum quę sunt vita prędita. Mouẽtur autem oĩa, vt semel dicã. Lignum.n. & æs, & ignis, & in sũma quoduis corpus. Sed nõ similiter quibuslibet motibus, vt verbi gratia, lapis, & quæcunq; habent pondus, sursum quidẽ & in obliquum ab alio, deorsum verò à seipsis. & lignũ quidẽ per se mouet deorsum. lectus verò ligneus, nequaq; quatenus lectus. Si tactus enim fuerit alatus, non ferer deorsum. Si itaq; artificialia quidẽ per se non mouent, sed quatenus ex eis constãt: naturalia autẽ alijs quidẽ motibus mouent ab alio, alijs ve-
F rò per se: et qui ab alio quidem sunt, illos eis esse dicimus pręter naturã, qui autem à seipsis, sm naturã: moueri quidem sm naturã eis fuerit, cũ causa nõ sit extrinsecus, sed in ipsis. Eiusmodi ergo principiũ motus dicendũ est esse naturam, qm̃ inest oĩbus quę sunt sm naturã. Sin autẽ ita est: natura sit principium motus in ipsis, & per se.

Naturæ uerò elegans descriptio ex Eudemo.

Omnia aũt quæ dicta sunt, videntur differre ab ijs quæ non cõstant natura. Quęcũq;.n. sunt natura, videnẽ in seipsis habere pricipiũ motus & status, alia quidem in loco, alia verò in augmẽto & diminutione, alia aũt in alteratione.

Cùm quidnã sit natura inuenire instituisset: posteaq̃ pulchra quadã ea q; cõpendiaria ratione inuenit differẽtiam eorum quę sunt natura ab ijs quę natura non sunt, pp aliquas alias causas naturã hanc esse ratiocinatur. Quæ autem sunt natura, ab ijs quę natura nõ sunt nullo alio differunt, q̃ q ex seipsis habeãt principium motus & status.
G Dicit aũt principium vt causam efficientẽ. Quemadmodum aũt intrinsecus ex seipsis videnẽ moueri naturalia, alia quidẽ in loco, quemadmodũ terra deorsum, & ignis sursum, alia verò in augmento & diminutione, vt ipse ignis, & quædam petræ narrantur in tota magnitudine augeri vel diminui: id.n. est augmentum & diminutio: alia verò in alteratione, vt aqua quę & subtilis euadit & calefit: ita ẽt talis motus statũ habent intrinsecus, neq;.n. extrinsecus, neq; in infinitũ est status vel motus. sed stãt cum ad suę formę modũ peruenerint. Aduertit autem Alexãder, q vnũquodq; eorũ quę antè dixit, pricipium status & motus in seipso habere dixerit. hoc est, aĩantia, & plãtas, & corpora simplicia, sed non oĩa naturalia. Etenim corpus quod circulari motu ferẽ, quod ipsum quoque est naturale, in seipso quidẽ habet motus pricipium, status verò minimè, vt quod assiduè moueaẽ. Num aũt cœlestia quoq; etsi à motu in statũ non moueãtur, ipsa tñ
H habent statũ quoq; in centro, in axe, in polis, atq; in vniuersa sui sũma. etsi quidẽ motus ipsorũ est naturalis, talis quoq; status fuerit. Sed nõ quiuis status est quies, verùm is qui est post motũ. Melius autẽ aduertit Porphyrius, nũ in hoc, principiũ & causam mouẽdi & quiescendi, illud Et, sumptũ sit pro vel, pptereà q nõnulla eorũ quæ sunt natura semp quidem moueanẽ, nunq̃ verò qescant. & nõ dico, inqt, diuinum corpus: exemptum.n. est ab ijs quę gignunẽ: sed ignis nunq̃ quiescit: vel.n. sursum, vel deorsum, vel in orbẽ mouet. nõnulla aũt habent vtriusq; simul naturã. Naturalia ergo in seipsis intus habent causam motus & status, & non extrinsecus, vt artificialia, & quæ per alias causas fiunt. Cùm autem dicit Alexander simplicia quidem corpora solius in loco motus in seipsis habere principium, animalia autem omnium, plantas autem, aliorum, præter eum qui est in loco: censebimus eũ vel non aĩalium motum vt animalium, nec plantarum

Naturalia quõ in se habeant principium motus & status.

Cœlestia habent statum in centro.

tarũ motum sumere, sed eũ qui est tanq̃ corporũ naturaliũ: vel ea erũt accipienda tanq̃ crassè & planè dicta sint,

II Lectus autẽ, & vestis, & si quod est aliud genus eiusmodi, quatenus est vnanquanq; assecutum prædicationẽ, & quatenus est ab arte, nullam habet innatam mutationis appetitionem. Quatenus autem eis accidit vt sint lapidea, vel

III terrena, vel mixta, ex ijs eo vsq; habent. Vtpote ꝙ natura sit aliquod principium, causans vt moueantur & quiescant in quo primo insunt, per se, & non per accidens. Dico autem nõ per accidẽs, ꝙ quis ipse sibijpsi esse possit author sanitatis, cũ sit medicus. sed tñ quatenus sanatur non habet medicinã. sed accidit eũdem esse medicũ & qui sanat̃. Quocirca etiã aliqñ alterum ab altero separat̃. Similiter & vnũquodq; aliorum quæ fiunt. nihil. n. eorũ habet in seipso faciendi principiũ. sed alia quidẽ in alijs, & extrinsecus, vt domus, et vnũquodq; eorum quę sunt laborata manibus: alia verò in seipsis quidẽ, sed nõ per se, quęcũq; per accidẽs eis causa fuerint.

III Postq; ex ijs quæ euidenter apparent, ostendisset naturalia & status & motus in seipsis habere principium, eorum quæ naturalia non sunt adiectione, ostẽdit hoc quoque esse propriũ eorũ quæ constant natura. Etenim quæ sunt natura, quatenus ea dicuntur quę sunt ex arte, vtpote lectus & vestis: hoc enim sibi vult illud, QVATENVS assecutũ est prædicationem} nullam ex seipsis habẽt appetitionem mutationis. Appetitionem aũt, quæ græcè est ὁρμὴ, seu vehementẽ impulsionem, appellauit principium motus quod est intrinsecus. Nõnulli autẽ loco ὁρμὴν, id est appetitionẽ, scribunt ἀρχὴν, hoc est principiũ. **C** Naturalia. n. habent principium motus in seipsis: artificialia verò extrinsecus. In seipsis. n. nõ est nec ars, nec artifex. Gleba. n. deorsum fertur non mota extrinsecus: extrinsecus autem lectus formatur. Porrò autem similiter quoq; status, glebę quidẽ est cùm vniuersam suam occuparit summã, intrinsecus: lecti autẽ formationi, extrinsecus ab artifice. Et in ijs. n. quæ sunt fm naturam, & in ijs quæ sunt ex arte: vnde est motus, illhic est etiam status. Etenim quæ in loco mouẽtur naturaliter, & quę ex augmento, & alteratione, illa quidem, cũ venerint in locum proprium, hæc verò, cũ ad propriam magnitudinem, tertia cùm ad formã propriam peruenerint, sistuntur naturaliter. et neq; mutant̃ in infinitũ, neq; eis est causa status extrĩsecus, sed à seipsis. lectus quidẽ certè & vestis, & in sũma artificialia, q̃tenus quidẽ artificialia, principiũ motus et status habẽt extrinsecus. sed q̃tenus vniuscuiusq; eorũ subiectũ est corpus naturale, vel lignũ, vel lana, vel aliquod aliud corpus per se, vel mixtũ, eatenus ea quoq; habẽt in seipsis prĩcipiũ motus & status. **D** Si ergo & naturalia oĩa hoc habẽt in seipsis: artificialia autẽ, quatenus artificialia qdẽ non habẽt, quatenus verò naturalia, ea quoq; id habent: hoc fuerit ꝓprium naturaliũ, quatenus naturalia, principiũ motus habere in seipsis. Ex his itaq; liquet nihil aliud esse naturã q̃ principium motus & quietis in eo, in quo est primò, per se & non per accidens. Videtur aũt hoc in prima figura collectũ esse syllogisticè, hoc modo. Natura est id quo differunt ea quæ natura sunt ab ijs quę nõ sunt natura. Quę natura sunt differunt ab ijs quæ nõ sunt natura, ꝙ principiũ & causam motus & quietis, quę in se inest habeant primò per se & non per accidens. Natura igit̃ est principiũ motus & quietis, in quo est primum per se & nõ per accidẽs. Põt autem ẽt in tertia figura sic rogari. Quę sunt natura, differunt ab ijs quæ natura non sunt, ꝙ naturã habeant. Quæ sunt natura, ab ijs quæ

Naturalia habent principiũ motus intrinsecus, artificialia extrinsec⁹.

A natura non sunt differunt, ꝙ principiũ motus et status in seipsis habeãt non per accidẽs. Quę sunt ergo natura, habent principiũ motus & cætera. Natura ergo est principium motus per se & nõ per accidens. Et est syllogismus huic similis. quidqd est ridendi facultate præditũ, homo est. quidqd est ridendi potestate præditũ est animal rationale mortale. & colligitur quẽlibet hominem esse aĩal rationale mortale: habens per materiã id quod est vniuersum ac generale, etiãsi figura singulares colligat conclusiones. Propositiones. n. quæ habent propria et definitiones quæ prędicãtur, cũ sint vniuersæ affirmatiuę, cõuertuntur ꝓꝑ vniuersam materię proprietatem. quocirca in tertia figura, etiãsi à figura habeant vt quod est singulare colligant, propter materiam tñ verum erit ẽt id quod est vniuersum, vt dixit in Analyticis. Fuerit aũt propositio quę dicit, Ea quę sũt natura ab ijs quæ natura nõ sunt differre prĩcipio & causa motus & quietis, declarata per hęc dicta, Omnia autẽ quæ dicta sunt vident̃ differre ab **B** ijs quę nõ constãt natura, & quę deinceps sequunt̃. Põt autem, vt dicit Alexander, ẽt oratio rogari hypotheticè, ex cõsecutione confirmãs, hoc modo. Si quæ sunt natura, & naturã habent, differũt ab ijs quę non sunt natura, ꝙ principium & causam motus in seipsis habeant per se et nõ per accidẽs, Natura fuerit principiũ motus in ijs in quibus est per se & nõ per accidens. primũ autem est. ergo & secundũ. Quòd autẽ eo differant quæ naturam habent ab ijs quæ nõ habent, probauit per inductionẽ, artificialia adijciens. Valde aũt necessariò adijcitur illud, IN quo inest primò per se & non per accidens} lectus. n. habet in seipso principiũ motus & q̃etis. itaq; dimissus deorsum fertur. neq; tñ dicitur naturalis, nec habere naturam tanq̃ lectus. qm̃ principium motus non oĩno lecto inest sed ligno, per illud autem ẽt lecto. Necessaria ergo est eius qđ primò est adiectio. Et ꝙ Per se et nõ per accidens, necessariò assumptũ sit, ipse significauit Aristoteles. Oportet. n. si futurũ sit naturale, quatenus est, eo ip**C**so in se habere principiũ motus. quẽadmodũ terra, quatenus est terra, habens principiũ motus qui fert̃ deorsum, dicitur habere naturã. Si quis autẽ ęgrotãs medicus seipsum sanet, sanatur quidẽ à seipso. in seipso. n. habet principiũ motus. sed nõ per se, verũ per accidẽs. Non. n. quatenus medicus, sanat̃ à seipso medicus, sed quatenus ęgrotans. Sanat. n. quatenus medicus. sanatur autẽ, quatenus ægrotat. Aliud est autẽ esse medicum, & aliud esse aliqd ęgrotum. Vnde ẽt separatur alterũ ab altero. neq;. n. quilibet medicus ęgrotat, neq; qlibet ægrotus est medicus. Quare medicus qui à seipso sanatur, nõ quatenus est medicus, eo ipso ex seipso habet principiũ motus. Si. n. quatenus ægrotus, ægrotus quiuis seipsum sanaret. Sanatur enim quatenus ęgrotus: principiũ autem motus & sanare ex seipso quatenus ęgrotus nõ habet. Hoc aũt per accidens, pulchrè significauit, per hoc qđ dixit, QVOCIRCA etiam oĩo separat̃ alterũ ab altero.} Quod. n. alicui per se inest, id non põt ab ullo separari. Quod autẽ separatur, **D** non per se inest, sed per accidẽs. Illud autẽ primò, differt ab eo qđ est per se. neq;. n. quidquid per se est, primò est. neq; quod primo est per se est. Etenim cũ aliqd inest per se alicui, & illud rursus alicui alij per se inest: ẽt primũ tertio per se qdem inest, sed nõ primò. quẽadmodũ triangulo per se inest, vt tres angulos habeat duobus ęq̃les, quatenus triãgulus: & triãgulus Isosceli ꝑ se inest: quocirca etiã Isosceli vt tres duobus rectis ęquales habeat ꝑ se inest. etenim quatenus est Isosceles est triãgulus. & quatenus est triagulus, habet tres duobus rectis ęquales. & ab Isoscele separari non põt nec triãgulũ esse, nec duobus rectis ęq̃les habere. neq; tñ Isosceli pr̃io inest, vt duobus rectis ęq̃les habeat, sed intermedio triãgulo. Rursus albũ primò inest in supficie, et virtus in aĩa. nõ. n. per aliqd intermediũ. neq; tñ ea per se isunt. nequaq̃. n. cõplent subiectorũ substantiã, neq; assumunt̃ in definitione. & separari potest albũ à superficie, et virtus ab aĩa. Nõnunq̃ au-

Primo in esse.

Per se inesse.

Per accidẽs inesse.

Primo inesse differt ab eo quod est per se iesse.

tem accidit vt ambo simul cõcurrant, cùm & substãtiam E complent, & sunt absq; vllo intermedio. quẽadmodum rationis particeps dicatur inesse homini & per se & primò. & duobus rectis æquales habere, triangulo: & triangulus, Isosceli. Si autem nauis habet in se gubernatorem qui eam mouet, verùm nõ per se. neq; enim cõplet suam ipsius naturam. Nauis enim quęlibet cùm primùm esset nauis, non opus haberet extrinsecus eo qui illam moueret. neq; posset gubernator ab ea separari. Nihil enim ex ijs quæ alicui per se insunt, eo saluo ab illo separatũ. Quinetiam si seipsum moueat gubernator dũ mouet nauem, neq; per se, nec primò mouet. Non est autem concedendum Alexandro, qui sic dicit mouere seipsam animã, vt gubernatorem, quòd corpus in quo est moueat, vt gubernator nauẽ. Motum enim animæ qui fit in loco fortasse sic fieri concedi posset. Voluntates autem & cogitationes, opinationes & omnes appetitiones sunt eius seipsam primò mouentis. non enim per aliquid aliud, & per se. Sub-

Animam seipsam mouere vt gubernator nauẽ, quomodo intelligẽdum.

F stantia enim eius est ea per se mobilitas. Sed neq; dum illa dicit, est admittendus. Notandum est enim, inquit, eum, dũ de natura loquitur, animam comprehendisse. si quidem ex eius sententia anima est perficiens actus corporis naturalis instrumentarij, natura autem propriè & primò est in simplicibus corporibus & non instrumentarijs. Et anima quidem est perficiens actus corporis naturalis instrumentarij. natura autem non fuerit corporis naturalis. & hæc quidem aliorum, illa verò aliorũ est motuum principium. etsi natura quidem est in subiecto corpore ex sententia Aristotelis: dictũ est enim esse id in quo est primò tanquàm in subiecto: non omnis autem anima est in subiecto. Est enim mens separabilis, vt ipse clamat in libro de anima. etiamsi Alexander nõ de animali, sed de diuina mente eum velit intelligere, minimè omnino probabiliter ea verba suæ de anima sententię conuenire contendens. Sed quòd anima quidem sit principiũ motus, idq; natura præstantius, & non solũ principium, verũ etiam fons, nos quoq; dicimus. neq; tamen vt quæ sit in subie-

De natura loquẽs Aristoteles nõ cõprehẽdit animam.

G cto quod mouetur. Illud autem, In subiecto, vult adesse naturæ, dicẽs, Subiectum enim aliquod et in subiecto est natura. Id autẽ significat animam habere operationes à corpore separabiles. vt etiam ipse Aristoteles vsus est in libro de anima, ipsam à corpore separabilem, & substantiam ostendens. Quæ fiunt autem, quod græcè est ποιούμενα, dicit ea quæ arte fiunt, quoniã ars est habitus qui facit cũ vera ratione, vt ipse definijt in Ethicis. Quinetiam in septimo eorũ qui inscribũtur Metaphysica dicit γίνεσθαι quidẽ, quod significat gigni ac fieri, in ijs propriè dici quæ gignuntur natura, alias autem dici ποιεῖσθαι. Quęcunq; ergo arte producũtur aut fiunt: vel extrinsecus habent quod ea mouet, vel si in seipsis, id habent per accidens. Aduertit autem magnus Syrianus hãc datam naturæ definitionem conuenire ferè omnibus naturæ significatis, si in vnoquoq; propriè & vt ei conuenit assumatur. Quemadmodum enim nomen, nempe natura, æqui-

Naturæ definitio conuenit fere omnibus naturæ significatis, etsi nomẽ sit æquocũ.

H uocè prædicatur de materia & forma, tam de ea quæ est veluti ex natura, quam de ea quæ est veluti causa, quod propriè ponitur in corporibus naturalibus: Ita etiam definitio accipitur in ea quæ propriè appellatur natura. per proportionem autem & conuenientiã etiam in alijs principijs. motuum enim principia sunt etiam aliæ naturæ, sed non similiter.

IIII Natura ergo est id quod dictum est. Naturam autem habent quæcunq; tale habent principiũ. & sunt hæc omnia substantia. Subiectum enim aliquod & in subiecto semper est natura.

Secũdum naturam autem & hæc sunt, et quęcunq; per se his insunt. quemadmodum igni, sursum ferri. Hoc enim natura quidem nõ est, neq; habet naturam. natura autẽ sunt, & secun-

E dum naturam. Quid sit ergo natura dictũ est, V & quid sit, natura esse, & s͠m naturam.

Cùm definijsset naturam, & quæ in definitione obscura erãt distinctè explicasset, infert ea habere naturã, quęcunq; habent eiusmodi principium. IIII Atqui cùm ea quę habent naturam ostendisset ex operatione, quidnam natura sit ex eis collegit. Quomodo ergo tanquam consequens ei quod est esse tale q̃d natura, infert ea habere naturam quæ habent tale principium? Num hoc non intulit tãquam demõstrationem, sed euidẽs quid assumptum est. Quod autem assumptum est ei nunc vsum affert, vel ad definiendum quid sit habere naturã, & quid sit secundum naturam, quod deinceps facit, ad colligẽdum quòd quidquid est naturale, est substantia composita, quæ habet quidem aliquod subiectum, nempe id in quo est natura, siquidem natura est principium et causa eius in quo est per seipsum, habet autem etiam in subiecto aliquid,

F nempe ipsam naturam. Quocirca infert tanquàm his consequens, quòd cùm sit compositum naturale, nonnulli quidem dicãt subiectum naturam, ex quo cũ insit fiunt quæ fiunt: nonnulli verò formam. & vtriq; dicto suam adscribit sententiã. Distinguit autẽ id quod habet naturam, & id quod est secundum naturam. dicens id quod habet naturam esse substãtiam compositam ex subiecto, quod habet: & ex natura quæ in illo est. Quòd enim habet naturam est aliquod subiectum, & quæ est in subiecto, natura est. Et sunt hæc omnia quæ habẽt naturam, substantia. Etenim substãtia quidem quodammodo dicta est & materia & subiectum, in primo. Substantia autem est ẽt id quod est in subiecto, quod quidẽ est forma. magis autem propria substantia est vtrunq; simul coniunctum. Quòd ergo quæ naturam habent sint substantiæ, ostenditur per hoc quòd est aliquod subiectum, et in subiecto. esse autem vtrunq; substantiam, & magis vtrunq; simul coniunctum. Vel hoc, ET hæc sunt omnia substantia } au-

Quid sit id quod habet naturam.

G diendum est, quòd & id quod habet naturam, hoc est subiectũ, est substantia, et natura substantia: & multo amplius scilicet vtrunq; simul coniunctum est substantia. Est.n. subiectum aliquod & in subiecto. Vel cùm dixisset hæc esse omnia substantiam, hoc est, & subiectum, et id quod est in subiecto, hoc ostendit per mediam naturam, dicẽs naturam esse subiectum aliquod, & semper esse in subiecto. Si natura ergo est substantia: subiectum autem natura: & quod in subiecto est, natura, hoc est materia & forma: fuerint hæc omnia substantia. Huic autem sententiæ videtur conuenire & quod paulo pòst quęritur. vtrũ materia & subiectum est natura, an forma & id quod est in subiecto. Melior est autem prior expositio, & propter ea quæ deinceps subiunguntur, & quòd subiectum & quod est in subiecto, cùm duo sint, non omnia vocasset Aristoteles: qui quidem in libro de coelo hęc scripsit. Duo enim ‹‹ ambo quidem dicimus, & duos vtraq;. omnia autẽ non ‹‹ dicimus. Sed & trium hanc primum prædicationem di- ‹‹

H cimus. Quocirca reliquas ẽt Alexãdri expositiones, quę ad hunc sensum tendunt, prętermitto. Quæcunq; ergo habent naturã, sunt substantia. quoniam habet aliquod subiectũ, & in subiecto est quod habet, hoc est natura. Idẽ est autem dicere, est materia & forma, quod quidem est propriè substantia. Notat autẽ Alexander, quòd formã et naturam, etsi eas velit esse substãtias, dicit esse in subiecto, cũ dixerit in prędicamẽtis nullã esse in subiecto substantiã. Mitigat autẽ obiectionẽ, dicẽs, Vel earũ quę illic dictæ sunt substantiarũ nullam in subiecto dictam esse: neq; enim illic verba fecit de substãtia quę est per formã, sed de vtraque simul. cui quidem neq; cõtrariũ esse dicit: Vel non id quod propriè dicitur esse in subiecto nũc dicit, cuius meminit in prædicamentis, sed quod ad hoc vt sit opus habet aliquo subiecto, in subiecto nũc esse dicit, quemadmodũ in multis rursus accidẽs de subiecto. Cũ talia ergo dixisset ea quæ habent naturã, subiũgit deinceps quęnã sint ea quæ

Forma & natura quomodo sint in subiecto, cũ sint substantiæ.

Quænã sint ea quæ sunt secũdum naturam.

sunt

sunt ſm naturam, & q̀ ſint ampliora ijs quæ habent naturam. Etenim ea etiã quę habent naturam dicuntur ſm naturam, vt quæ ſm eam quę in ipſis eſt naturam characterem ſuſcipiunt, & ſunt ea quæ dicuntur. Non ſolùm autem ea dicũtur eſſe ſm naturam, ſed etiã quæcunq; ijs per ſe inſunt. Ignis enim habet naturam, qui habet in ſeipſo principiũ & cauſam motus ad id quod eſt ſuperius. Secundum naturam aũt igni eſt etiam ſurſum ferri. neq; vtiq; ſurſum ferri habet naturã, neq; eſt natura. neq; enim eſt ſubſtantia, ſed poteſtas & actus, qui ex rõne naturæ, igni ineſt, & ita dicitur ſm naturam. Neq; verò idem eſt natura eſſe & ſm naturam. ſed eſſe natura eſt amplius q̃ ſm naturam. Etenim ſm naturam eſſe dicimus eorũ quæ ſunt natura, ea quæ propriam habẽt perfectionem. Sunt autem quædã natura quidem, vt quæ fiant ex operatione naturæ, non tñ ſm naturam. vt ſunt mutilationes quę eueniunt ex generatione, &, vt ſemel dicam, ea quę ſunt in priuatione. Sunt enim eiuſmodi q̀ ad id natura apta ſint. quandoquidem priuatio eſt abſentia in eo quod natura aptum eſt. Et eſſe quidẽ natura dici poteſt in quolibet quod ſequitur & accidit ſubſtãtię naturali, quatenus eſt eiuſmodi: quẽadmodum coloratum eſſe, corpori: & ęgrotare: Quod eſt autem ſm naturam in eo ſolo dicitur quod euenit ex volũtate naturæ. Et ideo dicimus ſanum eſſe ſm naturã. ægrotare aũt adeſſe natura quod eſt præter naturã. Cùm ergo dicit Ariſtoteles eſſe natura & ſm naturam, non ea dicit q̀ idem ſint, ſed q̀ in igne ſurſum ferri eſt ei & natura & ſm naturam.

Eſſe natura quid ſit.

VI Conari autem oſtendere eſſe naturam, eſt ridiculum. Clarum eſt enim ex ijs quæ ſunt, multa eſſe huiuſmodi. Quæ manifeſta aũt ſunt per obſcura oſtendere, non eſt eius qui poteſt iudicare quid ſit per ſe notum, & non per ſe. Quòd aũt ita affici contingat, non eſt obſcurum. Qui enim natus eſt cæcus, de coloribus ratiocinari potuerit. Quare neceſſe eſt ijs verba facere de nominibus, nihil autem intelligere.

V Quoniam ante quæſtionem quid eſt, quæri poteſt an ſit omnino id de quo quæritur, vt docet in ſecundo poſteriorum Analyticorũ: ſi non ſit enim omnino id quod ad quęrendum propoſitum eſt, quid ſit quęrere, fuerit ſupuacaneum: neq; enim eius quod non eſt fuerit definitio: Quoniam ergo hoc ita habet, ipſe autem cùm naturam eſſe non oſtendiſſet, tradidit eius definitionem, docet ſe iure prætermiſiſſe An ſit. Quæ enim euidentem habent ſubſtantiam, non opus habent vt ea eſſe demonſtretur, quẽadmodum ipſe quoq; in ſecundo poſteriorũ Analyticorum, ſi memini, definijt. Cùm ergo, inquit, ex euidẽtia ſit manifeſtum eſſe quædam quæ in ſeipſis habẽt principium motus, quod quidem eſt natura, conari oſtẽdere eſſe naturam, eſt ridiculum. Eum enim qui vult id quod eſt apertum demõſtrare, cogi ad fidem faciendã ſumere aliquid ignotius eo quod demõſtratur, primum quidem eius eſt qui neſcit modum demõſtrationis, q̀ ſcilicet oĩs doctrina & omnis diſciplina efficitur ex ea quæ pręcedit cognitione, vt ipſe docet. deinde eius, qui nõ poteſt iudicare id quod per ſe & non per ſe notum eſt, & ideo naturam quæ per ſe nota eſt, tanq̃ non per ſe notam, per alia conatur demõſtrare, & quod eſt deterius, per ignotiora. quod quidem cõtingit in ijs quę ſunt valde aperta. Iam verò apertè quoq; tollit demonſtrationẽ, qui vult ad oĩa vti demonſtratione. Si enim oportet id quod eſt euidens eſſe principium demõſtrationis: qui quæ ſunt euidentia exiſtimat opus habere demonſtratione, non vtiq; concedit aliquid eſſe euidẽs, neq; principium relinquit demonſtrationis. quare nec demõſtrationem. Quòd autem ijs qui res manifeſtas iudicandi, inſtrumentũ perdiderunt, eueniat vt quæ ſunt aperta per obſcura conentur oſtẽde-

Euidẽtia nõ egent demõſtratione.

A re, teſtem cæcum producit qui ratiocinatur de coloribꝰ. Cùm enim ſint manifeſti & qui per ſe fidem faciant, colores, ijs qui poſſunt videre: qui vidẽdi facultatẽ amiſit, quę id quod eſt colorum manifeſtum iudicat, deinde ratiocinatur de coloribus: ijs etiam quę ſunt ignotiora ad fidem faciendã vtetur, vt qui quod ſit manifeſtum ignoret: & de nominibus verba faciet, cùm nihil intelligat. Ex ijs enim quæ audit, non autem ex ijs quæ ſentit ratiocinatur, vt qui ſenſilium certo ordine procedentẽ amiſerit cognitionẽ. ſine qua ne ratio quidem poterit aliquid intelligere de coloribus. Ita etiã qui quæ ſunt manifeſta conatur oſtendere, ignorat naturã eorum quæ ex ſeipſis nota ſunt, qm̃ non habeat facultatem qua ea iudicantur. id autem eſt mens ſeu intelligẽtia. Intelligentia enim eſt qua propoſitionum terminos cognoſcimus, qui per ſe fidem faciũt, & ſunt aperti & ſimplices. fortaſſe aũt etiam definitiones, quę debẽt eſſe apertę, & per ſe probabiles, & cognitę abſq; ratiocinatione, vt quæ ex euidenti diuiſione ſumptæ ſunt, mens eſt quæ cognoſcit ac diſcernit. B & quæſtiones etiam quæ proponuntur, quę quidem per ſe ſunt manifeſtę, & quęcunq; ſunt eiuſmodi, ſunt veluti quidam termini qui non indigent aliquo alio vt oſtẽdantur, quẽadmodum dubiæ propoſitiones. De coloribus autem ratiocinari potuerit qui cæcus natus eſt ex ijs quę audit, non ex ijs quæ ſentit. vt pote q̀ fuſcum ſit uiſui cõueniens & ſymmetria cõgruens, dicendo, Fuſcũ conſtat ex albo quod diſgregat, & nigro quod congregat: quod eſt aũt eiuſmodi, viſui conuenit. Atqui neq; quod diſgregat, nec quod congregat, neq; quod ei conueniat quicq̃ ſentit, ſed profert tantùm nomina. Ex ijs autẽ quæ dicta ſunt notãdum eſt eum & meritò prætermiſiſſe quæſtionem An ſit, & cauſam cur prætermiſerit nõ ab initio ſed nunc dixiſſe, cùm quid eſt eam eſſe apertam oſtendit. Omnia enim corpora habent ingeneratum natura vt moueantur.

Euidẽtia conans demonſtrare, caret intelligẽtia.

Videtur autem nonnullis natura & ſubſtan- VII
C tia eorũ quæ ſunt natura, eſſe primum vnicuiq; ſubiectum incompoſitum & non cõcinnatum per ſe. Quẽadmodum lecti natura eſt lignum, æs verò ſtatuę. Signum autem eſt, inquit Antipho, q̀ ſiquis lectum infoderit, & putredo facultatem ſumpſerit vt ſit germen, non gignatur lectus, ſed lignum. nempe quod illa affectio ex lege & ex arte, ſit id quod eſt per accidens: illa aũt ſit ſubſtantia, quæ etiam permanet hæc aſſiduè
patiẽs. Sin autem etiam vnicuiq; ex ijs, ſi cum VIII
aliquo alio cõferatur, hoc ipſum vſuuenit, quẽadmodum æri quidẽ & auro, ſi cum aqua conferatur: oſſibus verò & lignis, ſi cum terra: ſimiliter autem & cuicunq; ex alijs, illa eſſe eorum
naturam & ſubſtãtiam. Qua de cauſa alij qui- IX
D dem terrã: alij verò ignem: alij dicunt eſſe aerẽ: alij aquam: alij verò nonnulla ex ijs: alij autem hæc omnia eſſe naturã eorum quæ ſunt. Quod enim quis eorũ tale exiſtimauerit, ſiue vnum, ſiue plura, id & tot eſſe dicunt vniuerſam ſubſtantiam, alia autem omnia eſſe eorum † euenta, habitus, & affectiões.
Et ex ijs quidem eſſe X
vnũquodq; æternũ. non eſſe enim eis mutationẽ ex ipſis. alia autẽ gigni & interire in infinitũ.

† πάθη euẽta, ſeu accidentia.

Poſtq̃ prius dixit ea quę naturam habent eſſe ſubſtã- VI
tias, quoniam eſt aliquod ſubiectum quod habet, & eſt in ſubiecto quæ habet natura, vel qm̃ natura eſt aliquod ſubiectum, & in ſubiecto, vt in vna expoſitione audit Alexander, meritò adducit opiniones & eorum qui naturam

turam subiectum esse dicunt, & eorum qui quod est in subiecto. & adducit rõnes quibus vtriq; id quod à se dicitur, cõfirmant. & sic eis suum interponit iudiciũ. Simul autem tradit etiam significata naturæ quæ multis modis dicitur. sicut etiam ipse planum fecit in fine orationis, dicens: Quoniam autem definitum est quot modis natura dicitur } & ego in illo loco adnotabo. Cùm autem dixisset, VIDETVR autem natura } subiunxit, ET substãtia eorum quæ sunt natura } qm̃ eorum quę sunt natura, & esse & substantia est fm naturam. Primum aũt dicit de ijs qui existimant materiam esse vniuscuiusq; naturam. quod quidem est primum in vnoquoq; incõpositum & inconcinnatum per se. quẽadmodum lecti natura est lignum, æs verò statuę. Primum aũt dixit incompositum & inconcinnatum, qm̃ in vnoquoq; ex compositis sæpe plura sunt, quæ habent rõnem subiecti. quẽadmodum in corporibus animalium proximè quidẽ tori formę subiectæ sunt partes instrumẽtatiæ, illis verò similares. & illis quatuor quæ vocantur elementa. & illis prima materia.

Naturæ varia sunt significata.

Materiã esse naturam.

E

F quæ quidem est primum incompositum & inconcinnatum per se. Alia enim sunt incõposita, si cum aliquo conferantur, cum proprias formas habeãt. quemadmodum instrumẽtarię partes, vel similares: vel elementa, si conferantur cum forma quę illis accedit. Materia aũt prima est per se incõposita. Statuæ enim materia est æs, & lecti lignum, quæ quidẽ sunt forma prædita, & si cum aliquo conferantur, sunt incomposita. Communis aũt materia est per se incomposita. Porrò autẽ æs & lignum habent proportionẽ & conuenientiam cum prima materia. Vt ea enim se habẽt ad lectum & statuam, ita illa se habet ad omnia quæ sunt forma prędita. Id ergo quod per se primò est in vnoq; incompositum, primam & cõem aiunt esse naturam. quẽadmodum id quod est proximũ, proximam. vt pote statuæ quidẽ æs, lecti verò lignum. Quòd autem subiectum, non forma, esset natura, argumentum hinc sumebat Antipho Sophista, q natura sit quę enasci faciat, vt quæ sit enasceotia & exurrectio ad motum, &

G eius, quod est simile, progeneratio. In artificialibus aũt, si quis lectum infoderit, & putredo facultatẽ ceperit, vt sit germen, non fiat lectus, sed lignum. Id autem euenit, q forma, & id quod certo modo & lege fit, hoc est quod est præscriptum & statutum artib⁹, & ab eo quod est fm naturam distinguitur, vt quod sit ex impositione, cum insit per accidens: id & accedit & recedit. Materia autẽ permanet, qm̃ hęc est substantia & rei natura. substantię enim proprium est manere. Rerum autẽ naturalium, & quę sunt fm naturam, est substantia. Quare sic etiã ratiocinari poteris. Materia & subiectum quod permanet & enascitur, est in rebus naturalibus. Quod est eiusmodi, est substãtia rerum naturalium. Substantia rerum naturalium est natura. Materia ergo est natura in rebus naturalibus. Quare etiã natura est materia. Conuertuntur enim definitiones. Quoniam aũt ex proximis subiectis vnaquęq; forma habet aliquod subiectum, meritò adiecit, Si autẽ vnicuiq; ex his, si cum aliquo alio ci subiecto

H conferatur, idem vsuuenit, vt forma quidẽ mutetur, maneat aũt subiectum. quemadmodum si æri & auro cum aqua collatis id accidit, ossibus verò & lignis cum terra, & vnicuiq; ex alijs cum subiecto quod est in ipso, subiectum fuerit natura & ipsorum substantia. Et ideo quod vnusquisq; posuit primũ subiectum, siue vnum, siue plura, hoc existimauit esse naturam & eorum quæ sunt substantiam. Quare Antipho quidem visus est cõiter dicere subiectum naturam. Vnusquisq; aũt ex alijs quod primum dicebat subiectum, id etiam uocabat eorũ quę sunt naturam: siue id erat vnum, quemadmodum Thales quidem dicebat aquam, Anaximenes verò aerem, Heraclitus autem ignem: siue plura, vt Parmenides ignem & aquam: siue quatuor, vt Empedocles. Terram aũt solam nemo dixit, sed in cõgressione seu concursu cum alijs eã quoq; posuit Aristoteles. Quę aũt sunt in subiecto, vt ge-

Subiectũ esse naturam.

Quæ sunt in subiecto, accidentia sunt euenta substantię.

E nerationes, interitus, & alterationes nequaquã dicebant naturas: neq; enim substantias: sed accidentia & euenta substantiæ. ex quibus quæ facilè quidem amitti possunt vocabant † affectiones. quæ aũt sunt stabilia, habitus. Et subiectum quidẽ quod ab aliquo positum esset, dicebant æternum. Si enim interitus est ex aliquo in aliquid mutatio, quæ fit in subiecto, non ex sua natura mutabit subiectum: quare nequaq̃ sustinuerit interitum, sed est æternum. Si autem etiam interit, ea quæ possunt mutari intereunt. ea aũt sunt in subiecto affectiones, quæ mutant. quæ quidem naturæ minimè appellantur. Et hoc est quo probatur materiam esse naturam, si quidem oẽs ponunt eam æternam & immutabilem. Oportet enim naturam & eorum quę sunt essentiam habere firmitatẽ & immobilitatem. Hic est ergo vniuersus sensus eorum quæ dicta sunt. Nonnulli autem pro eo quod est Græcè κατὰ νόμον διάθεσιν, hoc est affectionem ex lege, scribunt κατὰ ῥυθμὸν, id est ex modo seu numero. Est autẽ hoc notius.

† Affectiões διαθέσεις q vulgo dicitur dispositiones.

Natura est æterna, sicut & materia.

F ῥυθμὸς enim, hoc est modus seu numerus, forma dicitur.

Vno ergo modo sic natura dicit, prima vnicuiq; subiecta materia eorum, quę habent in seipsis principium motus, & mutationis.

VII Cùm dixisset vno modo dici naturã, primam quæ in vnoquoq; subiecta est materiam, adiecit, EORVM quæ habent in seipsis principium motus & mutationis. } Est enim etiã in artificialibus, quatenus sunt artificialia, prima quædam subiecta materia. quẽadmodum æs statuæ, vel domui lapides & ligna. Sed hæc eis subijciũtur vt artificialibus. nec fuerint natura, qm̃ nec naturale quidem est sed artificiale quod sumit. Oportet autẽ naturam esse in naturalibus. Quare quę in naturalibus subiecta est materia, vno modo qui dictus est fuerit natura, ex eorũ qui sic ponunt sententia. In summa aũt nec in artificialibus quidẽ ponitur prima materia, quam esse volunt naturã. Quare nec in naturalibus quidẽ quęuis materia est natu-

Materia prima nõ est in artificialib⁹

G ra, sed prima quæ subijcitur. Eam autẽ vocant vltimum subiectum, quod omnibus subijcitur, quod ipsum nullũ habet subiectum. Etenim in animalibus subijciũtur quidem partes instrumentariæ & similares & elementa, sed nihil eorum est propriè natura, qm̃ nihil ex ijs est primũ subiectum. Et est quidem etiã in artificialibus vltimum subiectum materia. verùm ea non vt artificialibus sed vt naturalibus subijcit. Quocirca rectè dicta est eẽ natura, quę prima in vnoquoq; subiecta est materia, eorũ quę in seipsis habẽt principium motus, hoc est in vnoquoq; naturalium. Etenim quę in syllogismis sunt propositiones, sunt subiectæ tanquam materia, nec tamen sunt naturæ, quoniã nec est omnino naturalis syllogismus. Sunt enim corporea quæcunq; sunt naturalia. Sed neq; quod est primum subiectum in syllabis, hoc est elementa, sunt natura. Quare neq; quoduis ẽ subiectum natura, sed primũ, neq; in quolibet, sed in naturali.

Materia est vltimũ subiectum qd omnibus subijcit.

Propositiones sunt materia syllogismi.

XI

H **Alio autem modo est forma ac species quæ est per rationẽ. Quemadmodum enim ars dicitur id quod est ex arte, & artificiale, ita etiã natura id quod est fm naturam & naturale. Neq; verò illud vllo modo dixerimus quicq̃ habere ex arte, si lectus solùm fuerit potentia, lecti autem formam nondum habeat: neq; esse artem in ijs quæ natura constant. Quod est enim potentia caro vel os, nõdum habet suam ipsius naturam priusq̃ acceperit formam quæ est per rationẽ: quam definientes, dicimus quid sit caro vel os: neq; ẽ natura. Quare alio modo fuerit natura eorũ quę in seipsis habent principiũ motus, forma ac spẽs, quę nõ est separabilis, nisi per rõnẽ.** XII

Postq̃

VIII Postq̃ complevit eam positionem quæ dicit naturam esse subiectum, ea dimissa transit ad eam quæ dicit formam esse naturam. Cùm autē naturæ cum arte in forma præbenda conueniat, & ab ea rursus differat, q̃ natura id quod est in materia artis, formam faciat: lecti quidem lignum, æs verò statuę, qui materiam quidem volunt esse naturam, argumētati sunt ab hac differentia, lectum qui infoditur dicentes in ligno ostendere naturam, & nõ in forma. Qui aũt formam: ex eo q̃ naturæ & arti in forma præbenda conueniat, argumentũ suum hoc modo detexerũt. Quemadmodum in ĳs quę arte facta sunt, ars dicitur id quod arte factum est & artificiale: admirabilem enim statuæ artem formam dicimus: ita etiam in ĳs quæ sunt natura, & per naturam, natura fuerit id quod est sm naturam & naturale. Admirabilem enim, verbi gratia, ligni naturã dicimus eam quę est ex forma. Quemadmodum enim ars cum eo quod est ex arte, ita natura cum eo quod est sm naturam habet proportionem & cõuenientiã, & alternatim, vt dicunt Geometrę. In eo enim quod est ex arte, ars est. & in eo quod est sm naturã est natura. Atqui in ĳs quę sunt ex arte nondum dicitur id quod est ex arte, quod formã nondum suscepit, sed est adhuc solũ potentia. quocirca neq; in eo est ars. Ars enim est in forma. Non est enim æs ars statuæ, sed forma. Neq; ergo in ĳs quæ natura fiunt, quod potentia solum est, iam est sm naturã, neq; habet naturam. Neq; enim quę est potentia caro, neq; quod est os potentia, carnis vel ossis habet naturam, priusq̃ formam susceperit. Si ergo in eo quod est formã accipere, in eo inquam, est ipsorum habere naturam, forma fuerit natura. Sic aũt rõcinari poteris. Cuius pręsentia ea quæ sunt natura, natura sunt, id est natura. Formę autem pręsentia quæ sunt natura, natura sunt.

Natură cum arte ĩ forma prębẽda cõuenit.

Formã esse naturam.

Quoniam aũt duplex est forma, vna quidem per figurã seu speciem, altera verò quæ est per rationem: definiẽtes quid sit vnũquodq;: dicimus eam quidem quæ est in sola specie, superficiei figuram colorem & magnitudinem. eam autẽ quæ est per rõnem: quæ est per typum vniformem reuolutæ definitionis, quę etiam cum definitione concurrit, sicut & nomen. ea aũt etiam figuram cõtinet. Eam ergo speciem quæ est per rõnem, seu talem formã, dicit esse naturã. Quocirca etiam formę adĳcit speciem, dicẽs. ALIO autem modo forma est species.} Et rursus, FORMA ac species quæ non est separabilis.} Porrò aũt in arte forma ac species seu figura, idem est, qm̃ per spẽm ac figuram est ratio artificis. Et per hoc etiam ostenditur formam esse naturam. Si enim vniuscuiusq; natura est in eo q̃ est vnũquodq;. V niuscuiusq; autẽ esse est in forma quæ est per rationem & definitionem: vnde etiã definitiones conuertuntur cum definitis: natura forma fuerit. Quare per ea quidẽ quæ prius dicta sunt, materia fuerit natura rebus naturalibus: Per id aũt quod nunc dictum est, forma. quæ quidẽ separari non potest à subiecto, sola autem ratione potest ab eo separari. Ea autem dicuntur separabilia, quæ etiam separata ab ĳs à quibus dicuntur separari, manent suã habentia naturam. Quorum aũt separatio est interitus, ea nõ sunt separabilia. Talis est autẽ forma quæ est in materia. Ex ea enim habent quod sunt naturalia, non autem ex forma separabili.

Forma ẽ duplex, vna p figurã altera per rõnem.

Forma rõne solũmodo separari põt a naturalib⁹.

Separabilia quę dicant.

Quod autem ex ĳs constat, non est quidem natura, sed natura est seu per naturã, vt homo. Et magis est ipsa natura quàm materia. Vnumquodq; enim tunc dicitur, cùm actu fuerit magis quàm potestate. Præterea homo fit ex ho-
XIII
mine. Sed nõ lectus ex lecto. Quocirca dicunt etiam non figuram esse naturam, sed lignum. quoniam si germinet, fiat non lectus sed lignũ. Si autem hoc est ars: est quoq; forma natura. homo enim fit ex homine.

IX Postq̃ dixit materiam esse aliquo modo naturã, alio autem formam, subiungit cõsequenter de cõposito, q̃ id, quod constat ex materia & forma, non est natura: Natura enim est materia & forma: sed natura est seu per naturam. Quod est enim potestate aliquid, cùm actu sm naturam factum fuerit, & habet naturam: est natura, id est per naturam. nemo enim id amplius naturam dicit. Forma enim quæ habet id quod erat natura, hoc dicitur sm naturã, & natura, seu per naturam. quẽadmodum homo qui constat ex materia & forma. Is enim non est natura, sed per naturam. Cùm aũt de composito quędã interiecisset, reliqua subiungit de forma, uolens materiã quoq; esse naturam, esse autẽ etiam formam, sed magis formã. & subiũgit causas propter quas vult formam magis esse naturam quàm materiam, id multis modis ostẽdens. Ac Porphyrius quidem illud, ET magis est ipsa natura q̃ materia} de composito accipit. quod quidem etsi nõ est propriè natura, sed per naturam, est tñ magis natura, q̃ materia, qm̃ habet in se formam quæ est magis natura. Est aũt primum eiusmodi argumẽtum. Natura causa est vniuscuiq; rerum naturaliũ, vt sit id, quod dicitur. Causa autem vt sit id quod dicitur, est causa vt sit actu, & non solùm potentia. Causa autem vt actu sit id quod dicitur, forma est. Natura ergo forma est. Alexander autem id quod dicitur sic colligit. V numquodq; eorum quæ sunt tunc est id quod est, cùm actu est. Quodlibet autem actu est cùm formam habet. Atqui cuius pręsentia ea quę natura sunt, sunt natura, id est natura. Formæ autẽ præsentia, quæ sunt natura, natura sunt. Forma ergo est natura. Cùm autem adiecit illud, Magis, significauit ea etiã quę sunt potentia, & si non similiter atq; illa quæ actu sunt, ipsa tñ quoq; dici. Quare est etiam materia natura, etiã si minus forma. Quod aũt perficientem actum aut etiã solũmodo actum dicimus, Aristoteles grecè dicit ἐντελέχειαν. Dicitur aũt id nomẽ ἐντελέχεια esse, ꝓprium ipsius Aristotelis. Significat autẽ formam quæ actu est, propterea q̃ per eã est ἓν δὲ τέλους, id est, vnius finis assumptio, vel assumptio eius quod est esse vnũ & perfectum, quod grecè dicitur ἓν καὶ τέλειον εἶναι. vel eius quod est perfectum cõtinuitas, hoc est, qui est per id quod est perfectum habitus, quod quidem grecè est ἡ κατὰ τὸ ἐντελὲς ἕξις. Præterea autem, inquit, qui materiam, nõ autem formam dicunt esse naturam, propterea dicunt quòd si fuerit lectus infossus, fiat autem germinatio, non germinauerit lectus, sed lignum ex ligno. Quoniam autem homo quoq; fit ex homine, Homo est autem homo per formam, fuerit forma natura. Etsi non fiat ergo lectus ex lecto: sed homo tamen fit ex homine, sicut lignum ex ligno. Et in summa artificialia quidem non fiunt alterũ ex altero, fiunt autẽ naturalia. Quod si ita est, oportebat sumẽtem regulam ex naturalibus, formã dicere naturam, nõ ex artificialibus autem eam reĳcere. Similium enim genitales formas non facit ars, quemadmodum natura. Lignum enim & si fit lecti materia, est tamen forma naturalis. & ea ratione habet hoc etiam generationem eius quod est simile. Hęc autem instar epiphonematis prolata conclusio, Homo fit ex homine, obscuram reddidit orationem. Est autem orationis eiusmodi persecutio. Fit homo ex homine, naturalis forma ex naturali, sed nõ artificialis ex artificiali. ad quam enim illi aspexissent, dicunt formam non esse naturam. Atqui oportebat eos magis aspicere ad naturalia, quæ formæ generant similia. & si quidem hoc est naturæ proprium, formam naturam dicere. Si enim eo quòd permaneat materia in ligni ex ligno generatione, materia videtur eis natura: eo etiã quòd forma permaneat, eis forma videatur natura. Aduertẽdum est autem cùm homo fit ex homine, an homo fiat ex forma: an non vtrunque ex vtroque coniunctè: an propterea dixerit, SI autem hoc ita est: est quoque forma natura} nempe quòd sit etiam forma in composito.

Compositũ ex materia & forma nõ ẽ natura, sed per naturã.

Forma magis ẽ natura, q̃ materia.

Entelechia qd significet apud Arist.

Præterea

XIIII Præterea autem natura quæ dicitur vt generatio, via eſt ad naturã. Non enim quemadmodum medicatio dicitur non via ad medicinam, ſed ad ſanitatem. Neceſſe enim eſt à medicina non in medicinã eſſe medicationem. Non ſic autem ſe habet natura erga naturam. ſed quod ex aliquo naſcitur, ad aliqd venit quatenus naſcitur. Ad aliquid ergo naſcit̃, non ad id, ex quo
XV eſt, ſed ad id quod eſt. Eſt ergo forma natura.

X Tertium hoc ponit argumentum, quo oſtendit naturam eſſe formam. productum eſt autẽ admodum acutè. Natura enim quæ dicta eſt natura tanq̃ enaſcentia & generatio, eſt via quæ procedit ad eius quod fit ac gignitur naturam, & in ea definit. Quemadmodum ergo in artificialibus, quicquid fit, id dicitur fieri ad quod eſt progreſſio, & non ad illud ex quo: Cùm enim ex ligno ſcamnum facit faber, nõ dicitur fieri lignum, ſed ſcamnum à fabro. F Similiter aũt etiam in naturalibus: Cùm enim aqua mutatur in aerem, non dicimus aquã fieri, ſed aerem: Ita ergo etiam quod naſcitur ac producitur, qm̃ venit ad naturam, naſci dicitur, non aũt q̃ à natura: Venit aũt ad formam. Forma ergo eſt natura. Quod autem dicitur hoc modo colligitur. Natura eſt id, ad quod tẽdit id quod fit & naſcitur. Id autem tendit ad formã & non ad materiã. Forma ergo eſt natura. Quoniam aũt nonnulla eorũ quę fiunt, non nominantur ex eis ad quæ tendunt, ſed ex eis quę formã afferunt ei quod fit, ſicut medicatio: ipſa enim ſimiliter quidẽ dicitur ex figura dictionis vt natura quæ eſt vt generatio: non tñ ſicut natura eſt via ad naturã, ita etiam medicatio ad medicinã, ſed ad ſanitatem cuius efficiens cauſa eſt medicatio: id enim cui medicatio adhibetur ſanatur: propterea diſtinxit ea quæ ſunt eiuſmodi. oſtendens naturam aduerſus naturam, quæ eſt vt via ad eam quę eſt vt finis, nõ ita ſe habere vt medicationem aduerſus ſanitatem. G Huius autem nominum differẽtiæ cauſa eſt, q̃ in plurimis quidem id quod facit ſit ęquiuocum ei quod fit, & idem nomẽ ſortitur. Calidum enim facit calidum, & quæ intercedit via eſt calefactio. In nõnullis aũt diuerſa habent noĩa, vt medicina ſanitatem. Num autẽ ſi quis pro medicatione ſanationẽ acceperit, in his quoq; ſimiliter habebit? Quemadmodum enim natura quę eſt vt generatio, via eſt ad naturam quæ eſt vt finis: natura enim eſt in qua terminantur quę naſcuntur ac producuntur: ita etiam ſanatio ad ſanitatẽ. Et eſt id quod naſcitur ac producitur materia: Illud aũt quod naſcitur ac producitur, forma, & id ad quod, nõ id ex quo. Si ergo id quod naſcitur, formã ſumit, & rurſus quod naſcitur, ſumit naturam, forma ergo eſt natura: in tertia figura facta collectione. & non ſine iuſta ratione in parte. eſt enim etiam forma non naturalis. Cùm dixiſſet aũt Ariſtoteles illud quod naſcitur, non eſſe id ex quo, ſed id ad quod, prætermiſit inferre, q̃ id in quo forma, eſt natura, propterea q̃ ſit apertum, ſubiunxit aũt concluſionem. Forma ergo eſt natura. H Cùm autem dixiſſet, EX aliquo venit ad aliquid } adiecit, VEL naſcitur } oſtendens ex aliquo ad aliquid venire, eſſe ęquale ei quod eſt, naſci ex aliquo in aliqd. Ad quod enim venit, eſt id quod naſcitur. ſed non id ex quo, neq; quod eſt vt ſubiectum, neq; quod eſt vt oppoſitum. Ambo enim ſunt ex quo.

Id quod facit ſæpe eſt ęquiuocũ ei, quod fit.

Forma autẽ & natura dicitur dupliciter. Priuatio enim eſt quodãmodo forma. An autem priuatio & cõtrarium quid ſit in abſoluta generatione, an non, poſtea conſiderandum eſt.

XI Cùm dixiſſet naturam, quæ eſt vt via, in natura & forma definere: qm̃ duplex eſt via, vna quidẽ à priuatione in formã, altera verò à forma in priuationẽ, duplex etiã fuerit eiuſmodi natura quæ eſt per viã. Quare duo ſunt etiam fines, hic quidem forma, illę verò priuatio. Si ergo E finis eſt forma & natura, quõ fuerit priuatio finis, quę eſt formæ oppoſita? Præterea elementa eorum quæ ſunt in generatione materiam poſuit & oppoſita. Quoniam ergo alterum oppoſitorũ nunc poſuit naturã, in promptu erat dubitare quõ ambo quidem ſint cauſę, natura verò alterum. Quocirca priuationi quoq; tantũ naturę, quantum formæ impertijt, dicens. Priuatio enim eſt quodam modo forma. Eſt autem quodãmodo forma, vel vt quæ diſtinguatur à ſubiecto. qm̃ enim ſit in ſubiecto tanq̃ forma, ipſa quoq; ſit quædam forma ac figura ſubiecti: accidentia enim ſunt quodãmodo formæ eorum quibus accidunt: Vel quòd nõ abſolutè abſentia eſt priuatio, ſed in ſubiecto: Formæ ergo illita & veluti colorata quædam adumbratio, eſt quæ eſt ad eam aptitudo: Quocirca etiã ſubiectum quodãmodo afficit, quod quidem eſt formę proprium: Vel quodãmodo eſſe forma dici poſſit priuatio, ſed non omnis, verùm ea quę cõſideratur in eo quod eſt deterius contrariorũ. Id enim eſt forma ſub priuatio- F ne, vt oſtẽdit in libris de generatione. & eſt priuatio quę ita ſumitur, forma. Iam verò etiam alterutrũ ex cõtrarijs, vtrumuis ſumptum fuerit, aiunt eſſe alterius in illis priuationem. Si ergo priuatio dicatur eſſe forma quodãmodo & natura, quæ eſt aliud à ſubiecto & materia, etiam ſi in illa eſſe habeat: dici poſſunt eſſe natura etiã ea quę ſunt in priuatione, ſed non vtiq; etiam ſm naturam. qm̃ finis, & id quod ſubiectum appetit, id eſt ſm naturam: Formã autẽ appetit: Quocirca id etiam quod eſt natura, eſt amplius, q̃ id quod eſt ſm naturam, propter priuationem.

Priuatio quomodo ſit quodãmodo forma.

In priuatiõe q̃ ſunt, natura ſunt, ſed non ſecundũ naturam.

Sed quõ via quę eſt ad priuationem, dici poteſt natura, cùm non ſit enaſcentia, vt ita dicã, ac productio. eſt enim interitus, & nõ generatio. Vel q̃tenus priuatio eſt quodammodo forma, ea ratione & ipſa eſt natura, & quæ ad ipſam via ducit, eſt natura. Sed ſi priuatio eſt quodãmodo forma, ex forma videlicet fiet forma. & non eſt vtiq; ſuprema repugnantia formæ & priuationis, vt in primo libro dictum eſt. Cæterum q̃ etiam ſi ex forma fiat for- G ma, nõ tanq̃ ex forma fiat, ſed tanq̃ ex priuatione, & ex eo quod non eſt tale, ſed vt ſit, natura aptum eſt: clarum eſt, & in primo libro definitum eſt. Si autem priuatio quoq; eſt quodammodo forma: nõ vtiq; formæ amplius opponetur ſolummodo vt priuatio, ſed ẽt vt cõtrarium. Earum enim quæ ſimul eſſe nõ poſſunt formarum oppoſitio, eſt vt contrarium, & non vt habitus ac priuationis. Quod ſi ita eſt, quæuis generatio non ex eo ſolum quod non eſt tale, ſed etiam erit ex formis contrarijs. Quod ſi ita eſt, vel non erit generatio ſubſtantiæ, & erit quæuis ſubſtantia ingenita & ab interitu aliena: licet ea quæ eſt propriè ſubſtãtia ex eius ſententia, ea eſt autẽ indiuidua, gignatur & intereat in rebus naturalibus, & ea quę eſt propriè generatio ſit mutatio in ſubſtantia: vel ſi gignatur ſubſtantia, ex contrario eam quoq; gigni neceſſe eſt: Ei autẽ videtur ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium. Hanc ergo quæſtionẽ, num ſi priuatio dicatur quodãmodo forma, erit priuatio in ſimplici ſubſtãtia quæ eſt forma quę- H dam contraria, an nõ ſit, de qua vtrinq; dubitatur, differt in præſentia. Etenim ſiquidẽ non eſt, qm̃ generatio quęuis eſt ex cõtrario, tolletur ſubſtantiæ generatio, quæ ex eius ſententia ſola eſt propriè generatio. Si eſt aũt generatio ſubſtantiæ, eſt aliquid ſubſtantię contrarium, quod quidem negauit in prędicamentis. Soluit autẽ alibi has dubitationes, dicens eſſe quidẽ ſubſtantiam, cuius generatio videtur, vtrunq; ſimul coniunctum, quod conſtat ex materia & forma. eam autẽ non abſolutè ſed in aliqua re fieri. Quod enim ad ſubiectum quidẽ attinet, eſt ingenita: Materia enim neq; gignitur, nec interit, vt oſtendit in fine primi libri. Gignitur aũt per vtrunq; ſimul cõiunctum, hoc eſt ſubſtantia per formam quæ eſt in ſubiecto, nempe materia. Queadmodum autẽ habet ſubſtantia q̃ gignitur, ita etiam eſt ei aliquid contrarium, non quatenus eſt ſubiectum, ſed quatenus in ſubiecto forma eſt. Ea ergo rõne eſt ei aliquid contrarium, non quatenus eſt ſubiectum,

Priuatio opponitur formę nõ ſolum vt priuatio, ſed etiam vt cõtrarium.

An ſi priuatio ſit quodã mõ forma, erit quis ſubſtantia ingenita.

Subſtantię nihil eſt contrarium, quatenus eſt ſubiectũ, ſed quatenus eſt in ſubiecto.

subiectum, sed quatenus in subiecto. Igni enim, quaten⁹ quidem est utrunq; simul coniunctum, & eiusmodi substantia, nihil est contrariũ, sed quatenus est forma. Nam per caliditatem & siccitatem, & motum qui sursum fertur, per ea inquam, habet contraria, & per hæc est ei generatio. Cùm ergo dicit in prædicamentis substantiæ nihil esse contrarium, accipiendum est vtriq; simul coniuncto. eius enim illic solius meminit vt substãtię, eiusq; specierum ac generum. Qua de re absolutè quidem substantiæ, quatenus est substantia, nihil est cõtrarium. neq; gignitur substantia, quatenus substantia. gigneret enim ex non substantia, & eo quod non est absolutè. sed quatenus est hæc quæpiam substantia, & quatenus sunt diuersæ substantię, ea ratione est in eis etiam repugnantia. Per hoc enim fit generatio. per species autem substantiĳs differẽtiæ. In his ergo est repugnãtia.

Ex substãtia nihil gignit, quatenus ex substãtia, sed quaten⁹ hęc substantia.

» Num, inquit Alexander, ne substantię quidẽ quæ est in forma non est aliquid contrarium? Priuatio enim non est propriè contrarium, ex qua est formę generatio. aut si alterum ex contrariĳs est priuatio, priuatio quoq; fuerit contrariũ. Hęc quidem Alexander. Num autẽ non ex eiusmodi priuatione propriè est generatio, quę ex deteriori cõtrario dicitur. Et si enim ex contraria forma fit generatio: nõ quatenus forma, sed quatenus cum illa est cõtrariĳ priuatio, quæ est absentia in eo quod natura vt fiat aptum est. Id enim natura aptum est ad suscipiendum vtrunq; contrariorum. Quemadmodum enim genus cõe contraria pręcedit, ita etiã subiectum cõe illa suscipit. Num ergo alia rõne ei quæ est per formã substantiæ non est cõtrarium, quatenus contraria quidẽ in differentiarum oppositione inter se considerantur. forma autẽ non est differentia, sed differẽtiarum cum genere cõprehensio. Et sunt quidem cõtraria qualitates, forma aũt substantia. Si ergo formę nihil est contrarium: quõ fit forma? Aut ergo non gignitur, & est ingenita vnã cum materia, & vtrũq; simul coniunctum est ingenitum, & oĩa sunt ingenita: Vel omnia quæ gignuntur ac fiunt, fiunt ex cõtrariĳs.

Formarũ generatio fit p formarũ differentias.

C Num ergo ne forma quidem per se gignitur: aut interit. Ignis enim, nõ solùm quatenus est cõpositum est ingenitus, sicut prius dictum est, non solùm in materia sed etiã in forma. fit aũt per eas quæ ipsum cõstituunt differentias, in quibus etiã consideratur repugnantia. Caliditas enim, & siccitas, & sursum motus, per se quidẽ eorum nihil est forma ignis, sed ea sunt differentiæ. cùm simul autẽ concurrerint oĩa, ignem faciunt. Per eorum ergo generationem ex contrariĳs & interitum in cõtrarium, ignis & gignit̃ & interit. Ita aũt etiam in aliarum formarum vnaquaq; generatio & interitus formę per se nõ est, sed per formæ dr̃ias: cùm enim inter se altera ab altera interimitur, vna etiã forma interit, quẽadmodum ẽt dum concurrunt accedit.

CAPVT II.

XVI Voniam autem definitum est quot mo-
dis dicitur natura, postea cõsiderandum D
est in quonam Mathematicus differat à
naturali. Habet enim plana & solida corpora
naturalia, & longitudines & puncta, de quibus
XVII cõsiderat Mathematicus. Præterea aũt Astro-
logia alia est, an pars Naturalis philosophiæ. Si
est enim Naturalis Philosophi scire quid sit sol,
vel luna: eorum etiam quę per se accidunt nihil
absurdum. & maximè quod etiam videntur ĳ
qui de natura tractant, dicere de figura Solis &
Lunæ. Quinetiam vtrum terra sphæricam ha-
XVIII beat figuram, & mundus, an non. De his ergo
tractat etiam Mathematicus. sed non quatenus
vnumquodq; est finis naturalis corporis. neq;

A contemplatur accidẽtia, quatenus eis cùm sint eiusmodi, accidũt. Quocirca etiã separat. Sunt enim intelligentia à motu separabilia. & nihil refert. neq; est mendacium eorum qui separãt.

Quòd eo sit directus vniuersus orationis scopus, vt diuidat significata naturæ, qm̃ cùm ea multis modis diceretur, alius in aliquo alio significato accipiebat naturã, ipse planum fecit sic concludens orationem, QVONIAM autem definitum est quot modis dicatur natura } Illud aũt QVOT modis} dici statuit de rebus quę sunt subiecto diuersę. Sed qm̃ apertè quidem alia tradidit significata, occultauit autẽ id quod est maximè proprium, bene erit si breuiter oĩa persecuti fuerimus, tantùm pręfati, Quòd cùm naturale corpus habeat & materiam & formam & vtrunq; simul coniunctum, & sit genitum, & propterea habeat & motum qui est ad generationẽ, & ante omnia causam motus: cùm sit enim motus, aliquid est omnino XI

B quod mouet: dicitur natura quinq; modis. vnoquidem modo quæ est in vnoquoq; materia. Ea autẽ est id quod est primò incompositum in vnoquoq; rerum naturaliũ, quẽadmodum in artificialibus, in statua quidẽ est æs, in naue autem lignum. In quouis aũt corpore naturali, prima est materia, vt ita dicam inchoando ab inferioribus, siue vltimũ subiectum, vt vocant qui supernè incipiunt. Ea autem videt̃ esse natura, qm̃ oportet vniuscuiusq; naturam in omnimodis eius mutationibus eandem videri manentẽ. Est ergo natura hominis, quæ & dum dormit, & dum vigilat, & dum mouetur, & dum stat, & alias sustinet mutationes, videtur semper cerni eadẽ. Ita igitur etiam in quouis naturali corpore, quod idem remanet in omnis generis mutationibus, id fuerit natura: Remanet autem materia. Antipho aũt conatus est ostẽdere materiæ permãsionem etiam à germinatione eius quod est simile. & si germinatio magis ostendat formã fieri ex forma, quàm materiã ex materia. Homo enim ex homine

Naturã dici qnq; modis.

C & lignum ex ligno gignitur. Forma aũt est lignum, etiã si habeat ad lectum rõnem materiæ. In secundo autem significato forma dicitur, quæ est in materia. Quẽadmodum enim ex nõe artis nondum dicitur statua, nisi acceperit formam quæ est ex arte: ita etiam nondum dicitur materia ex naturali nõe, si formam non susceperit. Materia enim potẽtia solum est illud cuius est materia, quẽadmodum semen est potestate aĩal. Vnumquodq; autẽ ex eo quod actu est characterem suscipit. Id autẽ est forma. Iure ergo forma characterẽ magis habet quàm materia. In tertio aũt significato dicitur natura id quod constat ex materia & forma, quẽadmodum homo. Quẽadmodum enim substãtia dicitur tribus modis, materia, & forma, & vtrunq; simul coniunctum: ita etiã natura dicatur tribus modis. Aristoteles tamen, quod ex duobus cõstat, inquit, nõ est natura, sed per naturã. Si enim vtrũq; eorum quæ ipsum cõponunt est natura, aliud autem ab vtroq; est id quod est cõpositum, quod per illa consistit,

D non fuerit propriè natura, sed per naturã. Si autem illud, Ipsa est magis natura q̃ materia, dictum est de cõposita, vt audĳt Porphyrius, videlicet propriè quidem non est natura compositum. Neq; enim ex simplicibus quidem quicq̃ est propriè natura. Est aũt magis natura q̃ materia, quia in seipso habet formã, quæ est magis natura, q̃ materia. Et ex Antiphontis quidem definitione, qm̃ homo fit ex homine, cõpositum ex cõposito, fuerit etiã natura cõpositum. Sed hæc tria naturæ significata, sunt & cõpositum, & cõpositi elementa. In quarto aũt significato dicitur natura, ea quæ est veluti enascentia & generatio & motus per quem à producẽte oritur id quod oritur. Quemadmodum enim in veste est & id quod texit, Textor, & id quod texitur, vestis, & tertiũ textura, quæ est motus quidam ab eo quod facit ad id quod fit: ita etiã in re naturali est & id quod nascitur, & id quod pducit, & intermedia eiusmodi natura, quę est vt motus facien-

tis

tis naturæ, vt medicatio medicinę. In quinto aũt significato, quod est maximè proprium, est natura, id quod naturalibus causa est vt moueantur. quẽadmodum ars efficiens rerum artificialium, & eius motus. Quæ autẽ dicitur natura, incipit quidẽ à natura quæ est per materiam: desinit aũt in naturam quæ est per formã, reddens naturam quę est per vtrũq; simul coniunctum. Et ea quidem ratione efficiens natura cum arte habet conuenientiam. Ab ea autẽ differt, ꝙ ars quidem, cum extra sit, incipiat quidem à proprijs theorematibus seu cõsiderationibus: desinit aũt in effectum qui est ab ipsa alius: ita enim medicina desinit in sanitatẽ: Natura autem, cùm insit in eo quod nascitur, per quandã veluti enascentiam desinit in eius quod efficitur naturam, natura in naturam per naturam. nisi etiam ars per motum artificialem in artificiale quod est eiusdem formæ desinens, in hoc seruat eam quę cum natura est similitudinem. Sed in eo quidẽ ꝙ inest & est intrinsecus operatio naturæ, natura differt ab arte. Cùm autẽ multa sint significata naturę, nomen quidem magis propriè conuenit naturę, quæ est vt motus & vt enascentia ac productio. Cùm medicatione enim, & textura, &, vt semel dicam, motu, habet proportionem quãdam & conuenientiam. sensus aũt nois magis conuenit naturę quæ est propriè, quæ est vt efficiens rerum naturalium. Definitio aũt propriè conueniet oĩbus significatis, in vtrulibet sumatur. Etenim quod est quidẽ propriè natura, est principium & causa motus & quietis. Natura autẽ, quę est vt motus, est tanq̃ instrumentaria. Per eam enim efficiens natura efficit eum qui in naturalibus est motum & quietem, quẽadmodum per medicationẽ medicus sanitatem. Materia aũt & forma sunt principia eius quæ per naturã traditur operationis, tanq̃ elemẽtaria. Atq; dicit quidem Eudemus ea quoq; recipere rationẽ naturæ. Videtur enim esse principium motus & materia, & id cuius gratia. Quòd enim plũbum deorsum ire appetat, subiectam causamur materiam. Quia enim est ex materia tali, deorsum fertur. Habet autem principium motus in se ipso & per seipsum, nempe quatenus est plumbum. Forma autẽ fuerit etiã principium tanq̃ finis. Ad eam enim natura respiciens, oĩa agit & molitur quę sunt in naturalibus. Sed quõ compositum fuerit principium & causa, cùm sit solùm effectus? An hoc etiam tanq̃ finis fuerit principium. Siue enim forma in materia est compositũ, siue ex materia & forma, eius efficiens est natura, & non tanq̃ per se fit forma. Num autem cõpositum etiam vt causa efficiens motus est principium, vt quietis. si quidẽ actus, cùm sint motus, eduntur per cõpositum, & quies ab operationibus. Ignis enim substantia fuerit principiũ & causa calefactionis & motus qui est sursum. Sed hæc quidem sic habent. Mihi autẽ videtur operę pretium quærere, quõ in enumerandis naturæ significatis, maximè propriũ naturæ significatum, efficiẽtem naturalium causam pretermisit Aristoteles, cùm dixit materiã vocari naturam & formã, atq; adeò, si modo ita est, etiam cõpositum, & quãdam veluti enascentiã & motum qui est ad formam: causæ aũt quæ est vt efficiens non meminit. Ad hoc autem, vt ego quidem existimo, dicẽdum est, ꝙ cùm primùm de natura loqui cœpisset, causam efficientem propriè esse naturã tradidit, & eam definijt. Quocirca etiam cum id quod est per accidẽs exponeret, accepit medicum sibiipsi medentem, tanq̃ quęrens causam quę est per se efficiens. quod quidẽ habet proportionẽ & conuenientiam cum eo qui domum fabricatur & alia quæ laborãtur manibus. Illic ergo cùm eam quæ est propriè naturam tradidisset, hic deinceps alia nominis naturæ tradit significata. Num aũt etiam eam quæ est propriè naturam ne hic quidẽ prætermisit, sed ostendit eum dixit, A medicina quidem non in medicinã esse viam medicationem, sed ad sanitatem. naturam autẽ eam quæ est vt motus à natura in natura. Natura aũt quæ habet proportionem ac cõuenientiam cum medicina, est efficiens, & nulla alia ex ijs quæ sunt in quatuor significatis. Dicet autem, vt existimo, etiã paulo post aliquid de causa efficiẽte, cùm causas distinguit. Sed quõ quæ de natura dicta sunt finem habere vidẽtur, bene habuerit si orationẽ denuo repetamus, & quęramus quænã sit natura ex sententia Aristotelis, et quãnam vim habeat in ijs quę sunt. Pulchrè enim ab eorum quæ sunt natura differẽtia inuenit ipse ea quę non sunt natura. Ita enim aĩam & ipse & Plato inuenit, ex differentia animatorum ab inanimis, cùm dixit in Phœdro. Quoduis enim corpus, cui inest vt moueatur extrinsecus, est inanimatum. Cui autem vt intrinsecus, ipsum ex seipso, aĩatum, vt pote ꝙ hęc sit natura animæ. Quinetiã in legibus, Quod intrinsecus mouetur, inquit, viuere dicimus, & in hoc animatum differt ab inanimato. Quod quidem Aristoteles in secundo de Anima ijsdem propè verbis dixit. Dicimus ergo, principium sumentes considerationis, animatum quidẽ distinctum esse ab inanimo, eo ꝙ viuat. Quæ non sunt autẽ natura, sunt duplicia. Alia quidem supra naturã, vt quæ sunt materiæ expertia, incorporea, & quæ separari possunt à corporibus, in puris locata formis. Alia autẽ deteriora naturalibus, vt quę fiunt ab arte humana, quemadmodum lectus & vestis, & quæ sunt eiusmodi corporea materia prędita. Commune aũt est & ijs quæ sunt supra naturã, & ijs quæ sunt post naturam, vt ex seipsis immobilia sint & immutabilia, & illa quidẽ præstantiori quadam rõne, hæc verò deteriori. Naturalia igitur cùm sint inter vtraq; media, propterea quod sint subter q̃uis immaterialem & incorpoream substantiam, materia sunt prædita & corporea. propterea autẽ ꝙ ab humana arte nõ fiant, sed veluti à seipsis enascãtur & germinent, cùm non sit sensui aperta opifex eorum causa, appellantur naturalia. Per eam autẽ quæ est ab vtrisq; differentiam, habent principium in seipsis motus & mutationis. Iure ergo hunc naturæ & substantiæ characterem tradidit Aristoteles, ꝙ eam velit esse principium motus & mutationis, & quietis quæ hanc terminat mutationem. Cęterũ anima quoq; est principiũ motus & mutationis animatis corporibus, ex sententia Platonis & ipsius Aristotelis. Quę est ergo differentia? Quòd enim vltima anima, quæ vegetans dicitur, ex sentẽtia Aristotelis alia sit à natura, prius quoq; dictum est. dicatur autem nunc etiam. Etiam si sæpe naturam vocent vegetantem animam, vt quæ propè accedat ad naturam: quæuis aĩa etiam vltima ab ipso dicta est, pficiens actus naturalis corporis instrumentarij. Quare naturã quoq; habenti corpori adest vegetans anima, quæ est alia scilicet à natura. Sed nec sola instrumẽtaria corpora sunt natura prædita, sed ea etiam quæ similarium sunt partium: & quatuor elementa. Præterea autem animata quidẽ dicimus, quę causam habent in seipsis vt alantur & augeantur & gignant similia: Naturalia autem sunt etiã quæ non sunt huiusmodi, vt lapides, & alia metalla, & mortua corpora, & quæ sunt simplicia. Præterea aũt quoduis corpus est natura præditũ, tam & artificialia, vt corpus statuæ naturale est, sicut lignum lecti. non est aũt omne corpus animatum. Quamobrem neq; fuerit anima natura. Patet aũt naturam esse vegetante anima deteriorem, si quidẽ vt materię forma, corpori naturali accedit eiusmodi anima. Quomodo ergo tradidit Aristoteles eius ab anima differẽtiam? Ego quidem existimo & illud In quo est, ad hoc sufficere, & id quod deinceps apertius dictũ est, nempe esse in subiecto naturã. Quæuis enim anima quæ propriè habet mouendi facultatẽ, exempta est ac separata ab eo quod mouetur. Si hoc aũt non sufficit ijs qui & vegetantem aĩam, & eam quę est expers rõnis inesse dicunt in subiectis corporibus: illud quidem certè sufficiet, quod est maximè proprium & ad naturalem intelligendam substãtiam, & ad eam ab animã discernẽdam. Principium enim motus non sic dicit Aristoteles naturã corporibus, vt & ipse & Plato dicunt animam. Anima enim est mouẽdi corpora

facultate

Natura quonam in re habeat cũ arte cõuenientiã, & in quo differat.

Naturę quãnã sit magis proprium significatum.

Naturę definitio conuenit oĩbus naturæ significatis.

Compositũ quõ sit principiũ & causa, cum sit effectus.

Efficiẽtẽ naturaliũ cãm, quõ pretermiserit Aristo.

Aĩam quõ inuenerint Plato & Aristo.

Aĩati differẽtia ab inanimato.

Supranaturalia materia expertia.

Artificialia sunt post naturam.

Inter supranaturalia & artificialia natura collocatur media.

Aĩa quõ differat à natura.

Principium motus aliter anima, aliter natura.

facultate prædita, ex vtriusq; sentẽtia. Natura autem est
priocipium motus, nõ eo q̃ moueat, sed eo quod mouea
tur. & quietis, non eo q̃ quietem afferat, sed eo q̃ quie-
scat. Quãobrem noo dicũtur naturalia à seipsis moueri:
possent enim, inquit Aristoteles, etiã seipsa sistere, si pos
seot seipsa mouere: sed videtur quædã ad hoc vt mouean
tur & ornentur aptitudo è loco inferiori veluti sursum
enasci, & ingenita quadam sua propensiooe causas quæ
ipsa exornẽt accersere. Si esset enim principium motus,
vt quæ aliquid moueret, in eo nõ differret ab aĩa, & à pri

Corpa p se genita mortua p naturã habẽt quandã vitæ speciem.

mò mouente causa. Sed qm̃ corpora, quę à substãtia, quę
& diuisionis & dimensionis est expers: & à vita, quæ est
in ipsa essentia, sunt procul remota, p se genita sunt mor
tua, & minimè spirantia, & ad quãuis vitam refrigerata:
extremam quandam in seipsis vitæ speciem habuerunt,
quæ ex potestate est & aptitudine: hanc, inquam, quam
vocamus naturã. per quam & quæ sunt mortua moueri
possunt, & mutari, atq; adeò idipsum enasci: & cùm sint
inter se patibilia, quodammodo operari. Non sunt enim
eorum operationes syncerę, sed patibiles. Quamobrem
quęcunq; sunt naturalia, ea mota mouẽtur. Atqui quod
est propriè immobile, ipsum mouet, vt ait Aristoteles.
Quòd aũt principium motus, non q̃ moueat sed q̃ mo
ueatur, naturam definiat Aristoteles, hic quidẽ ostendit
Aristoteles dicens, Vt pote q̃ sit natura principium ali-
quod & causa vt moueatur et quiescat: Et q̃ natura est in

Quod est in subiecto, nõ est ppriè principiũ qđ mouet subiectũ.

subiecto: quod aũt est in subiecto, nõ fuerit propriè prin
cipium quod moueat subiectum. In vltimo quidẽ libro
huius operis, loquens de quatuor elemẽtis, Quòd igitur
nihil, ioquit, horum seipsum moueat, clarum est sed ha-
bet principium motus, nõ vt efficiat neq; vt moueat, sed
moueatur. Quocirca quærit etiam à quonam moueanť
elementa, nempe quòd ipsa non mouẽatur à seipsis. Hoc
enim vult esse proprium aĩalium anima prẽditorũ, quam
definit principium moueodi facultate præditum. Quin-
etiam ante hoc dictum similiter quoq; dicit esse natura
mobile id quod est potestate præditum Qualitate, aut
Quantitate, aut Vbi, cùm habent io se tale priocipium,
dicens scilicet naturam. Io secundo aũt de cœlo hæc scri
» bit. Io nullo eoim ex inanimatis videmus vnde sit prin-
» cipium motus. Alia enim omnino non mouentur: Alia
» autem mouentur quidẽ, sed noo omni ex parte similiter.
» quẽadmodum igois quidem sursum solũmodo, & terra
» ad medium. Si sunt ergo naturalia quatuor elemẽta, &

Natura quõ dr efficiens.

nõ habent in seipsis vnde sit priocipium motus, hoc est,
causam quæ mouet: videlicet noo sic dicitur principium
motus natura quæ est moueodi potestate prædita, sed vt
quæ sit principium vt moueatur. Si est aũt eiusmodi na
tura vt id quod est potestate, & aptitudo quæ est ad id vt
moueatur, quõ vbiq; naturã dicimus efficientem: & ipse
Aristoteles eam habere cum arte ꝓportionem quãdam
& cõuenientiam dicit io hoc libro: & in fine ostendit na
turam facere alicuius gratia: & quod illic dicitur cooclu
» dens, Quod ergo, inquit, sic causa sit natura, vt gratia ali
cuius, clarum est: in primo autem libro de cœlo cum diui
» na factura facturã eius apertè cõiungens, Deus, inquit,
» & natura oihil temere faciunt. Ad hoc autem, vt puto,
dicendum est, q̃ quicquid fit: & fit ex aliquo subiecto,
quod potestate est id quod futurum est: & ab eo quod fa-
cit, quod actu est. & vtroq; opus est vt oriatur effectus.
Et ideo natura, & si sit aptitudo subiecti, dicitur efficere,
vt quæ ad opus perficieodum cõferat. Et cùm dicit eam

Natura quõ faciat alicuius gratia.

facere alicuius gratia, hoc dicit q̃ generatio rerum natu-
ralium finem spectet prẽfinitum, & nõ casu, aut fortefor
tuna fiant, sed aptę sint natura, vt sic fiant, vt fiunt. Dicit
ergo in hoc libro q̃ in quibus est finis aliquis, eius gratia
fit alterum, & quod est deinceps. Ergo vt agitur etiã na
» tura aptum est, & vt natura aptum est, ita agitur vnum-
» quodq;, nisi quid impedierit. Vides ergo eum natura
aptum esse dicere id quod est naturale. Et si ergo dicit
Deum & naturam nihil temere facere, sic dicit, nempe

A q̃ hæc quidem è loco inferiori præbeat aptitudinem, ad
finem, bonũ scilicet, respicieotem: ille aũt quod actu tale
est è loco superiori illuminet. Sed Aristoteles quidem
sic ex eorum quæ sunt natura differẽtia ab ĳs quæ natura
non sunt, inueoit naturę substantiam: Antiquiores autẽ
videntur ipsi quoq; de natura talem habuisse sentẽtiam,
vt quæ consideraretur ex aptitudine, quæ est ad motum
singulorũ, per quem res naturales characterẽ suscipiuot.
Cùm aũt res oẽs naturales habeant formã & materiam,
alĳ quidem talem potestatem tribuerunt materiæ: dicen
tes quidem naturã, per quam naturalia natura apta sunt
vt mouẽatur: videntes aũt maximè moueri per materiã,
sicut lectum per lignum: Alĳ aũt dicentes naturam, per
quã habeot quod sunt res naturales, qm̃ forma est vnius-
cuiusq; character, per quem & vnumquodq; consistit, &
dicitur esse id quod est, propterea formam dicebant esse
naturam. Per hanc enim de natura seoteotiã, quæ est per

Deus aĩa & mẽs qõo vocenť natura.

vniuscuiusq; characterem, eius etiam oomine vtimur in
B oĩbus: & animæ & mentis atq; adeò ipsius Dei naturam
ooo recusantes dicere. Sed Aristoteles neq; per se mate

Naturã quid ꝓpriè vocet Aristoteles.

riam censuit esse dicendam naturã: Subiectum enim im-
becillum per se est materia: oeq; formã: ea eoim est natu-
ralis, non natura: sed aptitudioem ad proprium & cooue
nientem motum, & mutationẽ materię, cùm ab hac for-
ma io hanc mutatur, dixit esse naturã. Formæ enim amis
sio & assumptio fit per naturalem materię aptitudinem.
Quinetiam forma ex sua ipsius natura & fit ex opposita,
& genita seruatur. Et mouetur & id quod patitur & id
quod agit, magis aũt id quod operatur patibiliter. Qua-
re et materia & forma sunt quidẽ naturalia, neutrum aũt
est natura. Similiter aũt oeq; cõpositum. Forma aũt ma-
gis fuerit natura q̃ materia, propter characterem & po-
testatem. Atq; etiam cõpositum magis q̃ materia, ꝓpter
formam. quandoquidem tunc demum omnino naturale
fit hoc vel illud, cùm formã susceperit: materia enim ne-
quit per se definiri. sed cùm natura sit aptitudo ad formæ
C substantiã, iure quidem est ante formã, cùm sit potestate
in materia. prius autem in seipsa formã ostendit, cùm sit
eius natura, & veluti quædam enascentia & germinatio

Natura ẽ vita vltima. Prima vita quęnam sit.

ex materia. Vnde etiam rectè dicunt, qui naturã dicunt
esse vitam vltimã. Quemadmodum eoim quæ est ab eo
quod primum est veluti quædã ebullitio ad discernendã
formalem substantiam, & ab eo quod est esse ad operan-
dum secessio, prima est potestas & prima vita, quę cõsti
tit ex primo motu eius quod est: Ita quę est ex materia,
materialis formæ enascentia, & qui est ad ipsam motus,
qui considerať io eo quod est forma potentia, est vltima
potestas & vita vltima. & ideo superius quidẽ, id quod
est, est supra vitam: inferius autẽ materia post naturam.
Superiores enim causæ progrediuotur vltra inferiores.
Vita aũt cùm sit formæ natura, oon solũ est eius enascen
tia, sed etiam iam factæ cõprehensio & excitatio ad hoc
vt agat & patiatur ea, ad quæ natura apta est. POSTEA
autem cõsiderandum est in quo nam differat Mathema
D ticus à naturali.} Iure quidem vult ostẽdere differentiã
Mathematici à philosopho naturali, qm̃ videtur in ĳsdẽ
versari. Versatur enim naturalis philosophus in corpori
bus oaturalibus. Ea aũt habent plana & solida, & longi-
tudines et puncta, de quibus considerat Mathematicus.
& fuerit Mathematica, pars Naturalis philosophię, quę
ipsa quoq; res cootemplať naturales. Similiter aũt tra-
dit etiam differentiã Naturalis philosophiæ ab Astrolo-
gia: & maximè qm̃ etiam io ĳs quæ mouentur versatur
Astrologus quemadmodum naturalis Philosophus, &
noo in imobilibus, quẽadmodum Geometra. Quare de
ĳsdem videnť dicere & Astrologus & Naturalis philo-
sophus. Et si eoim oaturalis philosophus differit de sub-
stantia astrorum, Mathematicus aũt de ĳs, quæ eis acci-
dunt, vt pote eorum motu & figura & magnitudine, &
de ea, quę est inter seipsa, & terram distãtia, Physicus tñ
de ĳs quoq; differit. Absurdũ est enim eum illa ignorare
qui

qui eorum quæ ſunt natura videtur cõſideraſſe. Atq; videtur quidem etiam ij qui de natura tractarunt, de Solis & Lunę figura dicere, & q̃ ſphæricę figuræ terra & vniuerſus mundus ſit oſtendere. Quinetiam ipſe quoq; in libro de cœlo, & Plato in Timęo de his demõſtrarunt, naturalibus vſi demonſtrationibus. Si ergo Phyſicus quidem & de ſubſtãtia aſtrorum, & de ijs quę ipſis accidunt conſiderat, Aſtrologus aũt conſiderat de ſolis accidentibus, Naturalis philoſophiæ ps poſſit videri Aſtrologia. Tam propè ergo ad Naturalē accedũt Philoſophiam & Mathematica & Aſtrologia. & ideo oportebat earũ tradere differentiam.

Mathematicus in q̃ differat a Phyſico.

Differt aũt Mathematicus à Phyſico, primòm quidē q̃ Phyſicus non dicit ſolùm de ijs quę accidunt Phyſicis, ſed etiã de materia, cùm Mathematicus de materia minimè ſit ſolicitus. Deinde etiã de accidentibus, de q̃bus ambo dicunt, non eodē modo dicunt. Sed Phyſicus quidē dicit de planis lineis & ſignis, tanq̃ de finibus corporis naturalis & mobilis. Mathematicus aũt innatum motum ſibi nõ vendicat: neq; aſſumit tanq̃

F

fines naturalis corporis: neq; eſt ei ſubiectum naturale ſolidum, ſed id ſolum, quod triplicem habet dimēſionem, vt ſi ea per ſe eſſent eiuſmodi. verſantur enim in ijs quæ ſeparari poſſunt intelligẽtia, Quocirca ea etiam ſeparãt, & nihil falſi ſequitur. Poſtq̃ enim ea ſeparauit intelligẽtia à naturalibus corporibus & omni motu, ita ea quæ ijs ſic poſitis accidunt conſiderat. Quare ſi neq; tanq̃ de naturalibus, neq; vt de ijs quæ inſunt naturalib⁹ dicit, neq; Phyſicus fuerit Mathematicus, nec Naturalis philoſophię pars eſt Mathematica. ſed neq; Aſtrologia. etenim

Aſtrologus in quo differat a Phyſico.

ea quoq; conſiderat quæ accidunt naturalibus, ſed non quatenus accidunt naturalibus, ſed cuiuſmodi ſunt quæ figura ſunt p̃dita & quæ mouent corpora. Quare Aſtrologus quoq; etiã ſi dicat de ijs quæ per ſe inſunt corporibus naturalibus, ſed non quę ti quatenus ea inſunt tanq̃ naturalibus, neq; tali naturæ tales figuras motus & magnitudines conuenire oſtendit. quēadmodum in cœleſti corpore Phyſicus quidem oſtendit id eſſe ſphæricum: q̃

G

id ſolum ex ſolidis figuris ſit primum & ſimplex & perfectum & vniforme. Quæ ſunt enim rectilinea, ſunt ex pluribus cõpoſita & ſecunda. & ideo id cõuenire primo corpori, vt demonſtrat Ariſtoteles. Aſtrologus autē ex ijs quorum æqualis eſt ambitus in ſolidis eſſe ſphærã longè capaciorem. Ita ergo paucis oſtendit Ariſtoteles naturalis contemplationis differentiam à Mathematica &

Phyſici & Aſtrologi differẽtiæ ex Gemino.

ab Aſtrologia. Alexãder autem quandam Gemini dictionem ſtudioſe ac diligenter adducit ex cõpendio Meteteologicorum Poſſidonij, quę quidē argumenti occaſionem ſumpſit ex Ariſtotele. Ita autē habet. Naturalis quidem contemplationis eſt conſiderare de ſubſtantia cœli, & aſtrorum, & facultate, & qualitate, generatione, & interitu. atq; adeò de eorum magnitudine figura & ordine poteſt oſtendere. Aſtrologia aũt de nullo conatur eiuſmodi dicere. demonſtrat autē ordinē cœleſtium, verè mundum cœlum eſſe oſtēdens. Quinetiam dicit de

H

figuris, magnitudine, & diſtantijs Solis & Lunę. & de aſtrorum defectibus & coniunctionibus. & de qualitate & quãtitate quæ eſt in eorum motibus. Vnde q̃m attingit de contemplatione quę eſt in quantitate & qualitate in figura, ea ratiõe Arithmetica, & Geometrica meritò opus habuit. & de quibus ſolum pollicebatur ſe redditurum rõnem, per Arithmeticam & Geometriã ea conatur confirmare. Sæpe ergo idem caput demonſtrandum p̃ponet & Aſtrologus & Phyſicus, vt, verbi gratia, magnum eſſe Solem. terram eſſe rotundam. neq; t̃n ijſdem vijs ingredientur. Hic enim ex ſubſtantia, vel poteſtate, vel q̃ ſic melius habeat, vel ex generatione & mutatione ſingula oſtēdet. Ille autem ex ijs quæ accidunt figuris vel magnitudinibus, vel ex quantitate motus, & tēpore quod ei cõuenit. Et Phyſicus quidem videbit ſæpenumero cauſas, ad efficientem poteſtatē reſpiciens. Aſtrologus autem cùm demõſtrat ex ijs quæ extrinſecus acci-

E

dunt, nõ eſt ſatis idoneus contēplator ſubſtantię. quēadmodum qui ſphæricam terram vel aſtra tradit. nõnunq̃ autem ne cauſam quidem accipere deſiderat, vt cùm de eclipſi diſſerit. aliq̃ſ autem per poſitionem inuenit, tradens quoſdã modos, qui ſi ſint, ſeruabuntur ea quæ apparent. quēadmodum cur inæqualiter Sol & Luna & Planetę videãtur moueri. q̃m ſi poſuerimus circulos eorum eccentricos, vel aſtra quæ circũaguntur in epicyclo, ſeruabit quæ apparet eorum inæqualitas. & oportebit perſequi quot modis fieri poſſit, vt ea quę apparent, efficiãtur. adeò vt errantium aſtrorum tractationē aliquo modo cõtingat incidere in reddendarum cauſarum rõnem. & accedens quiſpiam, ait Heraclides Ponticus, dicebat q̃ ſi aliquo modo moueretur terra, Sol aũt aliquo modo maneat, poteſt ea quæ in Sole apparet ſeruari inęqualitas. In ſummã autē non eſt Aſtrologi ſcire quid ſit natura quietum, & quænã ſint mobilia. ſed poſitiones introducens: horum quidem, manentium: illorum verò, quæ

F

mouentur, conſiderat quaſnã poſituras conſequentur ea quę in cœlo apparent. Sunt autem ei ſumenda à Phyſico principia, eē ſimplices æquales & ordinatos motus aſtrorum, per quos oſtendet eſſe circularem eorum omnium choream, dum alia quidem mouētur per parallelos, alia verò per obliquos. Sic quidem Geminus, ſiue qui eſt apud Geminũ Poſſidonius, phiſiologiæ & Aſtrologiæ tradit differentiam, ab Ariſtotele ſumpta occaſione. In dictione autē dicit, id eſſe abſurdum, q̃ nihil eorum quæ per ſe naturalibus accidũt norit Phyſicus. & meritò. q̃m neceſſe eſt eum qui aliquid rectè nouit, & quæ ſunt eius propria, & propinquas noſſe differētias. Si hæc enim nõ ſciuerit, nec ſciet quidem an differat ab ijs quę ſunt eiuſdem generis. Hoc aũt qui neſciuerit, quæcunq; ſunt eiuſdem generis, eadē eſſe inter ſe exiſtimabit. quare contingere poterit, vt etiã contraria. Si ergo figurę & magnitudines & tales aſtrorum motus ſunt proprij diuini corporis, neceſſe eſt etiam eos noſſe Phyſicum. In vſu autē

G

nominum notandum eſt q̃ videatur nunc, Mathematicum, vocare Geometram. Is eſt enim qui habet plana et ſolida & longitudines & puncta, quãuis ea quæ eſt propriè Mathematica, & Arithmeticã & Aſtrologiam ſeu Sphæricam, & Harmonicam ſeu Canonicam cõtineat. & nomen Aſtrologię, cum Apoteleſmatica, hoc eſt quę ea quę ſunt euentura prædicit, nõdum ad Græcos peruenisset, vt eſt veriſimile vſurpabant in ea quæ nunc vocat Aſtronomia. Recentiores aũt diuiſo nõe, eam quidem quæ motus cœleſtium cõſiderat, vocant Aſtronomiam: eam autē quæ verſatur in ijs quæ ex eis eueniunt & efficiuntur, propriè nominant Aſtrologiam.

Mathematica quas ſub ſe ſcientias contineat.

Aſtrologię & Aſtronomię dña.

Se hoc autem facere non animaduertunt ij XIX
etiam qui ideas dicunt. Separant enim natura-
lia, quæ Mathematicis minus ſunt ſeparabilia.
Hoc autē clarum euadet, ſi quis conetur dicere
H vtrorũq; definitiones, & ipſorum, & eorũ quæ
accidũt. Par enim & impar, rectum & incuruũ,
& præterea numerus, linea, & figura ſunt ſine
motu: Caro autē & os & homo, non vtiq;. Sed
hæc quidem ſicut naſus ſimus, nõ autem vt in-
curuum dicuntur. Declarant aũt ea etiam quę XX
ſunt Mathematicis magis naturalia, quēadmo-
dùm perſpectiua, & Harmonica, & Aſtrologia.
Plane enim contra quodãmodo ſe habent atq;
Geometria. Geometria enim conſiderat lineã
naturalem, ſed nõ quatenus eſt naturalis: Per-
ſpectiua autem lineam quidem Mathematicã,
ſed non quatenus eſt Mathematica, ſed quate-
nus eſt naturalis.

Poſtq̃

XIII Postq̃ dixit Mathematicos ea quæ substantia separari nequeunt separãtes per cogitationem, de eis ita verba facere, quoniã à corpore naturali tres dimẽsiones abstrahunt, & à tribus duas, sumentes per se superficiem, & à duabus vnam, cùm de linea diligentius inquirunt: se hoc facere non animaduertere dicit eos qui Ideas dicunt, vel potius etiã facere aliquid absurdius. Mathematici enim lineas & supficies & quæ sunt huiusmodi separant à corporibus naturalibus. quę etiam si substantia separari nequeant, si separenť tamen intelligentia, nihil habent consequens quod fieri nõ possit. Hi autem formas conantur separare naturales, quẽadmodum hominem, et carnem, & quæ sunt eiusmodi. quę Mathematicis sunt minus separabilia. Illud aũt, Minus, videtur dicere Philosophus vt cautius loquatur, & si ea nullo modo vellet ne intelligentia quidem posse separari. Tradit autem regulam eorum quæ separari possunt intelligẽtia, & eorum quæ nequeunt. Etenim cùm ea quæ separamus definientes, in definitione illa non assumimus à quibus ea separamus, B nec illa cogitatione simul versamus & circũferimus, sed ipsa per se definimus & cogitamus, quẽadmodum Mathematicum corpus definientes, dicimus id quod tres habet dimensiones, materiam vel motum naturalis corporis nequaq̃ vnà circũferentes: & superficiem quæ solam habet longitudinem & latitudinem: & in numeris similiter: tunc ea cogitatione & intelligentia dicimus esse separabilia. Cùm autẽ nobis definire volentibus ea quæ separantur, vnà etiã illa omnino apparent à quibus separantur, & nec seorsum quidem possunt absq; illis cogitari, tunc & cogitatione & intelligentia dicimus illa esse inseparabilia. Talia autem sunt & caro & os & hõ. nõ solum enim vnumquodq; ex ijs est & naturale & materiale, & vtrũq; simul coniunctum, sed etiam cogitatione cõprehenditur, tanq̃ compositum. & differentiam ostendit in figura, quæ aliquãdo quidem per se potest cogitari, cùm per se dicit̃, vt incurua vel potius concaua figura, aliquãdo autem non potest vt in simo. Simitas enim est concauitas, sed non quæuis, verùm ea quę est in naso concauitas. Quamobrem simitas absq; naso cogitari non potest. C & cùm definitionẽ tradimus, dicimus simitatem esse in naso concauitatem. Si ergo etiã cùm hominẽ definimus, dicimus esse animal præditum ratione mortale: quod in idea dicitur hominis exẽplar, vel cum sit aliquid aliud, homo dicitur, & nec in substantia nec in eius exemplari vllam cum homine naturali habuerit cõuenientiam: vel si ipsum quoq; erit animal præditum ratione mortale, & qui hic est homo, ab ipso habet vt sit eiusmodi, propter eam quæ est cum ipso similitudinem: illud quoq; necesse est intelligi cum motu & cum corpore. Animal enim est substantia animata, sentiendi & per locum mouendi potestate prædita. Quomodo ergo fuerit quod illic est animal, vel quomodo mortale, est vel fingere difficile, vel quomodo sint omnino naturalia materialia & in motu, vt caro & os & homo, & vnũquodq; ex alijs. Quòd D autem non possint omnia separari à naturalibus, per hoc etiam ostendit, quòd ex disciplinis Mathematicis, licet ad separandum suapte natura aptę sint, eæ tamen quæ sunt paulo magis naturales & motu vtentes, cuiusmodi sunt perspectiua & harmonica & Astrologia, sensibus & subiectis quæ mouentur iam vtentes, non possint ea separare à materia. Perspectiua enim sumit lineas, sicut etiã Geometra. & Harmonica rationes Arithmeticas, sesquioctauam, sesquialteram, sesquitertiam & duplam, quemadmodum Arithmetica. & Astrologia orbes & circulos sicut etiam sphærica. & tamen ipsæ ea non possunt separare à naturalibus, & ijs quæ mouẽtur, & à materialibus, quemadmodum illæ separant, & per se definiunt, & vtuntur vt separatis. quanquam perspectiuus quidem principia sumit à Geometra: Harmonicus autẽ ab Arithmetico: Astrologus verò à sphærico. & ij ipsis subsunt, vt Medicus Physico. Quòd autẽ nec perspe-

Separari q̃ nã possint intelligentia.

Quænã sint ea q̃ nõ possunt separari

Perspectiua harmonica, & Astrologia non separant a materia.

A ctiuus, nec Harmonicus, nec Astrologus, possit separare à naturalibus ea quæ sunt sibiipsis subiecta, clarũ euadit cùm vnusquisq; ad vsum deducit̃, vt is qui operatur cõsideratus. tunc enim ẽt contrà quodãmodo se habent aduersus magis principales. Geometra enim considerat lineam naturalẽ, quæ est vt finis, sed non quatenus est naturalis. Perspectiuus aũt Mathematicam quidem sumit lineã, nempe tanq̃ longitudinẽ expertem latitudinis, sed nõ eam cõsiderat quatenus est Mathematica, sed quatenus est naturalis. Quòd autẽ sumat Mathematicã, perspectiuę ostẽdunt descriptiones. Si ergo lineę, numeri, & circuli, & si ex rõne suapte natura apti sint vt separentur, non semper possunt separari: quãto magis naturalia ipsa & cõposita, quorum tanq̃ compositorum & naturalium traduntur definitiones? Hæc rectè dixit Aristoteles aduersus vulgares de Ideis notiones, quæ eorum quidẽ quę illic sunt nihil omnino sentiunt, formas aũt materiales ne perfectè quidẽ materia exuentes, in opifice mente B prius esse, visione apprehendunt, omnium, vt semel dicam, quæ hic sunt, & eorum quæ cum materia cõsiderantur, & cum modo eorum quæ hic sunt substantię sumuntur, ideas esse putãtes, atq; etiam similitudinẽ, non tanq̃ imaginum ad exẽplaria, eorum quæ hic sunt ad illa, sed tanq̃, si dici possit, identitatẽ esse existimantes. Etenim reuera si homo est hic qui est materialis, qui sensu & motu vtitur, & est corporeus, & mortalẽ habet suã ipsius cõstitutionem, illic hõ non fuerit. Si autẽ genita quidẽ sunt quæ hic sunt: quod aũt genitum seu factum est, à causa factum sit necesse est, & nõ solum cõi, sed definita, & quæ hoc quidpiam ferat: oportet in mente opifice oĩno prius esse distinctas eorum quæ fiunt per formã causas, quemadmodum in domus ædificatore aliam quidem artificẽ parietis rõnem, aliam verò tecti. Hinc autẽ illuc nomina transferentes, si vt definitas eorum causas, & quæ hãc illic habent rõnem quam hic habent effecta, eisdem nominibus appellemus, non est absurdum, vt ego quidem C sentio. Nam ipse quoq; Aristoteles duplicẽ esse dixit ordinem, vnum quidẽ in mundo, alterũ vero in cã mundi, quẽadmodum vnum q̃dem in castris, alterũ verò in Imperatore. Atqui si quis eũ qui hic est ordinẽ, vt qui hic sit definiat, ne mundus q̃dem cõueniet ei qui est in mente ordini: quare nec nomen. Etenim si definitio quædã vna est imaginis Socratis vt imaginis, ea exemplari minimẽ cõuenerit. Sed si simitudinẽ imaginis cum exẽplari cõplectatur definitione, vt, verbi gratia, caluũ, simum, eminẽtibus oculis, prętermissa subiecta materia. ne tunc quidẽ definitio conueniet Socrati. erit tamen similis illius definitioni. Non enim simitas quæ est in imagine, eadem est Socratis, sed similis est etiã illius simitatis imago. Sed quòd sint quidem rerum naturalium causę & rationes quæ prius sunt, ex quibus hæc sunt, ne ij quidem dubitãt qui Aristotelis scripta magni faciunt. Qui autem ponũt ideas, non solum dicunt eas esse causas eorum quæ illic D sunt, sed etiam exemplaria, vt pote quòd ea quæ hic sunt consistant ex illorum similitudine. Quocirca vtuntur ẽt eisdem nominibus in vtrisq;. Quod quidẽ à ratione fuerit alienum, si formę naturales cogitatione & intelligentia separari nequeant. Operæpretium est autem animaduertere, quòd etiam Aristoteles aliud quidem nouit id quod est compositum ex materia & forma, aliud autem formam ipsam. Quinetiam aliam vbiq; materię definitionem, aliam verò formæ, aliam compositi dicit tradi. Porrò autem in his quoq; per se formam contemplatur, cùm dicit, Speciem & formam esse naturam. non enim tunc dicit cõpositum. Quid ergo? Nascitur ac producitur non ex quo, sed in quod. Forma ergo est natura. Clarum est aũt hanc formæ definitionẽ non dari in composito, neq; assumere materiam. sed est ex abstractione quæ fit ex cõposito. neq; est vllo modo absurdum in his dissoluere rõnem compositi in rõnes simplicium, vt ipse alibi dicit. Quare non solum formę Mathematicę separari

Perspectiuꝰ lineã Mathematicã considerat vt naturalem.

Ideę Platonicæ defendũtur a Simplicio.

Ideę sunt seiunctę a materia.

Duplicẽ ordinem ponit Aristoteles, ĩ mũdo unũ, alterũ in causa mundi.

Definitio cõsideratur p̃termissa subiecta materia.

Ideę sũt cãę & exẽplaria

Formã per se contẽplatur Aristo.

Formæ naturales separari possunt intelligentia.

rari possunt intelligentia, sed ẽt naturales, siquidẽ etiam absq; materia dari possunt definitiones. non est autẽ hoc exẽplar quod est in intelligentia, sed separata quę est per formã ratio, potest exemplari aliquo modo conuenire, si quis eam sumat vt æquiuocã & eiusdem nominis & non vt eandem; & vt imaginis quæ assimilata est exemplari.

Aíal intelligens exemplar animalis naturalis.

Animal enim & exemplar vocat Plato, Qua ergo rõne mens ideas quę insunt ei quod est aíal, dicens in Timęo. Clarum est aũt non esse naturale illud animal, sed intelligens naturalis aíalis exemplar. Quẽadmodum Socrates quoq; non est pictus Socrates, sed picti exemplar, & propriè Socrates: cùm similitudo insit imagini nõ per materiam, sed per formã quę cogitatione separatur à materia.

Naturalia formam abstractam participant.

Quòd aũt earum quæ hic sunt formarum definitæ cãæ, sint etiã earum exẽplaria, existimo posse ostendi, si quis vtatur positionibus Aristotelis. Quæ enim sunt naturalia, dicimus esse ex participatione materiæ & formæ, cũ materia sit formæ particeps per eam quæ in ipsa est participationem. Quęuis autem participatio est media eius quod est particeps & eius quod participatur, tributa ei quod est particeps ab eo quod participatur. Et est participatio eiusdem formæ cum eo quod participatur, quemadmodum quæ in calefacto corpore ab igne est caliditas & ardor, est eiusdem formę cum eo quod calefacit. Vnũquodq; enim id quod habet impertit ĳs quę participant. Quare quæ est hic forma, qm̃ est participatio formę separabilis, est similis formæ separabili. Quod autem est simile formæ separabili, & ad eius similitudinem factum est, & est eius imago, exemplar habet formam separabilem. Causas autẽ vocat etiam formas Aristoteles. Et si quæ hic sunt, illorum sunt participationes, omnino eiusdem cum eis formæ fuerint, neq; fortasse quicq; fuerit absurdum si eandem habeãt appellationem.

Formas quę hic sunt non eẽ principales et antecedentes.

Sed fortasse non cõcedat quispiam formas quæ hic sunt esse participationem, sed principalem & antecedentem substãtiam. neq; enim illic esse hominem vel equum. sed horum causas in alĳs quidem formis cõsistere, has verò ferre. quẽadmodum à Deo fit homo, & ab immobili id quod mouetur, non tñ ita vt sint eiusdem formę.

Pulchrũ, bonum, vitã, essentiã p solã hic habem' participationem.

Ii qui hæc dicunt, à nobis rogãdi sunt, an nihil pulchrum nec bonũ, neq; substãtiam, vel vitam, vel cognitioñẽ, vel operationem, vel numerum, vel aliquid ex ĳs quæ pręclara & honesta sunt, illic esse statuant. Et q; Aristoteles quidẽ hæc quoq; illic esse concedat, apertè ostendit, dicens illud esse omnibus expetẽdum, & esseotia operationem esse mentem, essentiam vitam & mentem eodem deducens, & quod pulchrum & bonum est eis tribuens, & cum cœlestibus corporibus numero æquales causas dicens immobiles. Sed liquet Aristotelem has quidem ægrè ferre idearum notiones, quæ cum ĳs quæ hic sunt nominibus vnà quoque secum definitiones attrahunt, quæ quod est eorum quæ hic sunt naturale & materiale comprehenderunt. Quamobrem nonnulla quidem ægrè fert nomina. quædam autem non indignum censet etiam ĳs quę illic sunt tribuere puriora, pulchrum, & bonum, & esseotiam, & vitam, & mentem, & operationẽ. Si ergo dicat aliquis hæc quidem illic esse, sed nõ cuiusmodi hic sunt, nos hoc quoq; fatebimur. eum aũt rogabimus vt & in hoíe & in equo & ĳs quæ sunt eiusmodi dicat eadẽ. neq; enim nos existimamus eum hominẽ qui illic est esse corporeum, siquidẽ nec qui est in naturali rõne est corporeus. esse autẽ quandam corporei hoís cum incorporeo similitudinem, vt corporei pulchri cum pulchro incorporeo.

Formarũ genitarũ exemplar sit necesse est qđ est idea.

In summa autẽ si genitæ sunt eę quæ hic sunt formæ, quicquid aũt fit ac gignitur à causa fieri necesse est, quę eius quod fit rationẽ præcepit, ne fiat absq; ratione nec in infinitũ, & id quod fit assimilatur rationi: ea fuerit exemplar eorum quæ gignuntur ac fiunt. Præterea autem si ante ea quæ perpetuò mouẽtur, oportet motus, qui non deficit, esse causam immobilem, & non solam communem, sed etiam in vnoquoq; propriè definitam, vt ipse ostendit

E Aristoteles & hic & in libro de Cœlo, vnaquæq; autem forma ex ĳs quæ hic sunt habet in indiuiduis æternã mutationẽ, fuerit scilicet vniuscuiusq; quę prius est immobilis cã definita, quẽadmodum homo stans. vt etiã qui mutatur, minimè deficientẽ habeat mutationem. Pręterea autẽ multis in locis Aristoteles arti æquiparat naturam. quẽadmodum paulo ante, cùm dixit. Quemadmodum " enim ars dicitur id quod est ex arte, & id quod est artifi- " ciale, ita natura id quod est fm naturam & id quod est na- " turale. Si ergo ars facit per rõnes, assimilans ea quę fiunt rationibus artificialibus: ita ẽt scilicet facit natura. Quocirca nihil temere facit. Si igitur nõ est prima cã natura, aliqua aũt est alia prima causa oíum, quẽadmodum natura naturalium, illa scilicet omniũ quæ fiunt rõnes & causas anticipauit. & ea quæ fiunt assimilat illis rationibus.

Forma q̃ discretã habet substãtiam, ẽ principiũ ingenitũ & immobile.

Hęc ergo & plura alia adduci possunt, vel ex ipsius Aristotelis ostẽdendo positionibus, prius esse exemplarem eorum quæ fiunt causam. Sunt autẽ etiam quædam aliæ F multæ eæ pulchrę rõnes, quæ ostendunt q; quęcunq; forma habet discretam substãtiam, est aliquod principium ingenitum & immobile: neq; id quod est in materia fuerit primũ, cùm sit participatio & materiæ affectio: neq; id quod est in natura, cùm id quoq; consistat in subiecto: neq; id quod est in anima. & si enim sit hoc separabile, tñ cum sit per se mobile, habet quãdam duplicitatem, & nihilo magis mouet quàm mouetur, neq; magis est principium, quàm à principio. Oportet ergo eẽ principium immobile & ingenitũ & solum efficiens, non autẽ quod etiam gignatur. Tales autẽ sunt formæ quæ sunt in mente, primò discretæ, & ĩmobiles, & ingenitæ, & quæ sunt propriè. quæ etiam dicunẽ causæ eorum quę gignuotur. quibus ea quę gignuntur assimilari oportet. Si sunt ergo aliqua noĩa quę non suot formarum quæ hic sunt, sed eorum quæ sunt cõposita, noo est earum similitudo ad illas transferenda. qm̃ proprietates quidem eędem à summis vsq; ad vltima procedunt per submissionem. modi autẽ G substãtiarum, quemadmodum eius quod est immobile, vel per se mobile, vel immateriale, maoẽt in proprĳs locis minimè cõmunicati.

Formę q̃ est cum materia nullũ est exẽplar seu idea

Si sit ergo aliquod formę exemplar quod est cum materia, nõ oportet eius exẽplar quęrere. Formarũ enim sunt exẽplaria non materię. Simitas enim quę nasum vnà secum affert, qm̃ nasus quoq; est aliqua forma, nõ est mirandũ si habet aliquod exẽplar eorũ quę sunt fm naturã. Si sumatur aũt aliqua forma cũ materia, & materiã vnà cum forma inferat nomẽ, & quę in noíe est intelligentia: non oportet eius exẽplar quærere. Aduersus quod videẽ Aristoteles maximè depugnare. Quare aíalis quoq; formã, si ipsam per se possit iotelligẽtia concipere is qui à materia separat participantem eius proprietatẽ, minimè fuerit vt puto absurdũ ex seotentia Aristotelis, eius prius ponere rõnem, quæ materiæ præbeat suam ipsius similitudioẽ. Porrò aũt etiam in hoíe si homo quidem est aliqua forma cuius est materia particeps, nihil vetat quominus similitudo eius eò referatur. H Si autem & nomen hoc res ipsa consistit cum materia solummodo, sicut simitas: qui id illuc referre conabitur, is iure reprehensionem subeat Aristotelis.

Quoniam autẽ natura dicitur dupliciter, forma & materia, perinde ac si de simitate quid sit consideremus, ita considerandum est. Quare nec sine materia sunt quæ sunt eiusmodi, neq; ex materia. XXI

Philosoph' naturalis cognoscit ex formis.

Postq; dixit ex scientĳs Mathematicis, alias quæ extrema quidẽ & accidentia à materia separant, sic ea cõsiderare vt q̃rit Geometria de linea naturali, sed nõ quatenus est naturalis: alias autem vt ĳs quę separari possunt à materia, quẽadmodum linea Mathematica, sed nõ quatenus Mathematica, verũ quatenus est naturalis, vt perspectiua: subiungit dein ceps q̃no naturalis philosophia cognoscit naturalia. Et dicit eam ipsa quidẽ cognoscere XIIII

compoſita

composita ex materia & forma, sed non ex materia, verũ ex forma. Quẽadmodum qui simum cognoscit, cognoscit qdem cũ naso, sed ex concauitate: idq; merito. Naturalis enim philosophus contẽplatur naturam. Est aũt dupliciter natura, & ex materia & ex forma. & magis propriè ex forma. Iure ergo vtrũq; simul cõiunctum cognoscit ex forma. Et si materia qdem põt cognosci ex ꝓportione ac conuenientia, forma aũt ex eo q fulciat ac sustineat, meritò ex forma cognitio cõpositi perficitur.

Etenim de hoc quoq; bifariam dubitauerit quispiam, cùm sint duæ naturæ, de vtranam sit Physici, an de eo quod est cõpositum ex ambobus. Sed si de eo quidẽ quod constat ex ambo-
XXII bua, etiã de vtraq;. Vtrum ergo est eiusdẽ an alterius vtrãq; cognoscere? Ei enim qui ad veteres aspexerit, videbitur esse materiæ. Exiguam enim formæ partẽ, & eius quod qd est esse, tetigerũt Empedocles & Democritus. Si aũt ars imitatur naturã, est autẽ eiusdem scientiæ nosse formã & materiam aliquousq;, quẽadmodum Medici, sanitatẽ, & bilem & pituitam, in qbus est sanitas: silr aũt & domus ædificatoris, & formam ędium, & materiã, q scilicet sint lateres & ligna: silr aũt etiam in alijs: fuerit etiã naturalis
XXIII philosophiæ nosse vtrasq; naturas. Præterea cuius gratia, & finem, est eiusdem, & quæcunq; sunt eorum gratia. Natura autẽ finem, & id cuius gratia. Quorum enim, cũ sit continuus motus, est aliquis finis motus, id est extremum, & id cuius gratia. Quocirca Poeta etiam ridiculè inductus est vt diceret, Finem habet, cuius causa erat genitus. Vult enim non quoduis vltimũ esse finem, sed id quod est optimum.

XV Cùm dixisset dupliciter esse naturam, & esse naturalis philosophi de vtraq; dicere, ex ea tñ quæ est magis propria: & id pronunciasset absq; demonstratione, vt videri posset ei qui leuiter audit & tantùm in superficie: ipse enim indicauit demõstrationem: Si duobus enim modis dicitur natura, & vna est altera magis propria & magis nota, fuerit Physici de ambabus dicere ex magis ꝓpria: sed perinde ac si dictum esset absq; demonstratione: meritò dicit esse dubitandum, si quidem sint duę elementares naturæ, de vtranam dicere sit Physici. & quodãmodo ex diuisione producit quęstionem. Aut enim de altera, aut de vtraq;, aut de eo quod constat ex ambabus. Et si de eo quidem quod cõstat ex ambabus, etiam de vtraque. neq; enim fieri potest vt cognoscat compositum, qui non nouit simplicia. Si autem de vtraq;, materia & forma: est ergo eiusdem vtranq; nosse, vel alius, & alius.

In hac diuisione vtriusq; sectionẽ per se prætermisit, vt qui eam esset traditurus cum vtroq; simul coniuncto.

Materiã magis quã formã tractarũt veteres.

Cùm sic ergo quæstionem diuisisset, ostendit veteres Physicos versatos eẽ in inquisitione alterius quod est in materia, cùm Empedocles & Democritus parum attigissent naturam, quæ ex forma ẽ. Empedocles quidem, qui amicitiam & contentionem, tanquã causas quæ formam efficiunt, locauit in principijs. Democritus autem figuram posituram & ordinem, formam, vt existimo, eam ratione definit, qua singula faciebãt. Etenim ratione quadam faciunt carnem & os & vnũquodq; ex alijs. Dicit itaq; in primo Physicorum.

In pulchrè ast structis tellus fornacibus alma
Splendoris geminas nacta est ex partibus octo.
Vulcani quatuor. sic candida facta fuere
Ossa, simul coeunt quæ nunc diuinitus aptè.

A Hoc est ex diuinis causis & maximè ex amicitia seu harmonia. eius enim glutino coeunt. Anaxagoræ autem, inquit Alexander, nõ meminit, & si mentem statuat in principijs. fortasse, inquit, qm̃ ea nõ vtitur in gñatione. Sed q vtatur qdem, clarum est, siquidem generationem nihil aliud esse dicit q̃ excretionẽ, excretionem autem à motu fieri: motus aũt principiũ esse mentem. Sic enim dicit Anaxagoras. Postquam mens cœpit mouere, ab vniuerso quod mouetur secreuit. & quicquid mens mouit, id totum discretum est. Cùm aũt mouerentur & discernerentur, ambitus multo magis efficiebat vt discernerẽtur. Sed Anaxagoræ ideo non meminit, q Anaxagoras nõ dixerit mentem esse formã materialem, cuiusmodi est ea quæ nunc quæritur, sed quę discernit & disponit ac ornat, & est causa separabilis ab ijs quæ ornãtur, & ab ijs quæ ornantur est alius substãtię. Mens est enim, inquit, infinita, & per se imperium obtinens, & cum nulla re commixta est, sed ipsa sola est in seipsa. Et huius cãm

Anaxagoras mentem adducit i generatione.

B adijcit. Num aũt ideo etiã non meminit Anaxagorę, q quæ est apud ipsum mens, formas quæ sunt nõ videatur facere sed discernere. Hæc cum dixisset, deinceps demonstratiuas subiungit rationes, q oporteat Physicum vtrasq; nosse naturas, & eam quæ est ex materia, & eam quæ est ex forma. nõ solum aũt eam quæ est ex materia, vt multi existimabant Physici. Prima autẽ ratio est ex inductione artiũ. Si ars enim imitatur naturam, & est eiusdem artis nosse formã & materiam: naturalis quoq; fuerit philosophię nosse vtrasq; naturas. Et q ars quidẽ imitetur naturã, sumpsit tanq; euidens. Quòd autẽ eiusdem sit artis nosse materiam & formã, probauit ex arte medendi & arte ædificandi. Secundo autẽ tali argumento vtitur. Si eiusdem est artis nosse finem & id cuius gratia: et ea quæ ad finem pertinent, quẽadmodum artis ędificandi tectum & parietes: naturæ autem forma est finis & id cuius gratia, naturalis scilicet fuerit philosophiæ non solùm nosse materiam, vt veteres dicunt Philosophi, sed

Naturalis Philosophi est nosse materiã & formam.

C etiam formã. vel non solum formã, quæ quidem est propriè natura, sed etiã materiam. Ita enim accipit Alexander. Potest autẽ vtroq; modo accipi. Sed demonstratio quidem quod naturalis philosophia formę sit, rectè habet vt quæ dicatur ad Physicos: Demonstratio autem, q etiam materiæ, vt ad ea quæ deinceps subiunguntur. Vniuersus autẽ eorum quæ dicuntur scopus videtur ad hoc tendere, q naturalis philosophia cognoscat formã et materiã. Quòd autẽ forma, & quę est ex ea natura, finis sit materiæ, sic ostendit potestate. Materia & naturalis materiæ motus est continuus. Continui motus finis forma est, cuius cã est motus, & ad quem cùm venerit quiescit. Materia ergo & naturalis eius motus finẽ habet formam. Materia enim formę gratia suapte est natura, non aũt forma materiæ gratia. perficitur enim subiectum, & est propriè, cùm formam acceperit. Quòd autem continuus motus ad aliquem finẽ tendat, ex eo liquet, q motus cui nullus est scopus propositus, & non tendit ad finẽ

Forma est finis materię.

D terminatum, non est continuus, sed interruptus & inordinatus. Quoniam aũt non quiuis alicuius finis & extremum, est id cuius gratia, sed id solum quod ẽ optimum, etenim motus qui nullũ habet scopum propositũ, & eorum q̃ fiunt ex imbecillitate naturę est aliquis finis tanq; vltimum, sed id non vtiq; est illud cuius gr̃a, meritò hoc quoq; definit: & ridiculum esse dicit Poetam qui dixit, Finem habet, cuius causa erat genit⁹. libri enim finis est quidem extremum, sed nõ est finis vt illud cuius gratia. non enim generatio & augumentum facta sunt mortis gratia, sed formæ & eius quod augetur perfectionis, ad quam id quod augetur mouetur perpetuò, & cum ad eã deuenerit, cessat vlterius progredi. Atqui si natura ad mortem tanq; ad finẽ tenderet, simul ac perfectum esset aial interiret. nunc aũt etiam postq; propriã cœpit magnitudinem, sępe seruat. Nisi forte expeditius est dicere, mortẽ non solũ ꝓcreationis, sed vitę ẽt naturalis eẽ finẽ.

Non quiuis finis ẽ id cuius gr̃a, sed id quod est optimum.

Mors nõ est vitę finis.

Cęterum mors est finis & extremum, non tanq̃ scopus, sed tanq̃ necessarius euentus talis substãtię. Alexãder aũt dicit sic melius scriptũ esse, QVORVM, cùm sit cõtinuus motus est aliqd extremũ, id finis est & cuius grã} quandoquidẽ non quoduis extremũ est finis. Atqui ipse quoq; fateť Aristoteles nõ quoduis extremum esse finẽ. Num ergo nequaq̃ est transponenda dictio. QVORVM enim, inquit, cũ sit continuus motus} hoc est ordinatus & ad finẽ aspiciens, est aliquis finis tanq̃ extremũ: hic finis extremus, est tanq̃ id cuius grã, & nõ absolutè extremum, cuiusmodi etiam fuerit motus indefiniti.

XXIIII Nam artes quoq; faciunt materiam, alię quidem absolutè, alię verò laboratu facilem.

XVI Hęc videnť defendere, ꝙ ea quæ prius dicta sunt, ostẽdant debere naturalem philosophiam cognoscere materiam. Num aũt oĩa quæ dicunť, vt prius dixi, eò tendunt ꝙ contẽplationis naturæ pertractatio & materiã & formam considerat, & vtrũq; simul cõiunctum, per formã. Vt enim qui tanq̃ quod sit in confesso haberet, ꝙ de forma, ita etiam nunc ꝙ de materia dicere sit Physici, ꝓbat rursus ex similitudine artium, argumentans à maiori. Si enim artes imitantes naturã, non solum norunt materiã, sed etiã præparant: aliæ quidẽ eam absolutè facientes, vt ars domos ędificandi, lateres: & ars medendi, medicamẽta: & ars fingendi, lutum, & pictura, mixturas colorum; alię verò reddentes laboratu facilem, vt ars fingendi, ceram molliens, & ars statuaria, æs fluidum faciens, & ars ædificandi, lateres præfigurans: longè quidẽ certè magis necesse est naturalem Philosophum contẽplari materiã, quæ est subiecta naturalibus. siquidem artes quæ imitantur naturã, ita habent cognitam materiam vt eam etiam præparent. vel si in artibus efficiẽtibus, ars quæ formam facit, facit etiam materiam, etiam in contẽplatiuis, scientia quæ contemplatur formã materialem, contemplabiť etiã ei subiectam materiam. Fortasse autẽ etiam maius fuerit argumentũ, si dicamus, ꝙ si natura magis facit materiam q̃ ars, naturalis Philosophus magis debet nosse materiam, q̃ artifex. Cùm ergo instituisset ostẽdere ex eo quod inter se depẽdeant cognitiones ex fine & ijs quę ad finem pertinent, naturalem philosophiam contẽplari formam & materiam, ostẽdit quidem formã esse finem, vt id cuius gratia, propterea ꝙ continuus naturæ motus in eam desinat. Quòd autẽ materia referať ad formam tanq̃ ad finem, nos paulo post admonet. nunc autem ꝙ etiã forma materiam contẽpletur, à maiori, ostendit, vt dictum est, non contentus testimonio veterum.

Materiæ tractatio necessaria est physico.

Et vtimur, vt pote ꝙ sint oĩa nostri causa. Sumus enim nos finis quoq; quodãmodo. Duobus enim modis dicitur id cuius gratia. Dictum est autem in libro de Philosophia.

XVII Quòd finis, & ea quę ad finem pertinẽt, simul dependeant alterum ab altero, ostendit ex eo ꝙ nos quoq;, qui fines sumus, vtamur illis quæ assumuntur nostri causa. Et id scilicet quod de artibus dictum est, & quod de finibus, ostendit amplificãdo id quod est propositum. Amplius est enim facere & vti, quã solum cognoscere. Sed qũo nos fines, & qũo vtimur omnibus? An ꝙ duplex sit finis. vnus quidẽ, vt id cuius causa est appetitio. quem quidẽ appellant scopum recentiores. vt sanitas, quã sibi tanq̃ scopum ꝓponit Medicus. Alter verò in quo id est, & cui accedit. vt qui sanus est. Hic est enim finis, vt cui, qui nos quoq; sumus. Medici enim finis est is qui est sanus, nõ vt id quod sibi tanq̃ scopum proponit, cuiusmodi est sanitas, sed vt id cui vult eam acquirere. Facta est autem ab eo diuisio in Ethicis ad Nicomachum, quæ vocat de philosophia: philosophiam magis propriè appellans oẽm de moribus tractationem. Cùm itaq; duobus modis dicatur finis, & is cuius gratia, & is cui: cùm prius ostendisset coniunctam esse materię cognitionẽ cum co-

Hoĩes quomodo sint fines oĩum, & oĩbus vtanť. Duplex finis, cuius gratia, & cui.

E gnitione finis, nunc ostendit in altero fine, in eo scilicet, cui, hoc ita habere. Nos enim qui sic fines sumus, non solum ea quę nostri gratia sunt nouimus, sed etiam eis vtimur. Omnia aũt dicit esse nostri causa, non quę sunt quidem oĩa, sed quęcunq; pertinent ad nostrã salutem, cuiusmodi sunt effecta artium. Nos enim eis vtimur: & sumus fines eorum quæ fiunt ex artibus, vt quę nobis insunt, & ad nos referuntur. Hæc aũt coniuncta sunt cum finibus, & non solùm ea scimus, sed etiã eis vtimur, quod est amplius. Et in summa cuius est finem nosse, huius est etiam nosse ea quæ sunt finis. Quare si est Physici formã tanq̃ finem nosse, eiusdem etiam fuerit nosse id cuius gratia, quod quidem est materia. Si enim materia ad formã relata est ex ijs quæ sunt ad aliquid, vt ipse dicit, eorum autẽ quę sunt ad aliquid simul est cognitio, clarum est, ꝙ qui alterum nouerit, alterum quoq; noscet.

Duæ aũt sunt etiam quæ materię imperant, XXV
F & quæ cognoscũt, artes. & ea quæ vtitur, & ex efficiente ea quæ est architectonica. Quocirca etiã ea quæ vtitur est quodãmodo architectonica. Differt autem, qm̃ illa quidem, nempe architectonica, formã cognoscit: hæc verò est tanq̃ efficiens materię. Gubernator enim cognoscit quænam sit forma claui, & imperat. Alter verò ex quo ligno, & quotũnam sit motuũ. In ijs ergo quę sunt ex arte, nos facimus materiã causa operis: In rebus autem naturalibus inest.

Postq̃ dixit nonnullas artes non solùm nosse, sed etiã XVIII
facere materiã, nunc ostendit ꝙ etiã quæ ex artibus sunt maximè architectonicæ, quæ maximè formam videntur respicere, ne ipsæ quidẽ ignorant materiã. Dicit autem duas esse architectonicas. eam quæ vtitur: vt pote guber-
G natricem, quę cognouit quãnam esse oporteat claui formam: figurã & magnitudinem imperans, & materiam definiens, lignum neq; molle neq; nimis durum esse debere reputans: Altera est autẽ architectonica, quæ est ex singularibus efficiẽtibus artibus, formas & materias definiens. cuiusmodi est quæ cõiter dicitur nauium ædificatrix. quæ cùm multæ artes circa nauem versentur, ea ad vniuersi vsum oĩa referens, formã ligni ex quo clauum oportet fieri definit, ꝙ verbi gratia, ex cupresso, quę tales & tales motus sustinet, vt definijt gubernator. Sed si gubernator qualis sit claui forma cognoscit & imperat, qũo dicitur imperare materię? Dicit itaq; Alexander necesse esse ei quoq; nauẽ nosse, qui naue vtitur, quæ non est absolutè forma, sed cum tali materia. Num autẽ claui & forma & materia, est eius qui vtiť materia? Quocirca claui formã cognoscentem & imperantẽ, dicit eum imperare materiæ. Fieri aũt põt vt si non nouit ꝓximã, ꝙ oporteat scilicet cupressinũ esse clauum, id quidẽ certè
H nouit quod est cõis, quod lignũ claui oporteat esse flexile, & neq; tenerũ neq; nimis edurum. Cùm hoc ergo nouerit & imperet, meritò is quoq; dicitur imperare materiæ. Eam aũt quæ vtitur dicit quodãmodo esse architectonicã, quatenus ipsa quoq; imperat qualẽ clauum esse oporteat. quæ enim imperat, est efficientis artis architectonica. Qui itaq; vtitur nõ solùm vsum nouit esse finẽ, sed ẽt ea quę ad vsum ꝑtinent, qualis sit materia, & cuiusmodi sit finis, hoc est forma: is quoq; quæ ad finem pertinent, nouit ꝓpinquius. Cùm aũt dixisset nõnullas etiã artes facere materiam, pulchrè animaduertit ꝙ quemadmodum in ijs quę ex arte fiunt materia fit ab arte, ita ẽt in ijs in qbus nõ fit, sed est queãdmodum in naturalibus, ea est formæ grã. Num aũt in hoc qdem dicit, ꝙ in ijs q̃ ex arte fiunt ars facit materiã, nõ facit aũt in naturalibus: Materiam enĩ magis facit natura q̃ ars: Sed ꝙ naturæ indagator non facit materiã, sed eam cum sit contẽplans, ipse quoq; ad formã extollitur, vt ij qui ipsam faciunt.

Artes architectonicę duplices.

Præterea

XXVI **Præterea aũt materia eſt ex ijs quæ referunť ad aliquid. Alĳ enim formæ alia eſt materia.**

Ex eo etiam ꝙ materia ad formã relata, eſt ad aliquid, oſtendit eiuſdẽ eſſe noſſe formã, & materiam. Quòd aũt materia ſit ad aliquid, oſtẽdit ex eo ꝙ alia alius formę ſit, ſi ſumatur materia vt eſt ei cum forma affinitas & conuenientia. Quãobrem hæc materia huius formę fuerit materia, & hæc forma huius formæ forma. Quòd ſi ita eſt, neceſſe eſt ei qui alterũ nouit, noſſe quoq; alterum. Sed q̃uo alĳ formę eſt alia materia, ſi quidẽ eſt vna cõis oĩum materia? An clarum eſt id dici de ꝓpinqua materia. Quẽadmodum aũt vnaquæq; ex ĳs ſe habet ad ſuã formã, ita cõis oĩum ad eam quę abſolutè forma eſt. Qui ergo naturalem formã ſcit & nouit vt naturalem, ſciet quoq; materiã quæ materiali ei formæ ſubiecta eſt. In materia ergo & in forma verſatur philoſophia naturalis: quinetiam in priuatione. Eius enim ſunt ea quæ ſic ſunt oppoſita.

Diuerſarum formarũ diuerſa eſt materia.

Sed quouſq; oportet Phyſicũ noſſe formã, & qd ſit? An quẽadmodum Medicum, neruũ: aut æs fabrũ ærarium aliquouſq;. Cuius enim gratia vnumquodq;. & in ijs verſatur quę ſunt forma quidẽ ſeparabilia, ſed in materia. Homo quidem hominẽ gignit & Sol. Quomodo aũt hoc habeat, nempe ſeparabile, & quid ſit: primę philoſophiæ munus eſt definire. B

XIX Poſtq̃ docuit naturalis eſſe Philoſophi noſſe formã & materiã, meritò dicere inſtituit, quouſq; oportet Phyſicum vtrunq; eorũ inquirere. Sed de materia quidẽ videť tã definĳſſe, eouſq; Phyſicũ eam conſideraturũ, vt ad formam referat eius contemplationẽ. Et ideo deinceps q̃rit quouſq; oporteat noſſe formã, & quid ſit. Sed cùm ẽt dixiſſet Phyſico formę conſiderationem eſſe principalẽ & antecedẽtem, ſed non ſine materia, meritò nunc dubitat quouſq; philoſopho naturali, vt naturali, cõuenit cognitio formæ, naturalis ſcilicet. Dici enim poſſunt ẽt quædã formę ſupnaturales, de q̃bus nõ eſt philoſophi naturalis dicere. Et dicit naturalẽ, vt naturalem, de forma naturali eouſq; eſſe dicturũ, quouſq; & faber ærarius de ære, & Medicus de neruo. Vterq; autẽ eorũ eouſq; dicet quoad ad ſuam artem eſt vnũquodq; vtile, prima æris & nerui principia neuter eorũ curioſius indagans. Et Phyſicus de forma naturali dicet aliquouſq;. Quid hoc aũt eſt? Eſt enim vnũquodq; ex ĳs quæ natura fiunt alicuius gr̃a, & fit, & eſt, qui qdẽ eſt rei finis. Qui hoc aũt inuenit, peruenit ad finẽ naturaliũ rerum contẽplationis, ea cõſiderans quæ ſunt qdẽ formæ ratione ſeparabiles, ſed materiales. Quare ẽt de forma materiali, ſed nõ de quauis forma, & vſq; ad hoc, nempe cuius gr̃a eſt hoc vel fit, conſiderabit Phyſicus. Mihi aũt videť bene quadrare dictio græca Ariſtotelis, ſi in eo quod eſt μέχρι τίνος, τινὸς graui accẽtu ꝓferamus. Idem eſt enim ac ſi dicas aliquo vſq; & in eo quod eſt, τινὸς γὰρ ἕνεκα ἕκαστον, grauitonẽ illud τινὸς efferamus. Significat enim vſq; ad finẽ, & vſq; ad Cuius gratia. Sin autẽ ita ſcribatur μέχρι τίνος ἕνεκα τινός. τινὸς γὰρ ἕνεκα ἕκαστον: nam ita ẽt legi dicit Alexander: primũ quidẽ τινὸς graui accentu ſcribemus, ſecundũ verò acuemus. Cùm aũt dixiſſet verſaturum eſſe Phyſicũ in formis materialibus, atq; adeò ad finẽ vſq; proceſſurũ, eſſe materiales formas naturales oſtẽdit ex eo ꝙ & earũ cãę, tam propinquę q̃ ſuperiores, ſint ipſę quoq; materiales. Etenim quod hoĩem ꝓximè generat, homo eſt, qui ipſe quoq; eſt materialis. et quę eſt his ſuperior, oĩum quę ſm naturam fiunt efficiens cã, Sol oĩbus conſpicuus, eſt ipſe quoq; forma materialis. In ſumma aũt, inquit Alexander, quod natura fit videť ei ab eodẽ fieri, vel forma, vel genere, vel oĩno ab operatione. A ſole ergo fiunt quę ſic fiunt, & tanq̃ ab operatione: nempe calefacta & refrigerata ab eius operatione. Clarum eſt aũt ꝙ ẽt quę ex artę A fiunt, ab operatione fiunt, ſed nõ naturali. Num aũt hõ quidẽ fit ex hoĩe ab eodẽ forma ſeu ſpecie. Ex Sole autẽ, ab eodem genere, vt pote à materiali materialis. Notat aũt Alexander ẽt ex ĳs quæ hic dicuntur, ꝙ ex ſententia Ariſtotelis, diuino corpori cõiuncta eſt eorũ quę hic ſunt generatio, non aũt ab eo depẽdet. Sed q̃uo cùm quærit quouſq; oporteat Phyſicum noſſe formã, & quid ſit. Aliquouſq;, inquit, vt Medicũ neruum, & æs fabrũ ærariũ? Æs enĩ tanq̃ materia fabro ærario ſubiecta eſt, & neruus Medico. Ita enim afferunt formas quæ ab arte ꝓcedunt, Faber qdem ærarius æri formã amphoræ, verbi gr̃a: Medicus verò, neruo, ſanitatis. Q̃uo ergo quouſq; artifices quęrũt de materia, eouſq; Phyſicũ dicit de forma q̃rere? Cùm hanc obiectionem animaduertiſſet Alexãder, aliam quoq; ſubiungit expoſitionẽ, ſic dicens, An cum primũ dixiſſet, Aliquouſq; dicet Phyſicus de materia, quemadmodũ artifices: nam ĳ quoq; aliquouſq; de ſibi ſubiecta cõſiderant materia: rurſus dicit deinceps de forma quouſq;, & de quanã forma cõſiderat Phyſicus. Cuiuſnã enĩ B gr̃a fiat vnũquodq; eorum quę natura fiunt, quod quidẽ eſt forma naturalis, & rerum q̃ gignunť perfectio, cõſiderat. De ea ergo dicit forma, cuius gr̃a vnũquodq; eorum q̃ fiunt, fit à natura, & de ĳs formis quę rõne quidẽ ſunt à materia ſeparabiles, in materia tñ eis eſt ſua ſubſtãtia: ad formas materię expertes & ſeparabiles nequaq̃ cognitionẽ extendens. Ac rectè qdẽ haberet expoſitio, ſi cũ, quouſq; Phyſicus cõtempleť materiam dicere inſtituiſſet, ſubiũxiſſet Quouſq; ęra faber ęrarius, & neruos Medicus. Nunc aũt cũ dixiſſet, Sed quouſq; oportet Medicũ noſſe formã, & qd ſit, ſubiunxit, An quẽadmodũ Medicũ neruum, aut ęs fabrũ ęrarium. Quinetiã aliã expoſitionẽ adducit aduerſus hanc obiectionẽ, vt q̃ ſcripturę cõueniat dicenti, AN quẽadmodũ Medicũ neruum, aut æs fabrũ ærarium aliquouſq;, nempe cuius gr̃a.} Fuerit enim, inquit, id quod diciť. Quẽadmodum Medicus & Faber ęrarius aliquouſq; de forma dicunt, & de eo cuius C gr̃a eſt materia in qua verſanť: de hac enim forma dicũt, cuius gr̃a hic qdẽ in neruis & carnib9, ille verò in ære verſatur: de ea enim q̃ in his fit forma, & non de aliqua alia: Ita ẽt oportet Phyſicũ dicere de ea forma cuius materia, eſt materia, & cuius gr̃a. ea eſt aũt materialis. et in ĳs quidem verſať quæ ſunt formæ qdem ſeparabiles, ſed in materia. hoc eſt, tales formas tractat, & eas cõtemplabitur. Mihi aũt videtur in his nõ tradidiſſe, quouſq; dicant de forma artifices cuius gr̃a eſt materia in qua verſanť. Niſi fortè velit dicere, Eouſq; dum ſint materiales. Hoc enĩ manifeſtius dixit in naturali. Videť aũt ſic quoq; intellexiſſe Themiſtius. Hunc enĩ locum paraphraſi, hoc eſt, circũlocutione explicans, inquit. De ipſa forma aliquouſq;. An ut non ipſam ſeparet à materia. ſed quẽadmodũ Medicus examinat neruum, ita ẽt Phyſicus hominem. Num aũt ei non cõuenit id quod deinceps ſubiungitur. CVIVS enim gr̃a vnũquodq;.} Id enĩ non tendit ad cognitionẽ eius quod eſt materiale: ſed de forma qdem eſt D q̃ſtio, quouſq; oportet Phyſicũ noſſe formã naturalẽ, in qua verſať. Dicit aũt eouſq; quouſq; æs nouit faber ærarius, & neruũ Medicus, nõ hęc adducens tanq̃ harũ artium materiã, ſed tanq̃ formas in q̃bus verſanť artes, vt naturalis philoſophia in forma naturali. Verſanť aũt artes qdem agendo, naturalis verò philoſophia cognoſcendo, in ꝓprio ſubiecto. Quẽadmodum ergo norunt artes ea quæ ſunt ſibi ſubiecta, in q̃bus operãtur, vſq; ad vſum quẽ prębent effectis, ꝓpter quę aſſumunť: ita ẽt naturalis philoſophia eouſq; formã cognoſcet naturalem, vſq; ad vſum ſcilicet, cuius cã fit, & eſt. Quęcunq; enĩ eſt ex cãis cognitio, eſt ad ſcientiã accõmodatiſſima: quæ eſt aũt ex cauſa finali, eſt oĩum maximè propria. Videtur aũt Socratem in Phędone ſequens Ariſtoteles, iubere Phyſico vt uſq; ad finalẽ cãm cãę deducat q̃õnem. Illic enim dicit Socrates. Siquis ergo vniuſcuiuſq; velit cãm inuenire, quanã rõne fit vel interit, vel eſt, id oportet de ipſo inue-

De formis materialib9 cognoſcit Phyſicus.

De formis ſupnaturalibus non tractat Phyſicus.

Finalis cauſa q̃uo conſidereť a Phyſico.

Cãę rerũ naturaliũ ſunt omnes materiales.

Forma naturalis cognoſcit vſq; ad vſum qui eſt finis.

Ad finalem vſq; cauſam vult Plato Phyſicã deducere quæſtionem.

nire, quanã rõne sit ei optimũ vel eẽ, vel aliqd aliud agere vel pati. Id aũt est cuius gratia fit, vel est vnũquodq;.

Cùm autẽ dixisset Physicum ea tractare quę sunt rõne quidem separabilia, substantia autẽ sunt materialia, meritò subiungit, Quomodo forma quę substantia separari neqnt, se habet ad formam materiæ expertem & per se, definire est munus primæ philosophiæ, quã tradit in opere quod inscribitur Mataphysica.

CAPVT III.

XXVII His autẽ definitis, considerandũ est de cãis quęnã sint & quot numero. Quoniã enĩ hoc opus susceptum est vt sciamus naturalia, non prius aũt scire nos vnũquodq; putamus, q̃ acceperimus in vnoquoq; ꝓpter quid id sit, id autẽ est accipere primam causam: scilicet id quoq; nobis faciendũ est de generatione & interitu, & de quauis naturali mutatione. vt cùm eorum principia cognouerimus, possimus vnũquodq; eorũ quæ quęruntur ad ipsa deducere.

XX Cùm in hoc opere tractetur de principijs & causis naturalibus: quoniam, vt ipse dixit in principio, existimamus nos tunc vnũqoodq; scire, cùm primas cãs cognouerimus & principia prima vsq; ad elemeota, de principijs quæ sunt vt elementa proposuit primũm considerare. & de his veterũ prius posuit opiniones, & ea quę sibi videbãtur adiecit, veteres quoq; Physicos secum quodãmodo conuenire & consentire ostendens, qm̃ illi quoq; ea quæ sunt contraria posuerint principia. & sic cùm materiam & formã & priuationem, tanq̃ elementaria rerum naturalium principia, posuisset: & quid sit natura ostendisset, q sit scilicet principium vnde motus: & quid sit naturale, & quid fm naturã: & cùm definijsset quot modis dicatur natura: & q forma sit & materia natura: & q Physico de ambobus: & quousq; sit quęrere propositũ, q scilicet vsq; ad causam naturalem: & de causis vniuersam absoluisset orationẽ, si quidẽ de ijs dixit quæ sunt vt elementa, materia & forma, & de efficiente quę quidem erat natura, & ẽt de finali: qm̃ multa dicta sunt de causarum inter se ordine, repetita oratione eas rursus enomerabit, definitiones ac distinctiones quę vnicuiq; conueniunt adducens, & post eas quæ per se sunt causas, eas ẽt quæ sunt per accidens oculis subijciens. Porrò autẽ nobis rursus in memoriam reuocat vsum eorum quę dicuntur de principijs, sic nunc etiam potestate ratiocinans.

Naturæ tractatio est cõtemplatiua. Naturæ tractatio est cõtemplans, sed non agens, quẽadmodum moralis. Contemplãs autem finem suum habet scire. Quę suum finem habet, scire: cognitionẽ causarum ante præcipiet, ad quas singula referens, eorum habebit cognitionẽ. Naturæ ergo tractationi conuenit dicere de principijs: vt de generatione & interitu, & quauis alia naturali mutatione, quę per locũ fit, & per alterationẽ, & fortasse etiam per augmentum, quorum proposita est consideratio naturali philosopho, cãs reddere possimus. Cur enim vnũquodq; eorum quæ in his quęruntur hoc modo se habeat, soluimus, ad ipsorum causas & principia deducentes. Aut enim q ex tali, aut q tale, aut q à tali, aut q sic melius ostẽdentes, cãs tradere videbimur.

XXVIII Vno ergo modo causam dicimus id ex quo cùm insit, fit aliquid, quemadmodum ęs statuę, & argentum phialæ, & quæ eius genera.

XXI Cùm quatuor causarum modos, oẽs inquam, tradidisset, primum tradit id ex quo fit aliquid cùm insit. Id autẽ est id quod est materiale & subiectum. Quod quidem in eo quod ex ipso fit aliqd, videtur cũ priuatione quãdam habere cõuenientiam. sed differt in eo quod id fit. Ex illa enim, vt pote post illam, & vt illa excedente fit id quod fit: Ex materia autem vt quę insit, & ex alia affectione in aliã mutetur, ita vt sit æquiuocum illud, Ex quo. Materia [...] aũt differt à forma quę ipsa quoq; inest, quod id quod fit, nõ fiat ex forma. neq; enim excedẽte, nec mutata fit, sed per formã. Hanc aũt primam numerauit inter causas, qm̃ oẽs, vt semel dicam, antiquiores, causas ad materiam referẽtes tradiderunt. Cubum enim deorsum ferri dixerunt, quia est ęneus. & diuturniorẽ esse lebetẽ tegula, qm̃ ille quidẽ ęneus, hęc verò sit testacea. Et ideo eam primã nominauit, qm̃ ab inferioribus ad superiora progressus est. Non solùm autem propinqua materia eius quod fit cã est, sed etiã eius genera. Nõ solum enim hoc æs est cã statuę, & hoc argentũ phialę, sed ẽt absolutè æs & argentũ. & si hęc sunt aqua, ẽt aqua, & supius corpus. [margin: a forma differat & priuatione.]

Alia autem est forma & exemplar. Id autem est ratio, quæ est eius quod est esse. & eius genera. quẽadmodum eius quod est Diapason, hoc est per omnes, duo ad vnum. & in summa numerus. & partes quæ sunt in oratione.

Secuodam cãm tradit quæ est per formã. Quæ enĩ inest sanitas, cã est, vt sanũ sit. & symmetria, vt fit ex symmetria cõgruens. Forma aũt dicitur noo solũ figura, quę est in extrema sup̃ficie, sed ẽt quæ est ex rõne. Formam aũt vocat exẽplar, non vt qui dicunt Ideas, ipsam per se ponens formalẽ substantiam, cui, quę hic suot, assimilata sunt: neq; enim quę oatura faciũt, inquit Alexãder, cùm mente primũ agitauerint, quæ faciunt, ea faciũt, ne quis dixerit intelligentiã esse exemplar eorum quæ fiunt per ipsam vt se habet in artibus: sed formã quæ fit in materia eam vocat exemplar, propterea q natura id appetens facit quęcunq; facit. clarum est aũt ex eo, q cum id factum fuerit, cesset à faciendo, nempe q sit quædã forma pręfinita, & veluti scopus positus ad quẽ ordinata est natura, & ideo exemplar appellat̃. Non sic aũt, inquit Alexander, in ijs oĩbus quæ alicuius gratia faciunt, se habet finis & exẽplar. Sed quæcũq; quidẽ sponte & ex instituto arteq; & rõne faciunt, in ijs necesse est finẽ cuius gratia alia fiunt, ab eo quod facit primũ mente cogitatum, proponi scopum & exẽplar eorum quæ futura sunt. In ijs aũt quę natura fiunt nõ itidem. nõ enim natura ex instituto operatur, neq; ex ea quæ est in ipsa rõne: rationis enim expers, inquit, vis est natura. sed primò in materiã deiecto principio, quæ est & principij capax, & eorum quæ ab ipsa & ex ipsa futura sunt: hoc ipsum primũ deiectum, ipsum quidẽ fecit hoc cuius est ipsum efficiẽs, cum sit definitũ, quod autẽ ex ęo fit, aliud. Vnũquodq; enim ipsorum est & efficiens et mouẽs eius quod post se est, si nihil impediat: idq; ad finẽ aliquem & formã naturalem, cuius erat principium id quod primũ deiectum est in materiã. Quẽadmodum enim in ijs quę neruis ac funibus trahunt̃, si artifex primò dederit principium motus, hoc id quod post ip̃m est, & illud id quod est deinceps, mouet, donec motus per oẽs peruaserit, nisi quid impedierit, non ex rõne aliqua & certo quod est in ipsis instituto, eo quod p̃cedit mouente id quod sequit̃: Ita ẽt in semen deiecta natura, & potestas quæ fuerit in ꝓpria materia, cùm eã sit mouẽdi potestate prędita, mouet quẽadmodum vni quidẽ innatum est vt moueat, alteri verò vt moueat̃. Quę ex primo aũt motu inest facultas, aliũ rursum motũ mouet, & potest, donec fecerit simile illi à quo deiectum est, & idẽ vel forma seu specie vel genere. quẽadmodum in ijs quæ genita sunt ex dissimilibus aĩalibus: quales sunt muli. sunt enĩ genere ijdẽ cum ijs qui illos ꝓcrearunt. Hęc aũt successio fit q̃busdã numeris & certo ordine, donec id quod fit forma p̃fectũ fuerit, nisi quid obstiterit. Id aũt nõ est, ex rõne & certo instituto quod est in ijs q̃ mouent & faciunt, vt ante dictũ est. Sed non qm̃ hoc nõ fit, ideo tã forte fortuna facit, & nõ alicuius grã: Illud enim, Alicuius grã, non est omnẽ generationis quæ sit rõne prædita, capto'q; cõsilio & ex instituto ad agendũ impellat̃: sed quicquid fit certo ordine & ꝓpter aliquid, id fit alicuius grã. Idq;

[Right margin notes:]
XXII
Forma quõ dicat̃ exemplar ab Aristotele.
Naturã non operari ex ratione, vt vult Alexander.
Gñatio rerũ naturaliũ quõ fiat.
Natura non facit forte fortuna, etsi ex rõne non faciat.

[Margin section letters: E, F, G, H]

Naturali necessitate fiunt aliqua q̃ non referuntur ad aliquid.

Finẽ sibi ꝓponit natura

Idq; fit, seu ex instituto & rõne, seu absq; rõne, vt nos in natura dicimus. Etsi enim ex materialibus necessitatib⁹ nonnulla consequunt̃ res naturales, quæ non referunt̃ ad aliquid, quẽadmodum dicuntur pili sub alis, si quidẽ ipsi nullũ vsum afferunt: noo per hæc probandũ est naturam nõ facere alicuius gratia. Exemplar aũt est forma, propterea q; ad eã tendit natura, non ex instituto, sed potius vt ea quæ neruis trahunt̃ ac funibus. Fuerit autẽ, inquit, » exẽplar in ijs quę natura fiunt eius etiã quod facit forma, » quę est idẽ cum eius quod fit specie vel genere. Et in summa » q̃m qui ad exemplar faciunt, ad aliqd faciunt pręfini » tum, & est ꝓprium eius quod fit ad exẽplar, vt fiat ad id » quod est præfinitũ & illi simile: & si qd fit ad id quod est » præfinitũ & illi simile, factum fuerit ad exẽplar: Ita autẽ fiunt, quæ natura fiunt: Ergo ad exẽplaria. Hæc cũ dicat Alexander: q; exẽplar quidem formã uocet, nõ eam quæ est idea, Aristoteles, clarũ est. Formam enim materialẽ sumit vt cãm, per quam cõpositum habet id quod quid est esse. Id aũt significat ẽt in ijs quæ consequuntur, B materiã & formam hanc numerans in elementis. Quomodo aũt cùm ipse dicat de forma elementari, & ipse id exẽplar appellauerit, põt nunc accipi exẽplar pro forma eius quod agit? Etsi enim idem est quodãmodo cum eo quod fit, q̃a homo ex homine, sed id tñ quod fit nunc vocat exẽplar, & nõ id quod facit. Quod enim fit, est formã elemẽtaris, per quam cõpositum habet id quod est esse. Ad quid aũt definitum & simile fit id quod est naturale. Si enim ad id quod facit, id quod facit exemplar fuerit. Sed primùm quidẽ, vt dixi, non vocauit illud exemplar Aristoteles, sed id quod fit: Deinde q̃uo dici potest naturalia non fieri ad exemplar, si quidẽ concedimus exẽplar esse eius quod fit efficiens, vt quod fiat ad illud, quod est definitum et simile ei quod fit? Quòd si propterea forma dicitur esse exemplar, q; id expetens oĩa faciat natura, eo nõe fuerit finis & nõ exemplar. Præterea aũt ea etiam quæ de rerum naturaliũ generatione dicta sunt, mihi aduertenda videtur. Si enim quod primum deiectum est, C ipsum quidẽ id fecit cuius est primũ efficiens, quod autẽ ex eo factum est aliud, & vnumquodq; eius quod post se est efficiens & mouens, vsq; ad finẽ & formam naturalẽ, cuius principiũ erat id quod primum fuerat deiectum in materiã: Si ergo sic efficit̃ generatio, primùm quidẽ si frumentum facit herbã, & herba calamũ, & calamus aristã: qui fit vt quæ sunt imperfectiora, sint efficientia eorum quæ sunt pfectiora? Herba enĩ est calamo imperfectior, & calamus arista: Deinde quęnam sit cã totius dicere nõ possumus. Cum enim sit vna forma, oporteret ẽt vnã esse cãm ante singularia. Et certè si alteratis mutatisq; prioribus fiunt quæ deinceps fiunt, quæ sunt priora fuerint potius naturalia, non autem efficientia. Nunq; enim efficiens cã alterata, fit effectus. Pręterea aũt si nõ quoduis fit ex quolibet, sed ex eo quod potest, scilicet herba quoque est potentia calamus. Quicquid aũt est potestate, est materiale, nõ efficiens. Quare calami quidẽ materia herba meritò dicatur, nequaq; aũt causa efficiens. Pręterea D quicquid actu fit ex eo quod est potentia, producit̃ ab eo quod actu est ad id quod est actu. Si ergo herba non est actu calamus, non fecerit calamum qui actu est. In summa aũt si vniuscuiusq; natura, quę est principiũ & causa motus, est efficiens eius quod est subiectum, & non alterius, seminis scilicet natura semen faciet: hominis aũt natura faciet hominẽ. Quomodo autẽ fecerit propriè hominem ea quæ est in semine, quę nõdum est natura hoĩs, priusq; fiat homo? An quẽadmodum prius dictum est, simul ac ipsa fit facit, propterea q; sit natura aptior, & q; sit eiusmodi quę excitatur & assurgit in formam. Semen enim masculi & fœminæ, & naturã habet seminis mutationem, & quæ suapte natura apta est vt fiat animal. Efficiens autẽ propriè & proximè causa, in animalibus quidem est materna & paterna natura: In plantis autem, frumenti & terræ natura, cùm forma actu prius sit in patre

A & matre, & in terræ quæ actu consistunt rationibus, per quas quę sunt potentia in actum deducuntur. Et ita eius quod fit natura, si dicatur efficiens, sic fuerit efficiens, vt etiam ipsa quæ fit: Quæ est aũt efficiens, est propriè eius quod actu est. Est enim natura eius, quod est simile, procreatrix. & quæcunq; intercedunt, illius causa præcipit. & q̃uis in eo quod intercedit, alteratur natura quæ perficitur & simul fit & facit, vnam tñ seriem conseruat vsq; ad finem, ad quẽ cùm peruenerit, facere desinit. Porrò autẽ dicit etiã Aristoteles ea esse natura, q̃ assiduè mota, ab aliquo quod est in ipsis principio, ad finẽ aliquẽ perueniunt, in quo ẽt cessant à motu. Quare in hoĩe, eius quod gignit̃ pręcepta est ratio, & ex illa gignit̃ id quod gignit̃, patre quidẽ per semen præbente principium & motum vsq; ad finẽ: quẽadmodum in ijs quæ neruis trahunt̃ artifex ꝓbet principiũ motus, & eam quę ad finẽ fertur incitationem, ex eo qui in seipso prius ẽt rõne vniuerso motu ordinato: materna aũt natura formam ẽt tribuente ꝓpinquius. B Quomodo aũt rõnis expertem facultatem dicit naturã, & si agat alicuius finis gratia, & numeris modisq; definitis ordinatè procedat? Num est duplex ratio efficiens: vna quidẽ quę agit cognoscẽdo, quam ẽt solam rõnem interpres existimat: Altera verò sine cognitione quidẽ, & ea quæ fit ad seipsum cõuersione, sed ordinata tñ & definita, & præcedẽtis alicuius finis gratia. Et quẽadmodum id quod nõ cognoscit, est expers rõnis, si cum cognoscente conferatur rõne: ita ẽt quod temere agit & inordinatè, est expers rõnis, si cõferat̃ cum eo quod agit ordinatè & definitè & alicuius gratia. Quemadmodum ergo p hanc rõnem fiunt quę natura fiunt, ita ẽt per exẽplar, nõ quod id agenti ꝓponat̃ vt quod cognosci possit, sed q; id quod facit id quod fit sibi assimilat, eo q; sit, non eo quod id ex instituto deligat. quẽadmodum aonulus sigillum. Quin etiã ipse Aristoteles in secũdo de generatione cõtendens aduersus Empedoclem, naturã concedit esse rõoem. Sed q̃uo absq; eius quod facit cognitione est certus & definitus ordo in faciendo? C Naturalia enĩ non habẽt talem constitutionẽ, vt vel absq; cognitione, eo ipso q; sint, eum qui est in generatione ordinẽ conseruent & seriem, & ad finẽ præstitutũ ꝑueniant, sicut se habet motus eoꝝ quæ neruis trahunt̃ & funibus. Sed si casu non sunt quę sunt naturalia: id enim est absurdum: vel ea seipsa talia cõstituerunt, vel ex aliquo alio constituta sunt. Quomodocunq; autẽ hoc habeat, omnino cognita est talis constitutio. Quod enim effecit vt potentia proportionem & symmetriã haberet cum ijs quę fiunt, ambo id cognoscẽs effecit. Quocirca bene quidẽ habet si dicamus naturã potius cãm adiuuantem, propinquas autẽ causas eorum quæ gignuntur & intereunt, motus cœlestium, per quos ea quę hic sunt conuertunt̃: superius aũt animales motuum rationes: & his adhuc supius formas intelligentes. ex quibus primis datur omnibus formarũ illuminatio, pro eorum qui illas suscipiunt aptitudine. Exemplar autem Aristoteles vocat formam materialẽ, D fortasse aũt etiam tanq; scopum naturæ, quem non scienter sed substantialiter sibi ꝓponens facit omnia. Fortasse aũt etiam tanq; id quod gignitur sit exẽplar artis. si quidem naturalia quidem nolunt fieri ad exemplaria: artificialia autem dicit opus habere exemplari. & cùm multa ante dixisset quod ars imitetur naturam, nunc meritò reuocauit in memoriam quòd naturalis forma est exemplar artis. Clarum est autem quòd si mens est causa propriè efficiens, per eas quæ in se sunt formas ipsis ea quæ gignuntur assimilans, fuerint propriè exemplaria formę quæ sunt in mẽte. Sed de his quidem satis. Rationem autem eius quod quid est esse, dixit definitionem. Definitio autem formam significat. ET eius genera, quemadmodum eius quod est Diapason, hoc est per omnes, duo ad vnum. & in summa numerus, & partes quæ sunt in ratione } Quemadmodum in causa materiali dixit non solam esse causam propinquam materiam, sed

Duplex est rõ efficiens.

Naturã esse rõnem cẽset Aristoteles.

Generatiõis natura est cã adiuuans.
Gñationis cãę aliquot.

Formæ illuminant̃ a formis intelligẽtibus.

Mens est cã efficiens & exemplar.

etiam eius genera: ita etiam in formali. Cùm enim Diapasôn consonantia sit ratinne dupla, fnrma quædam dupli est Diapason. cuius genus est duplum. & eius genus est numerus. Et hæ ergo, inquit, fuerint causę fnrmales, vt quæ vnà cum forma inferantur. Similiter autem partes quoq;, quæ assumuntur in formæ definitione, ipsæ quoq; fuerint causæ formales, vt quæ formam cõpleant. Si enim animal rationale mortale est causa hominis vt forma, etiam vnaquæq; pars ex ijs quę sunt in definitione, fuerit causa adiuuans per eũdem causæ modum, quo etiam totum, nempe formalem. Meritò autẽ dixit partes quæ sunt in rõne, & non eas quæ sunt in forma. quandoquidẽ vnaquæq; pars ex ijs quæ sunt in ratione extenditur per vniuersam formam.

Partes definitionis formę sunt formales.

XXIX Præterea vnde principium mutationis primum est vel quietis. quemadmodum qui consuluit causa est. & pater filij. & in summa id qđ facit, eius quod fit. & id quod mutat, eius quod mutatur. F

XXIII Tertiam in causis tradit cãm efficiẽtem. propterea q; nobis quidẽ primum occurrit id quod fit seu gignitur, & eius elemẽta. Cùm ipsum autẽ genitum inuenimus, cãm efficientẽ quærimus. & tunc causam propter quã facit id quod facit, & fit id quod fit. Appellat aũt id efficiens, vnde est primũ mutationis principiũ vel quietis, volens cã quæ propriè est efficiens cãm esse separatã & seiunctam ab eo quod fit. Quæ inest enim cã, sicut forma & natura, cohęret principio quod est per formã. Meminisse aũt oportet Alexãdrum hic fateri nõ esse propè efficientem cãm naturam, sed magis formalẽ, propterea q; nõ sit prima in efficientibus. Porrò aũt instrumenta quoq; videntur esse cã motus. sed nec ea quoq; sunt ꝓpriè efficientia, q̃a non primò, sed mota mouent. Quinetiã huius quoq; meminisse oportet, concedere Alexãdrum instrumentũ quoq; esse quodãmodo cãm, etiamsi nõ propriè efficientem, sed hãc ipsam instrumentariam. Quoniam aũt eorũ quæ fiunt, alia quidẽ fiunt quæ mouentur, alia verò quæ stant: & quod mouet ea quę mouẽtur, & quod sistit ea q̃ stant, causa fuerit, illud quidẽ motus, hoc verò status. Et ideo cùm dixisset, PRINCIPIVM mutationis primũ } adiecit, VEL quietis. } Quare qui cõsuluit aliqd vel boni vel mali, fuerit magis ꝓpriè cã efficiens, q̃ is qui fecit. Primum enim principiũ est ab eo qui cõsuluit. Hic aũt ea quoq; adiecit quæ sunt generalia, quẽadmodum in cã materiali & formali. Pater enim & filius est sub eo quod efficit & eo quod efficiť. ea autẽ vt sub eo quod mutat & eo quod mutať. Videtur enim factura esse substantialis. Mutatio autem fit etiam in aliorum motu.

Efficientem cãm rerũ naturalium tradit Aristo.

Instrumentũ nõ est ꝓpriè cã efficiens.

Præterea autem vt finis. Ea autẽ est id cuius gratia. quẽadmodum causa est ambulandi sanitas. Quare eni ambulat? Dicimus, vt sanus sit. & cum sic diximus, nos causam reddidisse putamus. Quinetiam quæcũq; cùm aliud mouerit, inter finẽ intercedunt. quẽadmodum inter sanitatem intercedit attenuatio, vel purgatio, vel medicamenta, vel instrumenta. Sunt enim hęc oĩa finis gratia. Inter se aũt differunt, q; illa quidem sint effecta, hæc verò instrumenta.

XXIIII Quartam causam adijcit, nempe finalem. Ea autẽ est quam respõdemus, rogati qua de cã fit id, quod fit. Rogati enim cur ambulat, dicimus, vt sanus sit. & cum hoc diximus, existimamus cãm nos satis reddidisse. Ambulandi enim, aut medicamentũ bibendi, cã est sanitas, sed nullo modo ex ijs quæ prius dictæ sunt causis, sed q; propter sanitatem aut ambulat, aut bibit medicamentum. Quoniam aũt solius tantùm ambulationis meminit, cuius sanum esse cã est vt finis, adnotauit q; quæcũq; etiam

E inter efficientem causam & finem intercedunt, quemadmodum inter medicum & sanitatem: ea autem sunt medicamentum, & potio medicamenti, & purgatio, & attenuatio: & ad finem referũtur, & illius causa fiunt, & causa eis vt fiant, finis est. Hæc autẽ inter se differunt, q; alia quidem ex ijs sint effecta, alia verò instrumenta, vt medicamenta, & scalpellum. Quorum omnium fuerit sanitas causa finalis, ipsa autẽ sunt, vt ait Alexander, efficientes causæ sanitatis. Num aũt melius est eas dicere instrumentarias? etenim ipse quoq; fatetur eas quæ non sunt primæ causę motus, esse causas instrumentarias, non aũt propriè efficiẽtes. Porrò autem hic etiam prima quidẽ causa motus ad sanitatem est Medicus. Quæ autẽ intercedunt, primæ non sunt. Est ergo sanitatis quidem causa ars medicina, & ea quæ intercedunt. illa quidem vt efficiens: hæc verò vt instrumenta. Artis verò medicinæ, & eorum quæ intercedunt, causa finalis est sanitas. Possunt autẽ, vt existimo, eę quoq; dici sanitatis causæ materiales. Alexãder autem, vt ego quidem sentio, dixit efficientes, ea respiciens quæ paulo post dicunť ab Aristotele, cum dixit laborem esse causam efficientem bonę habitudinis. & dicũtur hæc salubria inter se ordinẽ habentia. Per quæ, inquit Alexander, nobis ostendit Aristoteles eorum quæ sunt salubria ęquiuocationem. quibus omnibus, vt ea sint eiusmodi, sanitas vt finis causa est.

Media inter efficiẽtẽ causam & finẽ, ad finẽ referuntur.

Mediæ cãæ inter efficiẽtem et finem sunt instrumentariæ.

Causæ ergo ferè tot modis dicuntur. XXX

Illud ferè, adiectum est, vel q; quæ sunt propriè causę, sunt tot modis, cùm sint etiã multæ causæ per accidens, vt dicet: vel ꝓpter eius in Platonẽ obseruantiam dictum est, qui exẽplarem quidem cãm connumerauit inter eas quæ sunt ꝓpriè causas, finalem & efficientem: instrumẽtariam verò cum causis adiuuãtibus, materiali scilicet & formali. Si aũt in causis tot modis distributus ordo est, vt aliæ quidẽ sint natura primæ, nempe & efficiens & finis, eęq; sint propriè causæ: Aliæ verò causis magis coniunctæ & adiuuantes causæ, vt materia & forma: meritò causæ sunt ex ijs quæ dicuntur multis modis, & nõ ex ijs quæ diuisa sunt vt quę ab vno genere deducanť. Quòd autẽ tot sint modi causarum, & neq; plures neq; pauciores, fortè etiam quispiam collegerit ex diuisione, tãtum præfatus illas esse causas, per quas & est id quod est quale est: & fit id quod fit: & quas, quare rogati, afferimus. Naturalia ergo quæ sunt cõposita ex materia & forma, sunt ea quæ sunt, & fiunt ea quę fiunt, vel per ea quę ipsa complent: vel per ea quę extrinsecus habent quomodocunq; cum eis societatem & cõmunionem. Ea aũt complent materia & forma. & per hæc sunt materialia atq; naturalia. & rogati cur quæ hic sunt habeant dimensionem, cùm quæ percipiunť sola intelligentia sint ab omni dimẽsione remota, dicimus, q̃m sunt materialia. Cur aũt coelum tam facilè mouetur? q; cùm sit orbiculatũ, minimo pede ingrediť ex sententia Platonis. Et hę sunt causarum redditiones ex materia & forma, ad quę oĩa reducuntur quę cõpositum complent elementariter. Quoniam aũt etiam ex sententia Aristotelis naturalia oĩa gignuntur ac fiunt, Quicquid autẽ fit, ac gignitur, cãm habet generationis: oportet id quod facit, & efficientẽ causam eorum quę gignuntur ac fiunt, esse id vnde primum est motus principiũ. Est enim duplex principiũ motus, hoc quidem per se mobile, illud verò immobile. Quod enim ab alio mouetur, clarum est id non esse principium motus, cùm nos aliud ante aliud sumamus id quod ab alio mouetur. Quod autẽ per se mouetur, fuerit principium motus, vt quod in seipso habeat id quod mouet. Non est autem propriè principium, q̃m ipsum quoq; mouetur. Quod propriè aũt motus est principium, vult esse quod mouet, non id quod mouetur. Quamobrem eorum quę gignũtur ac fiunt maximè propria efficiens causa fuerit id quod est immobile, & ęternum, & quod semper eodẽ modo & similiter se habet. Talis est autẽ mens in primis

XXV

Duę cãę natura primæ, efficiẽs & finis.

Duę sunt adiuuãtes cãæ materia, & forma.

G

Cãę quæ cõplent cõposita, sunt materia & forma

H

Efficiens cã quod fit.

Generabiliũ propria efficiens cã est mens.

honoranda

honoranda. post illam autem, anima. Et si ipsa enim mouetur, habet tamen in seipsa id quod mouet. Quocirca ipsam etiam potius immobilem vocandam censet Aristoteles, ea sola moueri existimans quæ mouentur corporeè. Quoniam autem quæ gignũtur & intereunt ex naturalibus, fiunt proximè ab ijs quæ circulariter feruntur & sunt æterna: homo enim hominem generat & Sol: id scilicet quod propriè efficit, non citra medium ad ea quę gignuntur & intereunt accedẽs, efficit, sed æternis intercedentibus. Et sic nobis exorta est causa instrumentaria, quę ab alia quidem mouetur, mouet verò aliam. In artificiali autem factura id aptè cernitur. Dolabra enim est coniuncta & adiuuans causa, ꝙ id quod mouet̃ moueat. Talis est autem etiam natura & vniuersa est singularis, vt fatetur etiam Alexãder, cùm rectè adnotauisset eam causam quæ est propriè efficiens debere esse separatam, atq; seiunctam. Rursus autem quoniam forma naturalis & genita, est participatio formæ in materia, omnis autem participatio est similitudo eius quod participat̃, ex quo etiam quod participatur, & ad quod id quod est particeps assimilatur: oportet omnino etiam esse exemplarem causam materialium. Quod autem facit, vel temerè & quomodocunq; contigerit facit: vel aliquem scopum sibi proponit & ad id respicit, & finem statuit facturę, cuius causa & facit id qđ facit, & fit id quod fit. Sed si quod primo & ꝓpriè facit, temere facit & quomodocunq; contigit, quidnam fuerit eorum quæ faciunt quod faciat boni gratia? Oportet ergo id quod primum facit facere alicuius gratia, & finem habere, illud cuius gratia. Et ita nobis quoq; finalis causa apparet ex eo quod primum facit, & adijcitur alijs causis efficientibus, vt quod sit expetendum. Et ꝙ hæ quidem eorum quæ fiunt ac gignunt̃ causæ sint, clarum est. Quòd autem ex quoq; solæ sint, considerandum est ex diuisione. Id enim quod gignit̃, quod naturale dicimus & compositum, subiectum quid est & in subiecto, & præter hæc nihil. & vel per se consistens, vel quod est aliunde habens. Si igitur fieri non potest vt per se consistat quod fit in parte temporis, & est corporeum, et habet distantiã ac dimensionem: habet aliquam aliam præter se causam efficientem: & ea vel mouet̃, vel est immobilis. et si mouetur, vel à seipso, vel ab alio. Sed quod ab alio quidem, non est primum mouẽs. Quod autem à seipso, vel aliud quidem mouet, aliud verò mouetur: vel in toto seipsum mouet, & mouetur, vt anima ex Platonis sententia: id autem est principium quidem motus & generationis. Nõ præbet autem perpetuitatem & perẽnitatem, quatenus mouetur. Neq; est absolutè principiale, quatenus quãdam habet duplicitatem eius quod mouet, & eius quod mouetur. Primũ ergo quod est immobile, est propriè efficiens, & mouendi facultate præditum, vt quod sit æternum. Quod autem aliquãdo gignitur & mouetur, fieri non potest, vt proximè gignatur & moueatur ab eo quod est æternum & immobile. illud .n. est æternorum efficiens, & est ea mouendi facultate pręditum: Quod autem æternum ab illo mouetur, pro diuersis suis affectionibus, eorum quæ aliquando fiunt & mouentur causa est vt instrumentum, quoniam motum mouet. et si forma materialis vel prima est, vel à prima, & ad primam: primum autem nihil est quod est participatio materialium: est ergo aliquid primũ cui assimilatum est. Et si id quod facit, vel temere facit & vt contigit, vel ad scopum definitum respiciens: fieri autem non potest vt temere: necesse est finem quoq; esse aliquem: & id cuius gratia semper esse.

Causę instrumentarię homo & Sol.

Efficiẽs causa est separata.

Exẽplarem causã necessario esse oportet.

Finalis causa est, cuius gratia fit aliquid.

Causarũ pulcherrima cõtemplatio.

Euenit autem cũ causæ multis modis dicantur, vt eiusdem multæ quoq; causæ sint nõ per accidens. quemadmodum statuæ & ars statuaria & æs, non aliqua ratione, q̃ quatenus est statua. sed non eodem modo. sed hoc quidem vt materia, illa verò vt vnde motus. Porrò autem

A sunt etiam quædam sui inter se causæ. quemadmodum laborare, causa est bonæ habitudinis: & ipsa laborandi. sed non eodem modo. sed illud quidem vt finis: hoc autem vt principiũ motus. Præterea autem eadem est causa contrariorum. Quod enim cũ adest, huiusce esse causam; hoc etiã si absit, contrarij esse causam causamur aliquando. quemadmodum absentiam gubernatoris, nauigij subuersionis, cuius præsentia erat causa salutis.

Cùm tradidisset multas causarum differẽtias, ne quis existimaret alias aliorum esse causas, vtpote materialem quidem alterius, formalem verò vel efficiẽtem alterius, rectè adnotauit ꝙ ex ijs quæ dicta sunt euenit multas esse eiusdem causas. Cũ autem dixisset illud, EVENIT, ne aliqñ quidem sic, aliquando verò aliter habere existima- B remus, subiũxit, NON per accidẽs, sed quatenus id quod fit aut gignitur tale est} Quatenus .n. est naturale vel artificiale, habet & materiã & formam, & efficientem causam & materialem. Illud autem, NON aliqua alia ratione q̃ quatenus est statua} dictũ est pro eo quod est, Non per accidens, sed per se. Si enim per se: scilicet non per accidens: quandoquidem necesse est esse eorũ alterutrum. Adijcit autem has etiam nõ solùm esse causas eius quod fit, sed etiam sui inter se esse causas, efficiẽtem causam & finem. Laborare enim bonę habitudinis causa est, vt causa efficiens. & bona habitudo causa est laborãdi, vt finis: quãdoquidem eius causa laboratur. Num autem bona quoq; habitudo laborandi causa est efficiens? Qui est .n. bona habitudine præditus, laborare potest & operari. Postquam autem dixit omnes eiusdem et sui inter se esse causas, adijcit esse quoq; eandem contrariorum causam, sed non eodem modo se habentem, sed contra affectam. C Quod enim præsens est alicui salutis causa, vt gubernator naui, id si absit, vt euertatur causa est. Clarum est autem ꝙ si adsit quidem, per se causa est, si absit autem, per accidens. Ita autem dixit in primo, Formam absentia & præsentia, generationi esse causam & interitus. XXVI

Eiusdẽ multæ sunt per se causæ.

Efficiens & finis sunt sui inuicem causa.

Contrariorũ eadẽ est causa

Omnes autem quæ nunc dictæ sunt causæ, in quatuor modos incidunt apertissimos. Elementa enim, syllabarum: & materia eorum quę construunt̃: & ignis & quæ sunt eiusmodi, corporum: & partes, totius: & positiones, conclusionis, vt id ex quo, causæ sunt. Earum autẽ alia quidem vt subiectum, quemadmodum partes: Aliæ autem vt quod quid est esse, & totum, & compositio, & forma. XXI

Cùm in causis tradendis & genera causarum tradidisset vt causas: & quæ inter id quod facit, & quod fit, vel fi- D nem intercedunt: meritò in vnam summam redigens, dicit esse quatuor modos causarum, ad quos, omnes quę dictæ sunt reducuntur. & cum eas breuiter enumerare instituisset, & primam producens materialem, eam quoq; exemplo declarare voluisset, & vt res esset clarior eius etiam exponere differentias, illa etiam accepit quorum est subiectũ, dicens, ELEMENTA quidem syllabarum, & materia eorum quæ construuntur} & cætera quæ deinceps sequuntur. in quibus subiecta quidẽ sunt elementa & materia artificialiũ, vtpote ligna, vel cera: & oleum medicamẽti: & ignis; & terra: & reliqua: & partes & positiones: Formæ autem, syllabæ, & scamnum, vel medicamentum, & animal, & totum, & conclusio. Cùm ergò formas cõiunxisset subiectis, meritò subiunxit, EARVM autem aliæ quidem causæ sunt vt subiectũ, quemadmodum partes: aliæ verò vt forma.} & sic efficientẽ adijcit & finalem. Tradidit autem subiecti differentias, quandoquidem XXVII

Subiecti differentiæ.

doquidē aliter quidem ea quæ est propriè materia subijcitur ijs quæ ex ipsa componuntur, & ex ipsa fiunt quæ fiunt: & aliter elementa syllabis, & partes toti: & aliter propositiones, quas positiones vocauit, conclusioni. Materia enim, vt ait Alexander, formam suscipit: Elementa autem & partes, per compositionem. Etenim syllaba ex elementis fit tanquam ex partibus. Corpora autem prima et simplicia, quæ vocantur elementa compositorum corporum, vt terra, aqua, aer, ignis: & per compositionē & per alterationem efficiunt, quæ ex ipsis constituuntur corpora. Cæterum hæc quidem omnia, cùm ei quod ex ipsis constituitur insint, causæ sunt: Propositiones autem non insunt conclusioni: sed eius quidem sunt potius efficientes, insunt autem in toto syllogismo, & in ipso materię rationem obtinent: Cōclusio autem, formæ. Num autem etiam in conclusione quodāmodo sunt propositiones, & vnum est. Vnus quidem hic modus causarū, varius, vt ostēsum est. Alius autem est, vt quod quid est esse, & forma. Eiusmodi autem sunt quæ exposuit vnà cum causis materialibus. & totum, non quod est cum partibus, sed quod accedit ad partes. Eiusmodi autem est compositio, Ipsa enim cum sit alia à compositis, illis accedit tanquam forma. quemadmodum in elementis, in orationis quidem elementis syllaba, in corporum autem elementis forma, quæ fit per compositionem, quemadmodū hominis vel ficus. Et omnibus his videlicet conuenit formæ appellatio. magis autem proprie in ijs quæ eam quæ propriè dicitur habēt subiectam materiam. Meminisse aūt oportet Alexandrum dicere materiam formam suscipere per alterationem. Quāobrem dicunt etiā Peripatetici compositum constare ex materia et forma, vtpote quòd simul inter se alterentur simplicia in generatione compositi. Platonici autem materiam dicunt nō posse verti, ea sequentes quæ dicuntur in Timæo, cùm dicit. Idem dicēdum est etiam de natura quæ omnia suscipit. ea semper idē est appellanda. Ex sua enim omnino potestate non recedit, & videlicet ne alteratur quidem. Nunquid ergo Platonici quidem dicentes de prima materia, quæ est expers qualitatis, eam minimè alterari concedunt: alteraē enim quod est qualitate præditum, vt quod aliam quidē qualitatem abijciat, aliam verò assumat: quod est autem expers qualitatis, quomodo poterit alterari? propterea ergò nō ex materia et forma dicunt esse compositum, vt quę non simul inter se alterentur: sed formam in materia: Peripatetici autem propinquam sumentes materiā, vt quatuor elementa, & semen & menstruum, eam etiam iure dicūt alterari, & ex materia & forma dicūt constare cōpositū, cū & materia muteē in formā, & forma efficiaē materia.

Positiones vocat Aristoteles, ppositiones.

Materia suscipit formā per alterationem, vt volunt Peripatetici.

Peripatetici dicunt cōpositum cōstare ex materia et forma.

Materia nō cōuertiē ex Platonicorū sententia.

Platonici dicūt formam esse in materia.

Semen autem & Medicus, & qui consuluit, & in summa id quod facit, omnia sunt vnde est principium mutationis, vel status, vel motus.

XXVIII Tertiam rursus ènumerat, nempe causam efficiētem, hic quoque exempla adijciens. per quæ, vt existimo, efficientis quoque causæ differentias, quemadmodum materialis & formæ prius, ostendit. Aliter enim facit qui consuluit, & aliter Medicus, & aliter semen. Qui enim consuluit, præbet rei faciendæ principium, ipse opus non attingens. Medicus autem ipse operans facit. Semē autem est quodammodo medium inter efficientem causam & materialem, siquidem sua ipsius mutatione & factū seu genitum simul facit, etsi id quod propriè facit, vt ipse etiā fatetur Alexander, debeat ab eo quod fit seiungi. Illud autem OMNIA, non est coniungendum cum eo, QVOD facit} sed seiunctè legendo, de tribus modis efficiētis causæ assumendum est.

Efficientis causæ differentiæ.

Aliæ autem vt finis, et bonum aliorū. Id enim cuius gratia, vult esse optimū, & finis aliorum. Nihil autē refert an ipsum dicas bonū, an bonū quod apparet. Causę ergo tales sunt et tot specie.

XXXII Quartam & postremam alijs finalem causam subiungit, hoc dicens, vt finis & bonum aliorum. Dicit autem Alexander hanc dictionis esse consecutionem, Vt finis aliorum & bonū, aliorum scilicet quorū est finis. Num autem cōmuniter & ad finem & ad bonum relatum est illud, ALIORVM. Causa enim finalis, quemadmodum sanitas, sicut est finis aliorum quæ sumuntur eius gratia, vtpote ambulationis, medicamentorū potionis, & eorum quæ sunt eiusmodi, ita est etiam bonum illorum. Sed cur ei quod est finis & bonum, adiecit, id cuius gratia, dicēs. ID enim cuius gratia, vult esse optimum} Num quòd id cuius gratia, est id quod expetentes alia agimus: Quod est autem expetendum, bonum est: & quod magis est finis: & magis bonum est, & aliorum optimum. Cùm autem dixisset finem, & id cuius gratia, bonum esse, quoniam sicut dixit in principio Moralium ad Nicomachum: Omnis ars, & omnis quę certa via ac ratione traditur disciplina, similiter autē & actio & institutum aliquod bonum videtur expetere} non omnino autem & verè bonū est id cuius gratia agimus ea quæ agimus, est autem omnino bonum apparens, apparens autem dico id quod videtur, siue sit, siue non sit: ideo adiecit, NIHIL autem refert an ipsum dicas bonum, an id quod apparet} Ita enim bonum illud cuius gratia dictum est, vt bonum quod apparet. Nos enim mouent non bona ipsa, atque vtinam mouerent, sed quæ bona esse visa sunt. Quocirca etiā voluptas videtur esse res expetenda & finis, nō quòd sit bonum, neque enim damnum afferret, sed quod videatur esse bonum. Cùm tot sint ergo causę, ait Eudemus, subiectū quidem, & quod primò mouet, omnes esse causatos: formam autem multos: Id autem cuius gratia, pauciores & minus. Id autem videtur esse nobis causa plurimorum. apparet enim esse multiplex. Nostrę enim omnes propemodum actiones alicuius gratia fiūt & boni. Etsi enim Medicus quandoque febrem afferat, quæ absolutè malum est, sed tamen cùm eam affert, id facit tanquam bonum. Similiter autem is qui dum maiora mala vitat minus eligit, bonum acquirit. quemadmodum qui pro alijs malis mortem eligit. Talia.n. quidam callidè excogitant. Ea aūt soluere fortasse est melius, & minimè est difficile,

Finis est vel bonū quod vere est, vel quod apparet.

Finalis causa est plurimorum.

Medicus febrē afferens id facit tanquam bonū.

Modi autem causarum numero quidē multi sunt. Sed si in summā redigantur, sunt ij quoque pauciores. Dicūtur enim causæ multis modis. Et earum ipsarum quę sunt eiusdem speciei alia est alia prior, ac posterior. quēadmodum sanitatis Medicus & artifex. & eius quod est Diapason duplum & numerus, & semper ea quæ continent, si referantur ad singularia. Præterea autem vt accidens, & eorum genera. quēadmodum statuæ aliter Polycletus & aliter statuarius. quoniā accidit statuario vt esset Polycletus. Porrò autē quæ continent sunt accidens. quēadmodum si homo fuerit causa statuæ, vel omnino animal. Sunt autem etiam ex accidentibus alia alijs longius & propius. quēadmodum si albus & Musicus dicatur causa statuæ. XXXIII

XXIX Prius quidem, cùm dixit, Vno modo dicitur causa id ex quo fit aliquid cū in eo insit, modos dixit, primarum causarum inter se differentias, vtpote solius materiæ, & solius formæ, & aliarum causarum. Nunc autē dicit modos singularium causarum differentias, quę quidem sunt eorum quę sunt eiusdem speciei. Et dicit modos quidem singularium causarum esse multos. rediguntur autem hi quoque summatim ad sex singularum causarum differentias. In vnaquaque enim specie causarum, quēadmodum in materia vel forma, vel per se causam dicimus vel per accidēs. Præterea prior & posterior alia alia sumiē causa.

Causarū sex sunt differentiæ.

Causa per se.

Causa per accidens.

Quemadmodum

Causa prior, Causa posterior.

quemadmodum in causa efficienti. Possunt enim eiusdem, vtpote sanitatis, priores & posteriores sumi causæ efficientes, omnes per se sumendo, vt Medicus & Artifex. Et in formali Diapason consonantiæ duplum & numerus. & vt semel dicam, quæ comprehendunt, & quæ comprehenduntur, vel cõia & singularia vbiq;, cũ priora quidem sint quæ sunt propinquiora, posteriora verò quæ sunt remotiora. Sunt autem propinquiora omnino singularia. quoniam nõ sunt ea vtiq; cõmunia vt quæ ea continent. Et in causa materiali est hoc quidem æs, ppinquius, æs verò remotius, vel aqua, vel corpus. Et in finali propinqua quidem est hæc sanitas: remotior autem & communior est sanitas & habitudo & qualitas. Dicta est autem prius quoq; eiusmodi differẽtia, cùm dixit, Et eorum genera. Cùm has autem duas cõsiderasset differentias in ijs quæ per se dicuntur causis, singulariũ, inquam, & generis, has etiam tradit differentias in causis quæ dicuntur per accidens, primum docens quænam sint causę per accidens. Statuæ enim per se causa est statuarius: per accidens verò Polycletus. quoniam accidit statuario vt esset Polycletus. Quamobrẽ quæ ijs quæ per se sunt causis accidunt, sunt causæ per accidens. & genera quæ per se insunt in eo quod accidit, quatenus insunt in causa per accidens, ipsa quoq; fiunt causæ per accidẽs. quemadmodum Polyclerus est per accidens causa statuæ: Polycleto autem per se inest homo & animal. Ergo homo quoque per accidens est causa statuæ: Similiter autem etiam animal. Cùm ergo sic ostendisset quænã sint causæ per accidens, dicit eas quoq; esse diuisas in id quod est propius et remotius, sicut prius ostẽderat eas etiam quæ per se sunt diuidi. Etenim si per accidẽs statuę causa est Polycletus, & albus, & musicus, est qdem certè causa ppior Polycletus, remotior autẽ albus & musicus, qm̃ Polycleto hæc accidunt. Notandum est autem, vt ego quidem sentio, q in ea quidẽ quæ per se est id quod est remotius & propius accepit in ijs quæ continent & quæ continentur, vt sunt genera & species. In ea autem quæ est per accidens, hoc etiam accepit dicens, EST autem vt accidens & eorum genera} sed ea accidenti coniunxit. Aliud autẽ accepit remotius & propius in ijs quæ per accidens insunt etiam in ipso accidẽti. Albus enim aut Musicus, per accidens causa est statuæ remotius, quoniam Polycleto accidit vt esset albus, qui quidẽ est propinquior per accidẽs. Cùm sint ergo hæ duæ differentiæ dyades, vna quidem in ijs quæ per se sunt causis, alia vero in ijs quæ per accidens, aliam tertiam paulopòst adijcit, cùm quædam ipse interiecisset. Ea est autem, per quam causæ quæ sunt per se, & quæ per accidens, vel dicũtur vt solutæ altera ab altera: cùm dixero statuę quidem effectorem aliquãdo quidem statuarium, aliquando verò Polycletum: vel vt connexæ, cùm dixero statuæ non Polyclerum solum effectorem, neq; solũ statuarium, sed Polycletum statuariũ. Et qđ hæc tertia dyas duabus prioribus cõiuncta sit, ostendit ipse Aristoteles, cũ tres deinceps paulopòst posuisset.

Causæ solutæ. Causæ cõnexæ.

XXXIIII In omnibus autem & quæ propriè dicũtur, & quæ per accidens, alia quidem dicuntur, vt quæ possint, alia verò vt quæ operentur. quemadmodum domum ædificandi, domus ædificator, vel domum ædificans domus ædificator.

D

XXX Cõmunem quandam subiungit differẽtiam omnibus his quæ dictæ sunt causis, tam quæ per se sunt, quam quę per accidens, & quæ sunt solutæ, & quæ connexæ, nempe eam quæ est in eo quod est potestate & actu. adeò vt cùm sex sint differentiæ & duplicẽtur, per id quod est potestate et actu, duodecim fiant vniuersæ, quas ipse quoq; apertè enumerat, cũ dicit. Sed tamen hæ omnes sunt quidem sex numero, sed quæ dicunt duobus modis. Et subiungit quænam sint eæ sex. Aut enim vt singularis, quę est per se scilicet, aut vt genus eius. & rursus vel vt accidens, singulare scilicet, aut vt genus accidẽtis. et q; vt vel

Causæ potestate. Causæ actu.

A connexæ, vel quæ dicuntur absolutè. Dicuntur autẽ omnes duobus modis, vel vt quæ operentur, vel ex potẽtia. Domum enim ædificandi efficiẽs causa est, potestate quidem, domus ædificator, etsi non ædificet: actu verò, domum ædificans domus ædificator.

Similiter autem ijs quæ dicta sunt, dicetur etiam in ijs quorum causæ, causę sunt. quemadmodum huiusce statuæ, vel statuæ, vel etiam, vt in summa dicam, imaginis, vel huius æris vel æris. & similiter in ijs quæ accidunt. Præterea XXXV
XXXVI
autem cõnexæ & hæ & illæ dicentur. quemadmodum nõ Polycletus, neq; statuarius: sed Polycletus statuarius. Sed eæ tamen omnes sunt numero sex, sed quæ duobus modis dicuntur. Aut enim vt singularis, aut vt genus aut vt accidens, aut vt genus accidentis, aut vt eæ connexæ, vel vt quæ dicãtur absolutè. Omnes autem aut sunt operantes, aut potestate.

B

Hic est quidẽ dictionis contextus. SIMILITER quidem ijs quę dicta sunt dicetur etiam in ijs quorum causę, causæ sunt} hoc est in effectis, seu, si dici posset, causatis. Eorũ enim causæ causæ sunt. Ergo in his quoq; dicit easdem esse differentias, quæ sunt etiam in causis. Ex ijs. n. alia quidẽ sunt effecta propinquiora, alia verò remotiora. & alia quidem per se, alia verò per accidens. quemadmodum effectus est statua. propinquius quidem, vt Milonis statua: remotior autem absolutè statua: & ea adhuc remotior, imago. Porrò autem æs quoq; quod non sumitur vt causa materialis, sed vt effectus metalli fusoris, est ipsum quoq; proximè effectus, vt hoc æs. Aliud autẽ est remotius, vt æs absolutè, vel corpus, vel materia. Similiter autem habet, inquit, etiã in ijs quæ effectis accidũt. Quæ enim accidunt effectis, ipsa quoq; sunt effecta per accidẽs. Similiter autem in ijs quoq; alia quidem sunt effecta propinquius, alia verò remotius. Propinquius quidem sunt effecta per accidens, quæ propinquioribus per se effectis accidunt, hoc est singularibus: Remotius autem eorum species & genera. Hoc enim rubrum, siquidem æs quod fit, talẽ habet colorem, est propius effectus per accidens: Remotius autem rubrum, & in summa color. Porrò autem effecta sicut causæ non solum dicẽtur solutæ, sed etiam connexæ. Cùm dixisset enim causarum & effectorum differentias, subiunxit. PRÆTEREA autem connexæ & hæ & illæ dicentur} hoc est & causæ & effecta. Sed ego quidem qui sex dixi causarum differentias, ita etiam effectorum quæ sunt æquales subiunxi, ordine qui in ijs quæ consequuntur dicitur ab Aristotele. Ipse autem cùm post differentiam causarum quæ sunt per se & per accidens & potestate & actu, easdem differentias etiam in effectis considerasset differentias eius quod est per cõnexionem & eius quod est solutum communiter in causas & effecta deduxit. & ita cùm sex modorum fecisset enumerationem in causis & effectis, per id quod est potentia & actu omnes diuidit. In cõnectendo autem possunt quidem vel propria connecti cũ proprijs, vel accidentia cum accidẽtibus, vel vicissim. Et eorum vel propinqua cum propinquis, vel remotiora cum remotioribus, vel vicissim. Ipse autem videtur solam sumere cõnexionem propriorum cum accidentibus, vt si dicatur statuarius Polycletus. Connectitur enim quę est per se causa, statuarius, cum Polycleto quæ est causa per accidens. Est autem Polycletus hic statuarius, cuius ẽt Galenus meminit, qui fecit statuam quæ habebat omnem membrorum symmetriam ac proportionem tã per se quam inter se. vt ideo vocaretur Polycletus regula. XXXI

Effectorum seu causatorũ eædẽ sunt differentię q causarum.

C

Multiplex causarũ potest esse connexio.

Polycletus regula vocatus.

Tantum autem differunt, q ea quidem quæ operantur, & quæ sunt singularia, simul sunt & XXXVII

non

nō sunt, & ea quorum sunt causę: quemadmodum hic qui medetur cum hoc qui sanatur. & hic qui ædificat cum hoc quod ædificatur. Quę autem potestate, non semper. Interit enim non simul domus, & domus ædificator.

XXXII Cùm dixisset sex illos modos dupliciter diuidi & per id quod est potestate, & per id quod est actu, tradit eorū differentiam quæ sunt potestate & actu, dicens ea quæ actu sunt, & effecta, simul esse & non esse. Cū autem dixisset, Ea quæ operātur, adiecit, Et quæ sunt singularia, non tanquam alia dicens ab operantibus, sed ꝙ quæ operantur, ea sunt singularia. Ea enim operantur & agunt et faciunt: sed non eorum genera & species. Neq; enim quicquam eorum quæ sic sunt cōmunia, per se consistit. Quę autem actu sunt in singulis, etiam vnà inter se consistūt. quemadmodū hic qui ædificat, donec ædificat, simul est cum eo quod ædificatur. Quæ autem sunt potentia, non semper simul sunt. F Eius autē euidens produxit indiciū, ꝙ domus ædificator & domus non simul intereant. Domus enim est ædificatore omnino diuturnior. Aedificante autem aliquo omnino ædificatur aliquid. etsi non ædificat, non ædificatur, & si ædificetur aliquid, omnino aliquis ædificat, & si non ædificetur, non ædificat, adeò vt simul sint & non sint. Dicit autem nunc Potentia, nō de eo quod potest fieri: neq; enim amplius fieri possunt quę iam facta sunt: talis est autem qui ædificauit domus ædificator, & domus quæ est ędificata: Sed absolutè ea quę opponuntur operantibus. Ea autem sunt quæ non operantur. Non operātur autem & quæ possunt operari, & quę cessarunt ab operatione.

Quæ actu sunt in singulis, inter se simul cōsistūt. quę vero potentia, non semper.

Potestate est id q̄d opponitur operanti.

XXXVIII Oportet autem semper vniuscuiusq; supremam causam quærere. quemadmodum etiam in alijs. quemadmodum homo domum ædificat, quoniam est domus ædificator: Domus autem ædificator per artem ædificādi. G Hæc est ergo prior causa, & sic in omnibus. Præterea genera quidem generum: singularia autem singularium. quemadmodum statuarius statuæ, hic huius. & potestates quidem, eorū quæ fieri aut esse possunt. ea autem quæ agunt relata ad ea quæ agūtur.

XXXIX Quot sint ergo causæ, & quomodo sint causæ, à nobis sit satis definitum.

XXXIII Supremam quidem causam dicit eam, quæ maximè propria dicitur, quam alij continentem nominant. Id autem fecit obscurum per exemplum. Cur enim homo ędificat rogantes, audimus, quia est ædificator. Cur aūt ædificator, audimus, per artem ædificandi. In his autem cessat quæstio: quare, aut propter quid. Et ideo eam vocat supremam, ꝙ ad eam vsq; ascendentes consistimus. Aedificationis enim causa maximè propria est ars ędificandi. H Oportet autem quemadmodum in alijs omnibus id quod propriè nomine dici audimus, ita etiam in causis. Drachmam enim eam quę est propriè drachma, nō eam quæ est adulterina, audimus: & hominem, eum qui propriè homo est, non eum qui est mortuus: Ita etiam causa sumenda est quæ propriè causa est. Qui autem hæc dicit, non naturam propriè efficientem corporum causam posuerit. Etsi enim ea mouet corpora, ipsa quoq; mota mouet. Aliquid igitur est quod etiam eam mouet. Et si quidem mouetur, quæremus quidnam sit etiam illud quod id moueat. quandoquidem quidquid mouetur à mouente mouetur, sicut ipse ostendit in. VII. huius operis: Si autem est immobile, id fuerit sūma & quæ est proprie causa motus. Adijcit autem oportere etiam genera dicere causas generū, & ea inter se opponere: singularia autem singularium. quemadmodum statuarium quidē statuæ,

Causa ppria & suprema.

Natura non est ppriè efficiēs causa, sed imobile.

E hunc huius. Similiter autem potentia collata cum ijs quę sunt potentia: quæ agunt autem cum ijs quæ actu sunt. Notat autem in his Alexander ꝙ si potētiam referat ad id quod est potentia, simul etiam fuerit scientia cum eo quod sciri potest, & sensus cum eo quod est sensile, quæ sunt quoq; ipsa ex ijs quæ referūtur ad aliquid. siquidem dicitur id quod est potētia in eo quod potest fieri, & non absolutè in eo quod non agit. quemadmodum eo paulò antè vsus est, domus ædificatorem eum dicens potentia qui ædificauit, & non vtiq; eum qui ædificat. Et sic soluetur dubitatio quæ est in prædicamentis de testa quæ est in profundo, si id quod est potestate dicatur in eo quod potest fieri.

Scia simul est cū eo, q̄d fieri pōt, & sensus cū sensili.

SECTIO. II.

De fortuna & casu. CAP. IIII.

Dicitur autem & fortuna & casus esse ex causis, & multa & esse & fieri per fortunam & casum. Quonam ergo modo in his causis est fortuna & casus, & vtrum idem omnino sit fortuna & casus an aliud: & quid sit omnino fortuna & casus, considerandum est. XL Nōnulli enim sitne an non sit dubitant. Nihil enim dicūt fieri à fortuna, sed omnium esse causam aliquam definitā, quæ dicimus fieri à casu vel fortuna. quemadmodū quod forte fortuna in forum venerit, & quem volebat quidem, non autem putabat, offenderit, causam esse ꝙ vellet venire ad emēdum. Similiter autem etiam in alijs quæ dicuntur à fortuna, posse semper aliquam causam sumi, non autem fortunā. XLI Nam siquidem fortuna esset aliquid, reuera absurdum videri possit, & iure dubitauerit quispiam, cur nemo veterum sapientum dicens causas ortus & interitus, quidq; de fortuna definijt. Sed, vt est verisimile, ne illi quidem quidquam esse putabant à fortuna.

XXXVII Postquam dixit quænā & quot causæ sint, & quinam modi & differentiæ in vnoquoq; considerantur, quādoquidem & fortuna & casus causæ esse dicuntur, & multa & esse & fieri per fortunam & casum: consequens fuerit quærere an sint, & quid sint, & sub quam ex ijs quę dictę sunt causis reducantur. Nō temerè autem dixit Aristoteles hæc dici. etenim multi existimāt casum & fortunā, vel per se multorum esse causam: Physici autem, etsi de ea nihil dicant, eam tamen vt quæ sit vsurpant, & eam nominant. Etenim Empędocles cùm dicit.

Contigit & currens tunc sic, aliter quoq; crebro

H Et rursus, Quo conuenerunt casu omnia,

videtur causari fortunā. Et qui Deum vel materiam dicunt esse principia, vel bonū et malū: eorū extensionem, & laborū diuisionem, & quæ sunt hmōi, tanq; ex fortunā vel ex casu cogētur dicere. Quinetiam Democritus. cùm dicit oportere omnimodas secernere species ex vniuerso, quomodo autem & ex qua causa nō dicit, videtur ex fortuna & casu ea gignere. Quinetiam mēte relicta, Anaxagoras, vt dicit Eudemus, inducens casum, multa constituit. Porrò autem Poetarum quoq; nonnulli omnia ferè ad fortunam referunt, adeò vt eam ēt faciant esse cū arte, amicitia & familiaritate coniunctā, dum dicunt.

Dilexit ars fortunam: ab arte amata est mutuo.

Quinetiam eum quoq; qui est fortunatus, prudentē esse aiunt. His accedit ꝙ nōnulla etiam ex ijs, quæ arte fiūt, videmus ēt à fortuna fieri. Videtur enim sanitas quoq; fieri à fortuna sicut ab arte. Cùm qs enim sitijsset, & frigidam

Physici fortunæ & casus nomē sæpe vsurpāt.

Fortuna & ars se mutuo diligunt.

gidam aquam bibisset, sanus euasit. Sed fortasse non di-
cit Democritus fortunam esse causam, sed finxisse. Iā ve
rò multi quoq; dicunt omnia esse fortunam, & vt sint for
tunati, Deos orant. Si ergo hæc quoq; dicũtur esse cau
sæ, ei qui de causis videtur perfectè tractasse, quærēdum
est ad quãnam ex dictis quatuor causis fortuna & casus
reducentur, & quonã modo ex ijs qui sunt traditi. & an-
tea, vtrum fortuna & casus sint eadē, an diuersa. Et si di-
uersa, in quonam à se inuicem differunt. Id autem præce
dit, quidnam sit vtrunq; eorum. Si non fuerit enim osten
sa vtriusq; natura: ne manifesta quidem euadet differen-
tia. Sed hoc quoq;, nempe quid sit vtrunq;, præcedit an
sit omnino. Neq; enim eorum substantia est absq; cõtro-
uersia. Cùm ergo sic ordine exposuisset quæstiões, re-
solutoriè à postrema quæ in resolutione inuenta est quæ-
stione, ea autem est an omnino sit fortuna & casus, ab ea
demõstrationem inchoat. & primum exponit argumen
tationes quæ in vtrisq; fiunt, primo loco ponēs argumen
ta eorum, qui non existimant debere locari inter causas
fortunam & casum. non esse enim alicuius causas. Quo-
rum primum quidem est demonstratiuum: secundũ ve-
rò probabile. Est autem primum eiusmodi. Omnium
quæ fiunt, etiam quæcunq; dicimus à fortuna vel casu fie
ri, sunt causæ definitæ. Nullius autem, quorum sunt cau-
sæ definitæ, causa fuerit fortuna vel casus. quoniam etsi
eas dicant esse causas, eas tamen omnino esse fatentur in-
definitas. Nullius ergo eorũ quæ sunt definita fuerit cau
sa fortuna vel casus. Sic quidem in prima figura per se-
cundum eorum qui demonstrari nequeunt potest colli-
gi. Potest autem etiam in secunda figura sic colligi. Om
nium quæ fiunt causæ sunt definitę. Fortuna & casus nul
lius definitæ causæ sunt. Nullius ergo eorum quæ fiunt,
causa est fortuna, nec casus. Quòd autem omnium quæ
fiunt, etiã quæcunq; dicimus fieri à fortuna vel casu, cau-
sa sit aliqua definita, ostendit per exemplum. Nam cùm
quispiam in forum processisset διὰ τὸ ἀγοράζειν: ita enim
est græcè, hoc est, vt in foro versaretur, vel etiam vt eme
ret: offendit illic debitorem, quem maximè quidem vo-
lebat offendere: sed se nõ putabat offensurum: & recepit
pecuniã. Hoc omnes fortefortuna vel casu factum esse
dicimus. & tamen eius quoq; est causa efficiens definita,
nempe q; veniēs vellet emere. Propterea enim & offen-
dit debitorem, & recepit pecuniam. Similiter aũt etiam
in alijs quæ fiunt à fortuna, potest semper sumi causa ali-
qua definita, & non fortuna. Quòd autem siquidem cau
sa sit fortuna, ea sit indefinita, ne demonstrandũ quidem
esse duxit. Talem enim apud omnes in mēte insitam sui
notionem habēt fortuna & casus. Secũda autem ratio
fuerit eiusmodi. Si eorum quæ fiũt, causa est fortuna, &
casus, absurdum quidpiam & dubium consequetur, cur
veteres sapientes cùm dicerent causas ortus & interitus,
eorũ non meminerunt. Quod autē id consequitur quod
est absurdum, idipsum quoq; absurdũ fuerit. Quare ab-
surdum videri poterit vnius eorum quæ fiunt causam
esse fortunam vel casum. Potest autē sic quoq; colligi.
Si ne ex veteribus quidem sapiētibus vllus fortunam &
casum causas esse putauit, ne eas quidem esse causas con-
sentaneum est. Atqui verum est antecedēs. Ergo & con
sequēs. Neminem autem ex veteribus putasse, sic osten
dit. Si qui ortus & interitus causas dixerũt, fortunam &
casum causas esse putassent, de eis definijssent. Atq non
definierunt. Reprehendit autem Alexãder dictionem
tanq̃ quæ minimè quadret, cũ græcè dicat, τί δή ποτε οὐ-
δεὶς περὶ τύχης οὐδὲν διώρισεν, hoc est, cur nemo de fortu
na nihil definijt? Oportebat. n. inqt, subiungere, De for-
tuna quidq̃ definijt. quoniam negatio præponitur in eo
quod est, Nemo. Et multo magis scilicet Platonē repre
henderit qui dicit, οὐδεὶς εἰς οὐδὲν οὐδενὸς ἂν γένοιτο ἄξιος,
id est, Nullus ad nullam rē nullius fuerit pretij. Sed vel
potius laudandus, & in admiratione habendus est locus,
vt qui apertè, accuratè, & diligenter sit expositus.

Fortunam non esse locãdum inter causas.

Duplex negatio magis negãs reprehenditur ab Alexandro.

A Sed hoc quoq; est admirandum. multa enim XLII
& fiunt & sunt à fortuna & casu. quæ non igno
rantes posse vnumquodq; reduci ad aliquã eo
rum quæ fiunt causam, quemadmodum vetus
dixit oratio, fortunam de medio tollēs. ex ijs ta-
men alia quidem omnes dicunt esse à fortuna,
alia verò non à fortuna. Quocirca vel quomo XLIII
docunq; erat ab eis illorum facienda mētio. At-
qui neq; fortunam existimabãt esse eorum ali-
quid, vtpote amicitiam, vel contentionem, vel
ignem, vel mentem, vel aliquid aliud eiusmodi.
Absurdum est ergo siue non esse existimarint,
siue esse putantes prætermiserint: idq; cum eis
nõnunquam vterentur. Quemadmodum Em
pedocles non semper aerem supremè dicit ex-
B cerni, sed quomodocunq; cõtigerit. Dicit itaq;
in mundi creatione.

Contigit & currens tunc sic, aliter quoq; crebro.

Et plurimas partes animantiũ dicunt fieri à for
tuna. Sunt autem nõnulli qui & huius cœli et XLIIII
mũdanorum omnium casum causam esse cau-
santur. Casu enim factam esse dicunt circũuolu
tionē & motũ, qui discreuit, et in hunc ordinem
redegit vniuersum. Et hoc quidem ipsum est XLV
vel maximè admirandum, q; animalia quidem
& plãtas à fortuna neq; esse dicant, nec fieri, sed
vel naturam, vel mentem, vel aliquid aliud eius
modi esse causam: non enim fit quodlibet ex
vnoquoq; semine. sed ex tali quidem, olea: ex
C hoc tali verò, homo: cœlum autem, et quę sunt
diuiniora ijs quæ sunt manifesta, facta esse à ca-
su: nullam autem eiusmodi esse causam cuius-
modi est animantium & plantarum. Atqui si XLVI
hoc ita habet, hoc ipsum quidem certè animad-
uersione dignũ est, & bene habet vt de hoc ip-
so aliquid dicatur. Nam præter hoc q; alioqui
absurdũ est, quod dicitur, absurdius adhuc est,
hæc dicere, cùm videant in cœlo quidem nihil
casu fieri, in ijs quæ non fiunt ex fortuna, mul-
ta à fortuna contingere. Atqui consentaneum
erat fieri contrarium.

Aduersus duas orationes quę fortunam & casum non XXXVIII
esse ostendunt, dicit. & prius quidem aduersus primam,
quæ fortunam de medio tollit, propterea q; omniũ causę
D sint definitæ, sit autem fortuna indefinita. Cõtradicit au
tem, ostendens eiusmodi orationem secus q̃ velit conclu
dere. Vult enim fortunam de medio tollere. sed eam im
prudens magis confirmat. Si enim cũ possimus omnia
quæ fiunt ad causas definitas referre, idq; cũ non ignore-
mus, tamen non omnia ad eas referimus, sed etiã viden-
tur quædam nobis fieri à fortuna & casu, clarũ est fortu-
nam & casum esse aliquid præter causam definitã. Si. n.
definito principio nunquam dubitamus, in nonnullis au
tem esse causamur non definitum & apertũ principium,
sed fortunam: videlicet vt quæ sit aliquid aliud præter
eam causamur. Cur enim Achilles quidē dicitur Hecto-
rem occidisse cõsultò: Adrastus verò casu Crœsi filium?
Atqui is quoq; nisi sua sponte hastam emisisset, Crœsi fi-
lius non fuisset interfectus, sed in animo quidem habuit
emittere hastam: non erat autē eius institutum eã iacere
in filium Crœsi, sed in feram. Voluntas ergo dicenda est
fuisse

Fortunã esse & casum.

fuisse causa amissionis, cædis autem minimè. Quomodo enim hoc voluit, quod si sciuisset euenturum, non emisisset iaculum. Quare casu rectè esse dicitur, non autem de industria facta eiusmodi cædes. Quocirca etiam veniam eo nomine consequũtur, nempe q̧ quę fiunt à nobis, alia quidem casu fiant, alia verò prius capto consilio. & ideo oportebat fortunæ vt quæ sit mentionem facere, nũc autem nullam eius videntur fecisse mentionem. neq; .n. videntur fortunam nominare, neq; quidq̃ eorum quæ ab ipsis nominantur, idẽ videtur quod fortuna. vtpote amicitia vel contentio, vel mens vel ignis vel aliquid aliud eiusmodi. Hæ enim definitæ sunt causæ. Quocirca aliæ quidem vicissim, mens verò semper dominatur. Hoc autem vniuersum etiam quodãmodo secundæ occurrit orationi. Illud autem, QVEMADMODVM vetus oratio fortunam de medio tollens } videtur dictum esse aduersus

Democritus in mũdi creatiõe adhibet fortunã, tollit autem in singularib⁹.

Democritum. Ille enim etsi in mundi creatione visus sit vti fortuna, in ĳs tamen quæ sunt magis singularia dicit fortunam nullius esse causam, ad alias causas referẽs. vt- F pote q̧ thesaurus inuentus sit, fossionem: oleæ, plantationem: Quòd calui autem fractum sit cranium, aquilã quæ testudinem deiecerat vt frãgeretur testudo. Ita enim refert Eudemus. Aduersus secundam autem orationem, quæ dicit absurdum quid & dubium apud eos sequi qui ponũt fortunam, q̧ priores Physici de ea nihil dixerint. Ad eam ergo respondens, dicit absurdum non apud eos sequi qui dicunt fortunam esse causam, sed apud veteres Physicos. Siue enim non existimabant causam esse fortunam, quæ est adeò euidenter: absurdum, & q̧ cùm se esse sapientes, & posse de vniuersis considerare putarẽt, hoc eos latuerit: & q̧ et si non putabant, hoĩbus tamẽ persuadebant se ad inane nomẽ deferri: Siue cùm esse existimarent, prætermiserunt docere quid sit, & quamnam vim habeat fortuna: id quoq; est absurdũ: vt qui suam de causis sententiam pronunciarunt, eã prætermiserint. Quòd autẽ de ĳs quæ forte fortuna eueniunt aliquid mente conceperint, id ostendit q̧ eo nomine qñq; vtantur. Quemadmodum Empedocles non semper aerem supremè dicit excerni, sed quomodocunq; contigerit. Dicit itaq; in mundi creatione.

Empedocles fortunę multum tribuit.

G

Contigit & currens tunc sic, aliter quoq; crebro.

Et alibi, Quo conuenerunt casu omnia. Et multas partes animantium dicit factas esse à fortuna, vt cùm ait.

His autem tellus vel valde contigit æqua. Et rursus,

Parua hilari flãmæ euenit sed portio terræ. Et alibi,

In palmis veneris sic hæc formata fuere.

Multa autem possunt etiam eiusmodi adduci ex Physicis Empepoclis. vt hoc,

Consilio vt saperent fortuna quoq; omnia fecit.

Et rursus.

Quarenus & conuenerunt rarissima quæq;.

Cæterum hic quidem cùm in paruis videatur vti fortuna, minus notandus est si quidnam sit fortuna non tradiderit. Democritus autẽ duabus de causis absurdum q̄d fecisse videtur, Primum quidem q̧ cùm huius cœli, quid H autem dico, cœli, q̧ cùm omnium mundorum, qui ex eorum sentẽtia sunt multi atq; adeò infiniti, casum causam esse dicerent: à casu enim esse dicunt circũuolutionem & motum, qui vniuersum discreuit, & in hunc ordinem redegit: non dicunt tamen quidnam sit casus. Secundo autem iure mirandum est, quomodo animalia quidem & plantas asserunt neq; esse, nec fieri à fortuna, sed vel naturam, vel mentem, vel aliquid aliud eiusmodi esse causam eorum definitam, & neq; inordinatam neq; rationis expertem: hoc enim esse manifestum, siquidẽ non fit quodlibet ex quolibet, sed homo quidem ex humano semine, olea autem ex olea: nec dixerit quisquã equum forte fortuna ex equo esse procreatum: à fortuna enim non est q̧ est ordinatum, et semper, vel vtplurimum similiter se habet: quæ sunt autem maxima, & sensilium diuinissima, cœlum, & astrorum choream, in q̄bus nihil est indefini-

E tum, nihil inordinatum, ea ad casum et fortunã referunt, nullam eiusmodi causam eis tribuẽtes, cuiusmodi esse dicebant animalium, vel plantarum, definitam, & quæ ordine & ex certis agit rationibus. & tamen de fortuna vel casu nihil dicunt. Quanq̃ etiã siquid dicerent, hoc etiam esset in eis aduertendũ, an fortunæ & casui sint talia permittenda, & de eo bene habet aliquid dicere. Præter hoc enim quod est absurdum ea quæ sunt diuinissima eorum quæ sunt in mundo, administrari à causis indefinitis, adhuc est absurdius quod dicitur, si per collationem ea quis consideret, cùm in cœlo quidem omnia videat ordinata, & nihil indefinitè aut à casu aut à fortuna fieri: In ĳs autem quæ sunt infra lunam, quæ ĳ dicunt à fortuna non fieri, multa fortuito contingere. Atqui ex eorum sententia erat consentaneum fieri contrarium, vt cœlum quidem nullo certo ordine moueretur, quæ autem in generatione versantur ordinatam omnem suã haberent naturam, & breuiori quidem tempore manerent cœlestia. talia.n. F sunt quæ fortuna fiunt: quę autem in generatione versantur, tempore diuturniora. Videmus autem cœlestia ordine & tempore ab ĳs quæ hic sunt longè magis differre, q̃ magnitudine. Respõdet autem Eudemus pro ĳs qui in causis fortunam prætermiserunt, dicẽs, Eam autem iure prætermiserunt, quæ est per accidens. Quæ enim sunt eiusmodi, ne esse quidem vidẽtur sed ea quæ per se sunt.

Fortunã in causis cur nõ enumerarint veteres.

In his autem omnibus locis Aristoteles quidem apertam & ordine procedentem fecit traditionem. Alexandri autem cõmentarĳ mihi vidẽtur in his plus satis manci & aliquantulum confusi, ideo fortasse q̧ qui transcripsit, eorum quæ dicta sunt ordinem conturbauerit. Velim autem eos qui reprehendunt Aristotelem, vt qui efficientem cœli causam non dicat, ea quæ hic dicuntur benignè & prudenter audire. Si eos enim carpit, qui dicũt cœlũ, & ea quæ sunt ex manifestis diuinissima, à casu fieri, nullam autẽ eiusmodi esse causam cuiusmodi animantium & plantarum: ea scilicet vult etiam fieri, etiãsi non G in parte temporis: & ab efficienti omnino causa eaq; definita & ordinata: siquidem eos reprehendit, qui dicunt ea casu fieri: etsi quidem quidquid fit, fit ab eo quod efficit: fuerit autem efficiens vel mens, vel aliquid etiam mente præstantius. siquidẽ & plantarũ & aĩantium, vel naturã, vel mentẽ, vel aliq̄d aliud eiusmodi causam esse cõcedit.

Efficientem cœli causam ponere Aristotelem.

Sunt autem nonnulli, quibus videtur causa quidem esse fortuna, sed humanæ cogitationi ignota, vt quæ sit quid diuinum & ad diuinã naturam magis pertinens. Quare considerãdum est, & quid sit vtrunq;: & an idem sit, an aliud, casus & fortuna, & quomodo in causas iam definitas incidant. XLVII

Nonnulli quidẽ etsi non apertè dicant esse fortunam, XXXIX ex ĳs tamen quæ dicunt coguntur cõcedere eius substantiam. Nonnulli autem vel eo ipso confitentur esse fortu- H nam, & eam causam esse dicunt, quid sit autem dicere nequeunt, cùm eam humanæ menti ignotam existiment, vt quæ sit res quædam diuina, & propterea humanã exuperet cognitionem, quemadmodum videatur Stoici dicere. Quòd autem multi in hac fuerint sententia, ex eo clarum est, q̧ fortunam tanq̃ Deam adorent, & templa ei ædificent, & in eam hymnos canant. Videtur autem hæc quidem opinio q̧ sit diuinum quid fortuna, etiã ante Aristotelem fuisse apud Græcos, & non fuisse primos in hac sententia Stoicos, vt quidam existimant. Etenim Plato in legibus, Deus quidem, inquit, omnia, & cum eo fortuna & occasio vniuersas res humanas gubernant: Quòd autem quidam etiam vrbium fortunam colant, et ei templa ædificent, verisimile est id fuisse postea constitutum. Non habemus enim apud veteres fortunarũ vrbiũ templa in historĳs narrata, vel dies festos descriptos: quanquã fortunæ nomen sciamus in honore fuisse apud veteres.

De fortunæ diuinitate opinio apud veteres græcos.

Deus fortuna & occasio oĩa regũt humana.

Fortuna vrbium.

veteres. Delphis autem præcedebat hoc etiam in sciscitatiõibus, O fortuna & Apollo huicne respõdes? Quin etiam apud Orpheum eius mentio facta est. Si ergo alij quidem diuiniorum quæ sunt in vniuerso corporum causam fortunæ ascripserunt, etiamsi esse aliquid fortunam, ne prę se quidem tulerint: Alij aũt oominis meminerũt, et si verba de ea nõ fecerint: Alij autẽ etiam diuinũ quid eam existimauerunt: per hæc omnia eam esse planum factum est, & operæpretium est quærere quid sit fortuna & casus: & si sunt diuersa alterum ab altero: & quomodo in causas iam definitas incidant. hoc est, vtrum materialis causa sit an formalis, vel potius causa efficiẽs, an finalis: & vtrũ sit ex ijs quæ sunt p se, an ex ijs, q̃ per accidẽs.

CVPVT V.

XLVIII PRimùm ergo quoniam videmus alia quidem semper similiter fieri, alia aũt vt plurimum: clarum est neutrius horum causam dici fortunam, neq; quod fit à fortuna, neq; eius scilicet quod fit ex necessitate & semper, neq; eius quod vt plurimum. Sed quoniam fiunt etiam quædam præter hæc, & ea omnes dicunt esse à fortuna: clarum est fortunam & casum esse aliquid. Nam & quæ sunt eiusmodi, à fortuna, &
XLIX quæ sunt à fortuna, eiusmodi esse scimus. Ex ijs autem quæ fiunt, alia quidem fiunt alicuius gratia, Alia verò non. Horum autem, alia quidem consultò & ex instituto: alia autem nõ consultò nec ex instituro. sunt autem ambo in ijs quæ fiunt alicuius gratia. Quocirca clarum est, quod etiã in ijs quæ sunt præter id quod est necessarium, & id quod est vt plurimum, sunt aliqua in quibus inesse contingit id cuius gratia. Sunt autem alicuius gratia, & quæcunq; à cogitatione gesta fuerint, & quæcunque â natura.
L Quæ sunt autẽ eiusmodi, cùm fortuitò seu per accidens facta fuerint, à fortuna esse dicimus. Quemadmodum enim etiam id quod est, aliud quidem per se, aliud verò per accidẽs, ita etiam causam esse cõtingit. quemadmodum domus, per se quidem causa est id quod est ædificandæ domus arte præditũ: per accidens verò, album vel musicum. Quæ per se ergo causa est, est definita. Quæ per accidens verò, indefinita. infinita enim vni acciderint. Sicut ergo dictũ est, cùm in ijs quæ alicuius gratia fiunt hoc fit, tunc dici-
LI tur à casu & fortuna. Eam autem quæ est eorũ inter se differentiã postea definiemus. Nũc autem hoc sit apertũ ambo esse in ijs quæ sunt alicuius gratia. Quemadmodum, vt argentum reciperet, venisset, debitum ablaturus si sciuisset. Venit autem non ea de causa, sed accidit vt veniret, & hoc faceret auferẽdi gratia. idq; neq; frequenter in locum veniens, neq; necessariò. Est autem finis ablatio, non ex ijs causis quæ in ipso sunt, sed ex ijs quæ consultò & ex instituto suscipiuntur, & à cogitatione proficiscuntur. Et tũc quidem dicitur venisse fortefortuna. Si autem hoc cõsultò & ex instituto fecisset, & ea de causa, vel semper ventitans, vel vtplurimũ acci-
LII piens, nequaq̃ fortefortuna. Clarum est ergo

A fortunã esse causam per accidens in ijs quę consultò & ex instituto fiunt, ex ijs quæ fiunt alicuius gratia. Quocirca in eodem versatur cogitatio, & fortuna. Consultatio enim & institutum non est absq; cogitatione.

Cùm de fortuoa & casu dicere instituisset, & primùm sit ne an non sit quærere constituisset, & esse ex cõmuni omnium testimonio ostendisset, non solùm ex ijs qui diuinam & admirabilem eam dicunt esse causam, & ex ijs qui fortunæ tanq̃ causæ meminerunt, etiamsi de ea articulatè & distinctè non tractauerint, sed etiam ex ijs qui eam de medio tollere conati sunt, nam eos quoq; illã magis confirmare patefactum est, aggressus est deinceps sequentes quæstiones, & quid sit vtrunq; quærẽdum proponens, & quid inter se differãt, & quomodo ad iam definitas causas reducenda sint. Argumento autẽ primùm vtitur, simul quidem rursus esse fortunam & casum, non XL
B solum ex communi testimonio, sed etiam ex rebus ipsis ostendens. Hanc itaq; orationem coocludens, dicit esse fortunam & casum, simul etiam demonstrationi q; sit initium præbens. Ei autem, vt ego quidem existimo, hoc modo processit oratio. Cùm tanquã quod sit in confesso sumpsisset, Cuiuscũq; effecti esse omnino etiam efficientem eius causam: ostendit q; quæ rarius sunt, et sunt in natura eorum quæ sunt, à fortuna & à casu fiũt, Si ergo quę rarius fiũt, sunt in natura, & à fortuna & casu, clarum est esse fortunã & casum. Et q; sint quidem quę rarius fiũt, ostendit ex eorum quæ fiunt diuisione. Non enim in ijs quæ non fiunt, fuerit id quod fit rarius. Ex ijs enim quæ fiunt, alia quidem semper similiter fiunt, quẽadmodum Solem oriri, & occidere. Alia autem non semper similiter. Ex his autem alia quidem sunt vt plurimum, quemadmodum quę sunt fm naturã in ijs quæ sub Luna fiunt: vt homo ex homine, equus ex equo: vel vt qui alicuius gratia in forũ vadit, illud cõsequatur propter quod iuit:

Fortuna & casu fiunt q̃ sunt rari⁹ in natura eorũ quæ sunt.

Rarius non est in iis quæ non fiunt.

C Alia autem non vt plurimũ, sed ex æquo vel rarius. Porrò autem quod ex æquo est, rarius est ijs quæ semp & vt plurimũ fiunt. Et ideo, vt existimo, Aristoteles, id quod ex æquo & id quod est rarius, præter id quod est vt plurimum cõmuniter & perpetuò vocauit. Quòd autẽ quæ sunt præter id quod est vt plurimum, fiãt à fortuna & casu, clarum est ex eo q; omnes non solum dicãt, sed etiam cognoscant ea quæ sunt huiusmodi à fortuna fieri, nec id solùm, sed etiam quod conuertitur, quæ à fortuna fiunt, esse huiusmodi. Neq; n. in ingenitis, seu quæ ooo fiunt, quæ verè sunt, est fortuna. Nemo enim mentem, aut omnino causas imobiles, à fortuna esse dicit: oeq; in ijs quæ fiunt quidem, semper autem similiter fiũt: neq; in ijs quę vt plurimum fiunt: sed in ijs quæ rarius. Quare cùm hæc ostenderit, & esse fortunam, & in his esse collegit. Nam & in ijs quæ rebus artificialibus & naturalibus deficiũt, est fortuna. Quemadmodũ in arte medendi quò ars non peruadit, eò subit fortuna. Quocirca apud malos q̃dem
D artifices plurimum est fortunæ, apud optimos verò, minimum, & in artibus quæ accuratè & exquisitè fiunt. Eorum autem, quæ sunt fm naturam, io primis quidem & præstantissimis, non est: Semper enim se habent fm naturam & similiter: in ijs autẽ quę gignuntur & intereũt, quatenus deficit oatura, & qua ratiõe deficit. Clarum est autem q; qui fortunam & casum nõdum discreuerit, solam fortunam nominat, & de vtrisq; verba facit. Videtur autem hic quoq; id quod dicit confirmare ex multorum testimonio, dicens, {ET hæc omnes dicũt esse à fortuna} sed tanq̃ hoc sit euidens, oune dicit. Quocirca etiã subiunxit, {EORVM autem quæ fiunt, alia quidem alicuius gratia fiunt, alia verò, non.} Et cũ ex eo q; sint, quæ rarius fiunt, & ex eo q; fortuna & casus in his versentur, ea esse ostendisset, deiooeps modũ adijciens quo fortuna & casus eorum causa sunt, q; scilicet vt id quod adest per accidens in ijs quæ ex instituto, & fm naturam fiunt, ita

In ingenitis seu quæ non fiunt non est fortuna.

Fortuna est in eo q̃d deest rebus artificialib⁹ & naturalibus.

causæ

causæ sunt: ex eo etiam quid sit ostendit. Ad id.n.quod est, An sit, satis erat dicere esse effecta: Ad ostendendum autem quænam causæ sint, opus est etiam modo effectorum substantiæ. Cùm ergo omnia quæ fiunt rursus diuisisset per subdiuisionem, in ea quæ fiunt alicuius gratia, & quæ non sunt huiusmodi: multa enim fiunt nullo sibi scopo fine'ue proposito. quemadmodũ propter malã consuetudinem aliqui sibi pilos vellunt, & suos vngues etsi non excreuerint dentibus dissecãt, vel nares cootrectãt, cùm nihil sit ad quod referantur quæ fiunt: & postquam dixit quænam sint quæ alicuius gratia fiunt, q scilicet ea quæ ex instituto, cuiusmodi sunt etiam ea quę arte fiunt, & ea quæ sunt fm naturam: nam & spoote susceptum institutum facit alicuius gratia, & natura, vt multis ostendet progrediens: nec est sponte susceptum institutũ per artem, quemadmodum iu Topicis dictum est & in Ethicis: rectè subiungit, Quæ fiuot alicuius gratia, sunt quæcunq; producta fuerint à cogitatione, & quæcunq; à oatura, etiãsi non sic facta sint, poterant tamẽ fieri. Quemadmodum ire in forum, & debitum recipere esse potest alicuius gratia. Quãuis ergo id non euenerit cuius causa inerat, in ijs quæ alicuius gratia fiũt dicitur esse receptio. Cùm ergo ea sint eiusmodi quæ sunt alicuius gratia, ambo, nempe & fortuna & casus, sunt in ijs quæ sunt alicuius gratia. Si ergo prius quoq; ostensum est fortunam & casum esse in ijs quæ sunt rarius, colligitur in tertia figura, quædam eorum quæ fiunt rarius fieri alicuius gratia. Quod quidem ipse per hoc significauit, QVOCIRCA clarum est q etiam in ijs quæ sunt præter id quod est necessarium, & id quod est vt plurimum, sunt nonnulla in quibus inesse cõtingit id cuius gratia} Et cùm dixisset illud Quocirca, vt quod scilicet inferret cõclusionem, subiunxit q nos eiusmodi effecta, seu euenta in ijs, quæ rarius fiunt alicuius gratia, cùm per accidens seu fortuitò facta fuerint, à fortuna facta esse dicimus. Et q ea quidem quę alicuius gratia fiunt accepertt: non ea omnino quæ alicuius gratia facimus, sed ea q̃ possunt fieri alicuius gratia, planum fecit ipse dicens paulopost, NVNC autem hoc sit apertũ ambo esse in ijs quę sunt alicuius gratia. Quemadmodum, vt pecuniam reciperet venisset, debitum recepturus si sciuisset. venit autem non ea de causa. sed accidit vt veniret, & hoc faceret recipiendi gratia. } Hoc autem dicit Alexander non absolutè fortunæ, sed malæ fortunæ esse exemplum. Quòd autẽ illud quoq;, AMBO autem in ijs quæ sunt alicuius gratia} quod prius dictũ est, non dictum sit de ijs quę consultò & ex instituto fiunt, vt quidam existimarunt, sed de fortuna & casu, ostendit id quod in proximè exposita dictione, per easdem syllabas adductum est. NVNC autem, inquit, hoc sit apertum ambo esse in ijs quæ sunt alicuius gratia} nempe ea de q̃bus agebatur, agebatur autem de fortuna & casu, quorũ differentiam definire postea est pollicitus. Sed et si quis hoc audierit in ijs quæ ex instituto fiunt & non fiunt, non sequeretur illata conclusio. Non enim ex eo q quæ à fortuna fiunt sint in ijs quæ fiunt alicuius gratia, sequitur dicta conclusio. non cohærebit enim oratio. Meritò aũt ostendendũ esse censuit, q in nonnullis eorum quæ rarius fiũt sit illud cuius gratia, quoniam quæ rarius fiunt, visa sunt nonnullis nullum habere scopum finem'ue propositum. Et si hoc non fuisset ostensum, non fuisset collectũ q quę sunt à fortuna in ijs quæ sunt rarius, sunt alicuius gratia.

Fortuna q̃modo distinguatur à casu.

Eudemus autẽ sic ostendit fortunam esse in ijs quæ sunt alicuius gratia. In quibus, inquit, est esse fortunatum & infortunatũ, in eis est fortuna. Ea autem sunt in quibus est boni consecutio, & non consecutio, & id cuius gratia. Quisquis enim agit alicuius gratia, bonũ appetit. Hæc autem oratio solam fortunam posuit in ijs quæ sunt alicuius gratia, sed non itidem casum. Cùm autem quę alicuius gratia fiunt, ea autem sunt quæ à cogitatione fiunt, & à natura, in ijs quæ rarius fiunt, per accidens alicuius causæ fuerint, tunc ea quæ fiunt dicimus fieri à casu & à for-

Fortuna est in ijs q̃ sunt alicuius gratia, ex Eudemo.

E tuna. Illud autem, alicuius gratia, consideratur, nõ q alicuius gratia fuerit progressio, vtpote emendi gratia; vt dicit Porphyrius: sed q huius finis gratia facta esset: Venisset enim, inquit, debitũ recepturus si sciuisset. Per accidens autẽ causæ fiuot quæ ex cogitatione sunt & ex natura, cùm non quorum gratia fiunt ea fiunt, sed quędam alia. Quemadmodum, vado quidem vt emam: sed cùm in debitorem incidissem, recepi debitum. & lapis q̃dem deorsum fertur vt totam propriam summam suam recipiat & totam perfectionem: alicuius autem capiti impactus, eum sauciauit. vel cum aliquo certo modo cecidisset, sedes factus est. Cùm autem dixisset ea quæ sunt ex cogitatione & natura, quẽadmodum progressum vel casum, cùm per accidens fuerint causæ alicuius, tunc quæ ab eis fiũt dici fieri à fortuna vel casu, quoniam non ex illius ratione facta sunt: meritò deinceps ostendit esse omnino causas aliquas per accidens. quod quidẽ dixit etiam prius, & nunc etiam in memoriam reuocat per exẽplum

Causæ per accidens quænam sint.

F domus. cuius per se quidẽ causa est ars ædificandi, & qui ex ipsa est artifex: per accidẽs autem, albus vel musicus. Quemadmodum enim, inquit, id quod est, illud quidem per se est, hoc verò per accidens: dicit autem id quod per se quidem est, substantiam: per accidens verò ea quę substantiæ accidunt: Ita etiam causa, alia quidem est per se, alia verò per accidens, vt ait Alexander. Num autem vel simplicius audiendum est id quod est, quidquid scilicet à causa effectũ est: vt dicat, Quemadmodũ effectum hoc quidem per se, illud verò per accidens, ita etiam causa. Quæ sunt enim præter substantiã prædicamenta, sunt quidem accidentia, vt quæ sint semper in substantia, non sunt autem semper per accidens. Differt autem fortuna ab alijs causis per accidens, q illarum quidem vnaquæq; dicitur causa per accidens, quoniam in ea quæ per se causa est, accidit. vt, verbi gratia, albũ domus causa est, quoniam ei qui per se domus causa est, nempe domus ędificatori, accidit vt sit albus: In fortuna autem, vna & eadem

Fortuna in quo differat ab alijs causis per accidens.

G actio, alius quidẽ per se causa est, alius verò per accidens. Fodere enim plantãdi quidem per se causa est: Quòd autem inuentus sit thesaurus, causa est per accidẽs. Et ideo illic quidem est in causis differẽtia, altera quidem per se: altera verò per accidens: Hic autem eadem quidem est causa: fines verò diuersi, alter quidem per se consequens, alter verò per accidens. Num autem causa quoq; etiãsi videatur esse eadem, vtpote fodere, sed aliter quidẽ plantandi, vt per se causa est, aliter verò inueniendi thesauri, vt per accidens: Quod est autem per accidens, non in sola efficienti causa consideratur, quemadmodum in alijs: sed etiam in fine. Quemadmodũ enim fodere, verbi gratia, propter plantationem, per accidẽs causa est inueniendi thesauri: ita etiam inuenire finis est qui accidit ei quod est fodere propter plãtationem. Et finis quidem per accidens, dicitur à fortuna. Quod efficienti autem accidit, dicitur fortuna. Habet autem fortuna id quod est indefinitum nihilo minus, si non etiam magis, quàm aliæ causę

H per accidẽs. Thesaurum enim inuenire, multis atq; adeo infinitis causis acciderit, quæ fiunt alicuius alius gratia. Fodit enim quispiam & plantandi gratia, & fundamentum iaciendi, & aquæ inueniendæ, vel irrigandi, aquę'ue ductum faciendi vel sepulchrum ædificãdi gratia, & propter alia innumerabilia. Nam si non indefinitum, sed ordinatum esset id quod fit, non hoc vtiq; amplius à fortuna: neq; efficiens esset fortuna. Videtur autem vel Democritus, licet alioqui dissentiẽs, conuenire in hac de fortuna sententia. Dicit.n. non forte fortuna inuenisse thesaurum, sed quia fodiebat, plãtasse, vel aquam inuenisse, vel aliqd aliud eiusmodi, in quibus inuenit. Et vnumquodq; eorũ similiter fuerit, & euaserit causa eorũ, quorum causa fuerit. Cùm ergo ex Democriti sententia multa sint, sic quoq; fuerit causa indefinita, & non per se, sed per accidens. Est enim accidẽs aliquorum aliorum, quorum gratia est fossio. Si ergo indefinitũ quid est id quod in ingenitis,

A est ex fortuna, & est fortuna idefinita: scilicet neq; fuerit in ingenitis, quæ similiter & eodē modo semper se habēt immobiliter & imutabiliter: neq; in ijs quę gignunt quidem ac fiunt, sed necessariò fiunt. Sed neq; in ijs quæ fiūt vtplurimū: etenim ea quoq; sunt magis definita: sed i ijs quę fiūt rarius: Et si pręcedētis alicuius motus est affectatio: oīs autem motus in ijs quę vt plurimū fiunt, vel à cogitatione est, vel à natura: vtraq; autē eorū fiunt alicuius gratia, iure oīno collocata sunt in ijs quæ fiūt alicuius gratia, nō ijs quę per se, sed ijs quę per accidens, siqdem sunt indefinita. Quēadmodum.n. quę per se sunt causæ, sunt definitę: ita sunt indefinitę eæ quæ sunt per accidens. Domus.n. ędificator, domus definitè causa est. earū autem quæ sunt per accidēs nihilo magis albus quàm musicus. Quare siqs eas solas quę per se sunt causas existimauerit, à fortuna nihil possit fieri: Si verò admittat per accidens, fieri ēt poterit aliqd à fortuna. Cuiusmodi autem id sit, ostēdit per exēplum. Quod.n. actionem aliquā consecutum est, quæ qdem ēt facta esset propter id quod est con-

Causæ quæ sunt per se, sūt definitę. Causę q̄ sūt per accidēs sunt indefinitæ.

B secutū, non tñ tunc, ppterea facta est: id à fortuna esse dicimus. Etenim, pfectus esset qspiam vt debitū reciperet. Sed si ea de causa, pfectus id recepit, non forte fortuna recepit: sed cū alicuius alius rei gratia profectus, inuenerit debitorē afferentem debitū, & recepit pecuniā. Hoc autem exēplum nō est fortunę absolutè, sed bonæ. Cùm.n. actioni quę ex īstituto fit eiusmodi finis euenerit, pp quē vel pricipaliter suscepta esset actio, clarū est id q̄d euenit & volūtariè suscipiendū esse & ex animi instituto expetendū. Euenit aūt aliqñ vt malū quid & quod nollemus accidat, cū non, ppterea agamus vel acturi sumus: hocq; non minus est ex fortuna q̄ illud: & causa est fortuna, sed mala. est.n. finis non volūtariè eligendus, sed fugiendus.

Fuerit aūt, inqt Alexāder, fortunæ descriptio, id quod occurrit ei quod ex īstituto & alicuius gratia gerebatur, quod est aliud ab illo cuius gratia gerebať pricipaliter ex instituto. Hoc aūt non est fortuna, sed à fortuna. Fortu

C na aūt, vt ipse definit Aristoteles, causa est per accidens in ijs quę fiūt ex instituto. Clarum est aūt fortunam esse causam efficientē, vt dicetur, sed efficientē per accidens. sicut ēt q fit à fortuna finis est per accidēs. Oportet aūt, inquit, hāc causam quę est per accidēs eius quod fit à fortuna, quēadmodū venire in forū, neq; esse ex ijs quæ fiūt necessariò, neq; ex ijs quę vt plurimū. Ei.n. qui necessariò & vt plurimū quotidie in forum ventitet, occurrisse aliqñ debitorem non est à fortuna. Oportebat.n. qñq; id quoq; occurrere, & erat rōni consentaneum. Sed si cū rarò & semel vtiq; ad aliquid aliud processisset ei occurrit, tunc à fortuna. Meritò aūt hoc adiecit in colligēda definitione, qñquidem in ijs quæ rarius accidunt posita fuerat fortuna. Finis aūt, inqt, qui est id quod fit à fortuna, quēadmodum receptio pecuniæ, nō est ex causis quæ in ipso sunt, sed ex ijs quæ ex instituto suscipiuntur, & proficiscūtur à cogitatione. Non.n. cùm eiusmodi causæ finales insint, sunt fines quales sunt eorū quę natura fiūt: quorum gratia quę ante ipsa fiunt, fiūt in re ipsa quę fit s'm naturā: sed sunt eorum quę extrinsecus accedunt. Talia.n.

Fortuna est cā efficiēs p accidēs.

Finis eorum quę a fortuna fiunt, proficiscit a cogitatione.

D sunt quæ à fortuna fiūt & ex instituto. Agnoscit ēt eiusmodi scripturam Alexāder, SED ex ijs quæ ex instituto minimè suscipiunť, & non proficiscunnť à cogitatione. } Et si sic, inquit, scriptum fuerit, tunc dici possit finē esse à fortuna, cū nobis cùm id ex instituto minimè suscepissemus, neq; de eo cogitassemus, neq; eius grā quæ id præcesserunt, fecissemus, obuenerit. Nā q id quod fit à fortuna sit ex ijs quę cadunt in animi institutū & cogitationē, paulo antè dixit. Videtur aūt huic scripturę id ēt conuenire q̄d subiungit. SI aūt hoc consultò & ex instituto fecisset. } Ad id.n. q̄d est, Ex instituto non susceptū, inductū esse videť illud, SIN aūt hoc consultò & ex instituto fecisset } Prior aūt scriptura finē qui est à fortuna definit eius quod est naturale. Fines.n. naturales non sunt eiusmodi, vt ex instituto expetanť, neq; sunt extrīsecus, sed sunt in

A ijs ipsis quæ habent naturā. Est.n. etiam in ijs quę natura fiunt, naturalibus motibus, qui fiunt alius gratia, non id cuius gratia, sed aliquē alium finem euenire, quemadmodum sex digitorū esse hominem, vel bouilo vultu. Sed quæ sunt eiusmodi minimè sunt à fortuna: Dicimus aūt id quod fit à fortuna, euenire in ijs quę ex instituto fiunt, et extrinsecus accedere, cū non sit nostri aliquid. Id enim quod debetur recipe, non inest natura in eo qui recipit. Neq;.n. aliquid sponte instituere, & in hūc locū venire, est natura. Etsi.n. homo instituendi ac eligendi sit potestate pręditus, non tñ hoc quidpiā instituere ac deligere est naturale. Potest autē sic quoq; audiri quod dictū est, q finis qui quidē est receptio, non est causarū quę in ipso sunt effectus & finis. In ipso aūt causa est natura. Natura enim est principiū motus in eo in quo primò inest. Quare quod à fortuna factū est, efficientem nō habet causam naturā, sed cogitationē & sponte susceptum institutum. Quāobrē in eodē versanť cogitatio & fortuna. In rei.n.

B agēdę instituto & actione versať fortuna, vt ostendetur. Non suscipitur aūt rei agēdę institutū absq; cogitatione.

Indefinitas ergo causas esse necesse est, à quibus factum fuerit id quod est à fortuna. Vnde videtur fortuna esse eius quod est indefinitum, & esse ignota homini. LIII

Postq̄ dixit quid sit fortuna, eamq; tradidit per definitionē, quam ex ijs quę sunt demonstrata collegit, nempe quòd fortuna causa sit, quod qdem accepit vt genus, & causa per accidēs in ijs quę fiūt ex instituto ex ijs quæ fiūt alicuius gratia, si aūt per accidens, ēt rarius: Postquā ergo hęc dixit, vult more suo, vt ego quidē existimo, ostendere etiā suæ sententiæ suffragari eos qui quiduis de fortuna dicunt. Hoc autem facit, traditā de fortuna sententiam ijs quæ de ea dicuntur conuenire ostendēs. Etenim à nōnullis quidem causa esse diciť fortuna, sed eius quod est indefinitū: à nonnullis autem ne esse quidem omnino XLI

Multiplex fortunę definitio tradita a veteribus.

C causa eorum quæ gignuntur: à nonnullis autem esse quidem, sed ignota humanæ cogitationi: dicitur autē etiam à nonnullis fortuna esse præter rationem. Hęc ergo, inquit, omnia rectè dicuntur, & congruunt ijs quæ à nobis dicta sunt. Quoniam enim fortuna causa est per accidēs, quæ sunt autem per accidens, causæ sunt indefinitæ, ea ēt ratione ab ijs quæ per se sunt differunt, q in illis quidem possimus definientes dicere, hoc huius esse causam: in ijs autem quæ sunt per accidens, non itidem. Recipiendæ enim ab eo pecunię qui venerat nō ea de causa, quod quidem à fortuna esse dicimus, possunt esse causæ infinitæ. Nam & venerit volēs videre quempiam, & persequēs, & fugiens, & visurus aliquod spectaculum: & quotquot innumerabiles causę esse possunt veniendi in hunc locū, Quæ quidem sunt omnes causæ recipiendæ pecuniæ, & nihilo magis hæc quā illa. Sola enim per se causa est recipiendæ pecuniæ ab eo qui in forū venit, q ea de causa venerit. Num autem, inquit Alexāder, est ijs quæ antē dicta sunt conuenientius, propterea dicere id quod fit alicuius gratia, esse eius causam per accidēs, cuius gratia fa-

D ctum non est, quoniam vnum quidem est illud cuius gratia, ei autem possunt innumerabilia occurrere & euenire, quorū gratia non fit. ex quibus est etiam recipere. Hoc autem dicit conuenientius, quoniam indefiniti fortuna causa dicta est. Clarum est autem eiusmodi mentis applicationem sumere indefinitā, causam, quæ est vt finis, quæ quidem est id quod fit à fortuna. Aristoteles autem dicit indefinitas causas, non finales fortunæ, sed eas quæ sunt tāquam efficientes. Eæ enim sunt ea à quibus fiunt quæ à fortuna fiunt: & ad hoc deinceps subiungit exempla, dicens multitudine infinitas esse causas per accidens recipiēdæ pecuniæ ab eo qui in forum venerit. Si ergo, inquit, sunt causæ indefinitæ, à quibus fiat id quod fit à fortuna, meritò fortuna cùm sit indefinita, siquidē in indefinitis causis considerať, indefiniti finis & causa est & V.I

dicitur. Si aũt & indefinitum est id quod fit à fortuna, & fortuna est indefinita: meritò est ignota humanæ cogitationi. Quæ.n. sunt indefinita, ratiocinatione comprehendi nequeunt. Operępretium est aũt attendere, ꝙ prius dixerit videri nõnullis fortunã esse humanæ cogitationi ignotam, non ꝙ esset indefinita, sed ꝙ esset res quædã diuina, Sed fortasse hoc illi ẽt sentiebant, ꝙ nõ possent definitam aliquã aperte afferre causam eorum quæ sic fiunt.

Et põt esse vt nihil possit videri fieri à fortuna. Hæc.n. omnia rectè dicunť, qm̃ rationi consentaneč. Potest.n. esse vt fiat à fortuna. fit enim

LIIII per accidens. Et causa est fortuna vt accidẽs. absolutè aũt, nullius. quẽadmodum ædificator quidẽ domus, domus causa est, per accidẽs aũt tibicen. & recipiẽdæ ab eo qui venerat pecunię qui ea de causa non venerat, infinitæ sunt causę multitudine. nam & volẽs videre quempiam, & persequens, & contemplaturus & fugiens.

XLII Tertium hoc adijcit, ꝙ etiam qui dicunt nihil à fortuna fieri, aliquo modo rectè dixerint. Siquis enim eas quę propriè dicuntur & per se causæ sunt solas causas esse dixerit, & non ẽt eas quæ sunt per accidens, nõ videbiť alicuius causa esse fortuna. ea est.n. in ijs quæ dicuntur per accidens. Hęc ergo, inqt, oĩa quæ de fortuna dicta sunt, ꝙ homini ignota, ꝙ nullius causa, ꝙ indefinitorum causa, rectè dicuntur. qm̃ habent probabilem rationẽ: & definitioni fortunæ quæ data est, conueniunt: & omniũ videlicet consensus ipse quoq; probat esse fortunã. Deinceps aũt subiungit exẽplum, q̃d ostendit & fortunã quidem esse causam vt per accidẽs: vt per se aũt, minimè: & fortunã causam esse indefinitã. siquidem recipiẽdæ ab eo qui venit pecuniæ, cùm non ea de causa venisset, possunt esse ĩfinitæ causæ multitudine. Cùm aũt dixisset per accidens quidẽ causam esse fortunam, absolutè aũt nullius, subiungit exẽplum causæ quæ per se est & per accidens, dicẽs, QVEMADMODVM ædificator quidẽ domus, domus causa est} per se videlicet & ꝓpriè. per accidens verò tibicen. & tũc subiungit exẽplum eius quæ est vt à fortuna per accidens, ꝙ qui venit pecuniã receperit, cũ non ea de causa venisset. Operæpretiũ est ergo aduertere, ꝙ non quæuis causa per accidens, etiãsi consultò & ex instituto suscepta sit, & sit in ijs quæ rarius accidunt, & faciat alicuius gratia, est fortunæ. quẽadmodum nec quilibet effectus euentus'ue per accidens, est à fortuna. Sed à fortuna quidẽ est id quod à causa per se quæ ex instituto proficiscitur, fit nõ per se. Fortuna aũt est ipsa per se causa, quæ non tanquã per se sumiť. Constituere.n. proficisci amici salutãdi gratia, cũ per accidens causa fiat, recipiendæ pecuniæ, fit fortuna. & recipe à fortuna: quòd autẽ ei quæ per se causa est, accidit: cùm sit aliud præter ipsum, quẽadmodum tibicen, domus ædificatori, quatenus non est fortuna, neq; quod ab eo fit, à fortuna dicitur. Neque enim aliquid aliud instituit domus ędificator, et aliud secutũ est. quod q̃dẽ oportet videri in ijs q̃ fiunt à fortuna.

Non quęuis causa per accidẽs est fortunę.

A fortũa fieri aliqd: et ipsa fortuna in quo differãt.

LV Et dicere fortunam esse aliquid quod est pręter rationẽ, rectè habet. Ratio.n. est vel eorum quæ semp̃ sunt, vel eorũ quæ vt plurimum. Fortuna autẽ est in ijs quæ fiunt præter hæc. Quare quoniam indefinitæ sunt quæ sic causę sunt, res est etiam indefinita fortuna.

XLIII Quòd ẽt fortuna sit pręter rationẽ, ait de ea rectè dici. Eorũ.n. quę sunt, definita est ratio. Quare ẽt quę sunt indefinita, sunt præter rõnem. Si est ergo fortuna indefinita: quod est aũt indefinitũ est pręter rõnem: pręter rationẽ meritò fortuna diciť. Quòd aũt fortuna sit indefinita, in memoriã reuocat, ex eo ꝙ fortuna sit in his quæ sunt rarius. Si.n. fortuna est in ijs causis quę sunt rarius. Quæ

E rarius aũt sunt, sunt ĩdefinita: fortuna ergo est indefinita.

Dubitauerit tñ quispiam in nõnullis, an quæ contigerunt fuerint causæ fortunæ. Quẽadmodum sanitatis, an spiritus, an calor Solis, nõ autem tonsum esse. Sunt.n. aliæ alijs propinquiores ex causis quæ sunt per accidens.

Postq̃ dixit fortunã esse causam indefinitã, iure, inqr, dubitari põt, an quæ contigerunt ęquè fuerint causę fortunæ, hoc est, eius q̃d fit à fortuna, & nõ sint aliæ aliorum causæ, quẽadmodum ẽt in alijs causis quæ sunt per accidens. Statuæ.n. ꝓpinquior causa est Polycletus quã homo. Quẽadmodum ẽt in ijs quæ per se sunt causis propinquior causa est statuarius quã artifex. Cũ.n. si cùm ęgrotaret qspiam, & tõsus fuerit, ꝑꝑ pilorum depositionem, vel spiritus qui per varias partes differať, accesserit, vel ἕλησις: hoc est calor Solis: est.n. ἕλη Solis caliditas: vnde est ẽt verbũ εἱλιοθερεῖν, q̃d est apricari: & secuta fuerit sani- XLIIII

F tas: nũ sanitatis quæ fortuitò cõtigit æquè causa est spiritus aut calor Solis, non aũt tonsum esse? siqdem sunt aliæ alijs propinqores ẽt ex ijs quæ sunt per accidẽs causis. Si enim ita est: nõ est absolutè causa quæ est à fortuna, neq; res indefinita absolutè est fortuna. Definita.n. est causa propinqor. Eiusmodi est ergo dubitatio, quę nobis solutionẽ inquirendã reliquit. quæ ipsa quoq; fuerit eiusmodi. Cũ acceptis quidẽ causis quæ sunt per accidens, eas cõferimus: tunc non quæ cõtigerunt, sunt ex æquo causę eorũ quæ fiunt à fortuna, sed magis ꝓpinquiores. Cũ autem absolutè quærimus quænã fuerit causa eorum quæ fiunt à fortuna, tũc non possumus definire & dicere, hæc est. Infinitæ.n. sumi possunt & indefinitæ. Quęrit autem Alexãder, si fortuna sit causa per accidẽs. per accidẽs aũt causa est id q̃d accidit causæ quæ per se est, erit aliquid ẽt per se causa eius q̃d fit à fortuna, vt sit fortuna id q̃d ei accidit. & dicit ꝙ venisse q̃dem p̃ se causa est eius ꝑꝑ quod venit: per accidens aũt causa ꝙ occurrerit, quod est id q̃d

An fortuna sit indefinite absoluta, si aliæ sĩt aliis causę ꝓpinquiores.

Eius q̃d fit à fortuna esse aliquã per se causam.

G fit à fortuna. & tunc venisse est vt causa fortuna, cũ non vt per se absolutè, sed per accidens causa sumpta fuerit.

Fortuna aũt bona quidem dicitur, cùm boni aliquid euenerit: mala aũt cùm mali quid. Felicitas aũt & infelicitas, cũ ea habent magnitudinẽ. Quocirca parũ abesse quominus malũ vel bonum magnũ sumatur, est vel infelicẽ esse vel felicem. qm̃ tanq̃ id quod est dicit animus. Quod enim parũ abest, quasi nihil abesse videť. Præterea infirmam & instabilem esse felicitatem est rationi consentaneum. Est enim fortuna instabilis. neq; enim fieri potest vt quidq̃ eorũ quæ à fortuna fiunt, sit semper, neq; vt plurimum. LVI

Bonę & malæ fortunæ apta est diuisio & felicitatis & infelicitatis, quæ dicuntur à Græcis εὐτυχία & δυστυχία. XLV

H Εὖ.n. vbiq; adijcit magnitudinẽ & decorẽ. quemadmodũ ἔνδοξον gręcè dicimus, non eũ qui est qũocunq; clarus, sed eũ qui insigniter: & εὐμαθῆ similiter eũ qui ad discendũ perbono est ingenio. Similiter aũt & particula δυσ, oppositã significat magnitudinẽ. Quòd sit aũt in magnitudine felicitas, potestate, vt puto, sic ostendit rõcinans. Felicitas & infelicitas ẽt si parũ absit quin habeant maximũ bonum & malũ, sunt felicitas & infelicitas. Quę habent id quod parũ abest, nihilo secius sunt id quod dicuntur. ea autẽ sunt in magnitudine. qm̃ in magnitudinibus quod parũ distat nihil videtur abesse à toto. Felicitas ergo & infelicitas sic dicunť, vt quæ habeãt magnitudinẽ. Magis aũt sic accepit Porphyrius & Alexãder in prima expositiõe: eo quod est parũ abesse, hic sumpro, nõ in eo qui parũ abfuit quominus assequereť, sed fuit ĩpeditus: sed in eo qui parũ abfuit quominus totum malum & bonum acceperit, qm̃ eum quoq; qui maximũ bonum pro-

εὖ & δυσ gręce significant in cõpositis magnitudinem.

Felicitas & ĩfelicitas sĩt in magnitudine.

Parum abesse q̃ vim habeat in vtrãque partem.

pemodum

pemodũ cepit felicem appellamus. perinde ac eũ qui totam accepit magnitudinẽ. & eum qui maximũ malũ propemodũ infelicem, nẽpe φ parum nihil sit. Potest aũt id quoq; quod dictũ est aliter accipi. Si.n. parum abesse consueuit dici in magnitudine, ĩfelices aũt illos dicimus qui parũ abfuerunt, quominus magnũ aliquod malũ acciperent, & illos felices qui parum abfuerunt quominus magnum aliquod bonũ acciperent, felicem & infelicẽ esse, scilicet sunt in magnitudine. Quinetiã colebant Lacedęmonij tanq̃ seruatores Deos, qui vocabant παρὰ μικρὸν, hoc est qui parum absunt, quoniam eos qui erant in periculũ venturi seruabant, cõcedentes eis vt parũ abesset, quominus venirẽt in periculum. Huic aũt expositioni magis assentiť Alexander. Quód aũt subiungiť, QVONIAM id q̃d est dicit animus. Quod.n. parum abest quasi nihil abesse videtur) magis priori conuenit expositioni. Qũo enim tanq̃ id quod est dicit animus, quod parũ abfuerit? Si aũt dicat, qui parũ abest quominus in magnum malum inciderit, fuerit ĩfelix, siqdem parui quod defuit nulla habeť ratio: Atqui eũ felicẽ esse dicimus. & qui parum absuit quominus magnũ bonum accepit, felix fuerit: Atqui eum infelicem esse dicimus, q̃m magno bono priuatus est, quod quidẽ est magnum malũ. In sũma autem eiusmodi magnitudo in qua eiusmodi parum abesse cõsideratur, non tanq̃ magna diciť magnitudo, sed tanq̃ eo quod factũ est & magnũ & paruũ considerať. Num ergo non ꝓpter illud parũ abesse, felicẽ & infelicem esse, dicit esse in magnitudine, sed ex eo φ parũ abfuerit quominus illi in magnũ malum vel bonum ĩciderint, vt qui propè accesserint. Qui autẽ magno malo vel magno bono propinq̃ fuerunt, & nõ acceperũt, illos qdem felices, hos verò infelices vocamus, sicut eos quoq; qui priuati sunt. Quód autẽ sic dixerit ostendit dicens, quocirca parum abesse quominus malũ vel bonum magnum sumatur, est vel felicẽ esse vel infelicem. q̃m tanq̃ id quod est dicit animus. Et ei qdem quod est parum abesse quominus magnũ malum sumať reddidit felicem esse, ei autem quod est magnũ bonum, esse infelicẽ. Cùm enim prius ostendisset ex ijs qui ea iã habent: ex ijs ẽt qui parum absint quominus haberent, vt qui ea amiserint, idem ostendit. Porrò aũt φ etiam dicatur instabilis felicitas, dicit congruere ijs quæ de fortuna dictæ sunt sententijs. Si.n. fortuna est instabilis: est etiam scilicet felicitas instabilis. Quòd autẽ fortuna sit instabilis, clarum est ex eo φ neq; in ijs quæ semper sunt, neq; in ijs quæ vt plurimum, sit id quod fit à fortuna, sed in ijs quę sunt rarius. Oĩa ergo quę de fortuna dicta sunt, ostẽdunt talem esse apud homines de fortuna conceptam in animo notionẽ, qualem ab Aristotele tradita distictè & articulatè explicauit definitio.

Dii qui vocãtur παρὰ μικρὸν, id est qui parum absunt apud Lacedæmonios.

Fortuna est instabilis.

CAPVT VI.

LVII SVnt ergo, vt dictum est, ambę causę per accidẽs, & fortuna & casus, in ijs q̃ contingũt fieri nõ absolutè neq; vtplurimũ. & eorũ quæcũq; facta fuerint in ijs quę sunt alicuius gratia.

XLVI Postq̃ de fortuna disseruit, cõsequẽs erat deinceps docere de casu, quidnã sit, & qd à fortuna differat. Primùm autẽ tradit in quibusnã inter se conueniant. φ sint ambæ causæ per accidens in ijs quæ rarius fiunt, & contingunt, fiunt, sed nõ in ijs quæ absolutè, hoc est necessariò, neque in ijs quæ vt plurimũ. & eorũ quæ rarius fiunt in ijs quæ fiunt alicuius gratia. Q̃m autem contingens & de necessario, & de eo quod est vt plurimũ prędicatur: est.n. ęquiuocum: cũ dixisset fortunam esse in ijs quæ contingunt, definiens quomodo sumat illud, quæ contingunt, adiecit, non absolutè, neq; vt plurimum. vt id quod cõtingit audiamus nunc dici de eo quod rarius accidit.

Fortuna & casus in quo conueniant.

Contingens quid significet.

LVIII Differt autem φ casus pateat latius. Quod à fortuna.n. est, à casu est: Is autẽ non est vniuersus à fortuna. Fortuna.n. et id quod est à fortuna, ijs inerit quibus inest esse felices, & in sũma actio. Quocirca necesse est vt fortuna versetur in rebus agendis. Signum aũt est, φ vel felicitas idem videatur esse cũ beatitudine, vel propemodum. Beatitudo autẽ est quædam actio, est.n. rem bene gerere beatitudo. Quare quibuscunq; non contingit vt agant, neq; ijs contin
LIX git vt ex fortuna aliquid faciant. Et ideo neq; aliquid inanimũ, neq; bestia, nec vllus infans facit aliquid ex fortuna, q̃m non habet rei agendę selectionem, & animi institutum. nec felicitas eis adest aut infelicitas nisi per similitudinem. Quẽadmodum ait Protarchus felices esse lapides ex quibus constãt altaria, q̃m honore afficiuntur, qui autẽ sunt eis pares, conculcantur. A fortuna autem affici eis quoq; quodãmodo inerit, cùm qui in ea aliquid agit, ex fortuna facit. Aliter autem non inest.

XLVII Postq̃ dixit in quo fortuna & casus conueniant, tradit deinceps eorũ differentiã, dicẽs casum latius patere quã fortunam. q̃m quidqd est à fortuna, id est ẽt à casu. Quod est aũt à casu, nõ est vniuersum à fortuna. Fortuna.n. est in solis rebus agẽdis, quæ cõsultò fiunt & ex instituto, vt didicimus in moralibus. Quãobrem dixit ẽt fortunã in ijs esse quæ fiunt à cogitatione, & ex instituto procedũt. Casus aũt & in his et in alijs, quę cùm alicuius gratia fiãt, temere qdem, quantũ in illis fuit, facta sunt, habuerũt autem aliquẽ alium finẽ consequentẽ ea quæ præcesserunt, siue in naturalibus, siue in brutis, siue in ijs quæ eligendi & cõstituendi vim habent, euenerit. Q̃m autẽ rei agendæ delectu ac instituto actioneq; est fortuna, ostendit in ijs esse fortunã in quibus est ẽt felicitas, & felicitatem sumi in rebus gerẽdis & in actione. Porrò autẽ hoc rursus ostendit ex eo φ felicitas idẽ sit φ beatitudo, vel propemodũ: quædam aũt actio & rẽ bene gerere sit beatitudo. Si ergo fortuna in ijs versať in quibus ẽt felicitas: felicitas aũt in ijs, in qbus beatitudo, q̃m eadem est quodãmodo cum beatitudine: beatitudo aũt in actione: q̃m rem bene gerere est beatitudo: fortuna quoq; est in actione. Non rectè aũt sentiunt qui felicitatẽ esse putant beatitudinẽ. Sed est qdem ex ijs quæ tendunt ad beatitudinẽ, non est tñ res eadem, nec similis. siqdem felicitas quidẽ est instabilis, beatitudo aũt maxime stabilis. Hæc autẽ definita fuerũt in moralibus. Quòd aũt in rei agendæ delectu, institutoq; & actione versetur fortuna, ostendit ẽt ex opposito. Si.n. in qbus non est actio, in ijs ne ea quidẽ sunt quę fiũt à fortuna, scilicet in ijs in qbus sunt ea quæ fiunt à fortuna est ẽt actio, & in actione reiq; agendæ instituto versať fortuna. Quòd aũt in qbus non est actio, nec ea sunt quæ à fortuna fiũt, ex inanimatis & bestijs & infantibus nobis in memoriã reuocat. ea.n. neq; dicunť agere seu rẽ gerere, q̃m non habẽt rei gerẽdæ delectũ nec institutũ, neq; aliqd ex fortuna facere. Sed nec felicitas nec infelicitas illis adest nisi per similitudinẽ quandã ac proportionẽ seu conuenientiã. Quare etiãsi dicat Protarchus felices esse lapides ex qbus fiunt altaria, q̃m honore afficiuntur: qui sunt aũt eis pares, conculcanť: ita audiendũ est quod dicitur, esse id ex similitudine quæ est cũ felicitate. Simile.n. habent φ nihil ipsi contulerint ad hoc vt fierent altaria: quẽadmodũ nec illud quidq̃ prĩcipaliter cõtulit ad finẽ, φ ipsis cũ non cõstituissemus occurrisse dicimus. Quid igitur, nullo modo est in his id q̃d fit à fortuna? Nũ hęc quidẽ non possunt esse efficiẽs causa eorũ quę fiũt à fortuna, q̃m in rei agẽdæ selectione institutoq; & actione cõsistit fortuna. Possunt aũt hæc quoq; à fortuna affici, cùm qui agit quẽ consequtur id quod fit à fortuna, in ipsa aliqd fortuitò fecerit. Quẽadmodũ qui tyrãnũ dedita quidã ope-

Casus & fortuna in quo differant.

Differt felicitas, nempe εὐτυχία, hoc est, bona fortuna, a beatitudine.

Felices lapides quo dicantur.

ta percusserat vt eum de medio tolleret, vlcus autem dissecuit, & sanauit. Felix enim sic dici possit ensis. & fortasse ētadorauerit qui fuit curatus. Et cùm pictor equum aliquando pingeret, & spongiam non sponte abiecisset, spuma in ore equi qui pingebatur forte fortuna expressa est. Quòd siquis etiam poliens leuigans'ue lapidem, vt aliquid aliud faceret, arā forte fecerit, à fortuna facta fuerit ara. Num autem hæc non sunt fortuita rerum inanimarum, sed eorū qui in eis operantur. Pictori.n. & lapicidæ aliqd aliud facienti aliud accidit. & his ēt fortè ex similitudine, φ ijs quę ad aliud facta fuerāt aliud euenerit.

Felix ensis qāo possit dici.

LX Casus autem & alijs animantibus & multis inanimatis. quēadmodum dicimus, Equus casu venit, quoniam veniēs quidem seruatus est, nō venit autem vt seruaretur. & tripos casu cecidit. Stetit.n. sedendi quidem gratia, sed nō se-

LXI dendi gratia cecidit. Quare clarum est φ in ijs quæ absolutè fiunt alicuius gratia, cū non eius quod accidit gratia facta fuerint, quorū extrinsecus causa est, tunc ea fieri casu dicimus. A fortuna autem, eorū quæcunq; consultò & ex instituto fiunt, fiunt casu ijs, quæ rei agendæ delectum habent et institutum.

XLVIII Alexāder legit, & brutis animantibus & inanimatis, scriptura nihil significante contrarium. Hoc autē est demonstratio, φ casus latius pateat, quā fortuna. siquidem casus non est solòm in hominibus, sed etiam in alijs animātibus & in inanimatis. Hoc autem probat exemplis. Equus enim qui captus fuerat ab hostibus, cū sitijsset, & in priora loca bibendi causa venisset, deinde à domino captus esset, dicimus, casu venit. hoc est, casu veniens seruatus est. non venit aūt vt seruaretur. Et tripos cū cecidisset, & sic stetisset vt fieret sedile, sic casu cecidisse dicitur. quoniam sic quidem cecidit vt fieret sedile, sed non ideo cecidit, vt fieret sedile, verùm vt locum proprium apprehenderet. Et in summa cùm in ijs quæ fiunt alicuius gratia, non eius quod euenit gratia, cuius causa est extrinsecus, factum fuerit illud cuius gratia, sed aliquid aliud sequetur præter illud cuius gratia factum est, tunc ea communiter dicimus casu fieri. Rectè autem dicit finē qui euenerit, esse debere extrinsecus, & non in rei natura, siquidem casu fiat. Si lapis enim qui cecidit cubicā habeat figuram, non casu cecidisse dicetur aptè ad sessionem. In natura enim eius omnino hoc inerat vt si caderet hoc modo caderet. Et ideo ignis non casu sursum mouetur. est enim ipsa ignis natura quæ sic monet intrinsecus. Propterea autem dicet φ ne ea quidem quæ fiunt præter naturam, casu fiunt. quoniam extra ipsa non est causa vel efficiens vel finalis, vel fortasse etiam ambæ. quemadmodum in ijs quæ casu fiunt, & efficiens extrinsecus ac obscurum, & finem esse oportet. quemadmodum vt feriat lapis & ferire extrinsecus. quod quidem est finis. non inest enim lapidi efficiens quoq; causa vulneris. quare hoc quoq; casu fit. Et hæc quidem sunt quæ à casu dicuntur cōmuniter. A fortuna autem, inquit sunt, quæcunq; eorum quæ consultò & ex instituto fiunt, fiunt casu in ijs quæ rei agendę delectum habent & institutum. Pulchrè autem adiecit illud, IN ijs quæ rei agendæ delectum habent & institutum} per id enim separauit ea quæ à fortuna fiunt ab ijs quæ à casu. Casus.n. est in ijs quæ consultò & ex instituto fiunt, etiāsi ea quibus eueniunt, rei agēdæ delectum & institutū non habeant. Vt equus.n. veniret maximè cupiebat dominus, ex eius tn̄ volūtate & instituto nō venit equus. Et sic voluisset quidem & instituisset quispiam poni tripodem, non tn̄ ex eius voluntate & instituto sic cecidit. Porrò aūt dicit ipse quoq; Aristoteles de lapide qui casu percussit, eū potuisse ita cadere, vt percuteret, cū quis consultò & de industria eum iecisset.

Casus latius patet quam fortuna.

Casu fieri quid sit.

E Propterea ergo is quoq; est eiusmodi vt fiat ex instituto, & in ijs quæ fiunt alicuius gratia. Quare ex ijs quæ alicuius gratia fiunt & casu, alia quidē sunt absolutè appetenda ac eligenda: alia aūt etiam fiunt consultò & ex instituto, quæ quidē sunt à fortuna. Et consultò quidē & ex instituto fiunt, non φ in animo haberetur ac institueretur quod secutū est. non esset.n. à fortuna. sed φ cùm aliquid aliud institutū esset & id fieri vellet, aliud euenerit. Nō omnino autē, inquit Alexander, in ijs in quibus aliquid aliud euenit præter institutū, id statim est fortuna & id quod fit à fortuna. sed si fuerit eiusmodi, quod neq; necessariò, neq; vt plurimum sequaē, ad quod fit alterius gratia. Ei enim qui roboris gratia se permultum exercuit, & propter laborem in febrē incidit, vt febre quidem laboraret ex instituto non processit, nec id tn̄ à fortuna factum est. In plurimis.n. non moderatis exercitijs cōsueuit accedere lassitudo: illam autem febris cōsequitur. Et ei qui

F hyeme nauigat sæpe consequitur naufragium, non ex instituto quidem, nec tamen à fortuna.

Non in omnibus in quib' euenit aliquid præter institutū, dici pōt esse fortuna.

Signum autē est μάτην, id est temere vel frustra, quod dicitur cū id quod factum fuerit alterius gratia, non factū fuerit eius gratia. quemadmodum pōt ambulari ventris ciendi gratia. Si ei autem qui ambulauerit id factum non sit, temere aut frustra ambulasse dicimus, et inanis ac temere suscepta fuisse dicitur ambulatio. vt pote quod illud temere ac frustra, quod μάτην græcè dicitur, id sit quod natura sua est alterius gratia, cū non perfecerit illud cuius erat gratia, & quod habebat à natura. Nā si quis dixerit se frustra temere'ue lauasse, quoniam Sol non defecerit, fuerit ridiculus. non erat enim hoc illius LXIII

G gratia: Ita etiam αὐτόματον, sic enim casus dicitur, est ex ipso nomine, cū αὐτὸ μάτην, hoc est id frustra seu temere factū fuerit. Cecidit.n. lapis, nō vt percuteret. Casu ergo cecidit lapis. qm̄ cadere posset iactus ab aliquo & pcutiēdi gratia.

XLIX Postq̄ dixit nos dicere cōiter casu tunc aliqd fieri, cū ei q̄d fit alicuius gratia, nō id cuius gratia factū est secutū fuerit, sed aliqd aliud p̄ter hoc, cuius nō erat intus principiū: φ hoc ita habeat, hoc dicit esse signū, φ μάτην, id est frustra ac temere, à quo αὐτόματον, hoc est casus, deriuatur, tale sit. Dicit.n. μάτην, hoc est frustra ac temere, aliquid fieri, cùm id quod fit alterius gratia, non habuerit illum finem, cuius gratia fiebat. quemadmodum siqs ambulet ventris ciendi gratia, si ei cùm ambulauerit id non sequetur, μάτην, id est frustra ac temere ambulasse dicimus, & ματαίαν βάδισιν, hoc est, inanem, & temere susceptam ambulationē. Id enim est μάτην, hoc est frustra,

H quod est alius gratia, cùm illud non perfecerit, cuius erat gratia. Siquis ergo dixerit se frustra temere'ue lotū esse, qm̄ Sol defecerit, ridiculè dixerit. neq;.n. vt Sol deficeret lauabatur. Duplex est autē illud temere, vel potius triplex. Aut.n. nihil aliud consequitur, id quod fit temere, nisi solū quod proprium finem non est assecutū, quemadmodum ambulatio vt venter cieatur: Aut aliquis alius finis consequitur p̄ter illud cuius gratia factū est, quod prius factum est: Aut ēt ille consequitur, cuius gratia, & alius præter illū. Cecidit.n. lapis, nō vt percuteret, sed vt proprium locum occuparet. Quare casu quidem sic cecidit vt percuteret: per se autem, vt locum proprium apprehēderet, Temere ergo cecidit, quod ad percutiēdum attinet. & casu plaga facta est. quoniam cadere potuerit iactus ab aliquo vt percuteret. Et ideo est quidem in ijs quæ fiunt alicuius gratia, non tamen propterea cecidit. Præterea autem talis est scriptura in principio dictionis,

μάτην quid latine significet.

Temere quot modis dicatur.

SIGNVM

SIGNVM est autem τὸ μάτην, hoc est, temere seu frustra, quod dicitur, cū non factum fuerit id cuius gratia, sed id quod illius gratia.} Ea autē idem significat. μάτην enim, id est temere, dicitur aliquid fieri, cùm nō factum fuerit id cuius gratia, sed quod si prius factum fuerit, propter illud quod prius factum fuerit, sequeē causa per accidens. Percutere enim, cùm nō factum fuerit gratia eius qui ipsum iecit, dicitur casu fieri. quoniā id quod temere prius factum est, quod ad percutiēdum attinet, consecutū est: id autem erat motus ad proprium locum, qui non factus est percutiendi gratia. Operæpretium est autem ea attendere quæ hic dicuntur ab Alexandro. Non enim dicit, inquit, Aristoteles idē esse casum & temere, vt nonnulli putarūt. sed quo differt fortuna, & id quod fit à fortuna, eo differt temere à casu. Fortuna enim erat causa efficiens per accidens. Quod autem fit à fortuna: id quod talem causam consecutum est, & eiusmodi efficiētis causa finalis. Ita ergo etiam Temere quidem fuerit causa efficiens, quod casui quandoq; fit causa per accidēs. Casus autem est id quod cōsecutum est id quod fit temere. Differt autem ab eo quòd fit à fortuna, q casus non omnino semper sequitur id quod est temere: Fortunam autē semper consequuntur quæ à fortuna fiunt. Sed cùm consecutus fuerit, eundem habent locum & ordinem id quod fit à fortuna & casus. Decepit autem nonnullos tanq̃ idem diceret temere & casum Aristoteles, illatum exēplum, quod nō propriè dictum est. Cecidit enim, inquit, lapis, non vt percuteret. Casu ergo cecidit lapis, quoniā cadere posset iactus ab aliquo, & percutiendi gratia. Exemplum enim minimè conuenit. Temere enim dici posset lapis cecidisse, si non factum esset id cuius gratia cecidit. Hoc enim dixit esse temere. Casus autem fuisset, percussum esse ab eo aliquem, si alius gratia deiectus, hoc quidem nō fecisset, percussisset autem aliquem. In eo igitur quod est, Casu ergo cecidit lapis, subaudiendum est præterea, Et percussit. Casu enim percussit. temere autem cecidit. Quòd autem hoc sibi velit, ostēdit per ea quæ subiungit, dicēs, quoniam cadere posset iactus ab aliquo, & percutiēdi gratia. Id enim dicit, vtpote q vt percuteret casu factum sit, non autem vt caderet. Hæc cū his verbis dicat Alexander, q temere quidem & casus nō idem sit, mihi rectè dictum esse videtur. Nam illud etiā temere dicimus quod nihil consequitur. quēadmodum temere ambulasse dicimus eum qui ciendi ventris gratia ambulauerit, neq; eum ciuerit. Casus autem est quem omnino consequitur aliqd, sed per accidens, ita vt ipsum quod præcessit, quod attinet quidem ad id quod consecutū est, temere prius factum sit, & ideo αὐτόματον, hoc est casus, vocetur. Quòd autem temere & casus in hoc differant, quo differt fortuna & id quod fit à fortuna: & temere quidem sit casus efficiens, finis autem & id quod consequtur sit casus, non vtiq; mihi rectè dictum esse videtur. Cùm fortuna enim, nō temere, sed casus habet proportionem & conuenientiam: Cum eo autem quod fit à fortuna id quod fit à casu. Et efficientem quidem causam fortunam & casum dicit Aristoteles, non autem id quod est temere: Finales autem, id quod fit à fortuna & casu, nō autem casum. Etenim in principio orationis dicit. Est aūt etiam fortuna & casus ex causis. Et paulopòst. Sunt ergo ambo causæ, quemadmodū dictum est, & fortuna & casus. De finibus autem, Quidq̃d enim fit, inquit, à fortuna, id fit à casu. Et rursus: à fortuna autem, eorum quæcunq; fiunt à casu. Sed neq; ipsum temere idem dicit esse quod casum, sed græcè αὐτόματον, id est casum, denominari, ἀπὸ τοῦ μάτην, quod significat temere: quoniam ipsum quod prius factum est, μάτην hoc est temere, prius factum est, qđ ad id attinet quod id consecutū est: neq; esse efficiens casus. sed quatenus, q̃d in se q̃dem est, est irritum et inefficax, ideo eo opus habuit ad probandā casus definitionē, qui ipse quoq; est eiusmodi. Omnino aūt temere, quatenus temere, ne efficiens q̃dem causa est, quēadmodū fortuna & casus. Temere enim, quod finis non cōsequitur, non est efficiens, nec per accidens q̃dem. Sed casus est efficiens, quē consequitur id quod fit à casu, cū, quod attinet ad id quod cōsecutum est, frustra prius factum fit id quod factum est, per accidēs autem facta sit consecutio. Sed neq; exēplum de lapide impropriè dictū est. Quemadmodum enim dixit casu venisse equum, hoc est, seruatū esse domino, ita ēt casu dicit cecidisse eo casu qui percussit. Est ergo casus per accidens causa percussionis. casu. n. facta est percussio. Illud autem temere, non q non vtiq; lapis propriū finem assecutus sit: sed quod ad id quidem quod p̃cussisset attinet, casus temere factus est. Non enim vt percuteret, sed vt propriū locum apprehēderet. Si. n. cecidisset ab aliquo iactus ad percutiendū, non fuisset à casu percussio. Illud autē rectè aduertit Alexāder, q cùm ēt id quod fit à casu vellet ostēdere esse in ijs quæ in agendo deligerent, & sunt alicuius gratia, adiecit, quoniam cadere posset iactus ab aliquo, & p̃cutiendi gratia. Cùm. n. id quod accessit ad id quod est temere, si q̃d deinde factum est cōferatur cum eo quod prius, tale fuerit, vt etiamsi eius gratia aliquid factum sit, non tñ eius gratia facta sunt quæ prius facta sunt: tunc id casu factū est.

Quòd autem, inquit Alexāder, casum dicit id quod fit, clarum est ex eo q ipsum, & id quod fit à fortuna, casui subijciat, dicens casum latius patere quā id quod fit à fortuna: quod enim fit à fortuna, dicitur id quod fit in fine, & q talis equus seruatus sit: Et quod fit à fortuna casui subiecerit, cū dicit. Differt autem, q casus patet latius. Sed oporteret ēt id quod deinceps sequitur considerare. subiūgit enim, quidquid enim fit à fortuna, id fit à casu. Quare prius quoq; id qđ latius patet, q̃ id quod fit à fortuna, dixit id quod fit à casu. id enim habet p̃portionem ac conuenientiā cum eo quod fit à fortuna. Equū autem dicit casu venisse, propriè dicens, siquidē casus est q venerit: à casu autē, cùm venisset seruatum esse. Sīq̃ autem casu vtatur pro eo quod casu factū est, mirū non est. Etenim Homerus sic vtitur, cùm dicit.

Voce valens ad eum casu venit Menelaus.

Casu & mugibant coeli portæ dominantibus horis.

Effectū qui fit ex nō manifesta causa quę pręcessit, casum dicēs. quod q̃dem magis propriè diceretur, à casu, quod habet proportionē ac conuenientiam cū eo quod fit à fortuna. Si. n. casus est effectus, qđ à casu fit quid erit? Quin etiam quod fit à fortuna fortunā appellauit Aristoteles; cū dixit, in nōnullis tñ dubitauerit q̃spiam nū contingentes causę fuerint fortunę. et Plato ēt id q̃d fit à fortuna fortunā vocat, dicēs in Phędone, Fortuna q̃dā ipsi ò Echecrates accidit. pro eo quod est, aliqd ei à fortuna accidit.

Temere & casus in quo differant.

Casus I quo differat ab eo quod fit a fortuna.

Temere & casum nō ita differre, vt fortunā & id qđ fit a fortuna, contra Alexandrū.

ταὐτόματος dicitur græce casus & sua sponte.

Fortunā id qđ fit a fortuna quandoq; vocant Plato et Aristoteles.

Est autem maximè separatū id quod fit à fortuna, in ijs quæ natura fiunt. Cū enim factū fuerit aliquid præter naturam, tunc non à fortuna sed à casu factum esse dicimus. Præterea autem hoc quoq; alterū. Vnius enim causa est extrinsecus: Alterius verò intrisecus. LXIIII Quid sit ergo casus & fortuna dictū est, & quid inter se differāt. LXV

Cùm dixisset differentiam eorū quæ fiunt à fortuna et à casu, esse, q quæ à fortuna sunt à casu sunt, quæ aūt à casu, non omnia à fortuna: quoniam hæc differētia, vt quæ totum quid et partem sumat, fit cum paulo ampliori coniunctione ac communione, ostendens id quod est ex casu, id etiam quod est ex fortuna comprehendere: atque etiam quæcunq; ex ijs quæ à casu non fiunt non videbantur fieri à fortuna, quemadmodum quę sunt in brutis animantibus & in inanimatis: quandoquidem si in actione præeligenda fuissent, facta etiam fuissent à fortuna: Etenim seruatus quidem fuisset equus etiā à fortuna, à fortuna quidem perditus cùm ab hoste qui ad potum duxerat effugisset, à fortuna autem seruatus esset domino, qui alia de causa à castris processerat: & tripes iactus à fure

fugiente, fortefortuna ita cecidit vt fieret sedile: aggreditur nunc tradere aliam separationem eorum quæ sunt à casu, ab ijs quæ sunt à fortuna, in ijs quæ natura fiunt: & eorum, in ijs quæ sunt præter naturam. Quæ enim fiunt prӕter naturam, à fortuna quidẽ non sunt: non sunt enim in ijs quę fiunt ex instituto: sed ea, inquit, potius à casu fieri dicimus. Causam autem cur, magis et nõ absolutè, ipse adiecit, dicens, PRÆTEREA autem hoc quoq; alterũ.} Magis.n. à casu dicentur fieri, quæ præter naturam sunt, quã quæ à fortuna. neq; tñ ea sunt à casu. Et huius causam rursus adijcit, ꝙ in ijs quidem quæ à casu fiunt causa est extrinsecus. quã, vt quæ sit causa per accidens, sequitur id quod fit à casu. Quód.n. tripes cathedra casu factus sit, efficientẽ causam, quęcunq; ea fuerit, quam vocamus casum & fortunam in ijs quæ ex instituto fiunt, oportet esse extra naturam tripodis. Certè, vt prius dixi, si quod deiectum est fuisset cubus, non esset remotũ ab eius natura quin fieri posset cathedra. Et ideo nec tunc quidem diceretur casu fieri. Oportet.n. id quod à casu consequitur, nec quæ insit, nec quæ aperta sit causam consequi. Nam neq; à casu nec à fortuna fuerit, si manifesta fuerit causa efficiens, quam per se secutum est quod factum est. Illud ergo EXTRINSECVS, significauerit & id quod est extra rei naturã: significauerit etiam id quod est obscurum & ignotum. magis propriè aũt si vtrunq; significet. neq;.n. inesse, neq; omnino manifestã esse oportet causam in ijs quæ fiunt à fortuna & casu. In ijs autem quæ fiunt prӕter naturam intus causa est ꝙ tale fiat id quod fit, quẽadmodum etiam in ijs quæ sunt fm naturam. Est enim aliquid quod per se causa est eius quod est præter naturam. Aut enim compressio, aut mala temperatura, aut materię redundantia, vel inopia, aut aliquid aliud eiusmodi, causa est per se eius, quod fit præter naturam. Vel extrinsecus causa in ijs quæ casu fiunt dicatur vt finis, quẽadmodum dixit prius, non ea quæ est vt efficiẽs. vt percuteret enim accedit extrinsecus, quẽadmodum vt seruaretur equus. In ijs autem quæ sunt præter naturam finis est in ipsis, & non extrinsecus: quare ea non fuerint à casu: Eorum autem quæ sunt natura, & non ex instituto, quæ habẽt quidem causam efficientem & finalem, ea fuerint non à fortuna quidem, sed à casu. Quoniam cõmuniter quidem à casu sunt omnia, quæ non sequuntur causas quæ prӕcesserunt. Ex ijs autem ea à fortuna quidem sunt quæ ex instituto eueniunt. A casu autem specialius, quæ naturã consequuntur. Natura autem accipienda est pro quauis vita experte rationis. In his itaq; concludẽs quæ dicta sunt, Quid sit, inquit, casus & fortuna dictum est, et in quo inter se differant.

Casus nõ est in ijs q̃ fiunt prӕter naturam.

In ijs quę a casu & a fortuna fiũt, nõ oportet causam esse omnino manifestam, neq; internam.

Modum aũt causæ in causis vnde est principium motus, vtriusq; ipsorum. Aut.n. eorum quæ sunt natura, aut eorum quæ sunt à cogitatione, causa est. sed eorũ est multitudo infinita.

LI Postquam ostendit quid sit fortuna & quid casus, & quid inter se differant, consequenter adijcit sub quãnam ex causis enumeratis redigantur. Dicit autem vtrũq; eorum redigi sub modum causæ efficientem. Is enim est vnde est principiũ motus. ita tamen vt ea dicat per accidẽs causas efficientes. Propterea enim adiecit. SED eorũ est multitudo indefinita. Pro eo quod est, sed hæc per accidẽs. Quorum enim est multitudo indefinita, ea sunt per accidens. quandoquidem earum quæ non per accidens, sed per se causæ sunt, est definita multitudo. Ea aũt probat esse causas efficientes, ex eo ꝙ etiam causę quæ per se sunt, qbus hæc accidunt, sint causæ efficientes. Aut.n. ex ijs quæ sunt natura, aut ex ijs quæ à cogitatione proficiscuntur causis aliqua est, qbus adest fortuna & casus. Natura aũt & cogitatio sunt ex causis efficientibus. Etenim si lapis quidẽ, qui deorsum latus est propter grauitatem, percussit quempiam, natura fuit per se causa vt deorsum ferretur. casus autẽ, vt percuteretur. Et si quis fundamentum fodiẽs inuenit thesaurũ, cogitatio quidem est per se causa efficiens, fortuna verò per accidens. cùm non inueniendi thesauri, sed fundamenti vel alicuius alius gratia id facit. Quare si fortuna & casus in ijs quæ fiunt alicuius gratia per accidẽs causæ sunt: eorum aũt semp aliqua causa est vel ex ijs quæ sunt natura, vel ex ijs quę proficiscuntur à cogitatione, ea aũt sunt causæ efficientes: scilicet illa quoq; fuerint causæ efficientes, quibus ea adsunt.

Fortuna & cas⁹ sũt causę efficiẽtes.

Per accidẽs sunt quorum est multitudo indefinita.

Quoniam autem casus & fortuna causę sunt eorum quorum mens vel natura causa fuerit, cũ eorum ipsorum causa aliqua fuerit per accidens: nihil aũt eorum quę sunt per accidens, est prius ijs quæ per se sunt: clarum est ꝙ nec causa per accidens prior est ea quæ per se est. Casus ergo & fortuna est natura & mente posterior. Quare et si maximè casus cœli causa est, necesse est prius mentem & naturã causam esse & aliorum multorum, & huius vniuersi. LXVI LXVII

LI Postq; ostendit fortunam & casum, etiamsi causę sint, esse causas per accidẽs, & eorum causæ sunt per accidẽs, quorum mens & natura per se causę sunt, siquidẽ ea esse ostẽsum est in ijs quę fiunt alicuius gratia: sumpsisset aũt & ꝙ nihil ex ijs quæ sunt per accidẽs est prius ijs quę per se sunt, & ideo nec causa per accidens prior est ea causa quæ per se est, causa enim per accidens est vnũ ex ijs quæ sunt per accidens, sed nec quod est per accidens, est eiusdem ordinis cum eo quod per se est, siquidem illi præcedenti accidit: ex his vtiq; colligit mentẽ & naturam esse casu & fortuna priorem. Id autẽ quod ab eo dicitur hoc modo colligitur. Mẽs & natura per se causæ sunt. Quæ per se causę sunt, sunt priores causis quę sunt per accidẽs. Quæ sunt autem priores causis quæ sunt per accidens, sunt casu & fortuna priores. Mẽs ergo & natura sunt casu & fortuna priores. Qm̃ autem causæ quę sunt per accidẽs, sunt posteriores ijs quæ per se sunt, & illis quæ prius sunt eæ accedũt: In quibus videlicet sunt causæ per accidens, in ijs eas quæ per se sunt oportet prius esse. In qbus ergo fortuna & casus sunt causæ per accidens, in ijs mens & natura prius sint necesse est. Quare quicunq; fortunã & casum cœli & huius vniuersi causas esse existimãt, ijs consequẽs est ex ijs quæ dicunt, vt naturã & mentem priores his causas ponant. quoniam, vt ait Alexãder primæ causæ sunt eorum quæ prima sunt in ijs quæ sunt efficientes. & quæ prima sunt eorũ quæ sunt, à primis causis facta sunt. quæ qdem sunt mens & natura. Si autẽ mens & natura oĩno aliquorum causæ sunt, eorũ maximè fuerint quibus inest id q̃d est ex mẽte. cuiusmodi est cœlum & hoc vniuersum. Nũ autem ad probandum cœlũ sursũ se factum à mente & à natura, non eo opus est ꝙ primæ causæ sint efficiẽtes eorũ quæ in ijs quæ sunt prima sunt. Id.n. auxilium rursus alio indiget quod ostendat cœlum esse primũ eorum quę sunt. Sed id quod dicit Aristoteles, ipsum sibi per se fert auxiliũ, cùm non absolutè ostenderit mentẽ & naturam esse ante fortunam & casum, sed in qbus casus & fortuna causa est, in ijs ante ea mentẽ & naturã esse causas, per se quidẽ eius quod per se efficitur, per accidens verò, eius quod per accidens. est.n. eadem causa. quẽadmodum propter amicũ progressio, & salutãdi amici, & debitorẽ inueniendi, causa est. sed illius quidem per se, huius verò per accidens. cũ et fortuna dicitur & casus in naturalibus. Et eiusdem rursus effectus, et per se causa mens fuerit, seu animi institutum, & per accidens. Etenim debitorem in foro inuenerit, qui hoc in animo constituerit. & equus consultò ac de industria seruatus fuerit. Quare si cœlum quoque fit à fortuna & casu, longè prius fit à mente & natura. Dicit autem, ET aliorum multorũ, & huius vniuersi} quoniam vult æternorum mentem maximè esse causam, vt quæ sint ordinata & definita.

Mens & natura sunt casu & fortuna priores.

A & definita. Est autem æternum hoc quoq; vniuersum, vt in libro de cœlo ostendit: & multa eorum quæ sunt in vniuerso, cœli, & astra, & elementorũ vniuersitate. In his aũt Alexander, quod Plato, inquit, vult in legum decimo ostendere, & id per multa ostendit, hoc paucis hic ostendit Aristoteles, quænã sit fortunæ natura definiẽs, & eam posteriorem ostẽdens. Quæ enim ẽt à mente vel à natura facta fuerint, ea à fortuna & casu dicuntur, cùm fuerit aliqua causa ex ĳs quæ sunt per accidẽs. Sciẽdum est autem Platonem non ostendere fortunã esse mẽte & natura posteriorẽ, sed demonstrare fortunã & naturam esse anima posteriorẽ veterum Physicorum perficiẽtem opiniones, qui de caussis materialibus maximè differentes, vt quæ primæ in cognitionẽ incidant, de efficiẽtibus ne vnum quidẽ verbum vtiq; faciebant. Dicit autẽ Plato, vt dicebã, non fortunam esse natura & mẽte posteriorem, sed animã: & artem esse natura & fortuna priorem, sic scribens.

Alã & ars est prior natura & fortuna.

» Dicam autẽ quod est apertius. Ignem, &
» aquam, & terrã, & aerem, dicunt oĩa esse natura & fortu
B » na, arte autem nihil horũ. & quę post hęc rursus sunt cor-
» pora, de terra Sole & Luna dico & astris, per ea facta esse
» quæ sunt penitus inaĩa. cùm autem fortuna ferrent, vni-
» cuiq; pro sua facultate vt cõtigerit aptè coniungentia ca
» lida cũ frigidis, vel sicca cũ humidis, & mollia cũ duris,
» & omnia quæcunq; contrariorũ temperatura per fortu-
» nã ex necessitate contẽperata sunt, hac ratione & eodem
» modo sic genuisse totũ cœlum, & quęcunq; sunt in cœlo:
» & rursus aĩantia, & plantas, & vniuersa, omnibus ex his
» factis tẽporibus, nõ per mentẽ, inquiunt, neq; per Deũ,
» nec per artem, sed, vt dicimus, natura & fortuna. Artem
» autem posteriorẽ ex his aliam genitam, mortalẽ ex mor-
» talibus, genuisse posteriora, ludos quosdã, qui veritatis

non sunt valde participes. Post hæc cùm ostendisset animam quidẽ nobis esse corpore priorem, corpus autem secũdum & anima posterius, id quod natura paret, ea quæ

» imperat, subiungit. Memineritis autem vos prius esse
C » confessos, q; si visa fuerit aĩa corpore antiquior, ea ẽt quæ

sunt aĩæ antiquiora fuerint ĳs quæ sunt corporis. Clarum est ergo ex ĳs quę dicta sunt, q; fortunam quidem in his cum natura coniũxerit oratio Platonis, veteres Physicos imitãs. His autẽ ambobus animã ostendit esse priorem, ea in re prolixiori opus habens oratione, vt eã quæ est per se mobilis substantiam, quæ est anima, ostenderet esse principiũ omnis motus. Fortunam aũt visus est Plato in his vocare euentũ mutuæ inter se cõiũctionis absq; manifesta causa potestatũ naturalium. Hoc enim puto significare illud, Cùm fortuna ferrentur, vnicuiq; pro sua facultate vt contigerit aptè coniungentia. Eudemus autem arte quidẽ naturam, artem verò fortuna ostẽdit esse priorem.

Fortunã quid vocet Plato in rebus naturalibus.

Natura est prior arte, fortuna vero ars prior est.

Rursus aũt par est vt attendant ea quę dicuntur ab Aristotele, ĳ qui putãt Aristotelem vniuersi non dicere causam efficientem. Si.n. necesse est mẽtem & naturam priorẽ esse causam, & aliorum multorũ, & huius vniuersi, & non ita vt à nonnullis dicebaẽ, casum & fortunam, ea autẽ in ĳs vnde est principium motus, hoc est, D in efficientibus causis collocata sunt, mens scilicet & natura vniuersi fuerint causæ efficientes. Scio dicturũ contentiosum quempiam ex positione colligi quod dicitur, q; si fortuna & casus cœli causa est, fuerit ante ea mens & natura. Sed eorum quoq; meminisse oportet quę dicuntur ab Alexandro, q; primæ causæ fuerint efficientes eorum quæ prima sunt. Sunt aũt primæ quidem causę mẽs & natura. Prima aũt eorum quæ sunt, vel potius eorum quę quõcunq; facta sunt, & non ab initio tẽporis, cœlum est & hoc vniuersum. Sed qm̃ hucusq; secutus ea quæ ab Aristotele dicũtur de fortuna & casu, pro viribus singula eorũ quę dicta sunt explicaui, rectè habuerit, si cùm paucis exposuero, quę de his videntur Aristoteli, sic adĳciam quæ visa sunt recentioribus Philosophis, & ostendero nihil differre à veteri traditione. Aristoteles itaq; quærens causas eorum quæ fiunt in rebus naturalibus

Mens & natura vniuersi causæ efficientes.

Aristotelis de fortuna opinio conuenit cum veteribus.

A quoniam inuenit quædam dici fieri à fortuna & casu, eorum significata ex ea quæ in superficie apparet intelligentia explicare instituit. Quoniam ergo oportet cuiuslibet rei quæ fit, esse causam efficientem, & quemlibet effectum præcedere aliqua quibus accedit id quod fit: Ex ĳs autem alia quidem prius operantur eius quod fit gratia, & id quod fit id quod prius operatur propriè consequitur, vt cùm vt amicum inueniret profectus, amicum inuenerit: vel cũ lapis, qui vt proprium locum apprehenderet ceciderat, proprium locum apprehenderit: Aliquãdo autem id quod accessit, neq; id quod prius actum est cõsequitur, quatenus tale est; neq; quod prius actum est, in eum finem desinit, cuius gratia prius factum fuerat, sed in aliquid quod temere contigit; & non ex operationis scopo & instituto quod præcessit: quemadmodum vt proficisceretur amici salutandi gratia, cùm non hoc factum fuerit, sed aliquis alius finis, nempe vt debitum reciperet, qui contigit habuit, & nõ illum cuius gratia factum est: B Et lapis quid deorsum latus est vt ꝓprium locum apprehenderet, cùm sedile factus fuerit, habuit ẽt aliquem alium finem, qui casum cõsecutus est, cuius causa non ceciderat: Hæc autem omnia in quibus aliqs alius finis ĳs q̃ alterius gratia prius acta sunt accidit, dicimus casu fieri: quoniam fiũt quidem ex eo quod prius actum est, siquidem nisi illud præcessisset, non facta essent: Nisi enim esset profectus, non inuenisset debitorem in foro: & nisi cecidisset lapis, non esset factum sedile. Sed quoniam id quod præcessit, cuius quidem gratia factum est, non habuit consequẽs, & ideo id temere factum est, eius autem quod consecutum est gratia factũ non est, & ideo rursus quod ad id quod cõsecutum est attinet, temere factum est, meritò græcè αὐτόματον, id est casus, nominatum est, vtpote q; αὐτὸ μάτην, id est ipsum temere prius factum sit in eiusmodi fine: & tamen causa dicitur, quoniam nisi præcessisset, minimè factum esset: & q; aliã causam non videmus, considerantes naturaliter: causa qui-C dem non per se talis finis, sed per accidens. Ex ĳs aũt quę casu fiunt, ea quidem quæ accidunt operationibus quæ consultò & ex instituto fiunt, dicit à fortuna fieri, & fortunam eam causam quæ adest, & consistit in animi instituto, & operatione, quę fit ex instituto. quemadmodum profectioni, quæ propter amicum facta est, cùm non ille finis cuius gratia facta est fuerit cõsecutus, sed aliqs alius præter ipsum. Reliqua autem eorum quę casu fiunt, quę rationis expertibus & naturalibus accidunt operationibus, cõmuni rursus nomine à casu vocant, & casum eam quæ præcessit causam, quam non per se finis, sed per accidens consecutus est. Talia sunt ergo quæ dicit Aristoteles, studens nominum explicare cõsuetudinem, vt naturali de caussis doctrinæ conueniebat. Velim autem primum attendi, num non ea solum quæ motibus qui ex instituto feruntur accidunt, à fortuna dicebant veteres, sed etiam quæ naturalia momenta consequuntur. Vt enim multas de ea re sententias prætermittam, quarum oĩnullas prius adduxi ex dictis Empedoclis, sufficit ea quę ad-D ducta est ab Aristotele. De aere.n. dicit Empedocles.

Fortũa a veteribus naturalibus etiã momẽtis tribuebatur.

Contigit excurrens tunc sic, aliter quoq; crebro.

Quinetiam Plato priorum Physicorum sentẽtias de ĳs quæ à fortuna fiunt referẽs, in elementis & elemẽtorum temperaturis, eos fortunã causari dicit, cũ inquit, Ignem & aquam & terram & aerẽ dicunt omnia esse natura & fortuna. & in ĳs quæ deinceps consequuntur, quæ paulò antè adscripsi. Sæpe autem ea etiam quæ animi institutis ac propositis accidunt, casus & à casu vocant veteres. Tale enim est quod est apud Homerum

Fortuna in elementis & elemẽtorum tẽperaturis.

Fortuna in ĳs quæ consulto fiunt.

Casu ad eum venit sed voce bonus Menelaus.

Aliorũ.n. procerum vocationi Agamẽnonis, quę ex instituto facta fuerat, accidit ꝓterea aduentus Menelai. Si ergo in ĳsdẽ rebus τυχὴν καὶ αὐτόματον, hoc est fortunã & casum, indiscriminatim collocant, τυχὴν quidem non ex sensu, τοῦ τυχεῖν hoc est assequendi, sed ex eo quod

τύχης, hoc est, fortunæ etymologia.

est ὡς ἔτυχε, id est vt contigit, sumentes, cùm causam non possunt reddere, αὐτόματον autem, id est casum, ex eo ipso in eo quod causa caret ponentes. In quibus enim nulla est causa definita, in ijs ὡς ἔτυχε, id est vt contigit, & αὐτόματον, hoc est casum, dicere consueuimus, & contigit: eundem habent sensum. Est autem idem quoque sensus deductus ἀπὸ τοῦ τυχεῖν, quod significat assequi, sed assequi non ratione, neque ex statu, aut ex instituto præcedente, sed temere & quomodocunque. id enim significat illud, ὡς ἔτυχε, id est, vt contigit. De differentia ergo nominum hæc definio. & an in ijs solis quæ ex instituto ac proposito fiunt sit fortuna, quærendũ censeo. Quinetiam an in ijs solis quæ fiũt rarius. Si enim τυχεῖν & ἀποτυχεῖν, hoc est assequi & non assequi, ἀπὸ τῆς τύχης, id est à fortuna, græcè omnino dicimus, dicimus autẽ & optimum sagittarium scopum assequi, & optimum scriptorem scribentem assequi, & malum non assequi, non fuerit in ijs quæ sunt rarius, sed quæ sæpius. Porrò autem Eudemus quoque, si, inquit, id quod est ex arte effecerit, dicitur εὐτυχία, hoc est felicitas: Sin autẽ præter eam, ἀτυχία, id est infelicitas. Sed eũ quoque qui aliquid facere instituit, cùm quod est propositum fecerit, proprium finem τυγχάνειν, id est assequi, dicimus, quemadmodum etiam ἀποτυγχάνειν, id est, non assequi, cũ aberrauerit. Quare nec per accidens est illa assecutio, cùm is etiam assequitur qui instituit. Si ergo quemadmodum aliorum omniũ donorum, vtpote pulchritudinis, sanitatis, victoriæ diuinas aliquas causas prius esse existimamus, à quibus impertiunt participationes ijs qui sunt participes, & causas vocare audemus nominibus bonorum quæ ab ipsis donantur, quoniam bonum conueniẽs assequi, magnum quid est, & diuino munere dignum, quomodo nõ necesse est diuinam bonitatem quæ assequẽdi causa est, appellare fortunam? Rectè autem visum est aliquibus fortunam quidem esse causam, sed ignotam humanæ cogitationi, vt quæ sit diuinum aliquid. Si autem in illis maximè dicimus causam esse fortunam, in quibus nullam aliam per se cognitam causam videmus, non ideo existimandum est, eam quæ per se est alicuius causam, cùm alius causa fuerit per accidens, tunc fortunam quidẽ vocari causam, effectum autem à fortuna: sed eam quidem quæ per se est, illius esse causam, quod fit etiam. Quemadmodũ processisse in forum amici gratia, causa est vt in foro fuerit: quod autem in debitorem inciderit: & animi propositum, ac profectio. maximè propria autem causa est fortuna, quæ etiam propterea profectum effecit in eum incidere, sed tunc etiam vnà adiuuante & operãte animi instituto. Sed si nõ ideo profectus sit, sola videtur causa esse fortuna, & tunc quidem vnà adiuuante & operãte animi instituto, eo quod omnino profectus sit, eo autem quod non propterea profectus sit, opus euidenter habente causa quæ dirigat. Porrò autem, vt sæpe dixi, Aristoteles de naturali tractans disceptatione, obscuram quidẽ causam relinquit tradendã Theologis. Cognitam autẽ causam, cùm alium finem assequitur præter eum quem proponit, eam fortunam appellat, & finem à fortuna. In quibusnam autẽ sit fortunæ dominatus quærentes, inueniemus in omnibus quæ opus habent vt assequantur. Opus habẽt autem quibus opus est vt aliquid participent. Participant autem quæ sunt discreta alterum ab altero. Quare etiam in intelligentium formarũ discretione fortuna opus est, vt quæ sunt discreta assequant mutuã inter se participationẽ. Si aũt discretio illa est eiusmodi vt discerni nequeat, etiã participatio nõ est participatio, sed potius † coniuncta substãtia: et videlicet & fortunæ proprietas nunquam est in illis manifesta. In mundo aũt forma corporea prædito, in quo iam est perfecta discretio, & quæ quodãmodo facta est diuulsio, in eo est & participatio, & euidens assecutio: & fortuna suam manifestiorem indicat potestatem. Per fortunam enim Sol, & vnaquæque stellarum errantium, assequitur habitationem in vnoquoque signorum zodiaci. Assequuntur au-

Fortuna nõ in ijs solis quæ consulto & rarius fiũt.

Fortuna, est diuina bonitas quæ est assequendi causa.

Fortuna est cã, sed ignota hũanæ cogitationi.

Fortunæ dominatus in quibusnam sit.

Fortuna in intelligẽtiũ formarũ discretione.

† συνουσίωσις, id est, consubstantiatio.

Fortuna dominatur in cœlo.

E tem etiam eas quæ sunt inter se figuras. & luna lumẽ lunare. Omnes autem quæ in cœlo sunt stellæ iactũ radiorum aliarum assequuntur. Sed in cœlo, propter necessitatem ordinis, nõ est rursus adeò aperta fortunæ potentia; In regione autem quæ est subter lunam, in qua magnum est periculum vt ne assequamur quidem, propter multarum causarum & indefinitarum concursum, hic suum dominatum maximè ostendit fortuna, omnes causas cõgregans, vt non aberret, sed vnũquodque assequatur id quod ad se iure pertinet, idem est autem dicere, pro sua dignitate. Etenim Dea sanitas in ijs maximè est illustris, in quibus morbi quoque subeũt, & adhuc magis in ijs in quibus non adsunt causæ paulò magis singulares. Et distributionis quidem pro dignitate ac meritis causam esse dicimus iustitiam: Assequendi autem id quod est pro meritis ac dignitate fortunam. Et tunc maximè apparet, cùm neque cogitatio, neque vlla alia manifesta causa cernitur: est enim

F etiam in ijs in quibus aliæ causæ operantur. assequẽdi autem fortuna causa est. In quibus autem nulla est alia causa cognita, in his maximè cernitur. Et est quod à fortuna, vtpote quod ab hac Dea fit: A casu autem, quoniã eius singularis, & quæ apparet causa non est. Neque ergo fortuna est solum in ijs quæ sunt rarius: Diuitum enim filij maxima sunt ex parte diuites & fortunati: neque est per accidens. est enim causa maximè propria & principalis eorum quæ singulis conueniunt assecutionis. Seruientibus autẽ vtitur causis omnibus mortalibus, tam ijs quæ per se sunt, quàm ijs quæ per accidens. Si autem dicãt fortunam esse in ijs quæ sunt inordinata, & quæ rarius accidunt, partim quidem eos nõ admittimus: neque enim sunt omnino inordinata quæ hic sunt, sed ordinem aliquẽ participant: neque est in ijs solis quæ fiunt rarius, vt dictũ est: Partim autem dicemus rectè dicere. Fortunæ enim dominatus eam vniuersi partem quæ est sub Luna maxime administrat. apud quam est etiam natura contingentis,

G quam, vt quæ sit per se inordinata, fortuna cum alijs causis principalibus dirigit, ordinat, & gubernat. Quocirca ei dant etiam clauum tenẽdum, vt quæ gubernet ea quæ nauigant in ponto generationis. & clauum in sphæra collocant, vt quæ quod est ortus instabile dirigat. Cornu autem copiæ est in altera manu, plenum fructibus. vt quæ diuinos omnes fructus assequendi causa sit. Vrbium autem & domorum & vniuscuiusque fortunas ideo honoramus, quòd ab vnione diuina procul disiuncti, in periculum venimus ne non assequamur eam quæ conuenit participationem. & opus habemus ad hoc vt Dei fortunam assequamur, ijs etiam quæ in generibus præstantioribus habent eandem proprietatem. Et est omnis quidem fortuna bona. est enim quæuis alicuius boni assecutio. neque à Deo mali aliquid extitit. Ex bonis autem alia quidem sunt antecedentia ac principalia: alia verò castigãtia vel punientia, quæ quidem etiam mala dicere cõsueuimus. & ideo fortunam, hãc quidem bonam nominamus, quæ

H vt bona antecedẽtia ac principalia assequamur causa est. Malam autem. quæ efficit vt supplicium pœnasque consequamur. Hanc aũt fortunam Plato quoque in legibus tradit vnà esse cũ opifice collocatam, cùm dicit, Nã Deus quidem omnia, & cùm Deo fortuna & occasio humana vniuersa gubernant. Sed trãseamus ad ea quæ deinceps dicuntur ab Aristotele.

Fortuna in regione subter Lunam.

Sanitas Dea Iustitia causa iuste distribuendi.

Fortũa causa est assequendi.

Fortuna nõ est solũ in ijs quæ fiunt rarius.

Fortuna vtitur oĩb9 causis seruientibus.

Fortuna cur clauũ teneat in sphæra.

Fortuna in vna manu tenet cornu copie.

Fortunæ vrbium cur honorentur.

Fortuna omnis bona.

Bonorũ alia principalia, alia punientia.

Fortuna cũ Deo a Platone collocat.

CAPVT VII.

QVòd autẽ sint causæ, & quod tot nume- LXVIII
ro quot diximus, clarum est. Illud enim
propter quid, tot numero comprehen-
dit. Vel enim reducitur propter quid ad id quod
quid est, quod est vltimũ in imobilibus, quem-
admodũ in disciplinis: ad recti.n. aut eius quod
est symmetria conueniens, aut alicuius alius vl-
timam reducitur definitionẽ: Vel ad id quod LXIX
primum

primum mouit: quẽadmodum, Cur bellarunt? quoniã prædati sunt. Vel cuius gratia? vt imperent: Vel in ijs quæ fiunt ex materia. Quòd ergo hæ & tot causæ sint, clarum est.

LII Cùm quęsiuisset, quod in principio apertum proposuerat, de causis, quęnam sint & quot numero: & ostendisset eas cadere in quatuor modos apertissimos. & fortunam & casum reduci sub vnum eorũ, nempe eum qui est vnde principium motus: qm̃ magnus est conatus, tantam singularum causarum multitudinẽ ad tam pauca genera reducere, id quod dixit meritò censet esse leniendũ. & ꝙ tot sint numero in genere causæ, sic ostendit potentia. Causę sunt, quas propter qd interrogati reddimus. Interrogati aũt propter quid, quatuor reddimus. vel formam, vel id quod efficit, vel finem, vel materiã. Sunt ergo causæ quatuor. & tradit exemplo rationem reducẽdi ad vnũ quodq; eorum. Vel enim propter quid ad formã vltimam reducitur: quẽadmodum in Mathematicis: ea enim vocat immobilia, vt distinguantur à naturalibus, quibus id quod est, in motu est. Cur enim seu propter qd est hęc recta? qm̃ est minima eorum quæ habent eosdem fines: & cur est latus hexagoni symmetria cõueniens diametro? Quoniam idem quod exit è centro vtrũq; dimetitur. Cur autẽ in circulo quæ ex centro exeunt æquales sint, rogati, dicemus, qm̃ circulus est figura plana, quæ vna linea continetur, ad quam ab vno signo eorum quæ intra figurã posita sunt, oẽs rectę quæ cadunt ad circũferentiam, sunt inter se æquales. Cùm enim hoc dixerint, nemo amplius aliquid aliud requirit. Rogati autẽ cur Thebani bellum gesserunt aduersus Phocenses, respondebimus, Quoniam Phocenses templum diripuerũt, sic causam reddentes efficientem. In materialibus autem, quæ etiã appellat ea quæ fiunt seu gignuntur: gignuntur enim plantę & animantia, & eorum partes, quæ sunt oĩa materialia: In his ergo illud propter quid, sæpe ad materiam reducimus. Cur enim scamnum putrefactum est? Quoniam erat ligneum. Vel cur habet homo tantũ quatuor digitos? Dicimus, Quoniã defuit materia. Cur autẽ homo est quod genitum est? Quoniam ex hominis semine & mẽstruo. Quinetiam licet in eodem ad oẽs causas reducere. Cur enim homo moritur? Quoniam est aĩal rationale mortale. & ꝙ efficiens eius causa accedit & recedit: & ꝙ est ex materia in quã cadit interitus: & ꝙ est illi mori melius. Dicit aũt Porphyrius, propter quid, posse reddi quatuor modis: Cuius gratia autem, interrogat solùm in causa finali. Cuius enim gratia bellũ gesserunt? Vt imperarent. Obseruans aũt & quod prius dictum est ab ipso, Alexãder, Mathematica non habere causam finalẽ, & quod hic dictum est ab Aristotele, Quòd, propter quid, reducitur ad id quod quid est vltimũ in immobilibus, vtpote in Mathematicis, ipse id exponit. Quoniam, inquit, non est in disciplinis id cuius gratia aliud à forma, illa enim erat in ipsis finalis & vltima causa, propterea est in ipsis vltimum forma & definitio. Et quòd quidem aliquis sit finis Mathematicorum, & prius dixi, & nunc dicam. Inuenta sunt enim vt transmittant aĩam à sensilibus ad ea quæ percipiunt intelligẽtia. Mathematicis autem, tanq̃ Mathematicis, nõ est talis eorum finis cognitio. quẽadmodũ nec Physicis, quæ à naturę inquisitione ad philosophiam contẽplantem capitur vtilitas. Meritò aũt illud Propter quid, deducunt ad extremam definitionem. Habent enim definitionem principium. Non licet enim ire extra principium. Quoniam autẽ ei quod fit est aliquod aliud esse propter aliã ex suis causis, hoc quidem, propter materiã, illud verò propter formã, aliud verò propter id quod efficit, & aliud propter finẽ: meritò interrogati propter quid, ad causam propriã reducimus. sæpe autẽ etiam eiusdẽ rei diuersas causas reddimus. Cur enim sedeo? Quia multum habet terreni & ignei meum corpus: quapropter iacet id & surgit, à materia: Et ꝙ membra mea hoc modo inflexa sint, à forma: Et ꝙ ita meus constituit animus: ab eo quod efficit: Et ꝙ sic esse duxi melius, à fine. Num aũt qui interrogatur cur lima sit Socratis imago, ad aliquã aliam retulerit causam, quàm ad exẽplarem? neq; enim, vt existimo, ad materiã, neq; ad formam, neq; ad aliquã aliam ex quatuor: sed quia simus erat Socrates. Quare si etiam ad exẽplar propter quid reducimus, fuerit etiam exemplar, causa. Quapropter causam quòd vnus sit mũdus Plato retulit ad exẽplar, dicens. Vtrum ergo vnum cœlum rectè diximus, an multi & infiniti dicendi sunt? An rectius vnũ, siquidem ad exemplar effectus est. In summa autem, si formę materiales sunt participationes formarum principialium, illis sunt assimilatę imagines. Omnis ergo imago refertur ad exemplar. Necessitatem autẽ cur tot & tales causę sint, ex diuisione prius inuenire conatus sum. Quare fuerit superuacaneum eadem rursus dicere. Hoc tantùm nunc adijciatur, ꝙ quicquid cõstat ex materia et forma, id fit, seu gignitur, & non est. Quod autẽ fit à causa, fit propter aliquod bonum. Quæcunq; ergo habent quod est eiusmodi, id habent vel propter materiam, vel propter formam, vel propter id quod efficit, vel propter finem. Quoniam autem scribit Alexander, IN ijs quæ gignuntur est materia } eius quoq; audienda est expositio. Aut enim, inquit, id dixit vt ea distingueret ab ingenitis, vtpote ꝙ non sit in æternis materia: vel quòd in ijs quæ propriè gignũtur, seu fiunt potest inueniri materia. Ea autem sunt substãtiæ. Eorum enim quæ fiunt & sunt per accidens, nõ est per se materia: sed per relationẽ quę est ad substantiam, in ijs est materia.

Cãs esse quatuor ꝓbat a diuisione.

Mathematica cur Aristoteles vocet imobilia

Differũt propter quid & cuius gr̃a.

Finis ne sit alius a forma i Mathematicis.

Cãę diuersæ sępe reddũtur rogãtib⁹

Exemplaris causa necessario ponenda.

Materia nõ est in ingenitis, nec in q̃ sunt ꝑ accidens nisi per relationem à

LXX Quoniam autẽ sunt causæ quatuor, est Physici de omnibus cognoscere. & qui illud ꝓpter quid ad omnes reducit, reddet naturaliter, materiam, formam, id quod mouit, id cuius gratia. Tres aũt sæpe ad vnam redeunt. Id enim quod quid est, & id cuius gratia, vnum est. Id autẽ vnde est primum motus, cum ijs specie idem est. Homo enim hominem gignit. LXXI Et in summa quæcunq; mota mouent. Quęcunq; autẽ non, non sunt vtiq; naturæ contemplationis. Non enim in seipsis habentia motum, nec principiũ motus, mouent, sed cùm sint immobilia. Sunt itaq; tria opera: vnum quidẽ quod versatur in immobili: alterum autẽ quod versatur quidem in eo quod mouet, sed in id non cadit interitus: alterum verò in ijs in quæ cadit interitus.

LIII Postquã dixit quatuor esse causas rerum naturalium, qm̃ causæ sunt, quas interrogati propter quid respondemus: consequenter subiungit Philosophum naturalẽ ad quatuor reducentem, redditurum illud propter quid, si reddat naturaliter. Fieri enim põt vt naturalis non reddat naturaliter, quẽadmodum vt Geometra nõ Geometricè, cùm nõ ex proprijs principijs. Quoniam ergo corpus naturale habet quidẽ materiam, habet aũt etiam formam, & habet etiam causam efficientem siquidẽ res est facta, seu genita: & id cuius gratia facit id quod efficit: oportet scilicet Physicum, cùm naturalis corporis causas oẽs cognouerit, ad vnãquanq; aptè ac propriè referre illud Propter quid. Sæpe autem, inquit, tres causæ in vnam redeunt, formam, finem, & illud vnde est principium motus. Hęc aũt animaduersio cõuenit ei qui dissetit de causarum multitudine, ꝙ ex quatuor causis tres in vnam redeunt. Quinetiam Physico qui ad causas reducit, vtile est hoc cognoscere. ne illud propter quid ad formam vel ad finẽ conans reducere, aliud quid & aliud primum quærat ad quod sit formã redacturus: qm̃ sępe idẽ est forma & finis. Formæ enim gratia natura oĩa priora molitur.

Tres causæ sæpe ad vnã redeunt.

Forma & finis sæpe idẽ est in naturalibus.

moliturr. & sunt hæc duo numero & subiecto vnum. dun aũt ratione. Si enim fructus maturarin est, q semina quæ sunt in fructus inuolucro possint aliud tale efficere: forma est proximus & finis. Id aũt vnde est principium motus, etiam cùm idem fuerit cum his, nec subiecto nec numero idem est, sed tantũ specie. Homo enim generat hominem, & pater ei quod gignitur causa est, cùm idem sit in specie quod ipse. ET in summa, inquit, quęcunq; mota mouent. } Hoc est, quæcunq;, cùm sint naturalia, & principium motus in seipsis habeãt, faciunt. De eiusmodi enim causa efficiẽte agitur. Hęc ergo si fuerint eadem cum ĩjs quæ fiunt, sunt eadem specie. Quæcunq; aũt non mota mouẽt, ea omnino ne naturalis quidem est contemplationis, sed Theologicæ considerare. Neq; enim ea in seipsis habent principium motus, si quidẽ non mouentur.

Causas efficientes immobiles cõsiderat Theologia.

Quare nõ sunt naturales causę quæ sunt immobiles. Sed neq; principiũ motus est vt natura. Ipsa enim mota mouet. Quare nec Philosophi est naturalis de his dicere. Num autem per hoc quod dicit, ET in summa quæcũq; mota mouent } aduersus eos insistit qui ideas quæ sunt eiusdẽ speciei, eorum quæ hic sunt causas esse existimãt, cùm ipsæ sint immobiles. Quod est enim eiusdẽ speciei, est vniuocum. Eæ autem sunt æquiuocè, vel vt tanq; ab vno. Sic quidẽ exposuerit quispiam, Si omnia efficiẽtia eadem esse specie existimet cum formalibus, si mota moueantur. Atqui Sol quidẽ motus mouet & efficit, non tñ idem est cum ĩjs quæ fiunt. Neq; enim quæcunq; ab ipso fiunt, sunt eiusdem inter se speciei. nisi vtiq; quatenus est forma materialis & id quod facit, & ea quę fiunt, cùm dicatur materia cõiter de subiecto. Et si enim materia non sit in cœlo ex sententia Aristotelis, propterea q non mutentur alterum ex altero, sed tamẽ est in illis quoq; subiectum. Quocirca sunt etiã per locum mobilia, vt dicit in primo libro qui inscribitur Metaphysica. Num autẽ is etiam qui facit ex ĩjs quæ sunt in ipso rõnibus, rationum efficit similitudinem? Potest aũt illud, ET in summa quęcunq; mota mouent } audiri de ꝓpinqua efficiente causa naturaliter, quæ quidẽ est natura. Ea enim habet magnã cum forma conuenientiam, vt etiã prius dictum est. Sol enim nõ est causa ꝓpinqua, & si mota moueat. Et huic fortasse conueniunt etiam ea quæ sequũtur. Quòd enim sint triplices causæ quæ mouent & efficiunt, hæ quidem immobiles, illę verò quæ mouẽtur, & earum aliæ quidẽ propinquæ, aliæ verò remotiores, ostẽdit ex eo q opera quæ sunt de ĩjs quæ sunt, vel potius eorum quæ sunt principia & causæ, trifariã diuisa sint.

Idea causæ immobiles.

Cœlestia nõ habent materiã sed subiectum.

Natura est cã ꝓpinqua efficiens.

Operũ Aristotelis ex eorum q mouent & eorũ q sunt immobilia diuisione ordo.

Vnum enim est de causa quę mouet quidẽ, verùm est immobilis. cuiusmodi est opus quod dicitur Metaphysica: Alterum est de causis quæ mouentur quidẽ, sed in eas nõ cadit interitus: cuiusmodi est opus de cœlo: Tertium est de ĩjs quæ versantur in ortu & interitu, quę ipsę quoq; omnino mouentur; & sunt causæ propinquę. Talis est aũt liber de generatione & interitu, & liber Mete‹o›ron, & libri de animalibus & plantis, quę tales causas quęrunt. Clarum est aũt q opus propositum, quod quærit principia rerum naturalium, quærit de causis quæ mouent cõiter. Operępretium est autem animaduertere, qũn id vnde est motus primũ, hoc est id quod est efficiens, specie idem esse dixerit, non aũt subiecto & numero. quẽadmodum finalis & formalis causa se inter se habebant. Naturam enim, cùm sit cã efficiens, formalẽ quoq; esse prius ostensum est. Sed fortasse quidem naturæ vt numero idem esset cum forma adfuit. Omnibus autem, vt semel dicam, causis efficiẽtibus propinquis inest vt idem sint specie. Porrò aũt ex his rursus potest intelligi, quod immobilem & primam causam nõ solùm finalem, sed etiã efficientem norit Aristoteles. Id enim vnde est motus primũ, hoc est causam efficientẽ, diuidit in id quod est immobile, & in id quod mouetur, quæcunq; quidẽ mota mouent, dicens esse contemplationis naturæ: quæcunq; aũt cùm sint immobilia mouent, non esse vtiq; amplius naturæ cõtemplationis;

Efficientes causæ ꝓpinquę sũt eędẽ specie.

Efficientem primam cãm vult esse Aristoteles, non solũ finalẽ.

E sumens mouere, pro eo quod est facere. Quinetiã Alexander in his, Naturalis, inquit, est contẽplationis dicere etiã de causa efficiente, sed non de quauis, sed de ĩjs solis quæ mota sunt, ipsa quoq; mouentia, & aliquorũ efficientia. perinde ac si diceret, In summa autem quæcunq; mouentur ex efficientibus, vtpote q sint scilicet ex eius sententia, efficientes etiam causæ immobiles.

Quare illud Propter quid & ad materiam reducenti redditur, & ad id quod quid est, & ad id quod primũ mouit. Generationis enim maximè hoc modo causas quærunt, Quid post qd fit, & quid primum fecit, vel quid passum est. & sic semper deinceps. LXXII

Si finalis & formalis causa sæpe in vnum redit, meritò illud Propter quid quandoq; quidem ad materiam reducenti redditur: quãdoq; autem ad formam, quæ idem est quod finis: quandoq; autẽ ad efficientem. Id enim videtur ostendere, q in enumeratione causam finalẽ prętermiserit. Simul aũt mihi quoq; videtur eminus causam ostendere, propter quã finalem causam prætermittebãt Physici. Quia enim in idem, vt videtur, redit forma & finis, propterea satis habent de forma dicere. Quocirca statim etiã subiunxit, qũo qui considerant causas generationis, ad has causas reducerent. Cùm enim quid post quid fiat quærunt, formalẽ causam quęrunt: hoc enim est id quod fit: Cùm aũt quid primum fecerit: inuestigãt id quod est propriè efficiẽs. Quemadmodum cùm quod passum est quærunt indagãt causam materialem. Materia enim est id quod patitur ab efficienti. Forma aũt est ea quæ ingeneratur affectio. Potest aũt hoc quoq; ostendere Physicum ad has maximè referre causas, quærentẽ quid primò fecit & quid postea. & quid est quod patitur, q scilicet materia: & quid est id quod fit seu gignitur. Hęc enim cùm versentur in naturalibus, Naturali Philosopho conueniunt, cùm primus Philosophus versetur in causa immobili, & in substantia immateriali & impatibili, & seiuncta à generatione, quæ quidem sunt opposita ĩjs quę prædicta sunt. Potest autem, inquit Alexander, dicto quæ dicit, GENERATIONIS enim maximè hoc modo causas quærunt } sequi ea quæ superius dicta sunt, cùm diceret, Quoniam aũt sunt causę quatuor, est Physici de oĩbus cognoscere. & qui illud propter quid ad oẽs reducit, reddet naturaliter, materiam, formã, id quod mouit, id cuius gratia. Generationis enim maximè hoc modo causas quærunt: interiectis ĩjs quæ intercedunt, ad definiendum quænam sint eædem causæ, & quæ sit efficiẽtis causæ differentia. siquidem hæc quidẽ est immobilis, illa verò mouet. & eius hoc quidẽ est eiusmodi vt in ipsum cadat interitus, illud verò vt non cadat. Illud autem, ET sic semper deinceps } potest quidem dicere, herbam quidem primùm ex frumẽto, deinde calamum, & post eum aristam. Potest autem, vt accipit Alexander, hoc subiunctum esse, q post id quod primũ fecit, ad id quod est primum efficiens, redeant: & post primã materiam ad propinquam similitudine, non ad aliquã aliam causæ speciẽ id cuius gratia transmittentes. potius aũt q in vnaquaq; causa quærunt id quod est deinceps. LIIII

Finalẽ cãm cur Physici prętermiserent.

F

Physicus q̃rit quid post quid fiat.

G

Primus Philosoph' versatur in causa immobili.

H

Duplicia autem sunt principia quæ mouent naturaliter. Quorum alterũ, non naturale. non habet enim motus principiũ in seipso. Eiusmodi autem est si quidem nõ motum mouet: quẽadmodum & id quod est omnino immobile, et quod est omniũ primum. Et id quod quid est & forma. Finis enim & cuius gratia. LXXIII LXXIIII

Iam quidem prius quoq; fecit diuisionẽ causæ efficientis, dicens alia quidem mota mouere, alia verò, cùm sint immobilia: & nunc eandem facit, dicens, DVPLICIA LV

autem

autem sunt principia, quę mouẽt naturaliter } adijciens illud, naturaliter, vt ea distingueret ab ijs quę ex arte fiũt vel ex instituto. Num aũt ideo rursus assumpsit diuisionem causæ efficiẽtis, vt id quod primò mouet exactè discerneret ab ijs, quę mouent ex arte vel instituto. Primũ enim quæcunq; mota mouent, & quæcũq; mouent cùm sint immobilia, discreuit ea alterum ab altero: & immobiliter mouẽtem accepit primam causam: Nunc autem qm̃ & ars & ꝓpositum seu animi institutũ, cum sit immobile, mouet motus naturales: neq; enim augetur, neq; alteratur, neq; transit per locum: distinguit primũ artes & animi propositũ seu institutum à natura & prima causa, ꝙ hęc quidem naturaliter: idem est autẽ dicere, intrinsecus: moueant, illa uerò extrinsecus. & sic quod primum mouet distinguit quidẽ à natura, seu ab ijs quę mouẽt naturaliter. non est enim per se natura, sed cum corpore in quo est. Ab his ergo distinguit, ꝙ hęc quidẽ principium motus habeãt in seipsis, illa verò nõ habeant. non est enĩ illud principium naturale, sed naturalium. Si aũt principium motus habuisset in seipso, fuisset naturale. Ab ijs autem quæ ex arte & instituto mouẽt primum discernit principium, ꝙ illa quidem etiam si per se sint immobilia motibus naturalibus, at per accidens quidem moueantur in naturalibus: Tales enim sunt aĩæ operationes per locum transeuntes, & quæ ab alijs in alia transferuntur, dum & aliquid instituũt, & ex arte struunt aliqd: Quod est aũt omnium primum, est oĩno immobile & per se & per accidens. & quatenus oĩum quæ mouent primũ est, differt ab ijs quæ ex arte & ex instituto mouent. Neq; verò ita sita sunt vt ex æquo distent & idem valeant, id quod est oĩno immobile, & quod est primum omnium, sed ꝙ per vtraq; ostendatur differentia ab ijs quæ mouẽt immobiliter. Primum aũt illud, quod est per oẽs primi modos, docebit paulo post. Si ergo rectè dicimus hoc modo se habere quæ dicta sunt, non abs re rursus efficientis facta est diuisio. Et si est diuisio efficientis, vt etiam fatetur Alexander, scilicet id quoq; quod primum est, esse efficiens putat Aristoteles: Si autem eius solum quod est mouendi potestate pręditum, est diuisio: potest etiam id quod primum est, moueri tanq̃ finis. Cùm autẽ dixisset esse immobile id quod primũ est, adnotat speciem & formã esse immobilem, cùm sumitur vt finis & id cuius gratia. Immobilem enim esse oportet finem ac definitũ. Quod enim mouetur, alicuius gratia mouetur. Si autem mouet, neq; quod facit stabit cum ad ipsum venerit. Forma autẽ non si quomodocunq; sumatur finis est: sed cùm sic sumitur ꝙ ita sit melius. Hac enim rõne, inquit Alexander, differt forma Mathematica ab ea quę est in naturalibus. ꝙ hęc quidẽ sumitur & vt finis, & id cuius gratia, qm̃ sic est melius: melior est enim forma huiusmodi, vtpote recta, & non diuersa: In Mathematicis aũt nihil quæritur eiusmodi. Nugari enim videbitur, siquis conetur ostendere, ꝙ circulo quidem sit melius habere lineas æquales quæ ex centro prodeunt, quadrato autẽ eas quę ipsum continent. Num autem siquis circuli & quadrati sumpserit definitionem, quemadmodum hoĩs, non ex forma sed ex potestate: inueniet etiam formam ei rationi conuenientem, sicut in homine rectitudinem.

Differentia ei⁹ qd primo mouet ab ijs quæ ex arte & instituto.

Efficientem primam cãm vult esse Aristoteles.

Forma si sumat vt finis est imobilis. Forma Mathematicarũ sumat vt id qd est meli⁹.

Quare quoniã ex natura alicuius gratia, eã quoq; nosse oportet, & omnino reddẽdum est illud propter quid, vtpote ꝙ ex hoc necesse sit hoc fieri, illud aũt ex illo, vel absolutè, vel vt plurimum. & si hoc futurum est, quemadmodum cõclusio ex propositionibus. & qm̃ hoc erat, id quod quid est esse. & qm̃ sic melius, non absolutè, sed quod attinet ad vniuscuiusq; substãtiam.

LVI Quoniam forma naturalis finis est & id cuius gratia, natura scilicet quæ est formę efficiens, omnia facit formę gratia. Si ergo alicuius gratia & nõ temere facit natura:

A oportet naturalẽ Philosophum naturã quoq; nosse eũm sit naturalis: & eorum quæ fiunt oĩno causas reddere. Siquidem dicendum est, si ad hoc ILLIVS gratia } interpunctionem posuerimus, & ad, OMNINO, adiũgatur, Et, coniunctio. Sed si non adijciatur, vt in nonnullis habetur exẽplaribus, post id, EAM quoq; nosse oportet, } subdistinctio adiungenda est, vt dicat, Causam reddendi propter quid, naturã debere cognoscere quæ facit alicuius gratia. Causas autem reddere, & efficiẽtem. Hanc enim significat per hoc, QVOD ex hoc necesse est hoc fieri: Illud aũt ex illo vel absolutè vel vt plurimum. } In ęternis enim & diuinis absolutè & omnino facit id quod facit. Talis enim lunæ figuram talem oĩno facit eius illuminationem. In ijs autẽ quæ sunt in generatione, vt plurimum. Somnus enim maxima ex parte nutrit, cum tũc natura quiescat. Per illud autem, SI hoc futurum est quẽadmodum conclusio ex propositionibus } meminit materialis, quę quidem est necessaria, vt quę eorum sine

Efficientes cãę absolute faciũt i ęternis, vtplurimum autẽ in generalib⁹.

B quibus non fiat, rõnem obtineat. Si enim oportet talem sequi cõclusionem, oportet prius tales sumptas esse propositiones, quæ materiæ rõnem habeant in syllogismo. Si quis ergo roget cur talis est conclusio, reducentes ad materiam, reddemus illud Propter quid. nempe qm̃ tales sunt propositiones. Et in naturalibus si futura est hęc forma à natura, oportet prius esse subiectam & tanquã substratam materiam. Quemadmodum si futura est nauis, oportet ex tali ligno materiã esse sumptam: vt & bene nauiget, fortiterq; & validè cõtineatur. Per hoc autem, QVONIAM hoc erat quod quid est esse } causam quæ est per formã ostendit. Per illud autem, QVONIAM sic melius } meminit causæ finalis. Nam & Plato & Aristoteles dicunt cõuenire Physico causam reddere duplicem. Vnam quidẽ, eius quod est necessarium: Alterum verò, eius quod bene est. Et quæ est quidẽ eius quod est necessarium, est in materia, & in summa dicã, in eo quod est corporeum: quẽadmodum ꝙ oporteat fieri ex calidis

Cã duplex, eius quod ẽ necessariũ et ei⁹ quod bene est.

C & frigidis & humidis & siccis: Ea aũt quę est eius, quod bene est: per quã ostenditur esse melius sic habere q̃ aliter. Illud autẽ, Melius, non est sumendum absolutè, sed id quod conuenit vniuscuiusq; naturæ. Id enim quod est absolutè & omnium optimum, ne esse quidem potest in humana natura. sed si quidem est, in natura est æterna & diuina. Deinde etiã vnus esset oĩum idem finis. Vnum enim est optimum. Quod attinet aũt ad vniuscuiusq; naturam: quemadmodum ꝙ aerijs pennę sunt necessarię et vtiles, & ijs quæ tales sunt, tales: Pedestribus autem pedes: venter verò serpentibus, quemadmodum pinnæ piscibus. Est autem apud Aristotelem tale opus, nempe quod est de partibus animalium. in quo duobus modis de natura differit, per id quod est necessarium, & per id quod bene est.

Optimũ solum est in diuina natura.

Opus de ptibus aĩalium q̃o differat.

CAPVT VIII.

D Dicendum est autem primum quidem cur natura sit ex causis quę sunt alicuius gratia: Deinde de necessario, q̃o se habet in naturalibus. Ad hanc enim causam oẽs reducunt, ꝙ qm̃ hoc est natura calidum & frigidũ, & vnumquodq; ex ijs quæ sunt eiusmodi, hæc ex necessitate & sunt & fiunt & natura producta sunt. Nam etiam si aliã causam dixerint, cùm tãtum attigerint, eam iubent valere: hic cõtentionem quidem & amicitiam, ille verò mentem. LXXV

Duas quidem in his proponit quæstiones. Vnam quidem, vt demonstret naturã esse ex causis quę faciunt alicuius gratia, qm̃ sępe eo vsus est cùm sit controuersum: Secundum autẽ de necessario, q̃o se habeat in naturalibus. qm̃ omnes Physici reducunt causas ad id quod est necessarium. Reducunt aũt ad materiam, vt quæ ipsa sit necessitas. LVII

Materia est necessitas.

necessitas, ex tali subiectorum qualitate tale fieri necessario dicentes. vt, verbi gratia, qm̄ calidum leue est & sursum fertur, frigidum autē graue & tendit deorsum, propterea mundus sic est constitutus, cùm terra quidem infernè, supernè verò fuisset cœlum. Nam etiam si aliā causam dixerunt, vt Empedocles efficientem, litem & amicitiam, & Anaxagoras mētem, tantùm dicunt ita vt eam attingāt, in tradendis verò causis minimè vtentes. Huius etiam videt Socrates in Phędone insimulare Anaxagoram. Propterea ergo oportet definite de necessario quod est in materia, quō se habeat in rebus naturalibus: hoc est, quisnā sit modus huius causæ. num per eam fiat id quod fit: an nō sine ea quidem, non tñ per eam absolutè, & ideo sit necessaria, & verè necessaria. Hęc enim nos de ea docebit paulo post. Ostendere aūt q natura facit alicuius gratia, est multis modis vtile ad eius perfectionem quod de causis tractat. Si enim nosse causas ideo est maximè necessariū, vt ad eas reducentes reddamus propter quid: id aūt est vtile, qm̄ ponitur natura alicuius gratia facere, & nō temere ac vtcunq; contigerit: hanc positionem ostendi oportuit. Pręterea si forma posita est finalis causa, & id cuius gratia, vtpote q natura quæcunq; facit faciat eius gratia, hoc, nempe naturā facere alicuius gratia, oportet ostendi. Præterea aūt ex veteribus Physicis alij quidē fortunam & casum causabant, vt quæ eorum quæ fiant sint causæ efficientes, vel potius vtpote q nullam causam habeant ea quæ fiant: alij autē materialē necessitatē satis esse ducebant. Cùm itaq; ostendisset fortunam & casum esse causas per accidens: oportet aūt ante causam per accidens esse etiā id quod est temere, quod ad effectum attinet, quod accessit ei quod per se facit & alicuius gratia: oportebat hoc quidnam sit ostendere. Et alioqui cùm ex tractatione causarum ostendisset esse efficientem causam rerum naturaliū, & eam dixisset esse naturam, quę differt à fortuna & casu, q principaliter faciat & alicuius gratia: oportuit hoc ipsum deinceps ostendere, alicuius gratia facere naturam: & de necessitate materiæ differere. Præterea aūt cùm in toto libro de causis disseruit, ea etiā quæ causis conueniunt adiecit, partim quidem q efficiens causa, quæ est natura, non temere & vtcunq; contigit, sed alicuius faciat gratia: partim verò q forma sit id cuius gratia. Quòd autē in materia dicit necessarium, non ita dicitur tanq̄ quod propter ipsam fiat: id enim fini conuenit: sed vt quod absq; illa nō fiat, quod quidē est id quod est propriè necessariū, vt quod ex necessitate non autem principaliter assumptum sit.

Naturam facere alicui' gr̄a qd scire Physico cōferat.

LXXVI Habet autem dubitationē, quidnam prohibeat naturā facere nō alicuius gratia. neq; quia melius: sed queādmodum pluit Iuppiter: nō vt frumentum augeat, sed ex necessitate. Id enim quod in altum sublatum est, frigefactum esse oportuit. & quod est frigefactum, cum aqua factum fuerit, descendere. Cùm hoc autē factum fuerit, vt frumentum crescat accidit. Similiter & si frumentum alicui perit in area, non huius gratia pluit vt pereat, sed hoc accidit. Quare qd prohibet partes quoq; sic habere in natura. vt pote dentes oriri ex necessitate, anteriores quidem acutos, aptos ad diuidendum: molares aūt latos & aptos ad cibum leuigādum. neq; enim huius gratia fieri, sed contingere. Similiter aūt etiam in alijs partibus, in quibus videtur illud cuius gratia. Vbi ergo omnia euenerunt perinde ac si facta essent alicuius gratia, ea quidem seruata sunt à casu aptè constituta. Quæcunq; autem non ita, perierunt & pereunt, sicut dicit

E Empedocles,

†*A tauro genita atq; humano prædita vultu.*

† Βούπρωρα καὶ ἀνδρόπρωρα

Hæc ergo est ratio, propter quam dubitauerit quispiam. & si qua est alia eiusmodi.

LVIII Cùm instituisset Aristoteles ostēdere naturam facere alicuius gratia: primùm quidem vt consueuit & ipse & eius Pręceptor Plato, orationem confirmat contrariam, eo modo illam defendens, quo illarum orationum authores eas in medium adductas defendebant. Est autem hoc utile ad hoc vt nulla relinquat obiectio ijs qui nonnunq̄ possunt ingeniosius arguere. Ac nūc quidem primùm eos defendit qui dicunt nō facere naturā alicuius gratia, neq; q sic sit melius. Quoniam enim qui volūt naturam facere alicuius gratia, hoc maximè probant ex vsu partium quæ sunt in animalib⁹: Si enim priores dentes facti sunt acuti ad secandum nutrimētum, molares autem lati ad leuigandum ac minuēdum: non temere & vt contigit F facti sunt, sed eo quod efficit aspiciēte ad id quod est optimum & vtile: Hæc cum illi dicant: ij qui volunt naturā nō facere alicuius gratia: ex necessitate quidem naturali vel materiali dicunt ea quę fiunt fieri, vtilia aūt & conducibilia euadere per accidens, cùm nō faciat natura huius gratia. Sed queādmodum Iuppiter vel in ęstate pluerit, nō vt frumentum quod est in area perderet, sed cū pluit accidit vt periret: Ita quid vetat quominus dicatur non pluere quidem vt frumentum augeatur, sed cùm pluerit vt etiam frumētum augeatur euenire, fieri aūt pluuiam natura & materiali necessitate. In altū enim sublatū vaporē, cùm frigefactus, aqua factus sit, ꝓpter pōdus deorsum ferri, idq; esse pluuiam. Et alioqui dixerint id quod est melius nūquam deterioris gratia fieri, neq; à mente, nec à natura. Quare nec solis motus, qui refrigerans: & æstus & imbrium & eoꝝ quæ sunt eiusmodi, causa est: sit gratia fructuum, sed eorum quoq; accidit vt sit nutrimētum, queādmodum alia quoq; multa, perinde ac si eorū G gratia factura esset mens solertissima. Ita ergo quid prohibet partes quoq; animāium & plātarum fieri quidem ex materiali necessitate, non tñ id quod bene est & vtilē natura coniectante, neq; alicuius gratia faciente? Anteriores enim dentes acuti facti sunt, molares verò lati, nō propter vsum, sed propter naturalem necessitatem. Laquearis enim, dixerit quispiam, circūferentia in suis finibus euasit densior propter flexum. Quæ enim inflectuntur, cōdensantur in concaua & conuexa superficie, cùm hæc quidem pars intendatur, illa verò condensetur illic, vbi maximè est rotundum. Per id autē quod est densius ea quę peruadunt acuuntur, et quę sunt actiora, ea magis peruadunt. Cùm hæc aūt propter materialem necessitatem ita facta essent, accidit vt aliter facta essent propter vtilitatem animantium, perinde ac si facta essent huius gratia. Cur enim alia quidem pereunt à suis partibus, vt aquilę inflexo rostro fame pereuntes, alia verò seruātur, nisi eę sic casu concurrissent? Et vbi quidē accidit vt hæc H sic oīa concurrerent, perinde ac si alicuius gratia facta essent: ea etiam si casu constiterint, qm̄ aptè constiterunt, seruata sunt: quęcunq; aūt non sic, perierunt & pereunt. Queādmodum Empedocles factas esse dicit per principium amicitię temere & vt contigit, partes quidem primū animātium, vtpote capita, & manus & pedes, deinde eas conuenisse, hęc quidem Taurigena specie atq; humano prædita vultu: illa autem cōtra, Ejs viro genita & boue, hoc est, ex boue & homine. Et quæcunq; quidē sic inter se coeunt vt salutē assequantur, animātia facta sunt & māserunt, propterea q inter se vsum explerent: dentes quidem secantes, & cibum cōminuentes: vētriculus autē concoquens: iecur verò sanguinē procreāns. Et hominis quidem caput cum corpore humano cōgressum, efficit vt totum conseruetur: cum corpore aūt bouis, nō congruit & perit. Quęcunq; enim non ex propria & sibi cōuenienti rōne conuenerunt, perierunt. Eodem autem

Materiali & naturali necessitate fieri a natura, qbo probat conentur nulli.

modo

Materiali necessitate oīa fieri volebāt veteres physici et Epicurei.

modo nunc quoq; oīa accidunt. In hac autem videtur fuisse sententia ex veteribus quidē Physicis quicūq; materialem necessitatē eorum quæ gignuntur ac fiunt causam esse dicunt: ex posterioribus aūt Epicurei. In hunc autem errorē inciderunt, vt inquit Alexander, q̄ existimarent oīa quæ fiunt alicuius gratia, ex animi instituto & rōne fieri: quæ aūt natura fiunt, non sic fieri viderent. Ea autem, inquit, non sic habent, vt iam oīno ante diximus, cùm diceret naturā quidem facere alicuius gratia, sed non ex rōne. Num aūt si prima quidē esset & maximè propria causa natura, præuidentē id quod facit oporteret facere. sed cùm alij inseruiat qui propriè facit & alicuius gratia, ipsa quidem facit alicuius gratia, nec tamen id ratiocinans aut ante reputans. quandoquidem etiam dolabra facit alicuius gratia dum dolat, sed non prius reputans aut ratiocinans, verum ei quod ante ratiocinatur & reputat inseruiens.

Natura non ē prima cā, sed instrumentaria

LXXVII Fieri autem nō potest, vt hæc hoc modo habeant. Hæc enim, & quęcunq; fiunt natura, vel semper sic fiunt, vel vt plurimum: eorum autē quæ à fortuna & casu, nihil. neq; enim à fortuna, neq; ab euentu videtur sæpe pluere hyeme. sed si sub cane. neq; æstus sub cane, sed hyeme. Si ergo aut ab euentu videntur esse aut alicuius gratia, si fieri non potest vt sint neq; ab euentu neq; à casu, fuerint alicuius gratia. Atqui natura sunt quæcunq; sunt eiusmodi, vt ij etiā dixerint qui hæc dicūt. Est ergo id quod est alicuius gratia, in ijs quæ natura fiunt & sunt.

LIX Cùm defendisset orationē, quę dicit id quod cōfert & est vtile p accidens sequi ea quæ natura fiunt, cùm nō huius gratia faciat natura, nunc ostendit fieri non posse vt hoc ita habeat, cùm tanq; euidens sumpsisset id quod postea subiungit, q̄ quę fiunt, vel ex præfinito scopo & alicuius gratia fiunt, vel à fortuna & casu: Et q̄ hæ quidem partes animantium, & in summa quęcunq; natura fiant, vel semper, vt in æternis, vel plurimū fiant. Quæ autem à casu & fortuna, ostensum est esse in ijs quę fiunt rarius. Et sic deinceps ratiocinatur. Quæ natura fiunt, vel semper sic fiunt, vel vt plurimum. homo enim ex homine, et equus ex equo. & dentium natura, & aliarum partium, maxima ex parte sic est. Quæ aūt à fortuna & casu, &, vt semel dicā, per accidens, neq; semper fiunt, nec vt plurimum: In ijs enim quæ sunt rarius ea fieri ostensum est: Non ergo quæ sunt natura, à casu vel fortuna fiunt, aut omnino per accidens. Et est syllogismus collectus in secunda figura. cuius propositiones quidē posuit Aristoteles. conclusionem autē vt quæ clara esset non subiunxit. Minorem autē propositionem, quæ dicit quæ à fortuna & à casu fiunt, nec semper nec plurimū fieri, ostendit ex opposito. Quæ enim plurimū fiunt, quēadmodum hyeme sæpe pluere, vel æstum esse sub cane, nec à fortuna, nec à casu fieri dicimus: sed cùm sub cane quidem sæpe pluit, vel hyeme sunt calores: & in summa in ijs quę sunt rarius. Potest aūt syllogismus sic quoq; colligi in prima figura. Quæ natura sunt, vt plurimum fiunt. Nihil eorū quæ vt plurimū fiunt, sunt per accidens. Nihil ergo eorū quæ natura fiunt sunt per accidens. Cùm ergo ostendisset, q̄ ne ea quidem quæ in ijs quæ sunt natura sunt vtilia ac conducibilia, fiunt per accidens, siquidē vt plurimum fiunt, ostēdit deinceps ea fieri & esse alicuius gr̄a. Diuisio autē quam sumpsit est eiusmodi. Quæ fiunt, vel per accidens fiunt, & ex euentu, vel alicuius gr̄a. Atqui hæc non fiunt ab euentu vt ostensum est. Fiunt ergo alicuius gratia. Videtur aūt hęc diuisio necessaria. qm̄ illi quoq; vt quod id quod fit alicuius gratia perimerēt, id quod ex euentu fit dicebant. Tanq; enim id quod fit deberet omnino aut hoc aut illo modo fieri, eo q̄ per accidens ostendissent, existimabant se perimere id quod fit alicuius gratia. Et sic quidem si quis sumat in principio, ea quæ natura sunt, vel semper vel vt plurimū fieri, per assumptiones colligit & diuisionē, q̄ quę natura sunt, sunt alicuius gratia, & in secunda & in tertia figura. Ipse aūt cùm in partibus aīalium & ijs quæ sunt eiusmodi esset prolixiori vsus oratione, vt quas vt plurimum fieri sit euidēs, & ostēdisset vsus partium, qm̄ non fiant per accidens, fieri alicuius gratia, & assumpsisset, quęcunq; sunt eiusmodi, esse natura, vt vel ipsi dixerint qui hæc dicūt: naturæ enī opera sunt animantia & plantæ & eorum partes, in quibus nihil redundat nec deficit: & subiectum fecisset, animātium partes, & quæ sunt eiusmodi, & de eis prędicasset id quod fit alicuius gratia & natura: singularē inducit conclusionem in tertia figura, Quòd quædam ex ijs quę sunt alicuius gratia, sunt natura. Rectè enim adnotauit Alexander, q̄ non in prima sed potius in tertia figura fit collectio, quæ singularē inducit conclusionem, quę dicit Quòd eorum, quę alicuius gratia fiunt, aliqua sunt natura. Quæ enim in prima fit figura collectio, q̄ oīa quæ alicuius gratia fiunt, natura sunt, colligit, quod minimè verum est. Quæ enim natura fiunt, fiunt alicuius gr̄a. Quæ aūt alicuius gratia, non oīa fiunt natura. Etenim quæ ex instituto, & quę ex arte fiunt, sunt in ijs quæ fiunt alicuius gratia. Sic ergo colligit. Quoniā animantia & plantę & earum partes & eorū vsus sic fit vt plurimum. Quę autē vt plurimum fiunt, fiunt alicuius gratia, si assumpserimus aliā propositionem quæ dicit, Animantia & plantę & earum partes natura, quę quidē etiam apud illos in confesso est, colligetur aliqua eorum quæ fiunt alicuius gratia, natura quoq; fieri. quod quidē ipse quoq; per hoc significauit: EST ergo id quod est alicuius gr̄a in ijs quę natura fiunt & sunt.} Etenī si est in ijs quæ natura fiunt id quod fit alicuius gratia, ea quidē quę natura fiunt sunt omnino alicuius gratia, non oīa autem quæ sunt alicuius gratia, sunt natura. Quēadmodum qm̄ nutriri & augeri est in aīalibus, aīalia quidem nutriuntur & augentur: nō quicquid autē nutritur & augetur, est aīal. Num autem & breuiter & generaliter collegit id quod erat propositum, cùm dixisset quæcunq; sunt natura, esse vel semper vel vt plurimum, & assumpsisset q̄ quę sunt fortuna nō semper sunt, & collegisset in secunda & prima figura, vt dictum est. quinetiam cùm in partibus esset prolixiori vsus oratione propter euidentiam: in tertia figura singularem collegit conclusionē. Si ergo frumentum augeť à pluuia s̄m naturā & vt plurimum, scilicet frumentum à pluuia nō augetur per accidens. Quare etiā alicuius gratia fit pluuia, nempe vt augeatur frumētum, sicut fit etiā multorum alioꝝ gratia. quæ quidem pluuiā non sequuntur per accidens. Idem enim fit multoꝝ tam magnorum q̄ paruorum gratia. Num ergo etiā vt putrescat frumētum: An hoc non est ex ijs quę pluuiā frequenter sequuntur sed ex ijs quæ perrarò. Quocirca etiā si fiant natura, fiunt tm̄ ideo natura q̄ natura scopum non assequať, quēadmodum & monstra. Sed & si fiat pluuia, vt frumentū putrescat, nō tm̄ ea de causa fit à natura, sed à Deo opifice qui vtitur natura, & qui iustè oīa regit & administrat.

Naturalia nō fiunt casu vel per accidens.

Naturalia sunt alicuꝰ gratia.

Non oīa q̄ fiunt alicuꝰ gratia natura cōstant.

Naturalibꝰ multa accidunt pter naturę finem.

Natura vt vult vtitur Deꝰ opifex.

Pręterea in quibuscunq; est finis aliquis, eius gratia fit id quod est prius, & id quod deinceps. Vt fit ergo, ita est natura. & vt est natura, nisi q̄d impediat, ita fit vnumquodq;: fit autem alicuius gratia. Et natura est ergo eius gratia. Quēadmodū si domus esset ex ijs quæ natura fiunt, sic fieret vt nunc ab arte. Si autem quæ natura fiunt, nō solùm natura verùm etiam arte fierēt, similiter fierent quatenus sunt natura. Est ergo alterum alterius gratia. LXXVIII

Hoc est secundū argumentum. Locum aūt sic exponit LX

nit Alexander. Cùm enim ostendisset, inquit, ea quæ sunt natura esse alicuius gratia: est enim in eis finis aliqs cuius gratia assumit hoc tanq̃ consequens. In quibus finis est aliquis & alicuius gratia, eius gratia fiunt quæ ante ipsum fiunt. Cui est consequens vt etiã in ijs quę natura fiunt, finis gratia fiant quæ fiunt ante finem. Ego aũt mihi videor non intelligere quod dicit. mihi enim videtur non aliud dicere, q̃ quòd cùm sumpsit ea quæ natura fiunt fieri alicuius gratia, colligat ea quę natura fiunt fieri alicuius gratia. Illud enim, In ijs quæ natura fiunt finis gratia fieri quę ante finẽ fiunt, quidnã est aliud? Rursus aũt cùm sumpsit, inquit, In quibus finis est aliquis, finis gratia fieri quæ ante ipsum fiunt, tanq̃ quod sit in confesso, ad hoc assumit, vt fit, ita natura eẽ, vt fiat: & vt est natura, ita fieri. Ex quibus colligit nõ solùm in ijs quæ sunt natura esse id quod est alicuius gratia, sed ipsa etiam esse natura alicuius gratia. Hoc aũt demonstrauit, ne quis diceret esse quidem in ijs quæ natura fiunt id quod fit alicuius gratia, non tamen eius gratia naturã ea facere. Atqui q̃uo esset rationi consentaneum nõ propter id quod est, facere id quod facit? In summa aũt si tanq̃ quod sit in cõfesso prius sumptum est, ꝙ in quibus est finis aliqs, eius gratia fiant quæ ante ipsum fiunt, prius sumptũ est illius gratia fieri ab eo quod facit. Num ergo prima quidẽ est eiusmodi demõstratio? In quibus ex ijs quæ fiunt est extremum aliquod tanq̃ finis in quo finitur motus, & procedens assiduè desinit: in ijs oĩa quæ sunt ante finẽ, fiunt finis gratia. In ijs autẽ quæ natura fiunt est finis aliquis: perpetuò enim mouetur, & absq; vlla intermissione progreditur, donec finem omni ex parte absoluerit: herba enim, calamus, & arista, & complures eiusmodi formæ, ad frumentum vsq; procedunt: deinde vbi hoc effectum fuerit tam status est & quies. Has duas ꝓpositiones positas sequit̃ conclusio, ꝙ in ijs quæ natura fiunt, finis gratia semper fiat id quod est prius, & quod deinceps. quod quidem est facere naturam alicuius gratia. Id aũt est propositum. Ex duabus autẽ vnam solam posuit quæ dicta est propositionem, nempe primã, dicens, In quibus est finis aliquis, eius gratia fit id quod est prius, & quod deinceps. Secundam aũt & conclusionem, vt quę essent apertę, reliquit. Quòd aũt veræ sint duæ propositiones clarũ est: Vbi enim est finis aliquis, & est cõtinua & ordinata quæ ad ipsum fert via, clarum est oĩa priora fieri eius gratia. Quẽadmodum in artificialibus finis est sanitas: eius gratia quæcunq; præcedunt facit medicus: Et ꝙ in naturalibus rebus finis forma est, et eius gratia fit vnũquodq; ex naturalibus vt suscipiat formã sibi conuenientẽ. Cùm eo itaq; peruenerit, cessat naturę operatio. His aũt positis, verum fuerit, ꝙ in naturalibus oĩa præcedentia fiant finis gratia. Si hoc igit̃ ita habeat, nõ accidit finis ijs quę sunt ante finem, sed illius gratia à natura habent vt fiant. & vt fiunt ita sunt natura. & vt natura est, ita fit vnumquodq;, nisi quid impedierit. Quare & fit finis gratia, & est natura eius gratia. Num autẽ illud, VT fit ergo, ita est natura} & quæ sequuntur, non ostendunt finem non accidere. Si enim cùm fieri alicuius gratia, vt quod sit in confesso, sumpsisset, tanq̃ ei cõsequens subiungit, Et est natura alicuius gratia: Id autẽ quod fit alicuius gratia, illud cuius gratia fit, nõ habet accidens: nihil scilicet emolumenti ceperit si sit particeps eius quod fit alicuius gratia, ad hoc vt sit natura alicuius gratia. Alexander autẽ, vt dictum est, illud etiã esse natura sic demõstratum fuisse dicit, ne quis diceret esse quidẽ in ijs quæ natura fiunt illud Alicuius gratia, vt dicebatur in dentibus, nec tamẽ naturam ea facere eius gratia, sed vsum accidere. Præ-
" terea autem, inquit, vt etiam progressus in memoriã re-
" uocabit, est etiã in ijs quæ à fortuna fiunt, & cuius causa
" & illius gratia, sed nõ sunt finis gratia ea quæ ipsum pręcedunt. Cùm ergo ostendisset ea quæ sunt natura esse ali-
" cuius gratia, nunc pręterea ostendit non sic esse alicuius
" grã vt in ijs quæ sunt ex fortuna, sed quia natura ita sunt.

In naturalib⁹, finis gratia fiunt oĩa quæ ad finẽ tendunt.

Finis nõ accidit ijs quæ fiunt ante finem.

E Num aũt non vt à fortuna distingueret, adiecit illud, Esse natura. In ijs enim quæ fortuna fiunt id quod fit, quod ad finẽ quidem attinet, fit temere. Nunc aũt cùm fieri finis gratia vt quod sit in confesso sumpsisset, ex eo esse natura sic cõfirmauit. Quare nec prima Alexandri expositio est rationi consentanea. Si enim vt quod sit in cõfesso sumptum est finis gratia fieri id quod fit in naturalibus, nemo dixerit esse quidẽ naturalibus id quod est alicuius gratia, finis aũt gratia non facere naturã. Sed fortasse dictum est vt distingueret ab ijs q̃ ex arte fiunt. in his enim id quod fit, fit finis gratia. nec tñ fiunt ſm naturã. Cùm itaq; cõiter ostendisset ꝙ in quibus est finis aliquis, eius gratia fit id quod est prius & quod deinceps. quod quidẽ conuenit & in artificialib⁹ & in ijs quę ex instituto fiunt, nunc ostendit in naturalibus id esse ſm naturã. & est natura quę facit alicuius gratia. Id enim significat illud, Esse natura. Quòd aũt hunc habeat sensum, conijcio ex eo quod subiũgitur, QVEMADMODVM si domus esset ex
F ijs quæ natura fiunt} & quę sequunt̃. quibus nihil aliud ostendit, q̃ ꝙ quẽadmodum in ijs quæ ex arte fiunt finis gratia fit id quod fit artificialiter, hoc est arte faciẽte, seu artifice ex arte: ita etiã in ijs quæ natura fiunt, à natura finis gratia fit id quod fit. Si enim domus esset ex ijs q̃ natura fiunt, sic finis gratia id quod est prius, & id quod est deinceps ex ijs quæ in ipsa fiunt, à natura fieret, vt nunc ab arte & non aliter. Sed nec si ars aĩal fecisset, aliter fecisset quã facit natura. Fecisset aũt finis gratia ea quę ipsum præcedunt. hoc enim sibi vult illud, EST ergo alterum alterius gratia} hoc aũt adiecit, ea cõuerti ostendens, & ꝙ etiam aliquid eorum quæ natura fiunt, etiã arte fieret. Rectè aũt domum prius exẽplar adiecit, quę & fit natura à brutis, & arte ab hominibus. Si ergo vel ex arte similiter fiat, atq; ſm naturã, in ijs aũt quæ ex arte fiunt eundẽ ter finis gratia fiunt quæ finẽ præcedunt, similiter etiam habet in ijs quæ fiunt ſm naturã. Cùm aũt dicit, IN quibus est finis aliquis, eius grã fit id quod est prius & quod
G deinceps} finẽ dicit non absolutè id cuius gratia: id enim erat quod quærebatur, An faciat natura alicuius gratia? Sed id quod est prius & id quod deinceps, absolutè concludit progressum qui est in ordine, & id quod motũ perficit qui est ei continuus, quodq; postremũ accedit & ipsum finit. Alexander autẽ, finem, inquit, dicit, nõ absolutè id quod posterius accedit. Nam ijs etiam quæ casu fiunt aliquid posterius euenit. sed vt id cuius gratia. & subiungit ꝙ cum hoc quoq; nunc vellet ostẽdere, adiecit illud, PRÆTEREA in quibus finis est id cuius gratia.} Non satis enim habuit absolutè dicere finẽ, sed adiecit illud, Cuius gratia, ostendes qualem velit esse finẽ. Mihi autem videtur hæc quoq; animaduertenda. primum nõ sic habere scripturam exemplarium omnium quæ à me lecta sunt, sed sic, IN quibus finis est aliquis, eius gratia fit id quod fit.} Deinde quod illud, Alicuius gratia, nõ est finis, sed id cuius gratia. Cùm autem vellem sic construere, In quib⁹ alicuius gratia est finis aliquis: inuenio
H constructionem minimè procedere, propter articulum singularem qui additur ei quod est, Alicuius gratia. In summa autem, vt dixi, id erat quod quęrebatur, An natura faciat alicuius gratia. quod quidem ostendit per id quod deinceps sequitur, Et ordine procedentẽ ad finem aliquem peruenire. Talis autẽ finis est cuius gratia. Natura autem est id quod sic procedit, vt etiam prius dixit, & deinceps significabit dicens, Natura enim sunt, quæcunq; ab aliquo quod in ijs est principio assiduè mota, ad finem perueniunt.

Esse secundum naturã est naturalibus, q̃d artificialibus est ex arte.

Et omnino aliqua quidem perficit ars quæ natura non potest efficere: Alia verò imitatur. Si ergo quæ ex arte sunt, sunt alicuius gratia, scilicet ea etiam quæ sunt secundum naturam, Similiter enim inter se habent in ijs quæ ex arte fiunt LXXIX

te fiunt

te fiunt & in ijs quæ sunt secundum naturam, ea quæ sunt posteriora ad ea quæ sunt priora.

LXI Cùm ex arte, vt quam apud illos in confesso sit facere alicuius gratia, ostēdisset alicuius etiā gratia facere naturam, probat se conuenienti vsum esse demōstratione, artis cum natura ostendens similitudinem, & quæ est cum ipsa conuenientiam. Quorum conuenientiā ex eo ostendit, q ars cū natura operans, eamq; adiuuans, adimpleat quæcunq; natura non potest per se facere, quēadmodum ars medendi, sanitatem & carnis additamētum, cùm natura non pōt ea facere. Ars aūt imitatur naturam, omnis generis animantium ac plantarum formas depingens & effingens. Iam verò nonnulli etiā ex ouis pullos generāt absq; auibus, ex illarum imitatione arte vtentes. Si ergo ars est naturæ adiutrix & imitatrix, & quæ ex arte sunt, sunt alicuius gratia: scilicet ea etiā quę sunt fm naturam. Similiter enim habet finis & ea quę ad finē pertinent & in ijs quæ ex arte sunt & in ijs quæ sunt fm naturā, siquidem ars imitatur naturam, & cum ea inijt societatem. Si ergo in ijs quæ ex arte sunt, quę priora sunt fiunt eā posteriorum: similiter etiā habebit in ijs quæ sunt fm naturā. Porrò autē Porphyrius à maiori & minori hic dicit fieri argumentum. Si enim ars quæ est deterior natura, sicut imago exemplari, quæ sunt ante finem facit finis gratia: multomagis hoc faciet natura quæ est arte præstantior. Quomodo autē dixerit artem natura deteriorem, siquidem artem dicit illa perficere, quæ non potest natura efficere? nisi forte hoc sic dixerit, vtpote q ars id quod deest impleat. Hoc autem potest facere etiam id quod est deterius, vel etiam q imitetur.

Ars est naturæ adiutrix & imitatrix.

Ars est natura deterior, licet id quod naturę deest impleat.

LXXX Est autē maximè clarum in alijs animalibus, quæ neq; arte, neq; vbi quæsierint, neq; vbi cōsultarint, faciūt. Quocirca dubitant aliqui vtrū mente, an aliquo alio operentur, araneę, & formicæ, & quæ sunt huiusmodi. Paulatim autem sic procedenti etiam in plantis videntur ea quę conferunt ad finem fieri, quemadmodum folia fructus tegendi gratia. Quare si natura facit, & alicuius gratia hirūdo nidum, & aranea telam, & plantæ folia fructuum gratia, & radices non supernè sed infernè nutrimenti gratia: clarū est esse eiusmodi cām in ijs q̄ fiunt & sunt natura.

LXII Quòd quæ fm naturā fiunt fiant alicuius gratia, similiter atq; ea quę ex arte & ex instituto & mente fiunt, ostēdit etiā ex brutis animantibus, pulchrè admodum & eleganti quadam rōne ac via argumētans. Araneæ enim & formicę, quæ neq; arte, neq; ex instituto, sed citra rōnem & fm naturā faciunt, adeò apertè in se habent q faciant alicuius gratia, vt etiam dubitetur, num mente aut arte aut ex aliqua præcedenti cōsideratione operentur. adeò oīa faciunt vsus & commodi gratia, non secus ac ea quæ mente ac præcedenti rōne vtuntur: Araneæ quidem, ad venandas muscas, tuta retia, & quę latè peruadant, expādentes: Formicę verò alimentum recondentes, & admirabili quadā via ac rōne vtentes ad maiora trahēda onera, & humectatum nutrimentum sæpe ad Solem adducētes & refrigerantes, & in incessu ordinē conseruantes. & quod est his admirabilius, cùm suas cauernas, quas χειὰς vocamus, in tres partes diuidant, in vna quidē parte vitam agunt ac comedūt: in altera verò alimenta reponūt: in tertia mortuos sepeliunt. Porrò autē hirundo quoq; & luscinia nidum ędificat, electo luto quod ad operandū est appositissimum: adeò vt etiā medici eo vtantur pro medicamentis quæ habent paulo maiorē desiccandi potestatem, & id festucis vinciens figura capacissima eaq; firmissima. Quinetiam cōponit apes fauos hexagonos. Alcyonis autē nidum, qui fit in aqua, aqua minimè perdiderit. Permulta dicere poterit, si qs artificiosam brutorum fabricā ostendere voluerit. Si cui autē videntur bruta animantia facere aliqua rōne, videat paulatim per ea quæ sunt rōne prædita, & rationis expertia, id quod est alicuius gratia, etiam ad plantas procedere: in quibus nulla relinquit dubitatio num mente aut arte id faciant: & videbit etiam in illis naturam facere alicuius gratia. Nam & folia & fructus inuolucra fiunt fructus gratia: et radices gratia nutrimēti. Cur enim non supernè quidem radices, infernè verò rami? Cur autē sic tutò vestiret semina, nisi magnam curam gereret vt rursus alterum ex altero gigneretur? Ita autē poterit id quod dicitur colligi. Quę fiunt in animantibus rōnis expertibus, & maximè in plantis, similiter fiunt, atq; ea quæ ex intelligentia & ex arte fiunt. Quæ ex intelligentia & ex arte fiunt, fiunt alicuius gratia. Natura ergo facit alicuius gratia. In his aūt velim rursus animaduerti, q bruta animantia & plantas, vt quę sint naturalia, sumit Aristoteles, & si sint animata & ab anima regātur, cùm bruta animantia & visis & sensu vtantur & appetitione in proprijs operationibus. Si aūt voluisset in ijs quæ sunt propriè natura, & solum natura, videre id quod est alicui⁹ gratia, assumpsisset elemētorum motum, qui fit in loco, vt propriam suam summā idq; quod totum est apprehendāt: & qualitatum contrariarum pugnam pro salute quæ est in subiecto: & earum quæ fiunt in vniuscuiusq; generatione mutationum, priorem semper fieri eius gratia quę sequitur. Ex aqua enim fit ignis per intermediū vaporem & aerē. Num autem Aristoteles vocat naturam etiā quicquid animæ versatur in corpore. Quamobrem etiam opus de anima, vt quod multa tractet de eiusmodi anima, esse cōtemplationis naturalis existimant.

Bruta faciūt certū finē ĩsi propōētia.

Araneæ industria.

Formicarū industria.

Cauernę formicarum vocātur χειαί.

Hirūdinis & lusciniæ in nido construēdo industria.

Apum industria.

Alcionum industria.

Plantæ faciunt alicui⁹ gratia.

Bruta & plātę sūt res naturales apud Aristotelē.

LXXXI Et quoniam duplex est natura, vna quidem vt materia, altera verò vt forma: ea autem est finis: finis autem gratia sunt alia: ea fuerit causa quæ est cuius gratia.

LXII Postq; ostendit ea quę sunt natura fieri etiam alicuius gratia, vult ostēdere quidnam sit id cuius gratia. Quoniam ergo naturalia sunt cōposita ex materia & forma, & vtrūq; eorum dicitur natura, vt prius ostensum est, & magis forma q̄ materia, & est in eo quod fit hic finis, finis autē gratia sunt ea quę ante finem fiunt, forma fuerit id cuius gratia alia, quod quidē prius quoq; ostēdit, cùm formam & finem eodem deduxit. Mihi autem videt, inquit Alexander, per hæc ostendere magis propriā esse causam formam, & non materiam, vt videbantur dicere veteres, ad causam materialem omnia reducentes. Si materia enim est formæ gratia: magis propria fuerit causa forma quàm materia.

Forma ē magis cā quam materia.

LXXXII Peccatur autem etiā in ijs quæ ex arte fiunt. Scripsit enim non rectè Grammaticus. & medicamenti potionem nō rectè exhibuit medicus. Quare clarum est id etiam cōtingere in ijs quæ sunt fm naturam, si quidē nonnulla sunt in arte, in quibus id quod rectè est, est alicuius gratia. In ijs autem quæ peccātur, alicuius quidem gratia conatus suscipitur, sed aberratur. Similiter habet etiam in naturalibus. & monstra sunt peccata illius cuius gratia. Ergo & in constitutionibus quæ sunt ab initio, bouigena, si nō ad aliquem terminum & finem peruenissent, intereunte aliquo principio facta essent, quemadmodum nunc semine. LXXXIII Præterea autem necesse est semē primùm fieri, sed non statim aīantia. Et erat quidem semen prius totū ac integrum.

LXIII Aduersus eos qui dicunt naturam facere alicuius gra. obiectio fiebat ex monstris. Cur enim Taurigena fierent

humano

humano vultu prædita ex sententia Empedoclis? Soluit ergo hanc quoque obiectionem, nunc dicens, non oīa quæ alicuius gratia fiunt, necessariò rectè geri, sed etiam quędam in ijs sæpe peccari. Etenim in ijs quę ex arte fiunt alicuius gratia, ut fatentur oēs, peccantur nonnulla. neque tñ ars facit peccati gratia, sed gratia illius quod non est assecuta. Ita etiā natura quoque sæpe facit alicuius gratia. sed aberrat sæpenumero ab eo cuius gratia facit & euenit aliquid aliud præter id cuius gratia fiebat. Quēadmodum ergo etiam si non rectè fecerit medicamētum illud cuius gratia datum est à medico, illius tamē gratia oīno datum est: & Grāmaticus licet nō rectè scripserit, scripsit tñ vt rectè scriberet: ita etiam natura, licet hoīem non fecerit, fecit tñ vt hoīem faceret. Sunt ergo mōstra peccata illius cuius est gratia. quare nec admodum longè recedit ab eo cuius gratia. Sed maximè quidem homo est ex humano semine. Sin minus, aīal. ficus autem vel platanus nunquā. Talia aūt sunt etiam Empedoclis Taurigena & humano vultu prædita. Cùm aūt dicit Aristoteles, ET in naturalibus monstra } dicit esse peccata illius quod facit alicuius gratia. Cùm autē dixit monstra siīr fieri ac ea quæ peccantur in artibus, adnotat q etiā quæ sunt apud Empedoclem Taurigena & humano vultu prædita, vel humano vultu prædita Taurigena, si facta essent talia, facta essent ex peccato principiorum, ex quibus est generatio, tā efficientium quàm materialium. quēadmodum nunc quoque monstra eueniunt ex peccato seminis, cùm semen reddatur imbecillum, & corrumpatur principium. Nec sufficiunt eiusmodi exempla ad ostendendum naturā non facere alicuius gratia. Cùm aūt primum concessisset Empedocli ab initio dicenti prodigiosa quoque aīalia Taurigena & humano vultu prędita, & è contrario: & eo dato soluisset obiectionem, ex eo q illa quoque fierēt corrupto principio, deinceps etiam de medio tollit cām talis obiectionis quæ fit ex monstris Empedoclis, ostendens non posse consistere ortum prodigiosorū animantium qui fit à principio: perinde ac si diceret, maximè quidem etsi ab initio facta essent prodigiosa animalia, non ex eo tollitur quin natura faciat alicuius gratia. Nam cùm natura faceret alicuius gratia, peccatum quod in causa efficiente vel in materia factum ē, effecit vt aliquid aliud eueniret, & non illud cuius gratia faciebat faciens. Deinde neque vera est positio obiectionis. neque enim fieri poterat vt aīalia fierent à principio, sed semen ante aīalia. siquidem necesse est quoduis animal, tā quod rectè factum est, quàm quod est prodigiosum, fieri ex proprio semine, non autē dimidijs aīalibus conglutinatis cum dimidijs. Si autē necesse est vnūquodque ortus sui sumere principium ex semine: quidam est scilicet ordo in generatione, & primum est secundi gratia. In his autem id quod est alicuius gratia consideratur. Cùm autem dixisset Empedocles in secundo Naturalium hos versus ante virorum & fœminarum corporum descriptionem.

Natura & ars sæpe scopum nō assequutur.

Monstra vnde fiant.

Semē est ante aīalia.

Ordo est in generatiōe.

Nunc age quòque virum, lugubres fœmineosque
Nocturnos ramos excretus duxerit ignis,
Audi. non mala nam nec inepta est fabula scitu.
Nanque typi ex terra primùm integri exoriuntur,
Qui vtriusque & aquæ partem formæque tenebant.
Hos ignis misit simili coniungere quærens,
Monstrantes mēbrorum haud dum qd amabile corpus.
Nec vultum, vocem nec quæ est natiua virorum.

Hęc cùm dixerit Empedocles, ostendit se quoque ipsum, vt est verisimile, dixisse semen fuisse ante aīalia. Et οὐλο-φυὲς quidem, id est totum ac integrum, quod primùm ab eo dictum est, erat semen, membrorum amabile corpus nōdum ostendens. quòniam aqua quidē erat actu quæ est humida, potentia aūt forma hominis. Num autem nec vt animalia ante semen, nec vt semen ante animalia constat, fieri potest. Quēadmodum enim quoduis animal et planta fit ex pprio ac conuenienti semine: ita etiā quoduis semen fit ex proprio aīali & planta. Notauerit ergo

Aīalia non sunt ante semen, nec semen prius animalia.

E Aristoteles, q non semper ante animal consistere semen dicit Empedocles: & scilicet etiā ante semen aīal. Corrigens autē quod adnotauerat, subiunxit, ET semen quidem erat prius totū & integrum. } vtpote q ipse quoque hoc vidisset Empedocles, q ante generationem animantium oporteret semen prius esse. Si aūt erat semen: mihi videtur hoc vocabulum οὐλοφυὲς ei mirandum in modū conuenire. οὐλοφυὲς enim propriè illud est, quod quatenus est, totum per se est id quod est. cùm in ipso nondum facta fuerit discretio. Quæuis enim pars seminis est oīa membra corporis. nulla autem pars corporis est aliæ partes, in eis iam facta diuisione, & eo diuulso quod erat totum ac integrum.

Semē οὐλοφυὲς cur vocet Empedocles.

Præterea etiam in plantis inest id cuius gratia, sed minus est expressum. Vtrum autem etiā in plantis facta sunt, sicut Taurigena humano prædita vultu, ita † vitigena oleagina specie prę F dita, an non? absurdum enim. Atqui oporteret quidem siquidem etiam in animalibus. Præterea oporteret etiam in seminibus fieri quomodocunque contigerit. LXXXIII

ἀμπελογενῆ ἐλαιόπρῳρα.

LXIIII

Hoc quoque dictum est aduersus obiectionē quæ mota est ab Empedocle. Quia enim id cuius gratia, manifestū est in plantis quoque vt prius dictum est: folia quidem supernè gratia tegendi fructus, radices autē infernè, vt nutrimentum attrahant: an non etiam in ijs, quēadmodum in animalibus, sunt quędā prodigiosa, ex vite & olea vitigena oleagino vultu prædita: vt ex eo etiā obijci possit aduersus hoc q natura alicuius grā facit: an nō? Si enim sunt: absurdè fecit qui ea prętermisit Empedocles: Si aūt non sunt: quō sunt quidem in animalibus, in plantis autē non sunt? Mihi autē videtur inquit Alexāder, eo quòd etiam in plantis adiectum sit illud CVIVS gratia, sed minus, } ex maiori & minori tale argumentum indicare. G Si quæ fiunt natura, in quibus minus patet finis, ea nō temere fiunt, nec vt cōtigit, sed alicuius gratia: Nec ea quidem in quibus magis patet, fiunt temere. In plantis autē in qbus finis est minus expressus, à fortuna nō fiunt nec vitigena oleagino vultu prædita. Neque ergo in aīalibus, in quib⁹ magis expressum est id cuius gratia, fit id quod est à fortuna. Quare nec Taurigena humano pdita vultu consistunt. Præterea autem, inquit, oporteret etiam in seminibus fieri illud temere, & vtcunque contigit, si quæ sunt natura, ex euentis & fortuna fierent. vt, verbi gratia, ex hoc semine oporteret indiscriminatim aliquando quidem equum fieri, aliquando verò hominem, aliquando verò aliquod aliud animal. nunc autem oīno definita est quæ facienda est ex semine gñatio. Ex humano enim hō: & ex equino equus. Non ergo ex fortuna, nec vtcūque contigit. sed per ordinem, & consequētiam & eius quod deinceps sequitur gratia, fit id quod est prius.

H Omnino autem qui sic dicit, & quæ sunt natura, & naturā perimit. Natura enim sunt, quæ cùm ab aliquo in seipsis principio assiduè moueantur, ad finem perueniunt. Ab vnoquoque autem non idem singulis, nec quilibet. at semper quidem certè in eundem, nisi quid impedierit.

Quemadmodum prius dixit, q qui motum perimūt, ne philosophi quidem sunt naturales, cùm ipsam naturā de medio auferant, siquidē motus & quietis natura ponitur principium: ita etiam nunc ostēdit q qui auferunt q natura faciat alicuius gratia, ipsam quoque naturā de medio tollunt & quæ constant natura. Sed hæc non obseruantes, dicunt fieri vtcunque contigerit. Hoc aūt ostendit à notione mentisque cōceptione, quā de ijs quæ sunt natura & de natura habemus. Si enim natura est principium motus & quietis in quo est: & ea sunt natura, quæ ab ali- LXV

Naturā perimit qui ab se perimit alicuius gratia fieri.

quo in

quo in ipsis principio mouentur ad aliquem finem: non eŭdem à quolibet principio: non enim ex principio hominis, nempe humano semine, motus in canem desinit, in quem desinit motus qui fit à canino semine: at semper quidē certè ab vnoquoq; principio vel motu in eundem finem desinit, proprium scilicet, nisi quid impedierit: à semine enim hominis in hominē, & à semine equi in equum: quare nec idem ab omnibus & diuersis, neq; quilibet ab vnoquoq;: Si ergo sunt eiusmodi, vt assiduè mota ad aliquem finem definitum perueniāt, vt semper secundus motus sequatur priorem: secundi videlicet gratia fit semper id quod est prius in ijs quæ sunt eiusmodi. Si ergo quæ sunt natura, sunt alicuius gratia: quę nō sunt alicuius gratia, non sunt natura. Et in summa, si non eorum quæ sunt natura talem habemus notionem, vt quæ fiant alicuius gratia: ne quæ natura quidē sunt nouimus animo'ue concipimus. tollitur enim natura, si sublatus fuerit motus qui est ad finem definitum. est enim talis motus & non cuiuslibet principium. Porrò autem demonstrationem sic syllogisticè exponit Alexāder. Quæ natura sunt ab aliquo quod est in ipsis principio assiduè mota, ad finem aliquem perueniunt. Quæ non alicuius gratia fiunt, non ab aliquo principio assiduè mota ad aliquem finem perueniunt. Non sunt ergo natura quæ non alicuius gratia fiunt. Quare qui ea quæ natura fiunt, non alicuius gratia sed temere & vt contigit fieri dicunt, tollunt naturam & ea quæ natura sunt.

LXXXV Illud autem, Cuius gratia, & quod fit alicuius gratia, fieri possit etiam à fortuna. quemadmodum, dicimus hospitem forte fortuna venisse, & lotum abijsse, cùm id fecerit vt qui ea de causa venisset, non ea autem de causa venerit. idq; per accidens. Fortuna enim est ex ijs causis quæ sunt per accidens, sicut etiam prius diximus. Sed cùm hoc semper vel vt plurimum factum fuerit, non per accidens, nec à fortuna. In rebus autem naturalibus semper sic, nisi quid impedierit.

LXVI *In fortuna ē etiā id cuius gratia.* Quoniam in ijs etiam quæ à fortuna fiunt uidetur esse id cuius gratia, & id quod est alicuius gratia. quēadmodum dicimus fortefortuna venisse hospitem, & cum captiuum redemisset, vt illic apud Menandrum Demeas Cratiam, abijsse vel venisse. Α'πῆλθεν & ἐλθὼν vtroque modo scribitur, hoc est. Abijt vel venit. quēadmodum pro λυτρωσάμενος, id est cùm redemisset, scribit λουσάμενος, cū lauisset, & hoc fecisse perinde ac si ea de causa venisset, etiam si non venisset. Hęc enim est causa per accidens. & ea de causa dicitur à fortuna. Et omnino in eo quoq; consideratur id cuius gratia, & illud Eius gratia. sed est quædam differentia & eius & illius quod est propriè, quod pertinet ad naturam. Quod enim semper est vel vt plurimum, per accidens non est, nec à fortuna: id enim fit rarius. In naturalibus autē semper sic, nisi quid impedierit. Differunt ergo id cuius gratia, & alicuius gratia, quæ sunt in ijs quæ ex arte fiunt ab ijs quæ sunt in naturalibus, quòd quæ sunt quidem in ijs quæ ex arte fiunt, per accidens fiant & rarius: quæ in naturalibus autem fiunt, vt plurimum. Sed quomodo est in ijs omnino id cuius gratia, vel illud Alicuius gratia, si quidem non venit vt redimeret? Quoniam id cuius gratia fieri possit à fortuna, quia finis vt vtilis aduentum cōsecutus est, nempe vt redimeret, etiam si non ea de causa venisset. Et est hoc nō propriè quidem cuius gr̄a, sed vt cuius gratia. Quinetiam illud Alicuius gratia, nempe quòd hospes venerit, perinde ac si alicuius gratia uenisset, etiā si non venerit vt redimeret. Sic ergo Aristoteles. Accidit autem vt hospes non ea de causa venerit, sed fortuna

A fecerit vt aduentus esset eius gratia, & eius aduentus eum finem præbuerit. Propterea ergo concessit Aristoteles esse quidē in ijs quoq; illud cuius gratia, & id quod est gratia alicuius, etiā si institutum non sequatur talis finis. Eorum autē differentiam, ex eo quod vt plurimū ac frequentissimè, & ex eo quod fit rarius, adiecit.

Porrò autem hoc quoq; absurdum est non existimare fieri alicuius gratia, nisi viderint id quod mouet consultasse. Atqui ars quoq; non cōsultat. Etenim si in ligno inesset ars fabricandarum nauium, similiter faceret atque natura. Quare si in arte inest id cuius gratia, inest etiam in natura. Id autē maximè clarum est, cùm quis medicatur seipsum. Ei enim est natura similis. Quòd ergo natura causa sit, & sit vt alicuius gratia, apertum est. LXXXVI

B Cùm multis modis propositum ostēdisset, nunc quoque eorum notionem animiq; conceptionem corrigit, propter quam nolunt naturam facere alicuius gratia. Existimant enim ea quæ faciunt alicuius gratia, cū prius consultauerint, & finem pręfinierint, ita facere illum sibi proponentia: ex ijs quę fiunt ex artibus hanc sumentes mentis conceptionem. Respondet autem ex ipsis artibus, ex quibus peruersa sumpta est animi conceptio. Neque enim, inquit, ars consultat. non enim artificibus consilio opus est ad hoc vt id quod est ex arte efficiant: vnumquodq; enim eorum quæ fiunt definitum est, cùm fit ex arte: quid enim Grammatico opus est consilio vt Dionis nomen scribat vt scribit? sed in solis coniecturalibus locum habet consultatio. Quod dicitur autem potest hoc modo colligi. Si ars, etiam si non consultet, facit alicuius gratia: multo magis non necesse est naturam facere cùm prius consultauerit. Atqui primum. Ergo etiam secundum. LXVII *Nec natura nec artes cōsultant.* *Consultatio locū habet in solis cōiecturalibus.*

C Rursus autem artis cum natura ostendit similitudinem per hoc quod dicit, ETENIM si in ligno inesset ars ædificandarum nauium, similiter faceret nauem: nempe quòd ea quæ arte vel natura fiunt non in alio differant, quàm quod quæ natura quidē fiunt fiant intrinsecus, quæ verò arte extrinsecus. Quocirca cùm etiam ad aliud exemplum propinquius transiisset, Maximè, inquit, clara est artis cum natura similitudo, cùm quis seipsum medicatur. Ei enim est similis natura, vt quæ causam habeat intrinsecus. Eius autem à natura differentia prius quoq; ab ipso dicta est. quòd scilicet in his principium motus est per accidens: non enim quatenus est medicus sibiipsi medetur, sed quatenus accidit vt ipse ægrotet: In ijs autem quę sunt natura, per se. Quatenus enim sunt natura, inest principium motus. Sed in his est maxime similitudo artium cum natura, in quibus quomodocunq; intrinsecus videtur esse motus. *Naturalia in quo differāt ab iis q ex arte fiunt.*

CAPVT IX.

D QVod autem est ex necessitate, vtrum est ex positione, an etiam absolutè? Nunc enim existimant id quod est ex necessitate esse in generatione, Quēadmodum siquis existimet factum esse murū ex necessitate, quoniam grauia quidem, natura sunt eiusmodi vt deorsum ferantur: leuia autem, vt sint in superficie. Quare lapides quidē sunt inferius & fundamenta: terra verò est superius, propter leuitatem. In superficie autem maximè ligna sunt. sunt enim leuissima. LXXXVII

Sed tamē non sine ijs quidem facta sunt, sed tamen non propter ea, præterquam tanquam propter materiam, sed cau- LXXXVIII

sa celandi & seruandi aliqua. Similiter autem etiam in alijs omnibus in quibus est illud, Alius gratia. non sine necessarijs quidem habentibus naturam. neq; tamen propter ea, nisi vt materia, sed alicuius gratia. vt, verbi gratia, Cur est serra huiusmodi? vt hoc sit, & huius gratia. Hoc autem, nempe cuius gratia, fieri non potest nisi sit ferrea. Necesse est ergo esse ferream si serra erit & eius munus & officium. Ex positione ergo est necessarium: sed non vt finis. Est enim in materia necessarium. Illud autem, Cuius gratia, in ratione.

LXVIII Postq; causas absoluit, duas quęstiones proposuit quę tractationi causarũ conueniunt. Quæ enim ad materialẽ efficientemq; causam pertinẽt, quæ confusè ac indigestè nonnulli coniecerunt, vel potius suspicati sunt, distinctè exponit ac explicat. Et prima quidẽ est, ꝙ natura est ex ĳs causis quæ sunt alicuius grã, & non ex ĳs quæ faciunt temere & vt contigit, vt videbatur aliquibus. Secunda autem, q̃uo quod ex necessitate dicit̃ propter materiã, insit in naturalibus. Num ideo ꝙ quę sint deinceps, sequãtur ꝓpter necessitatem materiæ, & propter eam sequat̃ finis qui est ex eo quod est vtile, vt videbantur nonnulli existimare, maximè ꝓpriam & solam cãm existimantes materiam, vt ex eo cõstat ꝙ omnium quę fiebant causas ex materia traderent. Num ergo id quod est ex necessitate materia sic prębet naturalibus, quod quidem appellat absolutè: an potius finem positum ex positione cõsequi id quod est materiæ necessarium. Quare si domus est facienda, hoc est quædã eorum quæ insunt tutela, necesse est tectum & muros fieri, & fundamenta iaci. neq; tñ si materia est natura eiusmodi vt grauia quidẽ deorsum deprimantur, leuia autẽ sint in superficie, iam propterea fit domus. Cum hæc ergo sint quæ quæruntur, id quod quidem est absolutè necessarium reprobat, vt videt̃ dicere qui tradũt causas ex materia. Quoniam calidum sursum fertur & est leue, frigidum aũt graue & deorsum fertur, propterea mundus sic fuit constitutus: & terra quidẽ infernè, supernè verò fuit ignis. Vel quod propter reuolutionem medium terra continetur. Nam illo quidẽ modo Empedocles, & hoc Anaxagoras dixerunt, non vti ꝓ id quod bene est, & id cuius gratia causantes, sed solã materiam, eam necessariò consequi finem & id quod est vtile existimãtes. Ita aũt murum quoq; ex necessitate factum quis esse putauerit, ꝙ grauia quidẽ natura sunt eiusmodi vt deorsum ferantur, leuia aũt maneãt in superficie. Hoc ergo necessarium, quod in materia dicitur, reprobat ac reĳcit, asserit aũt id quod est ex positione. per quod ostẽdit non absq; materia quidem fieri ea quæ fiunt: non tñ per materiam vt quæ aliqua propriè causa sit: sed vt per materiã & causam materialem. Quæ sunt enim ex positione, vt posteriora ĳs quæ proponũtur, & minus causæ sunt. Quæ autẽ propriè causa est, finis est, & id cuius grã. Domus enim vel parietis propriè causa est, non ea quæ sunt grauia, & quæ sunt in superficie, sed celare & seruare ea quæ insunt, & tectum sustinere. Materia aũt habet ex positione id quod est necessarium. Posito enim fine & eo cuius gratia, consequitur necessitas materię. Ea est itaq; sine qua fieri nõ potest vt fiat effectus. vt, verbi gratia, si futura sit domus, oportet necessariò esse ligna & lapides. nec tñ si ea sint, iam domum esse necesse est. Ita aũt etiam in ĳs quę natura fiunt, id quod est necessarium non ponendum est in fine, sed in materia. non ꝙ eius gratia, nec ꝙ eam vsus sequatur necessariò, sed ꝙ nõ sine ea. Non enim per se lapides, nec lateres, nec ligna ita mota vt se habent producta à natura, domum constituunt, sed talis cõpositio, & forma, & ars quæ omnia facit finis gratia, nõ tamen citra materiam. Etenim materia quoq; est ex ĳs causis quę per se sunt, vt dictum est, sed magis propria quidẽ est, forma, & ratio, & id quod q̃d est esse. neq; hoc illius motus necessariò sequit̃. sed illi potius à natura innatum est, vt huic prius posito conueniat. non enim quia est ferrum, ideo necessariò serra est. sed cùm serram esse faciẽdam ponitur, ferrum necessario assumi necesse est. Quapropter habet quidẽ materia id quod est necessarium, non propter seipsam, sed propter formam. Materiam enim nihil necessariò cõsequitur. Ipsa autem debet necessariò prius subĳci formæ. Non ergo finis ex materiali necessitate cõsequitur ea quæ ipsum præcedunt. sed ĳs qui ipsum posuerint, propter hanc positionem sequitur, materię quod est necessarium. Nam id quod est finis necessarium, quatenus necesse est finem ea quę prius fuerint consequi nisi quid impedierit, est propter ipsum finem. Qua de causa ea etiam quæ prius fuerint in eodem ordine assumuntur. Quocirca materia habet propter finem id quod est necessarium. non autẽ finis propter materiam. Finis enim gratia fiunt quæ fiunt: nõ tamen sine materia: sed non tanq; per materiam quæ sit causa maximè propria: sed per eã sine qua non. Illud autem VT hoc sit, & huius gratia } serræ formam & finem significat. Quare qui solam quidem causam ponunt materiam, & naturales illius motus dicunt ea quæ fiunt cõsequi: absolutè ex necessitate dixerint ea quę fiunt fieri. Sed quoniã à nobis ostensum est esse aliam magis propriam causam quàm materiam, nempe formam, & eius causa accedere materiam, non autem formam adduci ad materiam: nec materia absolutè dicetur necessaria, sed ex positione. Si qui enim formam posuerint, ĳs inuenitur materię necessitas. In materia ergo est necessarium. Cuius gratia autẽ est necessarium, id est in forma, cùm & ea finis sit & causa propriè. Si ea enim nobis adesset, alia omnia prætermitteremus, & cum ea facta fuerit, finem habent actiones. Quod quidem principio & causæ maximè cõuenit. & est omnino principium propositum. id autẽ est finis. Quare ipse quoq; concedit esse materię necessarium, sed non tanquam forma sequatur necessario, sed tanquã materia habeat rationem eorum sine quibus nequit fieri. Non enim finis est ex necessitate, sed propter finem est id quod est ex necessitate. Porrò autem Aristoteles videtur in hoc capite versari platonicè. dicit enim Plato in Timęo. Hæc autem omnia quæ ex necessitate tunc sic producta fuerant, assumpsit eius quod est optimum & præstantissimum in ĳs quæ fiunt opifex, cùm per se sufficientẽ & qui est perfectissimus Deum genuit, vtens quidem deseruientibus ĳs quæ circa ipsa sunt causis, id autem quod rectè habet in omnibus quæ fiunt fabricãs. Quocirca duæ iam vtriq; sunt causæ definiendę, vna quidem necessaria, altera verò diuina. Et diuina quidem in omnibus quærenda est, vt beata vita paretur, quatenus licet per nostram naturam. necessaria autem illorum gratia, reputantibus non posse absq; eis illa quorum studio tenemur mente cõprehendere, neq; rursus accipere, nec eorum esse omnino participes. Eadem autẽ de his duabus causis in Phędone apertè definita sunt, cùm dicit. Potest enim diuidi aliã quidem verè esse cãm, aliã verò illam sine qua causa non fuerit causa. Quod mihi videnť nonnulli tanquam in tenebris palpantes, alieno nomine vtentes, eam tanquam causam appellare. Quocirca terræ etiam quispiam adĳciens à cœlo reuolutionem, terram facit manere. Alius autem tanquam latæ arcæ panariæ scamnum, aerem supponit sustentaculum. Potestatem autem qua fit vt quam optimè poni possint sita sint, eam neque quærunt, nec diuinam aliquam virtutem habere existimant. Quinetiam ante hęc verba, illa Socrates fusius ac prolixius concluserat. Cùm autẽ dixisset Aristoteles etiam in alĳs oĩbus esse illud Alicuius gratia, sed non sine ĳs quę habent naturam necessariam,

non

Marginal notes:

Ex materiæ necessitate ñ sequit̃ finis.

Materia habet ex positiõe id quod ẽ necessariũ.

Materia est causa sine q non.

Necessariũ id est materia, est formæ gratia.

Materia nõ est ꝓpria cã.

Margin letters: E, F, G, H (left column and right column)

non tamẽ propterea, quoniã illud, Propter quid, causam significat, est autem materia quoq; causa, & ea ratione ẽt propter ipsam fuerit: meritò adiecit, Nisi tanq; per materiam. Eę enim causæ sunt, sed nõ absolutè causę vt sit domus. Atq; ego quidem dubito, quomodo Alexãder id quod est absolutè necessariũ dicat tollere illud Alicuius gratia. Absolutè enim, inquit, necessarium, in quibus ex necessitate ea quæ ipsum præcedunt finis consequitur. Atqui in æternis etiam ex necessitate ea quæ ipsum pręcedunt finis consequitur. quemadmodum ortum Solis, eius occasus: & ver hyemem: & ipsum æstas. & tamen vnũquodq; eorum est alicuius gratia. Veris enim gratia pręcedit hyems: & ortus occasum. sed fortasse in sola materiali audiens necessariũ, & eam quæ est in materia consecutionẽ, meritò dixit, Necessarium tollit illud, Alicuius gratia. Si enim propter materiã solùm fit id quod fit, non est vllum cuius gratia: quare nec illud Alicuius gratia. Nam etiam in naturalibus id quod semper sic est nisi quid prohibuerit, cùm sit necessarium, non tollit illud Alicuius gratia.

Necessariũ non tollit id cuius gr̃a.

LXXXIX Est autem necessarium & in Mathematicis disciplinis, & in ijs quæ fiunt s̃m naturam, quodãmodo similiter. Quoniam enim rectum hoc est, necesse est triangulum habere æquales duobus rectis. Sed non si hoc est, illud etiam. Sed si hoc quidem non est, nec rectum quidem. In ijs autem quæ alicuius gratia fiunt, contra, si finis erit, vel est: id etiam quod prius est, erit, vel est. Sin minus, quemadmodum illic si non sit conclusio, non erit principium: & hic etiam finis & id cuius gratia. Nam hoc quoq; est principium non actionis sed ratiocinationis: illic autem ratiocinationis. non sunt enim actiones.

XC Quocirca si futura erit domus, ea fieri necesse est, vel adesse, vel esse. vel omnino materiam ipsam alicuius gratia, vtpote lateres & lapides, si domus, nec tamen propter hæc est finis, nisi tanq; materiam. neq; erunt propter hæc. Sed siquidẽ omnino non sint, ne erit quidem domus, neq; serra: Illa quidem, si non lapides. hæc verò, si non ferrum. neq; enim illic principia, si non triangulus, duabus rectis.

LXIX Cuiusmodi sit quod est ex positione necessarium, etiã per consecutionem quæ est in Mathematicis disciplinis in memoriam reuocat. Est enim etiam in Mathematicis disciplinis necessarium quod est ex positione. Sed nõ similiter in his & in ijs quæ natura fiunt. Quocirca adiecit illud, Quodãmodo similiter. In Mathematicis enim disciplinis, si sint positiones, est quę ex eis colligitur cõclusio. vt, verbi gratia, quoniam, inquit, rectum hoc est, hoc est, quoniam est eiusmodi rectilineum, vtpote triangulum: necesse est triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis. & si non habet, ne est hoc quidem rectilineum. Sed si habet tres angulos duobus rectis æquales, non necesse est hoc esse rectilineum. fieri enim potest vt quadrilateri tres anguli sint ęquales duobus rectis, & nõ solum tres anguli trianguli. Euidentius autẽ potest hoc videri in numeris. Si enim quinq; & quinq;, fiunt decẽ. Si autem decem, non omnino quinq; & quinq;. nam nouem & vnum, & octo & duo, & septem & tria, & sex & quatuor faciunt decem. Sed si non decem, nec sunt quidem quinq; & quinq;. Omnino enim in huiusmodi consecutionibus, antecedentis quidem positionem sequitur positio cõsequentis: Positionem autem consequentis nõ sequit̃ positio antecedentis: sed sublationem consequen-

Necessariũ ex positione in Mathematicis.

A tis sequitur sublatio antecedẽtis. Priora enim non ostenduntur ex posterioribus. ex ipsis autem tolluntur. Et in naturalibus quæ fiunt, si est vel erit domus, necesse est talem esse materiã. Et si non est talis materia, ne fuerit quidem domus. non tamen si est talis materia, necesse est esse domum. Et ex hac quidem figura videtur id quod est necessarium esse & in Mathematicis, & in naturalibus quæ fiunt. Differt autem quòd in Mathematicis quidẽ connexũ est, si priora, & posteriora: propositiones enim & positiones sunt priores conclusione: & si non sunt posteriora, neq; priora: In his autem quæ fiunt, cõtra. Si est enim finis, ea sunt etiam necessariò, quæ ad finem pertinent: non tamen si sunt quæ ad finem pertinent, iam est etiam finis. Si est enim domus, sunt etiam lapides: nõ tamen si sunt lapides, iam est etiam domus. Habuerit autẽ similitudinem consecutio, si quis finem esse vt primum naturæ existimet. quoniam huius etiam causa est materia. Hoc autem ipse quoq; rursus cõfirmabit ex artibus.

Necessariũ q̃d est in Mathematicis differt a principio q̃d est ĩ naturalib⁹

B vbi enim quis statim in principio domus vsum & vtilitatem animo reputauerit, & figuram prius descripserit, ita etiam adducit materiã. Et est finis cogitatio principium cõtemplationis, sed nequaquam actionis. Duplex est enim principium. vnum quidem contemplationis, alterum verò actionis. & principium contemplationis fit finis cogitatio: quoniam enim tegumento opus est, tectum faciendum est: ergo etiam parietes & fundamenta & fossio. Finis autem contemplationis, fit principium actionis. Sed in Mathematicis in quibus non est actio, vnum est principium quod est ex cõtemplatione, quod nõ est finis, neq; id cuius gratia, sed ea quę ostendunt cõclusionem. Adhuc autem propius adduxit similitudinem eorum quæ sunt natura cum ijs quę sunt in Mathematicis. Quemadmodum enim in Mathematicis posito fine, hoc est conclusione, quę erat propter propositiones positas necessariò, propositiones quæ quidem sunt principia, non erant in illis necessariò, quoniã hoc ipsum posset ostẽdi per alias:

Duplex est principium actionis & contemplationis.

C Ita nec in naturalibus id quod est materiæ necessarium non consequuntur principia quæ sunt ex r̃one. neq; enim sequitur finis materiã. In vtrisq; ergo positum necessarium non consequuntur principia quæ sunt ex ratione. In Mathematicis autem principia quæ sunt ex ratione, sunt propositiones: Finis autem in naturalibus. quibus positis sequũtur ea quæ sunt postea. in ijs quidem quæ fiunt, materia: in Mathematicis autẽ, conclusio. Quoniam autem trianguli exemplum obscurè dictum est, cùm demonstrationẽ ipse solùm indicauerit, sciendum est ostẽsum esse cuiuslibet rectilinei omnes octo angulos esse æquales quatuor rectis. & angulos oẽs trianguli, tã qui sunt intrinsecus, quàm qui extrinsecus, esse sex rectis æquales. Quoniam ergo triangulus est rectilineus: quod quidem ipse dixit, rectum hoc: eius autẽ qui sunt intrinsecus, & qui extrinsecus, sunt sex rectis ęquales, ex quibus qui sunt extrinsecus, quatuor: reliqui qui sunt intrinsecus, sunt æquales duobus rectis. Si autẽ

D hoc nõ ita est, ne qui sunt quidem extrinsecus, quatuor, siquidem sunt omnes sex. quare nec hoc est rectilineum. Si autem tres qui sunt intrinsecus sunt æquales duobus rectis, non est omnino triangulus.

Clarum est ergo in naturalibus esse necessarium, quod dicitur vt materia, & eius motus. Et sunt ambæ quidem causæ dicendæ à Physi- XCI co: magis autem ea quę est alicuius gratia. ea est enim causa materiæ: non autem ipsa finis. Et finis est id cuius gratia, & principium, à definitione, & ratione. Quẽadmodum in ijs quæ ex arte fiunt: Quoniam domus est tale quid, oportet hęc fieri & esse necessariò: Ita etiam si homo est hoc, hæc. Si hæc autem, hæc.

LXX Postquam ostendit necessarium quod est in naturalibus esse in materia, vt etiam videbatur Physicis, & in eius mutationibus & alterationibus, non autem absolutè, vt materiam consequeretur forma & omnino finis necessariò, sed ex positione & vt dictum est, & hoc conclusit: subiungit ambas quidem esse causas dicendas Physico, sed eã potius quæ est ex fine. Ea est enim magis propria, siquidem ipsa quoq; causa est materiæ. Id enim quo posito necessariò reliquum consequitur, id illi causa est. Si ergo posita materia finis nõ necessariò sequitur, fine autem posito necessariò sequitur materia, finis, causa fuerit materiæ. Formæ autem, causa quoq; est finis in ijs in quibus est alia forma præter finem. Si ergo finis, materiæ vt sit, causa est, meritò Physicus de causis verba faciens, de fine verba faciet potius quàm de materia. Cùm autem dixisset materiam nõ esse causam finis, ostendens cuiusnam finis, adiecit, Cuius gratia, ei quod ipsum præcedit. Id enim causa est & principium, & nõ id quod est vt vltimum. Quoniam autem in plurimis id cuius gratia forma est, id significans, subiunxit illud, ID cuius gratia.} & talem finem esse principium, quod à definitione sumitur & ratione, quod quidẽ est forma. Ipsa enim causa est materiæ vt in ijs quę ex arte fiunt. Cùm enim domus formam definierimus, dicentes eam esse tegumentum ad propulsandum ventum, imbrem, & æstum, ad hanc definitionem paramus materiam. Ita autem etiam in ijs quę sunt sm naturam. Si enim homo futurus est, oportet semen hominis & menstrua & mulieris matricem conuenisse. Et si aliquod aliud animal vel plãta futura est, oportet paratam esse materiã quę ad illud apta est. Hoc enim significat illud, ET hæc autem, hæc.} Rursus autem hic quoq; notiones quę é scientia ducuntur sequens Aristoteles, germano quodam & naturali instinctu conuenit cum magistro. Dicit enim ille in Timęo, duorum horũ principiorum tradens differentias, materialis scilicet, & eius quod ex intelligenti prospicientia perficitur. Quæ ex ijs ergo quæ dicta sunt, sunt præterita, paucis ostensa sunt, quæ quidem mens est architectata. Oportet autem ea etiam quæ per necessitatem fiunt verbis exponere.

Causa finalis est magis proprie causa.

Forma est finis in rebus naturalib. et artificialib.

Duo principia apud Platonem materia & forma.

» Mixtus enim huius mundi ortus, ex necessitate & mentis congressu factus est. Mente autem necessitati imperante, eo quòd ei persuaderet plurima eorum quæ fiunt ad id quod est melius deducere, sic ergo & hac ratione per necessitatem prudẽti persuasione superatam, ita in principio hoc vniuersum cõstitutum est. Si quis ergo qua ratione hæc hoc modo facta sunt verè dicet, miscenda est & errantis formæ causa, quatenus ei vt ferat innatũ est.

XCII **Fortasse autem etiam in ratione est id quod est necessarium. Ei enim qui secandi munus, officium'ue definierit, id esse eiusmodi diuisionẽ; ipsam autem non futuram, nisi tales dentes sit habitura, ij autem minimè erunt nisi sint ferrei. Sunt enim etiam in ratione nonnullæ partes tanquam materiæ rationis.**

E F G H

Postquam dixit definitionem & rationem esse principium & causam materiæ, quę quidem erat id quod est in causis necessarium: quoniã in multis definitionibus materia quoq; comprehenditur, aliquando quidem potestate, vt in definitione formæ, vt ipse exponit: aliquãdo autem actu vt in composito: & tunc clarum est definitionẽ non vtiq; futuram esse causam & principium materiæ, vtpote quæ ipsam in seipsa comprehenderit: propterea illud adiecit, FORTASSE autem etiam in ratione est id quod est necessarium.} Tunc enim finis quidem & forma erit principium & causa materiæ. Talis autem definitio vtrũq; simul significat. Quamobrem hoc quidem est quod dicitur, Physicum de vtrisq; causis esse verba facturum, sed magis de fine: Id autẽ in naturalibus est forma & definitio. Quare de forma & definitione plurima verba faciet. Atq; nonnunquam quidem etiam in definiendo dicet de vtrisq; causis, in quibus definitionibus & rationibus comprehensa quoq; est materia. Vt enim ipse dicit alibi, rerum naturalium perfectæ definitiones fiunt quidem per formam, comprehẽdunt autem etiam materiam. Formę enim naturalis esse est cum materia et subiecto. Et ideo aliquãdo quidem à materia sumuntur definitiones, vt cùm dixerimus iram esse ebullitionem sanguinis qui est circa cor: Aliquando autem à forma, vt cùm dixerimus iram esse desiderium referendæ acceptę iniuriæ: Aliquãdo autem ab vtroq; simul, vt cùm dixerimus iram esse ebullitionem sanguinis qui est circa cor propter referendæ iniuriæ desiderium. Notandum est autem materiam sumpsisse accedẽti necessitatem ex definitione & substantię traditione. In artibus enim, ex cogitatis artificis, quæ ex formæ definitione futuræ formæ notionem exhibent, sic quoq; consistit materia. Quocirca ipsi quoq; eam eligunt, ex formæ notione iudicantes eius aptitudinem. Domus enim veluti primã sumit definitionem, eam esse tegumẽtum ad vsus hominum, quod ad constructionem opus habet lignis & lapidibus. & sic venit ad materiam. Quare materia est propter formam, & postea tanquam materia. Et si quis serram definiat, & dicat. Serra est instrumẽtum, quod lapides vel ligna hoc modo diuidit, ex talibus dentibus constitutum, simul & ostenditur oportere tales dentes esse ferreos. Et Medicus cùm posuerit finem quiest sanitas, quæ quidem est symmetria calidorum & frigidorum & humidorum & siccorum: eam quæ ad hoc est accommodata materiam deligit. Similiter autem etiam in naturalibus. Videtur autem per hoc quoq; ostendere, formam seũ finem esse causam materiæ, siquidem per definitionem materiæ & formæ apparet mente concepta notio. Quinetiam apertè dicitur materiam futuram esse in definitione, & illius particulam, vt materiam definitionis, non autem vt causam propriam. Hucusq; à nobis persectus sit in secundum diuini Aristotelis auscultationis naturalis commentarius.

LXXI

Definitio a materia quandoq; sumit.

Definitio sumitur quandoq; a forma, & quandoq; ab vtroq; nempe a materia & forma.

SIMPLICII COMMENTARIVS IN TERTIVM ARISTOTELIS LIBRVM NATVRALIS AVSCVLTATIONIS.

Tertij libri Scopus & q in eo continentur.

VM in libro præcedẽti disseruisset de caussis, & efficientem caussam dixisset esse naturam, & eam definijsset esse principium motus: meritò deinceps docet de motu. Si enĩ in hoc id quod est habet natura q̃ sit principiũ motus: oportet oĩno eum qui quid sit natura sit cogniturus, motum etiã nosse: qui assomptus est in definitione naturæ. Præterea autẽ si eorum quæ referuntur ad aliquid simul est cognitio, ad aliquid aũt est principium & id cuius est principium, est aũt motus principium natura, fieri non põt vt cognoscat naturã qui motum ignorauerit. Si ergo oecesse est Physicum nosse quid sit oatura, eum aũt qui naturam est cogniturus, motum nosse necesse est: necesse est postq̃ de natura locutus est, loquatur etiã de motu, qui in naturæ defioitione, vt dixi, est cõprehensus. Per eãdem autem B cõsecutionem, qm̃ motus est in continuo, & aliqd continuum est motus, & in rõne motus assumptum est continuum, de continuo etiã necesse est disserere. non potest enim cognosci quod definitur, ab eo qui ignorat vnumquodq; eorum quæ sumpta sunt in definitione. Rursus aũt qm̃ continuum definiẽtes, iofinito vtimur, dicentes esse continuum quod diuidi põt in infinitum: de infinito etiã disserere necesse est ei qui motum est cogniturus & naturam quæ est principium motus. Quoniam autem quicquid est naturale est corporeũ, quicquid aũt est corporeum, & corporeus de quo agitur motus, fit io loco & in tempore: de loco & tẽpore Physico loqui necesse est, qui motus & naturę est ootitiam habiturus. Nonnullis autẽ qui in cœlo est motus videt̃ esse tempus: Alijs verò imago ęterna mobilis. Quare motui cum tẽpore in omnibus intercedit cognatio. Cùm aũt nonnulli locum esse C inane existimarẽt, & motum in inani esse dicerent, vt Democritus, de inani seu vacuo quærere necesse est, sitne oĩno an non, & an quę mouent̃, in vacuo tanq̃ in loco moueãtur. His ergo de caussis, de motu, & continuo, & loco, & tẽpore, & infinito, & vacuo, Physicum quærere necesse est. Quinetiam qm̃ hæc sunt cõia omnium naturalium, & oĩbus adsunt generaliter, oportet etiam tractationẽ opusq; præcedere, quod tradat ea quę insunt cõmuniter oĩbus. cuiusmodi est quod ounc est propositum ad consideradã alia opera quę docent ea quæ propriè insunt vnicuiq;. Quoduis enim naturale corpus est motu prędítum: & est aut finitum aut infinitum: & in loco mouetur, aut io toto, aut in parte, vt sphæra inerrans. & tẽpus dimetitur motum. Sunt hęc ergo cõia. Communis est aũt etiam tractatio de vacuo, qm̃ nonoulli locum vacuum esse existimant: & vacuũ esse locum priuatum cor D pore. Hęc ergo Aristoteles vel interpretibus ipsis tradidit clarius, tertium mox librum inchoans. In eo aũt docet de motu & iafioito: Io quarto autẽ, de loco, de inani & de tẽpore. Continuum enim nũc prætermisit, qm̃ vel absq; contiouo oecesse est Physico loqui de infinito, qm̃quidem corpora naturalia, & motus naturales, aut infinitos aut finitos esse oecesse est: postea autẽ etiam disseret de contmuo. Sciendum est autem in multis locis haberi diuersam huius libri lectionem. Sed veniendum est ad exponenda singula contextus dictionis.

CAPVT I.

1 QVoniam autem natura quidẽ est principium motus & mutationis: hęc aũt à nobis suscepta est ratio docẽdi de natura: A nõ oportet nos latere quid sit motus. Necesse est enim si is ignoretur etiã ignorari naturam. vbi aũt de motu definierimus, conãdum est eodẽ modo ea persequi quæ deinceps cõsequuntur. Videtur aũt motus esse ex ijs quæ sunt continua. Infinitum aũt apparet primũ in cõtinuo. Quocirca etiam cõtinuum definientibus sæpe euenit vt infiniti ratione vtamur. vtpote q̃ cõtinuum sit id quod potest diuidi in infinitũ. Ad II
hæc autem, absq; loco, vacuo, & tempore, fieri non potest vt sit motus. Clarum est ergo q̃ & propter hæc, & q̃ hæc sint omniũ cõia & generalia omnibus, aggrediẽdum sit considerare de B vnoquoq; eorum. Propriorum enim contẽplatio est cõmunium contẽplatione posterior. Primùm autem sicut diximus de motu.

Motum qdem & mutationẽ nunc posuit, perinde ac I
si sint æqualia & eadẽ significent. & q̃ nõdum traditum in quo differat motus à mutatiooe, & q̃ res quidẽ sit cõmunior mutatio, magis autẽ species motus. quod quidẽ in principio quioti libri planũ facit. Num autẽ motum & mutationẽ conuenienter ijs q̃ postea tradenda sunt, protulit? Dicet enim eã quę est in substãtia, esse mutationẽ, non motũ: in quantitate aũt & qualitate & loco esse motus. Propriè ergo dixit naturã esse principium motus & mutationis, qm̃ & mutationis in substãtia & aliarum cã est. Notat aũt Alexander q̃ cum motũ dicit continuũ, in quãtitate eum oĩno collocat. Quãtitatis enim sunt species cõtinuum & discretũ. In prędicamentis aũt non po C nit eum in quãtitate. & hic etiã paulo post motũ est redacturus ad id quod refert̃ ad alıqd. Aut ergo, inquit, propterea sic dixit, VIDETVR autem motus esse ex ijs quę sunt cõtinua) vt cui hoc nõ placeret: Vel potius motus est aliquo qdem modo & continuum & quãtitas: aliquo autẽ modo refert̃ ad aliquid, si alia & alia rõne sumatur. Ipse enim motus est q̃titas. Quod aũt io motu est, referẽ ad aliqd, vt quod sit in quadã habitudine ac relatione ad id quod mouet. Illud autẽ VIDETVR, inquit, signum est q̃ incipiat ab ijs quę apparẽt & sunt euidentia. Cùm aũt dixit infinitũ apparere primõ in continuis, per illud, PRIMVM, significat q̃ propriè & per se & nõ per aliud intermedium apparet infinitũ in continuo. Ea enim p se sunt, quę ipsa in aliquorũ sumuntur definitione, & quorũ ipsa cõplent definitionem. Quinetiã ea quę in collatione D cum ijs quę suot eiusdẽ generis auferunt aliqd proprium ex ijs quę cõiter insunt cuilibet generi, hoc p se ioest cuilibet horũ. & est hic alius modus eius quod per se est. Sic igni per se ioest vt sit efficiens, qm̃ cuiuis corpori naturali inest facere vel pati. Illud aũt SÆPE, adiecit, qm̃ cõtinuum nõ sic semper definimus, continuũ esse dicentes quod põt in infinita diuidi. sed ẽt quædam est alia definitio, quam ipse posuit in p̃dicamentis, dicens id esse eotinuum, cuius partes in cõi aliquo termino cõiunguotur. Non itidem aũt, ioquit Alexãder, quãtitatem cootinuã definientes, infinito vtimur: qua de causa ea rõne meritò dixit id primùm io infinito apparere: vel q̃ id quod est in discreto infinitũ, ex cõtinuo habeat ortum. q̃ est enim cõtiouo in infinitũ sectio, discreto p̃bet vt crescat in infinitũ: non itidem aũt continuũ habet ex discreto infinitũ. non est enim discretum infinitũ, eo q̃ cõponatur ex infinitis:

Mutatio est ꝓprie in substantia.

Motus ẽ in q̃titate qualitate & loco.

Motus in q̃ p̃dicamento sit reponendus.

Per se esse q̃ dicantur.

Discretũ habet infinitũ a continuo, nõ continuũ a discreto.

E nitis:nam nec actu quidẽ sunt discreta infinita:sed habet infinitũ per eam quæ semper fit adiectionẽ:Quę semper aũt fit adiectio,fit ex continui sectione quæ nunq̃ potest deficere. neq; enim cõtinuum habet actu infinitum, sed propter diuisionem quæ fit in infinitũ. Nihil aũt est actu infinitum, sed eo q̃ diuidi possit in infinitum. Cur ergo habet quidẽ discretum infinitum à cõtinuo, continuum aũt non itidem à discreto? Num q̃ id q̃dem quod diuidit̃ in infinitũ, discreto potest præbere augmentum in infinitum:Quod autẽ augetur in infinitũ in discretione seu secretione, non vtiq; præbet continuo vt sit in infinitum.

Cùm aũt dicit, AD hęc aũt sine tempore vacuo & loco fieri nõ potest vt sit motus }, non hoc dicit tanq̃ quod ei sic videatur, sed q̃ ex ĳs qui ipsum præcesserũt Physicis Democrito visum sit, motũ fieri per inane, & inane seu vacuum esse locum priuatum corpore. quare ad loci tractationem necesse est verba facere de vacuo. Ergo & ĳs qui dicunt esse vacuũ, & ĳs qui nõ esse dicunt, necessaria

F est de ipso disputatio. Iure autẽ primùm tractat de motu, qm̃ post naturã sequitur sermo de motu, qui in definitione naturæ assumptus est. & q̃ locus & tẽpus sint propter motũ. Oportet enim esse tempus, qm̃ id quod mouetur aliqñ mouetur:& locum, qm̃ quod mouetur alicubi mouetur. non tñ necesse est esse motum, qm̃ est tẽpus vel locus. Inane aũt seu uacuum oẽ esse quidem omnino ostendetur. Infinitum aũt simul quidẽ nec consistit:cùm aũt in eo q̃ fiat consistat, ipsum quoq; habet id quod est in motu. Prętereà autem de motu diligẽter & accuratè loquẽdum est, & q̃ neglectus fuerit à veteribus, cùm de ipso Plato pauca dixerit. Prætereà autem quæcũq; sunt, vel sunt motus, vt generatio & alteratio : vel principia motus, vt Deus, anima, natura:vel quæ mouẽtur, vt corpora & simplicia & cõposita : vel in quibus sunt ea quæ mouentur, vt tẽpus & locus. Operępretium est aũt animaduertere, num quẽadmodum cùm sit motus necesse est esse tempus, ita ẽt cùm sit tempus, motum eẽ necesse

Tempus est ꝓpter motũ, nõ motus ꝓpter tẽpus.

G sit, siquidẽ tempus est numerꝰ motus. Sed nõ est motus ꝓpter tempus, sed tẽpus propter motum. Ac nunc quidem describit quęnã sit substantia motus : quæ aũt motus rõnem consequũtur theoremata, quæ sunt multa & varia, in quatuor libris vltimis peraguntur.

III Est aũt aliquid, hoc quidem actu solum:illud verò potentia. Et actu, hoc q̃dem hoc quidpiã: illud verò, tantum:aliud autem, tale. & similiter in alĳs eius quod est prędicamentis.

II Quid sit motus ostensurus, & eius definitionẽ quoad eius fieri põt collecturus, & in quonã sit, nempe q̃ in eo quod mouet̃:& tertiò q̃ motus sit ex ĳs quę dicunt̃ multis modis : & quartò q̃ vnaquæq; spẽs motus, in species oppositas diuidit̃ : vtpote ea quæ est in substãtia, in generationẽ & interitum:quæ est in colore, in dealbationẽ & denigrationẽ : & vt semel dicam, quæ est in qualitate, in qualitates inter se oppositas:q̃ est in quãtitate, in augmẽtum & diminutionẽ:quę est in loco, in ascẽsum & descẽsum, & reliqua : Hæc ergo de motu docturus, vtpote q̃

H alia quoq; conferant ad quid sit definiendũ, & ea interea sufficerent ad crassam eius cognitionẽ, prius sumit quatuor ꝓnunciata. quorum vnũquodq; ad vnũquodq; eorum quæ dicta sunt cõfert per ordinẽ. Et primum quidẽ ex diuisione sumptũ est eiusmodi. Ex ĳs quæ sunt, alia q̃dem solũmodo actu sunt : Alia verò potẽtia & actu. & aliud q̃dem hoc quidpiam, aliud verò tale. aliud autem, tantum. & silr in alĳs eius quod est ꝑdicamentis. Quod ergo actu solũ est, est in eorũ quę sunt ingenita essentĳs et essentialibus eorũ operationibus : Quod est aũt potentia & actu, in oĩbus prædicamentis in ĳs quę sunt genita. Et prætereà absolutè q̃dem actu solũ sunt, quæ materiæ expertes & primæ formæ sunt: Actu autẽ & potentia quæ sunt cõposita ex materia & forma: Actu q̃dem, quatenꝰ habent iam aliquã formam & actu affectionẽ, vt æs:Po-

Actu solum quęnã sint.
Potentia & actu simul quænam sint.

tentia aũt, qm̃ possint etiam aliã suscipere, vtpote statuę. Corpus aũt æthereum, in substantia q̃dem solũ actu est. nunq̃ enĩ posset mutari in substãtia. Est aũt ẽt eius quod est potentia, aliquò modo particepẽ, propter motũ localem, & qui in ipso fiunt diuersas inter se participationes. neq; enim vbiq; simul est:neq; est semper similis omnũ contẽperatura. vt ostendunt quæ ex diuersis efficiunt̃ figuris, quæ diuersa sunt. Est autem diuisio ineuitabilis. Etenim perfecta quidem sic fuisset. Ex ĳs quæ sunt alia quidẽ actu solùm sunt : alia verò, solùm potentia. alia aũt potentia & actu. Sed nihil est quod potentia solùm consistat. Quicquid enim est potentia, cùm actu sit aliq̃d, imperfectam in se habet potentiã, per quam potest aliquid aliud præter seipsum assumere. Quẽadmodum quod potentia album est, cùm actu sit corpus, potẽtia album est, vt quod nondum quidẽ sit album, natura autẽ aptum est, vt mutet̃ in album. & ideo album dicitur potentia. Quãuis aũt id sit vnum substãtia, at rõne quidem certè aliud

Æthereum corpus per substantiã solum est actu, ꝑ motum localẽ actu & potentia.

Potentia solũ nihil est.
Id quod actu est habet imperfectam in se potentiã, per quã põt aliq̃d præter se assumere.

q̃dem est subiectum quod dicimus posse & natura aptũ esse, vtpote color:aliud aũt quę est imperfecta in ipso potentia. quod quidẽ est ipsum quod est potestate, quẽadmodum aspectabile esse. siquidem hoc quidem est qualitas, illud verò ad aliquid. Sic aũt aliud quidem est esse niuem, aliud aũt esse liquabilem. si ea enim idem essent, niuem esse, esset etiã liquabile. Quæ autẽ eidem sunt eadẽ, ea inter se quoq; sunt eadẽ. Quare secabile quoq; esse, idẽ fuerit quod esse liquabile. Idem itaq; fuerit esse sectum quod esse liquefactum. vt sunt enim quæ sunt potentia, ita etiã quę actu sunt. Porrò aũt Plotinus quoq; in principio libri quẽ inscripsit, De eo quod est potẽtia & actu, idipsum ostendit, dicens. "Oportet ergo id quod est aliquid potẽtia, aliud post se posse. seu manẽs cum eo quod illud faciat, vel prębens seipsum illi quod potest, cùm ipsum interierit, dicitur potentia. Aliter enim est æs statua potentia: & aliter aqua, æs potentia, & aer ignis. Et in summa ipse dicit. Oportet id quod est potentia nõ vno modo dici. Non enim id quod est potentia est nullius. quẽadmodum æs est statua potentia. Si enĩ nihil ex ipso, nec propter ipsum, nec futurum eẽt aliquid post id quod esset, neq; aliquid fieri contingeret: esset solũ quod esset. Quod aũt erat, iam inerat, & non erat futurum. Quid ergo posset aliud post id quod ipsum præsens esset? Quid ergo solum esset potentia?" Qui aũt hæc dixit, in fine libri materiã dicit solùm esse potentia, vt quæ nihil sit eorum quæ actu sunt. Num autẽ cùm id quod primum est, formã esse velit, vult vsq; ad formas id quod est ꝑuenire. & ideo materiã quæ à formis excidit, eiectam etiam esse ex eo quod est, & ideo esse id quod nõ est, cùm sit solùm potentia id quod est. Quãquam & quod est potentia, & quod sic non est, non vtiq; ab eo quod est ꝑfectè excidit. Omnino aũt si sic q̃dem potentia vt mutetur in id quod actu est, vt aqua in aerem: interierit materia. quod quidẽ nõ vult: Si aũt vt manens suscipit id quod actu est, quemadmodum æs figurã statuæ, cùm sit actu aliq̃d aliud, natura apta est ad formas suscipiendas. Si autẽ cùm nihil sit aliud, suscipiat id quod actu est: idem fuerit id quod potẽtia, & id quod actu est : quod quidẽ nõ uult. Etenim neq; potentia forma est materia. sed manens id quod actu est, natura apta est ad formas suscipiẽdas. Porphyrius aũt nõ admittit Aleandrũ qui sic interpunxit, vt ei quod est actu solũ opponeret & ab eo distingueret id quod est potentia & actu. Cùm enim dixisset, HÆC quidem actu, illa verò potentia } rursus assumens illa quæ actu, ET actu, inquit, hoc quidem hoc quidpiam, illud verò, tantum, } & quæ sequuntur. Id autem quod est potentia, in prædicamenta minimè diuiditur. non est enim decem modis id quod est potentia, sed vno tantum modo. Suprema enim materia, quæ est id quod est potentia, vna est. Siue autem accipit id quod actu est, quod quidem est compositum, vt, verbi gratia, statuam, siue actum, quod quidem est id quod est simplex vt forma, vtrunq;

Materia sit ne solum potentia.
Materia sit ne ex ĳs q̃ sunt.

Id quod est potẽtia num in uersaũ in decem prędicamentis.

est decem

A est decem modis. Nũquid autem, inquit, etiam id quod est potentia, dicitur decem modis? Progressus enim ipse sic dixit Aristoteles. Diuiso autem in vno quoq; genere, hoc quidem, actu, illo verò, potentia. Hæc quidẽ Porphyrius, volens id quod est potẽtia, ei quod est actu, fuisse solum oppositum ab Aristotele, nõ autem id quod est potentia & actu. Fortasse aũt in hanc adductus est sententiam ex eo dicto quod dicit. Diuiso aũt in vnoquoq; genere, hoc quidem, actu, illo verò, potẽtia. Sed si quidem vt multa ferũtur exemplaria, sic habet vetus quoq; scriptura, EST autem aliquid, hoc quidem, actu solum, illud verò, potentia & actu, hoc quidẽ hoc quidpiam, illud verò, tantum, } & quæ sequunt: apertè illud, Solùm, additum, significat diuisionem factam esse eius quod est actu solum, ab eo quod est actu & potentia, vt acceperũt Alexander & Themistius. Si enim ei quod est actu id quod est potẽtia solùm opposuisset, nequaquã assumens vtrunq; simul coniunctum: cur adiecisset illud solùm, in eo quod est actu? Quomodo aũt conueniret interpretatio quæ seiunctè dicit, HOC quidẽ, hoc quidpiam, illud verò, tantum. } Sed si, vt in nõnullis scriptum est exemplaribus, sic habet dictum, EST autem aliquid, hoc quidem, actu. illud verò potentia, & actu, hoc quidem hoc quidpiam, illud verò, tãtum, } potest quidem etiam ita distingui vt accepit Porphyrius. Cur autẽ id quod actu est solum diuidit in decem prædicamenta, quãuis etiam id quod est potentia, consideretur in omnibus, vt ipse fassus est Porphyrius, qui adduxit etiam dictum Aristotelis quod dicit, Diuiso autẽ in vnoquoq; genere, hoc quidẽ actu, illo verò potentia. Nunquid ergo quę ab initio quidem fuit diuisio, in id quod actu solùm est, facta est. et id quod est actu & potẽtia: & id diuisum esse dixit in decem prædicamenta? Ei enim quod actu solùm est, quod quidem est forma materiæ expers, & quæ percipiẽda est intelligentia, nec vbi, nec quando, nec situm esse conuenit: Id autẽ quod est potentia & actu, in vnoquoq; genere consideratur, quemadmodum in qualitate, aliquando quidẽ est actu calidum vel album, cùm formã iam suscepit: aliquando autem potẽtia, cùm nondum quidem est; potest autẽ fieri. Cùm hoc ergo ita habeat, meritò dixit, Diuiso autem in vnoquoq; genere, hoc quidem, actu, illo verò potẽtia. Hoc enim etiam in principio diuisionis, id quod actu est solùm & potentia considerari in omnibus dixit prædicamentis. id quod actu est solùm, non dicens diuidi in decem prædicamenta, neq; id omne assumens, nisi propter perfectionem diuisionis. Sciendum est autem eum non diuidere id quod est, tanq̃ genus, in id quod actu est, & in id quod est potẽtia & actu, sed tanquam vocem æquiuocam: & aliud quidem esse id quod est potentia, & potentiam. Et potentię quidem opponitur id quod est actu. potentię verò actus seu operatio. Et potentia quidem est perfecta substantię præparatio, quę nequit prohiberi: quæ actum seu operationem potest ad agendum deducere. Id autẽ quod est potentia, est imperfecta aptitudo ad id quod dicitur potentia, id quod actu est ab alio suscipiens, & non ex seipso producens. Id autem quod actu est, est id quod iam potest agere ac operari ex eo quod dicitur. actu enim homo est qui ex humana forma iam operatur. Actus autem est qui opponitur potentiæ, & qui à potentia producitur efficax motus. Efficax autem est qui in opere versatur. Opus autẽ est actio seu operatio. Et à potentia quidem quæ iotus manet, & non apparet, deductum est nomen eius quod est potentia, quod consideratur in sola substantiæ aptitudine, quod est ipsius substãtiæ affectio seu dispositio: Ab actu autem deducitur id quod actu est, quæ in substantia rursus consideratur vt operãte & efficaci. Prodest autem hoc, vt dixi, assumptum pronunciatum; quod ea quæ sunt diuidit in ea quæ actu sunt, & in ea quæ sunt potentia & actu, ad dandam motus definitionem, vt sciemus in progressu.

Ei qđ actu solũ est nec vbi nec qñ nec situm eẽ conueniunt.

Id qđ ẽ potẽtia & actu cõsideratur in oĩbus pręđicamentis.

Id qđ est diuiditur in id qđ est actu, & id qđ est pñtia actu tã qñ vox ęquiuoca.

Potentia qd sit.

Esse potentia quid sit.

Actu esse qd

Actus qd sit

Eius autem quod refertur ad aliquid, vnum quidẽ dicitur ex exuperatione & defectu: alterum verò ex agẽte & patibili & in summa, ex eo quod est mouendi potestate pręditum & ex mobili. Quod enim est mouendi potestate pręditũ, mouet id quod est mobile. & quod est mobile, mouetur ab eo quod est mouẽdi ptãte p̃ditũ.

III Hoc secundum assumit pronunciatũ, quod ei est vtile ad hoc vt ostẽdat in quibusnã sit motus, nempe in mobilibus. Facit autem diuisionem eorum quæ referuntur ad aliquid, non oẽs eius quod refertur ad aliquid species diuidens, sed harum tantũ mentionem faciens, eius quę est ex exuperatione & defectu, & eius quę est ex agente & patibili. quoniam ipse quidem in agente & patibili motum esse existimat, quidã autem alij in exuperatione & defectu. quos procedens refellere conabitur. Et enim est B quidem motus in eo quod refertur ad aliquid. Sed Plato quidẽ eum posuit in excessu & defectu, dicens inæqualitatem & dissimilitudinem & diuersitatem eius quo mouet ab eo quod mouetur, esse causas motus: Aristoteles autẽ non in hac specie, sed in agente & patibili, & in summa, in eo quod est mouendi potestate præditũ, & in mobili. In multis enim, eius quod mouet operatio, quæ est actio, passio est, in quo dagit operatio. quemadmodum, eius quod verberat operatio quæ est in verberãdo, est in eo, quòd verberatur passio, ex eo quòd verberatur. Et agens relatum ad patibile, & id quod est mouendi potestate præditum ad mobile. Ea autem quæ sunt potentia accepit, in quibus est motus, quoniam eorum actus motus est, vt ostendetur. Cùm autem agenti opposuisset patibile ex nominum cõsuetudine, quoniam ex figura dictionis agenti opponitur agendum, & patibili id quod aptum est ad patiendum: non nominatum est autẽ patibile pro eo quod affert passionem, sed in idem recidit cum eo quod aptum est ad patiendum: transit ad ea C q̃ sunt apertiora & propositis magis cõuenientia, ad hęc scilicet, Mouendi potestate præditum & id quod est mobile. in quibus alterum quidem apertè est agens, nempe Mouẽdi potestate pręditum, alterum verò patibile, vel ex ipsa dictione, nempe mobile. Quòd autem id quod est ex exuperatione & ex defectu, est ex ijs quę referunt ad aliquid, ostendit magnũ & paruum. Sunt autẽ multæ alię sp̃es eius, quod referẽ ad aliquid, alię quidẽ in æqualitate, aliæ autẽ in similitudine, aliæ verò ex iudicio. vt aspectans & aspectabile, scientia & id quod sciri põt. Ipse aũt eas solas eius quod refertur ad aliqd spẽs, quę nunc ei ad motum sunt vtiles, accepit. ex qbus ostendit nõ in exuperatione & defectu esse motũ, vt nõnullis videt, sed in eo quod est mouendi potestate præditũ, & in mobili, seu agente & patibili: & in summa, in ijs quæ ab eo quod est potẽtia, in id quod actu est mouent ab eo quod actu est. Quòd aũt id quod est mouendi potestate pręditũ, & mo- D bile, sint ex ijs quę referuntur ad aliquid, ostendit per cõuersionẽ, dicens, Qood enim est mouendi potestate præditum mouet id quod est mobile. & quod est mobile mouetur ab eo quod est mouendi potestate præditum.

Eorum q̃ ad aliquid referunt diuisio.

Motus non est in excessu & defectu sed in mobili & eo quod põt mouere.

IIII Non est aũt extra res motus. Mutatur enim semper id quod mutatur, vel in substãtia, vel in quantitate, vel qualitate, vel loco. Cõmune aũt, nihil põt in his accipi. vt dicim⁹, q̃ neq; hoc est, neq; quãtitas, neq; vllum ex alijs p̃dicatis. Quare neq; motus, nec mutatio vllius erit pręter ea q̃ dicta sunt. cùm p̃ter ea quę dicta sunt nihil sit.

IIII Hoc tertium assumit pronunciatum, q̃ nõ sit aliquis motus extra res quæ mouẽtur. Per quod confirmat quidem id quod ante dictum est, motum esse in mobilibus, vel in ijs quæ sunt mouẽdi potestate prædita. Si enim nõ

Nō est idea nec substātia motus.

est motus extra res: motus est in ijs quæ mouenť vel mouent. nec fuerit per se motus, nec tanq̃ idea motus quæ sit hoc ipsum motus, nullius aũt motus. vt videtur Plato dicere in Sophista & in Parmenide. neq; substantia aliq̃, quæ hoc ipsum sit motus, vt Plato definit animã, dicens eam esse motum per se mobilem. Si enim motus est in rebus quæ mouent vel mouentur: motus est aliquod accidens, & non substãtia quę per seipsam considerať. ostendet autem eum esse in ijs quæ mouentur. Hæc ergo per dictum cõfirmat pronunciatum, & preterea apertius & expressius motum esse æquiuocum. nec esse cõe genus præter singula, aut hoc ipsum esse motum generalem. siquidem in ipsis solis rebus est motus, qui cõsistit quadrupliciter, in substantia, in qualitate, in quantitate, in loco: nullum autẽ ex his est cõe genus, siquidem ea ipsa prima esse genera statutum est. Porrò autẽ per hæc quoq; nobis in memoriam reuocat, ostensum esse, τὸ ὄν, id est id quod est, non esse cõe genus prędicamentorum. Si enim esset cõe aliquod illorum in quibus est motus, esset etiã motus primùm in illo cõi. & esset ipse genus eorum qui sub se essent motuum. & non esset amplius motus ex ijs quæ dicũtur multis modis. Ita enim se haberet motus vt ea in quibus est motus, quandoquidem motus extra res nõ est. Quòd autem extra res non sit motus, neq; extra ipsas consideret, ostẽdit ex inductione. Mutatur enim, inquit, quod mutatur, vel in substantia, vel in quãtitate, vel in qualitate, vel in eo quod est vbi. nec potest aliquid cogitari quod mutatur, quod non in aliquo ex ijs muteť.

Motus est æquiuocus.

Sed quod aduersus animæ quidẽ definitionem, quæ dicit eam esse motum per se mobilem, non cõtendat nunc Aristoteles, nec aduersus ideam motus, planum euadet aduertenti, ǫ motum, qui est vt genus, perimens, ostendit motũ esse ex ijs quæ dicunť multis modis. Neq; vero idea motuum, neq; aïa est genus motus, ex Peripateticorum significato generis. siquidẽ genera compleat formas seu species, & siquidẽ in eis ex ęquo insunt. Num autẽ sensit aliquos qui motum inter prędicamenta lubẽter cõnumerabant, sicut Plotious postea. & propterea dicit motum non esse genus. Si autẽ quiuis motus est sub eo quod refertur ad aliquid, vt qui cõsideretur in eo quod est mouendi potestate prędítum, & in mobili: quomodo motus qui sunt sub vno genere, non sunt vniuoci sed æquiuoci? An nihil phibet, inquit Alexander, quædam quæ sunt sub vno aliquo genere, esse inter se ęquiuoca. Alexandri quidẽ certè, qui sunt sub substantia & animali & homine, sunt tamen inter se æquiuoci. Et æquale quod est sub eo quod refertur ad aliquid, est æquiuocum ei quod est in eo quod est cõtinuum, & ei quod est in eo quod est discretũ. Ita etiam motus quidẽ est sub eo quod refertur ad aliquid, ǫ vnusquisq; eoꝝ referatur ad aliud; sunt tñ motus æquiuoci, ǫ ne vt cõe quidem genus habeant ea in quibus sunt, sed sint genera differẽtia. Aliud enim est substantia, in qua est generatio & interitus. & aliud qualitas, in qua est alteratio. & aliud quantitas, in qua est augmentum & diminutio. & aliud eius quod est vbi, prædicamentũ, cui subest ea quę fit in loco mutatio. Quare etiã eorum qui in ipso sunt motuũ differẽtes sunt rõnes. Hæc quidem Alexãder, qui rectè adnotauit, sub

Cur motus nõ sunt vniuoci, si sunt in eodẽ prędicamento.

Æquiuoca eẽ possunt q̃ sunt sub eodẽ genere.

I. eodem genere esse, nõ facere vniuocum, sed esse sub illa ipsa specie quæ significatur à cõmuni nomine. Ea de causa Aristoteles quoq; hoc adiecit in prædicamẽtis, Ratio autẽ quę est ex nomine. Quare homo quidem est homini vniuocus: motus aũt qui est in substantia, non est vniuocus ei qui est in qualitate. Aduertendum aũt esse censeo, ǫ si propterea sunt motus ęquiuoci, qm̃ ea in quibus sunt nullum habẽt genus cõe, ea scilicet in quibus idẽ est cum ijs quæ collocata sunt sub eodẽ genere, etiamsi sint

L. sub alio genere, nihil vetat quominus ex illo sint vniuoca. Æquale ergo quod considerať in cõtinuo & in discreto, quæ sunt ambo sub quantitate, quid vetat quominus sit vniuocum? Quomodo aũt motus qui est in pluribus

E generibus, est æquiuocus? Sic enim & id quod referť ad aliquid, quia & in substantia & in quantitate & in qualitate consideratur, fuerit vox æquiuoca, & non genus. Cùm autẽ dixisset diuersorum motuum nihil posse sumi cõe, quidnam sit illud cõe quod negat, significauit, cùm traduxit orationẽ ad prędicamenta in quibus est motus, dicens, Quod neq; est hoc, neq; quantitas, neq; qualitas. Eiusmodi autem cõe est genus & species. neq; enim ea ideo dicuntur cõmunia, ǫ cõprehendant omnia quæ eis subsunt, sed ǫ eorum quidem quæ sunt singularia nihil sint, appareant aũt in omnibus singularibus. Quẽadmodum Ars, non eo ǫ sit contẽplans & agens, & efficiens, ideo genus est singularium, sed ǫ singularium nihil sit, appareat autẽ in omnibus singularibus.

Cõe quo dicatur genus & species.

Sed si motus est æquiuocus, qũo ipsum definit? Eorum enim quę sunt æquiuoca non sunt definitiones. An etiam æquiuocorum sit æquiuoca definitio? Cùm sit enim ęquiuocum, principium, æquiuoca est definitio, quæ dicit esse principium

Motus si est æquiuocus quo definit.

F id quod vniuscuiusq; primum est. Ergo actus quoq; eius quod est mobile, quatenus est mobile, est ęquiuocus. per æquiuoca autẽ definietur æquiuocum. Necessario ergo hoc etiam prius sumpsit pronunciatum, ne quis audiens motus definitionẽ, existimaret eam tanq̃ genus eius definite. sed quatenus scilicet est vox ęquiuoca, ea per ęquiuoca definitur. Quoniam aũt qui est ex lycia Philosophus, hoc vnum idq; solum dicit esse diuersum de motu decretum Aristotelis & Platonis, cùm ille quidẽ dicat, Non est aliquis motus extra res, & ǫ motus sit genus de medio tollat: Hic autẽ vnum genus eius quod est dicat esse motum, vt substantiam, vt idem, vt alterum: melius est, siquidem fieri potest, eam quæ est in ea quæ videtur discordia concordiã ostendere. Et in promptu quidem est dicere, ǫ Plato quidem ea quæ apud ipsum dicuntur genera in intelligenti mundi exornatione cõtemplans, tanq̃ primas discretas eorum quæ sunt causas, meritò &

In motu nõ discrepare Platonem & Aristotelẽ.

G motum, & statum, & identitatem, & diuersitatẽ, & alia, vt quæ ipsa sint in seipsis, ostendit. Quẽadmodum enim est in illis vnio inexplicabilis: ita etiã est puritas quę minimè confundi potest: Aristoteles aũt de naturali & materiali natura quærens, meritò in ijs quæ mouentur motum eiusmodi cõtemplatur. Non est enim hic per se motus. Quocirca subiungit etiam, Mutatur enim id quod mutať, vel in substantia, vel in quantitate, vel in qualitate, vel in loco. Quòd autẽ in ijs quæ gignuntur ac fiunt sint mutationes, & quæ sunt propriè prædicamẽta, apertè ostensum est ijs qui in eis curam & studium posuere. quinetiam ex hoc clarum est, siquidẽ motum reponit in ijs quæ habent id quod est potentia. Propius autem, & ijs quæ sunt proposita conuenientius, dici potest, vt ego quidem existimo, Aristotelem etiam in hoc ipso motus proprietatem valde mirabiliter fuisse contemplatum. Cùm enim eam in actu & passione poneret, iure motum extra res non esse dixit, hoc est, extra eius quod est gene

H ra. Quapropter subiunxit, Mutatur enim id quod mutatur, vel in substantia, vel in quantitate, vel in qualitate, vel in loco. & quę sequuntur. Quomodo enim possent actio vel passio ipsa per se considerari, absq; eo qui agit vel patitur? Nouit autem Plato quoq; talem in ijs quæ sunt differentiam: per quam alia quidem per se sunt, alia verò cum alijs & in alijs cõsideranť. Tertio autem dicatur, ei esse propositum ostendere nõ esse genus motum, quemadmodum nec τὸ ὄν, hoc est id quod est, genus esse existimat, quoniam non omnibus quæ sunt similiter cõuenit. quod quidem Platonis quoq; amici confitentur, qui ipsi quoq; tanq̃ ab vno dicunt id quod est ad ea quæ sunt ptinere, sicut etiã Aristoteles. Quocirca hoc quoq; est aliud significatũ generis, quod diuidiť in species quæ sunt ex ęquo generis participes. quod q̃dẽ à motu tollit Aristoteles, qm̃ multi motus vel à gradu motu differũt. Aliud aũt est significatũ gñis per quod eius quod est genera vocat Plato, quę pcedunt per oĩa q̃ deinceps cõsequunť.

Genus dupliciter cõsiderari. aliter apud Platonẽ, aliter apud Aristotelẽ.

quunt. etiamsi nō ex æquo neq; in eadē ꝓprietate insint in omnibus quæ sequuntur deinceps. Non est ergo mirum si Plato quidem genus vocat motum, in hoc significato generis: Aristoteles autem ne genus sit perimēs, in alio significato non vult esse motum vt genus. Quanq; ea quoq; quæ apud ipsum sunt genera ea per se esse non vult, neq; citra formas species ue consistere, neq; species absq; indiuiduis. quando ea vt species et genera: idem est autem dicere, vt indiuiduorū elementa: contemplaē, sed nō vt causas separatas. Tūc enim vult ea esse ante ea quę ab ipsis proficiscuntur, quæ proprietatem eandem participant. Quartum autem velim attendant ij qui philosophantur, alium quidem esse motum, quem Plato ponit vt vnum genus eius quod est, cum in alio significato considerans: alium autem hunc, & alium habere sensum, de quo nunc docet Aristoteles. Ille enim motus significat primam, quæ est ab eo quod est, excitationem, ad facultates & operationes vitales & intelligentes, quæ est omnino immutabilis, vt ostendunt quæ dicuntur in Sophista, ex quibus videtur inuentus esse motus. Quid verò, per Iouem, verè ne persuasum habebimus motum & vitam & animam & prudentiam et quod omnino & perfectè est non esse, neq; ipsum viuere, nec sapere, sed cū veneranda & sancta mente non sit prȩditum, id stare immobile? Rem quidem indignā & intolerandā ò hospes concesserimus. Sed mente quidem esse præditum, vitā autem non habere dicemus? Et quomodo? Sed vtraq; quidem hæc in eo inesse dicimus, non tamē ipsum dicemus ea habere in anima? Et quonā alio modo habuerit? Sed mente quidem & vita & anima præditum, sed immobile penitus stare licet animatū. Hæc omnia mihi esse videntur ridicula. Et quod mouetur vtiq; & motum, vt quæ sint, esse concedendum est. Euenit itaq; ò Theætete, vt cùm sint mobilia, mens nulli de vlla re vsquam sit.

Vide autem q; hic etiam motus, quem Plato inuenit, & in alijs generibus connumerat: vt in ijs quæ sunt fuit consideratus, vt qui in vita & prudentia eius quod perfectè & absolutè est apparuerit. Quoniam autem illic omnia, vt prius dixi, cū vnione quæ confundi nō potest, indiuisam & per se perfectam habent discretionem, ideo etiam per se motum licuit contemplari, & ipsum tanq; genus eius quod est ponere. Motus autem qui hic traditur est mutatio semper fluens, & eius quod manet potentia, potētia operatio. Quocirca eum tempus, sicut illum æuum, dimetitur, & in ijs quæ mouentur deuoratus est, vt qui non habeat per se substantiam. Diuersę autē huius tractationis hanc causam esse existimo, q; Plato quidem exemplares eorum quæ hic sunt causas ijsdem velit appellari nominibus, Aristoteles autem vitet hanc ęquiuocationem, vt quæ ex nomine similē quoq; notionem mentisue conceptionē nobis afferat. Sed de his quidem satis. Veniendum est autem ad ea quæ sequuntur.

Vnumquodq; autē inest omnibus, duobus modis. vtpote hoc. vnum enim est forma eius, & alterū priuatio. & in qualitate. hoc enim est album, hoc verò nigrum. & in quantitate, hoc quidem est ꝑfectum, illud verò imperfectum. Similiter autem etiam in motu per locum. hoc quidē sursum, illud verò deorsum. vel hoc quidē leue, illud verò graue. Quare motus & mutationis tot sunt species, quot eius quod est.

Quartum prius assumit pronūciatum, q; vnūquodq; eorum quæ dicta sunt, in qbus est motus, hoc est substantia, & quantitas, & qualitas, & id quod est vbi, in omnibus quæ sunt, insunt duobus modis. Quod est enim substantiæ particeps, vel vt forma præditum, vel vt forma priuatum, est particeps. & quod est qualitatis particeps, est particeps per alterutram vniuscuiusq; ex oppositionibus quæ sunt in qualitate. Etenim in colore quidem, al-

Formæ & priuationis oppositio i oībus prædicamētis.

A bi vel nigri: in saporibus autem, vel dulcis vel amari: in tactus autem qualitatibus, calidi vel frigidi. Quinetiam in quantitate & in eo quod est vbi, eadem est ratio, omnibus scilicet quæ intercedunt, contrarij locum & ordinem aduersus contrarium obtinentibus. Fuscum enim si cum nigro conferatur, est album: si cum albo autem, nigrum. Interpretes autem formam & priuationem, non vt quæ in substantia sola dicta sint, accipiunt: sed etiā in quātitate, & in qualitate, & in eo quod est vbi, quoniam in omnibus id quod est deterius ex contrarijs, videē esse priuatio. Quemadmodum enim in substantia forma quidem est statua, priuatio autem, formæ æris vacuitas: ita in qualitate forma quidem est album, priuatio verò nigrum. & forma quidē est virtus, priuatio verò vitium. et in quantitate, perfectum & imperfectū. & in loco, quod sursum quidē est & leue, forma est: quod verò deorsum & graue, priuatio. Quo fit vt quæ sunt deteriora, sint naturæ eius qd est īferius & grauius. Et senectus incuruat, B & morbus grauat. & diuina supnè: īfernè verò sunt mortalia. & virtus ἀρετὴ græcè dicē, ἀπὸ τοῦ αἴρειν ἄνω, hoc est, ab eo quod sursum erigat. Vitium aūt κακία ἀπὸ τοῦ κλᾶν, hoc est, à frāgēdo. κλάσις aūt, hoc est fractio, est, τὸ κλώμενον κάτω, id quod deorsum frangitur. Hæc qdem præclarè Porphyrius & perq; diligenter differit. Num autem magis propriè Aristoteles, in substantia quidem formam posuit & priuationem: in alijs autē adiecit contraria. Etenim imperfectum & vt minus opposuit perfecto, & vt maius, et quod est symmetria conueniens, ambo dicens in quātitate: & in qualitate, & in motu locali, ea quæ sunt propria accipiēs. Quòd si quis dicat, in vnaquaq; oppositione, id quidē quod est melius, formæ magis cōuenire, quod deterius verò, priuationi, dicet satis probabiliter. Cuiuis enim manifestum est formā ac speciem magis conuenire substantię. Quoniam ergo quędam est duplicitas in vnoquoq; genere eorum in quibus est motus, duplex etiam erit motus et mutatio, quę fit ab C vnoquoq; ex oppositis in oppositū. Motus enim qui est in substantia, vnus quidem est generatio, alter verò interitus. & eius qui est in quantitate, vnus quidem est augmentum, alter verò diminutio. & eius qui est in quantitate, dealbatio & denigratio. & in alijs mutatiōibus quę sunt in qualitate, nominabūtur motus à qualitatibus. & in loco, qui sursum quidem fertur, ascensus: qui verò deorsum, descensus. Vbiq; autem, quæ ad id quod est melius fertur via oppositorum, cū formæ habeat rationem, proportionem habebit cum forma & conuenientiā: quæ autem ad id quod est deterius & priuans, cum priuatione. Cùm autem ostendisset, inquit Alexander, q; eorum in qbus est motus vnūquodq; duobus modis inest in omnibus, meritò subiunxit, QVARE motus & mutationis tot sunt species quot eius quod est} Si enim nō est extra res motus, meritò vnà diuidetur motus cum rebus in quibus inest. vel potius, si actus quidam est motus, ab alterutro eorū quæ sunt in vnoquoq; genere in alterum: D ipse scilicet duplex quoq; fuerit. Magis autem propriè fuisset hæc dictio, si sita esset ante VNVMQVODQVE autem oībus, } & coniuncta esset cum, Non est autem motus pręter res. } Num autem si nunc erat ei propositū accipere motuum duplicitatem, cùm prius rectè ostendisset in generibus eius quod est, in qbus est motus, esse duplicitatem, & per eam genera conduplicasset, tunc subiunxit, QVARE motus & mutationis tot sunt spēs quot eius quod est} hoc est, ex quoque duplicatæ. Qm̃ enim in substātia, forma est & priuatio, & in ea sunt motus duplices, is quidem qui ad formam tēdit, generatio, qui autē ad priuationem, corruptio: et in alijs similiter. Si aūt, vt voluit Alexander, hanc dictionem esse positam oportuit ante illud, VNVMQVODQVE autem oībus inest, } quid adhuc opus erat illam subiungere? Species autem nūc dicit motus & mutationis, non tanq; ex vno genere diuisas, sed tanquam diuersas proprietates. Rectè autem

Priuatio est id qđ est deterius ex cōtrarijs.

Virtutis q; græce est ἀρετὴ etymologia.

Vitij, nēpe κακίας, etymologia.

Duplex est mot⁹ & mutatio i vnoquoq; ex oppositis in oppositum.

non solùm motus dixit, sed etiam mutationis, quoniam de eo qui est in substantia, qui est generatio & interitus, quærit postea, num non sit motus, sed mutatio. Siquis autem dubitet, quomodo motus & mutationis tot dixit esse species quot eius quod est, siquidem in quatuor solis prædicamentis motum esse ostendet, substãtia, qualitate, quantitate, & eo quod est vbi, sciat, quòd cũ dixerit vnũquodq; ex generibus seu speciebus, in quibus est motus, duobus modis inesse in omnibus, per oppositionem quę est in vnoquoq;, quoniã tot modis est etiam motus: meritò subiũxit, quare motus & mutationis species tot sunt, quot eius quod est: nõ quidquid est vniuersum sumens, sed id quod respondet motui, & est in eodem cum eo ordine. id autem erat id in quo est motus. hoc autem erat id quod est in quatuor generibus eius quod est. Sed operęprętium est quærere, cur cùm id quod est potẽtia & actu sit in omnibus eius quod est generib⁹, & motus sit actus seu operatio eius quod est potentia, quatenus est eiusmodi: in quatuor solis eius quod est generibus, substantia, et qualitate, & quantitate, & eo quod est vbi, est motus: vt & in prædicamentis ostensum est, & in quarto huius operis ostendere conabitur: in alijs autem nõ itidem. Atqui in omnibus est actus eius quod est potentia, manẽtis potẽtia. Etenim eius quod est dexterum, aptum est autem natura vt sit sinistrum, in sinistrũ mutatio, est actus eius quod est potentia, manentis potentia donec mutetur. Et qui sedet, natura autem aptus est vt recumbat, & mutatur ex altero in alterum, eo quod est potentia, manẽte in mutatione, cadit in definitionem motus per hanc mutationem. Et in alijs prædicamentis, non dubitabimus mutationes, quæ fiunt in diuersas species sub genere, subijcere definitiõi motus. Sed Aristoteles quidem, in quinto huius operis, dicit causas, cur motus consistat in solis quatuor vel tribus prædicamentis: & interpretes Aristotelis huius dubitationis solutionem in illũ locum differũt. Fortasse aũt satius fuerit, quæ illic dicuntur causas, nunc breuiter considerare, propter eos qui dubitationum solutiones in aliud tempus non facilè differunt. Cùm itaq; censuisset Aristoteles motus & mutationes ex cõtrarijs fieri in contraria, vel ex ijs quæ intercedunt quę habẽt rationem cõtrariorum, ideo dicit, In substantia quidẽ non est motus, propterea quòd nihil eorum quæ sunt sit substantiæ contrarium. Sed neq; in eo quod refertur ad aliquid. Contingit enim vt altero mutato verùm sit alterum non mutatum. quemadmodum, qui prius stabat à dextera, si id quod est sinistrum transeat ad dexteram, erit ipse à sinistra nihil mutatus. quare per accidens est eiusmodi motus. Sed neq; in eo quod agit & patitur, neq; in quolibet quod mouetur & mouet. quia motiõis nõ est motus, nec mutatio mutationis. Horum ergo prædicamentorũ considerationes sic tradẽs Aristoteles, prædicamentũ quod est situm esse, et id quod est habere, et id quod est quãdo, prætermisit. Et quòd in substantia quidem, etiamsi non sit motus, quoniam nec repugnantia, mutatio quidem certè sit, ipse apertè fatetur, generationem & interitum dicens species mutationis. In ijs autem quæ referuntur ad aliquid cur non fuérit motus? etiamsi sit repugnantia, vt ipse etiam fatetur Aristoteles, dicens in prædicamentis, Est autem repugnantia etiam in ijs quæ referũtur ad aliquid, vt virtuti vitium contrarium: & est vtrũq; eorum quæ referuntur ad aliquid: & scientia inscitiæ. Etsi enim eo qui est dexter moto, qui prius erat sinister, non motus ipse fiat dexter: verũtamen primum quidem is qui prius dexter stabat, & motus est per se non per accidens, mutauit cum loco dextri quoq; relationem seu habitudinem cùm sinister factus est. & qui motus est, quoniam relatio seu habitudo non est in vno, sed in ambobus, eam quę est in ipso habitudinem ac relationem, non per accidens sed per se habet simul motam, per eius qui transit habitudinem. Quemadmodum siquis alterum virgæ finem deorsum detrudens, vt altera pars sit supernè, efficiat, nõ per accidens, sed per se, quoniam vnus est motus ambobus finibus. Quòd autem hoc quoq; placeat Alexandro, audi quænam dicat paulopost, exponens dictionem quę dicit, quare motus est mobilis motus, quatenus est mobile. Dicit enim. An etiam in eo quod refertur ad aliquid, id quod potentia quidem duplum est, non motum est, sed id quod est potentia dimidium, motum est, vt hoc fieret duplum. non erat autẽ alia potestas, ea quæ est eius quod est duplum potentia, & ea quę est eius quod est potentia dimidium. Quamobrem per potentiæ operationem, & motus qui est in illis, cùm vna sit in subiecto potentia, fecit quoq; diuersas habitudines ac relationes eorum quæ referuntur ad aliquid. Si autem facere & pati sunt motus, & propterea non est motus in his prædicamẽtis, quoniam motionis non fuerit motus: primum quidem etiãsi facere & pati suscipiant repugnantiam, vt dictum est in prædicamẽtis, Ei enim quod est, inquit, calefacere est frigefacere contrarium, & ei quod est calefieri frigefieri, & ei quod est lętari molestia affici: et fieri potest mutatio ex altero contrariorum in alterum: qui enim in cibo capit voluptatem, impletus & obstructus, molestia affici poterit: & qui calescebat frigidus euaserit: & qui prius calefaciebat aer, ita mutari potest vt refrigeret: Si hæc ergo ita habent, cur non eius qui est in agendo & patiẽdo motus, fuerit mutatio, non euntibus nobis in infinitum, siquidem in formas & ex formis fiunt mutationes. neq; enim in infinitum calescimus aut refrigeramur. Si autẽ gignatur & intereat ingressus, quomodo nõ fuerit mutatio mutationis? Etenim mutatio quędam est etiam ingressus. et ingressionis ortus & interitus sunt ipsi quoq; quędã mutationes. Aut si ita est, quoniam ipsæ quoq; mutationes, quæ non prius erant, aliquando fiunt & intereunt, rursus erunt earum quoq; mutationes, idq; in infinitũ. Et si hoc quidem est absurdum, num non soluitur non esse mutationem mutationis? Hoc enim est adhuc absurdius, siquidem euidenter cernitur ædificare & ingredi & calefieri in me heri quidem fortasse non fuisse, hodie autem esse: quod quidem nõ accidit absq; mutatione. Et si enim ego sim qui mutor ex illis, sed tamen ipsa quoq; quę sunt quędam formæ, & veluti subiecta, ab eo quòd nõ sunt ad hoc vt sint mutantur, & ab eo quod sunt ad hoc vt non sint: non tamen vtiq; etiam eorum mutationes tanq̃ subiecta substãtia sunt. An neq; absolutè motus est hic motus quatenus motus? Quod enim agit, nec mouetur quidẽ quatenus agit: Quod autem patitur, si ex alia affectione mutetur in aliam: quatenus est talis motus, non autem quatenus est absolutè motus, mutatur. Et siquidem aliquid dicit hæc oratio, in agendo quidem & patiendo est & repugnantia & motus, seu mutatio ex alijs in alia: sed non vtiq; est etiam in eorum mutatione mutatio, propterea quòd non sint vt subiectæ formæ eorum mutationes, sed soli mutationes: neq; sit vt motiõis motus, sed vt talis motionis. Hoc autem amplius etiã distinguendum est. Sed cur in eo quod est quando prædicamento, non fuerit motus aut mutatio: quemadmodum enim mutor ex albo in nigrum, & à loco in locum, ita ab anno superiore in hunc annũ, & in id quod est nuper ac recens. Quid hoc autem differt ab eo quod est in lyceo in Academiam? Etsi enim partes temporis intereãt, nihil ex eo contra sequitur, neque enim si lyceum interiret dum proficiscitur in academiam, iam propterea non esset in loco motus. Nã etiam album interit, cùm mutor ex albo in nigrum. Siquis autem dicat motum per locum, esse quandam per locum lationem & transitum, nihil aũt ferri per tempus, sed dum feruntur, vnà etiam tempus accedere: senectus. n. & quę sunt eiusmodi, sunt alteratiões & affectiones corporum circa seipsa, & in seipsis, tempus autẽ alioqui simul transit: Siquis ergo hęc dicet, mihi sensu plurimo vti videtur, & ideo vim efficacem temporis non considerare, sed mutationem quidẽ quæ fit in loco, vtpote quòd locus cadat sub sensum, cõfiteri, eam autem quæ fit in tempore inficiari,

Mot⁹ & mutationis q̃do tot sunt species, q̃t eius quod est.

Motus cur sit i quatuor solis prædicamentis, si sit in oib⁹ id quod est potẽtia et actu.

Mutatio est in substãtia, non motus.

Motus est in iis quę referunt ad aliquid.

Mot⁹ est in prędicamento agere & pati.

Mot⁹ est in prędicamento quando.

vtpote

vtpote quod tempus non videatur. Atqui oportebat cogitare tempus in nos semper aliquid agere. & sicut ex albo in nigrum mutamur, ita ex superioris anni affectione in affectionẽ huius anni. non quatenus est ab affectione in affectionem mutatio: vtpote à iuuentute in senectutem, per diuersam corporis habitudinem, sed per eã quę fit in tempore simul coniunctam vim & euidẽtiam eius quod fuit anno supiori, & eius quod est hoc anno. Quod autem dicitur suo etiam testimonio cõfirmat Eudemus, ex familiaribus Aristotelis vel maximè germanus, dicẽs in secundo libro Physicorum, postq; dixit alios quatuor motus. Etenim id q̃d est, Quãdo, ijs quæ fieri possunt, dum mouentur accidit. Omnia enim mouentur in tempore. Nisi dicat fortasse quispiam in tempore esse motum sed non per tempus. Dicunt autem nonnulli esse signum q̃ nihil propriè moueatur per tempus, & per tempus nulla fit quies. neq; enim vllum tẽpus vlli idem est, sed semper quod succedit est aliud. Quare non erit quod in eodem tempore permaneat. id autem in eodem est loco & in eadem qualitate. Sed considerandum est num hoc sit signum contrarij. Si enim nullum tempus vlli est idem, sed semper quod sequitur est aliud, tempus scilicet habet id quod est in eo quod est fieri & interire. Quomodo ergo quod fit in tempore hesterno, cũ in hodierno factum fuerit, non dicatur mutari per tempus, etiamsi hesternum tempus interierit? Quinetiam in eo quod est situm esse. siquidem eius quod est situm esse differẽtia est supinum & pronum, & ea sunt inter se cõtraria, cur non dicatur mutari per posituram, quod mutatur ex supino in pronum, cùm sit alia quidẽ in ipso mutatio quæ fit per locum continentẽ, alia verò positura quæ per posituram fit & figuram? Similiter aũt qui mutatus est ab eo quod est esse armatum, ad id vt sit inermis, cur nõ dicatur mutari per id quod est habere? Et in quibus quidem prædicamentis est repugnantia, cur non etiam per illa dicatur moueri subiectum. In quibus autem nõ est, maximè qui dem priuationes, tanquam repugnãtia, in subiecto consistũt: sicut esse inermem ei quod est esse armatum opponitur. Deinde etiãsi non esset oppositio, sufficeret tamen id esse, vel non esse, quod est in prædicamento. est.n. mutatio in substantia, etiamsi non sit repugnãtia. sufficit.n. cõmunis omnium generum repugnantia, quæ est in forma & priuatiõe. Ita etiam qui prius armatus fuerat, si leuis armaturæ factus fuerit, mutatus est ab eo quod est habere arma, ad id quod est non habere, cùm fieri potest vel à grauiori armatura mutetur in leuiorem. Cõmuniter autem notandum est, quòd omnia prædicamẽta quę considerantur in generatione, & consistunt in singularibus, suscipiũt mutationem. Quemadmodum enim in eã quæ hic est substantiam cadit ortus & interitus: ita etiam qualitates & quantitates & alia prędicamenta. Quemadmodum ergo substantia, etiãsi dicatur non moueri, propterea q̃ non ex subiecto in subiectum sit mutatio, cũ quidquid mouetur velit aliquod esse subiectum, concedit̃ tamen substantiam moueri per se & non per accidens: ita etiam vnumquodq; ex alijs prædicamentis concedatur per se moueri, vt quod fiat & intereat. quemodmodũ albedo, & tricubitale, & dexteritas. Ergo etiã subiectum quod est eorum particeps, dicatur propriè per ea moueri, siquidem illo sustinente fiunt, & in ipso ea intereunt. quod quidem Aristoteles dicit esse proprium eorũ quæ mouentur. Si autem in omnibus etiam prædicamẽtis est id quod est potẽtia: ostenditur autem motum esse actum eius quod põt esse aut fieri, quatenus est eiusmodi: quomodo non fuerit motus in omnibus? In summa autem q̃ ex dextero quidem mutatur qui est sinister, & qui ex inimico amicus, & præterea qui ab eo quod est calefacere mutat̃ in id quod est frigefacere, & qui ab eo quod est calefieri in id quod est frigefieri, non solùm in qualitate, sed etiam in diuersis & contrarijs patiãtur affectionibus, nemo est qui non clarè intelligat. Prętera autem qui ex

Motus est in prædicamento situm esse.

Motus est in prædicamento habere.

eo quod erat anni supioris ad id quod est huius anni processit, & qui ex prono mutatus est in supinum, & qui ex armato leuis armaturæ factus est. Quoniam autẽ vnaquæq; mutatio fit in aliquo eorum quæ sunt, quæ sunt autem, simul cum prædicamentis diuisa sunt, dicatur quænam sit vnaquæq; ex dictis mutationibus, & in quonam alio prędicamento dicatur fieri, si nõ in suo? Scio autem videri esse proterui & insolentis hominis, vocem Aristoteli mittere contrariam. Donec autem potuerimus talis eius ordinis causam perfectè cognoscere, ad nos recreandos satis sit & Eudemi patrociniũ, quod in prædicamento quod est, Quãdo, dictũ est, & adhuc magis Theophrasti, qui apertè motum & mutationem in prædicamentis omnibus considerat. Dicit itaque in secundo de motu. Magis autem proprium quod & dicimus & est, actum eius quod est potentia mobile, in vnoquoq; genere prædicamentorum, vtpote substantiæ, quantitatis, qualitatis, per locum lationis. Sic enim est alteratio: incrementum: latio, seu motus per locũ: generatio, & quæ sunt his contraria. In tertio autem, vt ego quidem existimo, hęc scripsit apertius. In motus quidem definitione dicimus tot esse eius species, quot sunt prædicamenta. eius enim quod est potentia, quatenus tale est, actum dicimus esse motum. Quinetiam in eodem libro hoc dicit: Eius autem quod refertur ad aliquid motus, eius quidẽ quod est ex rõne, nõ est: est verò eius quod est ex potentia. Actus enim seu operatio, & motus, & per se est. Sed hæc quidem vel amplius quęrenda sunt, Aristotelis mentem nobis inuestigantibus.

Motũ & mutationẽ Theophrast⁹ cõsiderat I vnoquoq; prędicamento.

CAPVT II.

Diuiso autẽ in vnoquoq; genere hoc quidem quod actu est, illo verò quod est potentia: eius quidẽ quod est potentia actus, quatenus tale est, est motus.

Cùm prius sumpsisset pronunciata, quæ ad cõtemplationem motus sunt vtilia, eo quod prius sumptum est statim vsus est ad definitionẽ motus: vel potius aliqua parte illius. Diuisio enim erat, hoc quidem esse actu solum, illud verò potentia & actu. quod quidẽ esse in vnoquoq; prædicamento dictum est. Huius ergo, inquit, quod est potentia & actu, eũ qui est eius quod est potentia actum seu operationem, quatenus tale est, dico esse motũ. Etenim in substantia est hoc quidem homo potentia, vt semen, illud verò actu, vt Socrates: & in quantitate potentia aliquid bicubitale & actu: & in qualitate albũ potentia & actu. similiter autem etiam in reliquis generibus. Quòd autem motum mirabiliter definierit hinc didicerimus. Quod enim actu est id quod dicitur, donec ita se habuerit, non ex eo dicatur moueri. Quemadmodũ homo, quandiu fuerit homo, non ex eo quod est humanum moueat̃. Sed neq; si albus actu fuerit, quandiu fuerit albus, mouetur in albedine. Sed si homo qui est actu albus, fuerit niger potentia, vt qui possit niger fieri: cùm ab albedine excesserit in nigredinem, quatenus aptus fuerat natura, hoc est, quatenus niger fieri poterat, operans: tunc ad id quod est nigrum moueri dicitur. Et rursus cùm dicitur niger, tunc consistit in seipso, & nõ mouetur in eo q̃d est nigrum, sed actu niger est. Ita ergo quatenus est actu nihil mouetur. Sed neq; quatenus est potentia, in potentia manens & in sola aptitudine, tunc dici possit moueri. sed cùm ab eo quod est potentia, mutatur in id quod est actu, in ipso manente eo quod est potentia, tunc dicit̃ moueri. Meritò ergo adiecit, QVATENVS est tale} vt eius quod manet potentia actus perficiatur. Cùm enim cessauerit id quod est potentia, non est amplius motus. Quod enim actu factum est, quatenus actu est, in statu est et manet, nõ autem est in motu. Sed neq; siquid solum est potentia, id iam mouetur. Quod est itaq; ædificabile, idest quod potest ædificari, quandiu ab operatione remotum manet in eo quod est ædificabile, est imobile: Cũ autem, VI

Mot⁹ ab Aristotele tradita definitio cõsideratur.

quatenus

quatenus eſt ędificabile ex eo operatur, adhuc habens in operando id quod eſt ædificabile, tunc mouetur. hoc eſt, cùm ædificatur. & ædificatio, quę eſt operatio eius quod eſt tunc ædificabile, eſt motus. Donec enim ædificatur, eſt ædificabile, & ex eo quod poteſtate eſt, agit & mouetur. Sciendum eſt autem, ꝙ Ariſtoteles quidē motum definiens in principio, eū dixit eſſe actum eius quod mobile, quatenus tale eſt. Alexander autem & Porphyrius & Themiſtius & alij exponentes definitionem, cùm audiſſent paulopoſt Ariſtotelem eum etiam vocare ἐντελέχειαν, hoc eſt actum perficientem, vt qui in nonnullis exemplaribus ita ſcriptū inueniſſent, EIVS quod eſt potentia entelechia, quatenus tale eſt, eſt motus} actum ſumūt pro entelechia in definitione motus, ꝓinde ac idem ſit apud Ariſtotelem. Num autem Ariſtoteles entelechiam accipit pro perfectione. & ſi quando eā ponit pro actu, ſeu operatione, nō in quauis id facit, ſed in ꝑfecta, quatenus id habet quod perfectum eſt. quoniam vnumquodq; tūc habetur in ſua perfectione, cùm eas edit operationes quæ ſunt ſm ſuam naturam. Quocirca definit & animam entelechiam naturalis & inſtrumentarij & poteſtate vitam habentis corporis. non ꝙ anima ſit actus, ſed ꝙ per illam ei ſit ꝑfectio: Motum autem qui eſt eius quod eſt imperfectum, non abs re actū ſeu operationem vocauit, non autem entelechiam. Nam hoc quoq; rectè adnotauit Alexander, ꝙ ſi motus dicatur ab Ariſtotele entelechia eius quod eſt potētia, ideo dicitur entelechia ꝙ eius q̄d eſt potentia perfectio, ſit ex eo operatio. quemadmodum in habitibus habitus perfectio eſt quæ ex ipſo operatio. Sed in habitu quidem operatio minimè perdit habitum, ſed eum reddit perfectiorem. eius aūt quod eſt potentia, ex eo quod eſt potētia actus ſeu operatio in id quod eſt actu deſinēs, perdit id quod eſt potētia. Non fuerit ergo propriè entelechia eius q̄d eſt potentia. Quēadmodum enim dixi, nomen entelechiæ, τὴν τοῦ ἐντελοῦς ἔχειν, hoc eſt, eius quod eſt perfectū poſſeſſionem, ſignificat. & cùm de actu propriè dicitur, non dicitur de quolibet, ſed de eo qui eſt eius quod eſt ꝑfectum, & conſiſtit ex eo quod actu eſt, & eſt in perfectione. Duplex ergo eſt ea quæ eſt propriè entelechia, vna quidem vt perfecta forma quieſcens quemadmodum anima dicitur entelechia: Altera verò, qui ex ipſa eſt actus ſeu oꝑatio. Si quando autem vel abſolutè actus ſeu operatio dicitur entelechia, ideo dicitur ꝙ quidquid operatur, ſm ſuam naturā edit operationes, ſiue ſit imꝑfecta natura, ſiue perfecta. Porphyrius autem imperfectum motum dicit eſſe entelechiam, perfectum verò, actum ſeu operationem. Atqui ſi eius quod eſt potentia eſt actus: quod eſt autem potentia eſt imperfectum: quomodo eius quod imperfectum eſt actus, fuerit actus ꝑfectus? Omnino enim ſi eſt imperfectus actus, is fuerit eius quod eſt imperfectum. Porrò autē ipſe quoq; paulopoſt Ariſtoteles, Et motus, inquit, videtur eſſe quidam actus, ſed imperfectus. Aduertendum eſt autem Ariſtotelem nunc cōmuniter nomen poſuiſſe actus, & in eo quod agit, & in eo quod patitur. Cōmuniter enim in vtriſq; eius quod eſt poteſtate, ad id quod actu eſt excitatio, motus eſt. Poſuit itaq; exēplum in eo quod eſt ædificabile. Sed verum eſt etiam, ſi de eo dicatur qui eſt ædificandi facultate præditus, eius quod potentia eſt actum eſſe motum. Domus enim ædificator, cùm dum ceſſat ſit potētia, cū operatur tunc mouetur ex facultate ædificandi: & eſt motus ędificatio, qui eſt domus quidem ædificatoris, operatio: domus autem paſſio. Ariſtoteles autem ambo actum cōmuni nomine appellauit, eo ꝙ vtrunq; id quod eſt poteſtate ad id quod actu eſt excitatur. Num autem ēt id quod agit, cùm ab eo quod eſt potētia in id quod eſt actu mutatur, vt quod patitur mouetur, non autem vt quod agit. & ideo patiendi omnia exempla adiecit Ariſtoteles. Eius enim quod agit, vt quod agit, perfecta eſt operatio.

Entelechia quid ſignificet apud Ariſtotelem.

E

Quemadmodum eius quidem quod eſt alterabile, quatenus alterabile, alteratio: Eius aūt quod augeri poteſt, & eius quod eſt oppoſitū, nempe quod poteſt diminui: nullum enim eſt in vtriſq; cōmune nomen: augmentum & diminutio: Eius autem quod gigni poteſt & interire generatio & interitus: Eius autē quod ferri ſeu per locum moueri poteſt, latio.

VII

Quòd motus de multis motibus non vniuocè prędicetur, ſed de ijs qui dicuntur multis modis, prius dictū eſt. Cùm autem is ſit eiuſmodi, oportet etiam eius definitionem ſumi æquiuocè. Hoc ergo indicans, adiecit vnumquenq; motum, dicens, EIVS quidem quod eſt alterabile, quatenus alterabile, alterationem} & quæ deinceps ſequuntur. Cùm autem nomina ſæpe deficiant, pulchrè adnotat Ariſtoteles, in qualitate quidem eſſe nomē commune impoſitum, nempe alterationis. Nam ſiue ab albo in nigrum, ſiue à nigro in album, ſiue à calido in frigidū, ſiue à frigido in calidum, & in aliarum omnium qualitatum mutatione, imponitur cōmune nomē alterationis. Similiter autem etiam in mutatione quæ fit per locū, imponitur nomē commune, latio, id eſt per locum motus. In quantitate autem & ſubſtātia, non itidem nomē commune imponitur ijs quę vtrinq; fiunt mutationibus. Sed in quātitate quidem, quod à minori quidem in maius fit incrementum, appellamus augmentum. ei autem cōtrarium, diminutionem, aut vt ipſe vocauit φθίσιν, id eſt, tabem. quæ nō idem ſignificat quod φθορὰ, id eſt interitus, qui ad nihilum ſeu id quod non eſt deducit, ſed ſignificat diminutionem. In ſubſtātia autem, qui ab eo quod non eſt ad id quod eſt deducit, generatio abſolutè dicitur: contrarius autem interitus.

Alteratio eſt nomen commune motus in qualitate.

F

Latio eſt nomen cōmune mot⁹ per locum.

Mot⁹ in quātitate quenā habeat noīa.

φθίσις, & φθορὰ quomodo differant.

Motus i ſubſtantia quęnam habeat nomina.

VII

Quòd autem hoc ſit motus, hinc patet. Cùm enim id quod eſt ędificabile, quatenus id tale eſſe dicimus, entelechia ſeu actu fuerit ędificatur. & id eſt ædificatio. Similiter autē diſcēdi actus, & medicatio, & deuolutio, & ſaltatio, & pinguefactio, & inueteratio.

G

VIII

Poſtquam motus definitionem motibus, qui multis modis dicuntur accōmodauit, deinceps rectè traditam eſſe definitionem oſtendit per ſyllogiſmum. qui euidentes habet propoſitiones, & quæ ſolū opus habent vt adhibitis exemplis, veluti manu deducantur. Et eſt eiuſmodi ſyllogiſmus: Actus eius quod eſt ædificabile, quatenus ædificabile, & quod eius actu eſt, eſt ædificatio. Aedificatio eſt motus. Eius ergo quod eſt ædificabile, quatenus eſt ædificabile, actus eſt motus. Dicitur enim etiam ædificabile id quod iam eſt ædificatum. Sed illius actus, et quod actu eſt, eſt ꝑfecta forma, et qui eſt ex ipſa actus. & nō vtiq; amplius ædificatur id quod eſt eiuſmodi, præterquam ex ſola relatione. Dicitur autem propriè ædificabile, id quod eſt potentia, & donec fuerit potentia. Id ergo cùm operatur ex eo quod eſt potentia, quod q̄dem eſt eſſe actu ædificabile: quod enim ex aliquo operatur, actu ex eo eſſe dicitur: tunc etiam ipſa operatio, ſeu actus qui eſt ædificatio dicitur eſſe motus. Similiter aūt etiam in alijs quæ dicuntur potentia. Verum eſt ergo generaliter, ſi dicatur actum eius quod eſt potentia, quatenus eſt potentia, eſſe motum. Videtur autem paulò durius, id quòd eſt potentia, actu eſſe dicere, cùm operetur ex eo quod eſt potētia. Sed quoniam omnino id quod agit ponitur: quod autem agit, actus dicitur: ideo etiam id quod potentia eſt actu eſſe dicit. Poteſt autem, inquit Alexander, ex ijs quæ dicta ſunt, quis aſſumens dicere, motum eſſe eius quod eſt potētia primam mutationem ſeu primam entelechiam. Vltima enim eſt mutatio quæ eſt ad perfectionem, per quam id actu factum quod erat potentia, deinde ex eo quieſcit: Prima autē, via eſt ad illud. Hæc q̄dm his verbis dicat Alexander, admittēdum eſt,

H

Motum eſſe primam mutationē eius q̄d actu eſt recte ne dicatur ab Alexandro.

si non eiusdem imperfectæ potẽtiæ mutationẽ primam dicat esse motum, posteriorem autem, eam quę est in formam: sed eius quod potest et natura aptum est. hoc enim per motum ex imperfecto mutatur in perfectum. & agit ex tali mutatione quæ est actus impfectus, donec imperfecta manserit. Motus enim dictus est non potestatis seu aptitudinis, sed eius quod aptũ est, quatenus est eiusmodi. Quærendum est tamen quomodo cùm verba fiãt de motu qui est absolutè, eũ esse dicit primã mutationem. si idem est enim motus & mutatio: per seipsum motus fuerit definitus: quemadmodum siquis quęrens quid sit motus, respondeat dicens, primus motus: sin autem est communior, & quæ veluti generis rationem obtineat, mutatio, propterea ꝙ generatio & interitus sint quidem mutationes, non autem motus: primũ quidem hoc nondum est definitum: sed in hoc generationem quoq; cõtemplatur & interitum: in quinto autem libro diuidetur. Deinde qui nunc quæritur motus, est cõmunis, qui & mutationem & motum complectitur. illius enim motus principium est natura. cum autẽ quærit, cuius est natura principium. Si ergo talis motus pars vel species est mutatio, totum definietur per partem, perinde ac siquis quærens quid sit animal, dicat hominem. In summa autẽ, qui primam quidem eius quod est potẽtia mutationẽ dicit esse motum, postremam autem eam mutationem quæ est ad perfectionem, quoniam quidquid mutatur, ab aliquo in aliqd mutatur, prima est ergo hæc mutatio ab aliquo in aliquid: ab imperfecto enim non est in perfectum: hęc.n. erat postrema: Sin ab eo quod est nõ moueri, ad id quod est moueri; ante eum qui est absolutè motũ erit motus. quod quidem est absurdum. Num autẽ prima quidem mutatio est motus, vltima autẽ quæ est ad perfectionem non est motus, cùm sit ipsa quoq; mutatio. Quanq; omnis quoq; mutatio est motus, ex eo motu qui nunc quæritur. & quæ ex imperfectione ad perfectionem est mutatio, fit per motum. Aduertendum est aũt ea quæ sunt exposita exempla esse species motus. Discendi quidem actus & meditatio est quædam alteratio, illa quidẽ in anima, hæc verò in corpore: Deuolutio autem et saltatio est latio, seu per locum motus: hæc quidem ex seipsis, illa verò extrinsecus. Pinguefactio autem, quę est in quantitate: & inueteratio, quæ est in substantia: illa quidem augmẽtum, hæc verò interitus. quarum etiam opposita reliquit cogitanda. Potest autem ædificatio quidem esse substantiæ, pinguefactio verò & inueteratio, quãtitatis.

VIII Quoniam autem nonnulla sunt eadem potentia & actu, sed non simul, vel non eadem ratione, sed quemadmodum, potentia quidem calidum, actu verò frigidũ: multa iã inter se agent & patient. Erit ergo simul vniuersum, & agens & patibile. Quare id etiam quod mouet naturaliter, est mobile. Quidqd enim est eiusmodi, mouet, cùm ipsum quoq; moueatur.

IX Cùm dixisset motum esse actum eius quod est potentia, quatenus tale est, rectè adijcit id quod sequtur id quod dicitur. Quoniã enim naturalia et potestate sunt & actu, etiamsi non eadem ratione, sed alia & alia: potentia quidem, verbi gratia, frigidum, actu verò calidum: vel si ẽt eadem ratione, & potentia & actu, vtpote in vtroq; calidum: sed nõ simul. sed nunc quidem potestate, rursus autem actu, vel contrà: Quoniam ergo ita se habent naturalia, propterea non mouentur solum, quemadmodũ materia: neq; solum mouent, sicut incorporea: sed mouẽtur quidem, quatenus sunt potẽtia: & mouẽt, quatenus sunt actu. Habent ergo hunc etiam, vt dixi, vsum ea quæ dicta sunt, quæ dicunt causam cur non solùm moueanť, sed etiam moueant naturalia. Porrò autẽ pulchrè soluit ẽt quandam dubitationem quæ se offert aduersus definitionem motus. Dubitatio autem in prima figura sic proce-

Naturalia et mouentur & mouent.

A dit. Quædam quæ mouentur, ipsa quoq; mouẽt. Quęcunq; mouent, actu sunt non potentia. Quædã ergo quę mouenť, actu sunt non potentia. Quare non videtur omnis motus esse actus eius quod potentia est, quatenus tale est. Soluitur autem hæc dubitatio, propterea ꝙ quidquid mouetur, moueatur et patiatur, quatenus est potentia, mouere autem & agere, quatenus est actu. aliud est enim esse potẽtia, & aliud esse actu. quocirca etiam aliud est qui est in vtroq; actus, siquidem non solùm agere, sed etiam pati actus seu opatio dicitur. etenim motum esse volẽs in eo quod mouetur, eum dicit esse actũ eius quod est mobile, quatenus est tale. Quòd autem patiatur quidem id quod est potentia, quatenus est potentia, & moueatur, clarum est ex eo ꝙ non sit ad idem vtriusq; operatio. sed eius quidem quod est potẽtia, non ad id quod est, sed ad id quod vt sit, natura aptũ est. Frigidum enim calesit, quia non est calidũ, sed frigidum, natura aũt aptum est vt calefiat: Calidum autẽ calefacit quatenus actu est,

B sed non quatenus nondum quidem est, vt fiat autem natura aptum est, sicut id quod patitur. quatenus enim natura aptum est operans, refrigeratur, non autem calefacit. quare quæcunq; mota mouent, propterea ꝙ sint quidem potentia, mouẽtur, propterea verò ꝙ actu sint, mouent. quod est enim frigidum, calesit quidem vt potẽtia, at contrà refrigerat vt actu. Et siquidem nõ esset id quod est potentia, sed actu solùm, nõ moueretur, neq; mutaretur in aliud, sed maneret in eo quod esset: nõ enim aptum esset natura ad hoc vt esset aliud: solùm autem ageret & operaretur ex eo quod esset, non autem pateretur: Si autem solùm esset aliquid potentia, & non haberet aliquid actu, non ageret, nec operareť aliquid, nec moueret. non enim haberet aliquid ex quo esset facturũ: imo verò ne omnino quidem esset. quod enim est, vnumquodq; actu est. quocirca nonnulli materiam ne esse quidem existimant, quoniam videtur solùm pati, & nõ agere nec operari: quod aũt non agit, ne actu quidem aliquid est, quan-

C doquidẽ agere necesse est. Hos habet ergo, vt dixi, vsus dictum quod est propositum. Num autem vult adijcere definitioni motus. Quoniam enim actus eius quod est potentia definitus est motus, ne qs existimaret id solùm quod est potentia esse tale, adijciet hoc paulopost, nempe, Quod actu est aliquid aliud, & aliud potẽtia, cùm ex eo quod est potentia vel ipsum agit, vel ab alio agitur, talis actus est motus. Iure ergo prius sumit, ꝙ naturalia in quibus est motus, sunt & potentia & actu, & agũt & patiuntur. Rectè autem dixit nonnulla eadem esse potestate & actu. non sunt enim omnia huiusmodi. Quæ sunt enim intelligẽtia & diuina, potẽtia nihil habẽt, quoniam essentia actu sunt, vt ipse dicit. Cœlestia autem corpora, etsi sint corpora, in substantia quidẽ non habent id quod est potentia, vt quæ sint ab ortu & interitu separata: sed per motum localem: non ꝙ ex immobilitate cõmutẽtur in motum, sed ꝙ non omnes simul vbiq; sint partes, sed alia alibi, habẽt ipsa quoq; id quod est potẽtia. Fortasse

D autem etiam ex diuersis inter se relationibus, habitudinibus, & contẽperaturis sustinent quandam alterationem, & patiuntur ex aliquo quod eis inest potẽtia. Alia enim est eis affectio ex coniunctione: & alia ex triangulari, vel hexagonali, vel ex quadrato statu, seu aspectu: & alia ex distantia, quæ nullam eis figurã inter se exhibet, vt ostendunt diuersi earum differentiarũ effectus. Sed etsi ea mota ab ijs quæ primò mouẽt causis, mouẽt ea quæ sunt sub Luna, non tñ vicissim moueuť ab illis. Et in hoc differũt ab ijs quę sunt sub Luna. ea.n. mouẽtia, à motis vicissim mouẽtur, qm̃ constant ex ijsdẽ elemẽtis, & ex eadẽ materia, quæ natura similiter apta est ad opposita. Patiť itaq; vnumquodq; ex materia, ex qua habet id quod est potẽtia: Agit autem ex forma ex qua actu est id quod est. quę enim calefaciunt, vicissim refrigerantur. & quæ refrigerant, vicissim calefiunt. Fortasse autẽ etiam cœlestia eodem inter se modo afficiunť, vt quæ inter se agant, & à se

inuicem

Diuina essentia actu sunt, nec habẽt aliquid potentia.

Cœlestia in motu, etiam habent id qd est potentia.

Cœlestia in quo differãt ab iis q̃ sunt sub luna.

Mobile qd sit proprie.

inuicem patiantur. Id autẽ quod est mobile, Alexander dicit cõmunius dici de cœlestibus, quoniã id propriè est mobile, quod potest moueri & nõ moueri. Cùm ergo dicit, QVARE id etiam quod mouet naturaliter, non dicit de quolibet naturali. naturale enim est etiam cœleste. sed neq; id vicissim mouetur ab eo quod mouetur, neq; est mobile, nisi forte id vtique ita se habet aduersus ea quæ sunt eiusdem ordinis. Nam cùm ex alia & alia affectione, & aliàs alio motu, vicissim patiatur & vicissim moueatur: est etiam scilicet mobile, non tamen vt quod possit moueri & non moueri, sed vt quod aptũ sit natura ad aliqua quæ nondum patitur. Luna enim quæ coit cũ Sole, nondum eam patitur affectionem quę ei euenit in diametro, quãuis quidem certè passura, & mouenda ex ea affectione. quare est etiam ex eo mobilis.

Videtur itaq; aliquibus quidquid mouetur moueri. Verumenimuerò de ijs quidem quomodo se habeant, planum fiet ex alijs. Est enim aliquid mouens etiam immobile.

X Cùm dixisset esse nonnulla & potẽtia & actu, & ideo ea quæ mouentur ex eo quod est potẽtia, mouere etiam ex eo quod est actu, nec tamen quæcunq; sunt esse eiusmodi, sed esse quædã quæ actu solùm sunt & non potentia, quæ videlicet solùm mouent, & non mouentur: meritò subiunxit nonnullis videri non esse aliquid quod mouet immobile, sed quidquid mouetur moueri, cuius quidem ipse in fine huius operis ostẽdet contrariũ. in quem locum huius rei quæstionem reiecit. In hac autẽ sunt sententia, & ex antiquis Physicis, ij qui corporeum vel vnũ vel plura principia posuere: & ex recentibus Stoici. ex principiorum enim discretione vel concretione vel alteratione, ea quæ fiunt dicebant fieri veteres. Alexander verò dicit esse sentẽtiam Platonis. Et q; vnum quidem, & bonum, & primam, vt in summa dicã, causam, vt quę sit expetenda, omnia ad se mouentem, Plato dicat immobilẽ, apertè ostendunt quæ dicuntur in prima positione Parmenidis. postquam enim vnumquẽq; motum ab eo sustulit, subiungit. » Quolibet ergo motu vnum est immobile. Porrò autem ipse quoq; Alexander fatetur Platonem dicere ideas ĩmobiles. Vnde etiam existimat se demonstrare confusionem eorum quæ dicuntur à Platone. Si enim intelligere seu mẽte percipere est moueri, vt volunt Platonici: intelligi seu mente percipi est mouere. Si ergo mente seu intelligentia percipiuntur ideæ: eæ mouent. Si ergo quidquid mouet etiam mouetur: mouebuntur ideæ. atqui eas ponunt immobiles. Sed q; intelligere seu mẽte percipere dicatur moueri in nulla specie motuum naturalium, sed ex eo quod est agere seu operari, quod suo quoq; testimonio menti tribuit Aristoteles, dicens eam esse actum substantia, nemo est quẽ lateat. Plato enim in Timæo vniuersum quod est dicit semper similiter & eodem modo se habere. nihil autem eorum quæ vel in substãtia, vel in quantitate, vel in qualitate, vel in loco mouentur, semper similiter & eodem modo se possunt habere. Quamobrem etiam cùm dicit in legibus, eodem modo & similiter & circa eadem & ad eadẽ & vna ratione & vno ordine circum moueri mentem, & motu sphæræ qui fertur in vno, & motui torni est assimilatus: non transeuntem motum menti tribuit, nec in toto, nec in partibus, sed motum agentem seu operantem. qui omnino dicitur motus ex vitali excitatione ab eo quod est esse ad operandum. Quare motibus naturalibus immobilem esse mẽtem, à Platone didicit Aristoteles. Sed si quod dicit Aristoteles dirigitur aduersus Platonẽ, videtur respexisse ad eius opinionem de aïa. Plato. n. existimans corpora quæ ab alio mouentur, sicut etiam Aristoteles, dicit ea proxime moueri ab anima per se mobili. Et q; ab anima quidem proximè moueantur etiam cœlestia omnia, fatetur Aristoteles, ea apertè dicẽs animata in secundo de cœlo. vbi cum de astris in quibusdã dubitasset aliq;

Immobile esse aliqd qd mouet.

Primam causam Plato dicit immobilem.

Intelligere nõ dici moueri vllo motu naturali.

Motus non transiens mẽti tribuitur à Platone.

Moueri animã quomodo dicat Plato, imobilẽ autẽ Aristoteles.

E soluturus dubitationem, Nos, inquit, ea tanquàm corpora & vnitates, quæ ordinem quidem habent, sunt autem omnino inanima, cogitamus. actionem autem & vitam ea participare existimandum est. Dicit autem ea cũ toto cœlo moueri, vt quæ sint in eo alligata. Cùm autẽ vnà cum animatione vitam norit Aristoteles, viuentia nouit animalia. Sed Aristoteles quidem animam dicit esse immobilem, naturales omnes ab ea tollens motus. Plato autem eam demonstrat per se mobilem, vt quæ à seipsa quidem moueatur, moueat autem corpora suisipsius motibus, qui non sunt quidem naturales, sed transeuntes animæ operationes, & ideo mouentur. Quòd enim Plato non dicat animam moueri motu naturali, audi quæ in decimo de legibus dicta sunt. Ducit quidem anima quæcunq; sunt in cœlo suisipsius motibus, quibus sunt nomina, velle, curam gerere, considerare, consultare, rectè vel falsò opinari. Quare est etiam anima immobilis illo motu, quo mouet. & Aristoteles sequẽs Platonem, id quod F primum mouet dicit esse immobile, animã quidem, vt immobilem eo motu quo mouet: mẽtem autem, vt quæ etiam per operationes minimè trãsire possit. Quoniam enim ante id quod ab alio mouetur, oportet id quod est per se mobile, esse propinquam causam eius quod mouetur ab alio, ante id aũt quod quomodocunq; mouetur, id quod neq; ab alio, neq; à seipso: id quod est immobile, etiam ei quod est per se mobile causa est vt sit & moueatur. quoniam id quod est per se mobile, cùm duplicitatẽ in se habeat, & vnà agere & pati præseferat, nequaq̃ satis est ad rationem principij. Siue anima est id quod primum mouet, ostẽditur ipsam quoq; esse immobilem in omni motu quo mouet: siue mens, ea in quouis trãseunte motu est immobilis. Et in his nulla est differentia inter Aristotelem & Platonem pręter nomen per se mobilis. quoniam Plato quidem vocat animam per se mobilem: Aristoteles autem animal quidem mouere per animam, quæ est immobilis eo motu, quo mouet, moueri verò p corpus. G Et est hoc quidẽ Aristoteli cõsentaneum, qui non alium censet nominandum esse motum præterq; rerum naturalium. Vnde nec transeuntes animę operationes vult motus appellari. cũ Plato quidem primam dicat motus speciem, vt ab infinitis inceptam, errorẽ & perturbationem agitatæ & concussæ generationis in prima euidenti formarum ostensione: secundam autem naturalium: tertium autem transitum animæ operationum: quartam verò, mentis id quidem quod transire non potest, ab eo autem quod est esse, excitat ad operationem.

Motus species apud Platonem.

Eius autẽ quod est potentia actus, cùm, cùm sit actu, operatur vel ipsum vel aliud, quatenus est mobile, est motus. IX

Cùm per ea quæ prædicta sunt soluisset obiectionem, quæ fiebat aduersus primam motus definitionem, & nobis præterea in mentem reuocasset, naturalia non esse solùm potentia, sed etiam actu: perfectiorem tradit defini- XI H tionem, adijciens id quod est potẽtia, cuius est actus motus, non solùm esse potentia, sed omnino etiam esse actu aliquid, siquidem est aliqua eorum quæ sunt natura definita. Motus autem est eius actus, nõ quatenus est actus. ea enim ratione quiescit, & potius mouet, nõ autem mouetur aut mutatur. Duobus autẽ modis legitur id quod hic scribitur. vt legit quidem Aspasius, & Themistius, & multa exemplaria, hoc modo, QVI est autẽ eius quod est potentia, cùm cũ actu sit operatur, non quatenus ipsum, sed quatenus est mobile, est motus.} vt Alexander autem & Porphyrius, hoc modo, QVI est aũt eius quod est potẽtia, cùm, cùm sit actu aliquid opatur, vel ipsum, vel aliud, quatenus est mobile, est motus.} Aspasij autẽ lectionem nouit etiam Alexander. sed hæc ei magis placet, vt quæ adijciat etiam aliquam motus differentiam. Illud enim, VEL ipsum, vel aliud} adiectũ, significat aliquem quidem motum, ex seipso esse actum, ex eo quod est potentia,

Id quod est potentia est actu aliquid.

est potentia, vt augmentum & diminutionē quæ est intrinsecus: & naturalem motum qui est per locū: & transitum animantiū qui fit ex appetitione & impulsione: Ab alio autem, vt quæ vi mouentur, & omnia quæ ex arte fiunt. Et est illud quidem facere, hoc verò fieri. In vtrisq; autem cōmune est illud, actus qui est ex eo quod est potentia, qui nihilo magis est affectio seu passio quàm operatio. Aduertēdum est autem num violentus, & qui est ex arte motus, non sit motus naturalis. nūc autem agitur de naturali, cuius est natura principium. Violētus enim motus, vt glebæ, quæ sursum iacitur, non fit ex eo quod est potentia, & ex eo quod natura aptum est: non esset. n. violentus: nisi forte etiam ad id quod vi fit est aliquid potentia, & quod aptum sit natura. neq; enim potest quidlibet vi agere in quidlibet. Num autem quæ ex seipsis mouentur, non solùmodo mouentur, sed cùm sint duplicia, in seipsis quidem habent hoc q̄d mouet, illud verò quod mouetur. Quemadmodum in animalium motu ex appetitione transmittente apertè cernitur, mouens quidē anima, licet sit immobilis: corpus autem quod mouetur. Ita etiam id quod augetur, & quod per locū mutatur, aliud quidem habet quod auget & transfert, siue augētem naturam & per locum mouētem, siue etiam aliquid aliud, quod naturam auget & transmouet: siquidem ipsa etiam mouetur non à seipsa. Si hæc autem locum habeāt, omnino quidquid mouetur, ex alio mouetur, & non ex seipso: & maximè ex eorum opinione, qui nolūt id quod est per se mobile in vno & eodem considerare, sed diuidunt in id quod mouet & quod mouetur. Est autem Aspasij scriptura fortasse tutior. Si autē habet etiam rationem aliquam adiectio quæ facta est ab Alexādro, illud EX se ipso, } non tanq̄ in vno audiendum est, sed vt quod mouentem causam in se habeat; etiamsi est aliud præter id quod mouetur, vt anima, & natura. Hoc autem euidenter distinguitur ab eo quod est ab alio, & extrinsecus, vt cernitur in ijs quæ vi & artificiosè mouentur. Nū autem etiam illud, EX alio } in ijs magis conuenit quæ extrinsecus quidem mouentur, sed naturaliter. quemadmodum ex feruente & ignita aqua fit aer & ignis: & in ijs quæ alterantur. Nescio autem cur existimat Alexāder ea quæ deinceps sequunt̄ huic magis conuenire scripturę quam alij. Nusquā enim existimo illud, Ex seipso, apparere in exemplis quæ sunt artificialia, etiamsi sanitas & morbus habet aliquid naturale.

Violētus & ex arte motus nō sit naturalis.

Mot^9 ex appetitiōe trāsmittēs num sit naturalis.

Dico autem illud, quatenus, hoc modo. Est enim æs potestate statua. sed tamen non æris actus, quatenus est ęs: est motus. Non est enim idem esse æs, & aliqua potentia mobile. Nam si idē esset absolutè & ex ratione: esset æris actus, quatenus est ęs, motus. non est autem idem, si-

X cut dictum est. Manifestum est autem in contrarijs. posse enim sanum esse, & posse laborare est aliud. Nam si laborare idem esset & sanum esse, subiectum autem & id quod sanum est, & id quod ægrotat: siue id sit humor, siue sanguis, vnum & idem. quoniam aūt non idem, quemadmodum neq; color idem est & aspectabile: eius quod potest, quatenus potest, actum, motum esse clarum est.

XII Et quod id quod mouet, ex eo quod est in ipso potentia mouetur: & quod aliquid etiā actu est in eo quod mouetur, & non ex ipso mouetur quod mouetur, aptè ostendit per exempla: simul etiam ostendens q̄ etiamsi subiecto idē sit, & q̄ ex aliquo actu est, & q̄ ex aliquo alio potentia, ea tamen sunt alia ratione, & non eadem. Et illud quidem, SI idem esset absolutè, } dixit pro eo quod est, OMNINO, vt non solùm idem sit subiecto, sed etiam ra-

A tione. Si autem, inquit, ita haberet, euidens quid absurdum sequeretur ei, qui dicit actum eius quod actu est ex eo quod est potentia, esse motū: q̄ scilicet eius quod actu est actus, ex eo quod actu est, sit motus, siquidem ratione idem esset id quod actu est & quod potentia. Absurdum autem est, q̄a quod actu est, quatenus actu est, habet immutabiles proprias operationes. Æs enim si aliq̄d agit vt æs, non tamen quàtenus est aliquid aliud potētia, immutabiliter est & immobiliter. Videtur autem per eius, quod ante præcedit sublationem, tollere quod sequitur, nempe per hoc, NON est autem idem, vt dictū est } Non tamen hoc sic collegit, sed tanq̄ quod id sequeretur, æris actum, quatenus est æs, esse motum. Quòd autem non idem sit ratione id quod actu est & id quod potestate, id in cōtrarijs ostēdit potestatibus. Quod actu est, & quod est contrarijs subiectum potestatibus, quemadmodum corpus, q̄ possit sanum esse & possit ægrotare, idem est & non aliud. Potestates, vtpote posse esse sanum, & pos-

Id q̄d actu est & id q̄d potestate, ratione differunt.

B se ægrotare, nō sunt eædem, sed aliæ. Quod ergo actu est nō est idem cū ijs quę sunt in ipso potestatibus, sed aliud. Omnia enim sunt eadem vel alia. In secunda autem figura procedit syllogismus. Illud autē, NON est autem idem, sicut dictum est } ea quæ prius de eo dicta sunt reuocat in memoriam: Dixit autem. Quoniam aūt nonnulla eorum & potētia & actu sunt, non tamē simul, vel non eadem ratione. Per illud autē, NON est enim idem æs esse, & aliqua potentia mobile, } ostendit esse alias potestates eius quod est laborare & sanum esse, ex eo quòd sint aliæ operationes. Cùm enim potestate assumpsisset, q̄ vt se habent quæ sunt actu opposita, quod ad diuersitatem attinet & ad identitatem, ita etiam se habēt quę sunt potentia, sic hypotheticè ratiocinatur in modo secundo, conuertens cum oppositione. Si quæ sunt potentia, non sunt alia, sed eadem: etiā quę sunt actu, erunt eadem. quod quidem est absurdum. quæ enim sunt actu, apertè sunt alia. quare etiam quæ sunt potentia. Et ea quidē quę

τιρότωτις.

C sunt potentia, sunt causæ actuum, vt quę prius consistāt. oportet enim prius aptum esse natura, & sic opari. Iis autē quæ sunt potentia manifestiora sunt ea quæ actu sunt. quocirca illa ex ijs ostendit, dicens, ETENIM laborare & sanum esse idem esset. } Si enim idem est posse, idem est etiam quod actu est. quod quidem videtur manifestè absurdum. Si ergo aliæ quidē sunt potestates, subiectum autem idem est quod potestates: nō fuerit quod actu est idē cum potestatibus, quod quidem institutū erat ostendere. Illud aūt, SIVE est humor, siue sanguis subiectū, } quod quidem est id quod est sanum, & id quod ægrotat, dixit, quoniam nūc non est propositum quęrere, in quonam sit primò sanum esse & ægrotare, vt nonnulli quęrebant, num in humiditate & in humoribus absolutè: an in sanguine, vt qui etiam habeat alios humores: an in spiritu, vt multi ex veteribus medicis: an in solidis: an in symmetria primarum qualitatum. De eo enim multæ fuere sententiæ, cùm alij quidem ad propinquiora tāquam ad

Sanitas i q̄nā consistat.

D prima se applicarēt, alij verò ad media, alij autem etiam vsq; ad ea quæ propriè prima sunt conscēdissent: vt Hippocrates, & qui ab eo descenderūt, qui ad primas primorum elementorum qualitates recurrerunt. Est ergo syllogismus, quo vtitur, ostendens aliud esse subiectum, & aliud id quod est potentia, categoricus in secūda figura, huiusmodi, in contrarijs euidenter ratiocinans. Subiectum contrarijs potentia, vnū est, & non aliud. Quę possunt, sunt inter se alia, siquidem ea etiam quæ actu sunt. Subiectum ergo & quod actu est, non est idem cū ijs quę possunt. Si verò non est idem: aliud. quidquid enim non est idem, est aliud. Porrò autem licet hypotheticè hoc modo colligere. Si contrariorū potentia quæ sunt in vno subiecto, vtrunq; subiecto idem est: ea inter se quoq; fuerint eadem. quæ enim eidem sunt eadē, ea inter se quoq; sunt eadem. Si autem est absurdum cōtraria esse eadem: est etiam antecedens absurdū, idem ęsse subiecto vtrūq; contrariorum.

Aliud est subiectum, & aliud id quod est potestate.

contrariorum. Quòd autem ratione non idẽ sit id quod est potentia, & id quod potest, ostendit per exemplũ coloris, & eius quod est aspectabile. eorum enim vnũ quidem est subiectum, diuersæ verò rationes. aliud enim est quod in ipso actu est, color scilicet: & aliud quod potestate, nempe aspectabile. Et est color quidẽ, id quod est prȩditum potestate mouendi id quod est actu perspicuum, per quod videntur colores: vel finis eius quod est perspicuum, quatenus est perspicuum, vt ipse definijt. terminatus enim visus colori perspicuum applicat. Aspectabile autem est id quod potest aspici. id autem accidit colori. non est autem accidens idem cum eo cui accidit. Quocirca qui colorem definiunt proprium visus sensile, ij eũ definiunt ab accidente. non est enim hæc coloris substãtia, sed eius quod est aspectabile quod colori accidit. Quòd autem non idem sit aspectabile esse, & esse colorem, vel ex hoc clarum est, ꝙ aspectabile qdem etsi sit color, non sumitur tamẽ quatenus est color, sed quatenus potest videri. Color autem, non quatenus est color potentia: id. n. nondum est color: sed quatenus est actu. Sed neq; quatenus videtur, habet color id quod actu est. Album enim æquè sua natura est album, siue videatur, siue non. Prȩterea autem aspectabile refertur ad aliqd: refertur enim ad id quod potest aspici: Color verò non refertur ad aliquid, sed est per se. Non est ergo aspectabilis color, quatenus est color: sed est eius proprium aspectabile: non tamen definitio. Similiter autem peccant, & qui vocem proprium auditus sensile definiunt. est enim hȩc definitio eius quod audiri potest, quod voci accidit. neq; enim ea sola est eiusmodi, vt audiri possit, siquidem etiam sonus qui est alius à voce, potest audiri. Quinetiã qui ictũ aerem definiunt esse vocem, vt Diogenes Babylonius, peccãt. Sic enim corpus erit vox, siquidem sit in genere, aere. & id quod affectum est, nempe ictum aerem, pro affectione, quæ quidem est percussio, tradũt. Et præterea, siquidem vox est ex percussione, non autem ex eo quod percutitur. Vox est autem, vt ait Alexãder, voluntariè & ex instituto facta, aeris qui expiratur pcussio, per voces instrumentarias. Num autem non percussio, sed sonus qui fit ex percussiõe? Si hȩc ergo ita sunt: nõ idem est esse æs, & statuam potentia, sed est vnum quidẽ subiectum, diuersæ autem sunt rationes. Quare rectè est definitus, eius quod potest moueri, quatenus potest moueri actus, esse motus. nec nobis deinceps negotium facesset obiectio, quæ fit ex eo ꝙ nonnulla eorum quæ mouẽtur, siquidem etiam mouere videantur, actu sint. ostensum enim est ꝙ etiamsi subiecto idem sint, id quod est potentia & id quod actu est, motum fieri ex eo quod est potentia. Meritò ergo additur illud, QVATENVS.

Coloris definitio a fine.

Coloris definitio ab accidente.

Vocis definitio ab accidente.

Vocis vera definitio.

XI Quod ergo hic sit, & ꝙ contingat tunc moueri, cũ hic fuerit actus, & nec prius, nec posterius, clarum est. Contingit enim vnumquodq; aliquando quidem agere, aliquando verò non. quemadmodum, quod est ædificabile, quatenus ædificabile, & eius qđ est ædificabile actus, quatenus est ædificabile, est ædificatio. Aut. n. hoc est ædificatio, eius qđ est ædificabile actus, vel domus. Sed cùm fuerit domus, non erit amplius ȩdificabile. Aedificatur autem id quod est ædificabile. Aedificationẽ ergo necesse est actũ esse. Aedificatio autẽ est quidã motus. Atqui eadem conueniet ratio etiam in alijs motibus.

XII Postquam dixit eius quod potentia est actum esse motum, quoniam videtur id quod est potẽtia, in sola imperfecta considerari aptitudine, eorum autem quæ sunt perfecta actum esse: instituit ostẽdere ꝙ sit in eo quod est potẽtia ȩdificabile, & ꝙ eius sit actus, & ꝙ nõ sit vllus alius nisi ædificatio, & ꝙ ædificatio sit motus. Anteq̃ autem

E explicemus has demonstrationes, tantum rursus præfandum est ꝙ eius quod est potentia actus, passio sit potius quàm actus. Eum autem dicit actum, quoniam ex ea ab eo quod agit agitur, & ab eo quod mouet mouetur: & ꝙ via sit ad id quod actu est: & ꝙ cùm prius cesset, & in sola sit aptitudine, mouetur ad id quod actu est. Fortasse autem etiam ꝙ motus naturales, cùm insint, idẽ quodammodo habẽt id quod mouet & id quod mouetur. & ideo eiusmodi passio seu affectio videtur esse quodãmodo agẽs. prima enim patiens natura corpus afficit. Et ꝙ sit talis quidem actio in eo quod est potentia, per hoc ostendit, Contingit enim vnumquodq; aliquando quidem agere, aliquando verò non, quemadmodum ædificabile. Et ꝙ dicat vnumquodq; eorũ quæ sunt mobilia, & in quibus est id quod est potentia, clarum est. In ijs. n. quæ semper mouentur, non est hoc, vt nempe ꝙ aliquando quidem agant seu moueantur, aliquando verò non. semp enim mouentur, etsi alias alio motu. Quòd autem sit necessa-

Actus eius quod est potentia, est passio.

F rium id quod est potentia, si non frustra sit potentia: in id quod actu est aliquando mutari, id quoq; clarum est, & ꝙ ita sit habere necessarium. Cur ergo dixit contingere? Nam ꝙ multa eorum quæ sunt potentia, antequam in id quod actu est mutentur, & ex eo vel agant vel agantur, pereunt. Multi enim antequam dentes barbam ue pduxerint, aut genuerint, interierunt, cùm ea quidem haberent potestate, ex eo autẽ quod est potestate minimè sint operati. Fortasse autem etiam ꝙ ea quæ sunt propriè potestate, quæ quidem sunt ea quæ sunt in generatione & interitu, etiam cum operantur ex eo quod est potestate, operantur contingenter & non necessariò: ad institutam tamen sufficit orationem, etiamsi nõ omnia quæ sunt potestate, sed aliqua mutantur in id quod actu est. in his. n. apparebit motus. Sic ergo id etiam quod est ædificabile, quod quidem est potentia, aliquando quidem operatur, vt quod est ædificabile, cùm ædificatur, aliquando verò non. vt si solũmodo iaceant lapides, & lutum, necdũ mo-

Id quod est potentia, mutatur aliquando in id quod actu est.

Id quod est potẽtia agere contingit.

G ueantur ab ædificatore. Quisnam autem sit actus in eo quod est ædificabile, dicit, nempe ꝙ eius quod est ædificabile actus, quatenus est ædificabile, est ædificatio. Porrò autem ꝙ is sit, ostendit ex diuisione. Aut enim idẽ est id quod est potentia, antequã mutetur, quod eius actus, quemadmodum lapides & lutũ actus ex eo quod est eorum potentia, quod quidem est absurdum: illa enim erãt etiam anteq; actu essent: & in summa alia sunt quæ sunt potẽtia, & alia eorum operatio: Aut id quod actu est, est eorum actus: vt domus. sed hoc quoq; nequit fieri. Hoc autem sic potestate ostendit. Eius quod est ædificabile actus, est manẽte eo quod est ȩdificabile. Eius ergo quod est ædificabile actus non est actu domus. Si ergo neq; antequã ædificetur est actus eius quod est ædificabile, neq; postquam est ædificatum: ædificatur autem id quod est ædificabile, inter id quod est potentia, & id quod actu est: eius scilicet quod est ædificabile actus, est in ædificando. Eius autem quod est ædificabile in ædificando actus,

H est ædificatio. Quòd autem motus sit ȩdificatio, quemadmodum ambulatio & lectio, clarum est. Demonstrata est itaq; vnaquæq; assumpta propositio. & rectè collectum est in eo quod est ædificabile, ꝙ eius quod est ædificabile actus, quatenus est ædificabile, sit motus: etiamsi conclusionẽ vt apertã prætermiserit Aristoteles. Cùm autem in vno, nempe in eo quod est ædificabile & ædificatione, demonstrasset motum esse actum eius quod est potẽtia, manentis potẽtia, meritò subiunxit eandẽ quoque quadraturam esse rationem etiam in alijs motibus. Neq; enim id qđ est ædificabile, & ædificatio, habet aliquid qđ discrepet ab alijs quȩ sunt potentia, & eorũ operationibus. Omnis itaque motus est actus eius quod est mobile, quatenus est mobile. Notat autem Alexãder hanc dictionem non haberi in nonnullis exemplaribus: fortasse, inquit, ꝙ nonnulli eam renuerint propter obscuritatem: & ꝙ per eam dicãtur quæ prius dici debuerant.

Sed

Sed quod non adeò quidem euidenter prius ostensa fuerāt, quæ assumpta erāt in motus definitione, clarū est. Quòd autem si quæ sunt obscura deleuerimus, multa delebuntur quæ sunt Aristotelis, id quoque est clarius. Sciendum est autem & Themistium & Porphyrium hunc locum interpretantes, hoc quoque exposuisse. Iā verò sciendum est Platonem quidem dicere omnem actū esse motum, ex excitatione à substantia considerātem eius quod agit actum: Aristoteles autem, & eius amici, motum quidem actum esse dicunt, sed non omnem actum motum: non enim etiam perfectum. imperfectorū enim esse, quatenus est imperfectus. quoniam eorum quæ sunt potentia, & eorum quæ nondum sunt sed futura sunt est motus. & est scilicet in solo nomine differentia, eorum quidem qui solùm mutandi actum motum appellādum esse censent: eorum verò, qui omnem eam quæ fit à substantia extensionem.

Omnē actū esse motū dicebat Plato.

XII Quòd autem rectè dictum sit, clarum est & ex ijs, quæ alij de eo dicunt, & ex eo quòd non sit facile eum aliter definire. neque enim motum & mutationem potuerit quis ponere in alio genere. nec qui aliter de eo dixerunt, rectè faciūt. Clarum est autem ijs qui considerant, quemadmodum nonnulli eum ponūt, diuersitatem & inæqualitatem, & id quod non est, motum esse dicentes. Quorum nihil necesse est moueri, neque si sint alia, nec si inæqualia, neque si non sint.

XIII Sed neque mutatio nec in ea est, nec ex ijs est potius quàm ex oppositis. Causa autem est quòd ij eum in his ponant, quòd indefinitum quid videatur esse motus. alterius autem coniugationis principia, quoniam sint priuantia, indefinita: neque hoc, neque tale est vllū ex ijs. quoniam

XIIII neque aliorum prædicamentorum. Quòd autem videatur esse motus indefinitus causa est. quòd neque in potestate eorum quæ sunt, neque in actu possit is poni absolutè. neque enim quod potest esse quantum, necessariò mouetur,

XV neque quod actu est quantum. Et motus videtur quidem esse quidam actus, sed imperfectus. Causa autem est, quòd est imperfectum id quod potest, cuius actus est motus: & ideo difficile est sumere quidnam id sit. Aut enim in priuatione sit necesse est, aut in potestate, aut in solo actu. horum autem nihil videtur contingere. Restat ergo motum qui dictus est, esse quidem actum quēdam, sed talem actum qualem diximus, qui visu quidem est difficilis, eum tamen esse contingit.

XIIII Cùm suam dixisset sententiam, transijt etiam ad eorum qui ante ipsum fuerunt de motu sententias, illas considerans. Et Alexander quidem etiam ex ijs quæ hic dicuntur, nescio quomodo alia interpretatur, & hoc etiam quod in principio dicitur, QVOD autem rectè dictum sit clarū est & ex ijs quæ alij de eo dicunt} & illud, NEQVE enim motū potuerit quis ponere in alio genere.} Probatur enim, inquit, ex opinione veterum, qui quidem extra talem actum motum ponentes, nihil de eo rectè dixerunt. Num autem potest accipi æquius, quòd crassiorem quidem eorum quæ ab antiquis dicta sunt refellat acceptionem: & ex illorum etiam sententia ostendat se motum rectè definijsse. Eum enim in inæqualitate & di-

Motum esse quid indefinitū ex sententia veterum.

A uersitate, & in eo quod nòn est reponunt, quoniam quid indefinitū videtur esse motus. Cùm enim duæ sint coniugationes apud Pythagoricos, in quarum altera est motus, quæ habet priuantia & indefinita principia, in quibus est & diuersitas, & inæqualitas, & id quod non est: decem enim oppositiones sumptæ sunt, vt principia: meritò illis quoque videtur motus esse quid indefinitū quemadmodum & nobis: præterquam quòd illis quidem videatur esse situs in priuante: & indefinita coniugatione, propter oppositionem quæ fit aduersus terminationem status: nobis autē propterea quòd videatur fieri non posse vt ponat, neque in eo quod est potentia, neque in eo quod actu est. Quòd enim solùm est potentia, nondum mouetur. & quod actu est non mouetur amplius. Si ergo neque quod est potētia, neque quod actu est, & neque id quod maximè esse videtur, nempe actus, id est: imperfectus enim actus est motus, quoniam imperfectum est id quod potest, cuius actus est motus: meritò indefinitus videtur esse motus.

B Priuantia autem, alterius contrariorum coniugationis dixit esse principia, decem scilicet quæ describunt. quoniam ex eius sententia principia contrariorum sunt forma & priuatio. Et quæ in meliori quidem sunt ordine decem principia sunt sub forma, Quæ in deteriori autem, sub priuatione. Fortasse autem illi etiam ante ipsum vnum quidem dixere formale, alterum verò negans. Decem autem coniugationes Aristoteles ipse sic alibi refert.

I	Bonum.	Malum.
II	Finis.	Infinitum.
III	Impar.	Par.
IIII	Vnum.	Multitudo.
V	Dexterum.	Sinistrum.
VI	Lux.	Tenebræ.
VII	Masculinum.	Fœmininum.
VIII	Quod quiescit.	Quod mouetur.
IX	Rectum.	Incuruum.
X	Quadratum.	Altera parte lōgius.

Decem Pythagoreorū principia instar formę et priuationis opposita.

C Et dicuntur alia ex ijs esse priuantia, non cùm vt formæ considerantur, sed cùm vt quæ ab eis exciderint. quocirca neque hoc sunt, neque tale. priuationes enim etsi sint in ijsdem prædicamentis, sunt tamen vt quæ minus consistant, Et ego quidem existimo hæc posse referri ad illud, QVOD autem rectè dictum sit, clarum est, & ex ijs quæ de eo dicunt alij} Alexander autem dicit eum nihil reddere quod sit huic consequens. Secundo autem quod dicit, ET ex eo quòd non sit facile eum aliter definire} dicit illud esse subiunctum: Neque enim motum & mutationem potuerit quis ponere in alio genere. Reprehendit autem dictionem, vt quæ sit obscura, & quæ non sibi cohæreat ac conueniat. quoniā ei quod proximè dictum est, non subiunxit illud, Neque aliquid eorum quæ de ipso dicta sunt, ab alijs rectè dicta fuere.

D Ei enim quod prędictum est, inquit, erat consequens illud quod subiungit, CLARVM est autem ijs qui considerant, quemadmodum nonnulli eum ponunt, diuersitatem, } vsque ad illud, QVI visu quidem est difficilis, eum tamen esse contingit. } Quinetiam alio modo quod dicitur accipiens, Melius est, inquit, illud, NEQVE enim motum & mutationem potuerit quis ponere in alio genere, } audire pro eo quod est, in alia natura. & ei fuerit illud cōsequēs, Clarum est autem ijs qui considerant, quemadmodum nonnulli eum ponunt diuersitatem. In multis autem dicit nec hanc quidē haberi dictionē, & ideo in eā nullum esse scriptum cōmentariū. Atque ipse quoque confusè, vt mihi quidē videtur, eam fuit cōmentatus. Multa autem dixit aduersus Platonem, quod diuersitas ab eo dicatur esse motus. Ex quibus hęc esse existimo magis principalia, & fortasse etiam omnia. ea.n. fusius deinceps versat & agitat,

Quod diuersitatem motum Plato dixerit, reprehendit Alexander Platonem autē defendit Simplicius.

Aut enim eam quæ est ad aliud diuersitatẽ, dicit esse motum: aut eam quæ est in vno, aut alterationem & mutationem. Sed neque alterum seu diuersum, quod ad aliud refertur, omnino mouetur. neque quod in seipso habet diuersitatem, vtpote caliditatem vel alborem. cùm neque quod potentia est omnino moueatur, neq; quidquid operatur. Si autem diuersitatem dicunt alterationem & mutationem, motum nihil aliud esse dicunt quàm motum. Porrò autem etiam id quod non est, Plato motum esse dicit in Sophista. Eo autem prętermisso quod à Platone apertè dicitur, ex syllogismo conatur ostendere. Quoniam enim ex ĳs quæ sunt dixit alia quidem moueri, alia verò stare, accepit eius quod est differentiam esse motum & statum. Si autem ea sunt differentiæ generis, genus autem non prædicatur de proprĳs differentĳs: ne id quidem quod est, de motu & statu prædicabitur. Si autem ita est: ne ea quidem sunt ea quæ sunt. Atq; clarum quidẽ est quòd etsi non ita vt in formis, sed tamen etiam in differẽtĳs insunt genera. Animal enim est id quod est ratione præditum & quod est expers rationis, etiamsi non vt animalia. Ita ergo & motus & status, si sint differentiæ generis, nequaquam fuerint extra id quod est. Apertè autem dicit Plato motum non esse id quod est, cùm dicit. Necesse est ergo id quod non est esse et in motu & in omnibus generibus. Dicit autem ipsum esse id quod non est, non ex eo quod nusquam & nullo modo est, quod etiam propriè caret nomine, sed ex diuersitate quæ inter ipsum intercedit & id quod est. Quod quidem dicit esse vnum ex generibus, dum ex proprietate terminata consideratur, non ex vniuersorum quę sunt comprehensione. Quemadmodum autem motum dicit esse id quod non est, ex diuersitate quæ ei intercedit cũ eo quod non est huiusmodi: ita etiam eum dicit esse id quod est, ex eius quod est participatione. Sic autem dicit. Apertè igitur motus est reuera id quod non est & id quod est, siquidem est eius quod est particeps. Cùm autem in hac sententia, quæ dicit motum esse id quod est, dixisset esse Pythagoricos, illos benignè defendit, dicens eos fortasse non adeò apertè ferri vt tanquam de eo qui planè & absolutè non esset, dicerent: sed quòd id quod mouetur nondum actu esset id ad quod mouetur, sed in imperfecto adhuc esset constitutus. hæc autem placẽt etiam Aristoteli de motu. Hæc autem, inquit, diuersitatem scilicet, & inæqualitatem, & id quod non est, siquidem tanquam motus causas dicebãt Plato & Pythagorici, quod fieri quidem poterat dicebãt, non dicebant autem quod satis esset tractationi de motu. neq; enim causa idem est quod eius cuius est causa effectus. Quinetiam ĳ qui dicebant esse id quod non est, etiamsi veri aliquid dicerẽt, aliquid tamen quod motui accideret tradiderunt, non autem quid sit motus definierunt. Et quòd inæqualitatem quidem vt causam Plato dixerit, planum fiet paulopost, vbi Platonis verba apposuerimus. Nunc autem tantùm sciendum est, quòd etiã Eudemus ante Alexandrum referens Platonis de motu sententiam, & ei contradicens, hæc scribit. Plato autem magnum & paruum & id quod non est & inæquale, & quæ sunt his similia & in idem recidunt, dicit esse motum. videtur autem absurdum hoc ipsum dicere esse motum. Si adsit enim motus, moueri videtur id in quo est. Si sit autem inęquale, quòd moueatur instare est ridiculum. Melius est autem ea, dicere esse causas, vt Archytas. Et paulopost. Quod autem est, inquit, indefinitũ, Pythagorici & Plato rectè ad motum transferunt. de eo enim nullus dixit alius. non est enim definitus. Quinetiam id quod est imperfectum, & id quod nõ est. fit enim. id autem quod fit, non est. Atque adeò id quod ab eis dicitur corrigit Aristoteles, vt qui dicerent diuersitatem: & inęqualitatem, & id quod non est, esse motum. Oporteret enim, inquit, quæ sunt diuersa, vel quæ inæqualia, vel quę non sunt statim etiam moueri, nũc autem nihil videtur moueri, quatenus est huiusmodi. Quæcunq; enim sunt, sunt inter se alia, & tamen non mouentur omnia: In eo autem quod non est, adhuc est absurdius, si mouetur id quod non est.

Siquis autem dicat quòd quæ mouentur, vel in hæc vel ex his mouentur, & propterea hæc videntur esse motus, talem præoccupans obiectionem, SED neq; mutatio est, inquit, neq; in hæc, neque ex his magis quàm ex oppositis, }& in opposita scilicet. nempe ex identitate & æqualitate, & eo quod est & in ea. Potest autem, inquit Alexander, illud nihilo magis ex diuersitate & in diuersitatem motum fieri, vel ex identitate & in identitatem, dictũ esse, quòd etsi maximè id quod mouetur, ex aliquo alio in aliud moueatur, ea tamen quæ mouentur, vtpote id quod albefit vel nigrefit, sunt eiusdẽ inter se generis, vt quæ ea sint quæ sunt qualitate prædita, & ea sunt ratione eadem. Similiter autem ea quoq; in quibus fit augmentum & diminutio, sunt ea quæ sunt quantitate prædita: & ita de alĳs. Cùm autem dixisset Alexander eos propter ea motum existimasse esse infinitum, quoniam in nullo ex definitis possent eum ponere: eorũ enim quæ sunt, & sunt definita, alia quidem sunt potentia, alia verò actu, in neutris autem eorũ est motus: Hæc ergo cùm vix æquo animo dixisset, ea rursus euertit, subiungens, Per hęc autem, inquit, vt dicebam, simul ostendit non facilè esse aliter de motu definire quàm ipse dixerit. Atqui per hæc significat quòd ĳ etiam qui dicunt indefinitum, in motu sibi eandem proponunt sententiam. Quin etiam causam eius quod est indefinitum, & difficultatis quæ est in afferenda eius definitione, pulchrè ostẽdit, aliquando quidem dicens neque esse id quod est potentia, neque id quod actu est, neq; actum perfectum: in quibus omnia quæ sunt comprehenduntur: aliquãdo autem necesse esse eam reducere ad priuationem, quoniam nõ videtur esse id quod actu est: Sed nec absolutè priuationẽ. Priuatio enim est formæ. Cuius autem formæ est priuatio motus? Si enim quietis, cur nõ potius quies est priuatio motus? Neq; potentia. Est enim immobilis potentia, & id quod est per se potentia. Sed neq; est perfectus & absolutus actus, sed imperfectus: quoniam eius quod est imperfectum potentia. & ideo difficile quidẽ est eum videre, quòd sit perfectorum cognitio. neq; tamẽ est eiusmodi vt non possit consistere. Si autem talis est motus, rectè eum posuit Aristoteles nõ in generibus eius quod est, quemadmodum Plotinus. Genera enim & prædicamenta sunt eorum quæ sunt perfecta & definita: Motus autem consideratur in omnibus generibus, ex mutatione eius quod potentia est in id quod actu est. Sed iam mihi tempus est deinceps adducẽdi verba Platonis, quę scripta sunt in Timæo. contra quæ & Aristoteles & eius interpretes videntur dicere. In æqualitate quidẽ nunquam velle esse motum. Quod enim mouendũ est, absq; eo quod sit moturum, vel quod moturum est absque eo quod sit mouendum, difficile est vt sit, vel potius minimè fieri potest. Motus autem non est si ea absint. Ea autem vt sint æqualia nunquam potest fieri. Sic vtique statum quidem in æqualitate, motum verò in inæqualitate semper posuerimus. Causa autẽ est inæqualitas quidem inæqualis naturæ: Inæqualitatis autem ortum quidem persecuti sumus. Quomodo autem aliquando nõ per genera diuisa singula, à motu qui est alterius per alterũ cessauerint, nõ diximus. Cùm ergo dixisset quomodo propter vniuersi ad seipsum inclinationem, ea quæ sunt subtiliorum partium subeuntia ea quæ sunt crassiorum, illa quidem discernunt, hæc verò cogunt, concludens ea quæ dicta erant, subiungit. Sic ergo & propter hæc, inæqualitatis qui conseruatur ortus, semper eum qui est horum motum, & qui futurus est, præbet assiduè. In his quidem quòd diuersitatis non meminerit Plato, cuiuis clarum est. Si autem Plato, vel Pythagorici dicant, cùm hæc tria sint, & ipsa diuersitas consideretur in forma, & alterum seu diuersum consideretur in eo quod est

Diuersitas & inæqualitas quomodo principia posuerit Pythagorei, & Plato.

est diuersitatis et alterationis particeps, alterationem motum esse dicebant, eam quæ est vt mutatio, & quæ est vt actus, sumentes: Aristoteles autem traduxit ad diuersitatem quæ est vt forma, per cuius participationem fit alterum: quocirca orationem deduxit ad absurdum & id quod minimè conuenit, dicens: QVORVM nihil necesse est moueri, neq; si sint alia, nec si sint inæqualia, neq; si non sint.} Si enim esset diuersitas motus, quæ diuersitatem participant statim mouerentur, quę quidẽ sunt alia. Nec est reprehẽdendus Aristoteles, qui nec diuersitatẽ, quæ est vt forma, tanquam motum voluerit accipere ex eorum sententia, sed alterum, & ideo ad absurditatẽ deduxit orationem, cùm dixit, Quorũ nihil necesse est moueri, nec si sint alia. non enim vt quod motus diceretur, alterũ subiunxit ei quod dicebatur, sed vt quod esset particeps diuersitatis. quæ si esset motus, q^d motus est particeps alterum, moueri omnino oportet. Atq; Eudemus quidem apertius exposuit demõstrationem Aristotelis » in ijs quæ paulò ante adduxi, per hęc, Si adsit enim mo- » tus videtur moueri id in quo est. Si sit autem inæquale, instare q̃ id moueatur est ridiculum. In summa autem neq; inæqualitatem, neq; id quod non est, nec quæ ea participant, motum esse existimare conuenit, sed inæqualitatis, & essentiæ aut non essentiæ inductionem. hi enim sunt motus, quædam propriæ in vnoquoq; genere mutationes ab eo quod potentia est in id quod actu est. non. n. dicunt diuersitatem quæ iam est terminata, & quæ manet in forma. Iam verò †inęqualitas quoq; eius quod est deterius, collata cum meliori, siue eius quod mouet cum eo quod mouet, studẽs deducere ad perfectionẽ id quod est imperfectum, ei autem quod est potentia actum afferẽs, primam efficit motus causam ab eo quod est melius. Præterea autem etiã ex eius quod mouet ab eo quod mouetur dissimilitudine inæqualitas disci potest, & diuersitas. aliud enim est quod mouet, & aliud quod mouetur. eaq; sunt inæqualia. & ideo cõsistit motus in eo quod mouetur ab eo quod mouet, qui ex ipsa inæqualitate deducitur. non ex eo quòd sit in inæqualitate definitus, sed in eo quòd indefinitè, ex eo quod est magis, procedat in inęqualitate. Commixtio enim ex definito & indefinito, vt motus consistat efficit. est enim mutationis principium inæqualitas, & eius quod mouet differentia ab eo quod mouetur, actus verò à potentia, principij verò à medijs & à fine: cũ hæc omnia in oĩa in motu diuersè afficiãtur. etenim donec aliquid manserit vnum & idem, non est natura aptum vt moueatur. Quare meritò ea quę sunt alia, & quæ inæqualia & quæ non sunt, quæ iam in eo steterunt, non mouentur: quæ autem alterantur, & fiunt inæqualia, euaduntq; essentia prædita, ea mouentur festinantia ad id quod est semper diuersum & alterum. Quòd si in inæqualia ex æqualibus fit mutatio, ex eo q̃ sint indefinita, ex eo quod est æquale, & fieri inæquale, & ab ęquali recedere, fit mutatio. nam quatenus consistit hæc eius quod est æquale qualitas, non mouetur ab æquali vel in æquale. Præterea non in vno consideratur mutatio, quod fit ab aliquo vel in aliqd: sed quod in vtroq; simul, quod ab aliquo simul & in aliquid. Actus ergo qui fit per alterationem duo simul comprehendit. Atqui eorum quæ sunt extrema comprehensio, est eorum quæ dissimilia sunt & differentia, comprehensio: & donec ea adfuerit, necesse est vt moueatur id quod est eius particeps. Ita ergo motus qui est indefinitus, ponitur in priuantibus. Sũt autem eius quidem quod est æquale, inæquale: eius verò quod est idem, alterum: eius autẽ quod est, id quod non est, priuantia. quamobrem meritò in his consideratur motus. Quatenus enim forma priuata sunt, & eam experũt, & ad eam festinant accedere, eatenus mouentur quę mouentur. in priuatione ergo motum meritò ponũt Pythagorici. Quinetiam cum dicunt indefinitum, vt qui neque sit p̃ se materia, neq; forma, neq; potentia, nec actus, sed quid ex his commixtum. & id quod intercedit, & est

† ἀνωμαλία καὶ ἀνισότης.

A medium, est eiusmodi vt sit neutrum eorum. & id quod non est, ita in eo inest, vt qui neq; sit potentia nec actus, procedat autem ab altero in alterum. Quod itaque est in eo, qui in ipso actu est, imperfectum, est eiusmodi, vt formam & actum nondum habeat. & id quod omnia quæ eius sunt attingit, & est in vniuersis medium, tale fuerit, vt neq; sit forma, nec priuatio, nec potentia, neque actus perfectus. est autem comprehensu difficilis quidã actus in his omnibus, qui est ab his omnibus separabilis, & est alio modo cum his omnibus, & in eo adest quod est potentia, & quandiu est potentia: cùm id autem cessauerit, nullo modo amplius consistit. Sed si neq; est in potẽtia, neq; in actu, quomodo dicitur actus motus? An non est absolutè actus, sed actus imperfectus: non vt imperfecta mutatio, sed imperfectus actus & forma imperfecta. Differt autẽ motus ab eo quod actu est, & ab actu perfecto, quòd in his quidem perierit id quod est potẽtia. in motu autem, manente eo quod est potentia, perficitur motus B operatio. Sed pergendum est ad ea quæ sequuntur.

Motus q̃do dicit̃ actus, si nec sit potentia nec actu.

Mouetur autem etiam quidquid mouet, vt dictum est, quod est mobile potentia. & cuius à motu cessatio est quies. Cui enim inest motus, ei à motu cessatio est q̃es. In id enim, agere, quatenus est tale, est ipsum mouere. Hoc autem tactu facit: quare simul etiam patitur. Quocirca motus est actus eius quod est mobile, quatenus est mobile. Hoc autem accidit motu eius quod est tangendi potestate præditum. Quare simul etiam patitur. XVI XVII

XV Cùm prius dixisset id quod mouet naturaliter, ipsum quoq; esse mobile: quidquid enim est eiusmodi, dum mouetur mouere: vult nunc simul quidẽ signa adducere euidentia eorum quæ vicissim in mouẽdo mouentur: simul C autem, vt ait Alexander, diuinum quoq; corpus separare ab eo quod est vicissim moueri & vicissim pati. Vno autem signo videtur separare id quod mouet naturaliter & vicissim mouetur in generatione, tum ab eo quod mouet immobiliter, quemadmodum à prima & intelligenti substantia: & ab eo quod mouet semper mobiliter, sicut à cœlestibus. Etenim quod mouet quidem naturaliter, mouet cùm sit mobile potentia, quocirca vicissim quoq; mouetur. nec solum est potẽtia mobile, sed etiam mouendi potestate præditum. Prima autem essentia est omnino pura ab eo quod est potentia, tam in eo quod est moueri, quàm in eo quod est mouere. et neq; est omnino mobile, cùm sit penitus immobile, neq; est præditum potestate mouendi. ab omni enim imperfectione, & ab eo quod est potentia, seiuncta est. nunquam ergo erit mouendi potestate prædita, potẽtia. neq; aliquando q̃dem, aliquando verò non. neq; in his quidem, in illis verò nõ. Per hoc ergo discernit id quod mouet naturaliter, ab eo D quod mouet immobiliter. Quinetiam in hoc, quòd etsi aliquãdo maneat immobile id quod mouet naturaliter, & quod est potentia mobile, non sit tamen similis à motu cessatio eius, & primæ causæ: sed in naturalibus quidem, vt quæ aliquando moueantur, sit à motu cessatio, & ideo dicatur quies: cui enim inest motus, ei à motu cessatio est quies: in prima autem essentia, quæ est omnino immobilis, non moueri, non est quies, sed est idem status & semper immutabilis. Porrò autem à cœlestibus quoque ijsdem signis discreuerit ea quæ gignuntur & intereunt. neq; enim cùm illa moueant, vicissim mouentur. nam etsi ipsa quoque moueantur à causis immobilibus, non tamen ipsæ quoq; vicissim mouentur ab eis quę mouentur. & nec sunt mobilia potentia, vt quæ semper moueantur, nisi ad alium & aliũ motum accipiatur relatum id quod est potentia. quoniã aliàs in alio loco mouentur. Sed nec ea quiescunt, quẽadmodum nec primæ essentię.

Naturaliter mouẽtium a prima causa mouente differentia.

Naturalium motio differt a motione cœlestiũ.

præterquam quòd illæ quidem non quiescunt, quoniam non est eis innatum vt moueantur: cui enim inest motus, ei à motu cessatio est quies: Ea autem non quiescũt, quia sunt semper mobilia. Quòd autem cui inest motus, eius à motu cessatio sit quies, & non eorum quæ sunt omnino immobilium immobilitas, ostendit, vt ego sentio, ex eo ꝙ mouere, sit id quod est mouendi potestate præditum agere in id quod est mobile, quatenus est mobile. hoc est, quatenus aliquando antequam agatur, cùm sit tantum potentia est immobile et quiescens, ex eo motu quo est mouendum. Quod enim sic quiescit, est immobile; vt quod etiam aliquando moueatur: Quòd autem in id sic agit, cùm naturale sit corporeum, tactu mouet. quoniam quæ in his corporibus sunt agẽtes & patibiles qualitates, cùm sint in subiectis corporibus, ita agunt vt ab eis separari nequeãt. Cùm autem id in se habeat id quod est potẽtia, ex eo quidem quod actu est agit, ex eo autem quod est potestate patitur. Quocirca etiam vicissim mouetur id quod sic mouet. Quæ enim sunt eiusdem materiæ, sunt etiam repugnantiæ quæ est sub eodem propinquo genere. & vnum quidem ex contrarijs vtrunq; actu habens, alterum verò potẽtia, calefacit quidem id quod est actu calidum, potentia verò frigidum: ab eo autem calefit id quod est potentia quidem frigidum, potestate verò calidum. quocirca ipsum quoq; quatenus est actu quidem frigidum, potentia verò calidum, calefactum refrigerat. Si ergo motus definitus est, nempe quòd fit actus eius quod est potentia, quatenus potentia: agitur autem ab eo quod actu taogit, quod ipsum quoq; habet etiam aliquid potẽtia: videlicet id quod agit quoq; sic patitur, & quod mouet vicissim mouetur. Potest autẽ id etiam quod dicitur sic produci syllogisticè. Id quod naturaliter seu in generatione mouet, propterea quidem ꝙ non sit actu id quod est, est potẽtia mobile: propterea autem quòd sit corporeum, tactu mouet. Quod est autem potentia mobile, & tactu mouet, vicissim patiẽ & vicissim mouetur: id quod est quidẽ subtilius, discernens id quod est crassius, idq; ab ipso concrescit ac cogitur: contra autem id quod est crassius. Sciendum est autem Aspasium quidem dictionem sic scribere. MOVETVR autem id quod mouet, sicut dictum est, quidq́d potentia est mouendi potestate præditum. } Ei autem conuenit id quod paulo post subiungitur, In id enim agere, quatenus est tale, est ipsum mouere: hoc autem tactu facit. quare simul etiam patitur. Nam cùm sit potentia mouendi potestate præditum, & tactu moueat, cùm mouet, etiam vicissim mouetur. Talia enim ea sunt quæ gignuntur & intereũt. Alexander autem nouit quidem hãc quoq; scripturam, & eã aptè exponit vt quæ vera esse existimaret ab alijs: primam autem ponit eã quæ dicit. MOVETVR autem, vt dictum est, quidquid potentia est mouendi potestate præditum. } Est autem hæc apertior, vt quæ discernat quænam ex ijs quæ mouent, vicissim moueantur. neque enim omnia, nam nec quæ sunt omnino immobilia, nec quæ actu semper mouentur. sed quæcunq; mouẽt potentia, ea sunt quoq; potentia mobilia. Cùm hæc autẽ dixisset, rursus conclusit definitionem motus, per hoc scilicet, QVOCIRCA motus est actus eius quod est mobile, quatenus est mobile. } Videtur autem, inquit Alexander, nunc clarius dicere quid sit motus, quàm cùm dicebat eum esse actum eius quod fieri potest, quatenus potest fieri. Etenim id quod est potẽtia, est in omnibus prędicamẽtis: non cuiuis autem eius quod fieri potest actus est motus. Quæ itaq; referuntur ad aliquid, potentia quidem sunt, quatenus potentia fit actus. quemadmodum duplum cùm sit potentia, fit actus, neq; necesse est id moueri, sed id cuius est duplũ ei adhibere. & sic ex eo quod est potentia fit actus, nec tamen mouet. Omnino autem si quid mouetur, id ex eo quod est potentia accedit ad id quod actu est, & ea ratione amplior est actus eius quod fieri potest, quatenus potest fieri, quàm est actus motus.

Quiescere ea dicuntur, quibus innatũ est vt moueantur.

Tactu moueri quomodo dixerit Aristoteles.

Non omnis actꝰ eius q̃d fieri pōt est motus.

E Hæc autem cùm dixisset Alexander, rectè notat eã dicens, quę etiam prius adduxi. Num etiam in eo quod refertur ad aliquid id quod potentia quidem duplum est, non motum est: id autem quod erat dimidium potentia, actu quoque factum est, vt eorum fieret duplum? Non erat autem alia potentiã, quæ esset eius quod est duplum potentia, & quę eius quod est potentia dimidium. Quare ex actu potentiæ etiam in illis est motus, cùm in subiecto sit vna potentia, quæ faciebat diuersas habitudines eorum quæ referuntur ad aliquid. Hæc cùm ijsdẽ verbis scribat Alexander, recordandum esse censeo eorum quæ à me prius dicta sunt, cùm etiam in ijs quæ referuntur ad aliquid dicebam motum fieri, & non solùm in quatuor prædicamentis. Apertè enim in his fatetur Alexander, si alterum ex ijs quæ referuntur ad aliquid motum fuerit, alterum quoq; moueri, propterea quòd sit vna habitudo. Themistius autem hic quoq; vult non esse motum in ijs quæ referuntur ad aliquid, quoniam actus qui **F** est in ijs quæ referunť ad aliquid, non conseruat id quod est potentia: sed repente & aceruatim fit mutatio ex eo quod est potentia in actũ. non enim paulatim fit dextrũ, sed illico. Oportet ergo, inquit, primum actum ostendere imperfectum, & definitionem ita redarguere. Sed si temporis quidem est expers, quæ ab eo quod est potentia in id quod actu est fit mutatio: quid absurdi si motus quoq; est expers temporis, qui fit in eo quod refertur ad aliquid? Si autem quæ in generatione sunt, in tempore fiunt, & tempus contractum est, non ideo perijt motus. Aut ergo, inquit Alexander, id quod est potentia, in id quod est mobile, tanquam in id quod est apertius, traduxit, aut si quis insistat amplius esse id quod est potentia, vt quod sit in omnibus prędicamentis, meritò videbitur trãsijsse ad magis propriam motus rationem, dicẽs eum esse actum eius quod est mobile, quatenus est mobile. Quinetiam alium dicit vsum Alexãder huius traductionis ad id quod est vtile. Quoniã enim vult ostendere motum **G** quidẽ esse in eo quod mouetur, id autem quod mouet naturaliter, cùm potentia sit mouendi potestate prędítum, actu fit eiusmodi, cùm agit in id quod est mobile; sed non est id quod mouetur, neq; est in ipso motus: meritò sumpsit id quod est mobile in quo est motus, & non id quod est mouendi potestate prędítum, à quo motus efficitur in eo quod est mobile. & æqualem fecit definitionem, mutans id quod est potentia in id quod est mobile.

Nõnulli autem reprehẽdunt definitionem motus, quoniam eo quod est mobile, quod est, vt aiunt, æque ignotum ac motus, & per motum cognoscitur, vsus sit. Eam autẽ defendit Alexander, dicens. Si motus est ex ijs quæ referuntur ad aliquid, eius enim quod est mobile est motus: ijs autem quæ referuntur ad aliquid esse in eo est, ꝙ ad aliquid quodãmodo se habeant: meritò motum definiẽs, sumpsit id quod est mobile, ad quod relatum et esse est. Sed nec motus cognitio oĩno dependet ab eo quod est mobile: sed hoc solũ ostendit id quod est mobile: eum **H** scilicet esse actum eius quod natura aptum est, quatenus aptũ est natura, vt moueatur autem natura aptum est. & nihil aliud. Quod est.n. ædificabile, cùm agit quatenus natura aptum est, manente eo quod est aptum esse natura, ædificatur. ita aũt mouetur etiam quidquid est mobile. Num autẽ post variam definitionis explicationẽ, vt eam apertius ostenderet, nihil fuit absurdi eam quoq; sic proferre, pro eo quod fieri pōt ponendo id quod est mobile. Hunc aũt actum dicit fieri contactu eius q̃d est mouendi potestate præditũ, ad id quod est mobile. Et in ijs quidẽ quę naturaliter mouentur & corporeè, dicit se mutuò tangere id q̃d mouet & id quod mouet: in motu aũt qui fit ab eo quod est incorporeum: id quod mouet quidem, cũ sit incorporeum, dicit tãgere id quod mouetur: tactum cõmunius dicens in eo q̃d est incorporeũ, quemadmodũ ꝙ maledictum nos tetigerit dicimus, non aũt dicimus ẽt quod moueť corpus tetigisse id q̃d mouet. neq; enim

Motus est etiam in his quæ sunt ad aliquid.

Tangere quomodo dicantur incorporea.

enim nos maledictum attigisse dicimur. Si autē id etiam quod mouet, quatenus est potentia, vicissim mouet, pee hoc etiam firmius ac certius osteoditur, actum esse eius quod est mobile, quatenus mobile.

Formam autem semper afferet id quod mouet, siue hoc, siue tale, siue tantum, quod principium erit & causa motus, cùm mouerit. Quemadmodū qui actu homo est, ex eo quod est homo potentia facit hominem.

XVI Postquam ostēdit id quod mouetur, donec mouetur, seruare id quod est imperfectum, & id quod est potētia: meritò adnotat id quod mouet debere esse perfectum & forma præditum. Quæ enim secundum naturam & proximè agunt & moueot, faciunt sibi similia, & in ꝓpriam formam ducunt ea quæ à se mouētur. Quocirca si in substantia quidem mouetur id quod mouetur, oportet substantiam esse id quod mouet: Si autem in qualitate, id quod sit qualitate prędituū: Si verò in quantitate, id quod sit præditum quantitate. quemadmodum qui actu homo est, facit hominem ex eo quod est homo potētia. cùm enim perfectum sit id quod est mouendi potestate præditum, est priocipium motus & causa efficiens. Sed quomodo in eo quod est mouendi io loco potestate præditum? neq; enim locus, oec in loco erit id quod mouet in loco, quemadmodum est substantia quod mouet io substantia, & qualitate prædirum quod mouer io qualitate. Num in perfectione quidem necesse est etiam in illis esse id quod mouet, noo tamen etiā in loco? Mouet quidem certè corpus anima motu locali, cùm tamen non sit in loco. Et ideo fortasse cautius agens Aristoteles non dixit, Formam afferet id quod mouet qualem id quod mouetur. sed hoc: VEL tale, vel tantū. } nisi fortè omnino quidem eandem oportet formam immitti ab eo quod efficit in id quod fit, sed propriè in vtroq;. Aedificat enim domus ædificator ex domo quæ in se est. & mouet anima quæ io loco sunt, noo ex quauis causa quæ in se est, sed ex causa motus localis quæ in se est, quæ eandem habet formam, sicut in illa.

Id quod mouet est perfectum, & formam affert.

Id quod mouet i loco q̄modo formā habeat.

CAPVT III.

XVIII PОrrò autem id etiam de quo dubitatur clarum est, quòd motus sit in eo quod est mobile. Eius enim actus est etiā ab eo quod est mouendi potestate præditum. & actus eius quod est mouendi potestate præditum, non est alius. oportet enim vtrisq; esse actum. est enim mobile eo quòd possit: mouēs autem, eò quòd agat. Sed est agens eius quod est mobile. Quare est ambobus vnus similiter actus. quēadmodum enim eadem est distantia, vnum ad duo, & duo ad vnum, & id quod est accliue & decliue: ea.n. vnum quidem sunt, non est tamen vna ratio: similiter autem etiam in eo quod mouet & in eo quod mouetur.

XVII Postquam tradidit definitionem motus & eam vt par fuit explicauit ac distinxit, transit deinceps ad secundam de motu quæstionem, quærens & exponens in quonam sit motus, vtrum in eo quod mouet, an in eò quod mouetur, aut ab eo quod mouet in eo quod mouetur, vt se habet habitudo ac relatio eorum quæ referūtur ad aliquid. et ideo accepit etiam habitudinem eius quod refertur ad aliquid. quoniam enim motus est aliquod accidens, necesse est eum esse omnino in aliqua substātia. Quoniam ergo & in eius quod mouet nomine, & in eius quod mouetur, apparet motus: iure videtur dubitandum vtrum sit in eo quod mouet, an io eo quod mouerur, an in vtrisque, an quoniā id quidem quod mouet, est aliquid agēs,

A quod autem mouetur, patiens: cùm motus diuidatur in actionem et passionem, actio quidem sit in eo quod agit, passio verò in eo quod patitur. Dicit ergo id etiā de quo dubitabatur in his solutū esse ex definitione motus. Clarum est ergo motū esse in eo quod est mobile, siquidem actus est eius quod est mobile ab eo quod est præditū potestate mouendi. Dicit autē Eudemus aduersari ijs qui dicūt motum esse in eo quod patitur & mouetur, ea quę fiunt in seosibus. dicimus enim, videtur visio, auditur auditio. Videtur ergo visio esse in eo qui videt, & auditio in eo qui audit. Gustationes etiam similiter, & reliqui sensus. Vidētur autem hæc esse in ordine eius quod agit & mouet. Decipimur autem, inquit, sequentes dictionem, & non animaduertētes illud quod sentit pati. Sed cur non est etiam eius quod mouet actus. Si enim quod prius erat mouendi potestate præditum, id est mouēs potentia, necesse est cùm fuerit actu mouens, tunc mouere, & eo quòd moueat agere: cur ergo eius quod est mobile B actus, est motus, & non potius mouētis actus? An non est alius actus eius quod est præditum potestate mouendi. Quod est enim mouendi potestate præditū, est agens eius quod est mobile. Vnus est ergo ambobus actus, qui vt ab eo quidem quod mouet magis propriè dicit̄ actus; vt autē in eo quod mouetur, passio potius quàm actus. Actus autem fortasse ipse quoq; dicitur, quatenus etiā si habeat principium extrinsecus, ab ea tamen quę in se est oatura habet ꝙ mouetur ex propria aptitudine. Quemadmodū ergo distantia vnius ad duo, & duorū ad vnum, & id quod est accliue, & quod decliue, est quidem vnum subiecto, duo verò ratione: ab vno quidem ad duo, dimidium, à duobus autem ad vnum, duplum: ita etiam se habet motus io eo quod mooet, & in eo quod mooetur, ve qui subiecto quidem vnus sit, aliter verò vt ab eo quod mouet, aliter verò vt in eo quod mouetur consideratur. Clarum est autem quòd etiam id quod est mouendi potestate præditum, cùm ex eo quod est potentia mutatur in C id quod est actu ab eo quod acto est, tunc tanquā ei quod mouet̄ inest motus ab eo quod mouet, qui est alius à motu, quo ipsum cùm iam actu & perfectum factū est, mouet id quod ab ipso mouet̄. Subiecto ergo vnū est actio & passio, incipiens quidem ab eo quod agit, & inde formam afferens, firmata autem & stabilita in eo quod patitur, idq; afficiens per formæ immissionem quæ fit ab eo quod agit, quæ est veluti iospiratio in aliud, vt neq; recedat ab eo quod agit, neq; in ipso sit, sed ex illo quidem, in illo autem oon, cùm abscissa sit. Et si ab eo quidem quod agit & mouet incepimus, est agere & mouere: Si autem ab eo quod patitur & mouetur, pati & moueri. Sciendum est autem ꝙ in hoc loco nonnulli dictionem sic scribunt apertius, EST enim eius actus ab eo quod est mouendi potestate præditum }. Andronicus autem sic. EST enim actus eius quod est mobile & ab eo. } & exponit quòd etiamsi sit extrinsecus id quod mooet, à potentia quæ inest in actum deducitur, & à seipso moueri videtur D id quod mouetur.

Mot⁹ est in eo quod est mobile.

Habet autem dubitationem logicam. Necesse est enim fortasse esse aliquem alium actum eius quod est agens, & eius quod patibile. ille enim est actio: hic verò passio. Opus autem & finis, illius quidem est effectio, huius verò affectio. Quoniā ergo ambo sunt motus, si alij quidem, in aliquo. Aut enim ambo in eo quod patitur & mouetur: aut actio quidem in eo quod agit, passio verò in eo quod patitur. Quòd si ea etiam actio vocanda sit, ea fuerit æquiuoca. XIX

Cùm ea prius dixisset quæ sibi videbantur de motu, vnum scilicet esse ab eo quod mouet in eo quod mouetur, deinceps explicat de eo dubitationē, quæ eis mole- XVIII

stiam exhibebat qui non sic accipiebant, vt ipse dicebat. Quam quidem vocat logicã, vel vt quę procederet à probabilibus, vel vt quę ἐν λόγῳ μόνῳ, hoc est, in sola rõne haberet probabilitatem, & non à rebus ipsis cõfirmaretur: ita enim dicũtur λόγοι ζήνωνος, hoc est Zenonis rationes, quę motũ tollunt probabiliter: Vel logicam dicit, etiam quæ est communior, & non est propinqua, nec propria eius quod est propositũ, nec ex proprijs principijs. Quæ est enim ex proprijs principijs argumentatio, non est logica: vt quæ ostendit animam esse immortalem, ex eo quod per se sit mobilis: vult enim ab animæ essentia procedere, vt dicit Alexander: Quæ autem ostendit immortalitatem ex eo quòd contraria fiant ex cõtrarijs, est logica. Non enim ꝓcedit ex proprijs & ijs quæ sunt propinqua animæ, sed per communia, per quæ etiam aliud ostendi possit ita habere, etiãsi nulla ei intercedat cognatio cum anima. Et si enim generali propositione opus sit in demonstrationibus, non tamen oportet eam esse adeó commune, eũ in ea quæ insunt propriè, ostendimus, vt etiam conueniat ijs quæ sunt diuersorum generũ. Atq; exempla quidem pulchrè accõmodauit Alexander. Illud autem adnoto ꝓpter eos qui sunt amatores veritatis, quòd quæ in Phœdone est oratio ex contrarijs, non profitetur inde ostendere immortalitatem animæ, sed solùm animam ante hanc vitam esse & permanere. Exponit autem dubitationem, primòm definiens esse aliquẽ actum & eius quod mouet & eius quod mouetur, seu agentis et patibilis, ita vt sint duo actus. quod prius quidem sumpsit tãquam euidens, cùm dixit oportere amborum esse actum: nunc autem ex diuersitate nominum quę habent actus. Si enim illa quidem est actio, hæc verò passio: duo fuerint actus. Et si eorum opera & fines: illius quidem effectio, huius verò affectio: ea autem inter se differunt. Quorum autem opera & fines sunt alij, eorum quoque sunt actus diuersi in quibus sunt fines. His ergo definitis, incipit deinceps à diuisione quæ explicat dubitationem. Si ambo sunt motus & eius quod mouet, & eius quod mouetur: vel ij sunt planè alij, vel non alij. Et si alij: quoniam motus sunt accidentia, sunt omnino in aliqua substantia: Sunt ergo in aliquo, cùm duo sint. Aut enim ambo sunt in eo q̃d patitur & agiť, seu in eo quod mouetur: Aut actio quidem in eo quod agit, passio verò in eo quod patitur. Siquis autem passionem velit vocare actionem, quoniam ipsa quoq; actus dicitur: est enim actus eius quod est mobile: vocet quidem. sed sciat eam æquocè vocari actionem, propter motũ eius quod agit, manente diuersitate, etsi sint eadem nomina. Tertiã autem diuisionis sectionem quæ dicit, AVT ambo in eo q̃d mouet} prætermisit, vt quæ sit euidenter absurda. quoniam accidit ei quod mouetur vt motum nõ moueatur, si nullum habeat in se motum: quod mouetur autẽ, cùm duos habeat motus, moueatur motu duplici. quinetiam eo quòd eadem absurda etiam huic sectioni diuisiõis accidant, & adhuc magis ea quæ accidunt ei quæ ponit ambos motus in eo quod mouetur. & alioqui etiam in progressu ostẽdet, quòd etiam alium ex motibus in eo quod mouetur, dicere, qui ei videtur proprius: sit absurdum. Si hoc autem est absurdum: lõgè est absurdius ambos ponere in eodem. His ergo de causis prætermisit illam sectionem diuisionis, quemadmodum scriptum est in pluribus exemplaribus. In nonnullis autem hæc etiam adijcitur, cũ sic habeat scriptura. Aut enim ambo in eo quod patitur & agitur: aut in eo quod agit & afficit. Aut actio quidem est in eo quod agit, passio verò in eo quod patitur} Superuacanea autem est additio. siquidem contra illam positionem non dicit Aristoteles. Sed est etiã quarta sectio diuisionis, secũdo dicto opposita, quæ sic habet. AVT actio quidem est in eo quod patitur, passio verò in eo quod agit} quam quidem prætermisit, vt quæ sit euidenter absurda. Iam verò probabiliter quidem loquens Themistius, illud, QVOD si ea etiam actio vocãda sit, ea

E fuerit æquiuoca} existimat dictum fuisse vt hanc indicaret sectionem. perinde ac si postquam dixit, Aut actio quidem est in eo quod agit, passio verò in eo quod patitur, subiunxisset, Contrà autem non contingit, nempe actionem esse in eo quod patitur, nisi quis eius quod patitur operationem velit actionem nominare æquiuocè. Atqui si ea de causa dictum esset, necesse fuisset etiam passionem æquiuocè dici in eo quod agit. quod quidem non dictum est cùm sit leue & statim appareat in summa superficie.

Atqui si ita est, motus erit in eo quod mouet. Est enim eadem ratio in eo quod mouet, & eo quod mouetur. Quare aut quidq̃d mouet, mouebitur. vel cùm habeat motum, non mouebitur: Si autem ambo sunt in eo quod mouet, & quod patiť & actio, & passio, & docendi actus, & actus discendi, cùm duo sint in eo qui discit, F primùm quidem vniuscuiusq; actio non erit in vnoquoq;: deinde absurdum duobus motibus simul moueri. Quænam enim erunt alterationes vnius & in vnã formam? sed fieri non põt.

XIX Ad proximè inductam sectionem, quæ dicit, Actio quidem in eo quod agit, Passio verò in eo quod patitur, primùm respondet. & cùm sumpsisset quòd ex hac positione, queãdmodum in eo quod mouetur motus est domus, ita etiam in eo quod mouet, eius domus: eadẽ enim in vtrisque est ratio: subiungit, ex duobus absurdis necesse esse alterum fateri ex hac positione. Aut enim quidquid mouet, etiam mouebitur, siquidem quod mouet habet motum, quod autem habet motum, mouetur: absurdum est autem quidquid mouet moueri, & nec ei ita videtur, siquidem id quod primum mouet putat esse immobile: neque rebus conuenit: multa enim eorũ quę mouent manent immobilia, quemadmodum color, pulchri- G tudo, numerosa modulatio: Aut aliquid quod in se habet motum, non mouetur. quod est à ratione omnium alienissimum, quemadmodum vt quod habeat aliquid album, non sit dealbatum. Cui enim adest motus, id omnino mouetur. & quod mouetur, motus præsentia mouetur. Postquam ostendit hoc absurdum, trãsijt ad alteram sectionem diuisionis, quæ primò dicta est. & subiungit deinceps absurda quæ sequuntur ijs qui ambo ponunt in eo quod mouetur & patitur, & actionem scilicet & passionem & docendi actum & actum discendi. Absurdum autem primum quidem, quòd vniuscuiusq; actio non sit in eo quod eam exercet, sed in aliquo alio, siquidem eius quod agit actus erit in eo quod mouetur: Secundum autem absurdum, quòd idem duobus diuersis & contrarijs motibus simul moueatur in vna forma. Si enim quod mouet, verbi gratia, alterat, & quod mouetur alteratur: fieri non potest vt quod moueatur, quate- H nus alteratur, alteret: cùm sit enim diuersa actio, effecta quoq; diuersa fuerint: quemadmodum fieri non potest, vt quatenus alteret etiam augeatur. ab eo enim quod auget augetur aliquid, & ab eo quod alterat alteratur. Admirabiliter ergo huic positioni adiecit hanc dubitationem. erunt enim quædam duæ alterationes vnius quod mouetur, & ad vnam formam fertur. Adhuc autem absurdius, quód etiam qui duo sunt motus, quos vocauit alterationes, ferantur ad vnam formam. Quòd enim in vnam formam desinat actio eius quod mouet, & eius quod mouetur, patet ex eo quòd cùm cessauerit id quod mouet & id quod mouetur, in vnum quidpiam esse mutatũ id quod mouetur, cernať. quare ad hoc ẽt mouebať. Fieri ergo non potest vt duo sint in eo q̃d mouetur, cũ in vnã formam fiat motus, aut calidũ aut albũ, aut tale q̃d: & cũ duo sint contrarij, sint simul in eodẽ: & præterea vt qui duo sint cõtrarij, in eandẽ formã desinant. Nã cũ ponatur

Logica dubitatio quid sit.

Generalem propositionẽ in demonstrationibus qualem esse oporteat.

Aię immortalitas quõ a Platone probeť in Phædone.

Passio dicit quandoq; actio æquiuoce.

Actio & passio, alteri p altero sumitur æquoce.

Si motus sit in eo q̃d mouet, quænam absurda sequantur.

natur subiecto vnus amborum actus, nihil vetat quominus & ratione duo sint, & in eandem formam desinant. Cùm duo autem ponuntur, nõ potest esse positio vnius quod forma fit. & quamuis positionem quispiam concesserit, non potest tamen fieri consequens, vt in vnam formam desinat. Potest autem, inquit Alexander, etiam aliter legi, acuendo non autem grauando τινές. Si enim duo motus simul, duæ quædam erunt etiam contrariæ alterationes vnius, & in vnam formam. quod quidem fieri non potest. Potest autem, inquit, etiam transponẽdo, dictio fieri clarior, hoc modo. DEINDE absurdum duobus motibus simul moueri, & in vnam formam} nec solum hoc est absurdum, sed etiam non potest fieri. Deinde post hæc, QVÆDAM enim erũt vnius alterationes.} Propterea enim fieri non potest, quòd non possit sumi quęnã futurę sint vnius alterationes. Et alioqui in vtroque absurdo subiunxit, inquit Alexander, aliquid proprium quod significaret absurdum. Sũt autem absurda, & duobus simul moueri motibus, & duo esse in vna forma. Ei enim quod est, DEINDE absurdũ duobus simul moueri motibus} subiunxit, QVÆNAM enim erunt?} Ideo enim est absurdum, quòd dubium sit quinam futuri sint. Illi autem quod est, ET duo in vnam formã} subiunxit illud, SED fieri non potest.} Nõ potest enim hoc fieri. Cur autem fieri nequit? An ꝙ quæuis mutatio fiat ex contrario in contrarium: vnum autem sit vni contrarium. Fieri ergo non potest vt duo motus, qui sunt duæ mutationes, & ex duobus scilicet: non enim fuerint duo ex vno: desinant in contrarium. Adhuc autem magis fieri non posse apparebit, si cogitauerimus fore vt duo motus & eius quod mouet & eius quod mouetur, seu eius quod agit & eius quod patitur, in eodẽ simul sint, & sint alter alteri inter se contrarij, & illi soli in quod fit mutatio. Fieri autem non potest vt in eodem simul sint cõtraria. Num autem Aristoteles sufficere existimãs postremam absurditatem, nempe vnius formæ duos esse motus, quòd sint contrarij non meminit. Qua de causa duo absurda intulit. & ꝙ duo sint omnino vnius formæ, & ꝙ duo qui sunt diuersi ferantur in vnum, etsi non sint contrarij. Absurditatem autem auget repugnantia. Atque Alexander quidem hic concedit duo vni contraria in sola exuparatione et defectione. ea enim videnť & ei quod intercedit, & inter se esse contraria. Sed aduertẽdum est ambo ei quod intercedit esse contraria tanq̃ vnum. Sunt enim contraria, vt symmetria non conuenientia ei quod conuenit, & vt inæqualia æquali. quamobrem nec ab eo labefactatur regula, quæ dicit vnum vni esse cõtrarium.

Cùm autem dixisset Aristoteles absurda quæ eueniunt ijs qui ambos motus ponũt in eo quod mouetur & quod patitur, reliquit cogitãdum fore vt eadem sequanť apud eos etiam qui ambos motus ponunt in eo quod mouet et agit. & adhuc magis si sit in eo quod mouet motus. Quocirca hanc etiam diuisionis sectionem pretermisit. mouebitur enim quod mouetur cum non moueatur.

D At vna erit actio. Sed absurdum est duorum quæ sunt diuersa specie esse vnam & eandem actionem. et si discendi actus, & docendi actus idem sit & actio & passio: erit quoq; idẽ docere quod discere, & facere, quod pati. Quare necesse erit eum qui docet omnia discere: & eum qui facit, pati.

XX Hoc erat primũ in diuisione, aut alij sunt motus, aut non alij, sed vnus scilicet. Quod quidem ostẽdit per hoc. Si alij quidẽ sunt in aliquo,} vtpote quòd hoc quoq; deberet inferri. Si verò nõ alij. Postquam ergo prius tradit absurda quæ sequuntur apud eos qui dicũt esse alios, transijt deinceps ad eos qui ponunt esse vnum. & dicit etiam absurda quæ videntur sequi hãc opinionem, quæ quidem soluet paulopost, distinctione mitigans dubitationem. Quodnam ergo absurdum sequr, apud eos qui dicunt vnum esse motum actionem et passionem, docendiq; actum & actum discẽdi? Duorum, inquit, quę sunt diuersa specie vnam esse & eandem actionem. Et ꝙ specie quidem seu forma sint alia id quod mouet & id quod mouetur, clarum est. siquidẽ quod agit quidem, actu est id quod est, quod autem patitur, cũ tale sit potentia, actu est ei oppositum quod potest. siquidem sunt mutationes ex contrarijs. quare non solùm sunt alia, sed etiam contraria. Quemadmodum ergo absurdũ est albi & nigri, quæ specie differunt, cùm illud quidem visum disgreget, hoc verò congreget, dicere vnam esse actionem, ita etiã eius quod agit & eius quod patitur, cùm sint diuersa specie, absurdum est dicere vnam esse actionem, quoniã vniuscuiusque speciei seu formæ propriam esse oportet actionem. Cùm hoc itaq; sit absurdum, sequr aliquod aliud absurdum euidentius. Si enim & docẽdi actus & actus discendi, & actio, & passio vnum & idem est, discere ẽt & docere erit idem. Absurditatis autem euidẽtiam videbis clarius, si eundem sumas docẽtem: vt qui docet discat quæcunq; docet: & qui agit quæcunq; agit, ea patiatur. Cùm enim hæc tria sint, docendi actus, docere, id quod docet: ipse quidem docendi actus est actio, docere verò, docentem substantiam in agendo ostendit, docens autem, seu id quod docet, substãtiam cum actione. Quare cernitur quidem absurdum etiam in actu docendi. sed adhuc magis in eo quod est docere, quòd indicet substantiam quæ habet repugnantiam. his autem adhuc euidentius in ipsa substantia. Cùm autem per ea quę dicta sunt sublatum sit, & duas esse absolutè actiones, & vnam absolutè, ostendetur aliqua quidem ratione esse vnam, aliqua verò duas. vnam quidem subiecto, duas verò rõne.

Si motus sit vnus eius q̃d mouet et eius quod mouetur, quęnam absurda sequantur.

Actio vna & eadẽ esse non põt eorũ quæ sunt diuersa specie.

XX An ne hoc quidem, alius actionẽ esse in alio, est absurdum. Est enim docendi actus, eius qui est docendi facultate præditus actio. sed in aliquo quidẽ certè, et nõ abscissa, sed huius in hoc.

XXI Hinc incipit soluere dubitationes, non quascunque, sed quæcunq; aduersantur verè opinioni, quæ dicit, motum esse quidem subiecto vnum, duos verò rõne. Quocirca dubitationes quidẽ quæ sunt aduersus id quod est, vnum esse motum: quas postea posuit: omnes dissoluit: quæ sunt autem aduersus id quod est, duos esse motus, non omnes, sed quæ possunt resistere vni, & qui sit in eo quod mouetur. idq; meritò. eæ enim dubitationes maximè tangebant definitionẽ motus, quæ dicit esse actum eius quod est mobile, quatenus est mobile. Soluit ergo primam dubitationem, quæ dicit. Si ambæ actiones sunt in eo quod mouetur & patitur, vniuscuiusq; actio nõ inerit in vnoquoq;, sed in alio. Eam autem soluit, vt quæ dici possit etiam aduersus opinionem quæ dicit vnam esse amborum actionem in eo quod mouetur, quod ad subiectum attinet. Solutio autẽ, id quod aduersus positionem tanquam absurdum illatum est, conatur ostendere, minimè esse absurdum. neq; enim est absurdũ esse actionem alius in alio, sed potius est necessariũ in eo quod mouet & mouetur, & in summa in eo quod agit & patitur. Si enim est ab eo quod agit in eo quod patitur: neque est in eo qui docet, neq; per se, abscissa ab eo qui discit. neq; sic est in eo qui discit vt vel absq; eo qui docet possit in eo cõsistere: sed cùm adest id quod mouet & agit, inest in eo quod mouetur. Quemadmodum enim effingendæ ceræ actio, quę est fictoris, est in cera ipsa fictio: ex qua ille quidem fingit: hoc verò fingitur, nec possunt duę sunt actiones. ita ẽt in actu docendi qui subiecto idẽ est cũ actu discendi. Ne nos aũt decipiat affectio quę ex motu ingenerať, queadmodũ in cera, figura, vel in aĩa, cognitio. non sunt. n. ea motus, sed effecta motuum. aliud. n. est fingi et discere seu docere: & aliud fictum esse vel doctũ esse. Et hic quidẽ effectus consistit in eo q̃d mouetur, ẽt absq; eo

Motus subiecto vnus, duo vero ratione.

Actio est necessario vnius in alio.

Motuum effecta possũt esse separata.

quod mouet: & habet proportionem & conuenientiam cum habitu & ratione eius, qui docet, quæ ipsa quoque separari potest ab eo qđ docetur: ipsa qdem certè actio, quæ est in eo quod est docere & doceri, subiecto vna est, etiamsi sit ratione diuersa, cùm vna quidem sumatur ab eo quod agit, altera verò ab eo quod patitur. Nam cùm motus sit vtrisq; intermedius, attingit & id quod agit, & id quod patitur, non abscissus. Si autem sumptũ fuerit, vt quod sit huius solòm, vel in hoc solũ, non seruabit amplius id quod est medium. Et ideo cùm eam quidem videmus per abscissiooem, eam coosiderantes in eo quod mouetur, quoniam in illo cõsistit, dicimus esse actũ eius quod est mobile, quatenus est mobile: Cùm aũt per complexionem ab eo quod mouet incipientes, dicimus esse actum eius quod est mouendi potestate præditum, in eo quod mooetur, vt definiet in fine libri de motu. Cũ autem feratur etiam huiusmodi scriptura. EST quidẽ certè & non abscissè, sed huius in hoc} Alexander, non absolutè, inquit, & præcisè in aliquo, sed in aliquo definito, et id ad quod dicitur. Dicitur autem respiciendo ad mathematicum. Ac mihi quidem videtur mirãdum, quomodo illud Nõ abscissè, acceperit pro eo quod est, oon indefinitè. Atqui prius pulchrè illud, IN aliquo quidem certè & nõ abscissa} exposuit, significãs non separatã ab eo qui discit, nec vt q̃ sit in eo solũ qui docet, nec vt per se. Et in hac quidẽ scriptura idẽ significauerit aduerbium.

Modus dupliciter consideratur, & per abscissionem, & per complexũ.

Abscissè quomodo sit intelligẽdum.

E

F

Neq; verò quidquam prohibet vt ea ex duabus vna sit, non q̃ idem esse sit, vt vestis & indumentum, sed sicut est id quod est potẽtia, si conferatur cum eo, quod agit.

XXII Iis qui amborum vnum dicunt esse motum, vt absurdum intulit, duorũ specie differẽtium, eius scilicet quod agit, & eius quod patitur, vnam esse & eandẽ actionem. Dicit ergo ne hoc quidem esse absurdum, vt videtur. nihil enim vetat quominus & docẽdi actus & actus discendi: & actio & passio sit vna actio: vna autẽ subiecto, etsi sit diuersa ratione. Qui enim actum docendi dicit, nihil aliud dicit, quàm id quod fit ex docendo & discendo. ex quibus fieri non potest vt alrerum sit & fiat absq; altero. Quioetiã qui discendi actũ dicit, idem rursus dicit. Est ergo subiecto vnum, etsi actu sint diuersa. quẽadmodum vna est distãtia quæ est inrer duos & quatuor: diuersę autem rationes: quatuor quidẽ ad duo, dupla: duorũ verò ad quatuor, dimidia. Ipse aũt euidẽtiori exẽplo vsus est, cùm sic dixit esse quidẽ subiecto vnum, ratione verò diuersa, vt id quod est potẽtia, si cõferatur cũ eo quod agit. Agens aũt dicit id qđ perfectè actu est. hoc.n. iam etiam agit. si.n. quod actu factum est, id erat potentia, & non aliud: & quod potentia erat, id actu factũ est: ambo sunt vnum & idem subiecto, diuersę verò sunt rationes. Id.n. est potentia, quod põt fieri id quod dicit̃ potentia: Id aũt actu esse dicitur, quod iã est hoc, quod esse dicit̃ potẽtia.

Actio & passio põt esse vna subiecto diuersa ratione.

G

XXI **Neq; necesse est eum qui docet discere, neq; si pati quidem & agere idem sit. non tamen sic vt sit vna ratio quæ dicat quid sit esse: quemadmodum vesti & indumẽto: sed vt via quæ Thebis ducit Athenas, & quæ Athenis Thebas, sicut etiam prius dictum est. Non enim eadẽ omnia insunt ijs quæ quomodocunq; sunt eadem, sed solùm ijs quibus est idem esse. Neq; tamen si docendi actus cum actu discendi idẽ sit, idem est etiam discere quod docere. Quẽadmodum nec si eorum quæ distant vna sit distantia, etiam hinc illuc distare, et huc illinc, est vnum & idem.**

XXII **Vt summatim autem dicam, nec docendi actus cũ discendi actu, nec actio cũ passione est idem**

H

E **propriè, sed cui hæc insunt, motus. Huius. n. in hoc, & huius ab hoc actum esse, est aliud rõne.**

Secundũ intulit absurdum ijs qui vnã dicũt esse actionem eius quod mouet & eius quod mouet̃, q̃ sequatur idẽ esse actum docendi, quod actũ discendi. Hoc aũt posito, sequi docere idẽ esse quod discere. idq; euidẽs absurdum consequi videbat̃, q̃ qui docet, quatenus docet, oĩa discat quæ docet, et qui discit, eo ipso q̃ discat, oĩa doceat quæ discit. Cũ ergo talia sint quæ adducant̃, ostendit omnes cõsecutiões nihil habere oecessarij, à prima incipiẽs, quæ dicit. Si agere & pati idẽ sunt, seu docere & discere: necesse est eum qui docet, cùm idem sit cũ eo qui discit, in docẽdo discere. Soluit aũt hanc obiectionem, ex eo q̃ non omnibus quibus est idem, apud eos oĩa eadem cõsequantur, sed apud illos solos quibus est eadẽ ratio. Et adducit exempla diuersorũ quidem nominum quę habent eandem rationem, vestem & indumentum: eorum.n. est eadem definitio: quamobrẽ ea omnia sequuntur eadem: eorum autem quæ subiecto quidem sunt eadem, eãdem tñ non habent rationem, viam quæ Thebis ducit Athenas, & Athenis Thebas. Talis autem est etiam ascensus & descensus. nam cùm in his vna sit distantia, & eadẽ positura, alia sunt ea à qbus sunt, & alia ea ad quæ sunt. quare etiam tota est alia species. quocirca neq; eadem consequuotur. Alia est enim ei quod ascendit, & alia ei quod descendit affectio. & alia quidem prima, alia verò secunda occurrunt ei qui Thebis Athenas proficiscitur, & ei qui Thebas Athenis. quocirca qui vadit Athenas, non vadit Thebas. Neq; eadẽ consequũtur ea quæ sunt subiecto solùm eadem, sed ea sola quæ sunt eadem ratione, & quibus idẽ esse est, et eadem definitio. Ita ergo etiamsi docere & discere idem sit subiecto solũ, non tamẽ etiam ratione: oon necesse est eum qui docet, eo ipso q̃ docet, discere ea quæ docet. Tunc enim hoc sequeretur: si cũ discere & docere essent eadem ratione, qui docet & qui discit, essent ijdẽ ratione. Tunc enim necesse esset eum qui docet esse eũ qui discit, cùm in docendo & discendo vna esset ratio. Deinde refellit eam quæ ante hanc in dubitatione dicta est consecutionem, vt quæ non sit necessaria. Erat autem ea quę dicebat, Si actus docendi idẽ est quod actus discẽdi, etiam docere idem est quod discere. Quòd autem minimè necesse sit hoc ita se habere, per idẽ quodammodo exemplum rursus ostendit, eum actu quidem docendi & actu discẽdi proportionem & conueniẽtiam habentem sumens distantiam aut locorum aut numerorum: ei autem quod est docere & discere, hinc illoc distare, & huc illinc. Vt se habet enim actus docẽdi, & actus discendi, ita etiam distantia. & vt docere & discere, ita et distare vel Athenis Thebas, vel Thebis Athenas: vel à quatuor ad duo, vel à duobus ad quatuor. Quemadmodum ergo in his subiecto quidem vna est distantia, diuersæ verò rationes, & ideo nõ necesse est distare idem esse: Ita etiam in actu docendi & discendi, quoniam is subiecto vnum est & non ratione, propterea docere & discere subiecto sunt eadem, nõ autem ratione. Potest autem, inquit Alexander, illud, NEQVE tamen si docendi actus cum actu discẽdi, idem sit,} & quæ sequuntur, dicta esse ex quadam redundanti copia. perinde ac si diceret, etiãsi datum fuerit docendi actum idem esse quod actũ discendi, non necesse est etiam discere idem esse quod docere. Non enim quoniam eorum quæ distant vna est distantia, iam etiam hinc illuc distare, vel huc illioc, est vnum & idem. Deinde ad primam reuersus consecutionem, à qua pendebant omnia, hanc etiam refellit. Illa autem erat, Si vna est ambobus actio: docendi actus idem esse cum actu discendi. Dicit autem consecutionum principium omnino ne esse quidem necessarium. Non enim si motus est vnus, tam ẽt ea quæ insunt motui, actũ scilicet docendi & actũ discẽdi, & actionem et passionẽ, oecesse est propriè esse eadem. quoniam rationè alia sunt, & ea quæ est ab eo quod agit ad id qđ fit habitudo seu relatio,

XXIII

Nõ oĩa quæ sunt idem eadem consequuntur, nisi sit eadem ratio.

& ea

& ea quæ est ab eo quod fit ad id quod agit. At quomodo vnus est motus & propriè vnus, siquidẽ sæpe dictum est subiecto vnum esse, sed non rõne? Num motus vnus est non subiecto solùm, sed etiam rõne, qui est in eo quod mouetur ab eo quod mouet. Quocirca vna est etiam ratio, actus eius quod est mobile, quatenus mobile. neq; in eo diuisum est illud, Ab hoc, & illud, In hoc: sed ambo motum cõplent. Actio aũt & passio diuiduntur, hęc quidem in habitudinem seu relationem quæ est ab eo quod agit: illa verò in eam quæ est ab eo quod fit. Alexander autem eodẽ modo quo priora hoc quoq; exponit. Non enim si vna est, inquit, ambobus actio in subiecto, iam sequitur idem esse docendi actum, quod actum discendi. sed subiectum quidem vtrisq;, & actui docendi & actui discẽdi, idem est. ab ambobus enim fit vnum quidpiam, nempe discere. nec tñ actus docendi idem est quod actus discendi. Videtur autem illud, HVIVS enim in hoc, & huius ab hoc, } de motu accipere. Ego verò de actione & passione dictum eẽ existimo & hoc, & illud, ALIVD ratione. } At qũo dicit subiecto esse vnum & docendi actum & actum discẽdi? qm̃ ab vtrisq; fit vnum, nempe discere. fit enim ẽt docere. Et in summa, nõ quęcũq; vna sunt, sunt vnũ subiecto: sic enim essent & pater & mater: sed hæc subiecto vnũ sunt, quod vna sit distantia, & ab eo quod agit in eo quod patitur idem.

Motus est vnus subiecto & rõne.

Subiecto vnum eẽ quid sit.

XXIIII Quid sit ergo motus & generaliter & singillatim dictum est. non est enim obscurum quomodo definietur vnaquęq; eius species. Alteratio enim est actus eius quod est alterabile, quatenus est alterabile. Adhuc aũt notior est actus eius quod est potestate efficiẽs, & eius quod est patibile, quatenus tale, & absolutè, & rursus in singulis, aut ædificatio, aut medicatio. Eodem autem modo dicetur etiam de alijs vniuscuiusque motibus.

XXIII Concludens iam ea quæ de motu dixit, datam descriptionem reuocat in memoriam, ex qua aliqñ quidem dicebatur actus eius quod potest fieri, quaten⁹ fieri potest, aliqñ autẽ actus eius quod est mobile, quatenus mobile: & dicit hanc definitionem nõ solum conuenire generali motui, sed etiam singularibus. Non est, inquit, obscurũ qũo hac definitione etiam vnaquæq; eius species definietur. Species aũt dicit, non tanq̃ ex genere diuisus sit motus: nõ est enim genus motus: sed veluti diuersas proprietates. Cùm in vna autẽ singularium specierum, nempe alteratione, ostendisset qũo oporteat generalem applicare definitionem singulis speciebus, adijcit aliam tertiam motus definitionem, quam etiam dicit apertiorem ac notiorem, vt quæ agens coniungat cum patibili. MOTVS enim, inquit, est actus eius quod est potestate efficiẽs & patibile, quatenus tale. } Quoniam enim ostẽsum est ex vtriusq; opatione, & eius quod mouet, & eius quod mouetur, motum effici, meritò in eius definitione, actum quoq; eius quod est mouẽdi potestate pręditum, nõ solũ eius quod est mobile, assumit. At qũo dicit actum eius quod est ptãte efficiens? Quod enim est potẽtia agens & mouendi potestate pręditum, non vtiq; est actu mouẽdi potestate pręditum: quod aũt mouet, actu est. & in summa id quod est potentia, quatenus agit potentia, mouet potius, nõ autem mouet, siquidem rectè data est motus definitio. Num dixit illud, Eius quod est potestate efficiens, indicans distinctionẽ motus qui immittitur ex causis immobilibus, à motu naturali & artificiali? quęcunq; enim mouent, quatenus actu sunt mouent, vt quę sint ea ratione immobilia: sed quę propriè quidem causa vocat, immobilis est, vt quæ per oĩa actu sit, & in æternum consistat: Quę verò naturaliter mouent & artificialiter, mouent quidem quatenus actu sunt per habitum, vt quæ pillum perfecta sint: necesse est enim id quod mouet, quatenus est forma aliqua, eam iã ei quod mouetur impertiri: verùm ipsa quoq; mouẽtur, quatenus qui prius quiescebat habitus ad actum mouendi excitatur, ex eo quod est potentia ad actum. quod quidẽ habent oĩa, quæ non simul vniuersam suam edunt operationẽ. quod quidem ijs solis adest quæ æternè operantur. Qua de causa toto tempore mouendi, ambo sunt in eis, & id quod potestate est, & id quod actu. & ex profectu quidem qui est ab imperfecto mouentur: ex perfectione autem habitus & actus mouẽt. Natura aũt prius quoq; affecta, subiectum intrinsecus afficit in vnaquaq; specie motus, vt etiam dixit Andronicus. Et si enim aqua ab igne calefiat, quæ tñ est in aqua natura prius effecta calida, sic subiectum calefacit vel concalefacit. POTENTIA, ergo dixit, mouẽdi potestate præditum, } vt prius dixit, potentia mobile, quod manẽte eo quod est potentia, mouet. sic ergo quod mouet manẽte eo quod est potẽtia, est potentia mouẽdi potestate præditum. Et hac scilicet rõne, quæ sic mouẽt, verum est dicere quatenus mouent nõ moueri: mouent enim quatenus sunt pfecta, quatenus aũt sunt perfecta, manent & non mouent: Et rursus quatenus mouent moueri. ex eadem enim forma, natura quidem aucta auget, ars autem ab habitu quiescente procedit ad operãdum.

Species pro proprietatib⁹.

Motus definitio quæ est aptior & notior.

Motus quõ sit actus eius qđ est potentia efficiens.

Distinctio motus ex causis immobilibus, à motu naturali & artificiali.

A

B

Tertia aũt data definitione singulares quoq; motus vult ex ea describere, quos singulos non propriè appellauit. non enim dicit de eo qui sit vnus numero, sed de ijs qui specie differunt. Alexander autẽ notiorem definitionẽ dicit esse assumptionẽ definitionis alterationis, afferens defensiones, vt mihi videntur, minimè probabiles. Videtur autẽ etiam vt tertiam accipere motus definitionẽ, etiã si veluti ex adscriptione adiecta dictio, in libro fuisse, confusa videatur. Cùm autẽ ædificationem adiunxisset & medicationẽ tanq̃ alterationes, subiunxit eodẽ etiam modo dicendum esse de alijs motibus. Rectè enim adnotat Alexãder omnes ferè motus artificiales esse maximè ex alteratione. Cùm hæc sint quæ in summa de motu dicta sint ab Aristotele, ex his puto clarũ esse ijs qui considerãt, q̃ non de eodem significato motus dissensit à suo Præceptore. Sed his quidẽ motum contemplatur in naturali mutatione, non censens ea moueri quæ similiter se habent: Ille autẽ motum statuens excessum qui fit ab eo quod est esse, in operationem, non renuit eam etiã menti accommodari: vterq; aptè & conuenienter suę Philosophiæ. Etenim Aristoteles quidem semper sumit ea quæ sunt aperta & euidentia: Plato autem ea etiam quę quomodocunq; sunt huiusmodi.

Motus artificiales sunt maxime ex alteratione.

In motu Plato nõ dissentit ab Aristotele, cum diuersũ vterq; sumat significatum.

C

SECTIO II.

De infinito. CAP. IIII.

QVoniam autem naturę scientia versatur in magnitudinibus, & motu & tempore, quorum vnũquodq; aut infinitum aut finitum esse necesse est, etiamsi non sit quiduis aut infinitum aut finitum, quemadmodum affectio vel punctus: eorũm enim quæ sunt huiusmodi nihil fortasse necesse est esse in alterutro: par fuerit vt qui tractat de natura, de infinito consideret, sit'ne an non. & si est, quid sit. XXV

D

XXIIII Cùm in hoc opere tractetur de ijs quæ res omnes cõsequuntur naturales: qm̃ res naturales sunt corpora & magnitudines quæ mouentur in tempore: necesse est & corpus & motum & tẽpus, cùm sint magnitudines, aut finita esse aut infinita: sunt aũt ea etiam quę dicta sunt continua: in continuo aũt est infinitum, qm̃ est continuum, id quod potest diuidi in infinitũ: meritò qui de natura tractat, de infinito quoq; aliquid disseret. Et q̃ in corporibus quidem versetur naturæ pertractatio, clarum est ex

eo q̃

eó, q̃ quęcunq; constant natura, sunt corpora. Quòd aũt etiam in motu, clarum est ex eo q̃ ea sint corpora naturalia, quæ principium motus habent in seipsis. Ipse autẽ id quoq; significat scribens in principio libri de cœlo. Naturę sciẽtia maxima ex parte cernitur circa corpora & magnitudines & eorũ versari affectiones & motus. Quòd aũt etiam de tempore, clarum est ex eo q̃ sit in tempore oĩs motus, & mensura motus sit tempus, vt ostendetur.

Finitũ aut infinitum non est contradictoria rerum naturalium omnium diuisio.

Cùm aũt dixisset, QVORVM vnũquodq; aut infinitum aut finitum esse necesse est,} meritò aduertit eã non esse contradictoriam eorum quæ sunt, seu naturalium oĩum, diuisionem, quę verũ & falsum diuidit in oĩbus: sed tanq̃ habitus & priuationis, finis ad infinitatẽ esse oppositionem. quę quidem non diuidit verum & falsum in oĩbus, sed in ĳs solis quę apta sunt natura vt ea suscipiãt, & cùm apta fuerint. Quòd autem non in oĩbus, probat ex duobus, nempe ex affectiõe & puncto. neq; enim quæ ab eo in prædicamẽtis vocatę sunt patibiles qualitates, vt albedo nigredo, caliditas, frigiditas, & quæ sunt huiusmodi, per se sunt finitæ aut infinitę.

Patibiles qualitates nõ sunt finitę nec infinitę, nisi p accidens.

F Patet autẽ ex eo q̃ finitum quidem & infinitum dicantur in ĳs quæ sunt quantitate prædita: eę verò non sunt eiusmodi. Sed neq; punctus finito aut infinito subĳcitur. nã infinitum quidem nõ est, q̃m non potest diuidi. finitum aũt non est, q̃m ipse est finis lineæ. eiusmodi aũt fortasse est etiam vnitas. etenim nec ipsa põt diuidi, & est principiũ numeri. Illud autẽ, FORTASSE, ideo adiecit, q̃ nihil eorum necesse sit esse in alterutro, aut in fine aut in infinitate, q̃m affectiones, quẽadmodum album & calidum, ipsa per se nõ sunt finita nec infinita, neq; ea per se sunt quantitate prædita: infinitum enim & finitum dicitur de ĳs quę sunt quantitate prædita: per accidens tñ ipsa quoq; fiunt quãtitate prædita, quatenus quæ eis sunt subiecta, sunt quãtitate prædita. Naturalis aũt Philosophus versatur etiam in affectionibus, quatenus sunt corporũ affectiones. Et ideo in principio libri de Cœlo, Naturæ, inquit, scientia maxima ex

G parte cernitur circa corpora & magnitudines & eorum versari affectiones & motus. Quocirca etiam in affectionibus considerabit Physicus finitum & infinitũ, etiam si ea per accidẽs insint affectionib⁹. Oportet ergo eum qui tractat de natura, considerare de infinito, primùm quidẽ an sit infinitum, an non, & si est, quid sit. Hic enim est ordo earum quæ proponũtur quæstionum, quẽadmodum didicimus in Analyticis.

XXV Signum est autem q̃ huius sit scientiæ propria eius consideratio: quicunq; enim talẽ Philosophiam videntur pro rei dignitate attigisse, de infinito verba fecere. Alĳ quidem, vt Pythagorici & Plato, per se, non tanq̃ quod alicui alĳ accidat, sed tanq̃ quod sit substantia, ipsum per se infinitum: Sed Pythagorici quidem in sensilibus: non enim numerum faciunt separabilem: quinetiã extra cœlum esse infinitum: Plato aũt

H extra quidem nullum esse corpus, & nec ideas quidem, propterea q̃ ipse nusq̃ sint: ipsum aũt infinitum esse & in sensilibus, & in illis.

XXVI Naturali scientiæ esse conuenientem infiniti considerationem, postq̃ probauit ex rebus ipsis, ab insigniorum quoq; Physicorum id opinione confirmat, vt consueuit, ostendens nõ quoslibet, sed eos qui pro rei dignitate naturalem attigere Philosophiam, ipsos quoq; non obiter quæsisse de infinito: sed oẽs tanq̃ aliquod eorũ quæ sunt principium ponere infinitum. Quamobrem ĳs qui tractant de principĳs naturalibus, necesse est etiã de infinito disserere. Deinceps aũt exponit etiam diuersas quas habebant priores de infinito sentẽtias, & in quibusnam inter se conuenirent. Primam autẽ dicit differentiam, ex qua alĳ quidem quandã per se substãtiam infinitum esse

E existimabant, & nõn alĳ accidere, quẽadmodum Pythagorici & Plato, qui in hoc inter se conueniebant. Quod aũt alicui accideret, infinitum plurimi faciebãt Physici, alĳ quidem aerem ponentes infinitum, vt Anaximenes & Diogenes: alĳ verò aquã, vt Thales: alĳ autẽ id quod intercedit, vt Anaximander. Atqui ĳ quidẽ, & qui sunt eiusmodi, infinitum dicunt esse magnitudine: Anaxagoras aũt & Democritus dicunt infinitum accidere principiorum multitudini. ille quidẽ, similarium partium: hic verò, atomorum. pręterq̃ q̃ ĳ etiam cogunt dicere infinitum multitudine. Differunt aũt, inquit, Plato & Pythagorici, q̃ Pythagorici quidem in sensilibus ponebãt infinitum, & minimè separabile: etenim in numeris dicunt esse infinitum: numerum aũt, &, vt in summa dicã, Mathematica, per se quidem mente percipi, per se autẽ dicunt non consistere, sed esse in sensilibus: non enim illũ quoq; quem laudantes ac celebrantes dicunt,

Pythagororũ & Platonis de infinito sentẽtia.

Clarè audi ò numere, ò genitor diuumq; virumq;,

F necquem Hippasus definĳt esse primum exẽplar mundi creationis. Esse autem, inquit, ponebãt & extra cœlum infinitum. non sensile scilicet, siquidẽ ipse Timęus dicit nullũ corpus relictum fuisse extra mundum. Videtur ergo dicere duplicem & numerum, & quod est in numero infinitum: quod quidẽ impar esse dicebant: vnũ quidem sensile, alterum quod perciperetur intelligẽtia. quod quidem extra cœlum esse dicebant: Plato quidem certè extra cœlum nullum corpus ponit, in Timęo apertè dicens de mundo, quem cœlum continet extrinsecus. Ex vniuerso enĩ igne, aqua, aer & terra ipsum constituit qui eũ est architectatus, nulla vllius rei parte aut facultate extra relicta. Sed nec ideas dicit esse extra cœlũ, q̃ eę nusq̃ sint, neq; omnino in loco. Infinitum autẽ dicit esse in sensilibus & in ideis. Sensilium enim principia vnum & indefinitã dyadem Platonem dicere inquiunt. Indefinitam aũt dyadem etiam in ĳs ponens quæ intelligentia percipiũtur, dicebat esse infinitam. Quinetiam magnũ

Ideas in nullo esse loco dicit Plato.

Principia ponebat Plato vnũ & indefinitã dyadem.

G & paruum principia ponens, infinita esse dicebat in ĳs quę dixit de bono. quibus cum Aristoteles, & Heraclides, & Hestięus, & alĳ familiares Platonis interfuissent, quæ dicta sunt, ænigmaticè scripserunt, vt dictum est.

Magnũ & paruũ infinita principia apud Platonẽ de bono.

Porphyrius aũt ea explicare profitẽs, de his hęc scripsit in Philebo. Ipse id quod est magis, & id quod est minus, & id quod est vehemẽter & id quod est sensim, vult esse naturæ infiniti. Vbi enim in hęc insunt, ex intensione & remissione procedentia, non sistuntur, neq; finiunt id quod est eorum particeps, sed procedũt ad infinitatis indefinitionem. Similiter aũt habet id etiã quod est maius, & quod minus, & quæ pro ipsis à Platone dicuntur, magnum & paruum. Ponatur enim aliqua magnitudo finita, vt cubitus. qua bifariam diuisa, si alterum quidem cubiti dimidium insectum dimiserimus, alterum aũt cubiti dimidium scindentes insecto paulatim adĳciamus, cubito fuerint duæ partes, vna quidem procedens ad id quod est minus, altera verò ad id quod est maius citra finem. non enim ad partem quæ diuidi nequeat vnquam

H scindentes venerimus. est enim cõtinuum cubitus. continuum aũt diuiditur in ea quæ semp possunt diuidi. Eiusmodi aũt quę non potest deficere sectio, significat quandam infiniti naturam inclusam in cubito: vel potius plures, illam quidem in id quod est magnum, hãc verò in id quod est paruum. In his aũt cernitur etiam Dyas indefinitas quæ componitur ex vnitate, quę in magnum, & ea quę in paruum. Hæc aũt insunt & continuis corporibus & numeris. Numerus enim primus Dyas est par. In natura aũt paris duplum continetur & dimidium. sed duplum quidem est in exuperatione: dimidium aũt in defectu. Exuperatio ergo est & defectus in pari. Primus aũt par in numeris est dyas. sed per se quidem est indefinita: definita est autẽ participatione vnius. definita est enim dyas, quatenus est vna quædã forma. Numerorum ergo elementa sunt vnum & dyas, vnum quidẽ finiens & formans,

mans, alterum verò indefinitũ, & in excessu & defectu.

Hæc his propemodũ verbis dixit Porphyrius, ea explicare professus quæ in congressione de bono ænigmaticè dicta sunt: ideo fortasse, ꝙ hæc conueniebant ijs quæ in Philebo scripta sunt. Porrò autẽ ipse quoq; Alexander se ex Platonis sermonibus de bono, quos Aristoteles & alij Platonis familiares narrarunt, se dicere cõfitens, hęc scripsit. Eorum enim quæ sunt principia quęrens Plato: qm̃ numerus uidebatur ei esse primus aliorum natura, li neç enim extrema sunt signa, signa aũt esse vnitates positurã habentes, & sine linea superficiẽ non esse, nec solidum, numerum autẽ posse esse sine ijs: qm̃ ergo aliorum primus natura est numerus, existimabat eum esse principium: & primi numeri principia esse etiã cuiusuis numeri principia. Est aũt dyas primus numerus, cuius principia esse dicebat vnum, magnum, & paruum. Quatenus enim est dyas, vnitatem in se habebat & paucitatẽ. quatenus quidem est duplum, est in se multitudo: multitudo enim & exuperatio & magnitudo est duplum: quatenus aũt dimidium, paucitatem: & ideo exuperationẽ & defectum & magnum & paruum in ipsa esse ea rõne: quatenus autẽ vtraq; pars eius est vnitas, & ipsa est vna aliqua forma, nempe Dyadica, eam esse participem vnitatis. Quocirca dyadis principia esse dicebat vnum, magnum, & paruum. Indefinitam autẽ ipsam dicebat dyadem, qm̃ cum sit magni & parui, seu maioris & minoris particeps, id quod est magis & minus habeat. Ea enim p intensionem progredientia & remissionẽ, non sistuntur, sed ad infinitatis indefinitionẽ procedunt. Quoniam ergo numerorum primus est dyas, eius aũt principium est vnum magnum & paruum, cuiusuis etiã numeri ea esse principia necesse est. numeri aũt omnium quæ sunt, sunt elementa. quare omnium etiam principium est vnum, magnum, & paruũ, seu indefinita dyas. vnusquisq; enim numerus, quatenus est hic quispiã, & vnus & definitus, est vnius particeps: quatenus verò diuiditur, & est multitudo, indefinitę dyadis. Dicebat aũt etiam ideas Plato numeros. Meritò ergo numeri principia fecit etiã principia idearum: Dyadem autẽ dicebat infiniti naturã, quoniam nõ est definitum magnum & paruum, seu id quod est maius & minus: Sed habet id quod est magis & minus, quæ procedunt in infinitũ. Cùm sic ergo dixisset Aristoteles in quibusnam quidem Pythagorici, in qbus verò Plato poneret infinitum, deinceps refert quidnam infinitum dicerent Pythagorici, & quare.

Numer⁹ est natura prim⁹ aliorũ.

Ideæ sunt numeri.

Dyas natura infiniti cur apud Platonem.

XXVI Atq; illi quidem infinitum esse par: id enim interceptum, & à pari finitum, præbet ijs quæ sunt infinitatem: Huius autem esse signum id quod euenit in numeris: circa vnum enim circumpositis gnomonibus, & seorsum, alias quidem aliã semper fieri formam, aliàs verò vnã: Plato aũt duo infinita, magnum & paruum.

XXVII Postq̃; dixit in quibusnam infinitum esse dicerent Pythagorici & Plato, nempe illi quidem in sensili & extra cœlum, hic aũt in sensilibus & in ideis, nũc adijcit quidnam vterq; eorum dicit eẽ infinitum, primũm dicens de Pythagoricis. Hi aũt infinitum dicebant esse parem numerum, qm̃ quicquid par est, vt dicunt interpretes, diuiditur in æqualia. Quod aũt diuiditur in ęqualia, infinitũ est eo quod bifariam secetur. quæ enim fit in æqualia & dimidia diuisio, procedit in infinitum. Impar autẽ adiectum finit ipsum. eius enim in æqualia impedit diuisionem. Sic ergo interpretes pari imparem adiungũt, per eam diuisionem quæ fit in æqualia. & nõ in numeris scilicet, sed in magnitudinibus sumunt diuisionem quæ fit in infinitum. numeri enim vel pares, neq; oẽs sæpe diuiduntur in æqualia: & qui diuiduntur, cùm ad vnitatem peruenerint, sistunt sectionem: In magnitudinibus autẽ, quid vetat quominus quod est reliquum semper diuida-

Infinitũ parẽ numerum dicunt Pythagorei.

A tur, etiamsi diuisio nõ fiat in ęqualia? Tertia enim pars, verbi gratia, eius quod sumptum fuerit, in duas partes & tertiam potest diuidi, idq; in infinitum in diuisione, & in diuisorum additione potest fieri. In summa aũt nec videtur Aristoteles causatus esse infiniti diuisionẽ quæ fit in æqualia. Num ergo in quauis sectione par est causa eiusuis diuisionis? Quæuis enim sectio, cùm sit vna, in duo diuidit id quod scindit, aut in æqualia, aut in inæqualia. Quoniam ergo sectio quæ semper fit in duo, facit id quod procedit in infinitum, paris autem principium est dyas, ideo per par dicebãt infinitum. Similiter aũt, Par, quoq; esse causam additionis. Vnum enim vni additur. Et ideo Aristoteles quoq; par interceptum, & à pari finitum, dicit præbere ijs quæ sunt infinitatem. nam vt diuidi possit in infinitum habet vnũquodq; corpus per par, quod est in seipso interceptum & veluti absconsum. potentia enim & nõ actu habet sectiones in infinitũ. Quocirca dicit par esse interceptum & præbere ijs quæ sunt

B diuisionem. Quatenus autem vnumquodq; eorum quæ sunt diuisa, seu pars quælibet, est in aliquibus, & vnumquodq; id quod est ab impari semper finitur infinitate, & in quolibet corporeo vnũquodq; sensilium, quod ad materiam quidem & subiectum attinet, potest diuidi: ea etiam ratione est par & infinitum: Quatenus aũt est hoc quidpiam: & est definitum, nec potest diuidi. eaq; ratione est impar. Signum aũt ꝙ numerus impar formã efficiat & finiat, par aũt sit materialis & infiniti speciẽ obtineat, adducunt Pythagorici id quod euenit in numerorũ additione. Impares enim per seriem additi numero quadrato, seruant ipsum quadratum & æqualiter æqualem. Par aũt adiectus semper quadrato, mutat formã, faciens altera parte longiorẽ, vt quæ in alio aliàs latere aucta sit. Ponanť enim per seriem numeri ab vnitate vsq; ad denarium. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Eorum scilicet vnitas est primus impar & primus quadratus. semel enim vnũ vnum est. Positorum autẽ, impares quidem per vnita-

Numer⁹ impar habet rationẽ formę, par vero materiæ.

Impares p seriem additi quadrato, seruant quadratũ, impares vero minime.

C tem sunt hi. 3. 5. 7. 9. Pares verò hi, 2. 4. 6. 8. 10. Si ergo vnitati quæ ẽ primus quadratus. 3. adiecerimus, fit. 4. quadratus ex latere duorum. Et rursus si quadrato. 4. addiderimus imparem qui deinceps sequitur. 5. fit. 9. qui ipse quoq; est quadratus. Si autem ei quoq;. 7. addiderimus, qui deinceps sequitur, fit quadratus. 16. Et si ei nouem addiderimus, fit. 25. qui sunt omnes per seriẽ quadrati & æqualiter æquales. Si autẽ vnitati, quæ est quadratus, duo adiecerimus, fit tres qui non est amplius quadratus. Et si 4. qui est quadratus, adiecerimus vel 4. vel 6. fit 8. vel 10. qui sunt altera parte longiores. Bis enim quatuor, vel bis quinq; sunt latera. Atq; eandem quidem scilicet seruare formã, & facere æqualiter æquales, est finis: Non seruare autẽ eandem formam, & altera parte faciendo longiorem, per aliam alias augere formã, est infinitatis. Gnomones autem vocabãt Pythagorei impares, quoniã adiecti quadratis eandem seruant figurã, quemadmodum qui sunt in Geometria gnomones.

Gnomones quosnam vocent Pythagorei in numeris.

D Duo enim implementa, cùm vno parallelogrãmorum, quæ sunt circa eandem diametrum, vocant gnomonem. qui additus alteri ex parallelogrãmis quę sunt circa eandem diametrum, facit totũ illi simile, cui fuerit additus. Gnomones ergo dicuntur etiã numeri impares, ꝙ additi ijs qui iam erant quadrati, semper quadratũ efficiunt. Circũpositis ergo numeris circa vnũ numerum quadratum, aliqñ quidem sine gnomonibus, hoc est vnitatibus in numero impari per seriem: ij enim sunt gnomones: aliquãdo autem sine paribus, cùm ij quidem additi fuerint, fit semp alia forma ab ea quæ erat in principio: cùm autẽ gnomones, vnã eadẽ cum priori. Pulchrè autem sic expositionem aggressus est Alexãder, quòd illud quidem, CIRCVMPOSITIS gnomonibus, } indicet figuræ descriptionem quæ fit in imparibus. Hoc autem, ET seorsum, } Arithmeticã quoq; additionẽ, quæ absq; figurali fit circũpositione, in paribus. Mos est enim Pythagori-

Gnomones quosnam vocent Geometræ.

cis

cis figuras describere. & cùm ex vnitatum circũpositionibus sic, A, literã adscripserint, adiungunt illi tria A A A, gnomonicè. & fiunt sic quatuor figurata in quadrum. Deinde eis rursus adijciẽtes quinq; A pro quinq; vnitatibus gnomonicè, faciunt maius quadratum, quod habet latus, tria. Parium aũt circũpositio, non facit figuram definitã. & ideo non vult pares circũponi in descriptione sicut impares, sed addi Arithmeticè. Quare illud ET seorsum, } audiendum pro eo quod est, sine circũpositione per additionem in paribus. Num autẽ possunt ambo de ambobus accipi, & illud, scilicet, Circũpositis gnomonibus, & hoc, Seorsum, & de imparibus & de parib9: vt dicat, ꝙ & in gnomonicis circũpositionibus, & rursus sine his in Arithmeticis cõpositionibus, & imparium & parium, videre licet impares quidem similia seruantes, pares autẽ facientes dissimilia. Etsi enim pares non propriè dicantur gnomones, vt qui eãdem formam non seruent: sed tñ circũpositi vt gnomones, in figurę etiã descriptione id quod est dissimile ostendunt. Circa vnum aũt circumpositis dixit gnomonibus, vel ꝙ circa vnitatem primã fiat circũpositio, vel ꝙ tanq̃ circa vnum numerũ fit semper plurium vnitatum circũpositio. **F** Cùm autẽ dixisset quidnã infinitum dicant Pythagorei, nempe par, subiunxit quid etiam id Plato dixerit, nempe magnum & paruum, seu maius & minus. vtrunq; enim eorũ procedit in infinitum. nec tñ alterutrum eorum seorsum accepit, sed vtrunq; simul, magnũ & paruum idem dicens. quod quidem ẽt vocauit indefinitã dyadem: siue sic vocans materiã, siue infiniti ordinem. quocirca eam etiam posuit in ideis, sicut etiam eas in numeris.

Magnum & paruũ simul coniunctum accipit Plato pro materia.

XXVII Quicunq; aũt de natura scripserunt, semper subijciunt aliquã infinito naturam aliam ab ijs quæ dicuntur elemẽtis, quemadmodum aquã, vel aerem, vel quod interea intercedit. Eorum autem qui finita faciunt elemẽta nemo facit infinita. **G** Qui autem elemẽta faciunt infinita, quẽadmodũ Anaxagoras & Democritus, ille quidem ex similaribus, hic verò ex omnium simul figurarum disseminatione tactu continens dicunt esse infinitum.

XXVIII Physicos solet vocare Aristoteles, eos qui in hac parte Philosophiæ, nempe naturali, versantur. & ex ijs eos præcipuè qui materiali principio, vel maximè, vel solo vsi sunt. Hi ergo Physici, qui ijs quæ gignuntur subijciebant materiam, & infinitum in ea cõsiderabant, meritò infinitum non tanq̃ substantiam dicebant, sed tanq̃ accidens. Ex ijs autẽ alij quidem vnum ponentes elementũ, dicebãt hoc esse infinitum magnitudine: quẽadmodum Thales quidẽ aquam: Anaximenes verò, & Diogenes, aerem: Anaximãder autem id quod intercedit. Qui aũt infinita ponebant multitudine, quemadmodum Anaxagoras & Democritus: & ipsa multitudine inducebãt infinitum, & præterea magnitudine. **H** quæ sunt enim infinita multitudine, contactu continuata non aũt vnione, infinitam faciunt multitudinẽ. Qui autem vno quidem plura multitudine, sed numero finita dicunt esse elemẽta, quẽadmodum Empedocles, ij neq; infinitũ introducunt magnitudine, neq; in vno, neq; in pluribus, neq; in eo quod constat ex omnibus. Si enim & sunt finita multitudine, & est vnũquodq; magnitudine finitũ, vndenam habuerint infinitum? Quæ dicuntur aũt elementa, dicit quatuor, ignem & aerem & aquam & terram. Cùm autẽ dixisset aquam & aerem, vt quę sint trita & vulgo iactata, subiunxit, VEL aliquid quod inter ea intercedit, } inter aquam scilicet & aerem. quod quidem posuit Anaximãder. Num autẽ illud, QVÆ dicuntur elementis, } non dictum est de ijs quæ nunc sermone omnium celebrañt, sed de ijs quæ sũt posita à Physicis, siue sit aqua, siue aer,

Physicos quosnam vocet Aristoteles.

E siue aliquid eorũ quæ intercedunt, quod ponebant elementum eorũ quę gignũtur. Quinetiam illud QVÆ dicuntur } aliter exponit Alexãder, pro eo quod est, Elementis quæ dicunt & solùm videntur elemẽta, non sunt aũt, qñ ea sunt cõposita, & cõstant ex materię & formæ elementis. QVICVNQVE autem de natura scripserunt, } dixit, non absolutè, sed ex ijs qui dicunt aliquid infinitũ. nam eos etiam qui finita faciũt, scit appellari Physicos, quẽadmodum Empedoclem. Num aũt quẽadmodum prius quoq; dictum est, Physicos propriè existimat, eos qui uersantur in causa materiali. inter quos nec Empedoclem quidẽ propriè connumerare voluerit, vt qui causas efficiẽtes introducat, contentionẽ & amicitiam. fortasse aũt nec Anaxagoram, qui dicit mentẽ partes discernere similares: nisi vtiq; quatenus in tradẽdis causis, vt videt, ipse quoq; mente nõ vtiq; vtitur, sed causis quę sunt paulò magis materiales. Qui autẽ multitudine, inquit, infinita faciunt elemẽta, quemadmodum Anaxagoras, qui **F** similares ponebat partes numero infinitas, Democritus aũt atomos, ij apertè quidẽ introducunt infinitũ multitudine. quod quidẽ ostendit Aristoteles dicens, QVI autẽ infinita faciunt elemẽta. } Quòd aũt etiã magnitudine, ostendit dicens, TACTV continens dicunt esse infinitum. } non aũt vnione, vt qui dicunt esse vnum infinitũ elementum. Tactu aũt ꝙ fit aliquid continuum infinitum, & ex his fiat, clarum est. quę sunt enim infinita multitudine, & eiusdẽ speciei seu formæ, vt se inter se inuicẽ tangant, infinitam faciunt magnitudinẽ tactu continuã. Quocirca Eudemus quoque in secundo naturalium, Id « quod est multitudine, cùm sit eiusdem speciei, infinitum « dicere, nihil refert, an infinitũ magnitudine. Omnium aũt simul figurarum dixit disseminationem, eam quę est atomorum Democriti, quandoquidẽ ponebat infinitas atomos, & eas quæ ex figura erant differentias.

Infinitum est multitudine & magnitudine.

Et ille quidem quãlibet partem esse similiter XXVIII atq; vniuersum mixturã. propterea ꝙ videret **G** quodlibet fieri ex quolibet. Hinc enim videtur illud, Simul quãdoq; res oẽs esse, dicere. quemadmodum hanc carnẽ & hoc os. & sic quodlibet. Ergo etiam omnia, & omnia simul igitur. Principium enim est, non solùm in vnoquoq; discretionis seu disgregationis, sed etiam oium. Quia enim id quod fit, fit ex tali corpore: oium autem est generatio, sed non simul: & oportet esse generationis aliquod principium, id autẽ est vnum, quod ille mentem vocat seu intelligẽtiam: Mens autem seu intelligentia operatur, cùm ex principio aliquo intellexerit: Quare necesse est aliquando simul esse omnia, & cœpisse aliquando moueri.

H Quoniam ex Physicis alij quidem dicebãt vnum esse XXIX elemẽtum, alij verò plura quidem, sed finita numero: alij verò numero infinita: cùm dixisset ꝙ qui vnum quidem dicebant, vt quod illi accideret magnitudine infinitum esse dicebant: qui aũt & multitudine & magnitudine finita elementa ponebãt, nec multitudine nec magnitudine dicebant infinitum: deinceps dicit de ijs qui elementa faciunt infinita multitudine, eos non solùm infinitum introducere multitudine, sed etiã magnitudine. Quæ sunt enim multitudine infinita, cùm sint actu magnitudines, & tactu fiant continuę, infinitam etiam faciunt magnitudinem, sicut prius dictum est. Quoniam aũt Anaxagoras quidẽ partes similares, Democritus aũt atomos, infinitas vterq; multitudine, ponit tanq̃ principia, primùm Anaxagoræ referens sententiã, nos etiam causam docet propter quam Anaxagoras venerit in hãc suspitionem: & ostendit eum non solùm vniuersam mixturam dicere esse

Anaxagoras similarium partiũ mixturã cur introduxerit.

esse necessariò magnitudine infinitam, sed vnamquanq; etiam partẽ similarem, quęcunq; insunt similiter atq; totum habere, & non solùm infinita, sed etiã infinita infinitis partibus. Cæterum in hanc quidẽ venit sententiam Anaxagoras, existimãs, ex eo quod nõ est, nihil fieri, & quodlibet nutriri à simili. Cùm ergo videret ex quouis quiduis fieri, & si nõnullo interiecto medio, sed ordine; etenim aer ex igne & ex aere aqua, & terra ex aqua, & ex terra lapis, & ex lapide rursus ignis: quinetiam eodẽ apposito nutrimento, vtpote pane, multa etiã fiunt dissimilia, carnes, ossa, venę, nerui, pili, vngues, atq; adeò & pẽnę, si ita contigerit, & cornua: augetur aũt simile simili: his de causis in nutrimẽto esse existimabat, & in aqua, si ea alerentur arbores, lignum, & corticẽ, & folia, & fructum. quamobrem dicebat oĩa esse mixta, & per excretionẽ fieri generationẽ. Ad hoc autẽ eum quoq; fortassẽ id induxit, q; manentibus aliq̃bus ex ijs fierent alia, quẽadmodum ignis ex lapide, & aer ex aqua bulliẽte. Cùm aũt videret ex vnoquoq; eorum quæ nunc discreta sunt excerni oĩa, quẽadmodum ex pane carnem & os & alia, tanq̃ oĩa simul insint & omnia mixta sint, ex his cõiecit oĩa etiam quę simul sunt fuisse prius mixta anteq̃ discernerentur. Quocirca opus etiã suum sic incepit. Erant si-
» mul res omnes, vt quodlibet: vtpote hic panis, & huius
» carnis, & huius ossis esset mixtura, simul ac vniuersum. A mixtione enim vniuscuiusq; venit ad mixtionem vniuersorum. Sunt enim apertiora & sensui notiora singularia vniuersis. Similitudinem autẽ deinceps considerauit vniuscuiusq; cum vniuerso, & in mixtione, & in ea quæ fit ab initio discretione, quę est & causalis et temporalis. Quẽadmodum ergo in vnoquoq; principium fit aliquãdo discretionis, ita etiam in vniuerso. & quẽadmodum in vnoquoq; cernitur aliqua quæ fit generatio: ita q̃m est etiam vniuersorum generatio, ab vniuersorum mixtura excreta est omnium generatio, etsi non simul. Cùm autẽ essent corpora, & quatenus erant ab alio mobilia, & eiusdem inter se quodãmodo ordinis, principio & causa aliqua opus haberent præstantiore, quam mentem vocat Anaxagoras, oportebat id quod coacta discerneret, & discretionem ex concretione & coagmentatione in ordinem redigeret, cùm ipsum coactam habeat substãtiam, primò in seipso ostendere discretionem. Talis autem est Mens, quam ab aliquo principio cogitauit operantem. cùm dixit Mentem cepisse discernere. Mentis itaq; cõceptio, per quã in hanc principiorum positionem venit Anaxagoras, sic clara facta est. Ex ijs autem quæ dicta sunt in prõptu est animaduertere, q; si quodlibet excernitur ex quolibet, & sunt oĩa in oĩbus: non solùm vniuersum, sed etiã quodlibet, nõ solùm multitudine, sed etiam magnitudine, sit infinitum infinitis partibus. Quòd autẽ Aristoteles id referat quod primo aspectu apparet ex sententia Anaxagoræ, Anaxagoras aũt cùm esset sapiẽs duplicem significauerit exornationem & distributionẽ: vnam quæ est vnita, & quæ prior est, non enim fit illa in tempore, sed est exuperatio substantiæ & potestatis: alteram autem quæ ab hac discreta est, & per eam cõsistit ex mente opifice, dictum est in commentarijs in primum librum, in quibus conatus sum id ꝓbare adscriptis verbis ipsius Anaxagoræ. Meritò aũt & vnũquodq; ex sensilibus se cõmunicat oĩbus, & est omnium particeps. vna enim cõfluxio, vna conspiratio, oĩa in mutua affectione inter se cõsentientia, vt ait Hippocrates, propter principialem vnionem quæ prius est in ijs ex ipsis quæ percipiuntur ab intelligentia. etenim in ea quoq; cùm discernuntur, non sunt oĩno inter se diuulsa alterum ab altero. quocirca ait Anaxagoras ne contingere quidẽ vt omnia discernant. non est enim discretio ꝑfecta diuulsio. quocirca nec fieri potest vt ingressus, color, vel in summa affectiones & habitus, separẽtur à subiectis. Videri autem dici in tempore principium discretiõis, in vsu erat apud veteres Physicos & Theologos, qui se dimittebant ad

Anaxagorę de similarium partium congressu opinio defendit a Simplicio.

Oĩa mutua affectione inter se cõsentire dicit Hippocrates.

A captum nostræ intelligentiæ. Vnà enim cum æterna extensione nõ possumus nostram extendere intelligentiã. sed aliquo posito principio requirimus deinceps cõtemplari ea quæ consequuntur.

Democritus autem nihil eorum quæ prima sunt dicit fieri ex alio. sed tñ ipsum cõmune corpus est omnium principium, magnitudine & figura differens in partibus. Quòd itaq; Physicis conueniat consideratio, ex his clarum est. XXIX

Postq̃ dixit q̃uo erat Anaxagorę consequens magnitudine infinitum ponere principium, eo q; dicat multitudine infinita principia, quę sunt corporea, nempe partes similares, ostendit Democritum quoq;, etiamsi non per excretionem faceret generationẽ, nec omnia esse diceret in oĩbus, sicut Anaxagoras, posuisse tamen ipsum quoq; principia, nempe atomos, quæ sunt multitudine infinita, & inane, non minus q̃ Anaxagoras. Quinetiã ipsum
B quoq; non solùm multitudine, sed etiã magnitudine infinitum esse tactu dixisse principium, cùm etiam ea rõne fiat continuũ infinitum. Quę sunt enim multitudine infinita, cùm & aliquã habeant magnitudinem, & sint eiusdem generis, vt se inter se mutuo tangant, faciunt infinitam aliquam magnitudinem, vt sæpe dictum est. Et q; atomi quidẽ ex Democriti sententia habeãt magnitudinem, ostendit ex eo quod ipse dicat eas differre figura & magnitudine. Quidnam autẽ differre possit magnitudine, quod nõ habet magnitudinem? Quid autem figura, quod non sit figuratum à lineis vel superficiebus? Quod autẽ continetur à lineis aut à superficiebus, est oĩno magnitudo. Quòd aũt se inuicem tangant quæ sunt multitudine infinita, Anaxagoræ quidẽ ex eo erat cõsequens, siquidem vt dicit, simul erant res oẽs: Democrito aũt, q; cõe atomorum corpus unum oĩno esse dicebat, ex figura & magnitudine ponens eorum differentiam, non aũt ex subiecto corpore. Huic aũt est consequens, dicere eas es-
C se eiusdem speciei: ei verò, se tangere. quæ enim sunt eiusdem speciei, si nõ prohibeantur, eodem procedunt, & se inuicem tangunt. Inane autẽ non vetat tactum. sic enim fuerit infinito corpore inane infinitius, & si cum ipso sit, & si seorsum, vbi prohibet. Infinito autem non est infinitius, in summa aũt nec est quidem inane atcẽdi ꝓpt̃e prædictũ. Si ergo & oẽs ferè Physici quod est magnitudine infinitum admiserunt, & tanq̃ in ratione principij, in principio enim est, aptè scilicet & conueniẽter de infinito loquendum est ei qui de principijs dixerit naturalibus.

Atomi Democriti habent magnitudinem.

Democritus ponebat vnũ cõe corpus atomorum.

Iusta autem de causa ipsum quoque ponunt oẽs principium. neq; enim fieri posse vt ipsum sit temere, neq; ei aliam inesse potestatem, nisi vt principium. omnia enim sunt aut principiũ, aut ex principio. Infiniti autem non est principium. esset enim eius finis. XXX

D Postq̃ dixit veteres Physicos, qui infinitum introducebant, id introduxisse tanq̃ principium, ostendit nunc, non esse quidẽ infinitum, sed eos qui id oĩno ponunt, iusta de causa posuisse in rõne principij. Ostendit aũt ex diuisione. Quicquid enim quomodocunq; est, vel est per accidens & temere, cuiusmodi sunt ea quę casu fiunt, vel per se. Et si per se: vel principium est, vel à principio. Si ergo neq; temere, neq; à principio est infinitum: clarum est id esse principium. Et q; nõ temere quidẽ nec à casu sit, clarum est, siquidẽ quicquid est eiusmodi, fit rarius, Infinitum autẽ, cùm sit vbiq; & sit omnia, non fit rarius. Præterea autẽ, si æternum quoq; est infinitum, vt ostendetur ex eo q; sit ĩgenitum: nec temere nec à casu fuerit. nihil enim eorum quæ sunt eiusmodi est æternum. Sed neq; est à principio infinitum, neq; est infiniti principiũ. Esset enim, vt dicit, eius finis. quare nõ esset amplius infinitum. Hoc quod hic dicitur fallacẽ putant esse ratiocinationem, XXXI

Infinitum si sit, principiũ sit necesse ẽ.

nationem,

nationem, arbitrati dicere Aristotelē, ꝙ si infinitum habeat principium, principium aūt quod est in magnitudine, est etiā finis, id etiam habeat finem. quare non erit infinitum, sed finitum. Dicunt autē fieri falsam inductionē ex æquiuocatione principij. Quēadmodum enim in primo libro dictum est, principium, rei etiā principium significat, quēadmodum nūc accepit: significat aūt etiam principium causale. principium enim est & materia, & forma, & id quod efficit, & finis. Cùm enim instituisset ostendere infinitum non habere principium quod sit vt causa, sed ipsum esse principium, translatum est causale principium ad id quod in re est. in quo illud verum est, Si habet principium, habet etiam finem. In causali enim non vtiq; verum est, ꝙ si habeat principium, quod est vt causa, finem etiā habeat qui in re est. neq; enim hic finis illud cōsequitur principium. Sed dicere quidē eum probabiliter conari cōfirmare illorum opinionē, mihi re vera videt minimè probabile. Videtur enim dicere illud se qui necessario, Si infinitū habeat principium, finē quoq; habere.

Infinitū si habeat principiū, finē quoq; habeat necesse est, quocūque sumatur principium.

F Illa ergo rectius dicuntur ab Alexandro, ꝙ quocunq; principij modo positum fuerit à principio factum esse infinitum, oīno finem habet qui est in magnitudine, vt nō sit infinitum. Siue enim fiat à principio quod est in tempore, cùm sit substantia: non simul fiat & aceruatim, sed ab aliquo principio quod est in magnitudine, vt animalia, vt plātæ, vt videntur oīa fieri artificialia. quod aūt habet principium quod est in magnitudine, id quoq; finem habuerit. Quinetiam si habeat principium vt elementare, ex illo etiam fuerit principio tanq; ex materia, & si quidē finitum habeat in seipso principium, nempe materiam: infinitum erit ipsum quoq; finitum: Sin infinitum, infinitum fuerit principium. Similiter autē etiam si quod in forma est principiū, habeat infinitum. si forma enim est compositi principiū: si infinita quidē forma est, principium est infinitum: Sin finita: per materiam quidē fuerit infinitum in cōposito. Principium autē est etiam materia. Principium ergo est infinitum ea etiā ratione.

G Compositum enim, cuius forma est pncipium, nihil est aliud q; materia & forma. Quòd si efficiens principium dixerit infinitum, oīno est corpus, & habet principium quod in re, est à quo cepta est generatio, quod etiā fuerit finis, & alioquin fuerit genitū, & finem habuerit in quē generatio desinit. Si principiū habeat quod est vt finis, & cuius gratia, infinita magnitudo: primùm quidē nihil vetat quominus quod tale habet principium sit ipsum quoq; principiū. Quod est enim principium tanq; finis, & est eius quod efficit, & elementorū. Nam Plato quoq; finale quærens principium mundi fabricationis, effectoris bonitatē inuenit, cùm dicit.

» Dicamus autem propter
» quānam causam qui fecit, vniuersum hoc sit architecta-
» tus. Bonus enim erat.

Deinde infinitam magnitudinē, quæ est indefinita, indefinitā aliquam causam qūo quis retulerit? Sed si finem habet aliquem definitum, cùm sit magnitudo, oportet ipsum quoq; esse definitum tanquā

H magnitudinem. Magnitudinis aūt terminus ac finis est circūscriptio & figura. Quòd aūt etiam Aristoteles, et quod est esse infinitam magnitudinem, tanq; cōsequens colligat, nō habere ipsum principium, non solùm elementare, sed nec efficiens aut finale, clarum est ex eo quod dicit, eos qui nō faciunt alias causas præter infinitas, vtpote mentem, vel contentionem & amicitiam, vel aliquid eiusmodi, ipsum dicere infinitum oīa comprehendere & oīa gubernare. nempe ꝙ si sit infinitum, efficiētem cām nō habeat aut finalē. Planum ergo factum est quod dictum est, ꝙ si sit qualecūq; infinitæ magnitudinis principium, fuerit etiam eius finis tanq; magnitudinis.

Præterea autem est & ingenitum & ab interitu alienum. vt quod sit aliquod principium. nam & quod genitum est finem capiat necesse est, & est finis, cuiusuis interitus. Quamobrem

E sicut dicimus, non est eius principiū, sed ipsum esse videtur aliorum, & omnia cōtinere, & oīa gubernare; vt dicunt qui præter infinitum non faciunt alias causas, vtpote mentem vel amicitiam; & id esse diuinum. immortale enim & ab exitio alienum, vt dicunt Anaximander, & plurimi ex Physicis,

XXXII Postq; dixit eos qui ponunt infinitum, id iure dicere principiū: aut enim esse temere, aut à principio, aut principium, sublatis autē cæteris reliquum esse vt sit principium: adijcit etiā aliquid aliud ex ijs quæ dicuntur adesse infinito, quod decet principium, nempe ꝙ ingenitum et ab interitu alienum dicatur infinitum, si modò sit oīno. Per hoc etiam probatur id non esse temere. siquidem id quod est ingenitum & ab interitu alienum, est æternum. Quod temere aūt est, non est æternum, cùm sit per accidens & fiat rarius.

F Et ꝙ principium quidem deceat esse ingenitum & ab interitu alienum, apertè ostēdit Socrates in Phædone. Si enim ex aliquo, inquit, fieret principium, non esset principium. & ꝙ si pereat principium, neq; ipsum vnq; ex aliquo, neq; aliquid ex illo sit faciendum. Quòd aūt ingenito quoq; adest id quod est principiale, clarum est. Si enim non est principium, id fit à principio. Quòd aūt infinitum, siquidē sit, est & ingenitum & ab interitu alienum, sic ostendit. Si enim genitum est: necesse est eius generationem finis aliquis aliqñ ceperit, aut non fuerit genitum. Si ergo nō simul & aceruatim facta sit eius generatio: est scilicet aliquod etiā principium magnitudinis, à quo incipit fieri: & finis eius in quem ortus definit: & quo cōpleto non gignitur aut fit amplius, sed fuit aut factum est. Quòd si quādoq; intereat magnitudo: aliqñ etiam interierit. quocirca erit aliquis eius finis, qui cùm postremus interierit, vniuersum interibit. Quare si est infinitum, necesse est id eē ingenitum & ab

Principium decet esse ingenitū & ab interitu alienum.

Ingenitū quod est, est principiale.

G interitu alienum, quod quidē principij, & nō eius quod est à principio est proprium. Quare qui solum infinitum ponunt vt principiū, & non alias præter eas causas adnumerant, quemadmodum Anaxagoras quidem mētem, Empedocles aūt amicitiam & contentionem: infiniti naturā, & materiale eius principium, ad omnium generationem satis esse duxerūt, vtpote ꝙ propter perpetuam eius suppeditationē semper fieret generatio, & ab eo cōtinerentur oīa & gubernarētur. Id enim solum positum tanq; principium, eis principij præbet vsum, non solùm materialis sed etiam efficiētis & finalis. quod Anaxagoras quidem menti, Empedocles aūt amicitiæ, & contentioni, & necessitati adscribit. Diuinam autē causam dicunt & vt principium, & vt quod sit ingenitum & ab interitu alienū. tale enim principium ponebat Anaximander, infinitum quod inter ignē & aerem intercedit. neq; verò est absurdum si uocabat diuinum, sed potius est necessarium. ex eo enim ostēdebatur Deum esse ipso superiorē.

Infinitū vnū principiū qui ponūt, [illegible] statuunt.

H Diuinum enim est id quod est Dei particeps. Ab eis aūt habebatur oratio de principijs naturalibus: quemadmodum & ab Aristotele in eodē opere: non autem de ijs quæ sunt supra naturam. Sin continere etiā dicebant & gubernare, nihil mirum. Continere enim inest causæ materiali, vt quæ per oīa procedat. Gubernare aūt, vtpote ꝙ per eius aptitudinem sint ea, quæ fiunt,

Deum et diuinum esse differunt.

XXXI Quòd autem sit aliquid infinitum, ex quinq; maximè fidem fieri euenerit ijs qui cōsiderant: & ex tempore: id enim est infinitum: & ex diuisione quæ est in magnitudinibus. viūtur enim Mathematici quoq; infinito. Præterea ꝙ sic demum ortus nō defecerit & interitus, si fuerit infinitum vnde aufertur id quod gignitur. Præterea eo ꝙ finitum semper finiatur ad aliquid.

Quare

Quare nullum esse finem necesse est, si semper
XXXII necesse sit finiri alterum ad alterum. Maximè autem & in primis proprium, quod oĩbus communem exhibet dubitationẽ. propterea enim ꝙ nõ deficiat in mentis agitatione, videt̃ quoq; esse infinitus numerus, & Mathematicę magnitudines. & quod est extra cœlum, cùm sit id qd' est extra infinitum, infinitum quoq; corpus esse videt̃, & mundi. cur enim illic sit magis inane q̃ hic. quare siquidem est vno in loco, & vbiq; etiam molem seu magnitudinẽ esse necesse est. Porrò aũt simul etiam si sit inane, locum quoq; esse infinitum & corpus necesse est. Cõtingere enim, ab eo quod est esse, nihil differt in ęternis.

XXXIII Cùm & ex ipsa infiniti notione, & ex priorum Physicorum opinione ostendisset Physico esse necessarium loqui de infinito: transit deinceps ad eius inquisitionẽ, seruans ordinẽ quęstionum, & primum quęrens infinitum sit ne aliquid an nõ. Ad hoc aũt vtile esse existimauit inuestigare primùm notiones, à quibus eò venere nõnulli vt ponerent infinitum. vt si re aliqua niti videantur, nos quoq; eis assentiamur: sin deprehẽsum fuerit eas fieri per inane, & sequi id quod est incertum & interminatum in nr̃a visione: id vbi arguerimus, non posse infinitum consistere ostẽdamus. Quinq; autẽ esse dicit, ex quibus esse infinitum non solùm magnitudine, sed etiam quõcunq; esse credimus infinitum. Cùm enim omnino inuestigare cœpisset notiones ex quibus infinitũ posuimus, eas aperit nõ solùm in corporea magnitudine, sed in quauis etiã magnitudine & multitudine infinitum fingere, aliqãdo quidem verè, aliqñ verò falsò. Primam aũt ponit infinitatis cogitationẽ, eam quę est ex tpe, quod est re vera infinitum. Si nõ esset enim tempus infinitum, fuit qñ non fuit tempus, & erit qñ non erit. quare etiam cùm non est tempus, est tempus. semper ergo est tẽpus. infinitum ergo est tempus. Secundum autẽ argumentum ꝙ sit infinitum, est ex diuisione quæ est in magnitudinibus, aut, vt Eudemus dicit, in continuis. videtur enim non deficere. non deficere aũt est infiniti. Sectione autẽ magnitudinum vtuntur etiã Mathematici: aliqñ quidem sumentes tanq̃ maximum pronuntiatum: quãuis enim magnitudinem & quãuis lineam quacunq; rõne secant, datam sumẽtes quãtacunq; fuerit, vtpote ꝙ sit magnitudinum sectio in infinitum: aliqñ autem etiam demõstrantes. Si enim, vt aiunt, nunq̃ quæ in circulo inscribitur linea est æqualis circũferentiæ, superficies scilicet quę cõprehenditur à recta & circumferentia, scinditur in infinitum. Si enim sectio cessauerit, adaptatur & quadrat recta circumferẽtiæ. Si autem trianguli quoq; duo latera semper sunt reliquo maiora, si in triãgulo isoscele rectangulo, in quo basis est maior vtroq; latere, cùm ab ambobus lateribus basi æqualem abstulerimus, per facta signa basi parallelã seu æquidistantem duxerimus: triangulum minorem faciemus toti similẽ, nempe & rectangulum & isoscelem. & id semp facere poterimus. neq; enim cessabimus semper triangulum facere breuiorem, neq; duo latera inuenire reliquo maiora, vt in ambobus basi æqualem auferamus, & per signa ducamus parallelã. Sin hoc fieri potest in infinitum: trianguli superficies scinditur in infinitum. Si aũt est sectio in infinitum: est infinitum in magnitudine. non enim scinderetur in infinitum, nisi esset infinitũ. Tertium aũt ait esse eorum quæ ducunt ad infinitum, ꝙ ita demum non sit defectura generatio, si sit infinitum illud, à quo semper ablato in infinitum fiunt ea quæ fiunt. id enim nõnullis quoq; persuasit Physicis, vt infinitum ponerent elemẽtum. Quartum autem est, & quod vix contra aliter aspici potest, ꝙ videatur quicquid est finitũ

Notiones quibus inducti veteres posuerunt infinitum.

Infiniti notio ex tpe.

Infiniti notio ex diuisione magnitudinum.
Sectione in infinitũ vtuntur Mathematici.

Infiniti notio ex generatione quæ nõ est defectura.

A semper finiri in aliquo finito. Si enim quicquid est finitum, semper finitur in aliquo alio quod est extra ipsum, id quod est extrinsecus in quo finitur, aut est infinitum, aut finitum: & si infinitum quidem, ex eo habemus esse infinitum. Sin autẽ finitum, vtpote terra, id quoq; rursus finitur in alio, idq; in infinitum. Si aũt in infinitum, est infinitum. nullus enim sumetur finis vltimus, siquidẽ hoc etiã finitur in alio. Huic maximè rationi, vt ait Alexander, credentes Epicurei, infinitum esse dicebant vniuersum: qm̃ quicquid est finitum, pręter id quod finitur habet aliquid extrinsecus. Aristoteles autẽ meminit huius orationis tanq̃ vetustioris. Quintum autem, quod maximè & in primis proprium dicit Aristoteles, & quod omnibus cõem exhibet dubitationẽ, est potestas nostræ mentis agitationis seu visionis, quæ semper potest aliqd addere & auferre, & nunq̃ vincitur & deficit. Nam numerus quoq; ideo videt̃ crescere in infinitum, quòd cuilibet addito numero possumus addere vnitatẽ vel numerum.
B & Mathematicę magnitudines diuidi & augeri, ꝙ quicquid sumitur scindi potest, & pars diuisa ei adĳci cogitatione, non enim sensu. quia aũt videtur ex rebus esse cogitatio, existimamus res quoq; ita se habere vt visione apprehẽdimus. Hoc ipsum quoq; nobis vsuuenit etiam in eo quod est extra cœlum. semper enim extra id quod sumptum est aliquid cogitamus. & ita infinitum esse videtur id quod est extrinsecus. Et si inane quidem, vt videtur dicere Democritus: esset infinitum, essent mundi quoq; infiniti. cur enim illic sit magis inane q̃ hic? Quare si quidem vno in loco, vbiq; etiã molem seu magnitudinem esse necesse est, adeò vt etiam ipsa sit infinita. Et alioqui si inane, locus est qui põt corpus capere, in æternis aũt quod fieri potest oĩno etiam fiat: nam si nõ fiat ne fieri quidem cõtingat: in ĳs enim in quæ cadit interitus, nihil vetat quominus intereant priusquã in opus exierit id quod contingit, in æternis autẽ id nequit fieri: quocirca in æternis non est id quod contingit, sed in ĳs solis in
C quæ cadit ortus & interitus. Quare si est infinitũ inane: locus etiã erit infinitus, & corpus infinitum, ad quod suscipiendum infinitus locus natura est aptus. Archytas autem, vt ait Eudemus, sic interrogabat. Cùm in vltimo seu inerranti cœlo fuero, vtrum manum aut virgam extra extenderim, an non? Non extendere quidem, est absurdum. Sin extendero, aut corpus aut locus erit id quod est extra: nihil autem intererit ut discemus: semper ergo vadet eodem modo ad finem qui sumitur, & idem rogabit. Et si semp aliud erit in quo virga desinit, est videlicet etiam infinitum. Et si corpus quidẽ, ostensum est propositum. Si locus: est autem locus, id in quo est corpus vel esse potest: quod autem est potentia, vt quod sit ponẽdum in æternis: sic quoq; fuerit corpus infinitus & locus. Num autem hæc oratio vehementẽ quoq; aduersus nos afferet dubitationem, qui dicimus nihil eẽ extra cœlum, vtpote ꝙ mundanum corpus, cuius finis est cœlum, vniuersum spatium cõprehenderit? Si ergo cùm in
D cœli dorso fuerit, manum extenderit, quonam extendetur? neq; enim potest ad nihilum extendi. nihil enim eorum quæ sunt est in eo quod non est. Sed neq; vetabitur extendere. neq; enim vetari potest ab eo quod non est. Sic ergo Aristoteles quidem ex quinq; magis dicit fidẽ fieri quod sit infinitum. Eudemus autem dicit propter sex causas. Quarum cùm primam dixisset eam quę est in cõtinuo diuisionem quę fit in infinitũ, ei aduersam dicit esse eam quæ fit per additionem, quæ consideratur in numeris. Sed nec hanc causam prętermisit Aristoteles, vt qui eam posuerit in ĳs quæ reputantur infinita propter cogitationem, cùm dixit, Et numerus videtur esse infinitus, & Mathematicę magnitudines diuidi, in infinitum scilicet. Fortasse autem dubitauerit quispiam, quomodo per cogitationem dicit numeri in infinitum adiectionem, et magnitudinis ablationem. ea enim in ipsa rerum veritate cernuntur. Cui enim numero nõ licet adĳcere?

&

Infiniti notio ex eo ꝙ quicquid finit semp aliquo finito finit.

Infinitũ Epicurei dicebant vniuersum.

Infiniti notio ex pñte nostræ cogitationis.

Si inane est infinitũ mundi sunt infiniti.

Contingens non est in æternis.

Archytæ de infinito pulchra interrogatio.

Adiectionẽ numeri in infinitũ qõo dicat Aristoteles.

& quænam magnitudo nō poteſt diuidi: ſiquidem ex ſignis non cōſtat magnitudo? Num non ad infinitum ſed infinitum dicit eſſe cogitatione, ex eo quod incrementū & diminutio cogitatur in infinitum. Illud enim, In infinitum, in vtroq; cōſiſtit. infinitum autem nequaquam, vt oſtendetur. neq; enim eſt infinitus numerus, nec magnitudo. E

XXXIII **Habet autem dubitationem infiniti contemplatio. Num & ijs qui eſſe ponunt, multa eueniunt quæ fieri nō poſſunt, & ijs etiam qui eſſe. Si quid aūt ſit: vtro modo ſit, vtrum vt ſubſtantia, an vt quod per ſe accidit alicui naturæ, an neutro modo. Sed nihilominus eſt infinitum, quàm infinita multitudine.**

XXXIIII Cùm dixiſſet ex quot & quibus inducti erant vt infinitum ponerent ij qui ponebant, & paulo poſt eſſet oſtēſurus, quomodo quidem non ſit, & quomodo ſit infinitum, interim dicit vtrinq; ſe offerre dubitationes, & ijs qui nō eſſe, & ijs qui dicunt eſſe infinitum. & ſi eſt, & ijs qui vt ſubſtantiam id ponunt, & ijs qui vt accidens, vel qui neutrum quidem, ſed nihilominus & multitudine & magnitudine dicunt infinitum. hoc enim requiritur, vt nihil deſit diuiſioni: & ei quod eſt In infinitum, maximè conuenit. Quęnam autem oſtenduntur abſurda occurrere ijs qui dicunt nō eſſe infinitum? Neceſſe eſſe vt tollatur ſectio continuorum in infinitum. Ea autem ſublata, tollitur quidē Geometria, quæ hoc vtitur principio. Introducitur autem conſtare magnitudines ex atomis ſeu indiuiduis & ſignis: & tēpus ex ijs quæ nunc ſunt. quod quidem multis refutabitur. Tollitur autē etiam numerorum incrementum in infinitum, quod euidenter appa- F ret. Quis eſt enim numerus hominū qui iam fuerunt aut futuri ſunt, cui nō poſſit addi? Porrò autem tollitur etiā proceſſus temporis qui fit in infinitum. vnà autem cum eo tollit vniuerſi æternitas, quæ multis & accuratis ſcriptis à Platone & ab Ariſtotele fuit demonſtrata. Rurſus autem ſi quis dicat eſſe infinitum, tollitur eius quod eſt ſurſum & eius quod eſt deorſum differentia, & eius quod eſt medium, & eius quod eſt circūcirca: & naturalis corporum inclinatio & motus. Si enim non ſunt definita ea ad quæ eſt motus, nec motus quidē ſunt definiti. Si quis autem eſſe aliquid infinitum, ſiue vt ſubſtantiam ſiue vt accidens, quot & quænam ſequantur quę fieri nō poſſunt, diſcemus paulo poſt. Si quis autem dicat neutrum eſſe eorum, & tamē eſſe infinitum, eo ipſo videtur abſurdū eſſe aliquid quod nec ſit ſubſtātia nec accidens. Iā verò aliter quoq; exponit Alexander illud NEVTRO MODO, non vt quod diſtinguatur à quouis accidēti, ſed ab eo quod per ſe ineſt alicui naturæ. perinde ac ſi diceret, Neq; vt ſubſtantia, neq; vt p ſe accidens, ſed vt quod aliquo alio modo accidat. G

Infinitū tollētibus quęnā abſurda eueniant.

Infinitū aſſerētibus quęnam abſurda eueniunt.

XXXIIII **Maximè autem eſt Phyſici cōſiderare, an ſit magnitudo ſenſilis infinita.** H

XXXV Cùm per omnia quæ dicta ſunt confirmaſſet Phyſico eſſe conuenientē de infinito inquiſitionem: & ex ijs quæ ei ſubiecta ſunt, ſiquidem ſunt magnitudines & quæ mouentur in tempore: & ex eo q; veteres Phyſici non leuiter nec obiter de eo diſſeruerint, ſed ipſum principiū poſuerint: quinetiam ex eo q; ijs qui infinitum eſſe ponunt, & ijs qui non, & ijs qui ipſum ſubſtantiam eſſe dicunt, et ijs qui accidens, & neutrum, multa occurrant infinita: Cùm propterea ergo oſtēdiſſet conuenire Phyſico loqui de infinito, meritò ſubiungit Phyſico cōuenire loqui de huiuſmodi infinitis, non de aliquo quod intelligētia percipitur, cuiuſmodi eſt Mathematicum, aut ſi quid eſt eo ſuperius, ſed de ſenſili. Eius enim eſt qui eſt prędirus ſciētia, de eis verba facere quæ inſtituto & propoſito argumento conueniant.

E **Primum ergo definiendum eſt, quot modis dicitur infinitum. Vno ergo modo quod non poteſt peruadere, q; ei à natura non ſit inſitum: vt peruadat, quēadmodum vox quæ ſub aſpectum non cadit: Aliter autem quod habet tranſitum minimè finiendū, vel quod vix: vel quod cùm aptum ſit natura vt tranſitum habeat vel non habeat, non habet autem tranſitum vel finem: Præterea quoduis infinitū eſt vel per additionem vel per diuiſionem, vel vtroq; modo.**

Poſtq; dixit de quonam infinito ſit maximè propoſitum Phyſico conſiderare, an ſit, nempe de magnitudine ſenſili, quam etiam non eſſe oſtendet, volens quædā eſſe alia infiniti ſignificata, quoniam infinitum eſt ex ijs quæ dicuntur multis modis, ſignificata eius primòm diuidit. ita enim didicerimus in quibuſnam ſignificatis eſſe non poſſit infinitum, & in quibus eſſe poſſit. Communiter itaq; videtur eſſe infinitum, quod tranſmitti & finiri nō poteſt, quod non licet tranſire. Huius autem aliud quidē ſic dicitur infinitum, vt quod omnino non ſit ea natura præditum vt tranſmitti aut trāſiri poſſit: cuiuſmodi fuerit & ſignum, & in ſumma quicquid non eſt quantitate præditum: quod enim non eſt quantitate prędirum, non habet omnino tranſitum, quare neq; tranſitum qui finiri nequeat: ita etiā dicitur vox inaſpectabilis per negationem, vt cui non eſt à natura inſitum vt aſpiciatur, quoniam nō eſt colore prædita. Multis autem modis dicitur eiuſmodi negatio, quę eſt ex eo quod nō ſit à natura inſitum: aliter enim ἄπους, hoc eſt, apes ſeu ſine pedibus, dicitur mutus, & piſcis, & auis cui nomen δρεπανίς: mutus enim ideo ſic dicitur q; ne omnino quidem ſit in genere pedeſtrium, cuiuſmodi eſt animal: piſcis autem, quòd in hoc differat ab ijs quæ ſunt eiuſdem generis: animalium enim ſeu aquatilium, alia quidē carent pedibus quę Grę- G ci vocant ἄποδα: alia verò ſunt pedeſtria: δρεπανίς autē (ea eſt auis quæ alio nomine à Gręcis vocatur κεγχρίς, à Latinis tinnunculus) dicitur ἄπους, hoc eſt ſine pedibus, q; paruos & malos pedes habeat: ſed non in hoc ſignificato, quod eſt per negationē, quærimus, an ſit aliquid infinitum ſenſile. Secundum autem ſignificatum eius quod finiri non poteſt infiniti exponitur, quod tranſitum quidem habet, q; ſit quantitate præditum, ſed eum non terminandū, & infinitum, & qui non poteſt peruadi. Huius autem ſunt etiam differentię. Aut enim eſt eiuſmodi propter conſtitutionem. Aliquando quidem propter figuram, quēadmodum annulus qui non habet palàm, eſt infinitus, qm̄ omnis etiam circulus: Aliquādo autem, q; nō det exitū: cuiuſmodi erat apud Lacedęmonios Ceadas in quem damnatos immittebant: Aut propter inſignem & exuperātem magnitudinem. in quo ſignificato eſt frequentiſſima infiniti in mente comprehenſio. Ter- H tium autē infiniti ſignificatum, quod vix habet tranſitū, aut propter magnitudinem, aut propter conſtructionē, vt labyrinthus & poſtea Ceadas. Quòd vix enim tranſitum habuerit, oſtēdit vulpes quæ Ariſtomenem Meſenium tranſmiſit. Quartum autem eſt infiniti ſignificatum, quod natura aptum eſt vt habeat tranſitum, nec tā poteſt peruadi. Talis eſt autem via per torridam vel frigidam Zonam, quæ peruadi quidē poteſt, q; ſit eius definita magnitudo, ab aeris tā intemperie & ſymmetriæ egeſtate prohibet. In eo labyrinthum quoq; poſuit Alexander, qui ſic eſt conſtitutus vt tranſiri nequeat. & infinitum annulum: vt quæ ſua quidem natura peruadi poſſint, qm̄ ſint finita, ſed propter quādam conſtructionem minime poſſint tranſiri. Num autem labyrinthus quidem, & ſi vix, habuit tā exitum. quocirca ponendus eſt in ijs quę vix tranſmitti poſſunt. Annulus autem, quēadmodum omnis circulus, nē à natura quidem habet oīno

XXXVI

Infinitum quot modis dicatur.

Infinitū qđ trāſmitti nō poteſt quale ſit.

Negatio in compoſitis multis modis dicitur.

Infinitū qđ tranſitū quidē habet ſed nō terminandum.

Ceadas damnatorū loc' apud Lacedemonios.

Infinitū qđ vix hēt tranſitum.

Infinitū qđ natura aptū eſt vt peruadat nec tamē pōt pruadi.

infitum

infitum vt finem habeat, non propter magnitudinem, sed propter figuram. Quintum infiniti ponit significatum, quod est per additionem, quod quidem consideratur in numero: cuiuis enim proposito numero licet addere: Et id quod est per diuisionem. siquidem quicquid est cõtinuum, potest diuidi in infinitum. Quoniam autem in numeris quidem per additionem solùm est infinitum, diuisio enim se sistens in vnitate, non vtique procedit in infinitum: in magnitudinibus autem etiam per diuisionem, cùm quicquid sumitur scindi possit: & etiam per additionem, cùm etiam scindi possit in infinitum, & partes etiam si addantur: propterea dixit, Aut per additionem, aut per diuisionem, aut vtroq; modo. Ita autẽ tempus quoq; & additione est infinitum, nempe futurum: & ablatione præteritum. Adiecit autẽ illud QVODVIS, non quòd quicquid dicitur, sit infinitum, sed quòd quicquid propriè dicitur id quod est, nõ quòd id quod simul est, sit infinitum: ostendetur enim nihil esse eiusmodi, neq; multitudine, neq; magnitudine: sed id quod est in infinitum. Id autem est quod id quod est, habet in eo, quod est fieri.

Infinitum p additionem.

A

B

CAPVT V.

XXXV VT sit ergo à sensilibus separabile infinitũ: cùm sit ipsum quid infinitum, nequit fieri. Si enim neque est magnitudo, neq; multitudo, sed substantia est ipsum infinitum, & nõ accidens: diuidi non poterit: quod enim diuidi potest, erit vel magnitudo vel multitudo. Si non potest diuidi: nõ est infinitum, nisi quemadmodum vox est inaspectabilis. Sed nec sic esse dicunt qui dicunt esse infinitum, neq; nos quærimus, sed vt quod transiri non possit.

XXXVII Priores quidem erant de infinito quæstiones, An sit, An non sit. & sic vtrum sit substantia, an accidens. Ipse autem cum primùm inquirere cœpisset, prius quærit an id sit substantia vel accidens, forte propter breuitatem. si enim ostensum fuerit non esse substantiam nec quod alicui naturæ accidat, ostẽsum fuerit ne esse quidem omnino vt quod consistat infinitum. quicquid enim est, aut est substantia, aut accidens. Quòd igitur non sit substantia infinitum, sic ostendit. Si est substantia, non poterit diuidi. Si autem nequeat diuidi, nõ est infinitum. Atqui ponitur infinitum. Non est ergo substantia. Et quòd nõ diuidi quidem possit substantia, sic ostendit. Substantia non est accidens. Si non est accidens, non est quantitas. Si non est quantitas, nec est magnitudo nec multitudo. Si non est magnitudo nec multitudo, nequit diuidi. ea enim sunt quæ possunt diuidi. Si non potest diuidi: non est infinitum. Infinitum enim potest diuidi. Atqui ponitur infinitum. Non est ergo substãtia. Sin cùm sit substãtia, dicatur non posse diuidi: ita dicitur vt quod non est aptum natura. quod dicitur per solam negationẽ, vt vox inaspectabilis. Non est autem quod nunc quæritur infinitum, id quod sic dicitur: sed id quod peruadi non põt. Separabilem autem dicit substantiam, vt quæ per se consistat, & non in alio, sicut accidentia.

Infinitũ non esse subam.

Substãtiam nõ posse diuidi.

C

D

XXXVI Si autem est per accidens infinitum: non fuerit eorum quæ sunt elementũ quatenus est infinitum. quemadmodum neq; in aspectabile, sermonis. Atqui vox est inaspectabilis.

XXXVIII Illud, Per accidens, interpretes dictum esse putãt pro eo quod est, Accidens. vt dicat. Si autem non substantia sed accidens fuerit infinitum: non fuerit vtiq; infinitum eorum quæ sunt elementum. quemadmodum dicebant & Pythagorici & Plato, & adhuc magis Physici, qui aquam, aerem vel ignem, vel id quod intercedit dicunt

A elementum. Fuerit enim illud elementum & principiũ, cui euenit vt sit infinitum. quemadmodum habet in voce. ipsa enim est & principium & elementum sermonis: & ei accidit vt sit inaspectabilis. nec quis id dixerit esse principium aut elementum sermonis. Sic ergo, vt dixi, omnes ferè interpretes locum exponunt. Num autem illud, Per accidens, non pro eo quod est Accidens, sed propriè dixit Aristoteles, vt qui nondũ transisset à substantia, ad quærendum, An sit accidens infinitum. sed postquam ostendit non esse substantiam quod per se est infinitum, nec idem esse, esse infinitum & esse substantiam, ostendit ne infinito quidem inesse per accidens vt sit substantia. quod quidem quispiam facilè potuerit suspicari, cùm in naturali substantia videat quantitatem. Dicit ergo quòd si per accidens est substantia infinitum, non fuerit eorum quæ sunt elementũ infinitum, sed substantia quæ est in infinito per accidens. quẽadmodum se habet in voce & sermone. Etenim cùm vox inaspectabi-B li insit per accidens, accidit enim vt aliquid inaspectabile sit vox, sed non accidit vocem esse inaspectabilem: id enim ei per se inest: non est inaspectabile sermonis elementum, sed vox quæ adest inaspectabili per accidens. Si enim etiã vox est inaspectabilis: videlicet vox quoq; cum aliis. quare aliquid inaspectabile est vox. quare vox est quæ inest inaspectabili per accidens, vt substãtia infinito. Quòd enim proportionem & conuenientiam habeat inaspectabile cum infinito, clarum est. Atque scio quidem sic etiam potuisse exponi, vt prius dictum est. Procedens enim accidens appellat per accidens. Me autem ad hãc inducit expositionem, quòd adhuc quædam alia ponat argumenta, ad hoc quòd nõ sit infinitum substantia. ad accidens autem transit cùm dicit, Per accidens ergo est infinitum. Et illic quidem hoc quoq; tollit ex eo quòd non sit principium. Clarum est autem etiam ex eo quòd quodammodo eadem vtatur argumentatione, non esse hic positionem accidentis.

Infinito ne p accidẽs quidem inest vt sit substãtia.

C Præterea quomodo cõtingit esse aliquid ipsum infinitum, si non etiam numerum & magnitudinem, quorum per se est affectio aliqua infinitũ. adhuc enim minus necesse, quàm numerum vel magnitudinem.

Fatetur Alexander hoc quoq; adhuc ostendere, non esse substãtiam ipsum per se infinitum. Est aũt argumentum à maiori & minori. Si enim numerus & magnitudo, quorum est infinitum affectio, non possunt esse per se, hoc est substantia, quoniam sunt quantitates & in subiecto: multo ergo magis hoc inest infinito. Est ergo infinitum minus substantia, quàm magnitudo & numerus. si esset enim, esset in subiecto. Minus enim necesse habet subiectum esse in alio, quàm quod in ipso est accidens. quando quidem subiectum magis alicui per se esse potest, quàm quod est per se accidens.

D

Manifestum est autem etiam non contingere, vt infinitum sit quod actu est, & substantia & principium. Erit enim quicquid ex eo sumitur infinitum, si potest in partes diuidi. Infinitum enim esse, & infinitum, idem est, siquidem est substantia infinitum, & non dicitur de subiecto. Quare vel diuidi non potest, vel potest in infinita diuidi. Vt multa autem infinita eidem sint, fieri non potest. Atqui quemadmodum aer est pars aeris, ita est etiam infinitum infiniti, siquidem est substãtia & principium. In partes ergo secari non potest, nec diuidi. Sed hoc ei XXXVII

vsu uenire non potest quod est actu infinitum. necesse est enim vt sit aliquid quantum.

XXXIX Hoc quoque argumentum probat infinitum non esse per substantiam. Cùm enim prius ostendisset quòd si infinitum est substãtia & non per accidens, id in partes secari & diuidi non poterit: & ideo non infinitum. quoniam omnis substãtia vel potest diuidi, vel non potest: cùm dixisset sequi quod si diuidi non possit non sit infinitum, subiungit nunc absurdum quod eum sequitur qui ponit posse diuidi substantiam. erit enim etiam vnaquæque pars eius infinitum. Et est quidem tota argumentatio eiusmodi. Si ponitur principium & actu substantia infinitum: idem erit in ipso infinitum & esse infinitum. quoniam eius esse est infinitum. Est ergo simplex. Si autem simplex: est vndequaque simile. Si autẽ ita est: aut non poterit diuidi, & non est vtique infinitum: aut si potest omni no diuidi, diuidetur in infinita. diuidetur enim in similia, vt quæ sint similarium partium. Multa ergo infinita erit idem. Atqui etiam si non idẽ, omnino tamen vt multa sint infinita corpora nequit fieri. Si ergo neque vt quæ diuidi non potest est substantia: neque vt quæ diuiditur, non est substãtia. In his autẽ dixit, QVOD EST ACTV, Si ita vt quæ est hoc quidpiam, ipsum est quod per se potest consistere, & non sic habet vt quæ sunt composita, quæ aliud quidem habẽt quod de subiecto dicitur, aliud verò subiectum: ea enim non simplicia: neque vt que corporibus accidunt: nam nec ea sunt simplicia, vt quæ sint confusa in subiectis: aliud enim est album, & aliud esse album: sed vt simplex: Si enim ita sit, fuerit principium vt censent. Vel illud Actu, dictum est vt distinguatur ab eo quod est potentia. quandoquidem ostendetur esse potẽtia infinitum. Actu ergo dixit, id opponens ei quod est potentia. quod quidem nihil vetat quominus sit per id quod est in infinitum. Opposuit autem id quod actu cõsistit, ei quod mente solùm cogitatur. Fortasse autem quod actu cõsistit corpus infinitum, opposuit etiam materiæ, quæ infinita quidem, sed non actu est corpus, sed potentia. Cùm autem bis hoc vocabulo, nempe substãtia, vsus sit: semel quidem cùm dicit, NON contingere vt infinitum sit substantia. } Secundò autem cùm dicit, ET VT substantia & principium, } primum quidem dixit pro natura, quæ est veluti actu: nomen enim substantiæ prædicatur communiter de omnibus, quatenus dicimus substantiam quantitatis vel qualitatis, &, vt in summa dicam, accidentis: Secundum autẽ de ea quæ est propriè substantia. Num autem melius fuerit vtrunque audire de ea quæ est propriè substantia. cùm enim dixisset, vt quod actu est, subiunxit, & vt substãtia. vt significaret quomodo actu dixerit. Illud autem, SI quidem est substantia infinitum, & de subiecto dicitur. } dixit, quoniam si quis quidem numerum, vel magnitudinem, vel, vt in summa dicam, aliquid eorum quæ sunt in subiecto dixerit infinitum, non consentaneum fuerit ei etiam partes eiusmodi infiniti facere infinitas. in infinito enim ponit alteram naturam. & nihil prohibet quominus pars eius sit numerus, non autem infinitum. non est enim idem esse numerum & esse infinitum. Numerus enim, est multitudo quæ constat ex vnitatibus: Infinitum autem, quantitas, quę peruadi non potest. Si autem infinitum, vt substantia & principium: est simplex. Omnium autem simplicium idem est hoc, & esse hoc, quemadmodum anima, & esse animam: In compositis autem, hoc quidem, est compositum, hoc verò esse, est per formam. Qui ergo infinitum sic dicit tanquã substantiam, vt quæ in ratione infiniti quod sit habeat: quemadmodum substantiæ partes dicit substantias, ita etiam infiniti partes dicit infinita. Quemadmodum enim aer est pars aeris, & aqua aquæ, & cuiusuis simplicis pars est toti similis: ita etiam infiniti pars est infinitum. fortasse autem etiam

Substantia si diuidaf quęnam absurda sequuntur.

Substãtia ppriè dicit & impropriè.

Numerũ esse & esse infinitum nõ est idem.

E partes partis. Fieri autẽ non posse dixit vt idem sit multa infinita, non quòd fieri possit vt aliud & aliud sint infinita, sed quòd hoc sit absurdum euidentius. Absurdum autem, non solùm eo quòd multa & idem sunt infinita, sed etiam quòd à quouis infinito videtur tolli finitum, non autem infinitum. Quinetiam ijs qui infinitum vt substantiam ponunt & principium, aliud quod sequitur tanquã absurdum infert Eudemus. Si infinitum enim, inquit, est elemẽtum, & quid ex eo mouetur: erit in eo quod fit aliquid finitum. nõ erunt enim omnia quę fiunt infinita. Eueniet ergo vt sit infinitum infinito.

Per accidens ergo est infinitum. Sed si ita est, dictum est non contingere ipsum dicere principium, sed illud cui accidit, nempe aerem, vel par. Quare absurdè pronuntiant, qui sic dicunt quẽadmodum dicũt Pythagorici. Simul enim infinitum substantiam faciunt, & diuidunt. XXXVIII

F Postquam ostendit infinitum non esse substantiam, neque enim quæ diuidi potest, neque quæ non potest: deinceps ostendit neque id esse accidens, eadem vtens demonstratione, qua vsus est, cùm posuit infinitum substãtiam per accidens esse tanquam principium. Rursus enim dicit, quòd si est accidens, non contingit ipsum dicere principium & elementum, sed id cui accidit: siue sit aer, vt dicebat Diogenes: siue par, vt Pythagorici. Infinitum ergo non est principium, sed id cui inest infinitum. Siue ergo per accidens insit infinito substantia, siue infinitum accidat substantiæ, cùm in vtroque ipsa sint alia, substantia principium, & non infinitum. Absurdè ergo dicunt, qui infinitum dicunt esse principium, quemadmodum Pythagorici. neque enim cùm sit accidens potest esse principium, vt nunc ostensum est. Et si substantiam posuerint Pythagorici, coguntur eam ponere vt quę possit diuidi, par esse dicentes infinitum. Ostensum est autem G fieri non posse vt infinitum sit principium & substantia quæ nequit diuidi, quoniam necesse est vt diuidatur in infinita. In summa autem, ne substantia quidem est infinitum, si est par. Par enim est numerus: numerus autem est quantitas, non substantia. Sed neque diuiditur in similia. quod quidem conuenit principio. non enim omnino sunt paris partes pares. XL

Infinitũ non est accidẽs.

Sed fortasse hæc quidem est magis generalis quæstio, an cõtingat infinitum esse etiam in Mathematicis, & in ijs quæ percipiuntur intelligentia, & in ijs quæ nullam habent magnitudinem. Nos autem cõsideramus de sensilibus, & de quibus in præsentia tractamus, sit ne an non in eis corpus infinitum incremento. XXXIX

Cùm mentionem fecisset Pythagoreorum, gratè simul & prudẽter adnotauit, quòd illi quidem communia H principia, & in ijs quæ percipiuntur intelligentia, & in sensilibus, & in ijs quæ sunt inter ea media, nempe in ijs quæ cogitatione percipiuntur & sunt Mathematica, dicebant finem & infinitum, vt vnionis causas & diuisionis: Nos autem nunc de natura tractantes, cõsideramus de sensilibus, an sit in eis, an non, corpus infinitum: non vt quod diuidatur in infinitum, hoc enim est Mathematicorum proprium: sed quod creuerit in infinitum. quod quidem in solis est naturalibus, si modo sit. Illud autem, IN ijs quę nullam habent magnitudinem } ipsum quoque dixit de ijs quæ percipiuntur intelligentia: per hoc quod est, NVLLAM, neque naturalem significans, neque Mathematicam. Prius autem dictum est proprium esse scientię ea vti oratione quę rebus propositis conueniat. Alexãder autem generalem hanc esse dicit quæstionem, quoniam XLI

Finis & infinitũ cãę diuisionis et vnionis in iis quę percipiunt intelligentia et in sensilib⁹.

niam qui ea vtuntur, poſſunt non ſolùm in naturalibus, ſed etiam in alijs quærere. Si eſt enim in Ideis id quod eſt actu infinitum: vel vt ſubſtantia erit, vel vt accidens. Aduertendum eſt autem Ideis non conuenire talem diuiſionem, cùm Plato ideas apertè dicat eſſentias, & nec ea quidem quę hic accidunt, nempe iuſtitiam & temperantiam & ſcientiam in alio illic eſſe concedat. Dicit itaq; in Phędro. Ad id quod intelligentia percipiuntur ſublata anima, uidet quidem iuſtitiã, videt autem ſcientiam. non quatenus adeſt generatio, neque quatenus eſt alia in alio. In ſumma autem dixit generalem quæſtionem, non an tanquam ſubſtantia aut accidens ſit infinitum, ſed an contingat ipſum etiam eſſe in Mathematicis & in ijs quæ percipiuntur intelligentia, vt dicebant

Ideę nec ſūt ſubſtãtiæ nec accidẽs, ſed ſũt eſſentię.

XL Pythagorici.

Logicè itaq; conſiderantibus, ex his videri poſſit non eſſe. Si enim corporis ratio eſt id qđ eſt ſuperficie definitum: non fuerit corpus infi-

XLI nitum, nec quod poteſt intelligentia percipi, neq; ſenſile. Sed neq; ſic numerus vt ſeparatus & infinitus. Quod numerabile enim eſt, eſt numerus, vel quod habet numerum. Si ergo quod eſt numerabile contingit numerare: per-

1. uadi etiam ac tranſmitti poterit id quod eſt

XLII infinitum.

Cùm oſtendiſſet infinitum neq; eſſe ſubſtantiam: neq; enim eam quę diuidi, nec quę diuidi non poteſt: neq; accidens, nõ enim fuerit principium: & Pythagoricos reprehendiſſet, quòd & ſubſtantiam dicant infinitum, ſiquidem principium, & ipſam dicunt poſſe diuidi, ſiquidem eſt par: notat deinceps quod eiuſmodi inquiſitio, quę & Pythagoricas poſitiones de infinito corrigit, quę dicunt par eſſe infinitum, & ex eo quòd poſſit diuidi vel non diuidi, principium eſſe vel non eſſe argumentatur, eſt communis & generalis: & in Mathematicis, & in ijs quæ poſſunt intelligentia percipi, poſſit conuenire. Etenim in illis conuenit quòd ſubſtantia aut accidens eſt infinitum & ſi ſubſtantia, aut diuidi poteſt aut non diuidi. Reducta ergo rurſus oratione ad quærendum de ſenſilibus & naturalibus, num in eis ſit infinitum an non, primùm quidem argumentatur logicè, hoc eſt probabiliter & veriſimiliter, & præterea quodammodo communius & magis dialecticè. Dialectica enim Ariſtotelis eſt communis methodus, de quauis re propoſita, ex ijs quæ ſunt probabilia ratiocinans, vt ipſe dicit in principio Topicorum. Solet enim, logicum, diſtinguendo opponere tanquam commune, ei quod eſt proprium, & ſecundum rei naturam, & demonſtratiuum. Quòd enim adhuc quodã modo communior hæc ſit demõſtratio, oſtendit per hoc quod dixit, NON fuerit corpus infinitum, nec quod poteſt intelligentia percipi, neq; ſenſile.} Videtur autem cum diſtinxiſſet naturalem à cõmuni inquiſitione, hoc afferre argumentum tanquam exemplum communis, deinceps autem inducere inquiſitionem quæ conuenit naturali Philoſopho, cùm dicit, PHYSICE autem magis conſiderantibus.} Diuiſio enim in ſimplex & in cõpoſitum fuerit propria rerum naturalium. Poteſt autẽ hæc eſſe etiam ſecunda diuiſio, quæ ipſa quoq; oſtendit non eſſe infinitum. quemadmodum enim prius oſtẽdit, quòd ſi neq; eſt ſubſtantia nec accidens, non eſt omnino infinitum. & paulo poſt etiam oſtendet, quòd ſi neq; eſt ſimplex nec cõpoſitum, non eſt omnino: ita nunc, ſi neq; eſt magnitudo nec numerus, quæ videntur infinita: non eſt omnino. Vniuerſus ergo ordo & conſecutio verborum quæ proponuntur, mihi videtur eſſe talis. Quoniam autem in rationibus quibus probatur eſſe infinitũ, videbatur quædam eſſe ſumpta ex noſtra cogitatione & animi viſione, quòd ea ſemper adijciat & magnitudini-

Logicè argumẽtari quid ſit.

Naturalis inquiſitio eiuſmodi.

A bus & numeris tam naturalibus quàm Mathematicis, videtur illi rationi, quę in argumentum logicè producta fuit, hanc opponere. dicit enim nec magnitudinem nec numerum eſſe infinita. Si enim quia mente ſemper concipimus magnitudinis & numeri adiectionem, propterea ſunt infinita: quoniam quæuis magnitudo ſimulac mente fuerit agitata, cogitatur ſuperficie finita, & quiuis numerus, quem vt qui ſit ceperimus, & numerari & peruadi poteſt: finita ſcilicet fuerint magnitudo & numerus. Et in corpore quidem hoc modo colligit ratio. Si corporis eſt definitio, id quod eſt ſuperficiebus definitum. Infinitum autem non eſt definitum ſuperficiebus: hanc autem prætermiſit vt euidentem: Nullum eſt ergo corpus infinitum. Et eſt communis ratio & in Mathematicis corporibus & in naturalibus. Quatenus enim eſt corpus, hoc eſt quatenus triplicem habet dimenſionem, ſumptum eſt, non autem quatenus eſt naturale. Porrò autem ſyllogiſmus quoq; qui eſt in numero, com-

Infinita non eſt magnitudo nec numerus.

B munis eſt, & in numero ſenſili & in Mathematico, qui ſic habet. Numerus poteſt numerari. Non eſt enim numerus ſeparatus, vt quidam exiſtimant, qui mentis agitationibus cõmunitatem auferunt: ſed eſt in ijs qui ſunt eius participes: quare poteſt numerari. Quod autem poteſt numerari id contingit numerare. Quod autem eſt huiuſmodi, id contingit peruadere. Quod eſt eiuſmodi, vnitum eſt. Finitus ergo eſt numerus & non infinitus, ſi t videbatur dicere animi viſio. Et ſi ergo ſemper poſſit, numerus qui ſumitur augeri, is tamen qui ſumptus fuerit eſt finitus. Nam & ſi quis dixerit numerum non poſſe numerari, id tamen quod habet numerum, cum numerari poſſit & ſit finitum, tale eſt per numeri participationem. Quod enim numerus apprehenderit, id vt numeretur efficit. quemadmodum menſura quoq; vt cadat in dimenſionem. Si autem eſſet infinitus: non id quod eſt eius particeps, eo quòd id participet, faceret infinitum. Sed vel finitum eſt numerus vel finis. Fortaſſe autem

Numerꝰ nõ eſt ſeparatꝰ.

Numeratio ſit per numeri participationem.

C ipſe quoq; numerus eſt numerabilis, & qui peruadi poſſit. numerus enim Ternarius conſtat ex tribus vnitatibus. & ideo dixit, NVMERARI enim poteſt numerus, vel id quod habet numerum, } diſiunctiua, Vel, vſus. Et quod eſt quidem in infinitum, nihil vetat quominus ſit & in numero per adiectionem: & in magnitudine per diuiſionem & adiectionem: id autẽ quod per ſe conſiſtit, & eſt actu infinitum: in neutro.

Naturaliter autem magis contemplantibus, ex his. Neque enim fieri poteſt vt ſit compoſitum, neq; ſimplex. Compoſitum ergo non erit corpus infinitum, ſi multitudine finita fuerint elementa. neceſſe eſt enim eſſe plura, & ſemper æqualia euadere contraria, & non eſſe vnum eorum infinitum. Si enim quomodocũq; deficit quæ eſt in vno corpore alterutrius facultas: XLII

D vtputa, ſi ignis eſt finitus, aer autẽ infinitus: eſt autẽ ignis æqualis, æqualis aeris facultati quantiſcunq; partibus, habens tamen aliquem numerum: clarum tamẽ eſt id quod eſt infinitum eſſe ſuperaturum & perempturum id quod eſt finitum. Vt vnumquodq; autem ſit infinitum XLIII nequit fieri. Corpus enim ẽ quod habet vndequaq; dimenſionem ac diſtantiam: Infinitum autem quod infinitè diſtat & interminatè. Quare infinitum corpus diſtabit omni ex parte in infinitum.

Non logicè & communiter, ſed magis demõſtratiuè, & ijs quæ ſunt propoſita cõuenienter. Oſtendit enim & XLIII

Demonſtra-

tiue inquiratur quo.

E per ipsorum substantiam, si neq; cõpositum nec simplex potest esse infinitum: & per facultates quas habẽt naturalia quæ mouentur naturaliter: & per loca in quibus vt maneant vel ad quæ moueantur habent insitum à natura. Et ex substantia quidem est demõstratio, quòd neq; compositum neq; simplex corpus naturale esse contingit infinitum. est enim corpori naturali proprium vt sit simplex & compositum. Dicit ergo. Si aliquod corpus naturale sit infinitum: oportet id esse vel simplex, vel cõpositum. Et si compositum, necesse est vt ex pluribus: vnde etiam ipse adiecit, NECESSE est plura esse: } & specie differentibus. Necesse est aũt hæc plura, vel numero esse finita aut infinita: neq; enim hanc ꝑtermisit sectionẽ, vt existimat Alexãder, vt qui eam vel ostẽderit vel sit ostensurus: Sed etiã ipse refellet, cùm dicit, SI autem infinita: etiam simplicia. } ostendit enim non esse simplex elementum. & in summa vt sit perfecta demonstratio, etiam simplex ponit infinitum. Si est ergo composi-

Infinitũ neq; est cõpositũ simplex corpus neq; naturale.

F tum ex finitis numero: aut sunt omnia finita magnitudine: aut omnia infinita: aut alia quidem sic, alia verò illo modo. Sed si sunt quidẽ omnia finita magnitudine, quoniam sunt etiam finita multitudine: erit etiam vniuersum magnitudine finitum & non infinitum: hanc autem sectionis partem vt apertam refellere renuit: Si autem alia quidem sunt finita, alia verò infinita (vel est etiam vnum in eis infinitum: vel vnum enim sumere sufficit ad demonstrationem) infinitum mutat omnia in seipsum: & non erunt vtiq; multa elementa, sed vnum: & non cõpositum infinitum sed simplex. quod quidem paulo post confutabit: Oportet enim exęquari elementa & esse viribus æqualia, si modo cõseruanda sint: Si autem aer quidem, verbi gratia, fuerit infinitus, ignis autem finitus: vincetur ignis ab aere, & in ipsum mutabitur. Sed dicet fortasse quispiã, si amplior aer, est igne pauciore imbecillior, quid vetat quominus non vincatur ignis finitus ab aere infinito? Hanc ergo soluit obiectionem, di-

G cens. Si ęqualis ignis, qui est ęquali aere validior, habeat virium exuperationem in numero aut ratione aliqua, quantacunq; ea sit, vtpote millecupla: si acceperimus aerem millecuplo maiorem eo qui erat à principio, erit viribus æqualis igni qui sumptus fuerat à principio. & si sic sępe detraxerimus, ignis quidem deficiet, qui positus est finitus: non deficiet autem aer qui est infinitus. quare etiam viribus superãs ignem interimet. Clarum est autem quòd si plura numero fuerint infinita, adhuc magis reliqua vincentur à pluribus: Si autem omnia magnitudine infinita posita fuerint elemẽta, cùm sint numero finita, quoniam absolutè quidem est corpus quod triplicẽ habet dimensionem & vndequaq; distat seu habet interuallum & distãtiam, infinitum autem corpus, quod vndequaq; quidem sed infinitè interuallum habet & distantiam: clarum est quòd si sit vnum corpus infinitum, non fuerit aliquod aliud corpus præter ipsum. in illo enim fi-

H niretur. Quod multo autem minus fieri potest sequetur, si infinita omnia posita fuerint finita numero, infinita autem magnitudine. Et ideo fortasse cum posset hoc absurdum subiungere ei quæ præcessit positioni, quæ ponit vnum vel plura nõ autem omnia infinita magnitudine, illam quidem cõfutauit per facultates: hanc verò per distantias, nempe quòd eam quoq; hoc absurdum magis consequeretur. Si autem quod est reliquum diuisionis, infinita esse simplicia multitudine, ex quibus est infinitum compositum quod est positum dixerit quispiã, iam quidem in primo libro confutata est positio, vbi ostendebatur neq; vnum neq; infinita esse elementa, sed vno quidem plura, multitudine autem finita & non infinita. Confutabit autem eam quoque paulo post cum dicit: SI autem infinita & simplicia, } ex eo quòd facultates ex quibus formã accipiunt naturalia & simplicia corpora, sint formis definitis. ex primis enim simplicium repugnantijs formantur etiam prima elementa. quæ sunt

E duæ, caliditas frigiditas: siccitas humiditas: quorum autẽ sunt formæ seu species definitę, necesse est ea quoq; habere definitam in multitudine differentiam.

ipsis definitę faciũt definitã in multitudine differentiam.

Atqui neque vnum & simplex contingit esse corpus infinitum, neq; vt nonnulli dicunt, quod est præter elementa, ex quo ea generant. neq; absolutè. Sunt enim nonnulli qui hoc faciunt infinitum, sed non aerem vel aquam, ne alia ab eorum infinito pereant. habent enim inter se repugnantiam. nempe aer quidem est frigidus, aqua verò humida. ignis autem calidus. quorum si esset infinitum, iam alia interijssent. nunc autem aliud esse dicunt id ex quo ea sunt. XLIIII

F Fieri autem non potest vt sit eiusmodi: non quòd infinitum: de eo enim commune quid dicendum est in omni: similiter & aere & aqua, & in quolibet: sed quòd præter ea quæ vocantur elementa, non est corpus eiusmodi sensile. Nam quicquid est, ex quo est in id etiam dissoluitur. quare esset hic præter aerem ignem & terram & aquam aliquid aliud. nihil autem apparet. XLV

Neq; verò ignem, neq; vllum aliud ex elementis, contingit esse aliquid infinitum. In summa enim etiam absq; eo quòd sit aliquid ex eis infinitum, fieri non potest vt vniuersum, etiam si sit finitum, vel sit, vel fiat vnum ex ijs, sicut dicit Heraclitus, omnia ignem aliquando fieri. XLVI

G Eadem autem est etiã in vno ratio, quod Physici faciunt præter elementa. Omnia enim mutantur ex contrario in contrarium, vtpote ex calido in frigidum. XLVII

Postquã ostendit nullum corpus naturale ex multis cõpositum esse infinitum, ostẽdit deinceps ne vnum quidẽ & simplex corpus posse esse infinitũ. Si sit enim aliquod simplex, vel est vnum ex quatuor elemẽtis, vel est aliqd aliud præter hęc, vt dicit Anaximander, id quod est prę ter elementa, ex quo gignit elementa. Et quòd nullum quidem ex elementis possit esse infinitum, clarum est etiam ex eo, quòd Anaximander infinitum volens esse elementũ, non aerem aut ignem aut aliquid aliud ex quatuor id posuit: quòd ea inter se contrariè & repugnanter se habeant: & si aliquod eorum esset infinitum, quæ sunt contraria, ab ipso interirent. Quòd autem etiã quod præter elemẽta infinitum dicit vt principium, nõ solum non sit infinitũ, sed ne sit quidem omnino, ostẽdit, cum prius sumpsisset quòd quicquid fit ex aliquo, videtur etiam in id dissolui. Si

XLIIII Infinitũ non põt esse vnũ corpꝰ & simplex.

H ergo esset ex illo generatio, esset hic aliquid præter quatuor in quod fieret dissolutio. Apparet autẽ nihil hic esse eiusmodi. Sed fortasse dicet quispiam, etiam ex eius sententia esse compositum ex materia & forma, quo fit vt etiam fiat in ea resolutio. & tamen nunquã hic nuda apparet materia, sed neq; forma per se. Num huius causa est, quòd materia quidem semper aliàs aliam habeat in se formam: fiat autem generatio ex formis contrarijs: & interitus, in formas contrarias. Quoniam ergo materiale frigidum genitum est ex materiali calido, cùm interierit materiale frigidum, interit in materiale calidum, idq; videtur. Et si ergo quæ fiant dicantur fieri ex materia & forma contraria: sed ex materia tamen vt quę semper sit, ex contraria autem forma, vt quæ mutetur in contrariam. Videtur autem Eudemus quoq; cùm de eo dubitasset, sic hanc soluerę dubitationem. Cùm enim dixisset nihil hic videri præter Empedoclea elementa, & quæ ex eis fiunt, subiungit. Iis autem qui dicunt id quod est informe contingit.

In materiam & formã per se nudã cur nihil resoluatur.

me contingit. nempe id quod est eis subiectum. Cùm ergo ostendisset neq; ex quatuor elemētis esse vnum aliquod infinitum, neq; quod est præter elementa esse omnino, deinceps per cōmunem ostendit demonstrationē, nullum corpus nec ex simplicibus, nec ex elemētis, neq; quod est præter elementa, esse infinitum, ex redundanti

Vnū elementum esse nō potest.

primùm copia ostendens oe esse quidem posse vnum aliquod elementum eorum quæ sunt. Si autem ooo est vnū omnino elementum, nec infioitum quidem fuerit, nec finitum.

In ignē oīa resolui dicebat Heraclitus & Stoici

Dicebat enim Heraclitus ex igne finito esse omnia, & omnia in eum resolui. Fuerint autem Stoici quoq; in hac sententia. Ioflāmatio enim talequid significat. Ee omne corpus dicuot esse finitum. Dicit autem fieri oon posse vt & si quis vniuersum dicat esse finitum, sit unum aliquod eius elemeorū & vna quædā natura, ita vt qood est sit ea solòm, vel ex ea gignat, & in eam mutetur, quēadmodum Heraclitus dicit in ignem, & ex igne omnia. Quòd autem neq; quatuot elemētorum aliquod vnum sit elemētum eorum quæ sunt, oeq; illud quod est pręter quatuor, ostendit, in memoriam reuocans demōstrationem quę est in primo libro. per quā ostendit ꝙ quicquid mutatur, ex cootrario mutatur in contrariō. quare quod est quidem præter quatuor, oon fuerit elementum, qm̄ nulli est contrariū. quare neq; mutabitur in aliquid. neq; ex eo fiet aliquid, oeq; ex elementis, neq; aliquid aliud. Quòd si ita est, non erit elementum. Ex quatuor aūt elemētis oō potest esse vnum aliquod elementum. qm̄ si ex eo fit aliquid futurū: oportet mutari in ipsum, & scilicet in contrarium. Si aūt mutatur: etiam ioteribit in illud in quod mutatur, & ex illo fiet. in quod enim interit, etiam ex illo fit. Quòd si ita est, non fuerit vtiq; aliquod vnum eorum elementum. cur enim magis id elementum illorū quæ ex ipso fiunt, quā illa ex quibus hoc fit? Quare oportebit contraria esse principia, & simul esse. Si quis autē dicat, ꝙ seruās repugnantiam, in qua ei esse est, mutatur in id quod est ei contrariū: fuerit simul in cōtrarijs. quod quidē nequit fieri. erunt enim in vno elemeno cōtraria. Præterea aūt si mutatio fit in contrarium, & est vnū elementum omnium, oīa erunt vni cootraria, vt possint in ea mutari. Sed ponitur vnum vni contrarium. Præterea aūt non erit generatio, siquidem generatio quidē fit per mutationē io id quod contrariū, non est aūt vnum ex cōtrarijs, cùm sit vnum & simplex elemētum.

Vnū elementū q ponunt, id ponūt tanquā materiā.

Aduertendum est aūt, ꝙ qui pter hæc quatuor elementa, dicebant esse aliquod aliud elementum eorū quæ sunt, id ponebāt tanq; materiam, in eo non considerantes qualitates contrarias. quamobrem etiā quatuor elemēta dicant ex illo fieri, cùm fuerit formatū ab eorum qualitatibus. Porrò aūt ij etiam qui vnum ex elemeotis dicunt principium, non dicunt illud vt quod mutetur, sed quod in oībus coosideretur tanq; materia. Quocirca ex elemētis ea in quibus typi ac figuræ facile possunt imprimi, ponunt principia. Clarum est aūt ꝙ compositum quidē de medio sustulit, ex ipsa substantia, quæ in vniuersum extenderetur si esset infinita, & ex mutandi facultatibus: Simplex autē, ex naturalibus facultatibus, ex quibus est repugnantia. Iam verò in hac quoq; dictione hoc notandum est, ꝙ in exēplis elemeotorum, aerem quidē dixit frigidum, aquā

Aerē humidum solet dicere Aristoteles.

verò humidā. quod quidem non solet. Aerem enim vocat humidō, vt qui magis habeat id quod est humidi proprium, quod proprijs quidē finibus possit difficiliter definiri, defioiri autē nequeat alienis. nisi forte vel hic neglexit, vt qui propter solam repugnantiam vteretur exemplo, vel scripturæ error accidit.

XLVIII Oportet autem de vniuerso vel ex his considerare, contingat ne, an non contingat esse corpus infinitum sensile. Quòd autē omnino fieri non possit vt sit corpus infinitum sensile, ex his clarū est. Cuiuis enim sensili à natura innatum est vt sit alicubi. & est aliqs locus vniuscuiusq;, & idem partis & vniuersi. quemadmodū & totius terræ, & vnius glebę, & ignis & scintillæ. Quare si est quidē vnius formæ, seu speciei: aut imobile erit, aut semper feretur. Atqui hoc nequit fieri. cur enim magis sursum quàm deorsum, aut quoquo versus? Dico autem, quemadmodum si sit gleba, quonam ea mouebitur, aut vbi manebit? Locus est enim infinitus ei cognati corporis. Vtrum ergo detinebit totum locū? & quomodo? Quænam ergo & vbi māsio, & motus eius? Aut vbiq; manebit, si vtiq; nō mouebitur: aut vbiq; mouebitur. Non ergo stabit. Si autē vniuersum est dissimile, sunt loci quoq; dissimiles. Et primùm quidē non est vnum corpus vniuersi, præterq; dum tangit: Deinde aut hæc erunt finita, aut infinita specie. XLIX Et fieri quidem non pōt vt finita: erunt enim alia qdem infinita, alia verò non, si sit vniuersum infinitum. vtpote ignis vel aqua. Id aūt est interitus ijs quę sunt cōtraria, quēadmodum prius dictum est. Et ideo nemo ex Physicis vnum & infinitum ignem fecit, neq; terram. quoniam clarum esset vtriusq; locum esse definitum. Ea autem inter se alternant per id quod est infra, & id quod est supra. Si autem sunt infinita & simplicia: loca quoq; infinita, & erunt infinita elementa. Sed si hoc fieri non potest, & sunt loca finita, totum quoque esse finitum necesse est. fieri enim non pōt vt non locum quoq; corpus impleat. neq; enim quiuis locus est maior, siuàm vt corpus simul esse contingat. Simul autem nec erit infinitum corpus, nec corpus maius quàm locus. Aut enim erit aliquid vacuum, aut corpus cui sit à natura insitum vt nusquam sit.

XLV Cùm dixisset & ostendisset, aliquādo quidem ꝙ fieri non possit vt aliquod corpus naturale cōpositum sit infinitum, aliquādo verò ꝙ fieri nō possit vt simplex: nunc absolutè de quouis naturali corpore sub luna, & simplici & cōposito demonstrare statuit contingat ne an non cōtingat esse infinitum, cùm id diuisit io id quod est similarium, & id quod est dissimilarium partium. quemadmodum prius in simplex & compositum. Quemadmodum aūt prius à substātia & à facultatibus rerum naturalium faciebat argumēta, ita nunc ex locis naturalibus adhibebit considerationem.

Infinitū non esse corpus generabile.

Nunc autē verba facit de eo quod oritur & interit, id corpus non esse infinitum ostendens. Diuinum enim, & quod motu circulari mouet, io libris de Coelo ostendet non esse infinitum. Assumit aūt quædam veluti maxima pronuntiata, ꝙ omne corpus sensi-

In loco est omne corpꝰ sensile.

le, in quod cadit ortus & interitus (de ijs enim nunc agit, vt ostendit differentia motuum de qbus argumentatur, quæ elementis quæ suot sub luna cōuenit) quoduis ergo corpus eiusmodi in loco est, quomodocūq; sumptus fuerit locus, siue vt spatium ac interuallum, siue vt videtur Aristoteli, finis eius quod cōtinet. Siue enim spatium ac interuallū est locus: vel quoduis corpus naturale in loco est: sin finis eius quod continet: oon quoduis. non enim inerrans orbis. Hac de causa Aristoteles de eo quod est sub luna verba faciens, hoc vtitur pronuntiato, quoduis corpos sensile esse in looo. Secundum autem est, ꝙ vnū

Vnūquodq; corpus naturale hēt locū proprium.

quodq; ex corporibꝰ naturalibus habet aliquem locum

In iis q̃ sunt similariũ partiũ idẽ est locus partis et totius.

proprium. Et tertium, ꝙ eorũ quæ sunt similarium partium, idem est locus partis & totius. quemadmodum totius terræ & vnius glebæ, & ignis & scintillæ. idem autem forma seu specie, non quantitate. In quẽcunq; enim locum defertur gleba, in eum etiã vniuersa terra delata fuerit, si feratur. Et in quo manet, in eo etiam manẽt eius partes, ſm naturam. Cùm hęc ergo prius sumpsisset, & ꝙ quoduis corpus naturale, aut est similarium partium, aut dissimilarium, quæ quidem est alia diuisio ab ea quæ diuidit in simplex & cõpositum: potest enim aliquid esse cõpositum et similarium partium: quemadmodum caro & os & quæ sunt huiusmodi. & alioqui minimè deceret Aristotelis copiam & amplitudinẽ, eadem rursus vti diuisione. Quinetiam ea quæ dicuntur, non dicta sunt tanquam de simplici & cõposito, sed tanq̃ de eo quod est similarium partium & dissimilarium. quæ quidem nominat id quod est eiusdem formæ, & id quod dissimilis. Etsi enim alicubi vocat simplex, cùm dicit, Si autem infinita & simplicia, id ponit vtpote ꝙ simplex ei quod est similarium partium magis conuenit, propter cõparationem quæ fit cum instrumentarijs, quę quidem sunt cõposita. Non admittemus ergo hic Alexandrum qui id quod est simplex & id quod est eiusdem formæ, & cõpositum & id quod est formæ dissimilis, tanquã idem ponit: & dicit eum nunc quoq; sic diuisisse, vt iã diuisit cùm in simplex & cõpositum fecit diuisionem. His ergo assumptis ostẽdit infinitum non esse corpus naturale: neq; quod sit similarium partium seu eiusdem formæ, neq; quod sit dissimilarium partiũ seu diuersę formæ. Quare ne omnino quidem est, si quidem quoduis corpus naturale, est aut partium similarium, aut dissimilarium. neutrum aũt eorum potest esse infinitum.

Infinitũ non est corpus similariũ partium.

Primum autem ostendit nullum corpus naturale quod similarium sit partium esse infinitum: si est enim: sumatur pars eius aliqua. vtpote si terra sit, gleba. Si ergo idem est locus in ijs quæ sunt similariũ partium, partis & totius, quonam feretur gleba, & vbi nam manebit? Infiniti enim infinitus est locus, vt ostendetur. Si ergo terra est infinita, & infinitus est eius locus: & idẽ quoq; est glebæ proprius: quò feretur? vtrum sursum an deorsum? Similiter enim totus est eius proprius. Non magis ergo hic q̃ illic. Si autem vbiq;, quia in quãlibet loci partem cõiunctionem habet & conuenientiã: dum simul fertur diuelletur. Si autem non mouebit: vbi manebit, cùm non habeat locũ definitum? Ergo non manebit. neq; ergo manet nec mouetur. si enim in vniuerso manet: non mouebitur. & si in vniuerso mouetur, nõ manebit, cùm infinitus sit vniuersus locus, & glebę cũ vniuerso cõueniat, qm̃ partis & totius idem sit locus specie, & si non magnitudine. Si autẽ nec mouebitur, nec quiescet: nõ fuerit naturale, vt quod in se non habeat naturã, quæ motus est & quietis principiũ. Sic ergo non potest fieri. Et alioqui est absurdum esse aliquod corpus, quod neq; possit manere nec moueri. Tollitur ergo sic esse aliquod infinitum simplex corpus, vt quod sit similarium partium.

Infinitũ non est corp⁹ dissimilariũ partium.

Atqui neq; potest esse dissimilarium partium seu formę dissimilis, cùm ponatur infinitum. Hic autem prius quoq; assumit tanq̃ euidens, quod si vniuersum est vt quod sit dissimilarium partium, sunt loca quoq; dissimilia. Vnicuiq; enim corpori definitus est suus locus. Si aũt sunt dissimilia & corpora & loca: non erit vnum cõtinuũ, sed ex partibus se inter se cõtingentibus. Hoc autẽ nõ induxit tanq̃ absurdum: nã nunc quoq; ex partibus, q̃ se mutuo attingunt, vna est vniuersi cõstitutio, & nõ ex cõtinuis: vt ostẽdunt diuersi motus: sed sumpsit actu multas esse partes eius quod est formæ dissimilis. Quo prius sumpto, vtitur deinceps tali diuisione. Si multæ sunt partes forma seu specie differentes: aut numero erunt finitę, aut infinitæ. Et si sint quidem numero finitæ, cùm sit vniuersum magnitudine infinitũ: necesse est rursus esse vnũ aut plura infinita. Si enim sunt oĩa finita: erit etiã vniuersum finitum & non infinitum. Si autem est aliquid infinitum, veniet rursus quod prius dictum est, fore vt alia intereant ab infinito, quod & loco & specie positum est differre. Quæ sunt aũt in loco differentiæ, habent etiam locorum ipsorum inter se repugnantias, & corporum quæ sunt in locis, inter se. Et ꝙ fieri non possit vt definitis locis sit vnum aliquod infinitum, vtpote ꝙ sit repugnãtia & interitus reliquorum, ostẽdit etiam ex existimatione aliorum Physicorum, qui dicunt esse vnũ infinitum elemẽtum. nemo enim eorum aut ignem aut terram infinitum esse dixit elementum (qm̃ cùm omnia loca habeant definita, si etiam essent infinita, omnino interimerent ea quæ sunt in oppositis, quæ habent naturam repugnantẽ) sed aquam, vt Thales. vel aerem, vt Anaximenes, vel quod inter illa intercedit, vt Anaximander) qm̃ cùm ea locis videantur alternare, vt quæ infra & supra esse possint, interitum non afferebant, vt quæ nec locis essent cõtraria. Et alioqui magis est in promptu audire, neminẽ fecisse vnum & infinitũ in loco definito. Definitus enim locus non erat totus. Infiniti autem fuerit totus locus. Et id positionem non posse fieri ostenderit, non ex eo quod interitum afferat, sed ex locorum prius sumpta terminatione. Porrò autẽ aliter quoq; planum est non posse fieri positionem, quę vnum infinitum ex multis esse ponit. Quomodo enim vt sit alij locum dabit, aut quomodo ad ipsum finietur? sed ipse hanc confutationẽ prętermisit vt apertam. Transiens aũt ad alteram sectionis partem, quę infinitas numero ponit partes, SI autem infinita, inquit, & simplicia} hoc est ipsa quæ sunt similarium partium: quod est enim dissimilariũ partium, primũ constat omino totum ex similaribus partibus: quemadmodum manus, verbi gratia, nostra, ex carnib⁹ ossibus & neruis: Si ergo sunt multitudine & forma infinita ea, ex quibus cõponitur infinitum, quod est partium dissimilarium: erunt ẽt loca infinita, & locorum differentiæ. Si aũt loca & locorũ sunt finitæ, vt ostẽdet, differentię: corpora quoq; simplicia erũt finita, & specie, & numero. quocirca totũ quoq; erit finitum magnitudine. Et ꝙ verum quidẽ sit id quod prius sumptum est, & sint loca finita, ex localibus planũ fit oppositionibus. sex enim sunt locorum differentiæ. supra, infra. dextera, sinistra. ante retro, nec pręter hęc vlla est. Quòd aũt etiam connexum, nempe Si loca sunt definita, & corpora quoq; quæ sunt in ipsis erunt terminata ac finita, ostẽdit ex eo ꝙ oĩno locum & corpus exęquari oporteat. Siue enim locus exuperat, duo consequuntur quæ fieri nequeunt: & ꝙ necesse sit esse vacuum, quod ostendetur nõ esse: qui enim dicunt vacuum, dicunt esse locum corpore priuatum: præterea autẽ etiam quod ẽt si locus sit maior corpore, nõ fuerit corpus infinitũ. nihil enim est maius infinito. si quis aũt dicat corpus locum superare: erit aliquod corpus quod non est in loco. quod ne plurimis quidem placet Physicis, qui quoduis corpus in loco esse ponunt. Illud autem, ET erunt infinita elementa} potest quidẽ etiam dictum esse tanq̃ in positione, qua infert, SED si hoc fieri non potest, & fuerint elementa} inquiens, quæ sunt simplicia, & similarium partium, partes infiniti quod est partiũ dissimilarium. Potest autem hoc quoq; dici tanq̃ absurdum, quod sequitur positionem. Quoniam enim id quod est dissimilariũ partium infinitum, componitur ex simplicibus infinitis specie ex positione, ea sunt elementa. Ostensum est autẽ in primo libro, fieri non posse vt numero infinita sint elementa. Videtur autem hoc nunc reddidisse referens ad primam expositionem. Sed si hoc fieri nõ põt, vt ostendit causa cur fieri nequeat, quæ ex locis inducitur.

Anaxagoras autem de infiniti mansione absurdè loquitur. Firmat enim, inquit, ipsum seipsum infinitum. id autem quoniam in seipso. nihil enim aliud cõtinet. vtpote quòd vbicunque aliquid fuerit, illic vt sit à natura ei sit insitum. L

tum. Hoc autem non est verum. vi enim fuerit A
LI aliquid alicubi, & non ei innatum est. Si ergo maximè non mouetur totum: Quod enim in seipso stabilitur ac seipso nititur, & in seipso est, esse immobile necesse est: attamen cur ei natura non sit insitum vt moueatur dicendum est. non enim sufficit cùm sic dixerit recedere. sic enim etiam quoduis aliud non mouebitur. sed nihil vetat quominus id ei sit innatum. nam terra etiã non mouetur, nec si esset infinita, vt quæ à medio quidem certè sit coercita. Sed quia nõ est aliud quò deferatur, manserit in medio. sed non quod sit ei insitum à natura. quanquam liceret dicere ipsam seipsam stabilire. Si ergo nec hæc quidem causa est in terra quæ est infinita, B sed quia habet grauitatẽ, quod graue autẽ est, manet in medio, terra autem est in medio: similiter etiã infinitum manet in seipso propter aliquam aliam causam, & non quod infinitum ip-
LII sum quoq; se stabilit. Simul autem clarum est quòd etiam quamlibet partem manere oporteat. quemadmodum enim infinitum in seipso manet sustinens ac stabiliens, ita etiã quecunq; pars sumpta fuerit, manebit in seipsa. Totius enim & partis loca sunt eiusdẽ formæ seu speciei. quẽadmodum totius terræ & glebæ, deorsum; & totius igins & scintillæ sursum. Quare si infiniti locus est id quod est in seipso, & idem etiam partis. manebit igitur in seipso.

XLVI Cùm proximè, vt quod fieri nõ possit, illud intulisset, C Aut corpus cui sit à natura insitum vt nusquam sit: propterea quòd omne corpus sit alicubi: & prius etiam tanquam maximum accepisset pronuntiatum, vnicuiq; corpori esse aliquẽ locum secundum naturam, & in eam ferri partem in ijs quæ sunt similarium partium, in quã fertur vniuersum, et in eo manere in quo etiam vniuersum: Cùm propter hæc ergo vt quæ essent in confesso, ea quæ prædicta sunt conclusisset, inuenit Anaxagoram ei contradicentem. Ille enim cùm infinitum dicat esse immobile, similarium mixturã, immobilitatis eius dicit esse causam, nõ quod sit in loco proprio: neq; enim omnino esse in loco: propterea quòd cum sit infinitum, non contineatur ab aliquo: vtpote quòd id quod continet, debeat esse maius eo quod continetur, infinitum autem nihil se maius habere debeat: propterea ergo non locũ, & eam quæ est ei cum loco coniunctionem & conuenientiam, dicit esse causam quòd maneat, sed ꝙ cum sit in seipso, ipsum seipsum cõfirmat & stabilit. Hanc ergo Anaxagoræ cor D rigit opinionem, vt qui non rectè putaret, quòd vbicũq; fuerit aliqd, ita est vt quod ei à natura sit insitum vt illic sit, & ideo cùm sit in seipso mixtura, non autem in loco; sic manet vt cui sit innatum vt illic sit. hoc enim non est verum. fuerit enim etiam quid vi alicubi. sicut est lapis, qui est suspensus à paxillo, & manet vbi non est ei à natura insitum vt maneat. Et si ergo nõ moueatur, inquit, totum, quod in seipso stabilitur, quoniã quod in seipso stabilitur, & est in seipso, immobile manere necesse est: nõ sufficit hoc quod est necessarium & aliquando violẽtum ad tradendam causam naturalem cur maneat: sed manendi, inquit, quærenda est causa naturalis. Nonnunq; enim fieri potest vt maneat, non quòd id sic ei sit innatum, sed quòd non habeat aliquid aliud quò moueatur, quẽadmodum infinitum, & si nonnunquam natura magis aptum sit vt moueatur quàm maneat. Sic non sufficit dicere ꝙ

Infinitũ seipsum non firmare, vt vult Anaxagoras.

Non natura solum sed vi etiã est aliqd alicubi.

A vtiq; in seipso maneat aut in alio, ad ostẽdendũ id quoq; ei esse à natura ingeneratum. Non idem est enim dicere quòd sit, & dicere, cur vel propter quid. hoc enim, nempe manere, quòd ita sit, nempe quod maneat, significat: qui autem manendi causam quærit, nõ satis habet quòd maneat. Hoc autem ita habere ostendit etiam in exẽplo in terra sumpto. nam etiam si quis eam posuerit infinitã, vt non propterea aliquid accidere existimet, sed veluti manserit, & seipsam stabilierit: sed nõ propterea mansit, quòd quò deferretur vtpote infinita non habuerit, neq; quòd seipsam stabilit: sed quòd à potestate medij, in quo vt sit est ei natura ingeneratũ, ab ea prohibetur moueri. Si ergo ne in terra quidem, etiã si quis eam posuerit infinitam, manendi causa est quòd se stabiliat, vel non aliud quò feratur habeat, sed quædam alia causa naturalis: quoniam enim est grauis, graue autem manet in medio, propterea terra manet in medio: similiter etiã infiniti mixtura, si in seipso maneat, propter aliquã aliam causam man B serit naturaliter: & non quod cum sit infinitũ, non habet aliud quò feratur, neq; quòd ipsum seipsum firmet ac stabiliat. Qui enim hæc dicit, non naturalem dicit mãsionis causam, sed violentam & quæ fit necessariò: & non eam quæ est terræ, tanquã terræ, sed eius magnitudinis. Nam propter positum infinitum non habet quò mouenda sit. Sic ergo mãsionis cãm confutauit Anaxagoræ. Adhuc autẽ magis ipsum refellit à partibus. Si enim pars est eiusdem formæ ac speciei cum tota infinita mixtura, quoniã est vniuersum in vniuerso: eorum autem quę sunt eiusdẽ speciei eiusdem etiam speciei loca sunt: & tota et infinita, mixtura in seipsa manet stabiliens: videlicet etiam quæcunq; pars eius sumpta fuerit, in seipsa manet, & se stabilit: quemadmodum enim in loco, ita etiã in seipsa: in quo enim est totum, in eo est etiã pars, cùm fuerint eiusdem speciei: totius enim terræ, & vnius glebæ idem locus est, nempe deorsum: & totius ignis & scintillæ, sursum. Quare si infiniti locus est id quod est in seipso, idem quoq; est C partis. manet igitur etiam pars, & non mouebitur. quod quidem est euidenter præter ea quæ cernuntur: mouentur enim omnes partes. Sin esset in proprijs locis, necesse esset vt ea quiescerent. id autem quod est in seipso, tanquam in proprio loco, sumens Anaxagoras, propterea dicebat totam manere mixturam, quòd in seipso stabiliret. In summa autẽ si ideo manet ꝙ sit in seipsa: id autem, nempe in seipso esse, est ẽt in alijs, & partibus et finitis & infinitis: futurũ est vt omnia maneant, & nihil moueat. Sed nec toti mixturę vt infinitæ inest manere, si quidem etiam propterea ꝙ sit in seipso maneat. Clarum est autẽ, quod si secundum naturam nihil mouetur, neq; mouebitur quicquam præter naturã. Præter naturam enim motus sunt, qui sunt ijs contrarij qui sunt secundum naturã. Nullo ergo modo quicq; mouebitur ex corporibus naturalibus: idq; cùm natura sit principiũ motus. Cùm autẽ de vna parte verba fecisset, ne quis existimaret id quod dicitur veluti in vnum contrahi, subiunxit, ITA etiam D quæcũq; pars sumpta fuerit, manebit in seipsa.} Si enim in aliqua infiniti parte est secundum naturã, in seipsa stabilire, & ideo manere: erit etiã omnibus similiter. & ita nullum corpus mouebitur secundum naturam. Sed neq; præter naturam, vt ostendet in quarto. quo est enim præter naturam, est posterius eo quod est secundum naturã. Hoc autem est vel longè absurdissimum, & quod repugnat opinioni Anaxagoræ, qui ne ex eo quidẽ quod apparet dicit ea quæ sunt esse immobilia. Quærere autem an sit aliquid ipsum in seipso, & an possit aliquid esse sui locus, cùm sit de loco considerantionis proprium, in ija vbi de loco agitur proponitur, in principio libri quarti. Clarum est aũt eum in toto quidẽ refellere quod dicit, vt quod manendi cãm naturalẽ non tradat: in partibus aũt, vt quod dictam cãm id sequat quod fieri non põt, nempe vt nihil moueat rerum naturaliũ. Ita ergo contendit Aristoteles aduersus id quod apparet ex sententia Ana

Quod sit & cur sit dicere differunt.

Duplex mundus ex sententia Anaxagoræ.

xagoræ. Sin verè prius dixi, duplicem mundum ostendere Anaxagorã, vnum quidem qui percipi potest intelligentia, alterum verò sensilem, & vnum quidẽ unitum, alterum verò discretum: illud, Non esse in loco, sed in se ipso, & seipso niti ac seipsum firmare ac stabilire: admodum aptè & appositè dictum est de eo qui percipitur intelligentia, quemadmodum etiam infinitum. Corpora enim quę sunt superficie finita, spatijs distantia veluti effusa sunt, & alio receptaculo & firmamento opus habuerunt, quæ quidem eis locus præbet, vt quę à seipsis, & ab ea quæ est in ipsis essentia, exciderunt veluti in materiã. Quæ autem carent partibus & diuidi nequeunt, nullaq; dimensione ac interuallo disiuncta sunt, sunt in seipsis: et à seipsis, vt quæ vnita & contracta sint, firmantur. Quæ autem spatijs disiuncta sunt, & aliam alibi partem disiecerunt, quòd alibi & nõ in eodem totum sit, loco & eiusmodi disiectionis tecta cõpositione indigent. Sed veniendum est ad ea quæ sequuntur.

LIII In summa autem manifestum est non posse simul corpus dici infinitum, & esse vllum locum corporibus, si quoduis corpus sensile est aut grauitate præditum, aut leuitate. Et si graue quidem est, natura fertur ad medium: Sin leue, sursum. necesse est enim etiam corpus infinitũ. Fieri autem non potest vt vel toti vtrumlibet, vel dimidio vtrunq; vsuueniat. Quomodo enim diuiseris, aut quomodo infiniti erit hoc quidem infra, illud verò supra, aut vltimum, aut mediũ?

XLVI Aduersus Anaxagorę rõnem, quæ pro eo quod est in loco, id quod est in seipso posuit tanq̃ in loco, rectè notat esse cõsequens ei qui dicit corpus infinitum, vt dicat nõ esse vllum locum in corporibus: & ei qui locum confitetur, vt dicat non esse infinitum. Clarum est autẽ hanc demonstrationem cõferre etiam ad eam, quæ fuit ab initio proposita, infiniti euersionem. quẽadmodum enim prius ab ipso infinito argumentans, ostendit id neq; esse accidens, neq; simplex, nec compositum, nec similarium partium, neq; dissimilarium: ita nunc argumentatur à locis, & ea quæ ad ipsa est habitudine ac relatione. & primùm quòd si est infinitum, non est in loco. Argumentatio autem fit à facultatibus corporum naturalium. Si enim quoduis corpus sensile est vel grauitate præditum vel leuitate, & ex his momentis ac inclinationibus à locis & ad loca est motus, & quę est in eis mansio: fieri autem non potest vt corpus infinitum sit aut grauitate aut leuitate præditũ, vt ostendet: fieri non potest vt corpus aliquod infinitum sit in loco. Atqui primum verum est. Verum est ergo secundum. Et quòd quoduis quidem corpus sensile sit grauitate præditum ac leuitate, prætermisit tanquã euidens. oportet enim oppositarũ qualitatum habere alterutram, simplicia quidẽ, per se vtramlibet, mixta autẽ per ipsam mixtionem, vel per id quod dominatũ obtinet. Quòd autem si est corpus aliquod infinitum, fieri non potest vt id sit grauitate aut leuitate præditum, aut infra sit aut supra, ostendit per hoc quod dixit, FIERI autem non potest, vt vel toti vtrumlibet, vel dimidio vtrunq; vsuueniat. } horum autem cùm duo sint, quod ex eo quidem quod est, Toti vtrũlibet, absurdum sequitur, non subiunxit, vt euidẽs. Si enim vniuersum est vel supra, vel infra, quoniam vtrunq; eorum est finitum, si supra quidẽ est id quod est in vltimo, infra verò id quod est in medio: erit infinitum corpus in loco finito. quod quidem nequit fieri. Prętereà autem si in altero eorum est infinitum, vterq; locus simul coniunctus erit maior infinito. siquidem ipsum est æquale alteri in quo est. infinito autem nihil est maius. Hęc ergo tanq̃ aperta in orationem non esse adducenda censuit. Ei autem quod est, DIMIDIO vtrunq; vsuueniat, } id quod sequitur subiunxit, dicens. Quomodo enim diuiseris, aut quomodo infiniti erit hoc quidem supra, illud verò infra? non potest enim fieri vt diuidat infinitum. Aut enim infinitum vtrũq;: & erit totum maius vtroq;, cùm sint infinita: Aut finitum, & erit totum finitum, quod constat ex duobus finitis. Quomodo aũt infiniti hoc quidẽ erit supra, illud verò infra? in finitis enim locis erunt duę partes infiniti: quare ipsę quoq; erunt finitę, & totum finitum. Finitum autẽ eius quod est supra & infra ostẽdit per hoc, AVT vltimum, aut medium. } Quod enim habet vltimum & medium, est finitum. Finitum enim nomina sunt vltimum & medium. Erit autẽ infiniti quidem vltimum, id quod est supra, medium verò, id quod infra. Si autem id quidem quod est supra, est vltimum, id verò quod est infra, medium: vtrũq; autem est finitum, & ideo fieri non potest vt in eis sint partes infiniti: & multo scilicet magis fieri nõ potest vt totum infinitum sit in eorũ vtrolibet. Eadem itaq; demonstratione vtrũq; ostendit, & fieri non posse vt toti vtrũlibet, & fieri non posse vt dimidio vtrunq; eueniat.

Præterea quoduis corpus sensile est in loco. Loci autem species & differentiæ sunt, supra & ĩfra, & ante & retro, & dexterum & sinistrum. eaq; non solùm ad nos relata, & positura, sed etiam in ipso toto sunt definita. Fieri autem nõ potest, vt ea sint in infinito. LIIII

XLVII Postquam à naturalibus naturalis corporis facultatibus, & ab ijs quæ sunt ex ipsis momentis & inclinationibus, hoc est, ab eorum grauitate & leuitate, ostendisset, fieri non posse vt sit infinitum in loco, nunc ex loci euertit differentijs fieri posse vt infinitum aliquod corpus in se sit. Institutum enim eius erat ostendere, non posse simul dici corpus infinitum, & locum esse vllum corporibus. Postquam ergo ostendit, quòd si est infinitum, non erit in loco, nunc ostendit quòd si in loco, non erit infinitum. si enim quoduis corpus sensile est in loco: fieri non potest vt sit corpus infinitum. Loci autẽ species & differentiæ sunt, supra & infra, & ante & retro, & dexterum & sinistrum. eaq; non solùm ad nos relata, & positura sunt, vt ostẽdetur, sed etiam in toto secundum naturam sunt definita. Clarum est ergo ea esse terminata & finita, vt ostendit quæ est ipsorũ inter se differentia. Ergo quod in eis est etiam corpus naturale erit finitum. exequatur enim loco quod in eo est corpus, vt prius ostensum est. Fieri ergo non potest vt locorum differentiæ sint in infinitis corporibus, ita vt quod est in loco sit infinitum. Quòd autem natura sint hæ loci differẽtiæ, ipse quidem ostendit in libro de Cœlo: Alexander autem in ijs quæ scripsit aduersus Zenobium Epicureum. Mirabiliter autem ostẽdit Aristoteles quòd ne ea quidem ad nos relata essent & in habitudine ac relatione, nisi prius essent in vniuerso, & secundum naturam.

Si est in loco, nõ est infinitum.

Loci spẽs & differentiæ quænam sint.

Natura sunt loci differentię.

Infinitum si est, nõ est in loco.

Infinitũ non põt esse graue nec leue.

LV Vt semel autem dicam, si fieri non potest vt locus sit infinitus: in loco autẽ est quoduis corpus, fieri non potest vt vllum sit corpus infinitum. Atqui hoc quidem, nempe Alicubi, est in loco, & illud nẽpe In loco, alicubi. Si ergo neq; fieri potest vt infinitum sit quantum: quãtum enim erit aliquid, vtpote bicubitale vel tricubitale: ea enim significant id quod est quantum: ita etiam id quod est in loco, quoniam alicubi. Id autem est aut supra & infra, aut in aliqua alia ex sex distantijs. Eorum autem vnumquodq; est finis aliquis.

XLVIII Postquam ostendit ex locorum differentijs fieri non posse vt infinitum sit in loco, nec vt quod est in loco sit infinitum: ne quis dicat in singulari quidem loco non esse infinitum,

infinitum, in toto autem, & in eo qui est absolutè locus, qui quidem est infinitus, quid obstat quominus sit corpus infinitum? Dicit ad hanc obiectionem, ꝙ si fieri non potest vt locus sit infinitus, in loco autē est quoduis corpus, vt infinitum sit corpus fieri oon potest. Atqui antecedens. Ergo etiam consequens. Et connexum quidem cōfirmare, vt quod sit apertum, prætermisit. Assumptionem autem quæ dicit, Atqui fieri oon potest vt locus sit infinitus, pooit & confirmat, per hoc quòd ostendit non esse in loco id quod non est in aliquo loco. id autem, quoniam eorum quæ suot cōmunia, substantia, est in singularibus. De quo enim, cùm quidem consistat, prædicatur genus aliquod, id etiam est aliquod indiuiduum. quemadmodum si homo, & homo aliquis. ita aūt etiam si hoc, nēpe alicubi, vtpote supra vel infra, in loco est, id etiam quod in loco est omoino est alicubi. hoc est, vel supra vel infra. vel, vt semel dicam, in aliquo loco indiuiduo. propterea enim nec est infinitum absolutè quantum, quoniam necesse esset ipsum esse aliqd defioitum quantum, vtpote bicubitale vel tricubitale. siquidem quod cōmune est, habet suam io indiuiduo substantiam. Atq; Eudemus quidem dicit hæc vocabula græca coouenienter inter se reddi, τί ad τόδε, hoc est, aliquid ad hoc, † ποῖον ad οἷον, † πόσον autem ad ὅσον, † ποῦ verò ad οὗ. & illa quidē esse generalia, hęc verò singularia. vtpote ꝙ ποῦ quidem sit in loco, οὗ verò Athenis. Videtur autem Aristoteles accipere illud ποῦ pro singulari, nempe pro alicubi. Iam verò melius quoq; existimo io illo, SI ergo neq; fieri potest vt infioitum sit quantum} & in hoc, QVANTVM enim erit aliquid} vbi pro quantum, græcè & ποσόν, in vtroq; loco acuere illud ποσον: & ooo graui accentu scribere, SI ergo neq; fieri potest} vt vult Alexāder. Definitum enim ac terminatum aliquid significat id quod est grauitonū. In eo eoim quod est πόσον, id est quātitate prędituṁ, audiendum est τὶ, hoc est aliquid. τὶ enim, hoc est aliquid, adiectum, significat id quod est definitū. Potest autem etiam accipi ita vt vult Alexander. Si ergo neq; definitum aliquid quantum potest esse infinitum, quoniam sic fit aliquid singulare infioitum, vtpote bicubitale, vel tricubitale: neq; in loco esse potest, quooiam erit in loco aliquo, nempe supra vel infra, vel in aliqua alia locali distātia, cùm sint sex distantiæ locales. Noo potest autem esse in aliqua earum, quoniam vnaquæq; est finis. Sic autem dixit illud quoq;, ATQVI hoc quidem, nempe alicubi, in loco, } & illud, NEMPE in loco, alicubi} vbi dixit ποῦ, id est alicubi, pro eo quod est in aliquo loco, vtpote ifra vel supra. vt paulopòst ostendit dicens, Ita etiam id quod est io loco, quoniam est alicubi. vbi græcè est ποῦ. id autē est vel supra vel infra. Fortasse autem melius est, si alterum ποσὸν sit grauitonè scribendum, non primum grauitonè scribere, sed secundum, πόσον γάρ τι ἔσται, Erit enim aliqd quantum. vt illud quidem πόσον grauitonè scriptum, significet id quod est definitum, hoc quidpiam, nempe bicubitale aut tricubitale. Porrò autem hinc quoque clarum est Aristotelem noo tollere eorum quæ sunt cōmunia substātiam. sed cùm dicit eam esse in multis & diuersis, ꝙ ea per se sit, tollit, cogitationis nostræ munus esse existimans, separare cōmuoionem quæ in multis consistit. quocirca eam etiam vocat posterius genitam. Quod aūt est abstractum ac separatum, ex quo est ea quæ inest cōmunitas, non rectè appellabitur communitas.

Locus non pōt esse infinitus.

Cōmunium substātia est in singularibus.

† πῶς qualis, cius redditiuum est οἷος.

† πόσον, quātum, redditiuum est ὅσον.

† ποῦ, vbi, eius redditiuum est οὗ.

[illegible]

Cōmunium substātia nō tolli ab Aristotele.

CAPVT VI.

LVI Quòd ergo nō sit actu corpus infinitum, ex his clarum est. Quòd autem si non sit absolutè infinitum, multa quæ fieri non possunt accidunt, clarum est. Nam & temporis erit aliquod principium & finis. & magnitudines non poterunt diuidi in magnitudinē. & numerus non erit infinitus. Cùm autem his sic definitis neutro modo videatur contingere, arbitro opus est. et clarum est aliquo quidem modo esse, aliquo verò non.

A

Cùm prius dixisset argumenta, ex quibus credi possit esse iofinitum, deinde pluribus ostendisset non esse actu corpus infinitum: ea quæ dicta sunt deinceps committit, & dicit ꝙ si apud eos qui actu ponunt infinitū, quædam absurda consequuntur, & ijs qui infinitum absolutè tollunt ea eueniūt quæ fieri nō possunt, arbitro scilicet opus est, qui sit ostēsurus, quomodo quidem sit, quomodo autem non sit infinitum. Si eoim apud eum qui ostēdit non esse, absurda coosequūtur, esse scilicet necesse est. Et rursus si ei qui ostēdit esse, ea eueniunt quæ fieri nō possunt, necesse est non esse. Si igitur non est simul vera contradictio, necesse est aliquo quidē modo esse, aliquo verò non esse. Quia autem absurda, quæ apud eos qui infinitum planè tollunt consequuotur, multò antè posuit: propterea quoq; nunc io memoriam reuocat, ea quæ sunt principalia in medium adducens. Si enim non est tempus infinitum: erit principium aliquod & finis temporis. Si autem ita est, fuit quando non fuit tempus, & erit quando non erit. Fuit autem & erit sunt partes temporis. Quare fuit tempus, cùm non fuit tempus, & erit, cùm noo erit. Porrò autem motus quoq;, qui oon potest deficere, tolletur, cuius numerus est tempus. Quinetiam voiuersum minimè erit æternum. Secundò aūt si non sit omnioo infinitū, sistetē diuisio continuorū, & numeri incrementū. XLIX

B

Esse autem dicitur, aliud quidem potentia, aliud verò actu. Et est quidem infinitum additione: est verò etiam ablatione. Magnitudinem autem non esse actu dictum est. est autem diuisione. Lineas enim insecabiles tollere nequaq; est difficile. Restat ergo vt sit infinitū potentia. LVII

C

Ostensurus quomodo quidem sit, quomodo autē non sit infinitum: prius assumit quædam sibi futura vsui ad ostendendum. Vnum quidem. ꝙ eorum quæ esse dicuntur, alia quidem dicūtur esse vt quæ sint potentia, alia verò vt actu: hoc autem vt euidens, & satis notum, & sæpe ab ipso ostensum, prius assumpsit: Alterum autem, esse adiectione & diuisione infinitum. Id autem est euidens, siquidem est absurdum esse principium & finem temporis, & magnitudines non diuidi in magnitudines, & non quemuis sumptum numerum posse augeri. Si ergo esse quidem infinitum necesse est, & adiectione propter tempus & oumerum, & diuisione propter sectionem magnitudinum, oihil est autem actu infinitū, vt proximè ostensum est: necesse est ergo potentia & diuisione esse magnitudinem infinitam, siquidem quidquid est, aut potentia aut actu est. Est ergo quod est potentia infinitum in diuisione magnitudinis. Quocirca magnitudo potest diuidi in infinitum. Etenim lineas, inquit, insecabiles, quæ diuisioni in infinitum videntur obsistere, noo est tollere difficile. Scriptus est enim ab eo liber aduersus lineas insecabiles. In eo autem opere ostendet noo constare magnitudines ex ijs quæ diuidi nequeant. Planum est autem hoc quoq; ex Mathematicis. Si enim, vt in decimo elementorum Euclidis ostensum est, liceat quamuis lineam, eadem ratione qua iam sectam, diuidere, non est linea insecabilis. Præterea autem si sunt iosecabiles, non diuidetur quæuis linea in duas partes, vt videbatur facere qui proponebat, Datam lineam in duas partes secare. Et nnn solùm lineam insecabilem non licet in duas partes secare, sed eā etiam quæ cōstat ex imparibus indiuiduis. quemadmodum nec oumerus impar in duas partes diuiditur. L

Infinitum est adiectione vel diuisione.

D

De lineis insecabilibus liber Aristotelis.

Non oportet autem id quod est potentia accipere, quemadmodum si fieri possit vt hoc sit statua,

statua, hoc etiam statuā esse futuram, ita etiam infinitum aliquid, quod sit actu futurum. Sed quia esse est multis modis, quemadmodū dies est & certamē, quòd semper aliud & aliud fiat, ita etiam infinitum. Etenim idcirco est & potentia & actu. Olympia enim sunt, & ꝙ certamen possit fieri, & quòd fiat. E

LI Postquam dixit esse potentia infinitū in diuisione magnitudinum, ex eo ꝙ fiat in infinitum: quoniam quidqd est potentia, oportet aliquando in actum exeat, nisi frustra fuerit: sin actu fuerint infinitæ partes diuisæ magnitudine præditæ, fieri etiā possit magnitudo infinita: quæ est enim ex īfinita multitudine magnitudinibus, est magnitudo infinita, vt sæpe dictum est: multis autem ostensum est non esse infinitam magnitudinem: hanc etiā soluens obiectionem, & infiniti naturam ostendens euidentius, id quod est potentia dupliciter diuidit ex eius quod est actu diuisione. F Quoniam enim id quod est potentia, dicitur relatum ad id quod actu est, quot modis dicit͂ id quod actu est, tot modis dicet͂ id quod est potētia. Quod autem actu est, duobus modis dicitur. Aut enim vt totum consistens id quod est, queādmodum homo vel domus: vel vt quod id quod est habet in eo quòd fiat, vt certamen & dies. Nam ea quoq; esse actu dicuntur, cùm sint. Duplex ergo est etiam id quod est potentia. Vnum quidem, vt quod refertur ad id quod totum simul consistit. quemadmodum dicimus esse æs potētia statuam, ꝙ aliquando exeat in hoc vt sit statua, quæ tota simul consistit: Alterum autem, id quod est habet in eo quod est fieri. Potentia ergo est id quod est in magnitudinum diuisione infinitum, non ꝙ diuidatur aliquando in infinitas magnitudines. sed ꝙ diuidatur in infinitū, hoc est quòd semper possit diuidi. Quod est enim in infinitum, non in eo quod est actu, sed in eo quod potentia est habet infinitum. in eo enim ꝙ semper possit secari, & nunquam desinat sectio, est infinitum. G quod enim sectū est, semper est finitum. Quia autem quæuis pars diuisa rursus secari potest, ideo in infinitum. Si autem & in diuisione & in additione est semper aliquid extrinsecus, in diuisione qdem, id quod est diuidendū, in additione verò, id quod est addendum: est ex eo quod est potentia infinitum. est enim in eo quod diuidi potest, nō autem in eo quod diuiditur. itaq; etsi non diuidatur, potest tamē in infinitum diuidi. Si autem etiam in eo ꝙ diuidatur cōsideratur id quod est in infinitum, ne mireris. quod. n. actu est eiusmodi, quod id quod est habet in eo quod est fieri, est semper vnà cum eo quod est potentia. & ideo habet semper eam quæ est in eo ꝙ fiat extensionem, quoniam ab eo quod est potentia nullo modo absoluitur. absolutū enim est id quod est, & finem habet, & nihil infinitum. Quocirca quæ actu solùm sunt, tota simul sunt, & nec id quod est potentia est in eis, neq; id quod est in infinitū. quare nec tempus est quod numero mouetur, sed æuum quod manet in vno. H Meritò ergo in eo quod est potentia dicitur esse infinitum, & non in eo quod actu est. quod enim diuisum est, semper terminatum est, vt ait Eudemus, & non est infinitum. Finitum enim finito adijcitur. diuisio autem non deficit. Quod enim fieri possit, non est definitum. Quod est autem indefinitum, est quātum infinitum. Hinc autem videtur etiam Plato magnum & paruum dicere infinitum. quoniam ad vtrunq; est infinita potentia. Actu enim nec multitudo nec magnitudo est infinita. Et videtur in infinito idem esse id quod est potentia, & id quod actu est. Infiniti enim actus, vt infiniti, est semper aliqd plus posse. Nam si in infinito quis actum, quæsierit, vtpote statum vel formam, is nihil aliud quærit quàm finem infiniti: hoc est autem dicere, interitum. id autem nō potest fieri. omnis enim actus debet conseruare subiectum: & quemadmodum actus eius quod est mobile seruās id E quod est potentia, est motus, ita etiam infiniti. quemadmodum enim quæ id quod habent in eo quod fiant, si id quod est fieri perdiderint, perdūt etiam id quod est esse: ita etiam quæ in eo quod possint, tamdiu sunt quādiu est illis posse. Siquis autē, inquit, in his quærit id quod per se est potentia, sumat illud, cùm nondum diuiditur magnitudo, & cùm nondum potest certamē peragi, vt quod nondum peragatur. Actu autem, id quod dum peragitur est vnà cum potentia, non autem dum peractum est, quemadmodum in statua. non enim totū, sed est per partes id quod est ad infinitum. At sit quidem id quod est potentia infinitum, in diuisione magnitudinum, per sectionem in infinitum: quomodo autem diuiditur aliqd in infinitum, aut quid est quod diuidit? Ars enim non secuerit in infinitum. nā & vita deficiet artificis, & instrumenta non valebunt. Si natura autem scindat magnitudinem, multas sectas partes iam fecit inutiles ad constitutionem propter exiguitatem. Sin priusquam ea dissecuerit in id quod est minimum & inutile, rursus ea componit, non erit sectio in infinitum. F Num dicendum est naturam quidem facere sectionem vsq; ad vsum. Cùm autem duas minimas, si ita contigit, dissecuerit, & ea rursus componit, si oporteat rursus scindere, non scindit rursus per commissuram, sed per aliam partem, & nihil relinquens insecabile, etiamsi aliquando per alias partes diuidat. Et sic sectio quæ est in infinitum, & actu exerceri videbitur, & fortasse nihil absurdi sequetur.

Alioqui autem & in tempore clarum est infinitum, & in hominibus, & in diuisione magnitudinum. In summa enim sic semper est infinitum, ꝙ semper aliud & aliud sumatur. & quod sumitur quidem, sit semper finitum, sed semper quidem certè aliud & aliud. Præterea esse multis modis dicitur. LVIII Quare non oportet finitū sumere vt hoc quidpiā, vtpote hominem vel domum. G sed vt dies dicitur & certamen. quibus esse non tanquam aliqua substantia factum est, sed semper in ortu & interitu, etiamsi finitum, sed semper quidem certè aliud & aliud. Sed in magnitudinibus quidem, remanente eo quod sumptum est, hoc accidit: in hominibus autē & tempore, sic intereuntibus, vt minimè deficiāt.

Postquam ostendit esse infinitum in eo quod est in infinitum. LII & in diuisione magnitudinum, & incremento numerorum, & extensione temporis, prius autem etiam in eo ꝙ nō deficiat generatio, omnibus quidem dicit esse cōmune ꝙ, quod sunt habeant in eo quod fit, et ideo non simul sunt, sed vicissim, & ꝙ sit semp aliud & aliud quod sumitur, idq; finitum. Dicit autem differre in diuisione magnitudinis & temporis, ꝙ in tempore quidē quæ sumpta est pars semper perierit: H præteritum enim semper interijt: In diuisione autem remanet quod sumptū est. neque verò tempus deficit ad generationem, neq; magnitudo ad diuisionem. Cùm autem dixisset causam infiniti substantiæ, ꝙ semper aliud & aliud sumatur, & non simul, & ideo consistit id quod est in infinitū, aliam quoq; adijcit. Si enim omnia quod sunt haberent in ea quæ aceruatim & simul esset sui substantia, non essent in generatione, seu non fierent in infinitum. Quoniam autē nonnulla quæ quod sunt habent in eo quod est fieri, per partes consistunt, vt dies & certamen: quod sumptum quidem est finitum semper habet aliud & aliud. quæ cū deficere non possint, faciunt id quod est in infinitū. quod differt, vt dictum est in diuisione magnitudinis, & in extensione eorum quæ fiunt & intereunt, in quibus est & tempus & hominum successio. quæ non potest deficere, ꝙ in magnitudine quidem diuisæ partes remaneant, at non

itidem

Id quod est potentia, & id quod actu dicitur dupliciter.

Infinitum est ex eo quod est potentia.

Quæ quod sunt habent in eo quod fiant, sūt semper cum eo quod est potentia.

Quæ actu solum sunt, tota simul, & nec sunt potestate, nec infinita.

Tempus nō est, sed æuū.

Magnum & paruum cur Plato dicat infinitum.

Infiniti non est actus nec stat⁹ nec forma.

Id quod in infinitum diuiditur naturam diuidere.

Differentia in diuisione magnitudinis & temporis.

itidem in aliis. quamuis autem remaneāt, in eo quod est fieri quod sit habet diuisio quæ fit in infinitum, sed non tota simul consistit. Quæ autem non remanent, nō in eo solùm quod est fieri ac oriri, sed etiam in eo quod est interire, habent suam in infinitum processionē. Hoc autem quod habet id q̄d est in eo q̄d est fieri, opposuit ei quod est esse, quod quidem factū est vt substātia, vtpote, cùm tota simul aliquando consistat, quę genita est substantia, & non semper per partes: quemadmodum eorum quæ sunt in infinitum, id quod semper quidem sumitur, est finitum. eo autem q̄ semp possit aliquid aliud assumi, est infinitas. Videntur autem his eadem quodammodo dici ab eo loco, PRÆTEREA esse multis modis dicitur} cùm eadem rursus subiunganē, & plura in eadem dictione. Sed si vt & multa habent exemplaria, & Alexander quoq; hanc nouit scripturam, post illud, ET quod sumitur quidem sit semper finitum} coniūctum fuerit illud, SED semper quidem certè aliud & aliud} non quod est proximū, sed quod est inferius, sublatis omnibus intermediis, simplex & apta fuerit oratio. Sin adiicitur illud, PRÆTEREA esse multis modis dicitur} & quę sequuntur: cum illud, præterea, non significat aliam argumentationem, sed eam clarius explicat. quod quidem q̄admodum consueuit Aristoteles, qui magni facit breuitatem: nisi fortè cùm infiniti causam vtiq; adiecisset, quòd scilicet quod sit habeat in eo quod fieri, contexit ea quæ deinceps sequuntur.

LIX Quod est autem per additionē, & quod per diuisionem, est idem quodāmodo. In eo enim quod est finitum per additionem fit conuersè. Quatenus enim quod diuiditur videtur in infinitum, ea ratione adiectū cernetur ad id quod est finitum. In definita enim magnitudine siqs terminatam assumpserit eadem ratione, nō eandem aliquam totius partem ratione cōprehendens, nō peruadit finitum. Sed si sic auxerit rationem vt semper eandem comprehendat magnitudinem, peruadit. propterea q̄ quoduis finitum tollatur semper quouis terminato. Aliter ergo non est. sic autem est finitum. Est enim potentia & in detractione.

LIII Cùm prius dixisset esse quidē infinitum per adiectionem, esse autem etiam per diuisionem, & tradidisset modum quo in diuisione constitit infinitum, dicit id etiam quod est per additionem, esse quodammodo idem cum eo quod est per diuisionem, sed conuersè. Quemadmodum enim quod semper sumptum est finitum diuiditur: ita etiam ei, quod semper sumptum fuerit, infecto & finito, adduntur diuisæ partes eius quod diuiditur. & eo vsq; adduntur, donec alterum diuiditur. Illod aūt CONVERSE, potest quidem ita dici, q̄ cum diuisione conuertatur additio. potest autem etiam ita, q̄ in alterutra parte quæ non scinditur fit additio. Præterea aūt vtraq; habent similiter infinitum, & diuisio & additio, & ex eisdem. sed hæc quidem compositione, illa verò diuisione. Vtriusq; autem differentiā ipse tradet apertius in iis quę consequūtur. Cùm autem dixisset quomodo diuisio & additio habent id quod est in infinitum, rectè adiicit, non quāuis diuisionem & additionem habere id quod est in infinitum. Siquis enim sumat diuisas partes æquales, vt verbi gratia, partem vnius digiti, magnitudinem implebit & trāsmittet, & non erit amplius infinita, propterea q̄ quidquid est finitum consumaē, vel à minimo, sed terminato demensum. Sin non finita magnitudine ea quæ adduntur, sed ratione sumpserit, vtpote dimidiā vel tertiam partem eius quod semper relinquitur: non deficiet diuisio, & ideo nec adiectio. Hæc est eorum quæ dicuntur sententia. In dictione autē illud, IN finita enim magnitudine} quod frustra videtur habere coniunctionem causalem, est eiusmodi. Cùm dixisset diuidi & addi in infinitum, eius causam subiūgit, eam, quæ in ratione terminata, nō quæ fit in terminata magnitudine, diuisionē. perinde ac si diceret, Siquis sic sed non sic fecerit diuisionem, diuidet in infinitum. Illud autem, EADEM ratione non eandem aliquam totius magnitudinem ratione comprehendens} si sic quidem scriptum sit, sensum prębet apertum. Si enim eadem fuerit ratio in vnaquaq; parte, vtpote totius eius quod sumitur dimidiā vel tertiam partem, non fuerit autem eadē magnitudo, quæ ab vnoquoq; toto, quòd semper ad diuisionem proponitur, aufertur, vtpote vnius digiti: nō peruadit finitū: Sin vt fertur in nonnullis, NON eandem aliquam rationis partem comprehēdens} est quidē obscurius quod dicitur: idem autem significauerit cum eo quod prius dicitur. Nō eandem enim ratio ōis partem dicit, non q̄ diuidatur ratio sicut totum, sed pro eo quod est, Non eandem definitā magnitudinem à ratione definitam comprehendens. quod quidem erat pars rationis etiam in eo quod ab initio proponebatur ad diuisionem, quemadmodum si quod diuidebatur erat tricubitale, & tertiæ partis ratione diuisum sit, quod separatum autem est duorum cubitorū, eadem quidē ratione rursus oportet diuidere, nempe tertia, non autem eadē parte rationis quæ erat in priori parte, nempe cubitali. ita enim totū perficietur: sed eius quod semper sumitur eadem ratione, nō eadem autem cum ea magnitudine quę erat ab initio. Sed cur oportet diuisionem fieri in eadem ratione? Quid enim vetat sumere quidem dimidium magnitudinis quę erat à principio, tertiam autem partē dimidii: donec enim reliqua fuerit aliqua magnitudo, diuidi potest, & non sistitur diuisio. Nonquid non frustra dictum est illud, IN eadē ratione. id enim causa est vt non semper sumatur eadem magnitudo. Tertia enim, verbi gratia, maioris, & minoris magnitudinis, etsi sit in eadem ratione, non est tamen eadē. Sed si fit alia & alia ratio diuisionis, nihil prohibet quominus eadem sumatur magnitudo in maiori & minori. Eius enim quod est ab initio sex digitorū, si sextam partē abstulerimus, et quintā partem eius quod relictum est: deinde rursus eius quod relictum est quartam partem, & deinceps sic digitum in vnaquaq; diuisione auferentes: totum consumemus, & non erit diuisio in infinitū. Propterea ergo oportet in eadem ratione fieri diuisionem. Sic enim nunquā eadem sumetur magnitudo vt perficiat. Hoc autē est quod per id significauit, SED si sic auxerit rationē, vt semper eandem comprehēdat magnitudinem, peruadit} Quinta enim pars, vt dictum est, est maior sexta, & quarta quinta, & deinceps eadem, quæ semper comprehenditur magnitudine digitali in vnoquoq;. Illud autē, IN detractione,} dictum est pro eo quod est, In diuisione & diminutione: quoniam ex ea quoq; habet additio infinitum.

"Additio & diuisio habēt infinitū, sed cōuerse."

"Non quæuis additio & diuisio habet id quod est in infinitum."

"Diuisio facienda est in eadem ratione vt procedatur in infinitum."

D Porrò autem actu quoq; est, quēadmodum diem esse dicimus, & certamen. & potentia ita est vt materia. & non per se vt id quod est finitum. Quinetiam per additionem sic est infinitum potētia, quod idem esse quodammodo dicimus ac id quod est per diuisionem. semp enim aliquid eius extra sumi poterit. non tamen superat quāuis definitam magnitudinem. quemadmodum in diuisione superat quāuis definitam, & erit minor, ita vt quāuis superet per additionem, neq; possit esse potentia. siquidem nō est per accidens actu infinitum. quemadmodum dicunt Physici corpus quod est extra mūdum, cuius substantia est aer, vel aliqd aliud eiusmodi infinitum. LX

infinitum. Sed si fieri non potest vt sit actu corpus infinitum sic sensile, clarum est quod nec potentia quidem fuerit per additionẽ, nisi quemadmodum dictum est, conuersè diuisioni.

LIIII Postquam dixit quomodo infinitũ sit in diuisione magnitudinum: quod scilicet possint diuidi, & in summa per id quod est potentia: dicit hæc quoque esse actu, non vt quæ simul tota consistant, sed vt quæ in eo quod est fieri id quod sunt habeant, & ex parte consistãt. cuiusmodi sunt & certamẽ & dies. Hęc enim habent id quod est potentia, cõmixtum cum eo quod actu est. et id quod eorum actu est tandiu est, quãdiu eis inest id quod est potentia, quemadmodum in motu dictum est. Cuiusmodi autem sit hoc quod inest potentia, ostendit per exemplum materiæ. Quemadmodum enim materia cùm sit potentia, & insit in rebus cõpositis & genitis, aliàs alius formæ particeps effecta: actu est, quatenus sumpta fuerit: quatenus autẽ est potentia, aliàs ad aliã natura apta formam, facit vt generatio nequeat deficere: Ita etiã in diuisione, quod sumptum quidem est, semper actu est, quòd autẽ quodcunque sumptum fuerit rursus possit diuidi, seruat diuisionem, quæ nunquam possit deficere. Et quemadmodum materia non ex se habet formam, sed ex eo quod sit formæ particeps: Ita etiam quod est in diuisione, potentia, non ex sua natura finitum est: & ex ea quidem est infinitum, & magnitudini, vt in infinitum diuidi possit causa est: Quatenus autem quidquid sumptum est, actu est, ea ratione finitum est. Non solùm autem in eo quod est per diuisionem id quod est potẽtia, infiniti causa est, sed etiam in eo quod est per additionem. actu enim adiicientes nũquam sumemus infinitum, sed semper quod actu sumitur finitum. sed eo quod semper possit aliquid addi, ea ratione infinitum est in additione, ex partibus quæ diuidũtur in infinitum. Cùm autem dixisset nos idem quodammodo dicere, infinitum quod fit per additionẽ, & id quod per diuisionem, & esse cõmune vtrisque aliquid semper extra sumere. etenim in diuisione propterea fit in infinitum diuisio, quod semper sit aliquid quod diuidatur: & in additione quod est semper aliquid quod addatur, illud ipsum quod factum est ex ea quæ semper fit diuisione: & hoc est quod cum extra sit potest diuidi, vel addi, & est vtrisque cõmune: Inter se autem differunt, quod in eo quidem quod est per diuisionem, quauis sumpta magnitudine potest sumi minor magnitudo: in eo verò quod est per additionem, non licet accipere aliquid maius quauis magnitudine. nõ est enim aliquid extra quãuis magnitudinem. siquidẽ mundus est finitus, & extra ipsum nihil est, vt ostensum est in primo de cœlo. sed illius magnitudinis extra aliquid est, quod si in alterutra parte secetur, ab alterius sectis partibus auctum est. Per additionem autem semper superare quãuis sumptam magnitudinem, ne potentia quidẽ est. Sicut erat in altera additione & diuisione. tũc enim erat aliquid potentia, cùm erat aliquod corpus, cui accidebat vt esset infinitum. quoniam extra quoduis sumptum finitũ erat aliquid. ex quo ei poterat adiici. cuiusmodi esse, dicunt nonnulli Physici. Meritò autem eorum qui actu per accidens dicunt esse infinitum, non autem vt substantiam, meminit. vel quod id quod est per additionem & diuisionem quantum esse oporteat, cui accidit vt sit finitum aut infinitũ: vel quod agitur de rebus naturalibus. quod naturale autem est infinitum si esset, corpus esset, cui accidit infinitum: vel quod id quod est infinitum vt substantia, nõ additione sumit infinitatem, sed natura sua habet infinitum, adeò vt singulæ eius partes, si modo habet partes, habeant infinitum. Si igitur prius ostensum est, non esse corpus cui accidit esse infinitum, neque est potentia, quauis data magnitudinę maiorem accipe: sed sic est solùm id quod est in infinitũ, in additione, vt prius dictum est, quod alterius partis diuisas partes alteri adiiciat, quod quidem erat illud, Cõuersè: dubitari posset quomodo si non

Eius quod potẽtia inest & materię similitudo.

Additio & diuisio in infinitũ in quo cõueniãt & differant.

E est actu corpus sensile infinitum, ne potentia quidem fuerit infinitum per additionẽ. Ecce enim ne actu quidem est numerus infinitus, & tamen est in numeris additio in infinitum. Sed in iis quæ sequuntur hoc quod dicitur rursus quæretur.

Nam Plato quoque propterea duo fecit infinita, quod & in augmento videatur exuperare, & in infinitum ire etiam ad detractionem. & tamen cùm duo fecisset, non vtitur. Neque enim inest in numeris infinitum quod est in detractione: vnitas enim est minimum: neque in incremento. ad denarium enim vsque facit numerum. LXI

Magnæ curæ est Aristoteli, siquidẽ fieri possit, etiam in eo quod apparet ostendere, ea quæ à se dicuntur, cùm veris præclaris conuenire: quod si hoc fieri non põt, ea veterum quidem cogitatis cõsentiẽtia tradere. Dicit itaque Platonem motum eisdẽ notionibus, aliquãdo quidem indefinitam dyadem facere infinitum, significantem diuisionem & compositionem, quæ indefinitè & in infinitum procedit: Aliquãdo autem dicere magnum & paruum, per paruum quidem significantem diuisionem quę fit in id quod est minus vsque in infinitum: per magnũ autem, additionem quæ fit ad id quod est maius. Cùm dixisset autem in quonam eorum cogitata conuenirẽt, deinceps adiicit diuersitatem dictorum Platonis quæ alibi apparent, ab hac quæ nunc dicta est sententia. Cùm enim Plato infinitum poneret in principiis, & numeros diceret principia, siquidem ideas, principia eorũ quæ sunt, ideas verò numeros dicebat: neque quod est quidem infinitum per diuisionem in eis potuit contemplari: diuidi enim non potest vnitas, & ad eam vsque peragitur diuisio: neque quod per additionem. Numerorum enim incrementum faciebat vsque ad denarium: sicut etiam Pythagorei, qui perfectum numerum dicebant denarium, & numerum totum atque integrum. Nam post denarium fit eorundem deinceps reuolutio, & veluti quędam reflexio. quod quidem in nullo accidit ex iis qui sunt intra decem: sed neque in aliquo eorum qui sunt extra, sed in denario. Nam 20 & 30 & 100 & 1000, & vnusquisque aliorũ eiusmodi, sunt denariorum numerorum compositio. Cæterũ quod ad detractionem quidem est infinitum, fuerit in magnitudinibus: quod autem est ad augmentum & diminutionẽ absolutè, non est in magnitudinibus. neque enim quauis quæ sumitur magnitudine potest maior accipi. sed illo solùm modo procedit additio quæ fit in infinitũ, qui adiicit partes diuisionis quæ fit in infinitum. Sed si quidem ita est, in numeris est augmentum quod fit in infinitum, quia quouis proposito numero potest maior accipi: Si autem procedit numerus vsque ad solum denarium, ne in numero quidem sumi potest infinitas quę fit per adiectionem. Ita ergo ex eo quod apparet, videtur tolli infinitum, ab iis qui ponunt numeros principia, & eos producunt vsque ad denarium. Sin enim numeros eorum quæ sunt principia dicerent, vnitatem quidem finem ponebant, indefinitam autem dyadem, infinitum, eamque principaliter: scilicet non tollebant infinitum. In summa autem siquidem non dixissent incrementum numeri post denariũ, diceret fortasse aliquis, infinitum quod est per additionẽ, in numeris eos non relinquere. Si autem duplicatas & triplicatas ponunt vnitates, & denariorũ norunt compositionẽ, & mille & bis et decies mille annorum circuitus astrorum numerat Plato, et deorum numerũ honorat duodenarium, principiales scilicet numeros sistens vsque ad vnitatẽ: non prohibet quominus fiat numeri adiectio in infinitum.

LV

Infinitã dyadem & magnum & paruum infinitũ cur dixerit Plato.

F

G

H

Infinitũ non tollit Plato, & si finẽ ponat vnitatẽ.

Duodenarius Deorum numerus apud Platonem.

CAP. VII.

LXII EVenit autem vt infinitum sit contra, atque dicunt. Non enim cuius nihil est extra, sed cuius semper est aliquid extra, id est infinitum.

Signum

Signum autem est. nam etiam annulos dicunt
infinitos qui non habent palam. quoniam po-
test semper extra aliquid sumi: per quandã qui
dem dicentes similitudinem, sed non propriè.
Nam & hoc oportet esse, & nunquam idem su
mi. In circulo autem non sic fit. sed semper id
quod deinceps quidem solum sequitur, est alte
LXIII rum. Id est ergo infinitum, cuius, in quãto acci
piẽtibus, semper potest aliquid extra sumi. Cu
ius autem nihil est extra, id est perfectum & to-
tum: ita enim definimus totum, cuius ad partes
nihil abest. quemadmodum hominem totum
vel arcam. Quemadmodum autem id quod est
singillatim definimus: ita etiã quod est propriè.
nempe totũ, cuius nihil est extra. Cuius autem
extra est absentia, non est vniuersum, quodcũq;
LXIIII abfuerit. Totum autẽ & perfectum, vel est om
nino idem natura, vel propemodũ. Perfectum
autem nihil est quod non habet finem. finis au-
tem est extremum aut terminus. Quocirca exi
stimãdum est Parmenidẽ melius dixisse quàm
Melissum. ille enim totum dicit infinitũ: hic au-
tem totum esse finitũ, à medio ęquale. nõ est.n.
linũ lino connectere, vniuerso & toti infinitũ.

LVI Postquam ostendit infiniti naturã, in diuisione & additione suam habere substantiam, & quę consideratur in eo quod est in infinitum, non rectas de infinito cogitationes deinceps instituit corrigere. Si nos enim rectè posuimus infinitum: euenit infinitum esse contrarium atq; volunt aliqui. Illi enim dicunt esse infinitum, cuius nihil potest extra sumi. nos autem, cuius potest omnino aliquid extra sumi. Etenim per diuisionem oportet omnino esse aliquid quod sit diuidẽdum: & per additionem, quod sit addẽdum. Nec verò quis existimet nos absurda dicere, cùm dicamus infinitum, cuius omnino licet aliquid extra sumere. nã tale quoq; nomen nouit consuetudo, siquidem annulos dicunt infinitos, eos qui non habẽt palam, quoniam potest semper aliquid sumi extra id quod sumitur. Et in hoc quidem habet cum infinito similitudinem orbiculatus annulus, seu, vt ipse postea nominabit, circulus. Differt autem, quòd in circulo quidem, etsi semper aliquid aliud sumamus, idem tamen rursus sumimus in circumuolutione: in infinito autem semper quidem aliud, nunquam verò idem. veluti enim directò fertur talis infinitus, non autem circulariter & per ambitum, quemadmodum in circulis, quorum cadunt sub numerum cõuersiones, quoniam rursus ab eodem incipiunt, nec habent propriè infinitum, præterquam per quãdam solùm similitudinem, quòd aliquid semper sit extra in vtroq;. infinito autem id quoq; inesse oportet, vt idem nunquam sumatur. Quare rectè definientes dicimus, non, cuius nihil licet extra sumere, sed, cuius in eo quod est quantũ sumentibus, semper est extra aliquid. Et cùm scilicet dixit, In eo quod est quantum, complexus est infinitum quod est in cõtinuo, & quod est in discreto. Est enim vtrũq; quantitate præditum. Num aũt per hoc, In eo quod est quantitate præditum, ostendit differentiam eius quod est propriè infinitum, à circulis. In circulo enim cùm eo perfecto ab eodem rursus inceperimus, non est aliquid extra in eo quod est quantum. neq; enim additur aliquid circulo. In eo autem quod est propriè infinitum, est semp aliquid extra sumptum quãtum, vel ad id quod est maius: vt in additione: vel ad id quod est minus, vt in diuisione. Est autem & diuisio extra: & additio eius quæ semper sumitur. Quanquam alioqui illud, In eo quod est quãtum,

Infinitum, id cuius semp potest aliqd extra sumi.

Infiniti cum annulo similitudo & differentia.

Infiniti definitio continet infiniti, quod est in cõtinuo, & quod est in discreto.

A propriè adijcitur. quoniam non per formã sed per quantum est additio. non enim additur vt corpori, sed vt tanto corpori. Alexander autem sic quoq; exponit illud In eo quod est, quantum. Quod enim, inquit, quærimus, & de quo infinitum dicimus, est id quod est in eo quod est quantum. Si autem esset id quod est in eo quod est qualitate præditum, diceremus, cuius in eo quod est qualitate præditum sumentibus, extra semper est aliquid. Nũ autem qualitas quidẽ, quatenus est qualitas, non fuerit particeps differentiæ finiti & infiniti: quatenus aũt id quod est qualitate pręditum est particeps quanti, ea ratione ipsum quoq; dictum est quomodocunq; finitum aut infinitum. Cùm aũt ostendisset infinito magis conuenire, id cuius semper aliquid licet extrà sumere, deinceps ostẽdit id quod ab illis dicitur, nẽpe Id cuius nihil est extra, non conuenire infinito, sed potius finito: sic potestate ratiocinans. Id extra quod nihil est, totũ est: id.n. totum est, ex cuius partibus nihil abest. Totum aũt & perfectum vel
B idem est vel propemodũ. Quod est aũt perfectum, habet finẽ. Quod autẽ habet finẽ, habet extremũ seu terminũ. Quod aũt habet extremum seu terminũ, est finitũ. Est aũt probatio à definitione, quã illi quidem sumunt tanquã indefiniti: vsus aũt scit eam esse totius et vniuersi. Cũ autem ex singularibus tã artificialibus quàm naturalibus, nẽpe ex homine et arcula ostẽdisset id esse totũ cui nihil abest, subiunxit, quòd queadmodum in singularibus vnũquodq; totum est, cuius nulla pars abest: ita ẽt in eo quod est propriè & absolutè totum. Propriè aũt est totum, totũ quod est. singularium.n. tototum vnũquodq; non est propriè totũ, quoniam est pars eius quod totũ est. & hoc quidem est, illud verò non est. Quod aũt est id quod totũ est, propriè totum est, quoniam pars est nullius. omnia autẽ quæ sunt, in seipso cõprehendit. Potest autẽ fortasse ẽt illud, PROPRIE, pro eo quod est apud ipsum generale seu vniuersum sumere. ab hoc.n. vniuerso seu generali, id quod est singulare, maximè distinguitur, eiq; opponitur. Siue aũt
C sic sit vel sic, aduertendũ est, quòd quæ sunt singularia, apud ipsum propriè non sunt. Id ergo est propriè, cuius nulla pars abest. Rectè aũt totum & perfectũ, vel idem dicit esse omnino natura, vel propemodum. Etenim subiecto quidem idẽ sunt, ratione aũt diuersa quidem, sed tñ inter se proxima. Perfectũ.n. est, quod habet principiũ, finem, & mediũ: Totum aũt quod consideratur cũ eorum continuitate. Continuum.n. quid est totũ. quemadmodum cũ fuerit discretũ aliquid plenum, propriè dicitur omne vel vniuersum, non totũ. Et præcedit quidẽ perfectum, quod habet quãdam adhuc distinctionẽ principij & medij & finis. Succedit aũt totum, quod ad vnius formã magis accedit, & suas partes cõtinet, vt neq; perfectè vnitæ sint. non.n. essent amplius partes quæ per seinuicem procederent, nisi vtiq; elemẽta: neq; sint perfectè discretæ, essent.n. formæ seu species, & non partes: sed in eo quòd discernantur quod sunt habeant & sint discretæ. Quod ergo totũ est in ijs quæ participant, omnino etiam prius perfe
D ctum est. neq;.n. fieri potest vt sit aliquid totũ, quod non sit prius cõpletum principio & medio & fine. iure itaq; perfecti participatio à toto accepta est. Si aũt totũ & perfectum finitum est, Parmenides melius quã Melissus de eo quod est, pronũciauit. Melissus.n. cùm id quod est dixisset infinitum, ipsum ẽt dicit esse totũ. Parmenides autem ipsum dicẽs totũ, vt illud ostẽdit, A medio æquale: quod.n. habet medium, & quod ab eo ex æquo distat vndiq;, habet ẽt extremum: Totum itaq; dicens, meritò ẽt ipsum dicit esse finitum. Melissus aũt simul cogit ea quæ sunt opposita ac repugnãtia. Si.n. infinitũ est totũ. Totũ autem est finitũ, infinitũ fuerit finitũ. Quãobrem ea quę natura conglomerari non possunt is cõglomerat, qui infinitũ dicit totũ & vniuersum. In his.n. dicit prouerbiũ.

Qualitas per se non suscipit differentiã finiti aut infiniti.

Id cuius nihil est extra magis cõuenit finito quàm infinito.

Totũ quid sit propriè.

Singularia propriè nõ sũt.

Perfectũ & totũ in quo differant.

Parmenides de eo quod est, dicẽs ipsum finitum, melius dicit quã Melissus qui dicit infinitum.

Nam hinc quidem certè sumũt, quod de infi LXV
nito præclarè & magnificè iactant id scilicet esse

quod

quod oĩa cõtinet,& vniuersum in se habet. propterea ꝙ habeat quandam cum toto similitudinem. Est.n.infinitum materia perfectionis magnitudinis,& totũ potentia,non aũt actu,quod autem diuidi põt & in detractionem & in conuersam additionẽ.totum aũt & finitum nõ per se sed per aliud:& nõ continet, sed continetur, quatenus est infinitum. quocirca nec ẽt cognosci potest,quatenus est infinitũ. formam.n. non habet materia. Quare manifestũ est infinitum

LXVI habere rationẽ partis potius ꝙ totius. est enim pars totius materia,quẽadmodum æs æneæ statuæ. Nã si & in sensilibus & in ijs quæ ꝑcipiuntur intelligẽtia magnũ & paruum cõtinet,oporteret ea continere quæ percipiuntur intelligentia. Est autem absurdum, atq; adeò fieri non potest,vt quod cognosci non potest & est indefinitum,contineat & definiat.

LVII Postq̃ dixit eos id cuius nihil est extra,quod toti conuenit,transferre ad infinitum,causam esse dicit ꝙ de infinito tam præclarè & magnificè loquantur, vt quod oĩa contineat,ꝙ ipsum tanquã totum aĩo concipiant:qm̃ totius in ipsum definitionẽ transferunt. Et fortasse occasionem habet aliquã fallax ratiocinatio. habet.n.infinitum aliquã cum toto similitudinem. Si aũt non est totum,nec totius quidẽ habuerit cõmoda ac priuilegia. Qũo autem fuerit totum infinitum, si totũ quidem est,cuius extra nihil est,infinitum aũt,cuius aliquid semper extra sumi potest. Toti aũt assimile videtur infinitũ,ꝙ est,inquit, infinitum materia perfectionis magnitudinis. cũ enim perfecta & tota magnitudo sit composita ex materia & forma,per materiã quidem habet infinitum, per formã verò est finita. Qm̃ autem materia potẽtia est id quod compositum,& id quod est potentia, habet quandã similitudinem cũ eo quod actu est:propterea infinitum dicit esse toti quodãmodo simile.quod quidẽ erat compositum.et ita deinceps quæ toti insunt,prædicãtur de infinito,nempe omnia continere,& oĩa in seipso habere. Est aũt infinita materia,& ꝙ ex sua ipsius ratione, neq; terminari nec definiri valeat, cùm forma finem inducat & terminum: & ꝙ per materiam & sectio magnitudinis in infinitum, & in infinitum fiat augumentũ, cùm forma eadem maneat. Si autem est ẽt semper aliqua forma extra materiã, etiam ea ratione materia est per se infinita. ex forma autem habet vt sit finita & tota. Quocirca non continet infinitum,siquidem consideratᷣ ex materia, sed potius continetur. Quod.n.finit, continet id quod finitur,& forma materiam. Si aũt quælibet quidem cognitio, cũ sit terminus quidam & cõprehensio,fit ex forma: materia autem sua ipsius rõne neq; est forma,nec habet formã, & est infinitum materia: meritò infinitum dicitur cognosci non posse. Etenim cũ ageretur de materia, dictũ est eam per quandã proportionem & conuenientiã vix posse cognosci. Si autem infinitũ quidem consideratur in materia, totum verò ex composito, pars aũt compositi & totius est materia,quẽadmodum æs statuæ æneę:scilicet rationem partis habuerit infinitũ, siquidem est in toto. Cùm aũt ostẽdisset infinitum potius contineri quã continere, neo sua posse cognosci natura,refellit qui in superficie ex Platonis verbis accipiᷣ sensum. Cũ enim in libris De bono dixisset Plato magnũ & paruum materiã, quam ẽt dicebat infinitam, & ab infinito contineri oĩa sensilia, & propterea ꝙ sint materialia cognosci non posse,& esse infinita,& fluxam habere naturam: huic, inquit, videtur esse consequens,ꝙ ẽt in sensilibus,ab eo quod illic est magno & paruo,quod quidem est dyas indefinita,quę ipsa cum vno est principium cuiusuis numeri, & oĩum eorũ quæ

Infiniti cum toto similitudo.

Materia est infinita.

Forma finit materiam.

Infinitum cõtinetur, non continet.

Materia vix potest cognosci.

Ea quę intelligentia apprehendũtur continerentur ne ab infinito, ex sententia Platonis.

E sunt,sunt.n.etiam ideæ numeri. est ergo hoc consequens in ijs quæ apprehendunᷣ intelligentia, quòd ab eo quod illic est infinito,& quod cognosci non põt contineantur, & definiantur ea quæ apprehendũtur intelligentia, quæ natura cognosci possunt,& sunt definita,vt quæ sint formæ. Hæc est ergo eorũ quæ dicit absurditas ex eo quod apparet. Aduertendũ est autem ꝙ materialia quidem meritò à materia materialiq; infinitate dicit cõtineri, nõ vt quæ ipsa definiat, sed vt quæ oĩa peruadat, & eis veluti formã tribuat. & ꝙ ea quæ hic sunt cognosci nequeãt, materialis meritò efficit infinitas. Ea aũt quæ intelligentia apprehenduntur, cũ sint formæ puræ & materiæ expertes,continẽtur à materiali quæ illic est infinitate,quæ efficit per dyadem formarũ discretionem, & id quod est magis & minus in exuperatiõe & defectione,et quę definire non potest potestatem, præbet per eum qui illic est ordinem,nec ex illa exuperatione fuerint eiusmodi vt cognosci nequeãt. Etenim id quod est hic infinitũ, vt quod

F sit materiale:vt quæ hic sunt nequeant cognosci, effecit: illud aũt quod ab vno & fine continetur, est formarũ copia & genitalis quædã affluentia. Si aũt per eam quę illic est infinitatem, fit earum quæ illic sunt formarum, ad id quod est & eã quæ intelligentia apprehẽditur vnionem, effusio,non est mirũ si per eam,ẽt quæ cognosci possit naturam formæ superãt. quod enim cognosci potest, est potius finis. quod autem cognosci non potest, & est arcanum & ineffabile,est infinitatis.

Materialia à materiali infinitate continentur, vt quæ ea peruadit.

In iis quę intelligẽtia ꝑcipiunᷣ Dyas facit formarũ discretionem, & reducit ad vnionem.

Porrò autem rationi quoq; consentaneũ est, LXVII euenire, vt id ẽt quod est per additionem,nõ sic videaᷣ esse infinitum,vt oẽm superet magnitudinem,sit aũt ad diuisionẽ. Continetur.n.intus vt materia,& infinitũ:continet autem formam.

LVIII Cùm ostendisset infinitum non continere, sed contineri in magnitudinibus,hoc dicit esse causam dissimilitudinis quæ est in infinito. qm̃ infinitum quidem quod est ad

G adiectionẽ,non est ita infinitum, vt oẽm superet magnitudinem:quod est aũt ad diuisionem,vt vniuerso deficiatur. Huius aũt causa est, ꝙ materia quidẽ intus contineatur quæ est infinita,& causa infinitatis: contineat aũt forma. Quocirca ijs quidẽ quæ minus volunt facere in infinitum, suppeditat facultatẽ, quæ in infinitate inest materia. per eam aũt etiam diuisarum partiũ additio fit in infinitum. Vt aũt formę circũscriptio,quę est finis excedat, nequit fieri, aut sic vt ẽt forma augeatur eueniet. non fit autem forma nec maior nec minor. Si sic ergo esset infinitũ per additionem, vt quãuis superaret magnitudinem, esset infinitũ ex eo quod contineret terminans & finiẽs: ex eo.n.fit adiectio:quod aũt finit forma est:& sic ergo esset in forma infinitas. est aũt id absurdum. finis.n.non autẽ infinitatis, causa forma est. Sed qm̃ ad diuisionem est infinitas,nihil absurdũ. materia.n.quæ est infinitũ,continetur,& diuisio,& quę fit per diuisionem additio, fit per id quod continetur. Videbitur autem materiam ex sua

H ipsius ratione facere magnitudinem,siquidem fit per ipsam diuisio. Vel non dixerit diuidi materiam,sed magnitudinem per materiã,quæ est id quod est in ipsa infinitũ.

Infiniti additione, & diuisione differentia.

Materia est causa infinitatis.

Formæ circunscriptio non põt excedere.

Rationi quoq; hoc conuenit, vnum quidem LXVIII numero esse finẽ ad minimũ: ad plura aũt semper oẽm superare multitudinem. contra aũt in magnitudinibus, ad id quidẽ quod est minus, omnẽ superare magnitudinẽ, ad maius autem magnitudinẽ non esse infinitam. causa aũt est, ꝙ vnũ non potest diuidi,quodcunq; vnum fuerit,vtputa homo,vnus homo,& non multi. numerus aũt est, vnitates plures & quotquot quãta. quare necesse est se sistere in eo qđ non põt diuidi. duo enim & tria sunt noĩa denoĩatiua.

similiter

similiter autem etiam vnusquisq; ex alijs numeris. Ad id aũt quod est amplius, semper possumus aliquid cogitare. sunt. n. magnitudinis infinitæ in duas partes sectiones. Quare potentia quidem est, actu verò minimè. sed semp superat id quod sumitur definitam quamuis multitudinem. Sed nõ separari põt hic numerus à sectione in duas partes. neq; manet infinitas, sed fit & oritur, sicut & tempus, & numerus temporis.

LIX Postq̃ dixit differentiam quæ per infinitatẽ est in magnitudine, per quam ad id quidẽ quod est minus, semper licet eã quæ sumpta est exupare, ad id verò quod maius est, non licet, nunc tradit causam differẽtiæ quæ est in infinitate in numero & magnitudine: cur in numero quidem nõ licet ad id quod est minus in infinitũ procedere? definimus. n. in finem, nempe vnitatem: licet autẽ ad id quod est amplius? licet. n. propositum quẽuis numerum augere. Contrà aũt in magnitudinibus, ad id quidẽ quod est minus: licet quãuis superare magnitudinem: ad id autem quod maius est, non licet. Primã antẽ tradit causam, cur non procedat in infinitum numeri diuisio. ea aũt est q̃ cõponatur numerus ex pluribus vnitatibus. quod. n. compositũ est ex vnitatibus, in vnum ẽt diuidi. vnum autem, quatenus est vnũ, non posse diuidi. Qũo ergo fieri potest vt diuisio fiat in infinitũ? cùm. n. peruenerimus ad vnitates, quæ diuidi non possunt, consistimus. Et q̃ ex quibus quidem primis vnũquodq; componitur, in ea vltima diuiditur, & iã dictum est, & est clarum. Quòd aũt vnum diuidi non possit, in memoriã reuocauit per illud, VTPVTA homo, vnus hõ, & non plures} quatenus. n. homo est, nequit diuidi. diuideret enim in homines. quæ fit. n. in caput & manus & pedes diuisio, non est vt hominis, sed vt qui cõponatur ex partibus. Quod vnum aũt est, cũ vna sit forma, definitum est. Quòd aũt est definitum, quatenus est definitum, non potest diuidi. Certè ẽt quilibet numerus, cũ per suam formam sit vnus, nequit diuidi. diuiditur aũt per eas quæ insunt vnitates, vt quæ in ipso habeant rationem materiæ. ipsa aũt vnitas, cùm non habeat materiam, neq; sit aliquid aliud quã forma, minimè põt diuidi. In summa aũt si diuidatur vnum, in quidnã diuidetur? omnino in dimidia. & est vnũquodq; eorum vnũ, neq; minus eo quod erat à principio. vnum enim erat numero minimum. Qũo ergo poterit diuidi? Quòd aũt numerus cõponatur ex vnitatibus, in memoriam redegit per illud, NVMERVS autẽ est plures vnitates & aliquot quanta} Tria. n. & duo sunt nomina denominatiua. Si ergo numerus nihil est nisi plures vnitates, quæ quidem sunt aliqua quanta: & vnusquisq; numerus nomen accepit ab ijs quę in se sunt vnitatibus: duo enim quæ ex duabus vnitatibus, & tria quæ ex tribus, ex his scilicet cõponitur numerus: ex quibus aũt componitur, in ea diuiditur: necesse est se sistere in eo quod diuidi non põt, hoc est in eo quod est minimũ, & vnitatem. Postq̃ autem dixit causam cur sistatur in eo quod nequit diuidi, subiũgit deinceps causam, cur in numeris, ad id quod est amplius procedatur vsq; in infinitum, dicens id quod est in infinitum fieri ab eo, quod est in magnitudinibus. Propterea enim q̃ illæ scindantur in infinitum, propter materiæ infinitatẽ quæ in illis cõtinetur, ideo ẽt fit in numeris augmentum in infinitũ, & est in vtrisq; infinitum à materia. quocirca ipse ẽt subiũxit, SED non separari potest hic numerus, } sed est scilicet materialis, vtpote q̃ propter materiam in eo quoq; eueniat infinitas. Sed si quæ in ijs quidem quæ fiunt in infinitũ partibus, magnitudinis adiectio, est magnitudinis in infinitum augmentum, & non numeri: si ergo monadicum numerum sumpserimus, non adscribẽtes magnitudinem, an non ẽt in eo necesse est, cuilibet quod sumitur posse inesse vnitatem? In summa aũt quę semper fit additio in numero hominum,

Infinitatis in nũero & magnitudine differentiæ rõ.

Vnũ nõ potest diuidi.

Numerus quinus per se nõ potest diuidi.

Numerus cõponitur ex pluribus vnitatibus.

In numeris cur procedatur in infinitum.

A & eorum quæ gignuntur ac fiunt, ex quadam diuisione additur. Numerus autem cœlestis motus, & temporis, à quanam accedente diuisione augetur? Num ergo non cuiusuis numeri id quod in infinitum est augmẽtum, dicit fieri à diuisione magnitudinis, sed eius qui cõsistit & remanet. qũo enim fieri potest vt augeatur, vel vllam suscipiat additionem, quod non consistit & remanet? Quare nec monadicũ nec numerum augeri dicẽdum est: hic. n. id quod est habet in sola cogitatione: nec eũ qui est hominum, vel motus, vel temporis, vel in summa, eorum quę gignunť & intereunt: hi. n. eorum numeri quod sunt habent in eo quod priora intereant, nec priora remaneant, vt ẽt addantur ea quę consequunť, & is numerus augeatur qui fuit à principio, præterq̃ in sola nostra phantasia seu visione quæ nec ipsa remanet: sed hoc solum euenerit in partium diuisarum additione quæ fit ex magnitudine, quæ aliq̃n quidem sumuntur vt magnitudines, aliq̃n verò vt vnitates. & ideo aliq̃n quidem tanq̃ magnitudi-

B nem augent in infinitum, aliq̃n autem tanq̃ numerum. hoc aũt est, nunq̃ quidem actu suscipere infinitum, nec magnitudinẽ, nec numerum, in esse aũt potẽtia, q̃ in infinitum semper possit procedere, propter id quod est potentia, & infinitum eius quę inest materię, propter quam, ẽt in adiectione numerorum materialium, cõsistit id quod est in infinitum. Videtur aũt Aristoteles quoq; indicare eã quæ à me dicta est solutionẽ, per hoc q̃ quæ sumuntur exuperant semper definitam quãcunq; multitudinẽ, sed non separari põt hic numerus, neq; manet infinitas, sed semper fit & oritur, & numerus tẽporis. Dicit. n. q̃ etiamsi quæ sumuntur exuperant quãuis definitã magnitudinẽ: sed non in aliquo qui põt separari numero, & qui in cogitatione situs est, hoc considerandũ est, sed in corporeo. in quo ẽt diuisio quæ causa est additionis ijs quæ remanent, infinitũ habet propter materiam. Non. n. stat infinitas. sed vt in motu & tẽpore, & numero qui ea metitur, infinitas non manet, sed semper fit. præterq̃ q̃ in di-

C uisarum quidẽ partium additione, prius quod remanet, suscipit quod seq̃tur. quanq̃ infinitum quoq; in ea nõ remanet, sed habet id quod est in eo quod est fieri, sicut ẽt in motu & tẽpore & numero monadico. Hęc autẽ differunt, q̃ fiat infinitum, cũ primum interit, & nec additionem quidem suscipit, sed aliqua his ẽt in infinitũ processionis causa sunt, quẽadmodum ijs quæ remanent, materiales magnitudinũ sectiones: vel id quod est semper potentia, quod ipsum quoq; est materiale, semp vt possint præbet. Numerus autẽ temporis est id quod est prius & posterius. q̃d sumitur in infinitũ, q̃ fiat aliud & aliud. Dicit aũt numerum tẽporis, quo tp̃s numerat & numerať.

Numeri qui cõsistit & remanet fit diuisio in infinitum.

Infinitas nõ manet, sed semper fit & oritur.

Infinitas numeri tẽporis in quo differat ab infinitate sectionũ magnitudinis.

In magnitudinibus autẽ est contrarium. Et enim diuiditur q̃dem in infinita id quod est continuum. ad id aũt quod est maius non est infinitum. quantũ enim contingit esse potentia, actu quoq; tantũ esse contingit. Quare q̃m infinita

D nulla est magnitudo sensilis, non contingit esse exuperationem cuiusuis definitæ magnitudinis. fuerit enim aliquid cœlo maius. LXX

Cur in magnitudinibus sit quidem infinitum ad diuisionem, non sit aũt ad additionẽ, prius causam tradidit, q̃ materia quidem, quæ est infinita, & intus continetur, locum det processioni in infinitũ, quæ sit ad id quod est minus: forma aũt, quæ est finis, & continet extrinsecus, eam quæ est ad infinitum additionẽ non admittat. Nunc autẽ cur semp ad id quod est minus procedat: q̃m ex continuis quidẽ componatur continuum. & magnitudo ex magnitudinibus, diuidatur aũt quodlibet in illud ex quo componitur. Magnitudo. n. quæ partes habet magnitudines, diuisionem & sectionẽ hic sustinet, tanq̃ resolutionem in elementa. Est autẽ in vtrisq; cõe, ex quibus componuntur in ea ẽt diuidi. Sed si secetur quidem, in partes LX

Magnitudo cur semp diuidatur in id quod est minus.

est omnium

est omnium sectio. Sin resoluatur, fit in elementa resolutio. Quòd aũt magnitudo sit ex magnitudinibus, in sexto libro ostẽdet. per hoc ꝙ vel sunt ex ijs quæ diuidi nõ possunt, vel quæ possunt diuidi. quæ aũt diuidi nequeũt, si componantur, nõ faciunt distantiã. Quòd aũt non in infinitum augeat magnitudo, causam esse dicit, ꝙ procedẽtibus nobis ad id quod est maius, totũ occurrat & vniuersum, quod quidẽ est definitum. quemadmodũ in numeris, ad id quod est minus procedentibus, obuia fit vnitas, quæ cùm sit definita, sistit progressum qui fit in infinitum. Sin posset adijci cuiuis corpori, nihil esset totum nec vniuersum: sed, vt dicũt Physici, sensile aliquod corpus actu infinitum, quod quidẽ non esse ostensum est. Si aũt posset quæuis magnitudo augeri in infinitum, ita vt potentia esset quod semp excederet: tantũ quoq; actu esset. Quantũ enim esse contingit potẽtia, tantũ actu quoque contingit. Quare qm̃ nulla est actu infinita magnitudo sensilis, vt ostensum est: neq; ad indefinitũ procedentes contingit superare definitam quãuis magnitudinem, vt mundo nihil sit actu maius, qui quidem est tota & vniuersa magnitudo, non solùm ex sñia Platonis, sed ẽt Aristotelis. Appellant aũt ambo totum quoq; mundũ, cœlum, vel ex eo quod est in ipso principalius & maius, totum vocantes: vel ꝙ ad suum conuerti opificẽ, & sursum aspicere. (Vnde ẽt cœlum græcè ὀυρανὸς, ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν ἄνω, id est à sursum aspiciendo, dictum est) non soli adest æterno corpori, sed ẽt mundo vniuerso. Quòd autẽ nulla mundo sit maior magnitudo, neq; sit aliqd extra cœlũ, ostendet quidem principaliter in ijs quæ scripsit de cœlo, puto autẽ iam quoq; esse ostensum, per ea quæ dicta sunt quæ infinitam tollunt magnitudinẽ. Si enim esset adhuc mundo maior, cũ deinceps definiri non posset, esset infinita. Sed quõ, inquit? Quantum enim esse contingit potẽtia, tãtum quoq; actu esse cõtingit. Neq; enim qm̃ cuiuis numero addi potest, iam est etiam actu numerus infinitus, neq; qm̃ non est actu numerus infinitus, iam ideo vetatur quæ est in infinitũ numeri additio. cuilibet. n. qui sumitur addi potest. Quare dixerit quispiam, etiamsi actu non sit magnitudo in infinitum. quid vetat esse potẽtia, quòd possit augeri in infinitum? nam ẽt id quod est diuisione, est potentia, ꝙ semper possit sumi aliquid minus, non ꝙ sit vnquã sumendum id quod est minus. Quid ergo prohibet quominus id quod est in additiõe, ita sit potentia, vt semper possit aliquid maius sumere, nunq̃ aũt perueniat ad maximum? Si autẽ hoc ita habet, non oportet ex eo ꝙ non sit actu infinita magnitudo sensilis, tollere additionem quæ est in infinitum. Nũ ergo quemadmodum in magnitudinibus, ideo non potest quæuis sumpta superari magnitudo, quia non est actu magnitudo infinita sensilis: ita ẽt habet in numeris. Quia enim in illis non est actu infinitus numerus, non potest quiuis datus superari, præterq̃ cogitatione. quòd autem illa sæpe per inane euagetur, paulopost ostendetur. Quõ ergo dicebamus esse in hoc contrariam numeri affectionẽ magnitudini, ꝙ numerus quidem semper habet infinitũ ad id quod est amplius, magnitudo verò ad id qđ est minus? Num hoc non est in quouis numero per substantiam: sed in eo solo qui est ex sectione in duas partes, dum magnitudo augetur in infinitum, propter processionem sectionis in infinitum. Quemadmodum ergo superari non potest quæuis magnitudo, quia non est sensilis magnitudo infinita, potest autem in infinitum adijci magnitudo magnitudini, partes quæ sunt ex sectione quę fit in infinitũ, addendo in infinitum: ita non potest quiuis superari numerus, præterq̃ cogitatione, qm̃ non est actu numerus infinitus. soli autẽ numero, qui est ex ea quæ fit semp sectione, semper addi potest, per eam quę semper inest materiæ infinitatem. non hoc faciendo in numero qui separari potest, sed in eò quę vna procedit cũ sectione in duas partes. Et fortasse hoc dicendo videbimur aliquid dicere. forte autẽ nihil dicimus, quoniã magnitudo quidem, etsi à diuisione habeat additionem in infinitum, nõ superat tamen quãuis magnitudinem id quod suscipit additionem. à diuisione enim habet infinitatem. illa autem intra & non extra procedit. Numerus autem qui est in sectione, quæ fit in duas partes in infinitum, cur non quãuis superat, etsi numerus nõ sit actu infinitus? Rursus ergo eodem redijt dubitatio, quomodo dicit ꝓpterea non esse exuperationem cuiusuis definitæ magnitudinis, ꝙ nõ sit actu magnitudo sensilis infinita? siquidem etsi non sit actu infinitus numerus, eum tñ qui fit ab ea sectione in duas partes quæ est in infinitum, necesse est quẽuis superare numerum. Num ergo in magnitudine quidem fieri non poterat vt esset exuperatio cuiusuis terminatæ magnitudinis, nisi esset infinita magnitudo. Quidquid enim est terminatum, est finitum. Si ergo eo quod est maximum ex terminatis posset quid maius sumi, necesse esset interminatum & infinitũ esse id quod sumitur. In numeri autem additione, etiamsi nõ sit numerus infinitus, necesse est eam, quæ ex diuisione in duas partes fit, additionem, fieri in infinitum, & esse maiorem quouis numero qui sumitur. quandoquidem sectio quoq; in duas partes fit in infinitum, nunq̃ perueniens ad id quod est minimum, quemadmodum incrementum magnitudinum peruenit ad id quod est maximum, nempe totum et vniuersum. Quid igitur, nonne in eo quoq; verum est, terminatum quẽuis numerum esse finitũ? Si ergo maximo, qui est terminatus & finitus, maiorem velimus sumere, vt in infinitũ incidamus necesse est. maximo enim, qui est terminatus & finitus, maior est infinitus. Quare nec cuiusuis definiti numeri contingit esse exuperationem, si non sit numerus infinitus. Quomodo ergo est additio numeri quæ est in infinitum? Quomodo autẽ diuisio magnitudinis quæ est in infinitum, si non sit minima magnitudo, si verum est quod dictum est, ꝙ quantũ contingit esse potentia, actu quoq; tantum esse contingit.

Margin notes: Magnitudo est ex magnitudinibus. — Magnitudo cur non augeatur in infinitum. — Totum mundum cur cœlum vocent Plato & Aristoteles. — ὀυρανὸς, id est cœlũ vnde deriuat. — Actu etiam esse contingere, quantũ est potentia, quomõ dicat Aristoteles.

E F

Infinitum autem nõ idem est in motu & magnitudine & tempore, tanq̃ sit etiã vna aliqua natura. sed quod est posterius quidem, dicitur ex eo quod est prius. quemadmodũ motus quidem, quoniam prior est magnitudo in qua mouetur, vel alteratur, vel augetur: Tẽpus autem propter motum. Ac nunc quidem eis non vtimur, postea autẽ dicere conabimur, & quid sit vnumquodq;, & cur quæuis magnitudo possit diuidi in magnitudines. LXX

G

Cùm dixisset esse infinitum in pluribus, nempe & in magnitudine, & in numero, & in motu, & in tempore, & in omnibus ex eo quod est in infinitum, rectè attendit ꝙ infinitum quod est in continuis, magnitudine, & motu, & tempore, non est vt quod sit idem, neq; vt vna quędam natura, & genus vnum in omnibus quæ dicta sunt. nõ enim ex æquo de ipsis prædicatur, quod quidem conuenit generibus, sed de alio quidem priore, alio verò posteriori. Quia enim quatenus est continuum ijs inest infinitum, quoniam est continuũ quod potest diuidi in infinitum: primò autem est continua magnitudo: ea etiã primò diuiditur in magnitudines, vt quæ sit cõposita ex magnitudinibus. & propterea diuiditur in infinitum. Propter magnitudinem autem motus habet cõtinuum. propterea enim ꝙ fit in continua magnitudine, ipse quoque est continuus, & potest diuidi in infinitum. Propter motum autẽ, tempus. est enim aliquid motus. numerus. n. motionis est tempus. Quare neq; ex æquo nec vt genus prædicatur, sed semper de secundo propter prius. et ideo est prius & posterius. prædicatio autem vt prioris & posterioris, est etiam in æquiuocis. ita enim, verbi gratia, τίγχρονος est æquiuocus nepoti & auo. Est autem etiã in ijs quæ sunt ab vno. talis autem est potius infiniti prædicatio. LXI

H

Margin notes: Infinitũ non ex æquo prædicaſ de magnitud. n. motu, et tempore. — τίγχρονος, id est, quid in tempore.

catio. Quòd autem à magnitudine continuũ sit motus, nunc quidem paucis admonuit, dicens, MOTVS qdem, quia est magnitudo in qua mouetur, vel alteratur, vel augetur} pro locali motu id in quo mouetur sumẽs: & per species motus nos admonens, ꝙ omnes motus sunt magnitudinum, & in magnitudinibus, & habent continuũ propter magnitudines. Sed nunc quidem, vt dixi, breuiter nobis redegit in memoriam. Procedens autem etiam ꝙ magnitudo quæ est primò continua, diuidatur in magnitudines, vt quæ componatur ex magnitudinibus, & propterea primò habet diuisionem quæ fit in infinitum: propter magnitudinem autem, motus: & propter motum, tempus. Ac de motu quidem quid is sit, dictũ est, dicetur autem de tempore.

CAP. VIII.

LXXI NEque verò aufert id quod dicimus contemplationem Mathematicis. quod sic tollit esse infinitum vt actu sit ad incrementum, vt quod peruadi non possit. neque enim nunc opus habent infinito, nec vtuntur, sed tantùm vt sit finita, quantam velint. Maximæ autẽ magnitudini licet eadẽ ratione secari, quantacunq; sit alia magnitudo. Quare ad ostendendũ quidem, illo modo nihil referet. erit autem esse in ijs quæ sunt magnitudinibus.

LXII Est viri docti & scientia præditi, per ea quę inducit, nihil tollere eorum quæ apud viros doctos & sapientes in honore fuere. Quia ergo Geometria in honore meritò est habita, quæ sunt autem in ea theoremata seu contemplationes probant Geometræ, vtpote ꝙ sit infinita magnitudo quæ peruadi non possit ad incrementum, siquidem etiam sumunt in postulatis, finitam rectam per continuum rectà ducere: Si autem ita est: quæuis data superari potest: Si verò ita est, actu esse infinitã magnitudinem necesse est, qđ multis sustulerunt ea quæ prius dicta sunt: Sæpe autem etiam in demonstrationibus lineas ponunt infinitas: Videbitur ergo nõnullis esse necessarium vel vt sit magnitudo aliqua actu infinita, vel vt tollatur Geometria. vir autem doctus & sapiens scilicet, quæuis potius concesserit, quã tolli Geometriam. Nam præter cætera bona, hoc quoq; habet maximum, vt inquit Plato, ad omnes disciplinas, vt is melius suscipiat qui Geometriam attigit quàm is qui non attigit. Hunc ergo metum leniẽs, ait id qood dictum est, quod tollit id quod actu est infinitum, nõ auferre contemplationem Mathematicis. Magnitudine enim quæ actu est infinita nequaq; vtuntur Mathematici. sed quæcunq; probantur aut demonstrantur, ea efficiũt per finitas lineas & superficies. Quare magnitudine actu infinita minimè opus habẽt, sed vt habeant quantam volunt, lineas infinitas ponũt. Et si ergo petant rectam rectà in infinitum ducere, ne eis molestia exhibeatur, tanquam non sit amplius recta, ex qua sint ablaturi, vel per quam coniungant vel ducant, sed in alia parte superficiei incidat cõiunctio vel sectio: semper finita recta vtuntur. Si ergo disciplinæ, nempe mathemata, infinito non egẽt, qui eam tollit, nihil tollit ex disciplinis. Quòd autem infinito non egeãt propter sectiones et coniunctiones, non solòm ostendit per inductionem, nobis in memoriam redigens ꝙ vbiq; vtãtur finitis magnitudinibus: quinetiam geometricè demonstrat. Si enim ostensum est ꝙ datam rectam insecabilem, etiamsi quis eam minimam sumpserit, potest eadem ratione secare, qua ea, quæ secta est, etiamsi sit maxima: non necesse est ex illa facere demonstrationem, quæ vtiq; produci non potest. siquidem nihil refert ad ostendẽdum id quod est propositum. qui enim ostẽdit in maxima id quod potest in minore, & propterea ꝙ sit maxima, non potest quantum opus est producere: ipse sibi causa est angustiæ, & ꝙ

Geometriæ veluas.

A id quod est propositum non possit ostendere, non autem is qui eam tollit quæ est actu infinita. Non solum autem infinitam, sed ne maximam quidem sumunt describentes. quis enim mundi diametrum sumit in descriptionibus? Pulchrè autem in sectione quæ fit per ꝓportionem & conuenientiam ostendit non opus esse linea infinita, ex qua ostenditur apud Geometras infinitum quod est ad diuisionem. perinde ac si diceret eos etiam ex ijs quæ ipsi probant ac demonstrant, ea quæ actu quidem est, & ad augmentum exuperat, non egere: vti autem infinitate quæ est ad diuisionem, & per eam demonstrare. quæ quidem ostẽduntur per vnum quod est apud ipsos theorema, quod quidem est in sexto elementorum, cuius talis est propositio. Datam rectam insecabilem datæ sectæ proportione conuenientem secare. Cùm autem dixisset ad demonstrationem nihil interfuturum, in minori linea quæ etiam duci potest demonstrare, subiunxit, EIS autem esse erit in ijs quę sunt magnitudinibus.} hoc est, B etiamsi similiter possit fieri demõstratio etiam in ijs quæ non sunt, sed mente concipiũtur magnitudinibus: figurę tamen quæ consistunt, non sunt in omnibus magnitudinibus. non enim in ijs quę mente concipiuntur sunt, sed in ijs quæ sunt. Cùm autem quæsijsset Alexander quomodo non euertitur primum theorema elemẽtorum Euclidis, si nõ vel extra vniuersum possit recta produci, vel circulus describi: si enim quæ data est recta finita, super quam oportet constituere triangulum æquilaterum, possit esse mundi diameter, fieri autem non possit, vt super eam constituatur triangulus ęquilaterus, si nihil sit extra mundum: Vniuersi enim diameter fit ex centro circulorum, à quorum cõmuni sectione, quæ ad datæ fines coniungũtur, cum ea triangulum faciunt æquilaterum: Hoc ergo cùm quęsijsset, sic soluit. Quoniam infinitum est, in cuius quantitate, sumentibus aliquid semper licet extra sumere, vt ostensum est, videlicet Mathematici quoque etiam quas lineas ponũt infinitas, tales ponunt, vt eę pos-C sint augeri. quorum enim est extra aliquid, eæ sunt infinitæ. Diametrum autem mundi non licet augere, siquidem eam ponunt finitam. cùm sint eæ etiam infinitę, quibus licet addere, & quas producere. Aduertendum est autem, ꝙ Aristoteles quidem definitionem conuertens in contrarium, demonstrauit id esse infinitum, cuius semper licet aliquid extra sumere, hãc aliam infiniti introducens notionem, quæ in alio infinito vera est, nempe eo quod est in infinitum. Qui autem ponebant id quod est actu infinitũ, siue in lineis, siue in alijs magnitudinibus, id dicebant infinitum, cuius nihil extra sumi potest. melius est ergo dicere eos talem petijsse finitam, vt possit quis id etiam sumere extrinsecus, à quo duas reliquas coniungunt æquales ei quæ erat à principio. Quare si est qdem aliquid extra vniuersum, nihil vetat quominus consistat theorema etiam in diametro: Sin nihil est extra, non est ea quæ data est. Præterea si lineę quidẽ Mathematicę, erant quædam naturales, quæ in loco sunt, oportebat po-D stulare quendam locum extra vniuersum: Sin in cogitatione habent substantiam: locus earum est cogitatio eius qui contemplatur, non autem locus naturalis. Ideo enim Mathematica dicuntur ex ablatione seu abstractione, ꝙ cùm abstulerimus quæcunq; naturalibus insunt magnitudinibus, locum, qualitatem, tempus, agere, pati, ipsa solùm interualla, & quãtitatem, quæ est vt cõtinua, examinamus. Quare qui aufert locum nostrum qui est extra vniuersum, nõ vnà aufert demonstrationem. non.n. tanquam lineæ hic vel illic sitæ sint, scribimus, aut descriptiones demonstramus. Quemadmodum ergo Democritus, qui conatur probare, colores non inesse natura in corporibus, sed ex nostro quodam pręscripto et quadam impositione quod sunt habere: nihil læserit Geometriã, quoniam ad demonstrationes non vtitur omnino coloribus: ita qui locum tollit infinitum, atq; adeò locum: nihil affert impedimenti linearibus demõstrationibus. aufert

Ne magnitudine quidem maxima, nedum infinita vtitur Geometræ.

In sectione, quę fit per ꝓportionẽ nõ opus est infinita linea.

Euclidis primũ Theorema non euertitur si tollatur id quod est actu infinitum.

Mathematica cur dicantur ex abstractione.

Democritus dicebat colores non esse natura.

enim aliqd quo non opus habent qui demõstrant. Quòd enim non sint in loco Mathematica, ostēdetur in sequenti libro. Impedit autem Geometriam, qui quæ diuidi nequeunt, & sunt minima, ponit principia. Tollit enim sectionem quæ fit in infinitum, cùm qua multa simul tolluntur eorum, quę nũc in prõptu ostenduntur in disciplinis.

LXXII Quoniam autem causæ diuiduntur quadrupliciter, clarum est infinitum esse causam vt materiam, & ei quidem esse, esse priuationē: quod ex ipso autem est subiectũ, esse id quod est continuum & sensile. Videntur autē omnes quoque alij infinito vti tanquam materia. Quocirca vel absurdum est facere ipsum id quod continet, non autem quod continetur.

LXIII Postquam ostendit, vt multi quidem existimant, non esse infinitum, alio autē esse modo ex eo quod est in infinitum, idque esse potentia, & cuius semper potest aliquid extra sumi: quoniam ij etiam qui ponebant infinitũ, esse ipsum dicebãt principium, quinetiam ipse ostendit quod si sit omnino infinitum, fuerit principium, & non ex principio: & alioqui nunc agitur de principijs naturalibus, & quæcunque hic proponuntur, oportet ad ea referri: meritò etiam ostēdit cuinam ex naturalibus causis & principijs cõueniat infinitum. & cùm diuisionem causarum in quatuor nobis in memoriam reuocasset, in materialem, formalem, efficientem, & finalem, clarum est, inquit, infinitũ esse causam vt materiã: per hoc quod est; CLARVM, inductionem nostris oculis subijciens. quis enim finem, & id cuius gratia, cùm finis sit, dixerit infinitum? aut id quod efficit, quod ex proprio fine terminato ac definito efficit? aut formam, quæ apertè est forma compositi? Est ergo potius vt materia, non quod materia ex sua ratione, & quatenus est subiectum, sit materia, sed quod priusquam formam suscipiat, ei accidat priuatio. quæ quidem est infinitas. Et quòd priuatio quidē sit alia à materia, prius ostensum est, ex eo quòd materia quidem formam suscipiat, vt quæ non sit ei contraria, priuatio autē, vt quæ sit contraria, non suscipiat. Quòd autem sit infinitum in materia priuatio, patet ex eo quòd forma sit finis compositi. quo fit vt sistatur natura, cùm ad ipsam peruenerit. priuatio autem est formæ contraria, sicut finis infinitus. quocirca formam non potest sustinere. quocirca infinito esse est in priuatione. non quòd in priuatione et materia consideretur infinitum quatenus peruadi non possit, sed quatenus est formæ & figuræ expers, & ea ratione fines nõ habeat, & quatenus est potentia & in infinitum. quæ quidem insunt propter formæ priuationem. cùm itaque inest forma, sistitur etiã id quod est, in infinito & imperfecto. Et ita, vt ego quidem sentio, dici potest, non esse infinitatem absolutè priuationem: alia est enim notio priuationis, & alia infinitatis: sed priuationi inest infinitũ, quemadmodum finis formę. nisi fortè dicat aliquis, rectè, vt puto, dicens, à fine compleri formam, & non ad eam extrinsecùs aliunde accedere. & id quod est in infinitum, nõ vt formã, sed vt quod, cùm sit eiusmodi, dicatur infinitum; complere priuationem. Est enim formalis finis priuatio hoc infinitum. & eiusmodi priuatio, est tanquam absentia in eo, quod aptum est vt formam & finē suscipiat. nisi quod vt priuatio quidem formæ opponitur, vt autē infinitum, fini. At quid est quod dicit deinceps, quod ex ipso autem est subiectum, esse id quod est continuũ & sensile? Si enim materia est subiectum priuationi & infinitati: priuationi autem, & infinitati diuisionis quæ est in infinitum, subiectum per se est id quod est continuum & sensile: id autem est corpus naturale, videtur præclarè colligi materiam esse corpus, quod quidem nonnulli dicunt secundum subiectum. Num subiecto non abs re additum est illud, PER SE. Non sola enim materia subijcitur diuisioni quæ est ad infinita, & ei quæ est ex ipsa priuationi,

Infinitũ quò fit causa vt materia, & eius esse est priuatio.

Materia sit ne corpus.

E sed corpus etiam continuum & sensile. Oportet. n. actu habere interuallum, id quod est diuidendum, & non potētia solùm, vt materiam. Quomodo ergo dicitur in materia, id quod est ex diuisione est infinitum? An quod cùm corpus compositum scindatur in infinita, quoniam non per formam fit sectio: manet enim illa eadem, siue aqua, siue aer, siue caro, siue os: necesse est per materiã fieri diuisionem. Quemadmodum ergo prima infinitas, quæ dicitur relata ad finem formæ absolutæ, est in prima priuatione, quæ est ex prima materia: ita etiam infinitas quæ est ex diuisione, est in priuatione quæ est in sensili corpore: id enim est quod diuiditur. At quomodo infinito quidem esse est priuatio, vt dicit: infinitum autem dicit causa vt materia, & non vt priuatio? Num quòd priuatio quidem cum materia cõsiderata est in causis, vt quę non sit per se causa, sed per accidens, nempe ideo quòd absit. Iure ergo quæcunque sunt priuantia, referũtur ad causam materialem. Si autem continuitas quidem est forma, diuisio autem & sectio soluit continuitatem: quomodo

F dicimus formam manere dum diuiditur? Num non soluit continuitatem? manent enim partes continuæ: sed tantam continuitatem & tãtam formam. Si ergo per hoc est diuisio, per formam etiam fuerit, & non per materiam. Num non per tantum formale: nam vt formale, nec diuidi potest, nec est tantum. sed per solùm materiale interuallum, quod diuertit ab eo quod nullam habet distantiam nec dimensionem, immaterialis partium defectionis. Postquam autem ostendit causæ materiali magis conuenire infinitum, cui etiam priuatio: rursus quod dicit confirmat etiam ex aliorum sententia, qui infinitum esse principium posuerunt. Illi enim ponebant tanquam materiam: alij quidem aerem: alij verò aquam: alij verò dicētes ipsum, id quod intercedit: etiam ex hoc alia, non tanquã ex efficienti, sed tanquam ex materiali causa, gignentes. Dicunt enim ex eo primùm oriri ea quæ oriuntur, & in ipsum extremum resolui. Eos autē reprehen-

G dit vt qui sibi ipsis non consentiant, cùm infinitum ponant vt quod contineat. Qui enim in materia infinitum esse dicũt, debebant potius dicere ipsum cõtineri quàm continere. Materia enim continetur & terminatur à forma. nisi forte sic dicebant continere, vt quod consideretur in omnibus corporibus, & characterem præbeat omnibus materialibus.

Infinitas quæ est ex diuisione, est in priuatione, quæ est in sensili corpore.

Infinitum quò sit causa vt materia, autē esse est vt priuatio.

Forma quo maneat in diuidēdo si forma est continuitas.

Infinitum si est materia, cõtineatur potius quã contineat.

Reliquum est autem persequi quibusnã rationibus videatur esse infinitum, non solum potentia, sed etiam vt terminatum ac definitum. Aliqua enim ex his non sunt necessaria: alia vero habent veras obiectiones. Neque enim, vt non deficiat generatio, necesse est actu esse corpus infinitum sensile. contingit enim interitum vnius, esse ortum alterius, cùm sit vniuersum finitum. LXXIII

H Postquam ostendit infinitum non esse actu sed potentia, & quæstiones omnes quæ huic dicto conueniunt explicauit, vult deinceps soluere prius expositas rationes, quæ infinitum esse actu confirmabãt. Cùm enim quinque essent ab initio rationes quæ ponebant infinitum: à tempore, à diuisione & additiõe quæ fit in magnitudinibus: & quòd ea demum ratione nõ deficiat ortus et interitus, si sit infinitum vnde aufertur id quod gignitur: & propterea quòd id quod est finitum semper finiatur ad aliud: & maximè, quod est pręcipuum, quoniam minimè deficiat in cogitatione: Cũ sint ergo hæ quinque, duas quidē primas ipse quoque ostēdit necessariò ponere infinitum: hæ. n. id quod est potētia, & quod in eo quod fiat quod fit habet, infinitũ ponũt, & quod est in infinitũ: reliquas aũt refellere conabitur, quæ vt definitum & quod actu est ponunt. ita enim fuerit perfecta oratio, si non solum demonstrauerimus id quod est propositum, sed eos etiam confutauerimus LXIIII

mus

A mus qui dicunt cōtrarium. Dicit ergo ex hîs rationibus vnam quidem esse refellendam, vt quæ temere dicat infinitum esse necessarium, propterea quòd nō deficiat generatio: aliĳs aūt esse respondendum à verioribus quæ eis obĳciūtur rationibus. necessarium enim est id quod aliter habere non potest. Vt ortus autem & generatio non deficiat, esse potest, etiamsi nō sit actu infinitum. Contingit enim vnius interitum esse ortum alterius, etsi sit vniuersum finitum magnitudine. etsi ita est, non poterit deficere generatio. Quō enim cessauerit eiusmodi machinatio & molitio? nec infinito quod actu est opus habebimus. quare non est ratio necessaria, vt quę sumat id necessariò consequi, quod non omnino sequitur. neq; enim si non possit deficere generatio, oportet magnitudinē esse actu infinitam. neq; huiusmodi cōnexum rectum est & necessarium. quare nec assumptio, & quæ ei subiungitur illatio, quæ dicit: Atqui nō potest deficere generatio, Est ergo quod actu est infinitum: necessariò deinde infertur.

Infinitū sublato non tollitur generatio.

LXXIIII B Præterea tangere & finitū esse, aliud est. Illud enim refertur ad aliquid, & est alicuius: aliquid enim tangit quodlibet, & ex finitis alicui accidit: Finitum autem non refertur ad aliquid, nec est cuiuslibet tangere quodlibet.

LXV Hæc est quarta ratio earum quæ illic positæ sunt, quæ extra quoduis finitum dicit esse aliquid ad quod finitur, & cùm hoc semper fiat, quod actu est infinitum introducit. Si enim non esset aliquid actu infinitū, non esset semper aliquid extra finitū ad quod finitur. Huic rationi verè resistere possumus, dicendo aliud esse finitū esse quàm tangere. Tangere enim est ex ĳs quæ referuntur ad aliquid. Quod enim tangit, tangit aliquid quod tāgitur, & quod est aliud ab ipso: Finitum autem esse est in eo quod est quantum. Si ergo vtrūq; est alterius generis: finitum esse non est in eo quod tangat aliquid. non refertur enim ad aliqd, sed ad seipsum refertur finitum esse. Et possunt quidem quædam finita etiam finiri ad aliquid, & aliquid tangere. Hoc autem illis accidit, quę nō solùm tota sunt, sed etiam partes vniuersi. non tamen quatenus finem habēt, sed quatenus sunt cum aliĳs. Siquid autem est solum totum & vniuersum, id cur finiatur ad aliud? Videntur autem qui hæc dicunt, decepti esse ex eis quæ tāguntur, tangere & finitum esse idem esse putātes. Siquis autem dicat finē quoq; referri ad aliquid, finis enim est alicuius finis. sed ad aliud non refertur, verùm ad seipsum. est.n. finiti finis, sed non illius ad quod finitur. Deinde etiam affert rationi aliud argumentum, quod finitum esse distinguit ab eo quod est tangere. Si enim finiri quidem est ad omnia, tangi autem non ad omnia, non est idem scilicet finiri & tangere. Numerus enim, vtpote decem, & vox quæ est terminata à silentio, finita quidem sunt, sed quid dicantur tangere? non enim silentium. Quinetiam linea quæ finita est in superficie, est quidem finita signis, nihil autem dicetur tāgere, nisi aliqua linea ei adiecta fuerit. Non enim cuilibet insitum est natura vt tāgat quodlibet. neq; enim innatum est voci, vt tāgat lineam. Atqui finitum est vtrunq;. Videtur autem Alexander hoc dicere admirabile, non esse verum id quod finitum est habere finem, quatenus est finitum. numerus ergo finitus quidem est, non tamen habet finem. Atqui quomodo fieri potest vt finitum sit aliquid quod finem non habet? Sed videtur ex similitudine quæ est ei cum magnitudinibus, finiri finem quærere, qui non est eius pars, quin etiam vna deficitur distantia. Nihil autem vetat numeri quoq; esse fines extremas vnitates, quæ alia quidem ratione sunt partes, alia verò fines, quatenus habet etiam cum signis proportionem ac conuenientiam. dicitur itaque signum vnitas quæ habet posituram. Num autem ipse quoq; per se numerus est finis discretæ quantitatis, nec oportebat alium eius finem quærere.

Tangere, & finitum esse, differunt.

Finis refertur ad aliqd, nō tamen ad seipsum vt qui sit finiti finis

Finitū quod est habet finem contra Alexandrū.

Numeri qui sunt fines.

A Cogitatione autem credere est absurdum. non enim in re est exuperatio et defectio, sed in cogitatione. vnumquenq; enim nostrum cogitauerit quispiam esse seipso multis partibus maiorem augens in infinitum. sed nō est quis ideo extra ciuitatem, vel eam quam habemus magnitudinem, quia cogitat aliquis: sed quia est, hoc etiam accidit. LXXV

Hæc erat quinta ratio à cogitatione & animi visione, quam dicit maximè inducere, ad hoc vt ponāt infinitum quod actu est. Quia enim non deficiat in cogitatione, videtur esse & numerus, & mathematicæ magnitudines, & quæ sunt extra cœlum. Hanc autem rationē soluit breuiter & apertè. talis enim exuperatio, inquit, non est in rebus, sed res sunt in cogitatione. nō enim si cogitamus, & visione apprehendimus et somniamus, iam hoc est ēt. B sic enim fuerit vel hircoceruus, & multa alia quorū neq; est aliquid, neq; esse contingit. quemadmodum enim Pictores multa mente concipiunt & pingunt, nō solùm formas, sed etiam parua pro magnis, & magna pro paruis; ita etiam animi visio innumerabilia in se pingit & fingit eorum quæ non sunt. ita etiam possumus visione apprehendere Diarem mille stadĳs vrbe maiorem, & id quod eius supereminet esse extra ciuitatem. Existimo enim esse melius sic accipere illud, EXTRA ciuitatem} vt intellexit Eudemus, verba præceptoris, vt eorum qui visione apprehendunt Diarem vrbe maiorem. & nō vt Alexander existimat, cùm nos ipsos qui sumus intra vrbem, esse extra cogitauerimus, vel multis partibus maiores magnitudine: tanquam illud, Extra ciuitatem, habeat tantùm in loco mutationem. Videtur autem sic exponere, propterea quòd in alio & alio illud audiat, SED non est quis ideo extra ciuitatem} & illud, VEL eam quam habemus magnitudinem} Vtrunq; autem dictum est, vel C de incremento magnitudinis, vel vt quę vrbem superet, vel absolutè quam habemus. Ita etiam erit conueniens ea quæ est de infinito apprehensio. idem enim in alio loco visione apprehendi, hoc solū ostendit animi visionem res imutare, nec tamen sic vt in infinito ostēdit. Quamobrem non quia res tales cogitanē, ideo etiam tales sunt, sed quia sunt, vt ita, vt sunt, vel vt non sunt cogitētur, eis accidit. Etsi enim cogitentur vt sunt, non sunt propterea quòd cogitantur, sed eis accidit vt cogitentur. Si ergo & cogitari est accidens, & non semper cum rebus consentit cogitatio, ex cogitatione seu visione nō oportet pronunciare de rebus. Quare nec est aliquid extra cœlum, quoniam cogitatur, siquidem id est & totum & vniuersum. LXVI

Cogitatio non facit vt in rebus sit aliquid infinitum.

Tempus autem & motus sunt infinita: & cogitatio est eius quod sumitur quod nō sustinet. Magnitudo autem neq; detractione, nec mentis additione est infinita. Sed de infinito qui- D dem, quomodo sit, & quomodo nō sit, & quid sit dictum est.

** Commentarius Græcus in hoc loco est ita mutilatus, ut ex eo nullus integer sensus elici possit; ideo hic à nobis est prætermissus.*

SIMPLICII COMMENTARIVS IN QVARTVM ARISTOTELIS LIBRVM NATVRALIS AVSCVLTATIONIS.

Cvm de naturalibus principijs & causis opus instituisset, & de ijs quæ naturalia omnia communiter consequuntur, dixit in primo de principijs quæ sunt vt elementa, nempe materia & forma, & quæ est vna cum eis priuatione. In secundo autem de causa efficiente & finali. & quænam per se quidem esse videntur nonnullis causæ efficientes, per se autem non sunt efficientes: quemadmodum fortuna & casus, sed per accidens. Cùm autem ostendisset naturam esse causam efficientem, & eam definijsset motus principium corporibus, quoniam omnibus naturalibus, quatenus sunt naturalia, inest motus, qui ipse quoque naturalia corpora constituit, & in definitione naturæ assumptus est, meritò statim in principio tertij libri de motu disseruit. Quoniam autem quoduis corpus naturale & quemuis motum necesse est esse aut infinitum aut finitum, & corpus & motus cùm sint continua, diuidi possunt in infinitum: quinetiam quoniam nonnulli ex Physicis esse principium dicebant infinitum, iure etiam de infinito disseruit. Cùm autem quod de elementis & alijs causis dicendum erat absoluisset, & de ijs etiam quæ principia subsequuntur: deinceps quærit de ijs quæ extrinsecus insunt corporibus naturalibus, quatenus sunt eiusmodi, & tradit cuiusmodi sunt locus & tempus. quoduis enim corpus naturale est in loco, & per locum mouetur, & quiescit in loco. simplicia autem corpora formam etiam accipiunt ex differentia quæ est ex locis proprijs. Quoniam autem quemuis motum tempus dimetitur, oportebat etiam docere de tempore, siquidem numerus cuiusuis motus est tempus, vt discemus. Meritò autem prius dicit de loco. locus enim præcedit non solùm tempus, sed etiam motum & ipsum corpus. est enim corpus quidem in loco. motus verò in corpore. tempus autem in motu. Sed quoniam natura his primò ac principaliter substantia est corpus naturale, alia autem sunt huius aliqua, vtpote hoc quidem receptaculum, illud verò motus, aliud autem mensura motus, meritò naturalis corporis elementa, materiam & formam prima tradidit: deinde efficientem eius & finalem causam, & motum qui sumptus est in definitione naturæ. & sic in ijs quæ sunt extrinsecùs locum tempori præposuit. Sed quoniam in ijs quæ mouentur versatur opus Physici, quemadmodum Mathematicus & Theologus in ijs quæ sunt immobilia, est autem locus ex ijs quæ sunt immobilia, vt ostendetur, quomodo fuerit naturalis Philosophi de loco contemplatio? Num quòd etiamsi sit immobile, est tamen capax corporis quod mouetur, & est H finis corporis quod mouetur. per quod etiam mouetur, etiamsi per ipsum nõ moueatur locus. Quoniam autem nonnulli quoque ponentes inane in principijs, dicebant ipsum esse locum corpore priuatum, meritò postquam de loco locutus est, de inani quoque disserit. Et sic postquam explicauit quæstiones quæ sunt de tempore, finit libri propositum, & sic cœpta oratione de ijs quæ naturalibus omnibus cõiter conueniũt, quæ est de principijs naturalibus.

Locum quo contemplat Physicus, si locus est ex iis quæ sunt immobilia.

CAPVT I.

1 Similiter aũt necesse est quoque Physicum, de loco, sicut etiam de infinito, cognoscere, an sit, an non sit: & quomodo sit & quid sit.

1 Quæstiones quæ proponuntur de loco, ad similitudinem quæstionũ quæ sunt de infinito, definit. Quemadmodum & eos qui esse, & eos qui non esse infinitum posue- E rant, absurda consequi nobis videbantur: ita etiam an sit locus quærentibus, propterea quòd non sit trira quæstio, necesse est vtrinque argumentari. Quæstionum autem de loco principium est, sit ne an nõ sit, quẽadmodum etiam in infinito. Post quæstionem autem, an sit, in libris de demonstratione didicimus quærere quid sit. quod quidem naturam & substãtiam & definitiuã eius quod proponitur rationem inuenit. Post id autẽ sequitur quæstio qualis sit, quæ ostendit ea quæ rei insunt. Cui etiam cognata est quæstio quomodo sit. Etenim quemadmodum dicebamus in infinito, id esse & potentia, & singulatim, & in eo quod est fieri: ita etiã in loco, quid sit quærimus: num per se aliquid, vt ij qui dicunt locum esse inane spatium, an sit in sola consideratione: & vtrum corporibus ad hoc vt sint aliquid conferat, an nihil. hæc enim in ijs quæ suot F versantur, & in modo substãtiæ. Sed quare illud quomodo sit, præposuit? nũ quòd sæpe ex ijs quæ insunt rei substãtiã inuenimus, quẽadmodũ nunc & in loco videbit.

Quæstiones quatuor in sit, quid sit, quale sit, & quo sit.

Nam & quæ sunt omnes esse alicubi existimant. Quod enim non est, nusquam esse. vbi enim est hircocerũus vel sphinx? & qui est maxime cõmunis & principalis motus, in loco est, quem vocamus φορὰν, id est lationem.

II Cũ in principio definijsset quæstiones de loco, ad similitudinem earũ quæ de infinito dictæ sunt, deinceps esse Physico necessariam loci tractationem, ostendit duobus argumẽtis. Ex quibus vnum quidem videtur esse probabile, vt quod sumptũ sit ex cõmuni existimatione: Alterum autem demonstratiuum, vt quod à rebus ipsis profi- G ciscatur. Et quod est quidem à cõmuni existimatiõe, hypotheticũ, qui à veteribus proponitur: qui sic habet: adducit. Si quod non est, nusquam est, quod est, est alicubi. Si autem illud alicubi, significat eã quæ est in loco habitudinem seu relationem: videlicet est locus. Hæc aũt, vt ait Alexander, syllogismi formatio, nõ est absolutè omnium, sed eorũ qui sola esse corpora, & ea quæ sunt materialia existimãt, tollunt aũt naturam incorpoream: & ex eo quod apparet, certam viam ac rationem minimè secuti, fecere cõuersionẽ. Ex eo enim quod est, si id quod non est, nusquam est, sequitur in secũdo hypotheticorum, id quod est alicubi, est: non autem id quod est, est alicubi. quod quærit ab ijs qui locũ introducunt. Aut ergo transponenda est dictio, dicendo, id quod nusquam est, non esse, & ita dicẽdo deinceps id quod est esse alicubi: Aut quod est probabilius ex fide eorum qui formarũt syllogismũ, qui sola esse corpora existimant, dicendũ est antecedenti æquale esse consequens. Si.n. nihil est aliud nisi corpora, videlicet quod nusquã est ne est quidẽ omnino, & quod non est, nusquam est. quidem corpora sunt alicubi. In ijs aũt quæ sunt æqualia, conuersio est indifferẽs, siue fiat ab antecedenti, siue à cõsequenti. Videtur aũt Aristoteles alludere ad dictionẽ Platonis in Timæo, cũ sic dicit. Ad quẽ vtique respicientes somniamus, & dicimus esse necessarium quod quid est, in loco esse, & locũ aliquem occupare: quod aũt neque in terra, neque in cœlo vsquã est, nihil esse. Vides.n. esse eandẽ apertè orationem, & sic consequenter esse conuersam. Quia.n. id quod nusquã est, ne est quidem, propterea quidquid est est alicubi. Porrò autem Plato quoque hæc dixit, non tanquam ea admittens, sed quòd propter rerum materialium, quibus quidem hoc inest, intuitum, qui est instar somnij: de omnibus quæ sunt idẽ dicimus. Quòd autem id quod non est nusquã sit, per hoc ostendit Aristoteles, nempe, vbi est.n. hircocer-uus

Qui sola esse corpora putant, & mate rialia, n ois in loco esse dicunt.

Incorporea quę sunt maxime, in loco non sunt.

uus vel sphinx:} Nusquam enim sunt, quoniam ne sunt quidem omnino & omnino nõ sunt, quoniam nusquam sunt. Clarum est autem rectam qdem esse sic sumptam consecutionem, sed non vtique etiam veram. Neq; enim quidquid est, in loco est. nihil enim eorum quæ sunt incorporea, in loco est. quæ sunt maximè & separabiliter. Neque quod nusquam est, hoc est quod non est in loco, non est. multa enim, vt dictum est, sunt quæ in loco non sunt. Quod autem quæritur, ostendit oratio, nẽpe Physico necessarium esse loqui de loco. siquidem veteres, omnia quæ sunt, esse in loco existimant. Si autem non sunt veteres temere reprehendendi, verisimile est illud alicubi, non significare habitudinem seu relationem, quæ est in loco qui nunc quæritur, sed definitionem ordinis. in quo significato nouit etiam Plato locum supcœlestem, & dicimus intelligentiam esse in eo quod percipitur intelligentia. Postquam ergo sic ostendit ex veteribus Physicis esse Physico necesse tractare de loco, in secũdo argumento ex ipsis rebus hoc sic ostendit. Si qui est cõmunis omnium naturalium corporũ motus in loco est, est videlicet locus in rebus naturalibus: et naturali Philosopho loqui de loco necesse est. Atqui antecedens. ergo etiam consequens. Et huncquidem vocauit cõmunem motum: vel vt quem communiter omnes confiteantur. Omnes.n. motum qui est in loco magis sentimus, quàm alios. Itaque nonnulli etiam sustulerunt interitum: sicut, Anaxagoras: & alterationem, vt qui dicebant colorem esse ex præscripto & impositione hominum. Motum autem, qui est in loco, nemo seriò loquens (mittatur enim Zenonis dubitatio) non eum dixit esse communem, vt qui solus insit omnibus corporibus naturalibus. cœlestia enim quæ alios motus superant, eo tamen mouent. Quocirca eum etiam vocat maximè principalem. est enim maximè principalis, vt qui sit eorum quæ sunt longè prima, & maximè principialis. Quinetiam vt ipse ostendet progrediens, omnium motuum primus est motus localis qui latio dicitur, & tempore, & natura, & causa. Iure autem est maximè principalis qui est eiusmodi. In nonnullis autem exemplaribus, pro eo quod est cõmunis, est primus. & ita scribit etiam Eudemus.

Alicubi qd significet apud veteres.

Naturalia omnia mouẽtur p locũ.

Motus per locum est cõmunis & principalis.

II Dubitationes autem multas habet, qdnam sit locus. non enim videtur esse idem, ex omnibus quæ insunt considerantibus. Præterea autẽ nihil habemus quod ab alijs sit vel prius dubitatum, vel prius suppeditatum.

III Postquam ostendit esse necessarium Physico loqui de loco, ostendit deinceps, sicut etiam in alijs, quæstionem esse difficilem, & ideo opus habere magno & acri studio & diligenti perscrutatione, & dandam esse veniam, si ijs qui primi eum certa via ac ratione quærunt, non protinus apparuerit id quod sit omni ex parte perfectum. Quamobrem tam ei qui docet, quàm ei qui discit vtile est ostendere difficultatem. Quàm sit autem difficilis primùm quidem ex eo ostendit, quòd oporteat rerum quæ quæruntur diffinitiones ex ijs quæ per se eis insunt colligere, vt dixit in principio operis de aĩa, quæ aũt loco per se inesse videñt, non ad eandẽ naturam pueniant. Quatenus.n. ei inest vt contineat, vniuscuiusq; esse formã locus videbitur. ea est.n. quæ prima definit & continet: quatenus aũt est alicuius formę capax, & eius videt esse locus: videt magis accedere ad materiã. quocirca Plato quoq; quęcunq; videtur tanq̃ de loco dicere, dicit de materia: quatenus autem idem locus potest alias aliud corpus suscipere, alius fuerit ab eo quod est in loco. quare etiã pręter eius materiam, & præter formam. Ita dũ ad aliud & aliud ferũt, quæ per se loco ĩsunt, vt difficilis eius sit comprehensio efficiunt. Secũdam autem aliam, dat causam eius difficultatis, quòd nemo de eo prius dubitauerit, vel prius suppeditauerit. hoc enim est & signum & causa difficilis eius comprehensionis. signum quidem, quòd propter difficultatem quæstionis ab eius inquisitione abstinuerunt: causa autem, quoniam adhuc nobis euadit difficilior, cùm nullum habeamus inquirendi socium, nec vllum omnino prius iactum inuenerimus principium. Etsi enim visus est dicere Hesiodus.

Loci definitio difficultas.

Definitiões colligunt ex iis quæ per se eis insunt.

Chaos quid significauerit apud Hesiodum.

De loco quę dicũt a Platone, dicunt etiam de materia.

In primisq; fuit chaos,

fabulosa & non demõstratiua est Hesiodi traditio: & tantummodo, si modo id fecerit, rectè indicauit, oportere aliquid prius esse, in quo ea quæ fiunt futura sunt. Porrò autem Plato quoque in Timæo quæcunq; videtur de loco dicere, dixit de materia. Eudemus verò quæstionis de loco hanc quoq; dicit esse causam difficultatis, quòd non sit facilè locum apprehendere, quoniam omnino effugit si auferatur corpus quod est in loco: & per se qdem non potest mente concipi: sed si modo cõcipi potest, concipitur cum alio: sicut mutarum qui vocantur soni: sonus enim B & C vnà cum A clarus est. Nec tamen propter difficultatem desistendum est à quæstione, cùm sit adeò conueniens & necessaria Physico. Si enim nihil aliud, In rebus certè quę sunt cõprehẽsu difficiles, vel rectè de eis dubitasse satis est studioso, vt ipse alibi docet Aristoteles.

Locus per se nõ potest apprehendi.

III Quòd itaque sit locus, videtur esse apertum ex ea quæ fit vicissim trãsmutatione. Vbi enim nunc est aqua, hic, si tanquam ex vase excesserit, rursus inest aer. Cùm autem hunc eundem locum aliquod aliud corpus obtinet, id videtur esse omnino aliud ab ijs quæ insunt & mutãtur. in quo enim nunc est aer, in eo prius erit aqua. Quare clarum est locũ & receptaculum fuisse aliquid aliud ab ambobus, in quod & ex quo mutata sunt.

IIII Cùm necessariam & difficilem esse ostẽdisset loci quæstionem, transit deinceps ad proprias eius quæstiones. quarum quidem prima est, an sit locus. & priores adducit rationes, per quas ex ijs quæ sunt, videtur esse locus: deinceps autem eas etiam quæ ipsum perimunt. Et quatuor quidem exponit rationes quæ locum statuunt. primam quidem ex ea quæ fit vicissim transmutatione: si enim in quo prius erat aqua, cùm aqua effluxerit nũc est aer, quemadmodum in vasis, est aliquid scilicet quod vtrunq; suscipit. Secũdam autem ex motu elemẽtorum qui est secundum naturam. vtrunq; enim formam suscipit, vnum quidem ex motu qui sursum fertur, alterũ verò ex motu qui deorsum. hæ autem sunt loci differentiæ. Tertiam autem dicit Alexander ostendi ex Mathematicis: non rectè, vt ego quidem sentio, dicens. argumentum enim quod fit ex Mathematicis, est secundæ partis quæ est à naturali motu elementorum, vt discemus. sed tertium argumẽtum est ab inani. si enim inane est locus priuatus corpore, qui inane esse dicunt, omnino dicent etiam esse locum. Quartum autem his adijcit, fabulosam Hesiodi fictionem, quæ non solùm ostendit esse locum, sed etiam ostendit magnam habere potestatem. Atque duo quidem certè priora argumenta, negotiosam præ se ferunt necessitatem: reliqua autem sumpta sunt ab opinione eorum qui sic ponunt. Sed quoniam breuiter & strictim argumẽta dicta sunt, vnumquodq; eorum singillatim sumentes, sententiam pro viribus explicabimus. Probatio itaq; quæ est ex ea quæ fit vicissim transmutatione, ita habet. Locus idem manens, est capax aliquorum quæ alternis inter se differunt. Quod autem idem manens est capax aliquorum, quæ alternis inter se differunt: id est aliquid, & aliud ab illis. siquidem id quidem semper est idem, illa verò differentia, & aliàs alia. locus ergo est aliquid, & aliud ab ijs quæ in ipso sunt. Quòd autem locus idem manẽs possit aliàs alia suscipere, ostendit ex ea quæ fit vicissim corporum transmutatione, di-

Locum esse quibusnã pbetur rationibus.

Locum esse probatur ex ea quæ fit vicissim transmutatione.

cens, IN quo enim nunc est aer, in eo prius erat aqua} Ex quo constat esse etiam aliud locum ex quo et in quod mutata sunt quæ sunt in ipso corpora. Si autem est aliud, id quidem certè est, & par est de ipso quærere. Demonstrationi autem euidentiam quòd & sit, & sit aliquid aliud, id quod est capax eorum quæ insunt alterius, præbuit vasis adiectio. id enim & est aliquid, & aliud ab ĳs quæ in ipso sunt, quod quidem sumptum est ad probandum maiorem propositionem.

IIII Præterea autem naturalium quoque corporum, eorumque simplicium motus, vtpote ignis & terræ, & eorum quæ sunt eiusmodi, non solùm ostendunt locum esse aliquid, sed etiam aliquam habere potestatem. fertur enim vnumquodque in suum ipsius locum: nisi prohibeatur: aliud quidem sursum, aliud verò deorsum. hæc autem loci sunt partes & species, nēpe sursum F

V & deorsum, & reliquæ ex sex distantĳs. Sunt autem ea non solùm ad nos relata, dexterum scilicet & sinistrū, & quod est sursum, & quod deorsum: nobis enim non semper idem, sed fit ex positura, put versi fuerimus. quocirca idem sæpe est dexterum & sinistrum, & sursum & deorsum, & anterius & posterius. In natura autem distinctum est seorsum vnumquodque. non est enim sursum quodlibet, sed id quò fertur ignis, & quod est leue. Similiter etiam deorsum non quodlibet, sed quò feruntur quæ sunt grauia & terrestria. vt quæ non solùm positura, sed etiam potestate differant. Ostendunt autem ēt Mathematica. cùm enim in loco non sint, ex ea tamen quæ ad nos refertur positura, habent dextera & sinistra. ita vt mente solùm cōcipiatur eorum positura, cū natura non habeant vnumquodque eorum.

V Secundum præterea facit argumentum quòd sit locus, à motu corporum qui est secundum naturam. Simul autem cum eo ostenditur locum quoque ex sua ipsius natura habere aliquam potestatem, vt vel eo nomine sit dignus inquisitione. Sic autem ostendit esse locum, & habere aliquam potestatem. Si vnumquodque ex naturalibus & simplicibus corporibus, si nō prohibeatur, fertur in proprium locum, ignis quidem sursum, terra autē deorsum: quæ sunt verò intermedia, ad mediū: quinetiam quod circulariter & in orbem mouetur, mouetur circa medium, & ex eo formam suscipit vnumquodque: sursum autem & deorsum, & reliquæ distantiæ, loci partes sunt & species: clarum est & esse locū, & habere potestatem. H non essent enim eius speciem constituentes differentiæ simplicium corporum. Dextera autem & sinistra, & anterius & posterius, insunt quidem etiam motui cœlesti, vt in opere de cœlo ostenditur: insunt autem etiam animantibus quæ sunt in generatione, ex composita eius natura. Vide autem quòd caliditas quidem & mollities, & quæ sunt huiusmodi, fortasse etiam absque loco fuerint. leuitas autem & grauitas vt absque loco sint nequit fieri. hæc enim sunt definita & motu qui sursum, & motu qui deorsum fertur. Quoniam autem sursum & deorsum, & aliæ loci differentiæ cernuntur etiam esse per habitudinem ac relationem, dubitari posset, num locus nō sit natura, sed quod est habeat ex ea quæ est ad nos relatione seu habitudine: tectum itaque ĳs quidem qui sunt in domo, sursum est, ĳs autem qui sunt super regulas, deorsum: etsi fuerit ex ea quæ est ad nos relatione, videlicet

Locum esse probat a motu corporū qui est secundum naturā.

Locum esse natura.

E nec vllam habet potestatem, cùm ex nostra consistat positura, nec de eo loqui fuerit necesse Physico. Hanc itaque soluit obiectionem, quòd non habitudine solùm ac relatione, sed etiam natura sit sursum & deorsum. Sic autem ostendit. Quæ sunt natura sursum & deorsum, sunt semper eadem. Sursum enim est, ad quod feruntur leuia: & deorsum ad quod grauia. Quæ autem quod sunt habent ad nos relata, non sunt semper eadem, sed vt conuersi fuerimus, ita etiam ea mutantur. quæ enim nunc mihi est dextera columna, si conuersus vel motus fuero, fit sinistra: & tectum, vt prius dictū est. Quare quæ sunt natura sursum, & deorsum, non ad nos relata, nec ex ea quæ est ad nos relatione habent id quod sunt, neque positura quæ ad nos refertur solùm differunt, sed etiam potestate. non enim ea quæ differunt susciperent, nec eorum quæ ad ipsa veniunt speciem constituerēt. Hoc autem, nempe quód non ea solùm quæ fit ad nos habitudine ac relatione, sed etiam secundum naturam sint locorum differentiæ: & aliæ quidem sint quæ sunt secundum naturam: aliæ verò quæ sunt positura: ostendit etiam ex Mathematicis. Si ea enim quæ ex illa quæ fit ad nos relatione solùm habent dexterum & sinistrum, & id quod est supra & infra, quemadmodum Mathematica, nō sunt omnino in loco secundum suam ipsorum naturam: quę in loco sunt, non ex ea solū quæ est ad nos relatione, sed etiam secundum naturam habent loci differentias. Videtur autem Aristoteles solùm connexum posuisse, cùm dicit, CVM enim in loco non sint, ex ea tamen quę ad nos refertur positura, habent dextera & sinistra.} Quasi diceret, Mathematica ex ea solùm quæ est ad nos relatione, habent dexterum & sinistrum, eo quód natura non sunt in loco. nam si essent: non solum positura, sed etiam secundum naturam, haberent tales differentias. Quinetiam progressus ipsum rursus exponit, cùm dicit. Ita vt solum mente concipiatur eorum positura, cùm natura non habeant vnamquanque earum loci differentiarum. Ex hoc autem dicto clarum est alium esse locum qui est ex relatione, & alium qui est secundum naturam. Qui est quidem ex relatione, ĳs etiam quæ nō sunt in loco adesse potest per nostram cogitationē: Dexterum enim hoc theorema & sinistrum, quod ad me quidem attinet, hoc scribo, & supernè & infernè, & partes vniuscuiusque similiter: qui est autem secundum naturam locus, ĳs solis conuenit quæ in loco sunt. In loco autem sunt omnia naturalia. & quæ sunt artificialia, per accidens in loco sunt, quatenus sunt artificialia: quatenus autē sunt naturalia, per se. In naturalibus autem, vnumquodque quidem ex simplicibus habet locum naturæ conuenientem: compositorum autem locus est vniuscuiusque conueniens & proprius, ex eorum quæ in ipso sunt simplicium maiori dominatu. Alexander autem dictionem quæ dicit, VT quæ solùm dicantur per posituram, cùm natura non habeant vnumquodque eorum} sic transcribit. Ita vt solum mente cōcipiatur eorum positura. Cùm enim dixisset, inquit, Mathematica, ex ea quæ ad nos refertur positura, habere dextera & sinistra, adiecit quamnam posituram, nempe eam quæ est per cogitationem. Si enim vtique ne per se quidē sunt: ne per se quidem habuerint posituram. Hic autem apertè fatetur Alexander exemplum quod sumitur ex Mathematicis, nō esse proprium argumentum, sed sumptum esse ad probandum, quòd secundum naturam sint definitæ locorum differentiæ. quoniam quæ secundum naturam loca non habent definita, quemadmodum Mathematica, ne sunt quidem omnino in loco. Num autem potest hoc etiam esse proprium argumentum, sicut prius existimauit Alexander esse tertium argumentum eorum quę locum probant, dicens id esse quod est ex Mathematicis. Ita autem habuerit. Si Mathematica, etsi natura in loco non sint, ex ea tamen quæ ad nos refertur positura, loci habent differentias: locus scilicet est aliquid. Quæ enim sunt positura, traducuntur

Sursū & deorsum q sunt natura sunt semp eadē. Sursum & deorsum ad nos relata mutantur.

Mathematica etsi non sint in loco, ex ea quę est ad nos relatione. habēt loci differentias.

Locus q est ex relatione est alius ab eo qui est secundum naturam.

Artificialia sunt in loco per accidēs. Siplicia habent locum suæ naturæ cōuenientē. Composita hēnt locū ex maiori dominatu simplicium quę sunt in ipsis.

cuntur ab ijs quæ sunt natura, vt quæ visione apprehenduntur ex sensilibus.

VI Præterea qui dicunt esse inane, locum dicunt. fuerit enim inane locus priuatus corpore. Quòd ergo locus sit aliquid præter corpora, & quoduis corpus sensile in loco sit, per hæc quis existimauerit.

VI Locum esse probatur ex eorum sentẽtia qui dicũt esse inane.

Tertium subiungit argumentum, quod ex propria natura esse locum ostendit. Qui enim dicunt vacuum seu inane, id nihil aliud esse dicunt nisi locum priuatum corpore. Si ergo est aliquid aliud præter corpus, vt etiã consistat sine corpore: habet scilicet propriam quandam naturam. Ponit autem hoc argumentum, non vt quod illi placeat, sed vt quod ostendat etiam apud priores cogitationem de loco esse susceptam, Quoniam, inquit, qui dicunt esse inane, locum dicunt. Ita certè afficiuntur, vt & quòd sit, & definitam aliquam habeat naturam, & fortasse etiam corpore præstantiorem. siquidem corpus nõ potest esse sine loco: consistit autem locus vel sine corpore. Cũm autem per duo priora argumenta demonstratiuè ostendisset, probabiliter autem per id quod nũc dictum est: concludit orationem, vtpote quòd ostensum sit & esse locum, & aliud esse præter corpora, vt qui quãdam habeat naturam, & propriam potestatem, & non consideretur ex nostra positura. Quoduis autem corpus sensile in loco esse dixit, propter Mathematica, quæ quidẽ per se non habent vt sint in loco.

Videri autem possit rectè dicere Hesiodus, qui primum fecit chaos. Dicit itaque.

Ante alia in primis genitum est chaos, almaq́; deinde
Pectore quæ lato est tellus.

vtpote quòd ijs quę sunt primùm oporteat esse locum seu receptaculum. propterea quòd existimaret, sicut multi, omnia esse alicubi & in lo- C
VII co. Si est autem huiusmodi, mirabilis quædam fuerit loci potestas, & prior omnibus. sine quo enim nihil est ex alijs, illud autem sine alijs, id primùm sit necesse est. Non perit enim locus, cùm pereant ea quæ in ipso sunt.

VII Locum esse probatur ex sña Hesiodi.

Vocabuli Chaos quænam sit etymologia.

Cũ Hesiodus dicat in Theogonia, Primũ fuit chaos: & chaos videatur factum esse à verbo χῶ, & ideo significare id quod continet, quod idem est quod locale: ex eo duo colligit Aristoteles, & quòd locus sit aliquid ex sententia Hesiodi, & quòd ex eius sententia sit oĩbus prior eius potestas & principialis. Quare conuenit etiam tractationi de principijs. Propterea autem dicit eum primùm dixisse fuisse chaos, quòd existimaret quidem, sicut multi qui naturam ignorãt incorpoream, sola autem corpora esse dicunt, omnia esse alicubi & in loco. Si autem ita est, oportere locum prius esse, in quo erũt ea quæ D sunt. Per hoc autem quòd dixit, SICVT MVLTI, ostendit sibi eam non placere sententiam. Quòd autem rectè videatur dicere Hesiodus, subiunxit causam, vtpote quòd ijs quæ sunt primum oporteat esse locum. Si autem id verum est quod est opinatus Hesiodus, primum fuisse locum: mirabilis fuerit loci natura, vt qui sit primus opifex & principialis. Si enim eòm sit quidem locus, non necesse est esse corpus, si sit autem corpus, locum esse necesse est: necesse est omnia esse alicubi & in loco: id autem quod simul quidem perimit, non simul autem perimitur, natura primum est: primus scilicet opifex & principialis fuerit locus. non enim si hoc corpus, vtpote ignis vel aer interierit, necesse est etiam locum eius interijsse. Si autem fuerit etiam inane locus, vt nonnulli dicebant, est adhuc magis necessarium id non perimi vnà cum corporibus, siquidem inane locus est corpore priuatus. Nam

Locus, primus opifex et principialis.

A ex Aristotelis quidem sententia de loco quę dicit locum esse finem eius quod continet, vt discemus, etiam si locus non vnà intereat cum eo quod est in loco, necesse tamẽ est si sit locus etiam esse corpus, et si non semp idem, at omnino certè corpus. Si ergo primus factus est locus, & si inane fuerit: videlicet etiamsi non sit corpus, erit locus. Hæc autem dicuntur probabiliter, vt quæ conferãt ad ostendendum, videri nonnullis locum habere rationem principij, quemadmodum etiam infinitum. quocirca ei de loco loqui est necessarium, qui de principijs proposuit considerare. Videtur autem hæc Hesiodi verborum expositio consistere in superficie, quæ chaos pro loco accipit. Significat autem non locum, sed multiplicem & quæ ad infiniti formam accedit deorũ causam, quam Orpheus vocauit χάσμα πελώριον, id est, hiatum ingentem. Nam post vnum omnium principium, quod Orpheus & tempus celebrat, vt quod sit mensura fabulosæ deorum generationis, ætherem & hiatum ingentem di- B cit processisse. illum quidem, causam processionis deorum quæ ad finis formam accedit, hũc verò eius quę accedit ad formam infiniti. De eo autem dicit:

Chaos quid sibi velit apud Hesiodum.

Orphe⁹ multiplicẽ Deorum causam vocat hiatũ ingentem.

Nullus finis erat, neque fundus, nullaq́; sedes.

Atqui quomodo dixerit quispiam hæc de loco, qui & alia finit firmatq́; & sede stabilit? Hesiodus autem silentio honorans primam vniuersorum causam, eam solùm obscurè significauit, cùm dixit genitum esse chaos. quidquid enim est genitum, id generatiõis causam ab alio habuerit necesse est. Multiformem autem deorum progressum volens ostendere, per eũ qui ad infiniti formam accedit ordinem, ortum deorum produxit, chaos primum dicens, & post ipsum terram.

Hesiodus tacite primam causã agnouit cũ dixit chaos eẽ genitum.

VIII Verumenimuero dubitatio quidem est, si sit, quidnam sit. vtrum moles aliqua corporis, an aliqua alia natura. Primùm enim quærendum est genus.

C VIII In ijs quidem quæ tractauit de infinito, cùm quinque argumenta exposuisset, per quæ esse videtur infinitum, his illa subiunxit, per quæ non esse videbit: vt sic eorum quæ dicebantur arbiter, & vtraque vera inueniens, & quæ tamen videntur dicere contraria, aliqua quidem ratione esse, aliqua verò non esse infinitum statueret. quod quidem etiam verum est. Hic autem cùm nõ aliqua quidem ratione esse, aliqua verò non esse locum, sed solùm esse vellet, propter communem de ipso notionem: quis enim non dicit esse locum? non statim ex aduerso obiecit argumenta, quæ non esse ostendunt: sed cùm dixisset argumenta per quæ locus esse creditur, videtur quidẽ deinceps transire ad sequentem quæstionem, nempe quid sit locus. Ostendit autem eum neque posse esse corpus, neque incorporeum, neque elementum, neque ex elementis. & alia subiungit argumenta, per quæ colligit, non solùm quid sit locus, sed an sit omnino, necesse esse dubitare: non aliqua quidem ratione esse, aliqua verò non esse, D per hæc inducens: sed orationis ostendens difficultatem propter eam quæ est vtrinque dubitationem, cõmunem in ea qua quæritur quid sit, & in ea qua an sit, ostendens. Si enim necesse est, si sit, omnino esse corpus vel incorporeum, vel elementum, vel ex elementis: neutrum autem esse potest: & quid sit & an sit dubium videbitur. Eius autem inueniendi difficultas, facit vt argumenta videantur probabiliora, quæ non esse contendunt, etsi in nobis omnibus hæc esse videatur notio quòd sit locus. Vide autem quàm pulchrè certa quadam doctrinæ via & ratione vsus sit. Nam cùm ex omnibus quæ proponuntur quæstionibus vellet ostendere difficultatem quæstionis, in quæstione quidem An sit, eum nõ refellit, propter cõmunem quę de eo anticipata est notionem, sed ingeniosè reprehendit eũ, qui introducit locum, per inane ab eo positum, & fabulosum chaos: in quæstione autẽ quid est, & in quæstione quale est, vnà etiam locum interimit.

Definiendo quid sit loc⁹ ostendit quã sit difficile locum inuenire.

Quòd enim eius eò tendant, argumenta, nunc quidem significat dicendo sub conditione, SI SIT. Nam etsi iam quædam dicta sint quæ id esse probabant, nondum eum esse perfectè ostensum est: ostendetur autem etiam procedente oratione. in conclusione autem quæstionis quale sit, apertè dixit dubium esse an sit. Quęrit autem primùm in quonam genere sit ponendus locus. orationis enim quæ dicit quid sit, & definitionis, genus est principium. Vtrum ergo est locus corpus an incorporeum? Meritò autem non dixit, An incorporeum, sed AN aliqua alia natura? quoniam non omnino eum statuit esse extra corpus, dicēs ipsum esse finē corporis, vt discemus. E

Habet itaq; tres distantias seu dimensiones; longitudinem & latitudinẽ & profunditatem. quibus quoduis corpus definitur. Fieri autem non potest vt corpus sit locus. in ipso enim fuerint duo corpora. F

IX Alexander quidem in hoc dicto duos resoluit syllogismos, qui inter se opponuntur. Et est primus quidem eiusmodi. Locus habet tres dimensiones. Quod tres habet dimensiones, est corpus. Locus ergo est corpus. Atqui etiam si corpus habet tres dimensiones, non quidqd tres habet dimensiones, iam est corpus. nam ij etiam qui inane esse dicunt, id dicunt tres habere dimēsiones. Secundus autem syllogismus, priori oppositus, hypotheticus, est ex consecutione confutatorius, quem etiam secūdum vocant indemōstrabilem. Si corpus est locus: in eodem erunt duo corpora, & locus, & id quod in ipso est. Atqui fieri non potest vt sint duo simul corpora. Non est ergo corpus locus. Sin videtur qdem esse corpus, fieri autem non potest vt sit corpus, ne omnino quidem fuerit. Sic quidem Alexander. Num autem ex diuisione refellit esse locum. Si enim est omnino, aut est in genere incorporei, aut in genere corporis. Atqui neq; est incorporeus, G cùm habeat longitudinem, latitudinem, & profunditatem, quibus quoduis corpus definitur. neque corpus, vt non sint duo simul corpora. Partes itaq; diuisionis rectè demonstrauit Alexander. Corpus autē per corpus procedere, antiqui quidem sumebant vt euidens absurdum: Stoici autem postea admiserūt, vt quod esset consequēs suis positionibus, quas existimabāt oportere quouis modo confirmare. Cùm enim viderentur omnia dicere corpora, & qualitates & animam, & per totum corpus viderent aīam procedere, & qualitates quæ sunt in temperaturis: concedebant corpus per corpus procedere. Quòd autem hoc fieri nequeat, etiā per opus ad id præfinitum ostendit. Primòm enim si corpus procedit per corpus, procedet etiam vniuersum per vniuersum, siqdem quatenus corpora, & nō quatenus calida vel frigida, vel aliqua alia differētia prædita, per se inuicem procedunt. Si ergo corpus procedit per corpus: etiam in minimo continebitur maximum. Similiter enim se habebit quod suscepit, etiam antequam susceperit. non enim tunc quidem H inania quædam, & meatus habuit, nunc autem non habet amplius. potest ergo & secundum & tertium similiter suscipere. Ita autem, inquit Aristoteles, in grano milij coelum continebitur, & mare in cyatho. Præterea autem si corpus pcedit per corpus, & per crassius id quod est subtilius, quænam causa est quòd aurum æs quidem suscipiat, aquam verò minimè? Dubitatur autem etiam cur aurū cùm æs susceperit, crescat magnitudine, & omnino cur augeantur aliqua eorum quæ miscenť, si ea quæ sunt inter se æqualia, sic per vniuersa inter se simul extendantur, vt eandem habeant superficiem. Cùm enim cyatho cyathus mixtus fuerit, si per seinuicē procedit: oporteret totum fieri vnius cyathi. Eudemus autē hoc etiam adijcit, non contingere vt sint duo simul corpora, neq; si sint sensilia, nec si sit alterum Mathematicum. Nam prę ter hoc quod essent duo simul corpora, etiam alicubi erit E id quod est Mathematicum. quod quidem non videtur.

Locus non est corpus, nec incorporeum.

Corpus habet tres dimensiones.

Corpus per corpus non procedere.

Stoici admiserunt corpus per corpus procedere.

Duo corpora simul esse nō posse, ne si alterū quidem sit Mathematicū.

At si vnumquodq; ex coelis est sphæra perfecta, quę ad centrum vsq; procedit, coeli etiam per seinuicem procedunt, & per stellas, & per cūcta quæ sunt sub luna. Num ergo quæ sunt quidem sub luna, vt quæ sint maximè materialia & resistentia, & natura alterum ab altero diuulsa, non procedūt per seinuicem. quo fit vt etiam cùm misceantur, maius aliquid faciant. Coelestia autem non ita. quare est etiam absurda coeli & grani milij positio, siquidem non potest coelum diuidi. Si autem non est corpus quod tres habet dimensiones: opus erit ratione. non est enim persuasu facile esse aliquid incorporeum, quod tres habet dimensiones.

Coelos per seinuicē procedere.

IX Præterea, si est corporis locus, est etiam scilicet supficiei, & reliquorum finium. eadē enim competet ratio. Vbi enim erant prius aquæ su- F perficies, erūt rursus aeris. Atqui nullam habemus differentiam puncti & loci puncti. Quare si nec huius est locus alius, neq; vllius ex alijs: nec est ēt aliqd locus præter vnūquodq; eorū.

X Hæc etiam ratio videtur quidem obijci aduersus id quod dicit quid est, locum scilicet non esse id quod corpus continet: tollit autem etiam esse omnino locū, ostendens ne esse quidem omnino locum corporis. Et totius quidem rationis ductus est eiusmodi. Si est locus corporis: erit etiam finium. Quare etiam superficiei & lineæ et puncti. Atqui puncti non est locus, vt ostendet. neq; ergo corporis. Et verum quidem esse connexum, ostendit ex ea ratione quæ loci notionem omnino introduxit. Si enim ex eo quòd vbi prius erat aqua, hic fiat aer: & esse aliquid locum, & aliud ab eo quod est in eo, dicimus: scilicet vbi etiam prius erat aquæ superficies, nunc est ēt aeris. fines enim vniuscuiusq; vnà mutātur cum eo quod G finitur. Similiter autem & linea & signum. quare etiam signi fuerit locus ea ratione, qua corporis. Quòd autem non sit signi locus, neq; habeamus differētiam puncti & loci puncti, sic ostenderis. Si enim locus est æqualis ei quod est in loco: & locus signi is est, cuius est pars nulla. Id autem cuius pars nulla est, signum est. Ergo erit locus signi signum. Duo autem signa si inter se applicenť, actu vnum signum fiunt, et non vtiq; duo. quare nō est aliud signum, & aliud signi locus. oporteret autē esse loci differentiam & eius quod est in loco, si sit aliquid locus. Similiter autem nec lineæ nec superficiei erit locus: quare mutationis quæ fit alterius in alterum ratione prius quidem vtentes, esse locum ostendimus, nunc aūt non esse.

Corpus non esse locum.

Signi non esse locum.

X Quidnam enim vnquam esse locum statuerimus? neq; enim elementum, neq; ex elementis vt sit fieri potest, cùm sit tali natura pręditus: neq; vt sit ex corporeis, neq; incorporeis. Ma- H gnitudinem enim habet, nullum autem corpus. Sunt autem sensilium quidem corporum elementa corpora. ex ijs autem quæ intelligentia percipiuntur elemētis nulla fit magnitudo.

XI Quoniam quæcunq; sunt, vel sunt corpora, vel incorporea, & vel elementa, vel ex elementis: hoc est autem dicere, vel simplicia, vel composita: postquam ostendit locum neque esse corpus, neq; incorporeum, nunc ostendit secundam partem diuisionis, locum scilicet neque esse elementum, neque ex elementis, cùm sit tali natura præditus, vt habeat quidem magnitudinem, siquidē est æqualis ei quod est in loco, corpus autem non sit, siquidem fieri non potest vt sint simul duo corpora. Propterea enim quòd non sit corpus, non fuerit aliquid ex sensilibus & corporeis, neq; vt ex elemētis, neque vt elementum. compositorum enim corporum sunt etiā elementa corpora.

Corpus non est elemētū, nec ex elementis.

corpora. ignis enim & aer & aqua & terra sunt propinqua cōpositorum corporum elementa, vel atomi, vt Democritus, vel similares partes vt Anaxagoras. Sed neq; fuerit aliquid ex ijs quæ apprehendit intelligentia, neq; vt ex elementis neq; vt elemētum. Neq; enim quæ intelligentia apprehenduntur elementa, vllam habēt magnitudinē: neq; ex ijs quæ in intelligentia versantur elementis, quæ suot expertia magnitudinis, fieri possit vlla magnitudo. Si ergo magnitudo est locus, nec est ex elementis quæ percipiunt intelligentia, nec est elemētum quod intelligentia percipitur: quare oec oīno fuerit. siquidem quicquid est vel est elementū, vel ex elementis. Operępretium aūt est atteodere, qūo sensilium elementa dixerit esse corpora. materia enim & forma sunt prima sensilium elemeota, quæ sunt ambo incorporea. Num ergo non temere dixit sensilium quidem elemēta corpora. vt ostenderet quænam sumat cōposita, nempe non ea quæ proximè constāt ex materia & forma, sed ea quæ ex simplicibus corporeis elementis quatuor. quę quidem noo sunt per se sensilia, neq; sunt omoino p se. neq; enim sensuum instrumēta sunt simplicia, sed cōposita & ipsa terra, & aqua, & aer & ignis sunt sensilia, qm̄ ooo suot simplicia sed ex maiori potentia ac dominatu & dicuntur & suot. Atq; mihi quidem videtur animaduertisse Aristoteles se non oīa sustulisse elementa, neq; enim materiam & formā, sed sola corporea, & ideo subiuogere quod deinceps sequitur argumentū, in quo ostēdet neq; vt materiam neq; vt formā principium aut elemētum esse locū.

Elemēta sensilia sunt corpora.
Materia & forma sunt I corporea.

XI Præterea autem cuiusnam ijs quæ sunt causam locū esse quis posuerit? nulla enim ei inest causa ex quatuor. neq; enim vt eorum quæ sūt materia: ex eo enim nihil constat: neq; vt forma & ratio rerum, neq; vt finis, neq; mouet ea quæ sunt.

XII Ostendere quidē ꝙ neq; vt materia neq; vt forma est locus, est implere quod deerat priori theoremati seu contemplationi, in qua ostēdit neq; vt elementum esse locū, nec sensilium, oec eorum quæ percipiuntur ab intelligētia. prius enim ostēdit non esse sensilium elementum sensile: nunc aūt neq; vt formam, nec materiam. Quoniam aūt materia & forma etiā causa est, deinceps probat cōiter, locum nullam esse ex causis, neq; vt materiā aut formam, oeq; vt causam efficientē aut vt fioem. Et ꝙ quidē vt materia noo sit elemētum, neq; principium omnino, neq; causa eorum quę sunt, sic osteodit. Materia est ex qua aliquid cōponitur. Id aūt ex quo cōpooitur, oon est locus. Materia ergo non est locus. Quod autē neq; forma, neq; efficiens, oec finalis causa sit locus, ipse quidem prætermisit ostendere. Ostenderis aūt formam quidem noo esse, ex eo ꝙ alius dicať locus ab eo quod est in loco, & in transmutationibus formæ quidē recedant, maneat autem locus. Sed neq; causa efficiens est locus. suscipere enim potest id quod iam factum est, nō autem efficere id quod nō est. neq; verò mouet oec mutat id quod in se est locus. sed cōtra, siquidem id facit vtiq; quiescere. Quod enim in ꝓprio loco fuerit, quiescit. Quocirca Eudemus quoq; in tertio libro Physicorum, sequens ea quę hic dicuntur, & vt quod sit in confesso, vnamquanq; causam à

» loco auferens, Sed nunquid, inquit, vt eam quæ mouit.
» An oe sic quidem cōtingit ò Democrite. Oportet enim
» esse mouendi potestate prędit um, & habere facultatē aliquam. Inane enim locum esse dixit Democritus. Quod quidē cùm suapte natura sit reuera vacuum: & imbecillum & infirmum fuerit, siquidem fuerit. Num autē vt finem? hoc enim videtur propter corporū ad ipsum tendētem motum, & desiderium vt suum proprium locum occupent, ad quē etiam corpora cùm peruenerint quiescunt. hoc est autē finis proprium, vt quod in ipso fuerit conquiescat. Sed si aliud est locus, & aliud esse in loco,

Locus non est materia, nec forma, nec vlla ex causis.

C

Causam efficientem locū non esse probatur.

D

Locus non est finis.

Finis qd sit proprium.

A vt ostendit etiam prædicamentum, Vbi, quod est aliud ab ipso loco, qui collocatus est in eo quod est quantitate prędit um, finis aūt est proprius corpotum, noo fuerit locus finis. In summa autem, finis, & cuius gratia, oon est aliquid per se, sed est illius perfectio cuius dicitur esse finis. Ita enim beatitudo, & quę ad Deum nos dirigit perfectio, est finis, vt quæ insit in beato & eo qui assimilať, sed non tanq̃ per se, vt diciť esse locus. Hoc aūt maximè dicēdum est, ꝙ si locus, quatenus est locus, est finis: vnde autem aqua egreditur illic fit aer: erit diuersorum corporum idem finis. Hoc aūt adhuc amplius quærendū est, cùm qui scripsere commentarios, id leuiter prętercurrerint. Hæc aūt argumentatio, maximè quidem cōducit ad hoc, ꝙ locus eorum quæ sunt nihil sit, neq; principiū, neq; à principio. maximè aūt tendit ad hoc ꝙ nō sit principium. quod quidē uidebanť dicere, qui Hesiodi chaos & Democriti inane afferebant, & naturalē motum corporum, vt qui à causa loco fieret.

Beatitudo non est finis per se.

Locus non est principiū nec ex principio.

B Præterea autem si ipse quoq; est ex ijs quæ sunt, erit alicubi. Zenonis enim dubitatio quęrit aliquam rationē. Si enim quicquid est, in loco est: clarum est loci quoq; futurum esse locū, idq; procedere in infinitum. XII

Hoc quoq; argumentum refellit esse omnino locum, & respondet illi quod dicebatur, Quicquid sit esse alicubi: quandoquidem quod nusquā est, ne oīno quidem est. Respondet autem, vtens dubitatione Zenonis. Si enim quicquid est, est alicubi, quooiam locus quoq; est ex ijs quæ sunt, ipse quoq; fuerit alicubi. Quod aūt est alicubi, in loco est. Erit ergo locus in loco. & erit loci locus, & illius locus, idq; in infinitum. quod quidē non potest fieri. Si id ergo quod fieri non potest id cōsecutum est ꝙ locus sit ex ijs quæ sunt: videlicet non est ex ijs quæ sunt locus. Quare nisi soluta fuerit dubitatio Zenonis, quod quidē significat illud, nempe eam quærere aliquam rationem: videlicet esse locum de medio tollitur. XIII

Zenonis de loco dubitatio.

Pręterea si quemadmodum quoduis corpus in loco est, ita etiam in quouis loco sit corpus: quomodo ergo de ijs quę augentur dicemus? Necesse est enim ex his locum eius simul augeri, si neq; maior nec minor sit vniuscuiusq; locus. Propter hæc ergo non solùm quid sit, sed etiam an sit dubitare necesse est. XIII

Si locus quidē est, inane autem non est, vt ostendetur, sequetur ex eo ꝙ quoduis corpus est in loco, ꝙ ēt in quouis loco sit corpus. Si hoc ergo verū est: necesse est locum ęqualem esse loco. Quoniam ergo cum augenť corpora, necesse est locū simul augeri, quodnam est loci augmentum, aut quis ortus, aut vndecūq; enim oriuntur, oriuntur ex contrarijs. Meritò aūt illud prius sumpsit, nempe esse in quouis loco corpus. si enim esset inane: quod augetur in illud augeretur. Clarum est autē quod siue gignitur corpus, & interit, intereunte alio gignitur aliud: siue idem manet, nequaq̃ opus est vt gignatur locus. Porrò autem hoc etiam argumētum profectum est ab ea qōne, nempe, Quid sit locus. ostendens aūt non esse receptaculum corporis, simul ēt ostendit non esse locum. Propter hæc aūt argumenta meritò concluditur, ꝙ noo solū quid sit, sed ēt an sit oīno dubitare oecesse est. siquidē oeq; est corpus, nec incorporeum, oeq; elementū nec ex elementis, neq; aliquod principiū aot cā, neq; ęquale ei quod est in loco, quæ quidē esse videtur. Clarum est autem ꝙ & quid sit, & an sit omnino, dubium fuerit.

In quouis loco est corp⁹

CAPVT II.

XIIII QVoniam autem vnum quidē per se, alterum verò ex alio dicitur, & locus vnus quidem est cōis, in quo sunt omnia corpora,

pora; alius verò proprius, in quo primò. Dico E autem, quẽadmodum tu nũc quidem in cœlo, qm̃ in aere: hic autem in cœlo, & in aere, qm̃ in terra. similiter autẽ & in ea, qm̃ in hoc loco, qui nihil plusq̃ te continet. Siquidem locus est, id quod primùm continet vnũquodq; ex corporibus: finis fuerit. Quocirca videri possit forma & species vniuscuiusq; esse locus, quo definitur magnitudo & materia magnitudinis. Is eni

XV est vniuscuiusq; finis. Sic ergo considerantibus locus vniuscuiusq; forma est.

XIIII In ijs quæ de vnoquoq; proponuntur qõnibus, post illud An sit & quid sit, tertium qualenam sit proponim⁹. Qualenam sit autẽ, ex ijs quæ subiecto per se insunt, cognoscimus. Cùm ita. p etiam in loco, post questionem an sit & quid sit, ad qõnem, Qualenam sit transiisset, ea quæ F loco insunt curiosè inuestigans, ex ijs etiam inuenit difficultatem qõnis. quandoquidem eorum quæ ei inesse dicuntur, partim quidẽ cogitationem deducunt ad formã, tanq̃ locus forma sit, partim aũt ad materiam, tanquã is per eam cõsistat. Quocirca concludens orationẽ, subiunxit, Meritò aũt ex his considerantibus videri possit difficile cognoscere quid sit locus. Quoniam ergo videt inesse loco id quod primùm continet, ex hoc, locũ ostendit esse formam, sic virtute & effectu ratiocinãs. Proprius vniuscuiusq; locus est id quod primò continet. Id quod primò cõtinet, est finis proprius. Is autẽ est forma. Et q̃ propriè quidem sit locus id quod primò continet, ex eo ostendit q̃ cõiter quidẽ dicatur aliquis locus, in quo oĩa sunt vel plura corpora. quẽadmodum in mũdo, (cœlum enim nunc pro mundo dicit) vel in aere, vel in terra. sum enim in aliquo eorum, tanq̃ in loco cõi, qm̃ sunt etiam alia in eo corpora. Cùm autẽ sic in terra dicor, vel in do-G mo, vt in hoc aliquo loco, qui nihil aliud q̃ me continet, tunc ꝓprius est locus hic meus, in quo primò contineor: proprius aũt qui me propriè cõtinuerit. Volens autem distinguere id quod proximè & primò continet, ab eo quod est cõe & procul & ex alio dicitur, dixit primò generaliter, Eorum quæ sunt vnum quidẽ per se, alterum verò ex alio dicitur, Illud PER SE, dicens, pro eo quod est primò. Ei enim quod est per se, propriè opponitur id quod est per accidens: Ei aũt quod primò, id quod est ex alio. Et dicuntur per se quidẽ inesse, quæcunq; sunt in illorum substantia, in quibus inesse dicuntur, quemadmodum numerus in pari & impari. & in summa genera per se insunt in formis seu speciebus. qm̃ complent substantiam, & in eis per se insunt. Per se autẽ etiam insunt species in generibus, vt per quas diuidatur substantia generis. quatenus enim numerus, hic quidẽ est impar, ille verò par. Illud autem Primò, id quod est propinquum significat. Et hæc quidẽ aliqñ concurrunt, vt idem & per H se & primò insit, vt aĩal in homine: aliqñ autem disiuncta sunt, vt per se quidem, non aũt primò. quẽadmodum substantia per se inest in homine, & quantitas in impari: de speciebus enim non solùm genera per se prędicantur, sed etiam genera generum: non tñ primò, nec proximè, sed per ea intermedia quæ sunt ꝓpinqua genera. Primò aũt dealbatur superficies, non tñ per se, sed per accidens. Sed sint hæc quidẽ propria disputationum quæ versanẽ in logicis. Quòd autẽ illud, Per se, nunc pro, primò, dixerit, significat quidem & oppositio quę fit ei quod est, Ex alio: significat autẽ ipse quoq; paulo post, mutans in id quod est primò, cùm dicit. Et locus quidem hic est cõmunis, in quo sunt omnia corpora, ille verò proprius, in quo primò. Et in summa, nunc maximè opus habet propinquo. propinquum autem est id quod primum est, nõ aũt id quod per se. Num autem non temere & per se & primò dixit, proprium & qui est æqualis locum, q̃ is nõ

E solùm primò sed etiam per se sit, vt qui sit magis totus & vniuersus per accidens. propterea enim in domo sum & in ciuitate, qm̃ accidit vt locus in quo primò sum, sit in hac domo, & domus in ciuitate. qui autẽ est æqualis, est & configuratus, & per se meus locus. Quoniam autem vnũquodq;, ex eo quod ipsum proximè & primò continet, finitur, quod ergo vnũquodq; primò continet, id est finis. Quod autem primò & proximè cõtinebat, erat locus proprius. Est ergo locus finis. Quod autem proximè vnũquodq; continet, & est eius finis, vniuscuiusq; forma est. Ea enim est quæ vnumquodq; corpus finit ac terminat. Propria ergo vniuscuiusq; forma, est vniuscuiusq; finis tanq̃ species, & locus. Illud autem, QVO definitur magnitudo, } dixit, pro eo quod est, materiale interuallum. qm̃ duplex est magnitudo, vna quidẽ indefinita & materialis, quę in extensione consideratur & diffusione: altera verò definita & formalis, quæ terminatur per formam & mensurã. & ideo subiunxit, ET materia magni-F tudinis } non vt qui dicat aliquid aliud præter id quod prius dictum est, sed vt qui aptius significet se prius magnitudinẽ quæ definitur dixisse id materiale, quod est in magnitudine. Illud autem, ET in aere, qm̃ etiam in terra } dixit, pro eo quod est, Quoniam in aere qui est circa terram. per eum enim etiam in toto aere. Meritò autẽ principalis vniuscuiusq; locus, qui est circũscriptus, est ꝓprius. per eum enim est in eo qui est magis totus & vniuersus: in domo enim, qm̃ in eius loco, qui ei accõmodatur & applicatur: & in ciuitate, qm̃ in domo: & in terra, qm̃ in ciuitate. Si autẽ corpora finiuntur ad id quod proximè continet, & ad id primũ: non enim ad aliquid aliud quod ipsum præcedit, neq; verò aliqd intercedit: forma fuerit vniuscuiusq; finis, per vnum eorũ quę loco insunt, nempe q̃ proximè cõtineat. Per aliud autem videbitur esse materia, vt patebit ex ijs quæ consequuntur. In ratiocinando aũt euenit deceptio ex differentia eius quod est propinquum. Eorum enim quæ proximè continent, G illud quidem est cõgenitum, vt forma: illud verò est extrinsecus, vt locus.

Quatenus autem videtur eẽ locus spatium & interuallum magnitudinis, est materia. hoc enim est aliud à magnitudine. id autẽ est quod continetur à forma & terminatur, vtpote à superficie & fine. est autem eiusmodi materia, & id quod est indefinitum. cùm enim ablatus fuerit finis, & sphæræ affectiones, nihil restat præter materiam.

Postq̃ dixit vnum eorum quæ loco insunt, per quod videtur locus esse forma corporũ, nunc dicit aliqd aliud eorum quæ ei insunt, per quod locus nõ amplius videbiẽ esse forma, sed materia eius quod est in loco. Si enim videtur, inquit, locus esse id quod est capax magnitudinis: dicitur enim in loco esse magnitudo, quæ iam est forma H prædita: in eo aũt, est hoc quidem spatium seu interuallũ indefinitum, quod per finis, & aliorũ accidentium, quorum est capax, ablationem, priuatiuè consideratur: illud verò est finis & terminus, qui indefinitum interuallum definit & cõtinet: id autem est forma: quod autem restat post eius ablationem, nihil est aliud q̃ materia, idem est aũt dicere, interuallum seu spatiũ: si ergo locus est interuallum seu spatium magnitudinis: magnitudinis aũt interuallum est materia: clarum est id quod colligitur. Mirum est autẽ q̃ materiam loco assimilauerit ex spatio seu interuallo, & non ex eo q̃ sit capax. Sed hoc fortasse reliquit Platoni vt discemus. vel potius interuallũ seu spatium considerauit, vt quod esset capax. At si magnitudinis interuallum ac spatium est aliquid quantitate præditum, & suscipit dimensionem: quod quantitate autem præditum est, forma est: quo dicitur materia interuallũ magnitudinis? Num materiale interuallũ non est quãtitas

Locũ videri esse formam eo quod contineat ac finiat.

Per se inesse, & ex alio, quid significent.

Cõis locus & locus proprius qui dicuntur.

Magnitudo duplex est indefinita ac materialis, altera definita & formalis.

XV Locus est materia.

Materia q̃ dicatur interuallũ magnitudinis.

titas demẽsa, neq; forma, nisi fuerit particeps formę quę ex quãtitate est & magnitudine, sed est fusio indefinita. Significat aũt etiam Aristoteles se de eo talẽ habere sententiam, cùm dicit, EST autem eiusmodi materia, & id quod est indefinitum.} Dicit aũt interuallum magnitudinis, subiectum indefinitum. quod etiã prius dixit infinitum. qũi etiam dixit materiã esse distantiam perfectionis magnitudinis. Nemo ergo existimet corporeã distantiam, quæ est vt magnitudo & quantitas, aut discretionẽ multitudinis quę definita est à numero, corporibus inesse ex materia, sed solùm eam quæ est in eis diuulsionem, & effusionem, & indefinitionẽ, per quę materialia differunt ab immaterialibus. Ac mihi videntur hæc conuenire rectis de materia cogitatis. Alexander autem, & si multa dixerit vt materialẽ distantiam distingueret à magnitudine, videtur tñ turbari, vtpote q; oĩs distantia quę pertinet ad magnitudinem, & est quantitate prædita, sit formalis. Quocirca eò etiã deductus est, vt ijs quæ dicta erant hæc subiungeret. Aut ea quę nunc de materia dicuntur sic audire oportet, vt quæ non accuratè dicantur, sed ad vsum eius quod probandum fuerat propositum. Et si, vt antea dixi, Aristoteles, per id quod est indefinitũ & interminatum, materialem distantiam separauerit ab ea quę est magnitudinis, & apertè dixerit hanc distantiã esse aliam à magnitudine, & materiam perfectionis magnitudinis, & contineri à forma vt à superficie & fine, & esse sua natura indefinitam. cogitanda enim est materiæ distantia, non tanq; magnitudo, sed formalis, vt ita dicã, indiuisibilitatis & conuersionis tanq; quędam relaxatio & effusio. Cùm autem quęsiisset Alexander quænam sit forma quæ definit materiã, Declarauit, inquit, Aristoteles, cùm dixit. Vtpote à superficie & fine. Quæ enim dicitur forma vt species, ea est quæ materiam definit, circunscribit, & terminat, non ea aũt quæ est vt facultas & ratio. Si enim plumbum definitur à grauitate, ea est etiã eius forma, at vt corporis, non ea, sed vt quę est terminata superficie. Hæc quidem Alexãder. Num autem vt forma quidem definiens materiam, tota sumẽda est quæ est cum qualitatibus. Ita enim videtur cogitans dicere Aristoteles, CVM ablatus fuerit finis & sphęrę affectiones, nihil restat præter materiã.} Porrò autem magnitudinis vt magnitudinis, quæ est cõposita ex materia & forma, si quis velit formã quærere, non inueniet superficies & finẽ qui continet extrinsecùs. hæc enim sunt finis formæ, non aũt forma, & superficies, non autẽ solidum. Quinetiã si per fictionem corpus poneretur infinitum, haberet quidẽ corporis formã interuallis vndiq; disiunctam, nõ finiretur autẽ à superficiebus. Forma enim eius quod est continua quãtitate prçditum, quatenus est eiusmodi, non est superficies, sed quæ per ipsum totum procedit natura. etiam si ipse in libro præcedente, quicquid fuerit quãtum, id dicit esse aliquid quantum terminatũ, gręcè quidẽ nobis legentibus alterum ποσον tono acuto alterum verò graui. Quod enim nullum est ex singularibus quæ sunt quantitate prædita, ne est quidem omnino quantitate præditum. Hoc autẽ verum est, si cõe habeat suam in singulis substantiã, sit aũt nihilo secius. Aristoteles aũt non videtur absolutè solam eam quę est ex superficie circũscriptionem formæ tribuere, sed dixit quidẽ id quod est manifestum, vt in exẽplo. Quocirca adiecit & illud, VTPOTE, vtpote à superficie & fine. Progressus autem dixit accuratius, cùm enim ablatus fuerit finis, & sphęrę affectiones, restat nihil præter materiam.

Ex materia nõ adest corpori corporea distãtia, sed solũ diuulsio, effusio & indefinitio.

Quęnam forma definiat materiam.

Quocirca Plato quoq; in Timęo idem dicit esse materiam, & locum quem ipse dicit χώραν. Id enim quod capit, & locum, nempe χώραν, esse vnum & idem. Alio autem modo illic dicens id quod capit, & in ijs quæ dicuntur, non scriptis dogmatibus; idem tamen esse locum & χώραν pronunciauit. Dicunt enim omnes locum esse aliquid. quid autem sit, is solus dicere aggressus est. XVI

Cùm dixisset q; quatenus loco inest vt sit aliquod interuallum seu spatium, deducemur ad materiã, quærentes quid sit locus, meminit etiam Platonis qui in Timęo vocauit materiã locum, nempe χώραν, formarum materialium. In Timęo enim dicit materiam esse receptaculum omnis generationis, & quandam veluti nutricem. Progressus aũt facit adhuc apertiorem sensum eorũ quæ dicuntur. Fortasse autẽ nihil obstat quominus adducamus plura verba Platonis. Hęc cum ita habeant, fatẽdum est vnam quidẽ esse quæ eodem modo ac similiter habet formã, in quam neq; cadit ortus nec interitus, quæ nec ipsa aliud aliunde admittit, neq; ipsa ad aliud vtique proficiscitur: ea aũt est inaspectabilis, & alioqui insensilis: quam vt consideraret obtigit intelligẽtię: Altera verò æquiuoca, & illi similis, secunda, sensilis, generabilis, quæ fertur, & in aliquo semper loco oritur, & ex eo rursus interit, quæ potest opinione cum sensu comprehẽdi: Tertium est aũt ipsum genus loci, quod semper est, non suscipiens interitum, sedem autẽ præbens oĩbus quæ gignuntur. est aũt ipsum contrectabile cum sensus egestate. Ad quod quidẽ somniamus etiã respicientes, & dicimus necesse esse quicquid est, esse in aliquo loco, & locũ tenere aliquem: quod autẽ neq; est in terra, neq; in cœlo alicubi, nihil esse. Hæc, inquam, oĩa somniamus, & quæ sunt his similia. & ad eam quæ est somni expers, & quæ verè est naturã, propter hæc somnia non possumus excitati, definientes, verum dicere, ne in similitudine quidẽ; quãdoquidem ne hoc quidem ipsum in quo orta est, est eius, alicuius autẽ alterius semper fertur visum. His de causis oportet semper eam esse in alio, substãtiam vtcũq; apprehẽdentem, vel eam nihil esse penitus. Ei aũt quod verè est fert auxilium quæ exactè vera est ratio. Nam si quid partim quidẽ fuerit aliud, partim verò aliud, cum neutrum in neutro factum sit, idem simul vnum, & duo fient. Hæc ergo meo calculo supputata, in summa tradita sit ratio, & id quod est, & locum, & generationem esse tria tripliciter, priusq; cœlum factum sit. Cùm hæc & alia eiusmodi dicat Plato, Aristoteles quidem hic quoq; aspiciens ad id quod apparet in eo quod dicit, dicit Platonem idem esse dicere materiam & χώραν, hoc est locũ, vt ij etiam qui argumẽtantur à distantia. Et in ijs in quibus videtur Platonem obiter reprehendere, non eum eo nomine reprehẽdit, q; Plato dixerit materiam esse locũ formarũ: nam ipse quoq; sciebat esse aliud significatum loci: qui esset capax formarum, cùm dixit in libro de aĩa, Et rectè quidem dicunt qui dicunt aĩam esse locum formarum. verũ non sunt actu formę, sed potentia: & aliud significatum loci qui est capax corporum: de quo in pręsentia quæritur: sed solùm dicit aduersus Platonẽ: Si materiam dicit esse locum, formę aũt & numerus sunt etiã ex eius sentẽtia in materia, ad eas enim vsq; est materia: quõ dicit non esse formas in loco, & ideo ne esse quidem locũ extra cœlum, quẽadmodum dixit in ijs quæ scripsit de infinito? Num aũt ne hoc quidem sit eius qui Platonem reprehendat, sed qui ostendat ijs qui possunt intelligere, non in eo quod nunc quæritur loci significato Platonem esse locum dicere materiã. non enim negasset formas & numeros esse in loco, si voluisset materiã esse earum participem. Sed sic quidem Aristoteles. Alexander aũt ipse quoq; fatetur in alio significato materiam in Timęo esse locum appellatam. Dicit autem Aristotelẽ rectè reprehẽdere Platonem. qm̃ etiam si quis eum metaphoricè dicat locum vocare materiam, oportebat eum qui vtitur metaphoris, primùm habere cõstitutum quid sit propriè locus. Sin nusquã videtur alibi loqui de loco, iure ei videtur reprehẽdendus, q; cum de eo qui est propriè locus nõ prius dixerit, vtitur eo qui dicit per metaphoram.

XVI

Plato locum vocat materiam.

Platonis verba ex Timęo, in quibus agit de mã & formis

Plato dicit materiã esse locũ formarum, nõ corporum.

Numeri & formæ, seu Ideę nõ sunt in loco, nec materia.

Loci vsus apud Platonem, non est omnino metaphoricus.

phoram. Sed q formarum quidem locum non aũt corporum dicat Plato, clarum est ex eius verbis quæ adducta sunt, Quòd aũt vsus eius non sit absolutè metaphoricus, sed ex cõi loci significato sumptum est ei quod est capax, sicuetiam Aristoteles censet aĩam locum formarũ appellandam, patet etiam ex ĳs quæ dicta sunt. Si enim quod est alicuius particeps, & ab eo definitur, suscipit illud quod est particeps: quod aũt ipsum suscipit & continet, sit locus eius quod inest: constitutus est aũt locus: est autẽ formarum materia particeps: ea fuerit locus formarum, sed non tanq corporum, est enim alius formarũ locus. Et hic quidẽ posuit locum qui participat. Videtur autem Plato aliud quoq nosse loci significatũ, quod hoc amplius continet, quod quidẽ conuenientem ac propriũ definit ordinem. Siue enim hoc fiat per posituram, vt in corporibus: siue per participationẽ, vt in ĳs quę sunt potentia & actu: siue per solam ordinis præfinitionẽ: videtur esse locus. qm̃ ordo quoq videtur fieri per quandam positurã. quod enim est in hoc ordine præfinitum, videt̃ in eo esse positum. omnia aũt posita sunt in loco. In hoc autem cõi loci significato, quod ordinem præfinit, etiam supercœlestem locũ Plato nolat in Phędro, dicens. Supercœlestem aũt locum nemo eorum qui hic sunt poetarum celebrauit laudibus. Quare quę de materia, tanq de loco, dicuntur, non tanq de loco corporum, sed de eo qui formas participat, sumendum est. Quamnam aũt habeat naturã locus corporum, scio nec principaliter quæsiuisse Platonẽ, neq pronunciasse. Quomodo enim fuerit materia locus corporũ, siquidem corpora sunt cõposita, vel tanq ex materia & forma, vel tanq forma in materia? erit enim materia, non vtiq solùm formę, sed etiam materiæ susceptrix. In summa aũt si corpus transit de loco in locum, non transit aũt à materia, materia nõ fuerit locus. Quinetiam statim ipsum Aristotelẽ hanc positionem audiemus perimentem. Quòd aũt apud Platonem sint diuersa loci significata, & aliud quidẽ est id quod est in materia, aliud autẽ id quod est in ĳs quæ percipiuntur intelligentia, significat id quod in Phędro dictum est. Quod enim est in materia loci significatũ, quod est vt id quod suscipit & definit, & cum eo quod in ipso est vnum aliquod facit, id apertè negat in ĳs quę percipiunt̃ intelligẽtia: quibus in Phędro locum supercœlestẽ præfinĳt. cùm enim dixisset de materia, tanq de formarũ loco sede & receptaculo: & cognitionis eius modũ tradidisset, nempe q sit contrectabilis cum sensus egestate, & vix aliqua adulterina ratiocinatione probabilis, subiungit. Ad quod etiam somniamus respicientes, & quę sequunt̃ ex ĳs quę paulò ante adducta sunt. At si Plato nihil videtur dicere de loco qui corpora suscipit, quõ dicit Aristoteles Platonẽ solum aggressum esse dicere quid sit locus? Num q de hoc loco qui est in materia, quem uocauit locum tanq receptaculum, videt̃ Plato dicere, eum esse æternum, sedem formarum quæ gignũtur, cùm sensus egestate cõtrectabilem, & adulterina ratiocinatione probabilem, & quæcunq alia de ea dicit. quatenus ergo cùm eam vocauit locum, de ea aliqd dicit: catenus eum dicit dixisse aliquid. Fortasse autẽ ipse pulchrè aduertit, vt qui Platonis sapientię altitudinem nosset omniũ maximè, q etsi non videatur quæstionem de loco præfinitè ac præcisè proponere, quia tamen locus habet substantiam vnà cum corporibus, eum vnà cum eis contemplatus est. Dicit itaq de loci potestate in Timęo. Et p has

Loc⁹ p cõuenienti ac p prio ordine, apud Platonem.

Loc⁹ supercœlestis apud Platonem in Phędro.

Si Plato nihil, dicit de loco qui est corporũ receptaculum, cur dr̃ solus esse conatus dicere qd sit locus.

» quidem affectiones, res omnes loca trãseunt. Disiunctæ
» sunt enim ex vnoquoq genere multitudines p propriũ
» locum, per motum eius quę suscipit. Quę autem semper
» sibiipsis dissimilia euaserint, feruntur per concussionem
» ad locum illorum quibus assimilata fuerint. Alio autẽ
» modo in Timęo, & alio in congressionibus quæ scriptæ

nõ sunt, dicit nominasse materiam. In Timęo enim eam dicit id quod participat: participare enim infinitatem eius quod percipitur ab intelligentia: in non scriptis aũt

Materiã vo-

E congressionibus, vocabat magnum & paruum. Quòd aũt omnes faterentur esse locum, clarum est ex eo quòd omnes vtantur loci differentĳs.

cabat Plato magnum & paruũ in nõ scriptis congressionib⁹.

Meritò autem ex his considerantibus, videri possit difficile cognoscere quid sit locus, siquidem sit eorum alterutrũ, siue materia, siue forma. Nam & alioqui summam habet contemplationem, & alterum absq altero non est facile cognoscere.

Postquã dixit nonnulla eorum quæ de loco dicuntur, probare locum esse formam, nonnulla verò materiam & subiectum, ex eo colligit eẽ difficile loqui de loco. Nam oratio de materia est vel per se in primis difficilis. siquidem ex sententia quidem Aristotelis vsq adeò cognosci non potest materia, vt per proportionem & conuenientiam possit solũ cognosci: ex sententia aũt Platonis adulterina ratiocinatione vix possit probari. Formæ autẽ cognitio & vita opus habet purgata, accurataq: et perfecta F cognitione. Et qui vnam vult formã discere, habet opus omnium cognitione propter eam quæ est inter se formarum identitatem & diuersitatem. Si aũt sunt etiam principia materia & forma: principia summã habent cõtemplationem. Quinetiã fieri non potest vt altera sine altera cognoscatur. Est enim earum substantia alterius cum altera. Propter hæc ergo oĩa difficile est cognoscere qd sit locus, siquidem est materia, vel forma, vel vtrunq. XVII

Materia quo cognoscatur ex sententia Platonis & Aristotelis.

Atqui quòd fieri non possit vt locus sit eorũ alterutrum, nõ est videre difficile. Forma enim & materia à re non separatur. Locum autẽ contingit. in quo enim fuit aer, i eo rursus fit aqua, vt diximus, cùm inter se vicissim mutentur aer & aqua, & alia corpora similiter. XVII

Postq dixit ex quibusnam suspicari quis possit locum G esse materiam vel formam, ostendit septem argumentis neutrum eorum posse esse locum. Et primum sic ostẽdit ratiocinans in secunda figura. Materiam & formam nõ contingit separari à re cuius est. Locus autem separatur. Materia ergo & forma nõ est locus. Et q materia quidẽ & forma nõ separentur à cõpositis, quãdiu sunt, clarum est. in his enim habent id quod sunt cõposita. Quòd autẽ contingit locum separari, cùm fit & cõseruetur id quod est in loco, ostẽdit per inductionẽ ex mutua transmutatione. in quo enim erat aer, in eo rursus est aqua. Quòd sit aũt inductio, per hoc ostendit, Et alia corpora sĩt. XVIII

Locum non esse materiã nec formã.

Quare neq pars, neq habitus. sed est separabilis vniuscuiusq locus.

Postq ostendit locum posse à re separari, meritò colligit aliã conclusionem, q neq locus sit pars eius quod est in loco. Si enim cùm pars sit separaretur, neq ipsa pars esset amplius, cùm esset separata, neq illud maneret totum, à quo separata esset pars. sed neq esse potest habit⁹, H si separet̃. non remanet enim separatus habitus, sed interit: locus aũt remanet. potest autem pars quidẽ accipi de materia, habitus verò de forma. vt sit aũt materia & affectio & pars & habitus, quod proponitur. Habitus autẽ est id quod accidit tanq perfectio. cuiusmodi est forma. quare neq materia neq forma est locus. Potest autem pars ẽt audiri generalius de oĩbus quę cõplent substãtialiter: habitus verò de accidentibus. neq enim affectio, neq facultas, neq aliquid aliud eius quod est in loco, locus est. Nunquid ergo nec locus est accidens eius quod est in loco. aut in loco quidem esse accidit etiã corpori inseparabili: locus aũt non accidit ei quod est in loco. sed si vtiq accidit, illi accidit cuius est finis & superficies. XIX

Locus non est nec pars nec habitus ei⁹ quod est in loco.

Etenim videtur esse locus tale quidpiã, quale est vas. Vas enim est locus qui transferri potest. Vas autem rei nihil est.

XX Interpretes hoc coniungunt secundæ conclusioni quę proximè dicta est. Idem aũt probat ex similitudine quæ est vasi cum loco. Vas enim continet id quod in se est. id aũt desiniunt, locum qui potest transferri. Quemadmodum ergo vas rei nihil est, ita etiã nec locus. materia autẽ & forma est rei. Et possunt quidẽ tres esse cõclusiones: potest autem ẽt esse vna: aliarum aũt duarum vna quidẽ sumpta esse ad cõfirmationem minoris ꝓpositionis, quæ dicit locum cõtingere separari, altera verò, quę est à parte & habitu, alterius. Possunt aũt etiam esse duę, cùm tertia quæ dicta est sit propria. & ita magis accipiunt.

Vas est locus qui trãsferri potest.

XVIII **Quatenus ergo à re potest separari, ea ratione forma non est: quatenus autem cõtinet, ea ratione est alius à materia.**

XXI Materia quidem & forma hoc habent cõe, ꝙ separari nequeant à cõposito. & ex eo prius in vtrisꝙ cõiter ostẽdit, locum neꝙ esse materiam, neꝙ formam. ꝙ contineatur aũt, non contineat, propria est materiæ à loco differẽtia. Cùm ergo vellet ne hoc quidẽ adesse, materiam quidem separauit à loco, ex eo ꝙ materia quidem contineatur, locus verò cõtineat: formam aũt per eandem rursus rõnem, ꝙ locus quidẽ possit separari, forma verò separari nequeat. nisi fortè non eodem oĩno sensu nunc sumpta est materię inseparabilitas, quo prius sumpta fuit. superuacaneum enim esset idem e vestigio bis eodẽ sensu sumptum. Sed per hoc ostendit ꝙ forma, in eo quidem ꝙ cõtinet, habet cum loco conuenientiam, cùm materia in eo ab eo differat. Quod aũt continet ita habet forma, vt quę id congenitum & inseparabile contineat, non aũt separabile vt locus. Rectè autẽ hunc locum explicat Alexander dicens, Nunc enim ab eo maximè quod vtriꝙ inest, formæ, inquam, & materiæ, sumit eam quæ est à loco differentiã. Formę enim materiali maximè inest vt sit inseparabilis. eius enim separatio est eius interitus. Materia aũt etsi non possit à forma separari, at ab hac quidẽ certè est forma separabilis. Hominis enim, verbi gratia, qui est genitus, forma quidem simulac fuit separata interĳt: manet aũt subiectum quod aliam formam accepit. Iure ergo formã quidem ostendit non esse locum, ex eo ꝙ nõ separetur: materiã autem, qm̃ potest aliquomodo separari, non ex eo vtiꝙ, sed ex eo ꝙ comprehendatur. Fieri enim non potest vt ea aliter consistat, & in eo, quod est, contineatur, nisi desiniatur à forma.

Forma aliter continet, aliter locus.

Materia nõ põt separari à forma, sed forma separari potest à materia.

Videtur autẽ semper id quod est alicubi, & ipsum esse aliquid, & aliqd aliud extra ipsum.

XXII Id quod dicitur quidem clarum est, ꝙ ex euidentia & cõi existimatione hoc fit manifestum, ꝙ aliquid quidem aliud sit id quod est in loco, aliud verò locus. Hoc autem interpretes quidẽ ponunt tanꝙ aliud quartum argumẽtum, ex eo ꝙ aliud quidẽ sit id quod est in loco, aliud autem locus, cùm id in quo est sit extra id, quod in se est. Si ergo id quod in loco est, est materia, & forma, locus fuerit aliud præter hęc. Potest aũt esse etiam cõis conclusio eorum quæ fuerunt ante ipsam argumentorum, sumpta à cõi euidentia. Et huic quidem sententiæ scriptura magis cõuenit, quę habet, ENIM, causale, {VIDETVR enim semper id quod est alicubi,} quę sic habetur in nõnullis exemplaribus. Quoniam enim videtur aliud quidem esse id quod est in loco: quod est ex forma & materia, aliud autem locus, meritò aliud est quidem locus, aliud verò forma & materia.

A Platone autem dicendum est, si digrediendo dicere oporteat, cur formæ & numeri non sint in loco, si id quod participat est locus: siue sit magnum & paruum id quod participat, siue materia, sicut scripsit in Timęo.

XXIII In ĳs quæ dicta sunt de infinito, dicebat Platonẽ velle nullum corpus esse extra cœlum, neꝙ ideas, qm̃ eę ne alicubi quidem sint: in his aũt eius meminit, vt qui dixerit materiam esse locum qui est formarum particeps. Quę ergo ab eo dicũtur agitat & labefactat ex eo quod apparet. Si enim locus est id, quod formas participat: cur non sunt in loco formæ, quas etiam dicebat numeros? Id aũt quod participat, in nõ scriptis quidẽ de bono congressionibus magnum & paruum appellabat: in Timęo aũt materiam, quàm etiam χώραν, id est locum, nominabat. Et videtur quidẽ scilicet esse quędam repugnantia, cùm tñ non sit. Dicebat enim materiã esse locum materialium, vt quæ esset eorum receptaculum. formas aũt quę separari possunt à materia, seu ideas, dicebãt non esse in loco. neꝙ enim vt materiales formæ sunt in materia, sic illę in loco: neꝙ vt corpora, in eo quod suscipit corpora. Euidẽtior aũt visa esset repugnãtia, si quis ei qui dicit ideas nõ esse in loco, neꝙ extra cœlum, adduxisset ea quæ sunt in Phędro, cũ dicit. Supercœlestem aũt locum nemo corũ qui hic sunt Poetarũ laudibus celebrauit, neꝙ celebrabit B pro dignitate. Quæ enim est coloris & figuræ expers & incõtrectabilis, cùm sit verè essentia, quã solus potest cõtemplari gubernator aĩę, apud quã verę est genus scientiæ, hũc habet locum. In eo aũt videt, inquit, ipsam iustitiam, videt moderationem ac temperãtiam, videt scientiam, nõ cui adest ortus ac generatio, neꝙ est alia in alio, quã nos nunc vocamus eorum quæ sunt, sed scientiã quę est in eo quod verè est, & alia quæ verè sunt simil'r. Ecce enim apertè dicit ideas esse in loco, iustitiæ, temperantię & scientiæ. vnũquodꝙ enim eorum est idea. Dicit autẽ etiam extra cœlum hunc esse locum. Sed clarum est eum alium quidẽ negasse locum eorum quæ illic sunt, qui sit capax formarum materialium, aut eum qui est corporũ: alium autẽ laudibus celebrar, qui definit eum ordinẽ qui illic est. Mirum est aũt quomodo Alexander, & si animaduerterit Aristotelem formas nunc dicere ideas, putat tñ Platoni necesse esse dicere ideas esse in loco, & si eas dicat materiæ expertes, qm̃ materialium formarum C locum dixerit materiam. Digressionem aũt vocat orationem, qm̃ quod ad proposita quidem attinet, satis erat ostendere materiam nequaquam esse locum, vt Plato videbatur dicere. Ei autem qui nõ absolutè locum, sed formarum locum dixit, consequitur aliquid contrarium ĳs quæ alibi ab ipso dicuntur, in loco esse formas. Quocirca se fatetur egressum fuisse à proposito, cùm inducit hoc absurdum.

Plato defendit qui dicit materiã esse locũ formarũ, et formas nõ esse in loco.

Ideas esse in loco & non esse in loco, nõ repugnat apud Platonem.

Pręterea quomodo ferretur in suum locum, si locus esset forma vel materia? Fieri enim non põt vt vbi non est motus, neꝙ supra nec infra, sit locus. Quocirca est in his quærendus locus. XIX

Hoc est aliud argumentum, quod ostẽdit locum neꝙ esse materiã neꝙ formam, quod etiam hoc modo deducitur. Si locus est materia vel forma, nihil eorum quæ mouentur, ad suum locum feretur. Atqui quicquid moueť, ſm naturam, ad suum locum fertur: quę sunt quidẽ graD uia, deorsum: quę verò leuia, sursum. Non est ergo locus materia vel forma. neꝙ enim fertur ad materiam vel formam. qm̃ cum eis & in eis quæ feruntť est vtrũꝙ eorum. quid est enim aliud quod fertur nisi materia & forma? {Quod aũt deinceps dicitur, FIERI enim non potest vt vbi non est motus, neꝙ supra vel infra sit locus,} Alexãder dicit esse aliam rõnem præcedenti coniunctam, quæ est huiusmodi. Ad quod non est motus, id nõ est locus. Ad materiam autem & formam nõ est motus: Materia ergo & forma nõ est locus. Potest autem, inquit, etiam quod cum eo coniunctum est esse alia eiusmodi ratio. Quod non habet differentias & eã quę infra & eam quę est supra, nõ est locus. Materia & forma non habet differentias quæ sunt infra & supra. Materia ergo & forma nõ est locus. Ipse autem, inquit, cùm oĩa composuisset, tanꝙ vnam formauit rõnem, cùm illud adiecisset, Quomodo adhuc ferrentur ea quę moueť, ad sua loca, si materia

teria vel forma esset locus: tanquam hoc sit euidens nihil moueri ad propriam formã vel materiam. Sic ergo Alexander & Aspasius. Num autem vna est vniuersa ratio, vt etiã aduertit Alexander, habens connexũ id quod prius dictum est, eiusmodi. Si locus est materia vel forma, nihil eorum quę mouentur, feratur ad suum locum. In eo aũt assumptionẽ quidem prętermisit vt manifestam: Connexum aũt per hoc probat. FIERI enim non põt vt vbi nõ est motus, neque supra vel infra, sit locus. } Si enim ad materiam vel formã non est motus: sed neque infra vel supra, ad quæ fiunt motus naturales, sunt differentiæ materiæ vel formæ, quæ sunt loci differentiæ: ex vtrisque scilicet, si forma vel materia est locus, nihil eorum quę mouentur, fertur ad suum ipsius locum, hoc est ad eum qui est supra vel infra. Vt ea autẽ quæ dicta sunt sic accipiam, inducit me etiã coniunctio causalis, ENIM, Tanquam enim subiungens causam cur non vnũquodque feratur ad suum locũ, si fuerit locus materia vel forma, sic ergo subiunxit, Si vera sunt quæ dicta sunt, non oportet in materia vel forma locum quærere, sed in illo cuius differentia est supra vel infra. ad ea enim ferri possunt ea quæ mouentur, non aũt ad materiam & formã. Potest autem etiam categoricè sic formari ratio. Locus est ad quem vnũquodque eorum quæ mouentur s͡m naturam, ad suum locum mouentur. Ad materiam aũt & formã nihil mouetur. Non est ergo locus materia vel forma. In summa autẽ si materiam & formam semper habẽt corpora quę sunt in loco, quomodo moueantur adhuc ad proprium locum?

Locus non est quęrẽdus in materia et forma.

Loci descriptio.

Ad materiã & formã nihil mouet.

F

XX Si autem in seipso est locus: oportet enim vt sit, siquidem forma est vel materia: erit locus in loco. Simul enim cum re mutatur & mouetur forma, & quod est indefinitum, non semper in eodẽ, sed cuius est & res. Quare erit loci locus.

XXV Sextum est hoc argumentum, vt puto, ostendens neque formam neque materiam esse locum. idque per abductionẽ ad id quod fieri non potest. Dicit autem. Si in ipsa re est locus, erit loci locus. Atqui hoc fieri non põt, & quod locus sit corporis, non aũt loci, & quod sit processus in infinitum, semper nobis locũ ante locum ponẽtibus. In ipsa re ergo nõ est locus. Huius autem, qui per fictionẽ ponitur, loci positionem per hoc confirmat, OPORTET enim vt sit, siquidem forma est vel materia. } Si enim forma vel materia est locus, necesse est vt sit in re ipsa quæ constat ex materia & forma. Connexum autẽ verum esse probat ex hoc, SIMVL enim cum re mutatur & mouetur & forma & quod est indefinitum. } hoc est materia. Si enim transit res cõposita, simul etiam trãsit forma & materia, ex quibus est cõpositum: & illic est, vbi fuerit compositum. Si ergo hęc est locus, locus scilicet trãsit ijs transeuntibus, & trãsit à loco in locum. Quare in loco erit locus. Quòd aũt corpora naturalia quæ sunt ex materia & forma, moueantur per locum & mutant loca, clarum est ijs qui sunt sensu præditi. Et scilicet hoc ipsum quoque est absurdum, nempe loca moueri. per locum enim & ad locũ necesse est moueatur id quod mouetur. In his aũt dubitat Alexander, num non necesse est si quid sit in loco, etiam ea quæ sunt in ipso, esse in loco, nisi vtique per accidens. Ecce enim partes eorum quæ sunt in loco, & quæ sunt in eis qualitates, per se in loco non sunt. quare etiam si compositum sit in loco, nõ necesse est formam vel materiam esse in loco, nisi per accidens. Sic autẽ nihil est absurdum etiam locum esse in loco: nam ipse etiã dicens locum esse finem eius quod cõtinet, dicit in eodẽ esse loco, & finem eius quod continet & finem eius, quod cõtinetur. superficies enim eorum quæ se inuicem tangunt, sunt in eodẽ. Soluens aũt dubitationem, Si forma, inquit, vel materia est locus cõpositi: ea sunt ei ęqualia. Locus enim est ęqualis ei quod est in loco. Si cõpositum ergo est loco æquale, in quo motum est; Quę aũt sunt eidem æqualia, sunt etiã

Loci locus esse nõ põt.

G

Locus non põt moueri.

Ea quæ sunt in loco non esse in loco, nisi per accidens.

H

Materiã & formam non eẽ locũ quomodo probet Alexander.

E inter se æqualia: formæ etiã & materiæ fuerit æqualis locus, in quo factum est corpus cõpositum. Quod in loco aũt est, æquale loco: per se est in loco, & non per accidẽs: quatenus enim habet distantiã, est in loco. Si ergo materia vel forma, cùm sit eo cõpositi, & cum eo habeat interuallum siue distantiam, in loco est in quo est cõpositum, & æquale loco: per se fuerit in loco. Absurdum autem esse dicit Alexãder etiam duo loca esse simul eiusdẽ primò, siquidem ambo sunt æqualia ei quod in ipso est, & id in quo factum est, & materia & forma. nam ea quoque sunt composito æqualia, siquidem sunt eius locus. Et scilicet duo eiusdem loca simul primò erunt, & per se, nõ autem per accidens, & per aliud.

Duo loca simul eiusdẽ primo esse absurdum.

XXI Præterea cùm ex aere facta fuerit aqua, perijt locus. nõ est enim in eodem loco corpus quod factum est. quis est ergo interitus? Ex quibusnã ergo necesse sit aliqd esse locũ, & rursus ex qb9 quispiã dubitauerit de eius substantia, dictũ est.

XXVI Dicunt hoc esse aliud argumẽtum, & habere propriã de loco dubitationem, quod videatur perire locus vniuscuiusque corporis, cùm fit ei mutatio in aliud corpus. Quòd aũt locus perierit, signum est. quoniam non sunt amplius in eodem loco. sed est absurdũ. quisnã fuerit enim loci interitus? Num aũt illud PRÆTEREA, additum, significat eum versari in eodẽ argumento cum ea quæstione quæ proximè dicta est. Siquidem autẽ aliam habet dubitationem, ea magis accipienda est vt accipit Aspasius. Cùm enim aqua facta fuerit ex aere, hoc est minus ex maiori corpore, perit pars loci. aquę enim, quę fit, nõ est tantus locus, quãtus erat aeris qui in ipsum mutatur. Quisnam sit aũt loci interit9, difficile est tradere, vt discemus. Fuerit aũt cognatum illi argumẽto, quod sumptum est ex incremẽto loci. in quo dicebat. Quomodo ergo dicem9 de ijs quę augentur? Quemadmodum enim illic ostẽdebatur, quod si fit solus, necesse est locũ augeri, ita hic locum interire necesse. Dubium est autem quõ augeri possit locus, aut diminui. neque enim prius verum est, sed nec secũdum. neque enim signum est quod locus perierit, quod nõ sit amplius in eodẽ. potest enim cùm ex aere mutata aqua fuerit inferius, idem locus manere superius, etiã si in ipso non fuerit idẽ aer. Melius est aũt vt sit argumentum propositæ quæstionis, quę ostẽdit neque materiam neque formam esse locum, & magis in forma demõstrari dicit Alexander, nobis sic accipientibus. Cùm enim corporum mutationes factæ fuerint in alia corpora, eorum forma perijt. non est enim eadem aquæ & aeris. Si itaque forma est locus, perijt eorum locus. quare in eodẽ loco non sunt amplius. atqui est absurdum, quis sit loci interitus. Sin potest perire locus, dubitatur an idem sit forma, quod locus. Siquis aũt dicit materiã esse locum: in mutua corporum inter se mutatione, locus quidem nõ est idem, materia aũt est eadẽ: eandem enim manentem diuersas formas suscipere dicimus. qua de re materia nõ est locus. Et Alexandro quidem videtur id quod dicitur in forma esse verius. Quomodo aũt cùm formam quidẽ locum esse posuerit, dixit esse quidẽ formæ manifestum interitum, dubitatur autẽ an locus possit interire, & sic collegit locum non esse formam: in materia autẽ non dicit eundem esse locum, eandem aũt dicit esse materiã, etsi Aristoteles ad vnum soli9 absurdum abduxerit, nempe perijt locus? Num ergo in vtrisque similiter verũ est, perijsse locum in mutationibus corporum, siquidem materia vel forma est locus. Si enim nõ temere adduxit eam, quæ ex aere fit in aquam mutationem, & in summa eam quæ fit ex maiore in minus, sed vt ostẽderet fieri contractionem magnitudinis, non solùm in forma, sed etiã in materiali distantia: videlicet colligitur etiã absurdum in materia. & fuerit eiusmodi syllogismus. Si locus est forma vel materia: in mutatione corporum quę fit ex maiore in minus, perijt locus.

Loci [illegible] interitus [illegible] potest [illegible]

Locus [illegible] augetur, nec minuitur.

XX

Si locus est forma & materia, in vtrisque mutationibus corporum [illegible] perit locus.

Atqui

Atqui hoc ooo pōt fieri, quis enim fuerit loci interitus? Et assumptionē quidem prętermisit vt euidentem: quid enim fuerit loco cōtrarium, in quod ioterierit locus, vel ex quo fiat? connexum autem per hoc probat, NON est enim in eodē loco corpus quod factum est. } Etenim si formam quidē positum fuerit esse locum, planè inuenieē alius ex alio: Sin materia: locus est minor ex maiori: & rursus in eodē loco non est corpus quod factum est. Et ꝙ loci interitum abducit ad absurdū, significat illud, QVIS ergo interitus? } Hoc aūt patet etiam ex cōi de loco notione, ꝙ locus oon simul interit cum ijs quæ sunt in loco: quemadmodum nec vasa cum ijs quę sunt in ipsis: sed ijs manentibus aliās aliorum fit in ea translatio: Et ex eo ꝙ corpora per locum muteē, non autem loca inter se. non enim qui est supra locus, mutari possit in eū qui est infra. quomodo enim fieri poteſt? sed corpora quæ sunt superius, in ea quæ sunt inferius. Eudemus autem probans locum non esse materiam, hoc quoq; adijcit. Præterea autem mouetur quidem materia, locus autem est immobilis. Clarum est autem eandem distinctionem formæ quoq; conuenire, etenim ipsa quoq; mouetur.

Locus non simul interit cum iis, quæ sunt in loco.

Locus est immobilis.

CAPVT III.

XXIII POst hęc aūt sumendum est, quot modis fit aliud in alio. vnoquidē modo vt digitus in manu, & in summa pars in toto: Alio autē modo, vt totum in partibus: non est enim totū prę ter partes: Alio autem modo, vt homo in aiali, & in summa, vt species in genere: Alio autem, vt genus in specie. & in summa pars speciei in speciei ratione: Præterea vt sanitas in calidis & frigidis, & vt summatim dicam, forma in materia: Præterea vt in Rege res Græcorum. & in summa in eo quod est primùm mouendi potestate præditum: Præterea vt in bono, & in summa, in fine. Id autē est id cuius gratia. Omnium autē maximè proprium, id quod est vt in vase, & in summa id quod est in loco.

XXVII Cùm conclusisset rationes, ex quibus & esse locum videtur esse necessarium, & rursus ex quibus dubitauerit quispiam de eius substātia, quidnam sit locus, & oīno an sit. si enim non est locus ea quæ esse videē, necesse est etiā num sit oīno dubitari: Cùm has ergo conclusisset rōnes, & opiniones quæ erant in nobis confusæ discreuisset, ad inueniendā deinceps loci naturam se prępatat. Quoniā aūt ex eo quod est in loco, deuenimus in loci cogitationē ac notionem, quod autē in loco est, est in aliquo, diuidit primùm quot modis dicaē id quod est in aliquo. Est autē ei maximè vtilis diuisio, & ad solotionē eius, quod est, in loco locum futurū, ex Zenonis dubitatione quam dixit quærere aliquā solutionem. Dicebat enim Zeno, si quic quid est, in loco est: scilicet erit quoq; loci locus. idq; procedit in infinitum. Soluetur itaq; eius oratio ex eo quod multis modis dicitur, oō si quid est in aliquo, iam etiam esse in loco. quocirca vniuersa quæ eò tendebat oratio absoluta est de eo quod est in aliquo. Quæ sunt ergo in aliquo, ait dici octo, vel nouem modis. Sunt enim in aliquo, vel vt pars in toto, vt digitus in manu. vel in toto corpore: in manu quidē, vt pars: in toto autē corpore, vt pars partis, quam etiam appellant particulam: Vel vt totum in partibus: vt facies io oculis & naso & ijs quæ sunt eiusmodi: non est enim, inquit, totū præter partes: etsi enim in alia sit forma totius præter formā partium, qua rōne totum quoq; & partes dicimus, formaliter opponentes: est tamen idem subiectum. nō est enim totum auulsum à partibus: Alio autem modo id quod est in aliquo, vt species in genere: quēadmodum dicimus in aiali hominē: Et alio, vt genus in specie, vt animal in homine

Zenonis de loco dubitatio quo soluatur.

Esse in aliq quot modis dicatur.

A equo & alijs, qm̄ continetur in rōne vniuscuiusq; ex speciebus: & ideo dixit, specie, non speciebus. Quòd enim aliter sit in aliquo id quod est vt pars in toto, & aliter id quod est vt species in genere, clarum est ex eo quod totū quidem non sit amplius totum, si pars vna fuerit ablata, nihil aūt obstet quominus sit genus, etiamsi vna sit ablata species. & quoduis quidē genus prædicatur vniuocè de oībus speciebus: Totum aūt de solis similaribus: & de ijs, nō quatenus totum. Præterea aūt totum quidem est in oībus partibus: Genus autem vel in vna. Vnde etiam Aristoteles totum quidem alicubi dixit esse in partibus, alicubi aūt genus in specie. Ad hęc aūt genus quidem fit pars rōnis speciei, & sic genus in specie: Totum aūt non est pars rōnis partis. idq; meritò. siquidem genus est cōmunitas, quæ inest ijs quæ ex æquo discreta sunt in spēs: Totum aūt est cōprehensio eorum quę iam sunt inter se discreta. Quintum aūt significatum eius quod est in aliquo, est vt forma io materia. vt sanitas in calidis & frigi- B dis: in quo significato videē ponere oīa quę sunt in subiecto. Sextum autem, vt tres eorum qui imperio parent in eo qui imperat. vt in Rege esse dicebantur res Grecorū: & in summa in eo quod mouet & efficit, vt in potestate, facultate, & administratione. quēadmodum illud etiam apud Homerum. Iouis in genibus sunt hęc quoq; posita. Septimum autē, vt in bono, & in summa in fioe, ea quæ sunt finis gratia. quēadmodum in diuitijs vel sanitate res esse eorum, cuius gratia agendum est: vel vt virtutes in beatitudine. Octauum autem est id quod est vt in vase. Quoniam autem vas dicitur locus qui transferri potest, meritò subiunxit, ET in summa io loco. } siue vt vnum significatum, siue etiā vt duo accipiens. Notandum est autem, inquit Alexāder, ꝙ cùm subiecti exemplum adduxisset, sanitatem, subiunxit, ET in summa, forma in materia, } tanquā forma sit in subiecto. Atqui accidens quidē est in subiecto: forma autem dici potest esse substātia. & quod in subiecto quidē est, non est pars compositi, C vt ipse definijt in prędicamentis, dicens: Quod est in aliquo, non tanq̄ pars, fieri non potest vt sit absq; eo in quo est: Forma autem est pars eius quod est ex materia & forma. Porrò autē Eudemus quoq; hæc sequens, cùm dixisset, Aliter autem affectiones & habitus in substātijs, subiunxit, Considerandum aūt est an sic etiam figura, & in summa, forma, sit in materia. ipse quoq; scilicet differētiam indicans. Videtur ergo tanq̄ vnū sumere, & quod est vt forma in materia, & quod est propriè in subiecto, ex cōi quadam natura eius quod formam tribuit. ambo enim subiecto formam tribuunt. MAXIME autem propriū est, id quod est tanq̄ in vase, & in summa, in loco. } Alexander accipit, qm̄ id quod est in aliquo, cōiter significat id quod est alicubi. Quod autē est alicubi, maximè id quod est in loco. Maximè autē proprium est, vt quod sit cōe etiam alijs. Pars enim quæ est in toto, est alicubi. & alia quę dicta sunt similiter. Propriè autem illud, Alicubi, cōsueuit dici in ijs quæ sunt in loco & in vase. Num D autem postq̄ dixit in quo differat locus à vase, eis vtitur vt quæ tantūdem valeant. Hæc ergo tradita sunt octo vel nouem significata eius quod est in aliquo. Si verò in prædicamentis interpretes vndecim modis enumerant illud quod est in aliquo, reuocandū est in memoriam, ꝙ illic aliud quidē est id quod vt formam in materia: aliud aūt id quod vt accidēs in substātia, & in summa in subiecto esse dicunt: & aliud quidem id quod est in loco: aliud aūt id quod in vase, ex ijs quæ hic dicunē decem significata secernētes, & aliquod aliud p̄ter hęc adijcientes, nempe id quod est in tpe. quēadmodum ꝙ Aristoteles sit natus in tali Olympiade. quod nunc fortasse non adiecit, quia de tpe oōdum oīno docuerit. Dicitur aūt in aliquo esse subiectum etiā in accidenti. quēadmodum dicimus corpus esse in morbo, & hoīem in calamitate. Verisimile est aūt esse adhuc alia eius quod est in aliquo significata. Clarum est autē ꝙ etiam multis modis dicī id quod est,

Totū & genus quo differant.

In genibus Iouis, quomodo intelligatur apud Homerum.

Forma sit ne in subiecto.

Esse in aliq vt in tpe.

Esse in accidenti subiectum.

Æquiuoca dicuntur ex æquo & non ex æquo.

est, in aliquo, & est vox æquiuoca. Eorum aũt quę dicun E
tur æquiuocè, alia quidẽ insunt ex ęquo, quẽadmodum
hæc dictio græca ἐρῶ, quæ & amo & dicã significat: nihil
est enim magis proprium in vno q̃ in altero: Alia verò
non ex æquo, vt hęc quidem dicantur magis propriè, illa
verò minus. quẽadmodum pes & vertex magis propriè
quidẽ in animantibus, minus verò propriè & magis me-
taphoricè in monte.

XXIIII Dubitari autem possit an aliquid esse ipsum
in seipso contingat, an nihil: sed omnia sint vel
nusquã, vel in alio. id autem est duobus modis,
aut per se aut per aliud. Cùm enim fuerint par-
tes totius, & id in quo, & id quod est in eo: totũ
dicetur in seipso. Dicitur enim etiã per partes.
vtpote albus, quoniam est alba superficies. &
scientia præditus, quoniam facultas ratiocinan
di. Amphora itaq; non erit in seipsa, neq; vinũ. F
erit autem vini amphora. Nam & ipsum, & id
in quo est, ambo sunt eiusdem partes.

XXVIII Enumeratis modis eius quod est in aliquo, meritò, in-
quit, dubitandũ est, an sit etiam aliquis alius modus, quo
aliquid sit ipsum io seipso. Si enim est: vel deest ĳs modis
qui dicti sunt: vel reducentur sub aliquẽ eorum qui dicti
sunt: Si aũt non est, hoc ostendi oportet. & maximè pro-
pter Anaxagoram qui mansionis infiniti, cùm dicit esse
ipsum seipsum stabilire. id autẽ, q̃m in seipso. nihil enim
aliud cõtinet. Hanc quidem opinionẽ, ille quidẽ sustu-
lit, à motione infiniti: Si enim, inquit, pars est toti similis:
partẽ etiam in seipso stabilierit, & erunt oĩa immobilia:
quinetiã alia adducit argumẽta, quæ eadem via ac rõne
pceduot: hic autẽ cùm instituisset dicere de eo quod est
in aliquo, ab eo quod est io seipso: ea semp verba faciens,
quę cõueniunt ĳs quę sunt pposita, & ostendens fieri nõ
posse vt aliqd sit ipsum in seipso. Vt est autẽ verisimile, G
etiã ad id q̃ non sit locus in loco, aliquid confert quæ pro
ponitur demõstratio. Si est enim locus in loco, quatenus
est locus, erit aliqd ipsum in seipso. Sin hoc fieri non põt,
ne locus quidẽ erit in loco. Quærens aũt an aliquid pos
sit ipsum esse in seipso, q̃m aliud quidẽ dici possit esse per
se in seipso, aliud verò per aliud: aliquid quidem esse per
aliud in seipso concedit. põt enim per partẽ. Cùm enim,
inqt fuerint partes, illud in quo, vt amphora, & id quod
io eo est, vt vinũ: sunt enĩ hęc vtriusq; simul partes: tunc
dici potest & vtrũq; simul, & totũ esse in seipso, q̃m pars
eius est in parte. Quòd aũt dicuntur aliqua ex partib⁹,
cõfirmat ex eo q̃ etiam album dicatur corpus, q̃ sit alba
superficies, & hõ dicatur scientia præditus, q̃ sit scientia
in parte ratiocinãdi. Si ergo in vtraq; parte fuerit totum
cõsideratũ, erit ipsum & id in quo, vt amphora, & quod
in eo est, vt vinum. & ppterea ip̃m est in seipso. Ampho
ra ergo nõ erit in seipsa, nec vinum in seipso. erit aũt vini
amphora in seipsa, si quis non curat abuti nominibus, ea H
quæ insunt vtriq; parti propria ad totum congregans.
Si quis aũt dicit superficiẽ esse partem albi corporis, & si
eius sit finis, primũ quidẽ aduertendum est q̃ etiam al
bum vocat partem albi corporis. quanq̃, vt dicit defini-
tio accidentium, ea non vt quę sint partes cogitãda sunt.
cõsentaneum enim est ea vocare partes quę quomodo-
cunq; cõplent. Præterea si corpus cõstat ex tribus dimẽ-
sionibus, vna aũt ex dimensionibus est supficies, vt inqt
Alexander, cur non dicatur pars corporis? Sed q̃uo est
superficies vna ex tribus dimensionibus, siquidẽ superfi
cies est id quod habet longitudinem & latitudinem? An
scilicet sic est etiã pars. Quinetiam si quis corpus sumpse
rit vt finitum, quid obstat quominus finis sit pars, vt qui
corpus finitum cõpleat? Non necesse est autẽ, vt existi-
mo, illud per se, accipere pro eo quod est primò, vt nota-
uit Alexãder. Est enim maximè propria oppositio eius

Esse ne liceat i seipso

Anaxagoras dicebat Infinitum eẽ in seipso.

Per se eẽ in seipso nihil potest, per aliud põt.

Superficies sit ne pars corporis.

E quod est per se ad id quod est per alterũ. quemadmodum
id quod est per partem, vt nunc, vel aliquid extrinsecus.
quod quidem illud proppriè, facit per accidens. Ita autẽ
etiã ei quod est primò, id quod est secundò, propriè op-
ponitur. ipse autem opposuit id quod est per aliud.

Sic ergo cõtingit aliquid esse ipsum in seipso: XXV
primò autem non contingit. quẽadmodum al-
bum in corpore. supficies enim est in corpore:
scientia verò in anima. Ex his autem appellatio
nes, quæ sunt partes, vt in homine quidẽ certè.
Amphora aũt & vinum, cùm sint quidem seor
sum, non partes. simul autem, q̃m cùm fuerint
partes, erit ipsum in seipso. quẽadmodum albũ
in homine, q̃m in corpore. & in eo, quoniam in
superficie. In ea autem non amplius ex alio. Et
alia qdem specie eadem. & aliam habet naturã
F vtrunq; & facultatem, & superficies & album.

Postq̃ ostẽdit q̃ per aliud potest aliquid ipsum esse in XXIX
seipso, deinceps ostẽdet primò & per se ipsum nõ posse.
vt aũt sit aperta differentia, docet primum quid sit illud
primò, & quid per aliud. Color enim in corpore quidem
per aliud: in superficie aũt primò. Et scientia quidem pri
mò in facultate ratiocinãdi, in aĩa autem vel homine, per
aliud. Quoniam ergo superficies est alba, pars est autem
superficies, per partem aũt appellationes: corpus appel-
latur album, non primò, neq; per se, sed per aliud. Et ho-
mo est sciẽtia præditus. nam cùm aĩa quidem, vel animæ
facultas ratiocinans, dicitur scientia prædita, sed non io
homine: non vtiq; per partem, vel per aliud, sed per se &
primò fit p̃dicatio. Quocirca subiunxit illud, VT in ho-
mine quidem certè. } Ita aũt etiam dicitur vini ampho-
ra in seipsa per aliud, q̃m pars est in parte. Cùm igit̃ per
se vinum fuerit, per se aũt amphora, non dicitur in seipsa
G esse vini amphora: cùm aũt conuenerint, tunc dicit̃ esse
in seipsa. quoniã cùm ea quidem per se fuerint, non sunt
vnius partes, & ideo non est id quod ex eis dicitur: cùm
autem factæ fuerint partes, q̃m ostensum est etiam totũ
nominare ex partibus, erit ipsa in seipsa vini amphora,
per aliud. quemadmodum album in corpore per superfi
ciem: in superficie autem, non per aliud, sed primò. Non
t̃n quoniã primò est superficies alba, idem est superficies
& albũ, vt per hoc possit aliquid ipsum esse in seipso. alia
enim superficiei: & alia est albi ratio, & alia est vniuscu-
iusq; natura. Quare quod primò est in aliquo, non est in
seipso, sed in alio. Hoc autẽ ex adductis exemplis exco-
gitauit, quod est maximè proprium ad osteodendũ nihil
esse ipsum in seipso primò & per se, vt discemus.

Primo eẽ in aliquo, & q̃ aliud esse q̃ sit.

Neq; verò per inductionem considerantes XXVI
quicq̃ videmus esse in seipso, in nulla ex distin
ctionibus. & ratione scilicet id fieri nõ poterit.
H oportebit enim ambo esse vtrunq;, quẽadmo-
dum amphoram esse & vas & vinum: & vinũ
amphoram. siquidem contingit ipsum aliquid
esse in seipso. Quare si vel maximè fuerint alte
rum in altero, amphora quidem vinũ suscipiet,
nõ quatenus est ipsum vinum, sed quatenus il-
lud. vinum autẽ inerit in amphora, non quate-
nus ipsa amphora. sed quatenus illa amphora.
In eo ergo quod est esse, q̃ sit aliud, clarum est.
Alia est enim ratio eius quod in quo, & alia est
ratio eius quod in eo est.

Postquam ostẽdit fieri non posse vt primò & per se sit XXX
aliquid ipsum in seipso, vt per aliud autem & per partẽ,
fieri posse: & exemplum adduxit vini amphorã, & velu
ti quoddam

ti quoddam corollarium collegit ex exemplis expositis, quod specie sint alia id in quo est aliquid, & quod in illo est, & aliā habet vtrunque naturam, superficies & album: vult nos non solùm alia inducere ratione exempla, queadmodum vinum quod est in amphora, vel album quod est in superficie, ostendentes primò quidem non posse esse aliquid in seipso, posse autē per aliud: sed etiam singillatim adducentes enumerata eius quod est in aliquo significata, cōsiderare ex illorum inductione, an possit in vlla, cuiusmodicunque ea sit, ex ijs quæ dictæ sunt eius quod est in aliquo distinctionibus, esse aliquid ipsum in seipso: & postea cōmuniter ratione considerare, an possit aliquid ipsum esse in seipso primùm. Vbique enim nobis planum fiet, aliud quidem esse id in quo, aliud autem id quod in illo. Neque enim pars quę est in toto, est in seipsa. est enim pars aliud à toto. neque totum quod est in partibus, quatenus partes, est in seipso. siquidem partes quidē sunt multæ & differentes, totum autem vnum est. etsi enim nō sit totum præter partes: sed tamē aliud est esse totum, aliud esse partes. sed neque id quod est tanquā in genere aliquo, potest esse in seipso. nihil enim est suū ipsius genus. siquidem genus est aliud à specie. Sed neque cùm vt genus fuerit in speciebus, est in seipso. genus enim est pars rationis speciei. & fieri non potest vt idem sit pars & totum. Sed neque forma quæ est in materia, est in seipsa. Cùm enim recesserit à seipsa, fit in materia. Sed etiā cùm in Rege vel Lacedæmonijs Græcorum res esse dicimus, ipsum contrarium dicimus, quod nō in seipsis, sed in illis habent suam ipsorum administrationem. ita etiam ea quę sunt in fine, distincta sunt, vtpote quod omnia quæ ante ipsum fuerunt, ab illo pendeant, tanquā alia sint eius. Id autem quod est in vase iam dictum est. Id autem quod est in loco adhuc quęritur, an sit locus in loco. Et sic quidē ex inductione modorum eius quod est in aliquo, licet videre, quod in nullo eorum potest aliquid ipsum esse in seipso. Quinetiam potest hoc ex rōne cognosci. logica enim maximè opus est demonstratione. quā non ex diuisione quæ necessitatem afferat, sumpta sunt significata eius quod est in aliquo: vt confidamus argumentationi quæ fit per vnumquodque eorū: & quod dici possit significata eius quod est in aliquo, sumpta esse in illis solùm quæ sunt in alio. Quòd ergo fieri nō possit vt aliqd sit ipsum in seipso, per secundum modum hypotheticorum sic ostēdit. Si est aliquid ipsum in seipso erunt vni & eidem diuersæ definitiones: Atqui hoc fieri non potest. Non erit ergo aliquid ipsum in seipso. Et cōnexum quidē probat, per hoc quod amphora sit & vas & vinum: & vinum sit vinum & amphora, siquidē contingit aliquid esse ipsum in seipso. Si enim dicatur amphora esse ipsum vas in seipso, quā id quod est in amphora, est vinum: erit quę est in seipsa amphora, & amphora & vinū. Et rursus si vinū est in seipso, quā id in quo est vinum, est amphora: quatenus quidem est id in quo, erit amphora: quatenus autē id quod in ea est, vinū. & sic idem habebit differentes rōnes: & eam quæ est in quo, & eam quæ est in eo. Quòd autē hoc fieri non possit manifestum est. Cùm enim diuersę conueniunt definitiones, id quoque erit diuersum. Veautem idem à seipso sie omnino diuersum, nequit fieri. Pulchrè autē in eodem exemplo formauit orationem, in quo ostendit fieri posse vt per aliud sit in seipso. vt in eodē clarum esset fieri non posse vt vini amphora sic sit in seipsa, vt & vinum sit in seipso, & in seipsa amphora. Si autem id omnino dici posset, id enim sibi vult illud, sī vel maximè fuerint alterū in altero} non quod vtrunque in altero, sed quod alterum in altero. vinum enim in amphora, & amphora vinū suscipiet. nō vt quæ vinum fiat, neque vt quæ vini rationem, sed vt quæ vinum quatenus vinū suscipiet. Vinum aūt erit in amphora, non quatenus ipsa est amphora, sed quatenus ipsum quidem est vinum, quæ aūt suscipit est amphora. manet enim vtrunque in propria natura, seruans eam quæ est inter se differentiam. Quò fit vt ex his clarum sit, & A substantia esse alia, & aliam vtriusque rationem, & eius in quo, & eius quod in eo est. Quod quidem euidenter consequitur, nō aliquid ipsum esse in seipso. Si enim aliud est id in quo, & id quod in eo est, quomodo fuerit idem in se ipso? Et sic ostendit nihil primò & per se esse in seipso. Neque verò existimet aliquis propterea collectum esse ab surdum, duas scilicet definitiones eidem cōuenire, quòd apertè posita sit duplex vini amphora quæ est in seipsa. etsi enim vnūquodque positum fuerit id quod in ipsa est, aliā tamen habet rationē quatenus suscipit: aliam verò, quatenus ipsum est quod suscipit id quod suscipitur.

Margin notes (left): Esse in seipso nihil dicit I nulla significatione eius qd est in aliquo. — Definitiões cui diuersæ, id est diuersum. — Per aliud potest aliqd esse in seipso. — Aliud I substantia id qd est, & aliud id in q est.

XXVII

Atqui nec cōtingit per accidens. Duo enim corpora simul in eodē inerunt. Nam & ipsa erit in seipsa amphora: si cuius est natura capax, id in seipso esse cōtingit: & præterea illud cuius est capax. vtpote si vinū vini. Quòd ergo fieri non B possit, vt aliquid sit in seipso primò, clarum est.

XXXI

Postquā ostendit non cōtingere vt primò & per se ipsum sit in seipso, per aliud autem dici posse, quā cùm pars sit in parte, totū ex parte dicitur: quā ei quod est per se & primò opponi videt id quod est per accidens, suspicari posset quispiam vt per partē, ita etiam per accidens aliquid ipsum esse in seipso: ostēdit neque per accidens esse ipsum in seipso. Non est enim idē id quod per partē, & id quod per accidens, ijs qui accuratè & subtiliter loquunt. etsi enim sit eis cōmune id quod est per aliud, est tamen eorū differentia. Id enim quod est per accidens, potest etiā esse per totum. etenim qui est in naue vector, potest quidem dici moueri per accidens, non autē per partem. non est enim eius pars nauis. Rursus autem per partem quidem dicitur videre aliquis, vt qui videt per oculos, non tñ etiam per accidens. per se enim inest videre oculis. Quinetiam id quod est per partē, cōtrario modo se habet, quam id quod est per accidens. Id enim quod est per partē, cùm totum C ex parte dicit: vt si dicatur nauis gemere, quoniā malus. & quod de vini amphora prius dictum est: Per accidens autem, cùm pars ex toto. vt cùm nauta dicitur moueri, quia nauis. & simum, quā Socrates. pars enim & affectio toti accidit, sed non his totum. Per accidens ergo mouet accidens, & id quod est per partem, non cùm ipsum per se mouetur, quemadmodum cùm album fit nigrum, vel nauta in naue ambulat: sed cùm illud cui accidit, mouetur. Dicitur autem etiā ferrum vrere per accidens, cùm vrit ignis qui in ipso est: sed per partem magis quàm per accidens. Cōmune aūt est, vt dixi, id quod est per aliud, & ei quod est per partē, & ei quod est per accidens. Quēadmodum ergo in alijs, ita etiā in eo quod est in aliquo, per accidens illud dicimus esse in aliquo, quod est accidens, vel pars eius quod per se inest in aliquo. Tunc enim accidens vel pars eius quod per se inest, in illo esse dicit per accidens, in quo est id quod per se est. Sic ergo quod corpori accidunt, per accidens in loco sunt. queadmodum albor et D caliditas, eo quod corpus in quo hęc sunt, per se in loco sit. Ita ergo si quid ēt fuerit in seipso per accidēs, necesse est accidēs vt sit pars eius quod per se est in seipso. id autē consequitur, vt si quid sit in seipso per accidēs, oporteat ante id oīno esse id quod per se est in seipso. quod quidem iam demonstratū est minimè posse fieri. quocirca nūc præter misit hoc absurdum inducere. Sequitur autē illud quoque duo simul corpora esse in eodem. de his enim agitur. Si quis enim dicit amphoram esse in seipsa per accidēs, quā illud est per accidens in aliquo, quod ei accidit quod per se in aliquo inest: quoniā vinum est per se in amphora, si fuerit amphora in vino per accidens: erit amphora in seipsa per accidens, & vinū si est vini amphora, erit in ipsa per se. Ita quidem, vt puto, Aspasius. Alexander autem sic scribit. Queadmodum si vinum fuerit in amphora, est ei vt accidens, vel vt pars eius: amphora autem in vino, per se. Sic enim fuerit vinum in seipso per accidēs.

Margin notes (right): Esse nō pōt aliquid in se ipso per accidens. — Per accidēs esse I aliquo & per partē qd differāt.

quod quidem nihil differt ab eo quod est per se in seipso. Nescio autem quomodo vinum in seipso per accidēs dixerit, cùm audiret Aristotelem dicentem, ipsa enim erit in seipsa amphora. In summa autem ne vinum quidē potest esse in seipso per accidēs nisi acciderit alicui quod ei per se inest. Quid autem fuerit magis cōsequens, vinum per se esse in amphora, an amphoram, vt dicit, in vino? Illud autē, SI cuius est natura capax, id in seipso esse contingit} interiectum orationi obscuritatē attulit. Ostendit autē aliquod aliud absurdum consequi eiusmodi positionem, si cuius natura est capax vt hoc fiat in aliquo, sed non aliud in seipso. hoc enim accidit ei qui dicit amphoram esse in seipsa. Clarum est autē quòd etiam si quis vinum dicat esse in seipso, accidet vt cuius natura est vt sit in alio, id sit capax. Sed fortasse dicet quispiam hoc absurdum accidisse præter positionem, qm̄ posita est vini amphora, amphora aūt capax. Hoc autem nō ita habet. sed qm̄ id quod est in seipso per accidēs, ei quod est per se in seipso accidit, id quod per se quidem est, est capax, id autē quod ei accidit, à natura habet vt sit in eo quod est capax. Hoc autem, DVO simul erūt in eodem} quòd vt absurdum quidē & quod fieri non potest dictum sit, clarum est. Videtur autem fieri non posse, vt duo corpora simul sint in eodē. & omnes in quos incidi interpretes, accipiunt id quod fieri non potest, tanq̃ in corporibus. Num aūt non abs re nō nominauit corpora Aristoteles, sed absolutè dixit, SIMVL enim duo erunt in eodem} id quod suscipit, & quod suscipitur, quæ eo ipso sunt alia specie, & aliam habent naturam, vt dixit prius. & eidem inerunt diuersæ rōnes, nempe & eius quod suscipit, & eius quod suscipitur. quod quidem nequit fieri. quorum enim sunt diuersę rōnes ea quoq; sunt diuersa. Dubitat autem Alexander, quō dicitur, neq; per se, neq; per accidens esse in seipso. Si enim totum est in partibus, partes autē sunt in toto, erit totum in toto, hoc est, in seipso. Sed non colligitur, inquit. non est enim idem medius terminus. alius est enim primus, cùm dicebamus, Totū in partibus: & alius cùm dicebamus, partes in toto. Pręterea autem, inquit, id quod est in aliquo, diuisum est tanquā æquiuocum in significata, non tanquā genus in species. Definiendum est ergo quō sit vtrunq;. & q totum quidem sit aceruatim & collectim in partibus. partes aūt in toto, vt singula. Omnes enim simul, non in toto, sed est totum. Hæc autem satis rectè dicta sunt. De toto enim minoris ꝑpositionis, pręedicatur illud, nempe esse in partibus. Toti autē, quod est in minori propositione, subiectæ fuerunt partes. Si ergo aliud partes, & aliud esse in partibus: scilicet cùm non sit idem medium, nō colliguntur extrema. eiusmodi enim modus fallacis ratiocinationis, & genus esse in seipso ostenderit, & formam, & substātiam, & accidens. Dicimus enim genus esse in specie: speciem in genere. & rursus speciē in indiuiduo: & indiuiduum in specie. & rursus accidens in substantia: & substantiam in accidenti. sed nequaq̃ idem terminus accipitur. & ideo non colliguntur extrema. Dicere autem q partes in toto sint singillatim, sed non omnes, quō est rationi consentaneum? Num q partium collectio reuera est totum? Tunc ergo dicūtur esse in toto, cùm vt singulæ quidem sumptæ fuerint, non autem omnino diuulsæ, non enim fuerint amplius partes. Cęterum Alexander quidem, qui solitus est Platonem examinandum adducere etiam vbi nihil ad rem, nescio quomodo hic sit magis oblitus Platonis. Est autem quę totum probat esse in seipso, ex Parmenide sic habens oratio de vno quod esse totum ostensum fuerat. Num ergo quod sic habet, & ipsum erit in seipso, & in alio? Quomodo? Vnaquęq; quidem ex partibus est in toto, & nihil est extra totum. Ita est. Omnes autem partes continentur à toto. Quid tum. Et omnes eius partes vnum sunt, & neq; aliquid plus neq; aliquid minus quàm omnes. Nequaq̃. Ergo etiam totum vnum est. Quidni? Si ergo omnes partes

Duę diuersę rōnes eidem inesse nequeunt.

Non si partes sūt in toto, totum est in seipso.

Partes oēs collectę sunt in toto.

Totum esse in seipso ex Parmenide Platonis.

E sunt in toto: sunt autē omnes vnum & idem totum, cōtinentur autem à toto omnia, & ab vno, ab vno continebitur vnum. & sic iam vnum erit ipsum in seipso. Est autē in his collectum, q totum sit partes: & q oēs partes continentur in toto: & q quæ in toto continentur sint in toto. Quare totum est in toto, hoc est in seipso. & ĳdem termini sumpti sunt, & non alĳ. Quoniam autem vnum est quod totum esse probatum est, meritò cōcludit q vnum quod est vt totum, sit in seipso. Et sunt quidem aliæ scilicet euidentes propositiones, & q omnes partes in toto contineantur, & q quæ continentur sint in toto. Minor autem propositio, quæ est in syllogismo magis principalis est ea quę dicit. Totum omnes esse partes. quam quidem ipse etiam fatetur Aristoteles, dicens, Non est enim totum pręter partes. Si ergo & Aristoteles & Plato rectè sunt ratiocinati, Aristoteles quidē, q fieri non possit vt quid sit in seipso primò: Plato autem, q totum est in seipso: videlicet Aristoteles quidem probauit in corporeis: si enim oportet id quod propriè est in seipso, nō esse per partes, sed totum in toto: corpus autē est quod diuisas habet partes, quō id fuerit totum in toto? Quocirca ea etiam adduxit exempla, vt in eo quod haberet diuersas partes, vt amphora vini. Si autem nō totum in toto, ne ipsum quidem fuerit propriè in seipso. Siquid aūt fuerit totum incorporeum, quod partes quidē habet, sed nō diuisas, verū quæ differentĳs in quas nō cadit diuisio discernunē, quarum vnaquæq; per totū peruadit: in eo verum est dicere, totū esse in toto, & ipsum esse in seipso. in eo autē propriè quoq; verū est totum esse oēs partes. qm̄ in cōprehensione totius manent partes, adeò vt singulę, propter eam quæ diuidi nequit vnionem, videantur id quod totum. In corporibus autem, fugiens vnaquæq; ad ꝓpriam suam circūscriptionem, à toto auellitur. Quamobrem etiam si non fuerint diuersa subiecta totius & partium, non tamen absolutè idem est totum & partes, propter diuisionē. Duplex est autem id quod non est in seipso. vnum quidē ex eo quod est deterius eo quod est in seipso: Alterum aūt ex eo quod est præstātius. & id quidē quod est ex eo quod est deterius, quādoquidem in ĳs in quę cadit diuisio, nō possunt differentes cōuenire definitiones, nempe ea quæ est eius quod est capax, potestq; suscipere: & ea quæ est eius quod in eo est: seu eius quod cōtinet, & eius quod cōtinetur, vt ostendit Aristoteles. Ex eo aūt quod est præstātius, qm̄ simplicitas vnius, nec eam quidē quę nō potest diuidi suscipit differētiam, eius quod cōtinet, & eius quod continetur. quēadmodum hoc ipsum ostendit Plato in prima positione earū quę sunt in Parmenide, dicens. Atqui ipsum q̄dem cùm sit in seipso, etiā si seipsum cōtinuerit, non fuerit aliud q̃ ipsum, si quidē etiam in seipso fuerit. Fieri enim non pōt vt sit aliquid in eo quod non continet. Fieri non pōt. Ergo aliud quidē fuerit quod ipsum cōtinet, aliud aūt quod continetur. Non enim totum q̄dem certè idē, ambo patietur & aget. & sic vnū non fuerit vtiq; amplius vnū, sed duo. Et certè si hæc nō de alio vno, & ea quæ prius sunt exposita de alio dicerentur: essent apertè contraria: neq; esset consentaneum e uestigio vsq; adeò de ipsis cōtraria dicere in prima & secunda positione, nunc q̄dem oīa de vno negātia, nunc verò affirmātia. Aristoteles aūt naturam corporeā nō esse in seipsa ostēdit, & de ea cōclusit. Quòd ergo fieri nō possit vt sit aliq̄d in seipso primò, clarum est. Nam neq; quod nō habet vllam oīno duplicitatē, sicut vnum fuerit in seipso: neq; quod habet diuisam duplicitatē, vt corpora, sed ea quæ cum simplicitate habēt duplicitatē. qm̄ idem ēt in seipso fuerit, quod ē eiusmodi vt sit simul simplex & duplex. Sed quō demonstratio Platonis nō conueniet ēt Aristoteli, ita vt etiam ex eius sententia totum sit in seipso? Num q diuersa sit minor propositio. Plato enim dicit totum esse oēs partes, propter vnionē quæ non pōt diuidi: Aristoteles autem, Non est totum, inquiens, ꝑter partes, identitatē in subiecto considerat.

Aliquid non eē in seipso, verum est in corporeis.

Totū esse in toto verū est in incorporeis.

Id quod non est in seipso est duplex.

Vnū non est in seipso.

Totum est oēs partes, & nō esse totū pter partes diuersū.

XXVIII Quod autem Zeno dubitabat, si locus sit aliquid, fore vt sit in aliquo, non est soluere difficile. nihil enim vetat quominus in alio quidem sit primus locus, non tamen vt in illo loco, sed quẽadmodum sanitas quidem in calidis, vt habitus: calidum autem in corpore, vt affectio. Quare non necesse est ire in infinitum.

XXXI

Zenonis de loco dubitatio quõ soluatur.

Videbatur Zenonis oratio locũ tollere, sic rogans. Si est locus: erit in aliquo. Quicquid enim est, est in aliquo. Quod aũt est in aliquo, est etiam in loco. Erit ergo etiam locus in loco. idq; in infinitum. Non est ergo locus. Processurus itaq; ad loci inuentionẽ, soluit primòm hanc dubitationem ex diuisione eius quod est in aliquo, quã meritò prius sumpsit. Meritò autẽ prius etiam ꝓbauit, nihil esse in seipso. ne quis existimaret eum soluere quod à Zenone dicitur, dicendo corpus quidem esse in loco, locum verò in seipso. & sic sistere id quod est in infinitũ. Potius

B

ergo sic soluit ex differentia eorum quæ sunt in aliquo. Si enim id quod est ĩ aliquo, vno modo diceretũ, de eo quod est in loco, solui nõ posset Zenonis dubitatio. siquidem quicquid est, siue quod est absolutè, siue quod est corporeum, est in aliquo, vt veteres oẽs senserunt, somniantes formatum substantiam, quæ est in materia, vt ait Plato. Quoniam autẽ id quod est in aliquo, dicitur multis modis, nihil vetat quominus locus in quo est corpus, sit ipse quoq; in aliquo, non tñ in loco. nihil enim vetat quominus hoc quidem sit in alio, illud verò in alio. sanitas enim est in calidis, sed vt habitus. calidum autẽ in corpore, sed vt affectio. corpus aũt in loco.

Habit⁹ quomodo differat ab affectione.

Differt aũt habitus ab affectione, ꝙ habitus quidem, perfectio sit & forma. affectio verò facile possit amitti, & non efficiat substantiã. Tales enim dicuntur patibiles qualitates in prędicamentis. Sic autẽ nihil vetat quominus corpus quidẽ sit in loco, locus autem in aliquo alio, vt finis in eo cuius est finis, & superficies in corpore.

Superficies quomodo sit in corpore.

C

Sed pulchrè quærit Alexãder, in quonam ex ĳs modis qui supra dicti sunt eius quod est in aliquo, sit sup̃ficies in corpore, et in summa finis in eo quod finitur. vtrum vt affectio vel habitus, an vt summa, vt in subiecto. aut potius vt pars in toto. Quodãmodo enim pars est superficies, vna quidẽ tanq̃ finis finiti corporis, altera verò definita ex longitudine & latitudine, est pars corporis quod habet substantiam ex tribus dimensionibus.

Locus est q̃ proxime cõtinet.

Primò autem locum dixit, eum qui ꝓximè continet. quãdoquidem aer quoq; cum sit corpus, dicitur esse locus alicuius, cùm fuerit eius finis locus qui ꝓximè continet. In his aũt mihi videtur operępretium esse quærere, primũm quidem quõ soluitur id quod à Zenone dicitur, ex differentia eius quod est in aliquo, siquidẽ quicquid est, est in aliquo alio: nam si corpus est in aliquo vt in loco, locus aũt in aliquo vt finis: & ille rursus erit in aliquo, & ille: & sic in infinitũ: Secundo autem, quõ hic quidem soluit quod à Zenone dicitur, ex differentia eorum quæ sunt in aliquo, tanq̃ sic rogante Zenone, si locus est

D

aliquid, erit in aliquo: prius aũt dixit, Zenonis aũt dubitatio quærit aliquam rõnem. Si enim quicquid est, est alicubi: scilicet erit quoq; loci locus. Si enim non in aliquo, sed in loco apertè diceret esse id quod est: quõ per differẽtiam eorum quæ sunt in aliquo, posset solui dubitatio ab eo qui dicit, vt nũc dictum est, corpus quidẽ esse in loco, locum verò in alio? siquidẽ ipse quoq; propterea ꝙ sit ex ĳs quæ sunt, in loco est.

Quod a Zenone dicit, non potuit eisdẽ verbis ab Aristo.

Et ad hoc quidem dicẽdum est, ꝙ in neutro loco videtur, quod à Zenone dicitur eisdem verbis pouere. sed cùm ille mediũ quid dixisset, quod poterat & pro loco sumi, & pro eo quod est in aliquo, ipse quidẽ reprehendens dubitationem, sumpsit pro eo quod est in loco: solutionem autẽ adiuuans, pro eo quod est in aliquo.

ποῦ significat alicubi & in aliquo.

Quid est aũt hoc medium, nisi græcè ποῦ, hoc est alicubi? hoc enim, vt videtur, significat & id quod est in loco, & id quod est in aliquo. Quinetiã ipse Aristoteles

A

meminit huius ποῦ, seu alicubi, priusq̃ alteram poneret orationẽ, dicens. Prętereaaũt ipse quoq; si est ex ĳs quæ sunt, erit alicubi. Formans autẽ rationem, mutauit illud ποῦ, hoc est alicubi, in id quod est in loco, dicens. Si enim quicquid est, in loco est. Porrò autẽ Eudemus quoq; sic refert opinionẽ Zenonis, dicens. Eodem aũt videtur ducere Zenonis quoq; dubitatio. vtpote qui cẽseret quicquid est, esse alicubi. Si aũt locus est ex ĳs quę sunt: fuerit alicubi. ergo in alio loco. & ille vtiq; in alio. & sic vlterius. Vides aũt Eudemum quoq; pro cõmodo dubitationis illud Alicubi mutasse in id quod est in loco. Quomodo autẽ ipse quoq; acceperit illud Alicubi, nempe in cõi significato, planũ fit cùm ipse soluit quod à Zenone dicitur, dum sic scribit. Zenoni autem dicemus, multis modis dici illud ποῦ, hoc est alicubi. Si ergo in loco esse censuit ea quæ sunt, non rectè censet. non enim sanitatẽ, neq; animi magnitudinẽ, neq; alia innumerabilia quis in loco esse dixerit. neq; verò est locus, cùm sit talis, qualis

B

dictus est. Sin aliter est illud ποῦ seu alicubi, etiam locus fuerit ποῦ seu alicubi. Finis enim corporis, est corpus eẽ ποῦ, hoc est alicubi. est enim extremum. Quinetiã Alexander exponens priorẽ illum locum, qui dicit, Est autẽ maximè proprium id quod est vt in vase, & in summa in loco, apertè dicit id quod est in aliquo tantũ valere ac id quod est alicubi. illud enim Alicubi, inquit, est cõe aliorum. pars enim quæ est in toto, est alicubi. Propriè autẽ & maximè cõsueuit dici illud Alicubi de ĳs quæ sunt in loco, & de ĳs quæ in vase. Ad primam autem dicẽdum est dubitationẽ ꝙ ad Zenonis quidem rõnem, quę deducit ad absurdum ꝙ locus sit in loco, per se satis erit solutio quæ sumitur ex differentia eius quod est in aliquo, & eius quod est alicubi. non erit enim vtiq; locus in loco. quod quidem absurdum intulit Zeno. Ad eam autem quæ à me dicta est dubitationem. quæ dicit, quòd & si non in loco, sed alicubi, & in alio, & id in alio, & in infinitum, ipse respondebit Aristoteles in fine quęstionis de

C

loco, occurrens ipsi principio interrogationis: non concedit enim cœlum vel vniuersum esse alicubi, vel omnino in aliquo, vt sit præter ipsa aliud: & audiemus ipsum dicentem, Vniuersum autem non est alicubi. quod est enim alicubi, & ipsum est aliquid, & adhuc oportebit aliquid aliud esse præter id in quo continetur. præter vniuersum autem & totum nihil est. neq; est aliquid extra vniuersum: & propterea in cœlo sunt oĩa. Quamobrem ex vniuersi quidem partibus nihil obstat quominus alia sit in alia. vniuersum aũt non fuerit in alio. non est enim aliquid pręter vniuersum. nisi vtiq; vt totum in suis partibus. & sic sistetur progressus qui est in infinitum.

Illud autem apertum, quòd quoniã nihil est vas eius quod est in ipso: aliud est enim id quod primò est id quod, & id in quo: nec materia fuerit, nec forma locus, sed aliud. Ea enim sunt aliquid eius quod inest, & materia, & forma. Hęc ergo sint dubitata. XXIX

D

XXXII

Nec materia nec forma est loc⁹, ex corollario solutiõis dubitationis Zenonis.

Zenonis quidem oratio, ex eo ꝙ locus sit in loco, conabatur ostendere progressum in infinitum. ipse autem cùm aliud in alio concessisset, non tñ locum in loco, & ex eo soluisset dubitationẽ: ex eo ꝙ sit aliud in alio cõsiderauit veluti corollariũ, ꝙ neq; materia nec forma sit locus. quasi diceret, Soluta quidem est Zenonis dubitatio, ex eo ꝙ aliud sit in alio, alio modo. ex eo autẽ ꝙ sit aliud in alio, clarum est ꝙ neq; materia, nec forma sit locus. aliud est enim id in quo, & id quod in eo est. Vas aũt & locus sunt primò capacia eorum quæ in ipsis fiunt, & sunt alia ab ipsis. Et vas quidẽ accepit pro loco, vt quod sit manifestum seu sui, & apertè aliud ab ĳs quæ in ipso sunt, propterea aũt ꝙ sit aliud ab ĳs quæ in ipso sunt, nihil est eorũ quę sunt in ipso. Si autem ita est, neq; materia, nec forma fuerit locus, sed aliud. sunt enim ea eius quod est in loco.

Hoc asit adducit, nunc quoq; ea prius sumpturus quę loco per se insunt, vtpote ꝙ sit maximè proprium eorꝫ quę sunt in ipso, ꝙ sit aliud ab ijs quæ in ipso sunt. Cũm ergo quæ de loco dicebantur omni rõne versasset, subiungit, HÆC ergo sint à nobis dubitata. } non ꝙ nihil eorum quæ dicta sunt demonstratiuè dictũ sit: multa enim sic dicta sunt: sed ꝙ dubiũ apparuerit an sit locus, propterea ꝙ eius substantia vix comprehendi queat.

CAPVT IIII.

XXX Quidnam autem sit locus, hoc modo manifestum euaserit. De eo autẽ sumamus quæcunq; verè per se ei vidẽtur inesse. Censemus itaq; locum esse, primùm quidem quod continet illud, cuius est locus: & nihil rei esse: Præterea primum locum, neq; minorem, neq; maiorẽ: Præterea neq; ab vnoquoq; deseri, neq; esse separabilem: Ad hæc autem, omnẽ locũ habere id quod est supra, & id quod est infra. & natura ferri et manere in ꝓprijs locis vnũ quodq; corpus. Hoc autẽ facere vel supra, vel infra. His aũt positis reliqua sunt cõsideranda.

XXXVI Ad locum inueniendũ conuersus: qm̃ vndequaq; visa est ratio difficilis, vt solet fieri in ijs quæ nõ ex seipsis apparent definitionibus, ex ijs quę loco per se insunt, conabitur colligere definitionẽ. & ex cõibus de loco notionibus sex quædã pronunciata, quæ etiã per ea quæ iam dicta sunt ostensa sunt, prius assumit. quorum primum est locum cõprehendere ea quæ sunt in loco. Hoc autẽ planum fit ex ea similitudine quæ est ei cum vase. quinetiã ostendit exemplis locum propriè censeri id quod primò cõtinet. in summa autem quicquid est in aliquo, videtur ab illo, in quo est contineri. Secundum autẽ, locum nihil esse eius quod est in loco. etenim eius quoq; nos admonuit, per ea qbus ostẽdit, neq; materiam, neq; formã esse locũ. Tertium, primum locum neq; esse maiorẽ, neq; minorẽ eo quod est in loco, sed æqualẽ. siue enim fuerit maior, nõ erit eius solius locus. siue minor: non erit eius totius. Quartum, neq; deseri ab vnoquoq;, & esse separabilem. hoc est, neq; esse vnq; extra corpus, & tñ cùm sit cũ corpore, habere separabilẽ corporis quod in se est substãtiam. non esse autem extra corpus fortasse censuit, fretus sublatione vacui. Est aũt hæc scriptura, quæ & aliquid amplius significat, & cum decentiori quadã nouitate ea quæ videñt opponi ac repugnare conciliat. Est etiã alia eiusmodi, PRÆTEREA deseri ab vnoquoq; & esse separabilẽ. } Hęc aũt est aperta. perinde enim est deseri, ac id quod est esse separabilẽ. & dicit locum esse eiusmodi, vt recedẽte eo quod in ipso est, relinquaẽ ipse & separeẽ. Quinta est loci notio, eũ habere drĩas id quod est supra, & id quod infra. non ꝙ quicunq; fuerit sumptus habeat vtrunq;. neq; enim fieri põt vt quę aduersanẽ simul concurrant: sed vel coniunctione copulatiua, ET, vsus est pro disiunctiua, vel: vt dicat quemuis locum habere id quod est supra, vel id quod est infra: quẽadmodum cõtra Homerus vsus est cõiunctione, vel, pro, et, dicens, Iuuenis'ue senex'ue: pro eo quod est, Iuuenis est senex. Aut oẽm locum dixit, pro eo quod est, loci naturam esse diuisam per id quod est supra & id quod est infra: non autem vnũquenq; locum. At cur meminit harum solũ loci differentiarũ, etsi ipse prius dixerit, "Hæ aũt sunt loci partes "& spẽs, id quod est supra, & id quod est infra, & reliquæ ex sex distãtijs? Num ꝙ id quod est supra, & id quod est infra, sunt præcipuè loci drię, corporum naturaliũ tanq̃ naturalium. Aliæ enim sunt propriè animãtium, quæ in partibus corporis habent ex substãtia id quod est ante & retro, & quod est dexterum & sinistrum, & ad ea habẽt motus impulsiones. Sextum aũt postremo censet, naturalia corpora & natura ferri ad loca propria, & manere

E in eis. Illud autem NATVRA, hoc est fm suam naturã. hoc est enim eundem, glebã quidem deorsum ferri, cùm nõ vi, sed fm suam naturam mouetur: & cùm proprium locũ occupauerit, manere inferius: & ignẽ sisti superius. Supra enim & infra sunt ꝓpriè naturalium corporꝫ drię, propter cãm quæ dicta est. Et ꝑterea vt dicitur in libro de generatiõe, hi sunt potius casus corporũ naturalium, & quæ nõ habent motum qui proficiscit̃ ab impulsione aut appetitione aĩæ. His ergo, inquit, prius sumptis, & prius positis, cõsideranda sunt quæ deinceps sequuntur, vtentibus nobis regulis quæ dicendæ sunt. Sciendum est autem Theophrastum & Eudemum in suis de loco pronunciatis, esse etiam locum immobilem, prius sumere. Cur Aristoteles autẽ hoc prætermiserit, planum fiet quando tradet differentiam loci à vase.

Locus com prehendit ea quæ sunt in loco.

Locus nihil ẽ eius quod est in loco.

Locus nec ẽ maior nec minor eo qđ est in loco.

Locus non est separabilis ab eo cuius est loc⁹.

Loci drĩæ sunt infra & supra.

Vel coniunctione vsus est Homerus pro et.

Ad locũ proprium ferun tur naturalia & in eo manent.

Locum esse immobilem prius ponit Theophrastus & Eudemus.

Oportet autem sic conari considerare, vt ita detur definitio, vt & ea de quibus dubitatur sol

F uantur, & ea quæ loco inesse videntur insint: & præterea causa difficultatis, & earũ quæ de ipso sunt dubitationum, manifesta sit. ita enim optimè ostendetur vnumquodq;.

Postq̃ ea prius assumpta sunt, quę ex cõibus notionibus dicunẽ inesse rei quæ queritur, tribus opus est ad ita dandã quid sit res definitionem vt nulla restet cõtrouersia. vno quidẽ, vt quę ex cõibus pronunciata fuerint notionibus, in definitione quę proponiẽ videãtur inesse: altero, vt ex eo soluanẽ quę de eiusmodi substãtia dubitata fuerint: & tertiò, vt difficultatis causa ex data definitione clara sit, si sit vlla difficultas. nam hoc quoq; est euidens indicium, ꝙ omnis eius natura dicta sit. XXXVII

Primùm ergo cum animo cogitare oportet, non quærendum fuisse locum, nisi esset motus qui est in loco. ideo enim vel cœlum maximè XXXII

G existimamus esse in loco, ꝙ semper sit in motu. Eius autem, vnum quidem est latio, seu per locum motus: alterum autem augmentum & diminutio, & mutatur in augmẽto & diminutione. & quod prius hic erat, traductum est rursus ad minus vel maius. Est autem id quod mouet, aliud quidẽ actu per se: aliud verò per accidẽs. Eius aũt quod per accidens, aliud quidem contingit per se moueri, quẽadmodum partes corporis, & clauum qui est in naui: alia verò non contingit, sed semper per accidens. vt alborem & scientiam. Ea enim sic locum mutant, quia mutatur id, in quo sunt.

XXXVIII Postq̃ sumpsit cõmunes de loco notiones, & nos do-

H cuit qualem oportet esse eam quę datur loci definitionẽ, deinceps primùm nobis reuocat in memoriam, cuiusmodi ea esse existimemus quæ propriè in loco sunt, & tunc cuiusmodi sit locus. Quæ autem propriè in loco sunt, inueniuntur ex ijs quæ propriè mouentur per locum. quæ enim propriè mouẽtur per locum, ea etiam sunt in loco propriè. Ex ea enim quæ fit in se inuicem corporũ transmutatione, loci notionẽ habuimus. & ex ijs quæ per locum mouẽtur, de loco notiones simul colligimus, quòd alius prẹter id quod est in loco, & quòd æqualis, & quòd separabilis, & ꝙ habet differentias, id quod est supra, & id quod infra, ad quę fit translatio, & in qbus est mansio. Quãobrem multas has notiones, in vnã eorꝫ cãm, nempe motũ qui fit per locum, coegit. Subindicauit aũt esse quoq; duas spẽs motus, qui fit quõcunq; per locum: & lationẽ, quæ est solòm & perfectè per locũ motus: & augmentũ & diminutionẽ. In his enim, id quod prius verbi gratia palmum è terra eminebat, traducit̃ ad minus vel

Locus cognoscit̃ maxime ex iis quæ mouent̃ per locum.

Duę sũt species motus q fit per locũ.

maius

maius loci ſpatium: in augmēto ſcilicet ad maius: in diminutione verò ad minus. Ex his autē tribus translationibus, loci nobis notio ſuſcepta eſt. reuera enim ſi oĩa quieſcerent, & nō transferrent corpora, nec acciperent locū, vel relinquerent: quænā de loco cogitatio nobis in mentem veniſſet? Cùm ergo vellet locū inuenire ex ĳs quæ per locum mouenť, diuidit primùm ea quæ per ſe mouētur, & quæ per accidens: ea quę per ſe ſunt etiam actu dicens. queādmodum vnūquodq; corpus eſt totū liberum ac ſolutū, ab vno loco tranſiens ad alterum: ſicut meum, cùm ambulo, & nauis quę nauigat. Quę aūt per accidēs, ea ſunt quę inſunt in ĳs quę per ſe mouenť: vel vt partes, vt mea manus, & nauis clauus: vel vt accidētia, vt albor & ſcientia. Ea autē inter ſe quoq; differunt. partes enim, & ſi per ſe non moueanť cum ſint in toto, qm̄ oportet ea quæ per ſe mouenť, & à loco in locum tranſeunt, eſſe vndequaq; libera & abſoluta: contingit tñ vt à toto ſolutæ per ſe moueantur. quamobrem qñ cum toto mouentur, quod per accidens quidē moueantur actu habent, q aūt per ſe, potentia. Ea vero quæ accidunt ĳs quæ per ſe mouentur, ne cōtingit quidem per ſe moueri, & ne hoc quidem habent potentia. quemadmodum albor & ſcientia. Non poſſunt enim ea ſeparata per ſe moueri: qm̄ ne poſſunt quidem omnino ſeparari: ſed ſic ſemper ea mouētur & mutantur, q in quo inſunt id mutatur: non aūt aliter, nec actu, nec potentia. Cùm hoc ergo ita habeat, ex ĳs quæ in loco per ſe mouentur, locus eſt eruendus, non ex ĳs quæ per accidens. niſi vtiq; cùm potentia habeant vt per ſe moueantur, aliqñ actu fiant vt partes à toto diſcretæ, & per ſe circūſcriptæ. tunc aūt per ſe fiunt in loco. Eſt autem ea rōne vtilis diuiſio eorum quæ mouētur per accidens. queādmodum enim mouētur per locum, ita etiā ſunt in loco. Quę enim potentia habent id quod ꝑ ſe mouetur, ſicut partes, poſſunt aliquando etiā per ſe moueri, & in loco eſſe per ſe: quæ aūt per accidens tantùm mouentur, ne moueri quidem propriè dicantur per locum, neq; vnquam eſſe in loco: ſed illa ſola quæcunq; abſoluta tangunt aliqua: ea ergo quæ ſunt eis cōtinentia. ea enim per ſe mouētur. Et q oporteat quidem eſſe abſoluta ea quæ per ſe mouentur, & per ſe ſunt in loco, clarum eſt. Clarum eſt etiam, q tangere aliquid vel quod ſi non fuerit vniuerſum, quod eſt vel maximè extremum, neceſſe ſit omnino tangere aliquid: ſi aūt vniuerſum, ne trāſierit quidem de loco ad locum. Quod autē vndequaq; tangit continetur ab illo quod non eſt ei continens. Eit ergo id quod primò in loco eſt, totum quod per ſe mouetur per locum, & eſt abſolutum, & tangit aliquid quod cōtinet, quod eſt æquale ſibtipſi. Ve autem dicere præueniam, etiam ex ĳs quæ in loco per ſe mouentur, & ſunt, poteſt colligi loci definitio. æqualis enim finis eius quod tāgit, continet ea quæ mouentur localiter. à quo autem ea quę localiter mouentur continentur, id eſt locus. Eius ergo quod tangit, & ea quæ localiter mouētur continet, finis, eſt locus. Quinetiam motus qui fit in eo quod eſt quantum, cùm ipſe quoq; ſit localis, ſimiliter ſe habet, nō omnem quidem locum mutāte eo quod augetur vel minuitur, ſed amplius aſſumēte vel relinquente. quocirca quāuis ipſe quoq; ſit per locum, tamen non dicitur localis, q totum locum non mutet. Hic quidem eſt ſenſus eorum quæ dicuntur. Quinetiam cœlum, inquit, propterea in loco eſſe putamus, q cùm mouetur, aliam & aliam partem mutat ex alia & alia poſitura.

Moueri per ſe quid ſit.

Moueri per accidens.

Quæ mouētur per accidens, alia cōtingit per ſe moueri, alia ſemper ꝑ accidens.

Quæ potentia habēt vt ꝑ ſe moueantur, aliquādo per ſe mouētur.

Quę ꝑ accidēs tm̄ mouenť nunquā per ſe mouētur.

Loci definitio colligiť. ex iis quæ ꝑ locū mouentur.

XXXIII Quoniam autem dicimus eſſe in cœlo, tanq̄ in loco, quoniam in aere, hic autē in cœlo. atq; in aere quidem, non in vniuerſo, ſed propter id quod eſt eius extremum & continet, in aere eſſe dicimus: ſi enim vniuerſus aer eſt locus: non fuerit ęqualis vniuſcuiuſq; locus & vnūquodq;: videtur autem quidem certè eſſe æqualis: talis

A eſt autē primus in quo eſt. Cùm ergo non fuerit diuiſum id quod continet, ſed continuum, nō tanquam in loco dicitur eſſe in illo, ſed pars in toto: cùm autem fuerit diuiſum & tangens, eſt in primo aliquo quod eſt extremū eius qđ continet. quod neque eſt pars eius quod eſt in ipſo, neq; maius ſpatio, ſed æquale. in eodem enim ſunt extrema eorum quæ tangunt. XXXIIII

Cùm hucuſq; ea definĳſſet quæ per ſe per locum mouentur, quæ per ſe etiam in loco ſunt: quoniam etiā ſubſtantias oportet eſſe corporeas, & ab ea quæ eſt inter ſe continuitate abſolutas, & quę ab alio ſimiliter cōtineantur: ab eo qui craſſius & rudius locus dicitur, ad eum, qui propriè & primò dicitur, transfert orationem, vt per id deinceps oſtēdat eas, quæ de ipſo prius ſumptæ ſunt notiones. Dicimus ergo tanquam in loco eſſe in cœlo, hoc B eſt in mundo, qm̄ ab illo cōtinemur, vtpote q corporeè continere ſit loci ꝓprium. non ſumus tñ proximè in cœlo. neq; eſt propriè hic noſter locus. ſed quia eſt in aere: hic aūt eſt in cœlo. Iiſdem autem de cauſis etiam in aere: non q in vniuerſo aere, ſed propter eius extremum, & quod nos proximè cōtinet. propterea enim etiā in aere. Quòd enim non ſit totus aer noſter locus, clarū eſt. ſiquidem oportet locum eſſe ęqualem ei quod eſt in loco, & ſi non fuerit æqualis, non eſſe locum. Æquale autem eſt id quod eſt extremum eius quod nos cōtinet, quod ad nos quidem attinet, in quo primò ſumus. Nunquid ergo eſt hoc locus, vltimū eius quod continet, quod ꝓximè adhæret ei quod continetur: an etiā aliqua alia adiectione definitioni opus eſt? quam etiā adĳcit. Quod cōtinet, vel eſt cōtinens ei quod cōtinetur, vel eſt ab ipſo diuiſum. Et ſi eſt quidē continens, non tanq̄ in loco dicitur in eo quod cōtinet, ſed ſicut pars in toto: cùm aūt fuerit diuiſum: & attingit, & eſt in primo eo quod eſt vltimū eius quod cō C tinet, vt in loco. Et in hoc oſtendit differētiam & eorum quæ ſunt vt in toto, & eoꝝ quę vt in loco. queādmodum paulopoſt differentiā eorum quæ mouenť tanq̄ in loco, & eoꝝ quæ mouentur cum toto. Porrò aūt Alexander per hęc oſtēdi exiſtimat, nō eſſe per ſe in loco, ſed in toto quod eſt in loco, cōtinentes totius partes quod eſt in loco. & ſi apertè, vt mihi quidē videtur, de eius quod cōtinet diuiſione, & cōtinuitate cum eo quod in ipſo eſt, ſcribat, dicens, CVM ergo nō fuerit diuiſum quod continet, ſed cōtinens.} Et rurſus, CVM aūt fuerit diuiſum & tangens.} Mihi ergo videtur magis cōgruere, & dictioni, & ĳs quæ proponūtur, accipere, q cùm id quod cōtinet fuerit quidē continens ei quod continef, tunc tanq̄ pars in toto eſt id quod continetur in eo quod continet: Cùm autē diuiſum, tunc tanq̄ in loco eſſe in vltimo eius quod continet id quod cōtinetur. & in eo primo. Huic autem conueniunt ea quæ prius ſumpta ſunt loci pronuntiata. nempe et nihil eſſe locū eius quod eſt in loco: eſt enim ex D tra ipſum: & et eſſe æqualē. Quod qdem per hoc oſtēdit, IN eodē enim ſunt extrema eoꝝ quæ tangūt} hoc eſt fines & eius quod cōtinet, & eius quod continef. Sed ſi illud, IN EODEM quidē, dicat tanq̄ in loco: videlicet dixerit per accidens. nō ſunt enī per ſe ſupficies in loco. ſed neq; vt in eodē ſubiecto. eſt enim in ſuo ꝓprio vtraq; ſupficies. ſed neq; ex aliq alio eius quod eſt in aliquo ſignificato, ſunt in eodē ſupficies. magis autē audiendum eſt illud, IN EODEM, pro eo quod eſt ſimul. in eodē enim ea quoq; eſſe dicuntur, inter quę nihil intercedit. Videtur autē hic modus eius quod eſt in aliquo, fuiſſe prætermiſſus in enumeratione ſignificatorum eius quod eſt in aliquo. Quæ enim inter ſe applicantur & cōiunguntur, & neq; efficiūt magnitudinem, neq; habēt aliquid quod intercedit, ſunt in eodem. Vnus enim fit amborum finis concurrentiū in ĳs quę tanguntť, propterea q ad illū non habeāt vllam inter capedinem, queādmodum in ĳs quæ conti-

XXXIX

Loci eſt propriū corporeè cōtinere

Loci definitio.

Eorum quę ſunt in loco & toto drīa.

In eodē duobus modis pōt accipi.

Eſſe in aliq per cōtactum.

continuãtur perit etiam quod vnum est. continua enim sunt, quorũ actu nullus intercedit finis. Sic ergo accipit Alexander illud, IN EODEM, pro eo quod est simul, dicens esse aliquod aliud significatũ ab ijs quę sunt enumerata eius quod est in aliquo significata. Aspasius autẽ in eodem quidẽ, accipit, pro eo quod est in loco. sic quidem certè vini amphora dicitur esse in seipsa. q̃m pars est in parte. & superficies eius quod est in loco, dicitur esse in loco, cùm vna fiat superficies, propterea quòd ei desit profunditas. Sed si vna est, quomodo est in aliquo, nisi tanq̃ in corpore eius quod continet?

E

Et cùm sit quidem continens, non in illo mouetur, sed cum illo. Diuisum autẽ, in illo. & siue mouetur id quod continet, siue non, nihilo secius. Præterea autem cùm non fuerit diuisum, dicitur tanq̃ pars in toto. vtpote sicut visus in oculo. vel manus in corpore. Cùm autem fuerit diuisum, quemadmodum aqua in cado, vel vinũ in dolio. Manus enim mouetur cum corpore: aqua verò in cado.

F

XL Per hoc etiam existimo ostẽdi. oportere id quod est in loco, non esse loco cõtinens, sed absolutum. ostendit aũt ex motu qui est in loco. siquidẽ quod in loco quidem est, mouetur in loco qui eum cõtinet. Quod est aũt continens, non mouetur in eo quod ipsum continet, sed cum eo. Cùm ergo diuisum fuerit, tunc est in loco. Tunc enim mouetur in eo quod continet. siue moueatur id quod continet, sicut vas: siue non, vt qui est propriè locus. Aspasius autẽ id quod manet in loco, vel quod mouetur, vt quæ fluctuat, vel quę in orbem circunfertur, aquã accepit. Clarum est aũt non totũ vas esse locum, sed concauã cadi superficiẽ, vel dolij. Alexander aũt per hoc ẽt probari dicit, partes quæ sunt continentes, nõ esse in toto, siquidẽ quod in loco quidẽ est, in eo mouetur: quod autẽ est in toto, minimè. eiusmodi aũt pars continens, non in illo, sed cum illo mouetur. Sic aũt exponens ea quę deinceps sequuntur, ab eo loco, PRÆTEREA, vsq; ad illud, IAM ergo manifestũ est esse locũ.} dicit esse eadẽ cum ijs quæ prius dicta sũt. & duplicẽ causatur scripturam. Nam si priora quidẽ quę sunt ab eo loco, CVM ergo non fuerit diuisum } audiuit de differẽtia eorũ quæ sunt in loco ab ijs quæ sunt in toto: quę aũt deinceps sequuntur ab eo loco, CVM sit q̃dem continens, nõ in illo mouetur } de differentia eorũ quę mouentur in loco, à partibus quę mouentur cum toto: possunt hęc breuiter cum exẽplis dicere de ijsdem: prima quidem de ijs quę sunt in toto vel in loco: quę aũt deinceps sequuntur, de ijs quæ mouentur cum toto vel in loco. Quæ sunt enim cõtinentia, fuerint tanq̃ in aliquo, q̃m tanq̃ pars in toto dicuntur, quẽadmodum visus in oculo, vel manus in corpore: quæ aũt sunt diuisa, vt in loco, vel vt in vase. etiã si ambo adiecit exẽpla vasorum, nempe cadi & dolij. Fortasse autẽ vinum quidem in dolio adducit exẽplum eius quod est in loco: aquam aũt in cado, exẽplum eius quod mouetur in loco. Dum enim hauritur aqua, in cado mouetur. Quare aliq̃n quidem ea quæ in loco sunt, inter se cõparat cum ijs quæ sunt in toto: aliquãdo verò ea quæ mouentur. Hoc autem fecit, vt per vtraq; discernerentur ea quæ sunt in loco ab ijs quæ sunt in toto. Aspasius autem planè prætermisit posteriora.

Vas non est totus locus, sed concaua cadi superficies.

Partes continentes non sunt in toto.

G

Eorum quæ mouentur in loco, & eorũ quę mouentur cum toto differentia.

H

XXXV Iam ergo manifestum est ex ijs quid sit locus. Iam enim sunt fermè quatuor, ex quibus aliquod vnum esse locum necesse est. Aut enim forma, aut materia, aut aliquod interuallum, q̃d est inter extrema. aut extrema, si nõ sit aliquod spatium pręter magnitudinem eius quod inest corporis. Quòd autem tria esse ex his non contingat, clarum est.

E

Postq̃ loci notionem deduxit ad finem eius quod cõtinet, qui est ad id quod cõtinetur, ab eo absolutum: q̃m & is cõtinet id quod in ipso est, & est ęqualis, & alius pręter ipsum, quę quidẽ sunt maximè propria eorũ quæ sunt de loco pronunciata: iam dicit esse manifestum ex ijs quę dicta sunt, quid sit locus. nempe q finis eius quod continet, quatenus continet id quod cõtinetur. Quòd autem ita sit, deinceps etiam conatur probare ex diuisione. & vtitur diuisione quæ dicitur ex pluribus. quæ est huiusmodi. Aut est primum, aut secundum, aut tertium, aut quartum. Sed neq; est primum, neq; secundum, neq; tertium. Est ergo quartũ. Et dicit esse quatuor, ex q̃bus aliquod vnum necesse est esse locum. Aut enim formã eius quod est in loco. aut eius materiã, aut interuallum quod est iter extrema eius quod continet, locũ esse necesse est: quod nõnulli & priorum, vt Democritus, & posteriorũ, vt Epicurei & Stoici: nonnulli aũt etiam ex Platonis sententia id esse locum existimauerunt: Aut extrema eius quod continet. Si ergo nullum est ex tribus, vt ostendet, necesse est id quod restat esse locum. Hoc autẽ interuallum Democritus quidẽ & Epicurus ita dicunt esse inane, vt aliquando quidem impleatur corpore, aliquando verò relinquatur vacuum: Platonici aũt & Stoici dicunt esse quidẽ aliud præter corpora, semper aũt habere corpus, vt nunq̃ relinquatur vacuũ. Sed ipse quidem, vt qui nõ adieceri necessitatẽ, adiecit illud, FERME. Quoniã autẽ nisi visa fuerit nulla ex parte manca diuisio, videtur esse imbecilla probatio, conandum est inuenire necessitatem. ita enim etiam illud, Fermè, ostendetur non esse sentẽtiæ indefinitæ, sed cautionis Philosophicæ. Si id ergo quod per locum mouetur, mutatur per locum, necesse est illud esse locum, quatenus mutatur id quod per locum mouetur. Mutatur autem id quod per locum mouetur, vel in aliquo eorum quæ sunt in ipso, vel in aliquo eorum quę sunt proximè circa ipsum. sed ea quidem quę sunt in eo quod mouetur, sunt materia & forma, & pręterea nihil: quę autem sunt proximè, sunt & finis eius quod ipsum continet, & interuallum quod est inter illum finẽ. siquidem est eiusmodi, & nihil aliud præter hæc. Quare etiam pronunciauerit quispiam locum esse vnum quidpiam ex quatuor. Si ergo ostensum fuerit nullum posse esse ex tribus, neq; materiã, neq; formam, neq; interuallum: eius scilicet quod cõtinet finis fuerit locus. Quomodo autem non dixit, AVT extrema, si nullum est ex tribus,} sed, si nullum est spatium præter magnitudinem eius quod inest corporis?} An, q ex duabus alijs hęc videtur positio probabilior, eius quę dicit formam, & eius quæ dicit materiam esse locum? Vel potius q duo multis verbis prius sustulit, cùm prius ostendisset neq; materiam nec formã esse locum. Quare si sublatum fuerit interuallũ, & nihil fuerit adiectum de alijs, relinquitur extremum eius quod continet esse locum.

XLI

Definitio loci.

Locũ quidnam esse dicerent Stoici & Epicurei.

F

Platonici, quid locum dicant.

Ferme, cautionẽ ostendit Philosophicam.

G

Atqui quod cõtineat videtur esse forma. In eodem enim sunt extrema eius quod continet, & eius quod continetur. sunt ergo ambo fines, sed non eiusdẽ. sed forma quidem est rei, locus verò, corporis quod continet. Quia autẽ manente eo quod continet, sæpe mutatur id quod continetur & est diuisum, quẽadmodum aqua ex vase: quod intercedit esse videtur aliquod spatium, vt quod sit aliquid p̃ter corpus quod recedit. Non est aũt ita, sed quoduis corpus excidit eorum q̃ recedũt, & natura apta sunt vt tãgant. XXXVI

H

Dicit causas propter quas vnũquodq; ex tribus alijs existimatum est esse locus. & rursus docet cur non rectè existimatum sit, ostendens modos & differentias. Et primòm quidem de forma. Quoniam enim videtur locus id quod est in ipso corpus comprehẽdere: videtur autem XLII

Loc' & forma in quib' conueniant, & differãt.

etiam

etiam forma comprehendere id cuius est forma: videtur forma esse locus. & maximè quoniam simul esse videtur & forma quæ est finis eius quod continetur, & finis eius quod continet. Etenim etiam si ea componantur, propterea quòd nullam habeant profunditatẽ, nihil faciunt amplius. Quòd autem hæc sint diuersa, & forma eius quod est in loco, & finis eius quod continet, clarum est. siquidem illa quidem finis est eius quod est in loco, hæc verò finis eius quod continet. Si ergo alius est locus præter id quod est in loco, alia etiam fuerit forma eius quod est in loco, & alius locus. Cùm autem prius pluribus ostendisset, formam non esse locum, satis nunc habuit ostendere differentiam finium eius quod continet, & eius quod continetur. Deinceps autem rursus causam adijcit, cur interuallum, quod est inter fines eius quod continet, existimetur locus. Quia enim in loci notionem venimus, ex ea quæ fit inuicem corporum transmutatione, eo quòd alias aliter fiant in eodem loco: videtur locus esse aliquod aliud spatium præter corpus quod transmigrat inter fines eius quod continet. quemadmodum concauę superficiei dolij, vt quod exinanitur & suscipit corpora quæ vicissim transmeant, cùm sit aliquid quod potest ab eis separari. nam hoc quoq; loco inesse videtur. Deinde adiungit causam cur fallantur. & sic refellit orationem, ostendens nullum esse eiusmodi spatium. Dicit autem causam esse quòd fallantur, quòd cum aliquod corpus egrediatur, aliud omnino eius loco ingrediatur, quod habet ipsum quoq; distãtiam. & corporum distantiam seu spatium ad locum transferunt, vt qui sit ipse spatiũ. Quòd si non loco alterius ingrederetur omnino aliud corpus, sed in prioris exitu vas quod suscipit omnino concideret, vt videmus in vtribus, qui dum exinaniuntur concidunt: non existimaremus esse spatium quod intercedit. Itaq; in aere nõ similiter visione apprehendimus manere spatium mei corporis. Eo enim moto statim confunditur quæ me continet superficies, & sibi ipsi vnitur. Nunc autem quoniam aliquid aliud vicissim ingreditur quod habet distantiam, ac spatium, & potest tangere id quod continet, ei autem minimè est vnitum: videtur manere spatium. propterea enim adiecit illud, APTA sunt natura vt tangant, } sed non vt vniantur. Quæ enim vniuntur, quemadmodum aer aeri & aquę, nõ sunt vtiq; tanquam in loco, neq; tanquam in hoc vase cui sit continens. non enim manet amplius locus diuisus ab eo quod est in loco. Quòd autem semper omnino vicissim ingreditur aliquod corpus, ostendunt vasa angusta, & quæ appellantur clepsydræ, quæ aquam quę inest non effundunt, si aer non ceperit in eis locum per quem influat. Sed ponamus, inquit Galenus, aqua è dolio ablata, nullum alterum corpus influxisse: manet ergo separatum spatium, quod est intra vasis superficiem. Sed est positio aliena à ratione. id enim ponitur, quod quęritur. Quærentibus enim nobis an possit esse separatum spatium, non quòd sit probans, sed sibi fingens ac depingẽs, ponit esse spatium separatum. & in summa, qui hæc dicit, ea ponit quæ fieri nequeunt. quemadmodum enim fieri non potest vt si sit corpus nõ sit interuallum, ita fieri non potest vt si sit interuallum aut spatium, non sit corpus. interuallum enim seu spatiũ in eo est. Quocirca qui ponit quidem non esse corpus in vase, esse autem in ipso spatium, ponit in ipso non esse corpus, & esse. Ponantur autem, si videtur, eadem in corporibus quæ tangunt nõ concauis, ablato eo quod tangit, nullum corpus ea tangere. Clarum est ergo quòd qui hæc dicit, petit esse vacuũ, non tamen probat. Sic ergo etiam in concauis, quę sunt vasa. etenim eorum etiam semper aliquid tangit. non enim quia sunt figura eiusmodi, propterea mutata sunt natura. Queamadmodum ergo in eo dicimus, quòd si hoc fieri posset vt eẽt aliquod interuallum sine corpore, esset inane: sed quoniam non est, vt ostendetur, fieri non potest vt si secessent id quod interim tangit, nõ aliquod

Locus cur existimaretur interuallum quod intercedit inter fines.

Corpore egrediente aliud eius locũ subit, quod habet ipsum distantiam.

Clepsydræ aquã non effundũt, si aer nõ cepit locum per quem influat.

Separatũ nõ esse spatium quod est intra vasis superficiem, contra Galenum.

A aliud, quod pro eo venit, corpus, idem tangat: ita etiam in vase. In summa autem eius quod per se est interualli ac spatij suscipitur notio, auferentibus nobis phantasia seu visione qualitates, per quas hoc quidem est aqua, illud verò vinum, hoc autem aliquid aliud: & sumentibus æqualium corporũ interuallum, vt quod sit vnũquodq; aliud ab illis in quibus ei erat esse, idem autẽ ei esse propter æqualitatem, & absq; illis idem sumere, cùm quibus erat, hoc quidem vt vini, illud verò vt aquæ spatium. Sed quòd is quidem qui ponit, si auferatur corpus quod est intus, nullũ pro eo induci, petit in substantia esse inane: clarum est. Si quis autem dicat in vniuerso quidem esse mundo spatium, non tamen in eo esse aliquid inane, neq; fieri: sed exeũte corpore aliquod aliud omnino pro eo induci, & ea de causa nihil esse inane, & hoc spatium esse locũ: alia est hæc positio, & quæ alijs opus habet confutationibus. Videtur autem aduersus hanc positionem maximè insistere Aristoteles.

Interualli quomodo a nobis suscipiatur notio.

B Quòd si esset aliquod spatium, quod natura esset, & in eodem loco maneret: essent loca infinita. Si enim mutetur aqua & aer, idem facient partes vniuersæ in toto, quod vniuersa aqua in vase. Simul autẽ locus quoq; mutabitur. Quare erit hoc etiam vtique alius locus: & erunt simul multa loca. Non est autem alius partis locus, in quo mouetur, cùm totum vas transmutatur, sed idem. In quo enim est, vicissim mutatur aer & aqua & partes aquæ: sed nõ in quo fiunt loco. qui est pars loci, qui est locus totius cœli. XXXVII

Postquã dixit ea quę persuaserunt vt locus existimaretur spatium, & adiecisset causas deceptionis, nũc ad positionem confutandam cõuertitur, argumentum nescio quomodo obscurius proferens. Ita autem habet, cùm sit C ex cõsecutione necessarium, in secundo modo indemonstrabili, per quem est huiusmodi cõnexum. Si locus est aliqua spatij natura, quæ per se manet, & non est in corpore: tria absurda consequentur. Nam & loca erunt infinita, & locus in loco mutabitur. Quare loci erit alius locus. & erunt simul multa loca. Atqui nõ possunt hęc fieri. Non erit ergo huiusmodi spatium. Videbitur autẽ verum esse connexum, si vas esse posuerimus quod habeat aquam vel aerem. quod quidem sic transfertur de loco ad locum, vt id quod in ipso est, proprio motu moueatur, vtpote quod fluctuet, vel in orbem circũferatur. Si ergo tota aqua peruasit spatium, si mutetur, inquit, aqua & aer, idẽ eueniet vniuersis quæ sunt in toto, quod vniuersæ aquæ quæ est in vase. quemadmodum enim in mutua corporum transmutatione, cùm in quo est aqua hic fit aer, locũ animaduertimus, sicut prius dictum est: ita, dum vicissim inter se cõmigrant partes aquæ in fluctuatione, erit vnaquæq; pars in parte spatij, hoc est in loco D per se, siquidem per aquam totam processit spatium. Qui enim dicunt locum esse finem eius quod continet, totum quidem per se esse dicunt in loco, partes autem, per accidens: nempe quia eæ ab eo non proximè continentur: qui autem spatium, quod per vniuersa procedit, ij proxima & per se esse dicunt loca partium: etenim in spatio per se est vnumquodq;: quæ autem sunt in loco proximè, sunt discretæ, sicut prius dictum est, discreta autem sunt etiam loca. Si ergo discretæ sunt partes eius quod est continuum, vt patet etiã ex hoc quòd per se moueãtur: infinitæ fuerint partes & loca infinita. Pro eo aũt quod dicendum erat, non futuras partes toti cõtinentes, dixit vniuersas partes quæ sunt in toto idem facturas, quod totam aquam quæ est in vase. Tota autem aqua per se mutabatur, & per se discreta erat in loco. quocirca loci positum spatium, fuit causa vt partes per se mouerentur per locum, & essent in loco: id autem, vt discretæ

XLIII Locus non est spatium.

essent partes ac loca: hoc autem, vt etiam partes & loca essent actu infinita. Quoniam autē de loco nunc agitur, locorum infinitatē, & non partium, tanq; absurdam, intulit. Si aūt multitudine infinita sunt loca, cùm actu sint spatia: erit etiā in cyatho magnitudo infinita. Similiter aūt etiam dicendum est de partibus infinitis quæ sunt in locis infinitis. quod enim cōstat ex magnitudinibus multitudine infinitis, quantūcunq; sit, erit etiā infinitum magnitudine. Sic ergo colligit, si est spatium seu interuallū ac distantia in eodem, quēadmodum in cyatho, esse loca infinita. Consequitur autē etiam absurdum quod secundò dictum est, quod est, simul locum quoq; esse mutandum. quamobrem loci erit alius locus. Si enim transmutatum fuerit vas, quod in seipso habet spatium, erit hoc spatiū in spatio in quo fuit vas: & ita erit loci locus, quod quidem est absurdum. Porrò aūt etiam tertium, nempe loca multa simul esse futura. Nam si vas transferat, transfertur etiā spatium quod est inter eius fines, & fit in alio æquali spatio. Quare quę sunt in vasis, erunt & in spatijs quæ erant ab initio, quæ dicebantur loca: & in ijs in quæ fuere transmutata. & multa loca simul erunt in multis alijs eiusdē corporis locis. Num ergo non eadē absurda cōsequūtur, etiā eos qui dicunt locum esse extremū eius quod continet: aut nullo modo. Non enim dicitur si amphora moueatur, in alio loco aquā fieri, aut aquæ partes, est enim in eodē, & non fit in alio, perinde ac si esset spatium in spatio. Quomodo ergo si eūdem obtinet locum vinum, & vniuersum, & per partes, ex Thaso mouebit Athenas? An ne per se quidem mouetur? manet enim in amphora. sed mouetur & transmutat amphora in qua est vinum, nō idem vinum, neq; eius partes, nisi per accidens: sed cùm ea mouentur, inter se vicissim transmutantur ea quæ sunt in dolio. si esset autem locus spatium, corpora vnà cum vasis per se transmutarētur, & partes illis consimiliter diuisim spatium commutantes: & essent in alio & alio loco, non per accidens. quorum vnus quisq; locus est pars maioris, & rursus maior maioris: idq; vsq; ad locum maximū & spatium, in quo est cœlum. ponunt enim aliquod spatium, in quo totus mundus per totum processit. in cuius parte semper inest vnumquodq; corpus. etenim in hac definitione hoc quoq; inest, quòd loci partem locum faciat, quēadmodum & spatij. sed hoc quidem extrinsecùs. Illud autem vide, q vel vinum faciēt per se moueri, qui dicunt locum esse spatium, qui in hoc nihil differt ab amphora: vel oīno dicent manere immobile, quod à Thaso transit Athenas. Eis enim p accidens dicere non procedit. quoniam similiter in spatio dicunt esse amphoram, & vinum quod est in ea, & eius partes.

Si eundē locum obtinet vinū vniuersum & p partes, quō mouetur a loco in locum.

Hæc ergo dicta sint ad declarandam dictionem Aristotelis, quoad eius fieri potest. Attendendus est autem Alexander qui sic exponit illud, ET erunt simul multa loca.} Erunt enim, inquit, ea quæ sunt in vasis, si spatiū fuerit locus, & simul cum locis & spatijs quæ fuerunt ab initio, ad quæ rursus cum vase accesserunt. & si rursus translata fuerint, rursus similiter transferentur vnà cum spatijs in quibus erant. Sic autem vnicuique eorum quæ sunt in vasis fient loca infinita & infinita spatia, in vnaquaq; mutatione vasis, aliquod spatium sibi æquale, & ei quod in se est assumentis: hoc est, locum. Quomodo autem est hoc verum? fortasse enim nec spatium dicent conuenire quod est in dolio, qui spatium dicunt esse locum: sed semper fieri in alia & alia parte spatij. Sin hoc etiam quispiam concesserit, nō necesse est illud quoque transire ad quod factum est dolium. fit enim aliàs in alia parte spatij. Melius est autem, vt existimo, accipere illud, MVLTA simul erunt,} de ijs quæ transmutantur cùm multa sint, & ad quę transmutātur, vt prius dictum est. Illud autem, NON est alius partis locus in quo mouetur,} dictum est ad absurdū quod dicit, Erit loci locus, & multa loca simul. quod quidem consecutum est, quòd aliud sit spatium, quod secum aquam deduxit, aliud illud in quo fuit. Dicit ergo non esse alium, & alium locū, sed eundem. quādoquidem nec spatium est locus, sed finis eius quod continet. quod idem est. Dicit ergo, cùm totum vas transmutatur, locus partis, in quo cùm sit vnà transmutatur, non est alius præter illum in quo est, vt ij dicunt qui locum dicunt esse spatium: sed in quo est loco, hoc est in fine eius quod continet, in eo inter se vicissim cōmutantur aer & aqua, si ambo cùm sint in dolio, moueantur in ipso. Sin sola sit aqua quæ iniecta est: partes aquę inter se vicissim cōmutate mouentur. & sunt in eo loco, in quo etiā inter se vicissim cōmutantur, etiam si fuerit vas translatum: sed non in illo, in quo, vt aiunt, est loco, nempe spatio in quod mutatur, quod ex positione est pars totius spatij. Sic ergo videtur tolli quòd spatium sit locus. Operępretium est autem attendere, num infinita quidem esse loca collectum sit, ex eo quòd positum sit, ea quę proximè & per se sunt in loco, debere esse omnino definita, & tota circūscripta, sed non in toto contineri: quocirca partes per accidens dicebātur in loco, sed non per se. Huius autem, vt puto, causa est, quæ à nobis prius posita est, loci notio, quæ vult eum esse finem eius quod continet in quo non sunt partes quæ per se sunt, neq; ei appropinquāt. Adhuc autem magis dici potest, ne totum quidem sic per se esse in loco, vt omnino loco cohæreat, sed solum sit eius finis. Si quis autem spatium locum esse posuerit, quod per totas partes procedit, nihil quidem prohibet etiam partes per se esse in loco: non tamen necesse est eas esse diuisa. Sed quēadmodum partes eas esse dicimus, & si non sint diuisæ: diuisæ enim, nō sunt amplius partes: ita etiam dum continui partes in loco per se esse dicimus, non cogemur eas diuidere. vt sunt enim, ita etiam in loco sunt. sunt enim eiusmodi vt diuidi nequeant. & vel forma solùm diuisæ, vt caput, & humeri, & brachia: vel solùm potentiā, vt partes similares. Cùm sit ergo locus continuus, & ipse quoque partes habeat, continuum etiam erit corpus quod in ipso est, & in toto, & in partibus. Sed neq; locum esse in loco necesse est, neq; multa simul loca, neq; mutare locum ex eiusmodi positione. siquidem vnum est spatium, quod per omnia procedit, aliàs in alijs sui partibus aliquod aliud & aliud corpus suscipiens. Vini enim amphora, quæ est in aliquo spatio, quod procedit per corpus amphorę, & per corpus vini, cùm transmota fuerit, non simul cum illa inducitur spatium, sed trāsit ab illo in aliud. illud enim, siquidem naturā habeat separabilem, est stabile & immobile. Neq; ergo locus sic trāsibit, neq; locus in loco erit, neq; simul multa erunt eiusdem loca. Et hæc quidem sufficiant ad soluendas dictas obiectiones: alię autem rationes fortasse etiam paulopost defendent spatium.

Locum esse spatiū defendit Simplicius.

Loco non oīno cohæret totū, sed est eius finis locus.

XXXVIII Porrò autem materia quoq; videri possit esse locus, si quis quidem in eo quod quiescit, & non est separatum, sed continuum, consideret. Quemadmodum enim si alteratur, est aliquid quod nunc quidem est album, rursus verò nigrum, & nunc quidē durum, rursus verò molle: quocirca dicimus esse aliquid materiam: Ita etiam videtur esse locus eiusmodi cuiusdam visionis. illo excepto, quòd qui erat quidem aer, is nunc aqua: locus autem, quòd vbi erat aer, hic nunc aqua. sed materia quidem, sicut prius dictum est, neq; est à materia separabilis, neq; continet: locus autem vtrunq;.

XLIIII Cùm formam esse locum & spatiū sustulisset, eò deinceps se conuertit vt vtatur eadem methodo de materia. & quemadmodum in alijs, ita hic etiam primùm dicit causas, ppter quas quis existimauerit materiam esse locum: & probabiliorem quam prius nunc rationem afferens, simul etiam Platonis scopum explicat, propter

Materia quibusnā de causis videri possit eē locus.

quem

quem illic materiam vocauit locum & receptaculũ. Deinde subiungit rationes, propter quas existimat fieri non posse vt materia sit locus. Cùm autem vellet dicere q̃ sit probabile, loco cum materia intercedere similitudinem, ei rei cõuenientem sumit positionem. Tunc enim, inqt, videri possit materia esse locus, cùm in ijs quæ in loco gescunt considerauerit, sed non quæ mouentur per locum. quæ enim sunt in materia, quiescunt in ipsa, sed noo mouentur. Melius est autem, inquit Aspasius, eum repellere qui materiæ & loci inducit similitudinem, quoniam fluit materia. locus enim quiescit, & est immobilis, quandiu fuerit. Præterea autẽ materia sic possit videri locus, si ijs cootemptis quæ sunt de loco proouociata, id quod est in loco posuerimus loco continens. quandoquidẽ est materiæ quoque continens quæ in ea fit forma, sed ab ea noo est diuisa. Clarum est autem id esse contrarium ei quod de loco prius est proountiatum. In tali ergo positione dicit deinceps causam eius deductionis, quæ est ab eo qui est propriè locus, ad materiam. Est autẽ hæc modi similitudo, per quam deuenimus ad notionem materiæ & loci. Existimamus enim esse materiam, videntes aliquid esse voum & idem, quod nunc quidem durum, prius autem erat molle: & ounc quidem album, prius autem nigrum. quod dicimus ijs esse subiectum. Similiter autem & ad loci notionem propter easdẽ occasiones venimus. quia vbi prius erat aer, hic nũc est aqua. Cùm autem videretur prius paruam adijcere differentiam, per eam, omnem quæ esse videtur labefactat similitudinem, dicens, ILLO excepto, q̃ vbi erat quidem prius aer, hic nunc fit aqua} & quæ sequũtur. Si enim quæ in materia fit forma, format materiam, & facit vt ex ea nouinetur: quod autem in loco est, non format locum, neq; est eius aliquid, neq; aliquod vnum cum illo facit, neq; ex illo vocatur locus: magna scilicet materiæ fuerit à loco differentia. Est autem eis cõmune vt idem manens diuersa suscipiat. qua quidem ratione Plato quoq; vocauit materiã locum & formarum receptaculũ. Num ergo etiam substantiam, accidẽtis locum quis vocauerit? An hoc etiam non procul quidem absuerit, quod attinet ad susceptionem? Differt autem, q̃ & quæ sunt in materia, & quæ in loco sunt, sunt substantiæ in substantijs. Cùm hæc autem dixisset, infert deinceps rationes. vel potius illa quæ prius dixit, breuiter in memoriã reuocat, quæ locum discernunt à materia. hæc autem sunt. Locus separari potest ab eo quod in ipso est: Materia non est separabilis. locus continet id quod in se est: materia non continet, sed continetur ab eo quod est in ipsa. Sed quomodo dicitur materia quidem non esse separabilis, siquidẽ fiunt ac recedũt quæ in ea formę sunt, sicut corpora in loco? An primùm quidem id quod separatur, ab eo separatur quod separatur. quidquid autẽ separatur, id maneat & sustineat oportet, vt sic dicatur separari. forma autem extra materiam non remanet. quamobrem oec separatur. nec materia ergo separatur ab ipsa. Præterea etiã in eo ipso quod est esse, formam quidem in materia, corpus verò in loco: materia quidem facit aliquod vnum compositum cũ forma: vt quæ vnà cum forma quodammodo alteraṙ, & maximè ex sententia Peripateticorum, qui dicunt compositum esse ex materia & forma: & ea ratione non fuerit separabilis: locus autem vel tunc ipse est in seipso, nihil habens cõmune cum eo quod est in loco. In summa autem ne cogitanda quidem est sola forma, quæ separari potest à materia, sed ea quæ est materialis. non enim vt locus separari potest ab eo quod est in loco, ita materia separari potest à forma materiali. Non potest enim separari à re cuius est materia, quemadmodum locus est separabilis à re cuius est locus.

Loci differẽtia a materia.

Materia q̃modo dicaṙ separabilis.

Forma sola separari non põt, sed forma materialis.

XXXIX Si nihil ergo ex his tribus est locus. neq; forma, neq; materia, neq; spatiũ, quod est semper aliquid aliud à spatio rei quæ mutatur: necesse

A est locum esse id quod reliquũ est ex quatuor, nempe finem corporis quod continet. Dico autem corpus quod continetur, quod est mobile per lationem.

Postquam ostendit locum nihil esse ex ijs tribus quæ dicta sunt, colligit deinceps ordine syllogismum, & subiungit conclusionem, q̃ necesse sit locum esse id quod reliquum est ex quatuor, nempe finem corporis quod continet, quatenus coniuogitur ei quod continetur. habuerit enim etiam aliquem alium fioem id quod continet. Quemadmodũ lunaris sphęra cootinet quidem id quod est sub luna in superficie concaua, per quam ei committitur. habet autem etiam alium finem, nempe cõuexæ seu incuruæ superficiei, qui est ad sphæram Mercurij. Dico autem, inquit, corpus quod continetur, quod est mobile per lationem, seu motum localẽ, vt id sit in loco. etenim à motu per locum locus inuentus est. Necesse est ergo ẽt B cœlum, quod est mobile per lationem, seu motum localem, esse in loco. quod quidem ipse paulopost negabit. Aut ergo dicit mobile per lationem seu motũ localem, id cui à natura est ingeneratum vt aliquãdo quidem moueatur, aliquando verò quiescat: cœlum autẽ non est mobile, sed semper mouetur: Aut aliud est, inquit Alexander, locali motu ferri, aliud circũferti: illud qdem rectà, & locum loco mutans: hoc autem circulo, & in eodem loco latum, per partes mouetur. quamobrem oe totũ quidem est in loco, quoniam oe mouetur quidẽ per totum locum. Aspasius autem, non conuertitur, inquit. non enim necesse est, si quidqd in loco est, est motu locali mobile, etiã quod est motu locali mobile, esse in loco. Atqui oportebat ipsum sic paulopost dicentem audire Aristotelem. Quoduis corpus, aut per lationem seu motum localem, aut per augmentum est mobile per se alicubi. Deinde subiungit, hanc, vt videtur, dubitationẽ soluens Aristoteles, Cœlum autem, vt dictum est, non est alicu- C bi totum. neq; est in vllo loco, siquidem ipsum nullũ corpus comprehendit. Quemadmodum ergo non est alicubi totum, sic neq; mouetur per totũ seipsum. neq; enim transit de loco ad locum, sed solùm per partes per quas etiam mouetur. Quocirca adiecit etiam Aristoteles ijs quæ iam adscripta sunt, Ad quod autem mouetur, ea ratione est etiam locus partibus. alia enim cohæret alij ex partibus. Cùm autem dixisset & animam & cœlum esse in loco per accidens, subiunxit. Sunt enim in loco omnes quodammodo partes. In eo enim quod circulo mouetur, alia aliam continet. quocirca circulo solum mouetur id quod est superius. Vniuersum autem non est alicubi: videlicet quatenus est vniuersum. oeq; enim moueṙ per totum. vt autem mouetur, sic est alicubi. quatenus enim mouetur, ea ratione est etiam locus partibus. & vt alicubi, sic mouetur. In eo enim, inquit, quod circulo mouetur, aliud aliud continet. quocirca circulo solũ mouetur, cùm vtrũq; sit verũ: q̃ id quod est in loco corpus est mo- D bile per locum: & q̃ id quod est mobile per locũ, in loco est. Vt enim se habet vnum, ita etiam alterum.

XLV

Loci definitio.

Duplices rerum fines.

Cœlum non esse in loco.

Videtur autem locus esse magnum quid & ad sumendum difficile, propterea q̃ materia & forma appareant, & q̃ in eo quod cõtinet quiescenti fiat eius quod fertur trãslatio. videtur.n. contingere q̃ intercedat spatium, quod est aliquid aliud ab ijs quæ mouentur magnitudinibus. Confert autem aer quoq; aliquid, qui videtur esse incorporeus. videntur.n. non solũ vasis fines esse locus, sed id ẽt qđ intercedit, vt inane. XL

Cùm prius dixisset oportere dari talem loci definitionem, vt ea soluerentur de quibus dubitabatur, & ea loco insint quę videanṫ inesse, et difficultatis et dubitatiõum XL VI

causa

causa sit manifesta: postquam locũ definiit, protinus ex data definitione conatur ostendere causas difficultatis. Videtur enim, inquit, quid magnum & difficile esse locus, ꝙ in eius consideratione tria quæ sunt consutata appareant, materia, forma, & spatium. Si enim quæ maximè videntur esse locus, ea fieri non potest vt sint locus, locũ inuenire fuerit arduũ & difficile, atqui si nobis aliud quærentibus alia consueuerunt apparere, hoc satis est impedimenti ad eius inuentionem. Et ꝙ forma quidem videatur esse locus, sæpe dictum est, ꝙ & contineat, & ꝙ fiat vnum cum loco, applicatis duabus inter se superficiebus, nempe superficie eius quod cõtinetur, & eius quod continet. Materiam aũt formæ rursus adiecit, quoniam materia quoq; videtur esse locus formarũ, cùm aliàs aliæ in ea fiant formæ, sicut etiam in loco aliàs alia corpora. in quo enim prius erat aeris forma, in ea etiam fit aquæ. Et sæpe dictum est mutuam corporum mutationem loci notionem maximè nobis ingenerasse. Sed materia quidem & forma quonam modo videatur esse locus, sæpe dixisse satis sit. Propter quasnam autẽ causas videatur spatium, rursus in memoriam reuocat, nẽpe ꝙ & sit probabilior positio, & parum examinata. Quoniã enim mutua corporum mutatio fit in eo quod continet quiescente; quod quidem ex Alexandri sentẽtia significat, id quod est immobile, propterea ꝙ locus non moueť vnà cum eo quod in ipso est, quoniam corpus quod continetur, & est semper in loco qui continet, habeat spatium: effecit vt nõnulli in hanc adducerentur opinionem, ꝙ sit spatium aliud præter spatia quæ sunt in corporibus quæ mouentur, & mutant locũ, quod est æquale eis in magnitudine. Num autem illud, IN quiescenti} non dixit vt quod sit immobile per locum, sed vt quod idem maneat, & non mutetur. neq; enim adhuc ostensum est locum esse imobilem, neq; ad spatij notionem est adeò vtile, idem autem manere est vtile. quandoquidem auferentes differentias corporum quæ mutuò mutantur, spatium vt quod sit idem visione apprehendimus. Aut non frustra Alexander audiit illud Quiescente, vt quod sit per locum immobile, sed ꝙ etiamsi Aristoteles ostenderit transire spatium, ad absurditatẽ deducta oratione, cùm dixit, SIMVL autem locus quoq; mutabitur} attamen qui ponebant spatium quod per totum mundum procedit, dicebant ipsum immobile, vt qđ aliàs in alia sui parte aliud corpus & aliud suscipiat. Ad hoc autem quòd videatur spatiũ aliquod esse locus, videtur etiam aer conferre, qui videtur aliquibus esse incorporeus. ꝓpterea enim videtur & quod inter partes vasis intercedit, esse quædam inanis regio quæ corpora suscipit. Et non solum in finibus vasis esse videntur ea quæ iniiciuntur, sed etiam in regione quæ intercedit: & magis in ipsa, siquidem ipsa per totum peruasit, in finibus autem vasis, fines eius quod est in ipso, sunt proximè. quocirca dixit videri non solum fines vasis esse locum. Videtur autẽ causa esse visio, quæ post ablationem corporis, vacuum relinquit spatium. Quòd autem vana sit & per inane procedat, dici potest esse clarum. si enim illud etiam spatium sustulerit visio, aliud rursus relinquetur. idq; nunquam desinet. Notandum est autem, inqt Alexander, ꝙ dicit vas finem eius quod continet. Et ꝙ in dicendo quidem. nõ solùm vasis fines esse locum, non dicit vas esse finem eius quod continet, clarum est. sed si vtiq; dicat, fines vasis, Ex iis autem quæ deinceps consequũtur hoc fortasse potest colligi, siquidem vas quidem est locus, locus autem est finis eius quod continet.

Locum esse spatium, quę nam persuadere posse videantur.

Locum qui dicũt spatiũ, dicũt ipsum immobile.

XLI Est autem sicut vas locus qui transferri potest, ita locus vas quod moueri non potest.

XLVII Cùm huc vsq; loco & vase tanquam eisdem vsus sit, et loci & vasis communem dederit definitionem, est enim vtrunq; finis eius quod continet, quatenus committitur ei quod continet: non enim corpus testæ est vas, sed quæ est intrinsecus superficies, quæ cùm manet continua, habet

E instrumentum vim vasis, etsi testæ profunditati aliquid euenerit: nunc adiicit id quod est proprium loci & vasis. nempe ꝙ locus quidem est sua natura immobilis, vas autẽ potest transferri. Et si ergo locus & vas aliquando mutentur, vtrunq; tamen seruat id quod est proprium. ita vt locus quidem sit vas immobile, vas autẽ locus qui potest transferri. Meritò autem cùm locus sit finis eius quod cõtinet, dicitur immobilis. quemadmodum enim superficies per se est immobilis, et locus etiam multò magis. quomodo enim locus moueať per locum? sed & vas, dixerit quispiam, ex ea quæ est intus superficie, maximè vas dicitur, aut capacitatem quidem, quæ est illi cum loco cõmunis, ex illa habet: quòd autem sit vt instrumentũ, & quatenus est corpus, & quatenus est corpus quod transferri potest, cùm sit ipsum quoq; capax alicuius corporis. Et propterea fortasse in pronunciatis de loco, ideo non assumpsit locum esse immobilem, ꝙ tunc opus haberet vti loco, tanquam vase, propterea ꝙ ex vase sæpe F veluti manu ad locum deducamur, quamuis Theophrastus & Eudemus, vt etiam prius dictum est, imobile vt vnum ex loci pronunciatis pręceperint. Adiicit autem Alexander, ꝙ si etiam vas est locus, ea etiam quæ sunt in vase, sunt in fine corporis quod ipsum continet.

Loci & vasis differentia.

Loci immobilĩ cur non dixerit Aristoteles in ꝓnunciatis loci.

Quamobrem cùm in eo quidem quod mouetur, mouetur aliquid, & mutatur: id quod est intus, sicut nauis in fluuio, tanq̃ vase magis vtitur, quàm loco eo quod continet. Vult autem immobile esse locus. Quocirca vniuersus magis fluuius est locus, quoniam est vniuersus immobilis. Quare eius quod continet finis immobilis primus, is est locus.

XLVIII Loc° est immobilis.

Postquam loci & vasis dixit differentiam, cùm eã adhuc vellet amplius explicare, & confirmare loci immobilitatem, definit etiam ac distiguit ea quæ in ipso sunt, do-G cens quando quidem tãquam in vase esse dicimus, quando verò tanquam in loco. & dicit ꝙ cùm aliquod corpus quod moueť, in aliquo quod mouetur inest, vt vnà cum eo moueatur id in quo est, quemadmodum nauigiũ, vel lignum quod est in fluuio, quod quidem aquam non secat, sed ab aqua fluente continetur, & vnà cum ea deorsum defertur, tunc vt in illa parte aquæ quæ ipsum continet, magis est vt in vase q̃ vt in loco. Quòd autem mouetur, eo in quo est manente immobili, id est in loco. locus enim non vult moueri vnà cum eo quod in ipso est, sed manere: ne ipse quoq; loco opus habeat, dum per locum mouetur. Quod autem mouetur in eo quod mouetur, quemadmodum quæ sunt in vasis, dum illa scilicet mouentur, mouentur per accidens. Cùm itaque dixisset id quod tanquam in vase mouetur, in eodem exẽplo ostendit id quod in loco mouetur, & locum. Vt enim in hoc exemplo: vniuersus magis fluuius fuerit locus nauis, qa est vniuersus immobilis seruans eundem locum, ab eo-H dem fluens initio, & ad finem eundem perueniens. Illud autem, MAGIS, adiecit, quia non propriè vniuersus fluuius fuerit locus nauis: non enim finis eius quod continet est vniuersa aqua fluuii, neq; omnino superficies, sed corpus: sed ea ratione magis vniuersus, quoniam non simul mouetur. locus autem totus nauis, quoniam in eius parte fertur nauis. Aut ne nauis quidẽ locus est fluuius: sed fuerit quidem fluuius vniuersus in loco, vt dicit Alexander, ꝙ vnà cum ipso non moueatur finis eius quod ipsum continet: nauis autem est in vase. Et fortasse, inquit, dixerit nõ nauis vniuersum fluuium esse locum, sed eius quod in ipso est. est autem aqua, siquidem fluuium audiemus, non aquam, sed quæ aquam continet terræ superficiem. conuenientius enim de ea diceť illud, QVOCIRCA vniuersus magis fluuius est locus} ea.n. est ꝓpriè locus aquæ quæ continetur, & in ea mouetur, cùm sit immobilis. nõ tñ est nauis locus primitus. Sed est quidẽ nauis in aqua,

Fluuius ꝗd significet.

aqua, tanquam in vase: aqua verò tanquam in loco, in ripa fluuij quæ ipsam continet. quam etiam fluuium vocarit Aristoteles, & locum, nõ nauis, sed aquæ. Sin hoc ita est, diuersis modis scilicet fluuium vocauit, aliquãdo quidem aquam, aliquando autem quæ aquam continet superficiem. Còm ergo eam quæ est in loco, & eam quę est in vase, ostendisset differentiam, & ex ea subindicasset locum esse ĩmobilem, colligit deinceps integrã ex ijs quæ

Loci integra definitio.

dicta sunt definitionẽ, q scilicet locus est eius quod continet finis immobilis primus, per illud, primũ, id quod est continens, breuiter significans. quod quidem prius significauit per illud, QVATENVS cõmittit ei quod continetur.} Est enim id quod in loco dicitur, & in interiori superficie corporis quod continet, & in interna superficie eius quod continet id quod continet. Quemadmodum, si in aqua est lapis, & aqua in aere & immobili, lapis cootinetur in superficie aeris, non tamẽ in illa proximè, nec primitus: neq; per illam coniungitur ei quod cõtinetur. quocirca oeq; est illa propriè locus. Est autem cootinens quidem vasis finis ei quod cõtinetur, sed mobilis, & qui potest transferri. quocirca vas est, non autem locus, nisi immobilitatem præterea assumpserit. Hoc autem cõfirmat etiam per ea quæ deinceps sequuntur.

XLII Et ideo cœli medium, & circularis motus, quod ad nos quidem attinet, extremum, videtur esse partim quidẽ supra, partim verò infra, omnibus maxime propriè. quoniam illud quidem semper manet: circuli autem extremũ manet se habens similiter. Quare quoniam quod leue quidem est, est id quod natura sursum fertur: graue autem, quod deorsum: finis quidem qui ad mediũ continet, est infra, & ipsum medium: quod aũt ad extremũ, supra, & ipsum est extremũ. et ideo videtur esse aliquid planũ, & veluti vas, locus, & qui continet. Pręterea simul cũ re est etiam quodãmodo locus. Simul enim cum eo quod est finitum sunt etiam fines.

XLIX

Locum esse immobilem.

Quòd locus sit immobilis, probat, vel ex maximè proprijs loci differentijs. eæ autem sunt, vt prius dictum est, id quod est supra, & id quod infra. & mihi videtur talem syllogismũ colligere. Locus habet differentias, id quod est supra, & id quod infra. Quod habet differentias id qđ est supra, & id quod infra, habet differentias, medium & extremum. Quod habet differentias, medium & extremum, habet immobiles differentias. Quod habet differentias immobiles, est immobile. Locus ergo est immobilis. Et q locus quidem habeat differentias id quod est supra, & id quod infra, iam pronunciatum est. pronũciatorum enim de loco quintũ erat, q omnis locus habeat id quod est supra, & id quod infra. Quòd autem id quod est supra, & id quod est infra, est medium & extremum, ostendit ex eo q id quod est leue, quod fertur ad extremum, & id quod est circũcirca: dicatur sursum ferri. ita enim ignem qui fertur ad id quod est circũcirca, sursum ferri dicimus. et graue, quod fertur ad medium, deorsum ferri dicatur, sicut terra. Quòd autem medium & extremum sint immobilia, per hoc admonet, quoniã illud quidem semper manet: circuli autem extremum semp manet similiter. Medium enim, quod est cẽtrum vniuersi, & quæ est circa ipsum terra, semper manet & quod ad locũ attinet, & quod ad substãtiam, integra sua ipsius summa & forma, etiamsi mutetur partibus & numero. Corporis autem, quod circulari motu mouetur, ad nos vergens extremum, quod quidem est sphæræ lunaris concaua, & quæ ad nos vergit, superficies: substantia quidem, & toto, et partibus, numero semper idem manet: in loco autem etsi moueatur partibus, attamen totum quidem

Quod est supra est extremum.

Quod est infra, est medium.

Medium & extremũ sint immobilia.

Corpis qđ circulari motu moueť extremum, est concaua lunę sủpficies.

A non transit de loco ad locum, sed manet similiter, habens eam quæ est in loco immobilitatem. quod quidem maximè postulat ratio. non enim eã quæ est in substantia. Est autem attendendum, q id quod est supra, dicit cõcauam lunaris sphæræ superficiem. quare id quod est locali motu mobile, est id quod est sub luna. Quòd autẽ id quod habet immobiles proprias differentias, est ipsum quoq; immobile, clarum est. sunt enim quæ substantiam constituunt differentiæ, & partes substantiales. Simul autem etiam à maiori, clarum est. Si enim partes moueantur, nihil obstat quominus totum sit immobile, quẽadmodum in partibus quæ mouenť circulariter. Sin partes suot omnino immobiles, vt neq; moueantur per se, nec per accidens: multo magis fuerit totum immobile. Probat ergo locum esse immobilem, ex eo q nos qui dicimus loci differentias, id quod est supra, & id quod infra, illa dicamus supra & infra, quæ sunt immobilia, nẽpe medium & extremum. Sed extremum quidẽ circularis motus, quod

B ad nos attinet, fuerit locus qui est supra. quæ enim ad id quod est supra mouentur, cò vsq; mota, ab illo aut ex illo continenť: & est ille finis continentis corporis, quod mouetur circulariter, quatenus continet id quod cõtinetur. Inferius autem quidnam fuerit locus? neq; enim cẽtrum est locus: nihil enim continet: & q diuidi nequeat, & q sit omnium intimũ: neq; terra est locus: corpus enim est terra, sed non finis: sed neq; terræ finis. is enim est forma terræ, sed nõ locus. Has itaq; soluens dubitationes, subiuoxit, QVI ad medium quidem continet finis, est infra, & ipsum medium: quod autem ad extremum, supra, & ipsum extremum} In quibus dicit quinam sint loci, et is qui est supra, & is qui infra: & quænam sunt ea quę sunt in loco qui est supra, & eo qui est infra. Medium enim ipsum, quod est terra; est corpus quod est in loco inferiori. Finis autem qui continet ad mediũ, is est locus inferior, vt qui sit finis, quod ad terram attinet, corporis quod terram continet, partim quidem aquæ, partim verò aeris.

Inferius quidnã sit locus, si neq; centrum est locus, nec terræ finis.

C nonnunquam autẽ cùm ipsa terra habeat concauitatem, qui est internus finis, fit locus, & alius terræ, & aquæ, & igois, & aeris, & animalium, & plantarum. & quoniam hæc omnia complens locum qui est infra, et non terminata aliqua supficies, ideo ipse quoq; dixit indefinitè, QVI ad medium quidem continet, finis est infra, & ipsum medium.} Etenim & mediũ aliàs aliud: aliquando quidem terra: aliquando autem aliquod aliud elemẽtum aut corpus. omnino autẽ in medio, in quo est summa terræ. Est autem idem sępe etiam in plurium corporum finibus, vt sit simul in locis: vt cũ fuerit lapis in fluuio. qui habet quidem partem, quæ à terra sustentatur, partem autem quæ ab aqua cõtinetur, & partem quæ eminet super aquam, & in fine aeris continetur. Et sic quidem id quod est in loco inferiori, & locus inferior. qui autẽ est ad extremum, inquit: supra, & ipsum extremum. Hic autem, sicut in eo quod est infra, extremum quidem est id quod est supra, quod est in loco, sicut æther: Ad extremum autem, locus

Idem potest esse in pluribus locis.

D qui est supra, qui est finis eius quod continet, qui respicit ad extremum quod est in loco: quemadmodum cõcaua lunæ superficies, quæ est in æthere, qui est extremus eorum quæ sunt in loco: Medium autem quod est in loco qui est infra. In eo autẽ quod est supra, ècõtrario, id quidem quod est ad extremum (quod est in dictione) simile ei quod est ad medium: nõ locum qui est supra dixit, sed id quod est in loco qui est supra: extremum autem simile medio, non id quod est in eo qui est supra, sed id quod est supra. Alexander autem infert etiam aliam dictioni expositionẽ. per quã in vtroq; ambo de loco accipit. Quoniam enim, inquit, non solum id quod est in loco qui est infra, continetur ab eo corpore quod est ad medium, vtpote si hic fuerit aer: sed in aliqua parte, & à supficie corporis, quod est infra: id autem est terra: ostẽdens quorũnam sit finis locus qui est infra, ppterea dixit, Finis eius quod ad medium, seu ad id quod est infra, continet, quod

ipsum

ipsum quoque est infra. Similiter autem etiam supra, finis eius quod continet ad extremum, & est ipsum quoque extremum. Ait enim ipsum extremum dicere, non corpus cuius est finis, sed finem ipsius qui ad nos vergit. illud.n. est locus, qui est supra. Ad extremum autem dixerit extremum quod continet, vtpote æthera. ita enim possunt ambo de loco accipi, vt dicantur de eodem fine, qui quidem non erat in medio. Ille enim erat quidem alius finis qui pertinet ad medium: alius autē medij. Porphyrius quoque dicit esse duplex id quod infra est. Aut enim finis medij qui est locus. Aut ipsum medium, cuius locus est extremum. Similiter autē duplex quoque est id quod est supra, aut finis extremi, vtpote ætheris, qui est locus. aut ipsum extremum, quod quidem est æther. Videtur autem dicere finem medij, pro eo quod est, finem qui continet ad medium: aut finem terræ, siue eum qui est extrinsecùs, siue eum qui intrinsecùs. Quatenus enim suscipit & continet, accipit locum qui habet proportionē & conuenientiam cum extrema parte ætheris. Infra enim esse dicimus & terram, & ea quæ sunt in terra. Quoniam autem eius quoque quod continet finis est locus, & quid id quod in ipso est suscipit, propterea planities quoque videtur esse locus, hoc est superficies, vt qui habeat longitudinem & latitudinem absque profunditate. quocirca ipsum etiā vocauit planitiem, vtpote quod veteres omnem superficiē appellarent ἐπίπεδον, id est planitiem. Recentiores enim dixerunt diuersas superficies, vnam planam, & aliā sphæricam, vel conicam, seu cylindricam. Dicebant autē planam superficiem, quæ ijs quę sunt in seipsa rectis ex ęquo est posita. est autem locus, & veluti vas. capax enim esse, & loco et vasi est cōmune. Videtur autem propterea ēt illud adiecisse, ET IDEO VIDETUR ESSE ALIQUID PLANUM} propter eos qui formam dicunt esse locum, cum sit superficies corporis. Ii enim, quatenus ad finem quidem & superficiem appulerunt, ad notionem loci propè peruenerunt: quatenus autem non est finis eius quod cōtinet, sed eius quod est in loco, ea ratione aberrarunt. Quinetiam id quod deinceps sequitur, PRÆTEREA simul cum re est etiam quodāmodo locus: simul enim sunt fines} videtur ad idem tendere, excusationem aliquam ac defensionem præbens ijs, qui formam esse locum putarūt. simul enim cum re quæ est in loco est locus. quoniā simul sunt fines & eius quod est in loco, & eius quod est locus. nihil enim intercedit. quare videtur etiā vnum esse, propterea quod sint coniunctæ & commissæ superficies. Illud aūt, SIMUL, quod nō significet id quod est in ipso loco, sed quod in idem & in vnum concurrit, prius dictum est, quomodo enim fuerit locus in loco?

Duplex est supra, & duplex infra.

Locus videtur esse superficies.

Planicies vocabatur a veteribus quæuis superficies.

ἐπίπεδον, planicies, et superficies.

CAPUT V.

XLIII CVi ergo corpori est aliquod corpus extrinsecùs, quod ipsum cōtinet, id est in loco: cui autem non, non est. Quocirca etiāsi fuerit aqua eiusmodi, eius quidē partes mouebuntur. à se enim inter seinuicem continentur. Vniuersum autem & esse potest vt moueatur, & esse potest vt non: vt enim totum, locum simul nō mutat: circulo autem mouebitur. is est enim locus partium: & sursum quidem & deorsum minimè. Nonnulla autem circulo. alia verò sursum & deorsum, & quæcunque habent densitatem & raritatem.

L Postquam locum definijt, nempe quod sit eius quod cōtinet finis immobilis primus, & probauit eum esse primū et immobilem, rectè aduertit, quod ex hac data definitione, nō quoduis corpus est in loco. sed cui est aliquod corpus extrinsecùs quod ipsum cōtinet, id est in loco: cui autem non est, nequaquam. Quare neque inerrans sphæra erit in loco: non est enim aliquid extrinsecùs quod ipsam contineat, siquidem est omnium extrema: neque totus mūdus. extra eū enim nihil est. aut.n. inane, quod non esse ostendetur, aut corpus: & aut finitum, & erit etiam extra eum aliquid, si quoduis corpus est in loco, idque in infinitū: aut corpus infinitum, quod est extrinsecùs. id autē iam sublatum est. Cùm ergo vellet persuadere vniuersum, & cœlum, non esse in loco, in magis admirabili & incredibili positione nos conatur assuefacere. Et si enim positum, inquit, fuerit vniuersum esse aquam, quæ maximè opus habet vt sit in loco vel in vase, propterea quod absque eo quod ipsam contineat non possit consistere. si tamē tale fuerit vniuersum, non fuerit in loco: quādoquidem vniuersum omnino positum, non habet aliquid quod contineat extrinsecùs: cuius finis qui est ad id quod continetur, locus esse ponitur: partes tamen aquæ essent in loco, siquidem essent diuisæ. sicut nunc diuisæ vniuersi partes, & seinuicem tangentes, & quæ alia ab alia continentur, sunt in loco. Quoniam autē in loco esse dicta sunt quæ locali motu sunt mobilia, ideo ex motu locali, partes quidem esse in loco, totum autem non esse, colligit. quinetiam partes quidem moueri per locum, totum autem esse immobile ostēdit. Cùm ergo incepisset ab ijs quæ sunt in loco, transijt ad ea quæ mouētur per locum, ex his illa quoque ostendens. Dicit autem fore quidem, vt eius partes moueantur: vniuersum autem posse esse vt moueatur, & posse esse vt non, de cœlo deinceps dicens, seu de vniuerso mundo. eadem enim euentrēt, etiamsi aqua esset vniuersum. vt enim totum, simul locum non mutat. quoniam neque mouetur totum per locum. quandoquidem ne est quidem omnino in loco, cùm nec contineatur ab vllo ex corpore extrinsecùs, siquidē ipsum est vniuersum, vel extremū vniuersi. Et ideo etiam circulo mouetur cœlum, non tamen sursum vel deorsum. quoniam circulo quidem possunt moueri etiam quæ omnino à loco in locum nō transeunt. quia partibus transit per locum. Est enim talis locus, qui est in ijs quæ circulo mouentur: per quem partes seinuicem tangentes fiunt inter se loca ex finibus: conueniens eiusmodi partibus, non autem toti. nihil enim totum tangit extrinsecùs. quocirca nō potest sursum & deorsum moueri: quatenus enim totum, nō transit de loco ad locum: sed tantùm circulariter. Ex eius autem partibus, aliæ quidem circulo, quæ sunt in ipso cœlo: aliæ verò sursum & deorsum, quæ densitatem habent & raritatem. hoc est, quatuor elementa, quæ etiā inter se mutantur. At si quidquid locali motu mouetur, in loco esse dictum est, quod autem circulo mouetur, locali motu mouetur, quomodo non fuerit in loco? Nunquid, inquit Alexander, non idem est & locali motu ferri, & circumferri. Si autem quæ fit circulo est circūlatio, attamen partium est circūlatio, non autem totius. partes enim loca quoque cōmutant. Si quis autem exactè & accuratè loquatur, ne partes quidem corporis, quod fertur circulariter, sunt in loco: neque mouentur per locum, nec per se, nec per accidens. per se quidē non sunt, quia sunt continuæ, & non diuisæ: per accidens autem non sunt, quia illæ partes erāt in loco per accidens, quorū tota per se erant in loco. vniuersum autem non est in loco. quare nec eius partes continuæ, nec per se, nec per accidens. Quomodo ergo dicit, IS EST ENIM LOCUS PARTIUM?} An audiri possunt partes quę tangunt, vtpote sphærarum, quæ à se inuicem continentur, in continuis enim non conuenit id quod dicitur. eæ enim non sunt in loco. Præterea autē si partes loca fiant, altera alterius: quomodo adhuc locus immobilis, cū moueantur partes & eorum fines? Sed audiendæ sunt partes, non eius quod est extremum, corpora, quæ sunt ei continentia: sed ea quæ ab ipso continentur. cōcaua enim sphęræ inerrantis superficies, fit proximè locus sphæræ Saturni: & illius superficies, eius quę deinceps sequitur. Et certè quatenus cum inerrante quidem sphæra simul circunaguntur, in illa fuerint tanquam in vase: quatenus autem vnaquæque habet etiam proprium motum, vt quæ in ipsa

Non omne corpus est in loco.

Mundus nō est in loco, neque sphęra inerrans.

E F G H

Totum non mouetur per locum.

Quomodo cœlum nō sit in loco, etsi moueatur circulariter.

moueantur

mouentur immobili, sunt tanquam in loco. Ad hunc autem sensum, illud etiam, CIRCVLO autem mouetur, hic est enim locus partium} dictum esse dicit Alexãder. Dum enim circulo mouetur, tangit scilicet solum partes quæ continentur: si autem ita est, in ipso, tanquam in loco, sunt partes quæ ab ipso continentur. Portò aũt hæc quoq; audit Alexander in partibus vniuersi, ET sursum quidem & deorsum minimè} CIRCVLO autẽ} ET sursum & deorsum} illud quidem in sphæris errãtibus, hoc autem in ijs quæ sunt in generatione. etenim illud circulo autem, de vniuerso, vtputo, dictum est, vtpote quod illud Circulo autem, de toto cœlo dicatur conueniẽtius, quod quidem sumit vt quod sit idem quod vniuersum. Aliqui autem nõ scribunt, NONNVLLA, sed, ALIA aũt sursum & deorsum} Et si hæc sit magis conueniens scriptura, illud quoq;, is est locus partium} huic nẽpe, VT enim totum simul locum non mutat} reddendum est, vt dicat. Vniuersum seu cœlum totum quidẽ simul locum non mutat. neq; enim sursum & deorsum mouetur, sed circulo tantùm, eundem semper locum obtinens. partes autem sursum mouentur & deorsum. Obscuram autem reddidit orationem, q vniuersum pro cœlo acceperit. quomodo enim sunt cœli partes quæ sursum & deorsum mouentur? Sed fortasse propterea cœlum & vniuersum dicit pro eodem, vt vniuersi seu cœli partes habeat quæ sunt intrinsecùs, cùm ipsum non sit in loco. si autem vsq; ad centrum processerit, etiam cœlum reuera est vniuersum, & sunt eius partes aliæ. Quocirca ipse etiam fortasse sic prius dixit, Nihil autẽ est extra vniuersum. & ideo sunt in cœlo omnia. etenim cœlũ fortasse est vniuersum. quatenus enim omnia continet, & omnia peruadit, ea ratiõe in eo sunt omnia, & ipsum est vniuersum: quatenus autem sunt etiam alia præter ipsum, ea ratione fortasse dixit vniuersum. Maximè autem cœlũ fortasse vniuersum dixerit, quoniam quod est præter cœlum, est minimum in vniuerso. siquidem tota terra signi & centri habet rationem, si conferatur cum sphæra inerrantium. Quòd autẽ quæ supra ipsam sunt elementa, non sint ea multò maiora, ostendit q eius vmbra omnia peruadens ad sphæram vsq; lunarem extendatur. Quòd autem cœlum, id totum quod circulari motu fertur corpus dicat, tãquam vnum, id etiam significat quod dictum est in fine dictionis, Æther autem in cœlo: Cœlum autem non vtique in alio. Videtur autẽ expositoribus dicere, & partes eius & ipsum circulo moueri. & eius quidem partes & esse in loco, q alia sphæra contineatur ab alia, & moueatur proprijs motibus: totum autem nõ esse in loco, vt quod non contineatur ab aliquo. Clarum est autem quod propter eandem causam, inerrantem non esse in loco dixerimus. Siquis enim vrgens, dixerit eam quoq;, vt quæ Saturni sphęram attingat in concaua superficie, ea ratione esse in loco: primũ quidem erit id quod cõtinet in eo quod continetur, tanq; in loco. Deinde eadem vtens ratione quispiam, totum etiam cœlum in loco esse dixerit, nempe in conuexa ętheris superficie. etenim eam quoq; attingit in concaua sui superficie. & omnino sic quẽuis locum in cœlo esse dicemus. Sed siquis ea quæ hic dicũtur audiat, vtpote q vniuersum quidem non moueatur per locum, q non transeat de loco ad locum, sed circulo moueat: nonnullæ autem ex partibus circulo quidem moueantur, vt quæ sunt intra sphæram inerrantem: nonnullæ autẽ sursum & deorsum, vt quatuor elementa: primùm quidem cur singulæ sphæræ, & si à loco in locum non transeãt, dicuntur tamen moueri per locum, etiamsi vniuersum circulo quidem dicatur moueri, non autem per locum? Pręterea ei quod dictũ est, nempe Is est enim locus partiũ,} vim afferet, idq; detorquebit. Sed melius est, vt dictum est, vniuersum quidem, seu totum cœlũ, circulo quidem moueri, non autem per locum. quoniam locum loco non mutat: partes autẽ quæ sunt sub luna, & sursum & deorsum. qui est enim per transitum, is est locus partium.

Vniuersum pro cœlo & cœlũ p vniuerso sumit.

Sphæra inerrans sit nõ in loco

A Quemadmodum autem dictum est, alia qui XLIIII
dem sunt in loco, potentia: alia verò actu. Quã
obrem cùm continuum quidem fuerit id quod
est similarium partium, partes sunt in loco po
tentia: cùm autem separatæ quidem fuerint,
sed se tetigerint, vt cumulus, actu. Et alia qui- XLV
dem per se: quemadmodum, quoduis corpus,
vel locali motu vel augmento mobile, per se est
alicubi: cœlum autem, vt dictum est, non est ali
cubi totum, neq; est in aliquo loco: siquidẽ nul
lum ipsum corpus continet: quatenus autẽ mo
uetur, ea ratione est etiam locus partibus: alia
enim cohæret alij ex partibus: Alia autem per
accidẽs, quemadmodum anima & cœlum. par
tes enim sunt omnes quodãmodo in loco. et-
B enim in circulo aliud aliud continet. Quocirca
circulo quidẽ mouetur solùm quod est supra:
Vniuersum autem non est alicubi. quod est.n.
alicubi, est & ipsum aliquid, & pręterea oportet
esse aliquid aliud præter id in quo continet. prę
ter vniuersum autem & totũ nihil est extra vni
uersum. Et ideo sunt in cœlo omnia. cœlum XLVI
enim fortasse vniuersum. Est autem locus, non
cœlum, sed cœli aliquid extremum, & qui mo-
bile corpus tangit, finis quiescens. & propterea
terra quidem est in aqua. ea autem est in aere.
hic verò in ęthere. æther autem in cœlo. cœlum
verò non est vtique in alio.

Cùm instituisset ostendere totum cœlũ & vniuersum mundum nõ esse in cœlo, diuidit omnes modos per quos aliquid dicitur esse in loco: etenim alia quidẽ sunt potentia: alia verò actu. Quæ sunt enim continua, & nondum partes, potentia dicunt̃ esse in loco, vt quando diuisa fuerint in loco, actu futura. Quod autẽ est separabile, & iam est diuisum, cùm ab aliquo contentum fuerit, actu est in loco. Rursus autem alia quidem per se sunt in loco, quæcunq; apta sunt natura vt per locum moueantur, vel per lationẽ, hoc est per motum qui recta fit, per quem fit ẽt totius transitus qui fit à loco in locum. est enim aliud latio, & aliud circunlatio. An quæcunq; mouentur per augmentum & diminutionem, ea etiã in loco esse dicimus, sicut etiam ea quæ per locum mouẽtur? etsi enim totum locum non mutent, aliquem tamen locum adsumunt & dimittũt. quocirca ea quoq; per se sunt in loco. Cùm autem dixisset tria loci significata, id quod est potentia, id quod actu, & id quod per se, ostendit cœlum, vt dictum est, nõ esse alicubi, neq; in aliquo loco, s. nullo scilicet eorum modorum qui in loco dicti sunt. neq; enim vt potentia, neq; vt actu, nisi sit aliquid extrinsecùs quod tangit, vel tangere poterit, etiamsi positum fuerit diuisum. Vniuersum autẽ non potest potentia cogitari, quoniam nec pars. Sed neq; per se est in loco, quoniam neq; locum assumit, aut dimittit. Neq; enim omnino est per locum mobile, vt quod neq; locali motu, neq; augmento aut diminutione moueatur. Ipse autem subiunxit cõmunem causam cur per nullũ ex tribus modis, in loco sit totum cœlum, q nullum corpus id contineat. Cùm autem dixisset id non esse omnino in loco, quoniam nec totũ per cœlum mouetur, subiunxit, QVATENVS autem mouetur, ea ratione est etiam locus partibus} mouetur.n. nec sursum, nec deorsum, sed circulo. quocirca non est qdem ipsum in loco, vt quod non transeat per locum: sit autem locus partibus. Quæ enim sunt intrinsecùs semper sphęræ, continentur ab ijs quæ sunt extrinsecùs. & mouentur

XLIIII

Tria sunt loci significata.

Quæ augentur & diminuuntur per se sunt in loco.

Cœlum non esse in loco in nullo loci significato.

Locus est vniuersi partib9, & si nõ vniuerso.

in loco

in loco illarum, loca mutantes suis ipsarum partibus. in quo etiam differunt ab inerrante seu à toto cœlo aut vniuerso, q̄ eæ locum non mutant ne partibus quidem continuis. inerrantis enim sphæræ partes continuæ, siqdem ea est extrema, neq; locum mutant, quoniam neq; est in loco: neq; continetur ab aliquo extrinsecùs. Maximus autem nouo quodam eoq; eleganti modo exposuit illud, QVATENVS autem mouetur, ea ratione est etiam locus partibus.} Mouetur enim, inquit, vt ostendit, in secundo de cœlo, id quod errat, ad sinistram. in eo ergo sunt ēt partes tanquam in loco. dextera enim & sinistra sunt loci differentiæ. Cùm autem hæc dixisset de tribus modis eius quod est in loco, subiūxit etiam quartum. ALIA aūt per accidens sunt in loco, quemadmodum aīa & cœlū} Et anima quidem quomodo per accidens in loco sit, clarum est. Cœlum aūt, cuius causa omnia dicta sunt, quomodo est in loco per accidens? An q̄ eius partes sunt in loco quodammodo? Illud autem, QVODAMMODO, adiecit, inquiunt, propter sphæram inerrantem, quoniam illa nō est in loco. Atqui si fuisset adiectū propter illam, non adiecisset illud, OMNIA. Si enim totius cœli seu vniuersi pars est sphæra inerrans, non est autem ipsa in loco, non fuerint omnia in loco. nisi forte illud dixerit, quodāmodo omnia, non loco, sed ei quod est, omnia, quodammodo, adijciens, quoniam nō omnia omnino, sed omnia propemodum. siquidem omnia præter vnum. Themistius autem illud quodammodo, ita accepit vt dictū est; quoniam extrema sphæra, per id quidem quod est intrinsecùs in loco fuerit. attingit enim sphęrā Saturni, & quodammodo cōtinetur: per id autem quod est extrinsecùs, est omnis loci expers. Clarum est autem, q̄ qui sic accipit, vbiq; etiam dicit locum in loco, quoniam per eā quæ est intrinsecùs superficiem, tangit id quod est in loco, & locus erit id quod est in loco. Num autem, vt prius dixi, non est in loco per accidens, neq; vniuersum, nec cœlum inerrans. Si enim id est in loco per accidens, quod est vel pars vel accidēs eius quod per se in loco est: videlicet neque per accidens fuerit in loco. Sed videt id quod est per aliud, sumere tanquam per accidens. Quod enim est in loco per partes, est per aliud. cōe enim est & ei quod est per accidens, et ei qd est per partes, id quod est per aliud. Quoniā ergo totum est in partibus, etiamsi non vt pars, neq; vt accidens, partes autem sunt in loco per eam quæ fit ad partes relationem, in quibus est totum & vniuersum: etiam cœlum fuerit in loco per accidens. Num autē neq; inerrantis, neq; vllius sphæræ partes in loco sunt. Etsi enim inter se cohæreant, non tamen sunt diuisę. si ergo partes non sunt in loco per se, neq; totum fuerit in loco per partes. Et Alexander quidem ait cœlum nūc dici, non sphęram inerrātium, nec diuinum solum corpus, sed mundum vniuersum. quoniam eius quidem partes, præter inerrantem, in loco sunt: inerrantis autem partes non vtiq;. siquidem illud, IN circulo enim aliud aliud continet} in partibus vniuersi audire necesse est. vtpote q̄ terra quidem contineatur in aqua, aqua verò in aere, & is in æthere, & is in cœlo, vt ipse dicit. Num autem, vt ipse etiam aduertit Alexander, etiam inerranti quæ dicuntur conuenerint? inerrantis enim partium circulariter alia alia cōtinet. vnaquęq; enim ex eius partibus, continetur ab aliquibus alijs partibus, his quidem in circulo præcedentibus, illis verò sequentibus. quocirca circulo solum mouet id quod est huiusmodi. & nec sursum, nec deorsum. Quatenus autem mouetur, vt dixit antea, ea ēt ratione est locus partibus, nō ipse locus, sed alio aliud circulo continente. quocirca non per lationem, sed per circumlationem est motus. Num autem illud, IN circulo aliud aliud continet} vt cōiter, & quod vniuerso conueniat, & inerrāti, & vnicuiq; sphęræ cœlesti: posuit. Quòd autem non sit per se cœlum in loco, nunc ostendit apertius, eius nomine mutato in vniuersum. Quod enim in loco est, & ipsum est, inquit, & præterea extra ipsum id

Maximi elegās loci partium in vniuerso expositio.

Cœlū quō sit in loco p accidens.

Nullius sphæræ partes esse in loco.

E quod ipsum continet, vt prius dictum est: extra vniuersum autem nihil est. Si enim esset aliqd extra ipsum, non id vtiq; vniuersum, sed id quod est cū eo quod extra est. Quinetiam, vt prius dictum est, si neq; corpus est infinitum, vt ostensum est, neq; inane, vt ostendetur, erit id qd est extra, corpus finitum. idq; vel nusquam. & sic fieri poterit vt sit aliquod corpus quod non sit in loco: vel alicubi. & sic in infinitum. quod nō potest fieri, & propter indefinitum, & q̄ rursus futurum sit corpus infinitum. illud enim COELVM enim fortasse vniuersum} videt dici pro eo quod est mundus. cùm enim vniuersum ostendisset non esse in loco, meritò adiunxit, mūdum esse vniuersum. Illud autem, FORTASSE, adijcitur, inquiunt, vel q̄ inane nondum non esse dictum sit, quod aliqui dicunt continere vniuersum: vel q̄ nondum ostensum sit vnum esse mundum: vel q̄ sunt etiam quędam per se formæ incorporeæ: vel, ppter quæ philosopho conuenit cautionem. Num autem cum vniuersum mundum nō esse F in loco ostendisset, & vellet ne cœlum quidem esse in loco propter easdē causas, NON est enim aliquid extra cœlum} subiūxit. COELVM enim fortasse vniuersum} adijciens illud, fortasse, quod contineat quidem, & nihil sit extra ipsum, & quod sit minimū quid præter ipsum, idq; intrinsecùs, & quod continetur: non tamen absolutè vniuersum, sed quia sunt in ipso omnia, fortasse vniuersum. Aduertendum est autem q̄ cœlum nunc non dicit mundum. non enim dixisset, ET ideo in cœlo omnia, tanq̄ in loco} Non enim vt in loco sunt omnia in mundo, sed vt in toto. Quòd autē vt in loco, in eo quod est propriè cœlum, corpus scilicet quod circulari motu circumagit, omnia esse dixerit, significauit dicens. EST autem locus non totum cœlum, sed cœli aliquid extremum} & quod tangit ea quæ rectà mouentur. Dixit autem corpus mobile. hoc est, quod per se est absolutum, et mouetur motu locali. Dixit autem extremum, lunaris sphærę cōcauitatem, omnes cœlos tanquam vnum accipiens. Hoc autē etiam G per id quod deinceps consequitur significat dicens, Terra quidem in aqua, & quæ sequuntur. Porrò autem hic etiam Alexander dicit notandum esse, q̄ hucusque cœli nomine vsus pro vniuerso mundo, vult nunc cœlum dicere extremam sphęram inerrantium. Atqui cùm dixit, IN cœlo omnia} non dixit de mundo, vt ostendit deinceps dicens, EST autem locus, non cœlum, sed cœli aliqd extremum} Atqui in his Aspasius nō videtur dicere de sphæra inerrātium, vt dicit Alexander: sed quoduis corpus diuinum cœlum vocat, vt ostendit q̄ & eius extremum, & id quod mobile corpus tangit, locum dixerit: Mobilia, enim dicit, quæ natura apta sunt, vt rectà moueantur: & hoc, nempe, ÆTHER autem in cœlo} Non est enim æther in inerrante, sed proximè in concauitate sphæræ lunaris. Cùm autē cœlum sumpsisset tanquam vnum, meritò dixit, COELVM autem non vtiq; in alio} "Alexander autem, dixit, inquit, ætherem, sphæras errantium. & ignem, inquit, prætermiserit, & cum aere posue- H rit. Atqui non quinti corporis hoc quidem ætherem, illud verò cœlum vocasset. etenim quando ignem prætermisit, aerē in cœlo prius dixit. Quia autem dicimus esse in cœlo tāquam in loco, quoniam in aere, is autem in cœlo, cœlum scilicet vel dixit totum mūdum, vel quidquid circulari motu circūagitur. Magnam autem ijs quę erāt proposita obscuritatem attulit, q̄ aliquando quidē vniuersum, aliquando autem cœlum nominet. Num autem de vtrisq; verba facit, totum cœlum tanquam vnum assumens, et propter eandem causam: dico autem, propterea q̄ non contineatur ab aliquo: similiter & vniuersum & cœlum in loco non esse dicens. Eudemus autem vniuersum oē nominat quidem: in cœlo autem quærit de toto, ipse quoq;, vt existimo, sic scribens. Postquam dixit locum esse finem eius quod continet, quatenus cōtinet, & est imobile intulit. Quod enim mouetur, accedit ad vasis similitudinē. & ideo loca ad cœlū referimus. id enim

Cœlum varie accipitur apud Aristotelem.

non

non mutat alium locum: ſed ſi mutat, mutat per partes. in eodem enim eſt circũuectio. Ipſum autem, vtrum eſt in cœlo, an non. aut quomodo vtrũq;. Totum enim non eſt in loco, niſi ſit aliquid extrinſecùs. ſic enim continere tur. Hoc autem conſiderabimus. Aſtra autem, & quæcunq; ſunt intra corpus extremũ, ſunt in fine illius, quatenus continet. Quæ autem ſic ſunt in aliquo, ſunt in loco. in quo autem ſunt partes, totũ eſſe dicimus. Sic ergo fuerint in loco. Eſt autẽ etiam alius alicubi. eſt enim totum in partibus. Eſt autẽ multis modis illud, alicubi. In quibus eſt etiam quomodo per accidens totum cœlum in loco eſſe dixit. Sed operæpretium eſt attendere quiſnam motus ſit circularis motus. Clarum eſt enim eum neque eſſe per ſubſtantiam, neq; per quantitatem, neq; per qualitatem. Reſtat ergo vt ſi ſit motus, is ſit per locum. Sin mouetur per locum, etiam omnino in loco eſt, vt ſæpe oſtenſum eſt. Alexander autem apertè dicit hunc non eſſe motum localem, quoniã non mutat locum. quiſnam ſit autem nõ dicit. & ſi Ariſtoteles in opere de cœlo, motum qui ſit per locum, quem ipſe vocat lationẽ, diuidat in circularem, rectum, & mixtum, cùm dicit. Quidquid enim fertur, aut circulo fert, aut rectà, aut mixtim. Porrò autem in octauo huius operis, circularem circũuectionem apertè dicit motum localem.

Circularis mot⁹ ſint ne motus localis.

XLVII Ex his autẽ manifeſtum eſt ſolui omnes poſſe dubitationes, ſi ſic dicatur locus. neq; enim neceſſe eſt ſimul augeri locum, neq; puncti eſſe locum. neq; duo corpora eſſe in eodẽ loco. neque eſſe aliquod ſpatium corporeum. corpus enim eſt quod eſt inter locum quodcũq; id ſit, ſed non ſpatium corporis. Et eſt locus, & alicubi, ſed nõ vt in loco, verũ vt finis in finito. Non enim quidq́d eſt, in loco eſt, ſed corpus mobile.

XLV Cùm prius dixiſſet ſic optimè oſtendi vnumquodq;, ſi ex data definitione & quæ rei ineſſe videntur infuerint, & cauſæ difficultatis manifeſtæ fuerint, & præterea dubitationes quoq; ſolutæ fuerint, & oſtendiſſet quomodo in data loci definitione, quæ dicit eum eſſe eius quod continet finem primum immobilem, inerunt quæ ei ineſſe videnť: et oſtendiſſet cauſam difficultatis: nunc deinceps quomodo aduerſus locũ adductæ difficultates diſſoluantur, oſtendit. Erat autem hæc vna ex difficultatibus. Si quoduis corpus in loco eſt, & corpus ī quouis loco, oportebit locum etiam augeri cum ijs quę augentur, ſi. n. non ita ſit: corpus quod additur non erit vtiq; in loco. Dicendum eſt ergo, q̃ cedente corpore quod continet, vel per obſiſtentiã, cùm quod deinceps ſequitur occupat locum eius quod alibi minutum eſt: vel per rarefactionẽ & condenſationẽ: fines etiam cedunt, vt quæ augentur ſint in maiori loco, cũ locus tamen non per ſe augeatur. nullus enim finis per ſe augetur. Sed neq; corpus cuius eſt finis augetur. Contrà autem nonnunquam etiã conſtipatum contrahitur. Sed neq; erit puncti locus. non enim neceſſe eſt, ſi ſit locus corporis, etiam fines eius eſſe in loco. nõ ſunt enim ſeparati, neq; continẽtur, cuiuſmodi eſſe oportet ea quæ ſunt in loco. In ſumma autem, ſi non ſunt partes continuæ in loco, quia non ſunt ſeparatæ à toto: fines multo magis in loco non fuerint. Num autem nec puncti eſſe differẽtiam, nec loci puncti, eſt abſurdum. Si hoc enim eſt abſurdum, ne fieri quidem poteſt vt corpora ſe tangant inuicem. ſi punctus enim puncto nõ applicatur, nec linea lineæ, neq; ſuperficies ſuperficiei. Tertiò autem ſolui dicit illud dubium, quod primum dictum eſt, q̃ nõ ſit res incorporea. habet enim tria ſpatia ſeu dimenſiones, longitudinem, latitudinem, & profunditatẽ, quibus quoduis corpus terminatur. nec fieri poteſt vt corpus ſit locus. Simul enim fuerint duo corpora. Soluiť ergo hoc quoque ex loci definitione. Finis enim eius quod

Loci difficultates oēs tolluntur per datã ab Ariſtotele definitionem.

A continet non habet tres dimenſiones, neque eſt corpus. Per eandem autem oſtenditur locum non eſſe ſpatium corporeum. eſt enim ſpatium ſeu interuallum corporeũ, quod tres habet dimenſiones. quare eum quidem qui dicit, quod tres habet dimẽſiones, id eſſe locum, fortaſſe ſequetur duo corpora eſſe in loco: eum autem qui dicit finem corporis, hoc non vtiq; ſequetur. Soluitur autem ex definitione Zenonis quoq; dubitatio, quam ẽt prius ſoluit. Zeno enim dicebat, Si quidquid eſt, eſt alicubi, ẽt locus in loco erit. Sin locus eſt finis eius quod continet; erit quidem locus quoq; in aliquo, eo ſcilicet alicubi, ſignificante id quod eſt in aliquo. Erit autem non tanquã in loco, ſed tanquã finis in corpore cuius eſt locus. Quare non fuerit etiam locus in loco neceſſariò, ſiquidem in loco quidem eſt corpus quod eſt mobile motu locali: finis autem eius quod continet, nõ eſt per ſe mobilis motu locali. neque enim eſt diuiſus.

XLVIII Et iure quidem fertur vnũquodq; in ſuum

B ipſius locum. Quod enim deinceps ſequitur, & tangit non vi, eſt cognatum. Et ſi ſimul quidem congenita fuerint, ſunt impatibilia. Sed ſi tangant, à ſe inuicẽ patiuntur, & in ſe inuicẽ agũt. Atq; natura quidem manet vniuerſum in loco proprio, vnumquodq; non citra rationem. Etenim hæc pars, in toto loco, eſt vt pars quæ diuidi poteſt, ſi conferatur cum toto. quemadmodum qñ quis aquæ mouerit partem aliquã, vel aeris. Ita autem ſe habet aer quoq; ad aquam. XLIX eſt enim tanquam materia: illa autem, forma, aqua quidem materia aeris: aer autẽ veluti quędam illius operatio. aqua enim eſt aer potẽtia: aer verò eſt aqua potẽtia alio modo. De his au-

C tem poſtea definiẽdum eſt. ſed propter occaſionem neceſſe eſt dicere. quod autem nũc obſcurè dictum eſt, tunc erit apertius. Si ergo idem ſit materia et actus, ambo enim ſunt aqua. ſed illud quidem potentia, hoc verò actu: ſe habuerit quidem vt pars ad totum. Quocirca ijs eſt etiã contactus: congeneratio autem ſeu coagmentatio, quando ambo actu vnum fuerint. Ac de loco quidem, & q̃ ſit, & quidnam ſit dictum eſt.

XLVI Hoc non habet ſolutionem dubitationis. ſed pronunciatorum de loco poſitum fuit vltimum, natura ferri & manere in proprijs locis vnumquodq; corpus. Oſtendit ergo hoc etiam ſequi in loci definitionem: ſimul etiã, vt exiſtimo, ſoluens quãdam quæ infertur obiectionem. quocirca hoc etiam conuenerit ſolutionibus dubitationum. Quomodo enim dixerit quiſpiam, terræ locus fuerit fi-

D nis aquæ, vel aquæ, finis aeris, & ſic deinceps conſiderando in vnoquoq;? ſiquidem oportet locum eſſe cognatum & ſimilem ei quod eſt in loco: vnde etiam dicitur ei eſſe proprius: aqua autem terræ, & aer aquæ eſt diſſimilis, diuerſus, & contrarius, vt etiam inter ſe mutẽtur? Dicit ergo q̃ quæ deinceps inter ſeinuicem conſequunť, & ſe inuicem non per vim tangunt, ea ſunt cognata, & inter ſe neceſſitudine coniuncta. Igni quidem cognatus eſt aer: commune enim aduerſus eum ſignum ac ſymbolum habet caliditatẽ: quocirca facilis eſt etiam ex aere in ignem mutatio: aeri autem aqua. cõmune eſt enim eis quoq; humiditas. Similiter etiam aquæ terra. in frigiditate enim eis quoq; eſt cognatio. non itidem autem intercedit terræ cognatio cum aere, vel aquæ cum igne. Porrò autem ignis quoq;, etiam ſi in generatione & mutatione quod eſt habeat, tamen vt in ijs quæ ſunt eiuſmodi, maximam habet coniunctionem cum ſphæra lunæ, & cum ea eius

parte

Ad locũ proprium fertur vnũquodq; natura, & manet in eodem.

Cognata corpora quę dicantur.

parte quæ est propinqua generatiooi. ignis enim est et lucidus, & immaterialis, & qui habet formæ rationem aduersus alia elementa. Cùm ergo ad cognatum corpus feratur vnumquodq;, fertur ad locum proprium. Pulchrè autem oon solùm dixit quæ deinceps sequuotur, sed ēt quæ tangunt. Sunt enim deinceps ac per seriem, ea inter quæ oihil intercedit, quod sit eiusdem generis, vt ipse docebit. quēadmodum domus dicunt̄ esse inter se deinceps positæ & per seriē: si nō fuerit inter eas alia domus. Quæ aūt sic sunt deinceps posita & per seriē: neq; se inuicē tangūt, neq; est alterum in altero tanq̄ in loco. Opus ergo ēt habent, vt tangāt: vt sint in loco. Quinetiam illud, NON VI, necessariò adijcitur. possunt enim quædā se inuicem tangere, non s̄m oaturam, sed vi. eaq; neq; esse cognata, neq; se inuicem tāgere s̄m naturam. Si ergo cognata corpora, quæ naturalem habent inter se ordinem, desiderāt inter se esse posita per seriem, & seinuicem tangere, non per vim: meritò ea etiamsi auulsa fueriot, festinant ad ea, tanquam ad propria & sibi necessitudine coniuncta, & manent in eis, tanquam in proprijs. Quooiam autē partee & inter se habent cognationem, & cum toto, non tamen sunt inter se tanquam in loco, vel in toto loco, dicit huius causam. Quæ enim sunt simul congeoita ac coagmentata, & inter se cootioētia, ea meritò minimè patiuotur alterum ab altero. Oportet enim aliud quidem esse quod agit, & aliud quod patitur. Quæ sunt autem continentia, & congenita ac coagmentata vnū sunt. Quæ autem sunt noo impatibilia, sed agentia & patiētia, ea noo sunt continentia, neq; sic cognata, sed vt quæ tangunt. in quibus aliud quidem est quod agit, aliud autem quod patitur. Inter se autem propinquaot etiam quæ sunt cognata, sed non sic vt partes ex ijsdem elementis, sed hoc quidem habentia cōmune, illud verò diuersum. quocirca ea etiam inter se inuicem mutantur. hæc ergo sunt ea etiam quæ suot in loco. corpora enim quæ sunt inter se alterum propter alterum posita, & se tangunt, agunt & patiūtur, ea s̄m naturam & mouētur. & fertur imperfectiue ad id quod est perfectiue, vt dicet. Postquā autem dixit causam cur iure ad proprium locum feratur id quod est cognatum corporis, cuius finis est locus ad id quod est in loco: etiam q̄ iure maneat in proprio loco eādem dicit esse causam. Quemadmodū enim quod abest ab eo quod est cognatum, id desiderans mouetur ad ipsum, ita ēt quod illic fuerit, manere desiderat. est enim propemodū pars illius, à quo cōtinetur s̄m naturam. illud autem PROPEMODVM, quoniā non est pars continua, sed diuisa. Quēadmodum ergo partibus est s̄m naturam ferri ad tota, & manere in eis, ita etiam ijs quæ sunt cognata, secundū naturam est & ferri & manere, vt quæ sunt in proprio loco diuisa. ea enim ratione sunt in toto. Quemadmodum .n. eæ quæ sunt propriè partes, vtpote pars aquæ vel aeris, in toto seruant eam quæ est cum ipso coniunctiooem, & dum mouentur, & maneot. ita etiam quæ sunt alio modo cognata, cōseruant coniunctionē, ac necessitudinem. quemadmodum aqua cum aere. Partem autē posuit quę mouetur, vt ijs quæ sunt in loco ipsam magis assimilet. videtur enim quodammodo esse pars aqua ab aere diuisa. non est autem omnino pars. nempe pars est materia, ex qua fit id quod fit, eo quod est compositum, characterem suscipiente ex forma. fit enim aer ex aqua tanquam ex materia, vt ex ære statua, vel potius vt animal ex semine. non enim aqua remanente fit aer. At quomodo cùm dixit, ITA autem se habet etiam aer ad aquam, tanquam materia enim: illa autem forma, aqua quidem materia aeris, aer verò quidam illius actus} aquam tamen dicit partē aeris? non est enim materia pars formæ, sed ambo compositi. Num propterea q̄ compositum, ex forma maximè substantiam et characterem accipit? aut vt ipse dixit, q̄ aqua sit aer potentia? quemadmodum enim semen videtur esse pars animalis quod ex ipso fit: ita etiā aqua est quodammodo pars aeris qui fit ex ipsa, cùm sit aer potentia.

E

Deinceps esse positū qd sit.

F

Partes cur nō sint in loco vel in toto loco.

G

In loco proprio cur maneat vnumquodq;, causa.

H

Aqua quō pars aeris dicta est ab Aristotele.

Sed cuilibet in promptu est aduertere, q̄ etiā fit aqua ex aere, & aer est aqua potentia, & aer est aquæ materia: quare etiam pars, Sed alio, inquit, modo est aer aqua potentia, & alio aqua potentia est aer. Et accuratam quidem de his definitionē differt in opus de generatione & interitu. Videtur autem materialioris quidem & crassioris corporis, quæ fit in id quod est subtilius mutatio, similis esse generationi: quę est autem subtilioris in id q̄d est crassius, interitui. Hoc autem ideo fit, q̄ quæ sunt subtiliora ex elementis videntur habere formæ rationem, si conferantur cum crassioribus. Itaq; aquæ quidem virtutem dicimus leuitatem, aeris autē vitium crassitudinem. Cuilibet autem imperfectio quidem est ex materia, perfectio verò ex forma. & quod perfectum quidem est, fuerit vt pars in toto quod est cum perfectione: quod autem interijt, pars minimè fuerit. Meritò ergo aqua quidē tendit ad finem aeris: aer autem nō ad finem aquę, sed ignis.

Mutatio ex crassiori in subtilius, est similis generationi.

Mutatio ex subtiliori in crassius, est similis interitui.

Postquam ergo dixit quod potentia quidem aqua est aer: & quod aqua quidem habet proportionem et conuenientiam cum materia, aer autem cum forma: deinceps ratiocinatur, q̄ vbi idem fuerit potentia & actu: & quod est quidem potentia, habet proportionem & conuenientiam cum forma, quod autem actu est, cùm materia, id quod actu est fit pars eius quod est potentia. Quoniā ergo aqua actu quidem est aqua, aer autem potētia, & mutatur in aerem, & quodāmodo in eo est: se habuerit quodammodo vt pars ad totum. Quamuis autem idipsum possit etiam dici in aere, quoniam ipse quoq; cùm sit potentia aqua, mutatur in aquam: si tamē hæc mutatio magis est similis interitui, magis propriè in eo quod assimilatum est generationi dicetur pars & totum. Quanā autem de causa hæc assumpta sint, subiunxit dicens, QVOCIRCA ijs est etiam contactus} etenim propter cognationem contactus est in eis minimè violētus. & quę sunt magis materialia tanquam in loco continentur à magis formalibus. id autē quando vtrunq; manet actu id quod est, potentia verò alterum. Qn̄ autem actu ambo vnum facta fuerint, hoc autem euenit altero mutato in alterū; vtpote si aqua facta fuerit aer, vel aer aqua: tunc non se tangunt amplius inuicem: neq; vt in loco est alterum in altero. sed congeneratur ac coalescit, & redditur continēs, & totum ac pars efficitur. Quoniam autem cognationem & cōmunes qualitates, non violenti & s̄m naturam contactus causas esse diximus, & q̄ tanquam in loco sit in fine corporis quod continet: meritò, vtputo, aduerti potest q̄ ea sola ratione oportebat aquam esse locū terræ, sed non aerem. Deinde si tendit tāquam ad cognata, cur nō in aere, vel in media aqua manet gleba quę est in eo quod est cognatum, & ipsum tangit? Num ad primum quidem dici potest, q̄ aer qui est propter terram, cùm sit turbidus, propè accedit ad aquę naturam, & ideo etiam cum terra habet cognationem. Ad secundum autem q̄ etiam aqua non habet cognationem cum quolibet aere, sed cum parte, quæ est ei proxima: & terra similiter cū extrema & terrestri parte aeris & aquæ. & ideo neq; aqua manet in medio aeris: neq; gleba in medio aeris vel aquæ. At si omnia bonum & suam vtilitatem secundum naturam expetunt: quomodo ad id contendit quod ipsum mutat & alterat, et aptum est natura vt ei afferat interitum? quæ enim inter se citra medium appropinquant, ea inter se mutantur. Num ergo non solùm aptum est natura ad hoc vt alteretur ab eo quod propè situm est, et in ipsum mutetur, sed etiam vt illud alteret, et in seipsum mutet? suum ergo incrementū desiderat. Verum est aūt dicere, q̄ ne id quidem quod appropinquat, persequtur vnumquodq;, sed suam ipsius summā, & eam appetit vt quod in ea conseruatur. & ea ratione etiā fertur ad locum totius, quicunq; is sit. Operæpretium est autem animaduertere, Aristotelem prætermisisse nō solùm, duas dubitationes ex ijs quæ de loco sunt propositæ, nempe tertiam & quartam. quarum vna quidem dicebat,

Magis materialia continentur à magis formalibus.

Cur aqua nō maneat in medio aeris, aut gleba in medio aquę.

Aer terræ propinquus accedit ad naturā aquæ.

Vniuersū suā seu summam oīa appetunt.

cebat, Quidnam enim locum esse posuerimus? neque enim fieri potest vt sit elementum, neque ex elementis. & quæ sequuntur. Et ad primum quidem dicēdum est, quod etiam de quauis superficie eadem possunt dubitari. neque enim est incorporeum elementum, quia habet distantiam ac dimensinnem: neq; corporeum, qunniam non habet triplicem dimensionem. Sed neq; ex elementis, propter easdem causas. neque enim corpus est quod non triplicem habet dimensionem: neque est incorporeum quod aliquā. Aut ergo quæuis etiam tollenda est superficies, quoniam vt ad superficiem hæc ad locum accesserunt: aut ne ad locum quidem. Sin sit etiam quędam eiusmodi natura, quæ distantias quidem ac dimensiones habeat, sed non tres vt sit etiam corpus: quid obstat quominus ea sit elementum, seu pars corporis, et ex eo ex elementis quod habet dimensionem, nempe superficie seu longitudine, & latitudine? Si enim incorporeum significaret negationem eius, quod habet dimensinnem: absurdum esset, atque adeò fieri non posset, vt superficies neque esset corpus, nec incorporeum. Quoniam autē quod vnicam, & quod triplicem habet dimēsionem, est incorporeum: fieri potest vt sit aliquid quod neque sit corpus, neque omni ex parte careat dimensione. Ad dubitationem autem quæ oritur ex causis dicendum est, quòd si corpora naturaliter desiderant & ferri ad propria loca, & manere in eis: finalis causa fuerit locus, vt qui contineat, ac perficiat, & perfectionem vnicuiq; aquirat. sunt enim imperfecta quæ sunt in locis alienis á summa propria. quocirca eorum etiam mntus, qui rectà tendunt ad propria loca, sunt imperfectorum, vt ipse etiam fassus est Aristoteles in libro de generatione & interitu. nullum enim ex simplicibus, cùm sit perfectum, rectà mnuetur. sed vel manet, vel circulo mouetur. Sic ergo se habet, quæ ab Aristntele data est lnci definitio, quæ multas reprehendendi ansas & rationis ab eo exigēdæ præbuit posteris. Volo ergo exponere quæ aduersus ipsum siūt obiectiones, et fallacis ratiocinationis de loco causam ostendere. Et ne sic quidem finē habere mihi videtur oratin. nam post Aristotelem fuerunt etiam aliæ de loco sententiæ. quarum examinatinnem, si ante ipsum fuissent, ipse nnbis tradidisset. Quamobrem illi gratum fuerit, si illa inquiratur: & ea posinn, quę interuallum seu spatium statuit esse locum, quæ ab ipso quidem breuiter fuit examinata, eius autem posterorum viris placuit clarissimis: æquum esse existimo vt amplius & diligentius consideretur. Si autē ad explicandas de loco sententias ipse quoque possim aliquid conferre, audaciā, vt existimo, meam nō reijciet Aristoteles, qui ipse præbuit principia. Quocirca si videbor progredi extra commentarij limites, id quæstionis difficultatij, & quòd eas sit multiplex, qui in eam incidunt ascribant. Sciendum est autem quòd ex ijs qui de loco aliquid scripserunt, alij quidem locum esse corpus, alij verò incorporeum posuerunt. corpus qdem, vt Proclus qui fuit ex Lycia Philosophus. Ex ijs autem, qui dicūt incorporeum, alij quidem eum dicunt nullam habere distantiam seu dimensinnem: alij verò dicunt habere aliquam. Et eorum qui dicunt penitus nullam habere dimensionem, alij quidem subiectum corporibus, vt Plato, qui dicit materiam esse locum: alij verò corporum perfectorem, vt noster Damascius. Eorum autem qui dicunt habere dimensionem, alij quidem duas habere dimensiones, vt Aristoteles, & tota secta Peripateticorum. Et eorum alij quidem omnino indifferens, & aliquando etiam manens sine corpore, vt Democritus & Epicurus: alij autem quod sit semper spatio præditum & corporatum, & aptum ad vnumquodq;, vt viri insignes ex Platonicis, & Strato Lāpsacenus. Sed quoniam ad manum habemus Aristotelem, illorum memoriā primùm consideremus. Primùm itaq; ea sunt attendenda, quibus istitit Aristoteles, neq; cœlū moueri per locum, & neq; esse ipsum, neq; vniuersum in loco. Quinetiam

Superficies non est corporea nec incorporea.

Elementum nec est corpus nec incorporeum.

Locus est causa finalis, vt qui contineat ac perficiat.

De loco opinionū elegās explicatio.

Aristotelis de loco examinatur opinio.

A non solùm inerrantem sphęram dicit esse per locum immobilem, & non esse in loco, vt dicunt interpretes sic absurditatem contrahere existimantes: sed totum cœlum: quare ipsum tanq; vnum considerauit. Quòd.n. & moueri per locum, & esse in loco ea sola putet quæ rectá moueātur, multis quis probauerit. Ne autem multa dicam, sufficiet duo aut tria eius dicta adducere. Est autem locus non cœlum, sed cœli aliquid extremum, & quod tangit corpus mnbile. & ideo terra quidem in aqua. ea verò in aere. aer autem in æthere. æther verò in cœlo. cœlū autem non vtiq; in alio. Reijciendus enim est Alexāder, qui dicit hic quidem ignem fuisse prætermissum, ætherem autem appellari id quod errat. Quinetiam antea. Dico autem, inquit, corpus quod continetur, quod est latione, id est motu locali, mobile. Quod continet autem dicit id quod est in loco. Si ergo quod cōtinetur corpus latione mobile, id est in locn: quod latione mouetur, vel aliud est ab eo quod circumfertur, & significat eū motum
B qui rectà fit, vt etiam latentur interpretes: & in loco fuerint quæ sunt rectà mobilia. quibus etiam conuenit mobilitas. propterea q; non semper mouentur, vt quæ circulari motu circumaguntur, sed habent id quod est potentia. vel siquis ex ijs quæ sunt in vltimo libro huius npis, & ex ijs quæ sunt in opere de cœlo, lationem eò deducit vt idem sit quod motus per locum, vt etiam ferri dicat ea quæ circulari mntu circūaguntur, certè & inerrantem sphæram & totum cœlū in loco esse fatebitur. quod quidem apertè negat Aristoteles, propterea quòd nihil habeat extrinsecùs quod continet. Sed vbinam lationem quidē distinguit á motu circulari, prius dictū est: in quibus autem vt cōmune genus motus per locū eam sumit, hæc sunt. Cùm enim tres sint motus, & qui est per magnitudinem, & qui per affectionē, & qui per locū, quem vocamus lationem. Et diuidit deinceps lationē dicens. Quidquid enim fertur, mouetur, vel rectà, vel circulo, vel mixtim. Quare ex his etiam fit illud apertè manife-
C stum, quòd etiam ex eius sententia, circularis motus, est motus per locum: quæ autem per locum mnuentur, sunt etiam in loco. quare ex his & vniuersum cœlum, & sphęra inerrās in loco est. Quomodo ergo in his quæ dicit de loco, & sphęram inerrantem, & totum cœlum, & omnia quæ per inerrantem terminantur, ac circūscribuntur, dicit nō esse in loco? Harum autem causam cōmunem adiecit, dicens. Cui ergo corpori est aliqd extrinsecùs quod ipsum continet, id est in locn: cui autem non est, nequaquam. idq; meritò, siquidē locus est finis eius quod continet. Quinetiam Alexander his magis cedens, nō vsurpauit ea quæ prius dicta sunt, cùm diceret circularē motum non esse localem, propterea quòd non totum transmitteret. Hæc ergo apertè scribit. Etenim si est ei motus, non est is quidem certè localis. non enim mutat locum, eo quòd non contineatur. Sed quòd id quidem, quod circulari motu circumagitur, feratur, clarum est: & quòd id quod fertur, moueatur. Sed si est quidem per lo-
D cum, vt dicebat prædicta dictin: videlicet est etiam in loco. quod enim per locum mnuetur: & in lnco est: & esse apud ipsos in confessn est. siquidem ex motu qui fit per locum, locus maximè inuentus est. Sin dicunt non moueri per locum: dicant quænam species motus vel mutationis est circularis ambitus. neque enim per substantiam, neque per quantitatem, neque per qualitatem. Apertissimè autem Aristoteles circularem motum dicit esse per locum, in libro de cœlo, dicens, Omnis autem motus per locum, quem dicimus lationem, aut est rectus, aut circularis, aut ex his mixtus. Neq; verò minus aptè æternis corporibus localem motum tribuit dicēs. Æternis.n. solum contingit mnueri motu qui est per locum. Et alibi causam adijciens. A substātia enim inquit, minimè recedit, quod mouetur motu qui est per latinnē. Per eum enim solùm nihil mutatur quod ad id quod est attinet, quemadmodum eius qdem quod alteraē, qualitas: eius

Cœlum & sphæra inerrans num sit in loco.

Circularis motus sit ne latio, seu motus per locum.

In loco, si vera Aristotelica loci definitio.

dicit etiam per locum moueri: siquidem quod est mobile corpus, est in loco, & per lationem mobile, hoc est rectà, vtpote quod qui est circularis ne sit qdem motus per locum: ea scilicet sola quæ rectà ingrediũtur, dicit & per se solùm per locũ moueri, & esse in loco, qm̄ ea sola mutant locum. Tales aũt sunt partes corũ quæ sunt sub luna, quę auulsę sunt à propria sũma. Ipsæ quidem certæ sũmæ, vel manent, vel circulo mouentur. nisi quis vtiq; eas augeri vel minui mente agitauerit. tunc.n. apprehendentes locum & dimittentes, videntur moueri per lationem. Si ergo neq; ex cœlestibus est aliqd in loco: & ex ijs quæ sunt sub luna, neq; partes, qm̄ sunt continentes, neq; tota, qm̄ non transeunt: fm naturam nihil fuerit in loco, nisi fortè plantæ, & singularia animantia. Eam quidem definitionem puto ex his fuisse collectam.

Plantas & singularia animantia solũ esse in loco, si vera sit definitio Aristotelis.

Qm̄ autem ẽt ex diuisione quæ ab ipso fit quadrifariã, hoc ipsum videtur colligere. Aut.n. materia, inqt, aut forma est locus. aut finis eius quod cõtinet, aut spatiũ quod est intra fines. Atqui nullum est ex alijs tribus. finis est ergo eius qd continet. cõsentaneum qdem est hoc ẽt secutum esse, continẽdi notionem. per quã ne videbitur quidem aliqd intercedere, ijs qui cõtinendi rationẽ posuerunt solùm tanq; circũtectionem. Fortasse autem ẽt definitionem corporis. quæ dicit corpus triplicem habere dimensionẽ, & quod triplicem habet dimensionẽ esse corpus. An autẽ sit perfecta, & ei nihil desit, an nõ, paulopost vbi agitur de spatio est cõuenientius considerare: Tantũ autem nunc sciendum est, q; ei qui posuerit qdquid habet triplicem dimensionem esse corpus, & nullũ corpus per corpus procedere: rejiciendũ est illi spatium, quod intercedit iter fines eius quod cõtinet. Quòd autẽ quadruplex hęc diuisio nõ sit eiusmodi, vt ei nihil desit, sciemus cũ scrutabimur alias quę sunt pręter has de loco positiones. Hoc autẽ in præsentia dixerim, multa ẽt esse alia, quæ eã habent inter se relationẽ ac habitudinem quę est in aliquo. quę nec sunt materia, nec forma, neq; quod intercedit spatium. & tñ non sunt finis eius quod cõtinet. neq;.n. totũ in quo sunt partes: neq; partes in quibus est totum: neq; genus: neq; aliqd aliud, pręter ea quę sunt vt vasa. & ea oĩno quę suapte natura apta sunt vt circũtegant. videtur autem neq; ipse sumere tanq; diuisionem, sed vt enumerationem earum quæ sunt de loco opinionũ, quæ in aliquã venerunt notionẽ. Si ergo non sumpta est per viã diuisionis, est argumẽtum probabile, & non demõstratiuum. Quæ aũt aduersus id quod intercedit spatium dictę sunt contradictiones, habent aliqd necessarium, id quoq; statim sciemus in his quę dicentur de spatio. Nunc aũt cùm aduersus dictã de loco positionẽ, & aduersus alias quæ dicendę sunt, hoc tantũ dixerim, ad alias cõuertar rationes, q; scilicet dũ ad singulos loci vsus respicimus, alij ad alium, & quod de eo dicitur ad eũ dirigimus, oẽs in multa absurda necessariò incidimus.

Absurdorũ quæ in loco qrendo oriũtur quænam sit causa.

Quanam.n. de causa totũ quidem eget loco, partes verò in loco nõ sunt? Si.n. corpora indigent, quatenus sunt corpora: nõ vtiq; totum qdem corpus, partes verò incorporeę. Sin quatenus tota loco indigentur nõ & cœlum est in loco, & totus mundus? Sed videt Aristoteles dicere ea sola corpora loco egere, quæ per se tota transeunt, & locum apprehendunt quem non prius habebant. quẽadmodum ẽt dicit egere tẽpore non ea quæ sunt æterna, sed quę cõsistunt in parte temporis, qm̄ ne sit quidẽ totum tẽpus nisi per partem. Si ergo ad hoc solũ videtur vtilis esse locus, nẽpe ad transitiones, ijs quæ neq; in eodẽ possunt stare nec moueri: meritò ea sola in loco esse dixerit. Vide autem qũo non ad totã eius quod quæritur naturã excurrerit oratio, sed ad id qd est nobis propinquũ & cognitum. Atqui ea ẽt quæ possunt in eodẽ manere vel moueri, sicut cœlum, qũo esse dicuntur in eodẽ? Nunquid tanq; in seipso? Sed nullũ, inqt, est corpus in seipso, q; aliud est id quod, & aliud id in quo. Quõuis autem nõ dicatur cœlum moueri, qm̄ non transit à loco ad locum, manet tñ in eodem, & dicit minimẽ

E posse transire, nõ per substantiã, sed vt qui eundẽ locum obtineat. Sic ergo q; non fuerit loci vsus prius perfectè positus, id est causa obiectionum. Sed qũo diuinus quidem Aristoteles, etiamsi non oĩa comprehẽdit loci significata, ppterea q; primitus de ipso quæsierit, at illud quidem certè ad quod se contulit rectè inuenerit, ostẽdetur postea.

Procli de loco opinio.

Post hanc autẽ positionem illã si videtur ppõnamus, quã Proclus è Lycia philosophus, qui fuit magister nostrorũ pręceptorum nouo modo præclarè excogitatam tradidit. qui ex oĩbus quos scimus solus locũ corpus esse voluit. Is ergo cũ Aristoteles de loco sumpsisset pronunciata, & quæ quadrupliciter facta est admisisset de loco diuisionem, necesse est, inquit, ipsum esse vel materiã vel formam, vel finẽ corporis quod cõtinet, vel spatiũ æquale ei quod est in loco, quod intercedit inter fines eius quod continet. si.n. neq; sit aliqd ex ijs quæ sunt in ipso, neq; ex ijs quæ sunt circa ipsum: nõ poterit mutari per locũ, cùm nihil aut ex ijs quæ sunt in ipso, aut ex ijs F quæ sunt circa ipsum, patiaĩ mutationem. Cũ ergo ostendisset neq; esse materiã, neq; formã per eadem argumẽta cũ Aristotele, & sustulisset non esse finẽ eius quod continet ex absurdis quæ sequuntur eã definitionem: collegit id quod intercedit spatiũ esse locum. & ita cõnectit suæ sniæ probationem. Qm̄ autem eã apertè & breuiter exposuit, melius fortasse fuerit verba eius audire quę sic habent. Restat ergo vt si locus nec sit forma eius quod est in loco, nec materia, nec finis eius quod cõtinet: illud spatium quod intelligiĩ inter fines eius quod cõtinet, sit primus vniuscuiusq; locus: vniuersi autẽ mundi vniuersum mundanũ spatium sit aliud preter ipsum spatiũ. Hoc ergo aut nihil est, aut est aliqd. Et si quidem nihil est, localis motus erit ex eo quod nihil est ad nihil, cùm sit oĩs motus per aliquid corũ quę sunt: & loca quæ sunt fm naturam nihil erũt. atqui qdquid est fm naturam, necesse est id sit aliquid ex ijs quę sunt. Sin est aliquid, oĩno est incor G poreum vel corporeũ. sed si est incorporeum, est absurdũ. oportet.n. locum esse æqualẽ ei, quod est in loco: corpus autẽ & incorporeum qũo fuerint ęqualia? æqualitas enim est & in quãtis, & in quãtis quæ sunt eiusdem generis, quẽadmodum lineis ad lineas, & superficiebus ad superficies, & corporibus ad corpora. Est ergo corpus, si est spatium, locus. Si aũt est corpus, vel moueĩ, vel est immobile. Sed si qũocũq; mouetur, necesse est ẽt ipsum per locũ moueri. quare locus rursus opus habebit loco. hoc autẽ fieri nõ potest, vt videĩ Theophrasto, atq; adeò ipsi etiã Aristoteli. Dicit itaq; vas qdem esse locũ mobilem; locũ verò vas ĩmobile, vtpote q; sit locus fm naturã immobilis. Sin locus est ĩmobilis, vel diuidi non põt à corporibus quæ in ipsum incidunt, vt corpus procedat per corpus. vel diuidi põt, vt aer & aqua, ab ijs quæ sunt in ipsis. Sed si diuidi qdem potest, cũ totum scinditur, partes mouebunĩ ad vtranq; partẽ eius quod scindit. & primùm qdem mobilis erit locus, siqdem ẽt partes eius mo H uentur: ostensum est autem esse ĩmobilem. Deinde dum scinduntĩ partes, rursus quęremus quò processit id quod scidit. inuenietur.n. rursus aliud spatiũ inter partes eius quod scissum est, quod suscepit id quod scidit. in quod id quod processit, in loco esse diciĩ. idq; in infinitum. Est ergo locus corpus qd non põt diuidi. Si autẽ non põt diuidi, vel est materię expers, vel materiale. Sed si est materiale, nõ est eiusmodi, vt non possit diuidi. quęcũq; enim corpora materialia, in ipsa procedentibus alijs corporibus materialibus, diuisionem ab ipsis sustinent. quemadmodum qñ in aquam incidit nostrũ corpus: sola aũt ea quę sunt materiæ expertia, à natura insitũ, habẽt vt à nullo diuidanĩ. idq; necessariò. quoduis.n. corpus exps materię, est impatibile. est.n. diuisio, corporũ affectio, quæ perdit vnionẽ. nam ẽt continui, quatenus continuũ, nullam aliã inueneris affectionem quã diuisionẽ, quæ delet continuitatẽ. Est ergo locus, vt colligamus ea quę ostẽsa sunt, corpus ĩmobile, in quod nõ cadit diuisio, exps materiæ.

Loci definitio, ex Theophrasto.

terię. Si aũt ita est, clarum est eũ esse & corporibus oĩbus magis ĩmaterialẽ: & ijs quę mouent, & ijs quę in eis quæ mouentur sunt ĩmaterialia. Quare si quod ex illis est simplicissimum, lux est, est.n. alijs elementis ignis magis incorporeus, ipso aũt igne lux: clarũ est ꝙ quod est in corporibus purissimum, nẽpe lux, locus fuerit. Duas ergo, inquit, sphæras cũ nostris animis cogitemus, vnam quidem lucis vnius, alteram aũt ex multis corporibus, ęquales magnitudine. sed vnã quidem simul cum centro firmam ac stabilẽ colloca, alteram aũt cõm in eã inieceris: & totũ mundũ videbis esse in loco, & moueri in luce immobili, & eũ, quod ad seipsum quidẽ totum attinet, esse immobilẽ, vt locum imitetur: moueri aũt per partem, vt in eo sit loco inferior. Hæc cũ dixit, dicta sua cõfirmat ex Platone, vt qui lucẽ illam, quæ est in republica, Iridi similẽ, locum esse dicat. et ex oraculis quę data sunt Chaldæis, ea quę de fontana anima dicta sunt adducens.

Lux est locus.

Chaldæorũ oracula.
Fõtana aĩa.

Lucem omnino, ignẽq; animans, atq; ęthera, mũdos. Hanc enim esse lucẽ quæ est supra empyreũ, quæ est vnitas ante trinitatẽ, & empyrei, & ætherei, & materialis. hanc aũt esse dicit, quæ æternas primũ Deorum suscepit conditiones, & per se spectanda spectacula ijs qui digni sunt in seipsa ostẽdit. in ea.n. ea quæ ex primi oequeũt ex primi dicit, vt vult oraculum. & ideo eum ẽt fortasse qui latine dicitur locus, græcè τόπον appellatũ esse dixerit, vt qui sit typus totius mundani corporis, & facit vt spatium ac dimensionem habeant quæ nullã habent dimensionem. Post hæc autẽ apud se dubitat, quõ corpus per corpus procedet, & vtrũ sit inanimus, an aĩæ particeps.

Locus græce cur τόπος vocetur.

Sed fieri non potest, inquit, vt sit inanimus, & ꝙ sit præstantior ijs quæ sunt in ipso aĩata: & ꝙ oracula dicant ipsum primũ ante alia fuisse animatum. Sin est animatus: quõ est immobilis. Et primum quidẽ dissoluit ex impatibilitate corporum ĩmaterialium. Corpus.n. inquit, ĩmateriale, nec fulcit, nec fulcitur. quod enim fulcitur, est ei à natura ingeneratum vt patiatur ab ijs quæ fulciunt. Sed neq; diuiditur cum sit impatibile. quare nec potest absurdum illud inferri, quòd procedet totũ per id quod est minimum: Si.n. non fuerit aptum natura vt diuidatur, nec diuidetur quidem in æqualia ei quod est minimũ. Si autem hoc non est, ne totum quidem per illud processerit. Secundum aũt soluit, dicens ipsum animari ab ipsa fontana anima, vt qui diuinam vitã habeat, & stet per substantialem per se mobilitatem, non autẽ per id quod actu est. Si enim ẽt in anima duplex ponimus id qđ est per se mobile, vnum quidem, inquit, ex essentia, alterũ verò quod actu est: et illud quidem dicimus ĩmobile, hoc verò quod mouetur: quid obstat quominus dicamus locum esse tali vita præditum, & viuere per substantiã quæ transmitti non potest, mundũ autem esse actu per se mobilẽ? Si autem velis ẽt contemplari motum loci qui actu est, videbis eum esse præditũ facultate mouendi corpora quę mouentur, illis per spatia & interualla loci partes reuoluentibus, vtpote ꝙ neq; illa possint esse in quouis loco, neq; locus adesse oĩbus in vnaquaq; sui parte. & ea ratione est

Locus corpus aĩatum.

D medietas ad animam, quæ mouetur circa spatiũ? etenim videtur quidem vita, quatenus vita, dare motum: quod aũt fuit primò vitæ particeps, cũ sit locus, dato motu qui est in suis partibus, eum qui est per locũ propriè motum ostendere: efficiẽs vt vnaquęq; pars eius quod mouetur, sit in ipso toto. sed cũ non possit propter naturalem spatij proprietatẽ præter partem esse in toto: quidqđ enim aliquid esse desiderat, cùm propter naturæ defectum ab eo quod est esse exciderit, desiderat id fieri quod esse nõ potuit propter imbecillitatem. Etenim oportebat, inquit, incorporeæ & quæ trãsire minimè potest vitæ: cuiusmodi est fontanæ aĩmæ: & eius quæ transire potest, & corporeæ: esse mediã, quę transire quidem non potest, est tamen corporea. Videntur autem mihi, inquit, etiã centra vniuersi mundi, tanquã vnius, in eo fixa esse. si enim dicunt oracula cẽtra mundi materialis fixa esse in eo qui

Locus vitæ particeps ante vitam.

Locus medius inter vitam incorpoream & corpoream.

In loco defixa sunt centra vniuersi.

A est super ipsum æthere: per proportionem, ac conuenientiam ascendentes, supremi ex mundis dicemus centra in hac luce esse collocata. Num aũt, inquit, hæc prima lux est imago profundi paterni, & ideo est supermundana, quoniã ille quoq; est supermundanus? Hæc & quę sunt eiusmodi dicit Proclus de loco. Nos aũt aliquantisper consideremus ipsam eius demonstrationem, ex qua collegit locum esse tale corpus. Et primùm quidem aduersus eam quæ quadrupliciter facta est diuisionem insistentes, ea quæ nuper dicta sunt reuocemus in memoriam. in quibus, vt putabam, ostendi nõ esse diuisionem, sed enumerationem opinionum de loco. Siquidem in loco definiendo possunt etiam dari alij modi. Si ergo non sumptum est per diuisionẽ, videlicet non est verum dicere, si neq; est materia, neq; forma, neque finis eius quod continet, restat vt sit spatium æquale ei quod est in loco. mitto enim dicere ꝙ in alio sensu nunc sumptum sit spatium q̃ ab Aristotele. ille enim definitè spatium posuit incorpo-

Lux quæ est loc⁹, imago profundi paterni.

B reum: vt ostendit cùm dicit, sed etiam id quod intercedit vt quod sit inane: Procli autem oratio indefinitè, vt ẽt id subdiuiserit in corpus & incorporeum. Sed & si quis hęc prætermiserit, quomodo quod deinceps sequitur verum est, quòd non sit incorporeum locale quod intercedit spatiũ? Si enim, inquit, locus ponitur æqualis corpori quod est in loco, corpus autem et incorporeũ non fuerint ęqualia, quoniam æqualitas est in quantis, et quantis quę sunt eiusdem generis: nequaq̃ incorporeum fuerit locale spatium. Sed si hoc æquale esse dicimus quod eadẽ metitur mensura, mensuræ autem fiunt ex spatijs & distantijs, & non ex implementis corporum: quõ non est verum dicere, id quod triplicem habet distantiam ac dimẽsionem ei esse æquale cuius est triplex distantia ac dimẽsio? etenim in hoc quidem certè est eiusdẽ generis. itaq; superficies, neq; eiusdem generis, neq; æqualis fuerit corpori, ꝑpter defectũ vnius spatij ac distantiæ quæ differt specie. quod autem habet longitudinem, latitudinem, & profunditatem,

Locum non esse corpus contra Proclum.

C quõ non fuerit eo ipso eiusdem generis cũ eo quod habet easdem dimensiones? Sed si ne esse quidem omnino per se tale spatium esse diceret, sicut Aristoteles: hoc ipsum oportebat ostendere, vel tanq̃ ostensum sumere: Si autem cõcedens ipsum esse locum, non dicit esse, quoniam non exęquetur corpori quod est in loco: miror quõ rectè dictum sit. nisi fortè hoc tale spatium excogitauit, quale qui ipsum ponunt inane. Sed et nec triplex inest dimensio, neq; distantia, vt aliqua natura & forma: sed vt absentia solùm & priuatio: ipse autem tanquam incorpoream cõfert naturam. si enim non ita esset, facile esset remittere ad rationes quæ inane perimunt. Quomodo autem ipsum etiam ostendit corpus expers materiæ? Si est enim, inquit, materiale: & diuisionem suscipit, & est patibile. Quid igiť cœlum an non in cõfesso est esse materiale, & tanq̃ materiale & ab ipso & à Platone & ab oraculis est traditũ? atqui est & impatibile, & in ipsum non cadit diuisio: Quid ergo obstat, q̃d ad hoc quidẽ attinet,

Locum non esse corpus expers materię.

Cœlum esse materiale traditũ est à Platone & oraculis.

D quominus sit ẽt locus materiale quidẽ corpus, sed q̃d neque possit diuidi, & sit impatibile, vt qui habeat aliquid quod sit ꝓstantius alijs corporibus, sicut ẽt ipse de eo censet? nisi forte vocat materiale id qđ est sub luna, quod ẽ & verè est patibile. & id negat de loco. sed nihil vetabat, quominus, vt dixi, diceret eũ esse materialẽ, vt cœlũ. Si autẽ ita est: quõ erit pręstãtior firmamẽtis materię expertibus, quorũ ipse quoq; est locus? Etsi.n. illa quoq; quodãmodo esse materialia, ipse dicit in epistola ad Aristoclem, non vt ea quæ sunt subter lunam, quę mutantur in cõi materia: neq; vt cœlestia quoq; constant ex quatuor elementis quæ differunt, & ideo cõi subiecto indigent: sed ꝙ ipsa quoq; dum mouentur per locum, habent id quod est potentia, quoniam non sit vbiq; totũ. primum enim est arduum ac periculosum oraculis cõtradicere, quæ dicunt hunc esse solum mundum materialẽ: Deinde fuerit etiã aliquid in loco materia alio significato: nõ quatenus

Firmamenta quodãmodo ĩmaterialia, vt vult Proclus.

Oraculis cõtradicere periculosum dixit Siplici⁹.

mouetur, sed quatenus disiunctus interuallis alias alibi habet partes inter se differentes. quanq; quid hæc dico, qñ ipse immateriale, quod patibile materiale superat, de loco prædicauit. cuiusmodi, vt dixi, fuerit ẽt cœleste. Postremo aũt, si eum oportet omnium corporũ ponere maximè imaterialem, est aũt alijs elementis ignis magis incorporeus, ipso aũt igne lux: lux scilicet fuerit locus. Atqui si ignis species est lux, vt i Timæo didicimus, species aũt non fuerit genere præstantior: nõ, quo ad hoc qdem attinet, fuerit lux igne pręstantior. Ad rationem ergo quæ demõstrat hæc paucis dixerim. Ad alia autẽ argumenta, ad id quidẽ quod ducitur ex ea luce, quæ dicit in republica Platonis esse similis Iridi: quòd totũ ęnigmaticẽ dictum sit: & posset indicari lucidum aĩæ vehiculũ, vt exposuit Porphyrius: possit ẽt aliquid aliud. Si aũt oracula dicunt fontanam aĩam, lucem oĩno atq; ignem animare & æthera mundos. ꝙ alia quidẽ sit lux præter empyream & æthereã & materialem, rectè probauit ex diuisionibus: & ꝙ sit oĩbus superior. hoc.n. posita ostendit enumeratio. Num aũt ea est vnitas trinitatis mundorũ, quam ipse ẽt confitetur? Vnitas autem est non vt locus triũ, sed vt vnus mundus ante tres. oportet.n. esse etiam vnum ante tres, quẽadmodum ante septenarium est trinitas. Atqui vnum hunc fortasse lucẽ appellauit, vt quæ sit flos firmamenti empyrei, & tanq; eius, quod apparet cõitas, hoc est, eius quod est sensile, id est, cuiusuis corporei: est.n. quoduis corpus sensile, etiamsi aliud cũ alijs sensibus symmetria congruens. Num aũt cùm primũ mundum empyreũ dixissent oracula, oẽm incorporeum ordinem lucem vocarunt, qui à mundis corporeis vehitur, et à fontana aĩa illuminatur? Quinetiam ꝙ æternas Deorum cõditiones primus locus susceperit, rectè dicit. nec tñ ex eo cõsequi opinor corpus esse locum. Nam etsi fuerit spatium, qd obstat quominus id quoq; diuinis præfecturis vnà fuerit attributũ, & magis id, vt quod cũ incorporeo maiorem habet cognationem? Typos aũt characterum & aliarum diuinarũ visionum videri in loco, maximè quidẽ non admodum conuenit cum oraculis, quæ ea dicunt in æthere videri, non autẽ in luce. Præterea ea quoq; possunt imprimi in spatio. neq;.n. subiecto corpore opus habent ad hoc vt fiant sensilia. sed si vtiq;, distantia opus habent & impressione. Et nihil quidẽ esse absurdum corpus per corpus procedere, imateriale per materiale, vel ẽt immateriale, fortasse quidẽ etiam ex ijs quæ ipse ostẽdit eredi potest: maximè aũt ex diuina traditione. siquidem & empyreũ per ętherem, & ętherem dicũt procedere per id quod est immateriale: & siquidẽ tetrades & hebdomadę, quę sunt oẽs intelligentes, fontanum ordinẽ habentes, & ea de causa præfecturã empyream, simul tñ cum mundis circumeunt, vtpote ꝙ ẽt empyreus oĩa peruadat. si ne grauatè quidẽ accipit sphæras nõ esse imperfectas, quæ sunt solũ apsides, & non vtiq; sphæræ, si non ad centrũ vsq; peruaserint. Sed neq; est centro vlla affinitas cum vniuscuiusq; sphæræ circunferentia: & nisi per aliquid quod sit eiusdem generis cum eo colligetur, mundi non erunt firmamenta sed cameræ aut fornices. Quomodo ergo dicunt oracula?

Mundorum aggessit pater & firmamina septem.

Sicui aũt hæc non satis sint ad fidem faciendam, ꝙ corpora imaterialia & per se inuicẽ procedant, & per materialia, exigat ab eo rationẽ qui locum dicit esse corpus: cur cũ oracula frequenter dixerint, & lucem & ignẽ & ætherem & mundos materiales à fontana animari aĩa, lucem oĩno ignemq; aĩans atq; æthera, mundos: ipse quidem dicit lucẽ nullo itermedio ab ipsa fontana aĩari anima, alios aũt mundos nõ itidem? Quõ autem dicit ẽt lucem ab ea aĩari? An ꝙ fiat illius aĩa? Sed non hoc dixerit. quõ.n. fieri potest vt fons aĩarum sit vnius alicuius aĩa? sed ꝙ alia quidem ẽt proprias habeant aĩas, hoc aũt solam à fontana aĩa illuminationẽ. Atqui nec empyreum dicunt esse aĩatum, cùm ipsum dicat intelligẽs. sed dicunt ab æthere

Lux non est magis immaterialis quã ignis.

Lux similis Iridi apud Platonẽ de rep. qd sibi velit.

Fontanã animam lucẽ & ignẽ animare quo dicãt oracula.

Vnitas trinitatis mundorum.

Diuinarũ visionum typi videntur in aere.

Corpus immateriale pcedit p corpus imateriale & materiale.

Tetrades & hebdomadę prefecturam empyreã circumeunt.

A fontana aĩam lux illuminatur.

E animas incipere. Nisi forte anima quidẽ cuiusuis corporis curam gerat. est aũt in mundis quædam proportio ac conueniẽtia, intelligentis aĩalis & naturalis. Si aũt etiam centra firmamenti empyrei dicit fixa esse in luce: non.n. omnium mundorũ, vt quæ ab ipso datur, ostendit pportio ac cõuenientia: quid aliud quã eandem habebit rationem lux ad empyreum, quã id ad æthereum, & id ad materiale? Si ergo hæc, etiamsi deteriora cẽtra sint in eis infixa, nõ sunt tñ eorum loca: nec lux qdem locus fuerit propterea. Vndenã est autem ꝙ paterni pfundi imago lux est oĩno, & non basis illius, quod intelligẽtia percipitur? quod quidem ipse quoq; magis vult. Ille enim à ternaria mũdorum sectione exẽptus, dicitur oĩa in tria diuidere. cum.n. vnitas trinitatis mundorum tãgit, tanq; mundus vnius, sed non vt locus mundorum. Si non sit enim vnus mundus ante tres, quõ fuerit locus triũ proximus & primus? Hęc quidẽ dici possunt ad eiusmodi proportiones ac conuenientias. Quæcunq; aũt dicit, ostendens hãc po- F sitionem cõuenire cum pronũciatis de loco, nihil magis conueniẽt ijs qui corpus locũ ponunt, quàm ijs qui dicũt esse ipsum spatium incorporeum. vt ẽt ipse testatur verba faciens de spatio. Similiter aũt quæcunq; proponens, tanq; de loco proprias dissoluit quæstiones: sunt cõia omnibus ferè positionibus. & ideo in fine eorum quæ de loco dicunt conabor ea quæ sunt eiusmodi enlligere. Nũc autem mihi venit in mentẽ eos rogare qui corpus locum ponunt expertẽ materiæ, vtrum propterea quòd sit corpus, est locus corporũ, an ppterea ꝙ sit expers materiæ? Sed nõ dixerint, propterea ꝙ sit corpus: sed ꝙ sit corpus expers materiæ. Atqui cùm ẽt ea quæ supra mundũ materialem firmamẽta dicant imaterialia: ea tñ non dicunt locum, sed loco egere. Si ergo neq; vt corpus, neq; vt corpus imateriale, ipse est loco non egens, cũ sit alijs locus: dicant propter qd aliud. Secundò si propterea ꝙ sit expers materiæ, loco minimè indiget, videbitur esse pprię materia, quæ loco indigeat. Atqui quis dixerit esse in lo- G co materiam, quod ad eius rationem attinet? Siquis aũt dixerit materiale: quõ sunt etiam in loco ea quæ sunt materiæ expertia? Tertiò aũt & maxime iure qs eos in eisdem reprehenderit in quibus priores, ꝙ quænam sit loci proprietas quærere prætermiserit, & quãnam præbeat vtilitatem ijs quæ in ipso sunt. qua, vt puto, non inuenta: nec an sit corpus an incorporeum, locus sciri potest. Age enim si quatenus vnũquodq; est corpus loco egeat, fieri ne põt vt locus sit corpus, & futurũ est vt non ipse quoq; loco opus habeat? Ii aũt qui spatium dicunt esse locũ incorporeũ, in multis inter se conueniunt & differũt. Quatenus.n. omnes dicunt incorporeum id quod est capax corporũ, in eo videntur conuenire: qtatenus autẽ alij sic quidem re vera ipsum existimant, nihil aliud quàm per absentiã ipsum videntes corporis, & quod est capax corporũ: non tanq; aliquam naturã habere dicũt, sed ꝙ nihil sit, neq; impedimentũ afferat ijs qui in ipso contemplantur: alij aũt dicunt ipsum & habere naturã, & propriã po- H testatem, & hanc capacitatẽ non per accidens sed per se ei adesse putant: differunt. Sunt aũt qui ẽt dicunt ipsum esse pręstantius corporibus. Rursus aũt ex ijs qui ipsum ponunt inane, alij quidẽ dicunt esse infinitũ, & infinitate supare corpora, & ideo aliud in alijs sui partibus temere suscipere, si modo partes dici possunt in infinito inani. in hac aũt fuisse vidẽtur sñia veteres Democriti sectatores Physici: Alij aũt id faciunt mensura æquale mũdano corpori. & ideo sua qdem natura dicũt esse inane, ipsum aũt semp plenũ fuisse corporibus, & sola cogitatione vt per se consistens cõsiderari. quales multi fuerunt Philosophi platonici. arbitror aũt Stratonẽ lampsacenũ in hac fuisse sñia. Porrò aũt in eorũ numero qui ponunt ipsum habere formã, & dicũt ipsum habere potestatẽ corporibus superiorẽ, ego magnũ posuerim Syrianũ Procli Lycij præceptorẽ: qui in cõmẽtarijs in decimum librũ Platonis de legibus talia scripsit de loco. Cũ.n. ipsum dixisset esse

spatium

In mũdis est quædã proportio aĩalis intelligentis & naturalis.

Lux est basis illius qd percipit intelligentia.

Corpus non põt esse locus, neque quaten' corpus, neque quatenus expers materiæ.

Qui locum spatiũ ponũt incorporeũ, in quibus inter se conueniãt et differant.

Syriani de loco opĩo.

spatium,ait. Est.n.inquit spatiũ, quod proprijs sectioni-
bus & diuisionibus, quas habuit ex diuersis aiæ rationi-
bus, & opificum formarũ illuminationibus, talia vel ta-
lia corpora adaptans & sibi adiungens, & in his quidem
partibus seipsum faciens propriã ignis regionẽ, ad quam
fm naturam ignem ferri dicit in Timæo: in his autẽ pro-
priam terræ regionẽ, ad quam terra fertur fm naturã, &
manet in seipsa. Quocirca nunc ẽt omnia quæ mouentur
& stant fm naturam, in loco dicit vtrũq; sustinere. Neq;
verò motus nec status spatij seruit naturæ corporũ, neq;

Locum non esse inane.

ab ipsa imittitur. Aduersus eos ergo qui inane spatium
ponunt esse locũ, siue infinitum, siue finitũ, sufficiet cau-
sari fieri nõ posse vt eius quod est inane facultas, sit facul-
tas loci: vt etiã dicit Aristoteles, ex motu corporum fm
naturam ad propria loca ostendens. Quænam autem fue
rit facultas, aut quænam differentia eius quod est inane,
si consideretur vt inane, vt hoc quidẽ eius habeat cõiun-
ctionem ac necessitudinem cum his corporibus, illud ve
rò cum his: vel hoc quidẽ in medio, illud verò in eo quod
est circũcirca collocetur? Siue.n. fuerit infinitum, quõ ha
buerit mediũ, vel id quod est circũcirca, quæ sunt fines?
Siue finitum: & finem etiã habuerit per accidens ,ppter
corpus, & medium, & id quod est circumcirca similiter.
neq; enim finẽ habuerit quod sic est inane, neq; differen-
tiam medij & eius quod est circũcirca, cùm sit propemo
dũ negatio corporis, & nihil aliud q̃ quod non est. Quòd
enim quod est eiusmodi nihil sit, clarum est ex eo q̃ siqs
ipsum cogitatione abstulerit, rursus relinquat inane spa-
tium in quo id est. quemadmodum ablato corpore illud
relsquimus. & id in infinitum facere non cessabimus, ina
ne semper inani præponentes. quocirca temeraria est vi
sio, & reuera inanis. & aduersus eos quidem qui sic po-

Locum esse inane spatiũ quõ ostendi possit.

nunt, pulchrè decertabit Aristoteles. Quòd aũt inane
spatium sit locus, sic fortasse quispiam ostendere conabi
tur, eis ipsis quæ sunt de loco vtens pronunciatis. Lo-
cus vult esse capax corporis quod est in loco, & vnà cum
corpore habere spatium ac dimensionẽ, & ei esse æqualis
in tribus dimensionibus. Quod vnà cum corpore habet
dimensionem, dimensionẽ habet triplicem. Quod tripli
cem habet dimensionẽ, aut est corpus, aut spatium incor
poreum: sed si est corpus, omnino ipsum est etiam in lo-
co, quatenus corpus: quid enim à coporre quod est in lo-
co differt, quatenus est corpus? si autẽ locus non eget lo-
co, non fuerit corpus. Incorporeum ergo spatium est lo-
cus, quod habet capacẽ corporũ facultatem. & ideo Ari
stoteles quoq; ea eloquens quæ proficiscũtur ex cõmuni
notione, dicebat. Tria ergo habet spatia seu dimẽsiones,
longitudinem & profunditatem et latitudinem. Fieri au
tem non potest vt corpus sit locus. Sed dicunt, etiamsi
quidquid triplicem habet dimensionẽ corpus dicimus,

Corp⁹ Mathematicum non est in loco.

non tamen quoduis corpus est naturale. Nam etiam ali-
quod Mathematicũ corpus esse dicimus, quod ẽt appel-
lamus solidum, quod circunscribitur tribus dimensioni-
bus: & tñ corpora Mathematica in loco esse nolumus.
quare etiãsi quis contendat ostendere corpus esse quod
triplicem habet dimẽsionem, non tñ erit eiusmodi vt ip-
sum quoq; loco egeat. sed est in medio & corporis quod
est in ratione, et formalis in quo ẽt est anima. quod habet
substantiã incorpoream, & eius quod est materiale & na

Corpus non proprie definitur ex tribus dimẽsionibus.

turale, quod ẽt corpus propriè appellamus. In sũma.n.
quod propriè vocatur corpus, nõ definitur ex dimensio-
nibus: non.n. incorporea dicerentur Mathematica: sed
cũ dimensionibus habet aliquod implemẽtum, id quod
propriè est corpus naturale, per qđ differt à Mathemati
cis. Duas ergo esse magnitudines inter se exequatas, eã
quæ est loci, & eã quæ est corporis: alteram quidẽ quę ad
dimensionẽ capacem habet facultatem: alterã verò quæ
ad dimensionẽ eam capacitatem implendi potestate prę
ditam habet facultatẽ. vt quatenus quidem locus habet
distantiã, tantum possit eo quod est in loco corpore: qua-
tenus autem nullum habet corpus, eo possit corpus susci

A pere, à nullo impeditũ. Et est hæc, vt videtur, eius quod
intelligentia percipii et chaos vocatur, imago, Locus ac

Chaos imago est⁹ quod intelligentia apprehend. & eius etymologia.

receptaculum corporũ, quod quidem chaos appellatur,
à verbo χῶ, quod significat contineo. Et q̃ non inani so
lũm cogitatione cõstitutum sit hoc locale spatium, hinc
potest perspici. Quæ enim per locum mouentur, alicun-
de aliquò moueri dicimus. Quod autem alicunde aliquò
mouetur, habet omnino aliquod spatium quod interce-
dit. Hoc ergo spatium quod intercedit, vel est ipsius cor-
poris quod mouetur, vel alius corporis per quod moue-
tur id quod mouetur, vel aeris, vel ipsum aliquid per se
incorporeum. non est enim aliud corpus pręter id quod
mouet, & illud per quod est motus. Sed neq; est eius spa
tium quod mouetur. si enim moueretur in proprio spa-
tio, ne diceretur quidẽ transire à loco ad locũ. Sed neque
alius materialis corporis per quod mouetur. non.n. ma-
nente aere vel aqua mouetur id quod per ipsa moueri di
citur, sed scissa. Illud est ergo spatium quod peruadũt ea
B quæ mouẽtur, quod restat post scissionem, & ea suscipit
quæ per ipsum progrediuntur. & ex illo dimensionẽ su-
scipit spatiũ motus, toties dimensum ab eo quod moue-
tur, quot partes illius quod mouetur continet. Nõ est er
go solũ proprium corporum spatiũ, sed aliquid ẽt aliud
pręter hęc. Quod autẽ dicit Aristoteles, qui contendit
nullum aliud relinqui spatiũ præter ipsum spatiũ corpo-
ris, est qdem valde obscurũ, ab eo incipiens, s i esset ali-
quod spatiũ quod esset à natura & maneret in codẽ.} &
in illud desinẽs, Q V I est locus totius celi.} Dictũ est au-
tem prius cõnexum aliquod per ipsum perfici quod di-
cit, Si est aliquod spatium cui sit à natura insitum vt ma-
neat in eodem, erũt loca infinita, & locus per locum mo-
uebitur, & erit loci locus, & multa loca simul erunt. sed
hæc fieri non possunt. fieri ergo non potest vt sit tale spa-
tium. Id autẽ ex eo dictum est, q̃ partes eius quod est in
loco, per se, in loco sint, siquidem per vnãquanq; partem
procedit spatiũ. si verò hoc ita est, cùm id quod est in lo-
C co diuidatur in infinitum, loca esse infinita euenit: & trã[s]
mutato vase posito, vnà ẽt mutantur loca in alia spatia.
& sic locus per locũ mouebit͂: & erit locus in loco. Hæc
autẽ apud eos qui finem eius quod continet dicũt esse lo
cum, minimè consequuntur, qm̃ partes eius quod est in
loco per se minimè sunt in loco. Quòd autẽ hæc absurda
definitionem illã non consequantur, ostensum est in ex-
positione illius dictionis. Q V E M A D M O D V M.n. corpus
continuum, ita ẽt qui spatiũ dicunt esse continuum, po-
nunt id quoq; imobile} Quẽadmodũ ergo nõ sunt vtiq;
discretæ partes corporis: non.n. amplius partes fuerint,
sed frustra potius vel vnitates: sed nec pfectè concretæ i
hęc est.n. natura elementorũ: sed in eo q̃ discernant͂ om-
nem suã sortitę sunt substantiam: ita ẽt locus. & vt ipse so
let dicere, sunt potẽtia & non actu partes corporis & lo-
ci. Cùm autẽ tales sint partes corporis: quatenus tales:
sunt in tali loco, & non per accidens. Si aũt hoc verũ est i
non quidqd per se est in loco, vt ipse dicit, debet esse defi
D nitum, ac terminatum. Si aũt et fuit consequẽs vt aliquid
finiat͂: ne hoc quidem est oĩno necessarium. Sed neq; tran
sibit locus. imobile est.n. quoduis spatiũ, in vnaquaq; sui
parte corpus quod semp̃ fit in ipso suscipiens. quẽadmo
dum per canales qui sunt imobiles aqua ,pcedit, & alias
in alia parte cõtinetur, non vnà secũ attrahens priorẽ par
tem canalis. neq; ergo loco opus habebit locus. neq; erũt
simul multa loca. non.n. transmutant͂ spatia localia, neq;
inter se ingrediunt͂ vnum in aliud. Sed neq; erũt loca infi
nita. siquidẽ nec partes cõtinui actu diuisę sunt in infini-
ta, nec partes spatij. Sed eã quidẽ quę ab Aristotele dici
tur absurditatẽ sic puto facile effugiẽt, qui locũ dicũt esse
spatiũ. Alias aũt dubitatiões quę possunt aduersus hãc

Locum esse spatiũ quænam absurda consequãtur.

adduci orationẽ consideremus. Atq; primũ quidẽ quod
nunc ponit͂ spatium, vtrũ sit forma materialis an experts
materiæ rogandũ est. Nã si est imaterialis, nõ fuerit na
turalis, neq; ea est locus, de quo nũc quærimus. Deide si

est solùm cogitatione, fuerit etiam id quod est in loco solùm cogitatione, non etiam substantia. & si ita est, fuerit corpus Mathematicum. Sin hoc sit etiam in substantia: quomodo fuerit omnino sub luna id quod est immateriale, quod triplicem habeat dimensionem, & sit per se substantia, & non accidens? Si quis autem ipsum dicat materiale: primùm quidem quid differet à corpore forma quę triplicem habet dimensionem, quæ facta est in materia? si enim ipsum solas diceremus distantias ac dimẽsiones, magna esset eius differentia ab eo quod distantias dimensionesq; suscipit. esset enim alterum quidẽ forma solùm: alterum verò forma materialis. Sin & spatium dicimus formam materialem, & compositũ dicimus quod distantiam suscipit ac dimensionẽ, quid amplius differet à corpore? Præterea si forma est materialis: vel totã occupauit materiam, vel eius partem. Sed si pars quidem est spatium, pars verò corpus, aut duæ simul erunt materiæ, & materia loci, & materia eius quod est in loco in eodẽ spatio: aut alibi quidẽ erit locus, alibi verò corpus quod est in loco. & neq; corpus est in loco, neque locus corporis. Sin totam materiam occupauit spatium, quomodo quæ hoc suscepit in tota seipsa, corpus adhuc suscipiet? Secũdo si alius est locus, & aliud id q̃d est in loco, aut vna quidẽ est materia, duę verò formę: aut pręter formas duas ẽt esse oportet materias. Sed si vna, cũ id quod est in loco, à loco recesserit, materia excedet à seipsa, & ipsa separabitur á seipsa, manens quidem propter locum, trãsmota verò propter corpus: Sin duę: quomodo fieri potest vt in eadem magnitudine sint duæ materiæ, materia loci, & materia corporis? Tertiò, si spatiũ corporis sit in locali spatio, quomodo duo quidem esse in eodẽ corpora ægre ferimus, duo verò spatia concedimus? Nam alia corporũ accidẽtia, vtputa albores & caliditates, non prohibẽt quominus alterum per alterũ peruadat. Quartò, si corpus cùm sit substantia, in loco est, locus autem est spatiũ, spatium autem quantitas, quantitas verò accidens: erit substantia in accidenti. Et hoc quidem ipsum est absurdum. quinetiam quòd locum præstantiorem esse dicimus eo quod est in loco. Quintò, hoc spatium aut est inanimatum, aut animatum. Sed siquidem est inanimatum, erit etiam sine mẽte. neq; enim fieri potest vt mens alicui insit absq; anima: & quomodo nõ erit deterius eo quod est in loco? cùm enim mentem in anima, animã verò in corpore Deus constituisset, mundum est architectatus, sicut dicit Timæus: Sin animatum, quomodo erit immobile quod animam habet per se mobilem? vel quomodo cum moueatur, non opus habebit loco? Sextò autem vtrum est æternum vniuersum spatium, & in toto & in partibus? an quod cœlum quidem suscepit est æternum, quod est autẽ sub luna, in eius partes cadit interitus? Sed si est quidem vniuersum ab interitu alienũ: quid differet id quod est sublunare ab eo quod est in cœlo? Si verò ĩ id cadat interitus: quisnã fuerit modus interitus cũ loci partes nõ mutentur in seinuicẽ, neq; locus in aliud, neq; aliquod aliud in locũ? Septimò, si quę loco nõ indigẽt, sunt eiusmodi vt spatiũ ac dimensionẽ habeant: quæ spatium ergo habent ac dimensionẽ, loco opus habebunt, dixerit quispiam ratiocinandi facultate pręditus. Hæc ergo & eiusmodi alia dici possunt aduersus eos qui locum dicũt esse spatium. Non est autẽ interrogationibus omnino concedendum. Iã enim ad interrogatum, vtrũ spatium materiale sit an immateriale, dicemus materiale. etenim quemadmodũ id quod est diuulsum, et magnitudine pręditũ, & indefinitũ materiale esse dicimus, terminum aũt finem ac figurã, formale: ita ẽt dicemus in spatio. etenim eius quoq; id quod per effusionẽ quidem ac dissolutionẽ interuallis ac spatijs disiũctum est, fuerit materiale: Q̃d autem est certa mensura dimẽsum ac definitũ, vel potius quę in ipso est mensura ac terminus, formale est. & talis forma scilicet facta est in parte materię, sicut ẽt cœleste. alia.n. est quę ad id quod est locale, & alia quæ ad corpo-

Mens nulli inest absque anima.

Materiale quid sit.

Formale q̃d sit.

E ream formã sit cõmutatio. Neq; est aliquid absurdum in eodẽ duas esse materias. non.n. prohibet materia quominus alterũ per alterum peruadat. Sed neq; duo esse in eodẽ spatia absurdũ est, si vnum quidem fuerit corporeũ, alterum verò inane, & vnũ quidem quędã regio, alterũ verò in regione. Videtur.n. spatium dici quatuor modis. Vnũ quidem est in ratione solũ, quę spatijs ac dimensionibus nõ disiũgitur, vt se habet definitio spatij: Aliud verò in cogitatione distãtię ac dimensionis, vt se habet Mathematicum: Aliud aũt materiale cũ qualitatibus & obsistentijs naturalibus, cuiusmodi est corpus: Aliud verò materiale quidem, sed oĩno expers qualitatis & incorporeum. Alia est aũt pręter hæc distantia materialis, quę in diuulsione & in eo quod est indefinitũ consideratur. Sed nec locus est accidens, verũ hic quoq; substantia. non est enim absolutè spatiũ ac distantia, sed regio quę est spatijs distãtijsq; disiũcta. non est aũt mirum si sit aĩatum & immobile. non.n. solius motus per locum causa est vita animalis, verumetiã status. multa itaq; ex ijs quæ sunt animata sunt stãtia, vt axis, et polt, et centrũ, & terra vniuersa. Si autẽ principium motus dicitur aĩa, dicitur eius qui consideratur in statu, qui magis propriè põt vocari generatio. Neq; verò mirum & esse æternum vniuersum spatiũ, & cœleste differre ab eo quod est sub luna. etenim cœli oẽs cùm sint æterni, inter se magnã habent differentiã. At si ea, inquiunt, quę loco nõ indigent, ea spatium ac dimensionẽ non habent: quę spatiũ ac dimensionẽ habent, loco indigent. Sed oportebat addere illud, quatenus est locus. perinde est.n. ac si quis dicat, si quæ tempore opus non habent sunt ĩmobilia, quę mouenť, sunt in tempore, quatenus est tempus. Sed si videtur, cõmuniter deinceps & ad eos qui corpus, & ad eos qui spatiũ dicunt esse locum, dicendũ est. ꝙ si ad centrum vsq; procedunt, non solũ quæ apud barbaros ĩmaterialia dicuntur firmamenta, sed ẽt omnia cœlorum corpora: cùm id quod est superius semp̃ procedat per id quod est inferius: erunt in eadem parte localis spatij, corpus simul empyreum & ętheurem, & vniuscuiusq; cœli, & alicuius vnius ex elemẽtis quę efficiunt generationem, aut ignis, aut aeris, aut aquę aut terrę. Si ergo locũ dicimus habere coniunctionem & conuenientiã cum ijs quæ sunt in loco: cùm quo oĩum horum corporũ dicemus locum habere coniunctionem & conuenientiã? Pręterea & ad hos, & ad eos qui dicũt locum esse finẽ eius quod continet, dicendum est, ꝙ vniuscuiusq; æternorum ad vniuersum positurę in partes causam cõferunt. Quare.n. est terra in medio? Quòd hic est ei ꝓprius finis localis corporis, vel localis spatij, vel eius quod continet. Cur aũt sphęrę inerrantis est hoc quidem boreale, illud verò australe? aut errantiũ, hęc quidẽ extra sphęras, illa verò intra? aut mei corporis caput quidẽ situm est supra, pedes verò infra? et hęc quidẽ manus et iecur, verbi gratia, sunt dexterá, hæc verò & lien sinistrá? Atq; si hę quoq; sunt locorũ differentię, oĩno etiã horum H causa fuerit locus. Qũo autem quispiam eorum qui dicti sunt locorũ, siue corpus, siue spatiũ, siue finis, eorũ causa fuerit? Etenim aliã quidem illius spatij partem caput me stante obtinet, aliã verò cùm supinus iaceo vel sedeo. & aliã quidem cũ hic sum, aliã verò cũ alibi. atqui in corpore meo eundẽ semper locũ obtinet. Qũo autẽ iecur quoque semp̃ erit in dextris partibus? Cuius.n. est hoc dexterum? non vtiq; spatij, aut finis eius quod cõtinet. Porrò autẽ hoc etiam cõiter dicendum est ad oẽs, ꝙ si loci vsus nõ sit rectè definitus: nec an corpus sit locus, nec an incorporeũ, nec an habeat naturam quę disiungať spatijs, aut quę nõ disiungatur, sciri põe. Item autem qui spatiũ per se separabile, vel corpus esse dicunt locũ, sunt interrogãdi, an ẽt cœli partes dicãt esse in loco, an non. etenĩ si nõ sunt quidẽ in loco, s. nec mouebunť per locum. id.n. q̃d mouetur per locũ, in loco esse oportet. Sin partes non mouenť per locũ, per quodnã aliud fiet eorũ trãsitus? Si verò mouenť per locũ, & sunt in loco, vel ĩ corpore, vel in spatio;

Spatiũ quot modis dicatur.

F — Vita animalis est causa stat⁹ sicut & motus.

Anima cur dicatur principiũ mot⁹.

G

vel

vel tanq̃ in proprio loco erunt, vel tanq̃ in alieno. Sed si quidem tanq̃ in proprio, manebit vnaquæq; in ipsa, & non mouebit: quæ enim sunt in locis proprijs, quid opus est vt moueãtur, cùm afficienda sint præter naturam, si à loco qui est s̃m naturam excesserint? Sin in alieno, quomodo erit aliquod corpus, quod alienum solum habeat, non autẽ proprium? Si quis autem dicat q̃ totum verbi gratia, spatiũ quod est in Zodiaco, vel corpus locale conuenit vnicuiq; signo, & ideo in toto est vnũquodq; similiter & mouetur: primùm quidẽ etiam similiter manere in toto oportuit, quod quidẽ nequit fieri. Deinde vbi est pronunciatum quod dicit, locum debere esse ęqualem ei quod est in loco. Eadem dubitari possunt etiam de partibus quæ sunt in quatuor elementis.

Damascij de loco opinio.

Quoniam aũt præter dictas de loco positiones, quandam aliam explicauit Damascius ex Damasco Philosophus, vir in quærendo diligẽtissimus, & qui in Philosophia multa præclarè elaborauit, age illam quoq; exponamus, quæ pluribus verbis necessariò opus habet, propter nouitatem pulchrè & B elegantis positionis, quæ ex vsu loci, vult eius inuenire substãtiam. Sic autem dicit.

Rerum quæ distãtiam ac dimẽsionem suscipiũt pulcherrima diuisio.

Quę sunt in generatione, quæ exciderunt à natura quæ diuidi nõ potest, & distantiam ac dimensionem non suscipit: & in substantia & in operatione duplicem habuerunt distãtiam. vnam quidẽ in substantia: alteram verò in operatione vel affectione. & eam quę est in operatione, duplicem, hanc quidẽ, substantiæ cogenitã, per quam substãtia est in continuo fluxu: illam autem, à substantia procedentẽ, per quam aliàs agunt alia, habẽtia ordinatas & non oẽs aceruatim operationes. Et operationis quidem distantia motu statim opus habuit. & vnà cum ea luit motus. & facta est distantia per motum agẽtem vel patibilem. Substantiæ autem distantia ipsa quoq; fuit duplex, nempe q̃ vna quidẽ diuisionẽ multitudinis, altera verò subierit magnitudinẽ. quæ autem est per molem ac magnitudinem, protinus fuit in positura, ꝓpter alterius ex partibus alibi disiectionem. C Porrò aũt ea quoq; est duplex: vna quidem substãtiæ congenita: quẽadmodum mei corporis caput esse supra: pedes verò infra: Altera verò inducta atq; aduentitia. quẽadmodum aliqñ quidem domi, aliqñ verò in foro habeo positurã. & videlicet illa quidem est perpetua, quæ est eadẽ donec res fuerit: hæc verò aliàs fit alia.

Sita esse quę nã dicantur.

Sita autẽ seu posita esse illa propriè dicimus, quorum partes extensæ sunt, & à se inuicem disiunctæ spatijs. quocirca & magnitudinũ & eorum qui sunt in ipsis finium videt̃ esse propriè positura, q̃ ea disiuncta sint per continuitatem.

Numeri non habẽt situm.

Numeri autem, etsi discreti, tñ non vidẽtur habere posituram, q̃ non spatijs disiungantur & extendant̃. nisi fortè ij quoq; magnitudinem assumpserint & distãtiam. interualla enim oĩa ac spatia, ea quę fit contractione perdita, eam quæ est in ipsis essentiam mutarunt, in hoc vt fiant in alio. In quo etiã dicuntur esse posita, vt quæ sint dissoluta, & sui ipsorum potestatẽ & dominatum perdiderint: quẽadmodum etiam in operationibus, à seipsis egressa, dicũtur moueri & mutari.

Mẽsuræ tres operationis q̃ fit in tẽpore motus. Discretorũ, multitudo. Cõtinuorũ, magnitudo.

D Harum itaq; distantiarum, ne omnino deferantur ad id quod est indefinitũ, mensuræ quæ eas cogant extiterunt: ijs quidẽ quæ fiunt per operationẽ quæ est in motu, tempus, eorum aũt quæ sunt in substantia, ijs quidem quæ sunt per discretionem, terminata multitudo quæ est numerus: ijs autẽ quæ sunt per continuitatẽ, terminata magnitudo, vtpote cubitalis, vel huiusmodi: ijs aũt quæ sunt per positurę disiectionem, locus. Quocirca in tp̃e quidem dicuntur moueri ea quæ mouentur: in loco aũt habere posituram substantię & ipsius motus, quatenus ipsa quoq; fuit particeps eius quod est moueri. Et q̃ in positura quidem versetur, & eorũ quæ sunt posita aliquid sit locus, clarum est. ea enim in loco dicimus, quæ dicimus etiam habere positurã. & supra & infra sunt loci differẽtiæ, quæ considerant̃ in positura. quẽadmodum dexterà & sinistrà, & ante & post. Quòd autem locus positurã definiat, metiatur, & ordi-

A net, hinc didiceris.

Situm esse quid sit.

Positum quidẽ ac situm esse vnumquodq; dicimus, etiam si quomodocũq; positum sit nullo ordine.

Rectè sitũ esse q̃d dicatur.

Rectè autem ac conuenienter vnumquodq; positum esse dicitur, quãdo locum proprium receperit. Quemadmodum fit quidem vnumquodq; quod ad hoc vt sit accesserit. opportunitatẽ tunc autem habet sibi cõuenientem, qñ in eo quod par est tp̃e factum fuerit. Per locum ergo qui vnãquanq; partem rectè collocat, caput quidem mei corporis sursum facta est, pedes verò deorsum. & iecur quidem in dexteris, cor verò in medio. & oculi quidem, per quos cernẽtes progredimur, anterius: dorsum verò quo onera portamus, retro. Et sunt hæ per locum differẽtiæ, quẽadmodum alia pars fœtus ante aliã per tẽpus fabricat̃: & alia ante aliam ętas ordine ꝓcedit. nec cõfunduntur Troiana cum Peloponnesiacis. Prius enim & posterius sunt differentiæ temporis. sicut supra & infra, & quatuor reliquæ sunt loci distantię. sicut etiã fatetur Aristoteles. mundi ergo partes habẽt propriam B ac conuenientem positurã in toto per locum.

Loci definitio.

Et est quidem, vt rudi ac crasso modo dicam, locus ex hac mentis cõceptione, is quidem qui absolutè sic dicitur, Posituræ corporum definitio seu terminatio: vt autẽ eum dicam qui est s̃m naturam, Definitio posituræ s̃m naturam quę conuenit partibus, & inter se inuicem & cum toto, & totius cum partibus. Quẽadmodum enim terrę et cœli partes aliæ alibi per locum sunt ordinatæ, & sunt hæ quidẽ, verbi gratia, boreales, illæ verò australes: ita etiam totũ cœlum & tota terra, cùm sint partes mundi, rectam quę eis conuenit positurę mensuram & ornatum habent per locum, illud quidem ex vniuerso id quod est circũcirca, hæc verò medium obtinens. & is est qui facit vt inter se partes cõcurrant & conueniant.

Loc⁹ quare τόπος dicẽ⁹

Staũt qui latinè dicitur locus, grecè τόπος dictus est à verbo τοπάζειν, quod conijcere & assimilare significat, vt qui factus sit τόπος ex prę terito perfecto τετόπακα, vt qui sit quædam assimilatio intelligentis definitionis ac terminationis: ita etiam con C uenit definitio. is enim præstat imaginibus vt cõsistant: & similitudini cum exẽplaribus. nisi enim in proprio loco posita fuerit vnaquæq; ex partibus quæ distãtiam susceperunt ac dimensionem, nunq̃ assimilabitur imago exemplari. Peribit aũt omnis ordo, & recta mensura, & ornatus. & si locũ sustuleris, videbis corporum affectionem, ac dispositionem alienam, & inordinatam, & quæ feretur ad ex omni parte ꝑfectam indefinitionẽ: in quanam enim positura statuetur pars vnaquæq;, quæ cum nulla habet coniunctionem & cõuenientiam? Per eum ergo etiã ea quę mouentur, mouẽtur naturaliter, vt recipiant id quod suæ cõuenit positurę, & quæ lubẽter stant in modo cõuenienti posituræ. Quare cuiusnam quidem causa sit locus corporibus & corporeis oĩbus, & quidnã sit ipse, fortasse ex ijs quæ dicta sunt intelligi poterit. Consequens aũt fuerit neq; talem locum esse finem eius quod cõtinet. Quomodo enim id est causa ordinis ac terminationis, quod ipsum magis terminatur ac definit̃ ab D ijs quę in ipso fiunt & ab ipso continẽtur? Sed neq; fuerit corpus. nam etiã si quis ipsum dixerit corpus expers materiæ, & id omnino habere partes quæ disiungantur spatijs, & partium differẽtias, opus etiam habebit eo quod ipsum ordinet: & vt hoc quidem in medio, illud verò circũcirca positum sit, efficiat. Neq; fieri potest vt quod sit eiusmodi, sit spatium. nam spatium quoq; propter easdẽ causas, vt quod habeat differẽtias, & sit aliud alibi disiectum per partes, ipsum quoq; recta opus habet positura. Videtur ergo locus esse mensura posituræ eorũ quę sita sunt. quẽadmodum tempus dicitur numerus motus eorum quę mouentur.

Loci diuisio, ex Damascio.

Quoniam aũt duplex est positura, vna quidẽ substantialis, alia verò inducta & aduentitia, locus quoq; fuerit duplex. vnus quidẽ qui est elemẽtum perficiens id quod habet positurã, alter verò qui est per accidens. Porro aũt est etiam quædam substantialis posituræ differentia, quatenus ipsa quodãmodo tota habent

conuenientem,

conuenientem positurā suarum partium, & inter se inuicem, & cum toto. vel vt partes cum toto & reliquis partibus. & hac rōne locus duplex efficitur. vnus quidē propriè ad singula pertinens: alter verò qui per eam quę est in toto posituram definitur. Quēadmodum enim totum duplex, vnum quidem vnicuiq; ex partibus cōueniens per eius definitam & discretam substātiam, quatenus & terrā totum quid esse dicimus, & non terram solùm, sed etiam aīal, & plantam, & vnāquanq; earum quę sunt in his partium: alterum aūt, quod etiam continet amplius, vt totum mundum, & totā terram, & aerem dicimus: & sunt vniuscuiusq; totius summæ partes proprię: Sic ergo & locum vnum quidem esse dicimus rectam suaę vniuscuiusq; partium positurā, cuiusmodi mearū in toto meo corpore: Alterum verò eum qui est etiā huius totius, vt partis in loco summæ totius quæ continet amplius. quatenus terrestrium locus est terrę locus: & quatenus terra obtinet mediū vniuersi. Nam etiam si quis terram dimouerit à positura vniuersi quæ est in medio, rectam quidē certè suarum partium positurā in toto proprio continebit: eam aūt quę est vt pars totius tunc nō habet. quocirca ipsa etiā tota dimissa ad medim lata fuerit, etiam si eæ quæ sunt in ipsa partes seruent eā quæ est inter se formā, etiam qn̄ ipsa fuerit extra medium. Ita autē etiam homo qui est sublime in aere, suarum quidem partium bonum ac rectum habebit ordinem, eum aūt qui est vt partis ad totum, non vtiq;. Et qm̄ partes magis sunt eorū quæ sunt magis tota, vel ipsa tota: vincunt enim magis à præstantioribus, q̄; vincant inferiora: id aūt ideo, q̄ sunt in maiori rōne ea semp quę sunt prima ad secunda, quàm secunda ad tertia: meritò etiam si rectam suam positurā habet gleba quæ est in aere, fertur tn̄ expetens id quod est magis totum, est enim oīno mortuum & planè frigore enectum id quod est proprium, qn̄ auulsum fuerit à cōi, & priuatum fuerit continendi rōne quæ ab ipso ad ea peruenit. quēadmodum plantas etiam si quis radicitus euellerit, & omnibus suis cōpletas partibus, eæ tn̄ protinus arescunt, á cōmuni summa auulsæ. Viuunt enim oīa per vnum aīal mundanum. quare donec per propinquas totius summas vnūquodq; radices egit in mundo, eousq; tūc & viuit & seruatur. sin à propinqua summa auulsum fuerit, auellitur etiam à cōi. Ita ergo ij etiam qui sunt s̄m naturam motus corporum, & quæ sunt in locis proprijs, seruabuntur mānsiones ei qui ponit talem locum. & eorū quæ mouent̄ per locum motus, nihil est aliud quám aliàs aliarum positurarū assumptio, donec conuenientē quod mouetur receperit: dum qui intercedit aer vel aqua diuiditur, & quā tunc habet positurā recepit, donec id quod est validius processerit. Est autē aeris partium positura, quā gleba, vel ego assumo dum moueor. & est hic qui est in latitudine locus quem ego transeo, nō meus proprius definitus, sed aeris qui continet. cuius ego vt sim aliàs in alia parte, est á natura mihi ingeneratum. Quamobrem cùm etiā dubitetur qūo quę mouentur in loco, moueantur, siquidē quæ sunt in loco, iure potius dicātur quiescere quā moueri, videamus qūo & hanc dubitationē ponit Philosophus Syrianus, & infert solutionem, sic scribens. Et quomodo, dixerit quispiam, quæ mouentur, in loco mutantur. magis enim alicunde aliquò ea quæ mouent̄. in summa enim quę in loco sunt, videnī quiescere. Num » ea quæ mouentur: & sunt in loco, & nō in loco. in primo » enim & tanq̄; proprio suo loco nō sunt. quiescerēt enim. » sunt aūt in eo qui cōsideratur in latitudine. quemadmo» dum dicimus & Solem esse in Leone, qm̄ eum continet » latitudo leonis, & aquilam volantem, in aere: & nauem » quæ secundo cursu fertur, in mari. Hæc enim oīa locum » quidem habent qui est in latitudine: primum aūt & pro» prium donec mouentur nō habent. Atq; mihi quidem videntur ad hunc externū locum maximè respicere plurimi eorum qui dicunt de loco. Quis enim sit locus terrę rogati, dicunt medium vniuersi. qui est locus vniuersi

Per aīal vnū mundanū viuunt oīa.

Moueri in loco qūo dicātur quæ mouentur.

E proprius, & terræ vt in vniuerso: & quis sit locus cœli, id quod est circūcirca. De ipsius autem terræ loco, qui eius partes vt sint in recta positura efficit, & itidem de cœli, nulla verba faciunt. similiter autē & de loco singulorum animantium & plantarum. Et ideo oēs, vt videtur, pronunciarunt locum esse separabilē ab eo quod est in loco. reuera enim id quod ex loco magis toto vnicuiq; conuenit, & ad eum pertinet, est separabile ab eo quod est in loco, & non est principaliter eius locus. Porrò aūt locum quoq; esse immobilē pronunciant, ad hunc cōem & qui est in latitudine locum respicientes. Etenim qui est vnicuiq; proprius, & † eius essentiæ coniunctus, oīno etiam vnà cum illo mouetur: communis aūt qui consideratur in latitudine, manet, cum sit eius quod est magis totum & magis continens, vt corporis proprius. Sed videamus, si videtur, ea ēt quæ adsunt huic definitioni. Et primùm quidem cum q̄ locus non sit forma demonstrauerimus, nunc dicimus locum esse rectam positurā partium, F & si vnaquęq; forma habeat conuenientē partium ordinem, per quē est etiam vnaquęq;. quēadmodum est quidem homo rectus, bruta verò animantia in terrā prona, & hęc quidē sic, illa verò sic cōstituta partibus. Quomodo ergo nos non eam quæ est ex figura formā, sed locum huius causam esse dicimus? Secundò, si rectę partiū positurae causam esse dicimus id quod non est pars, id ne dicetur quidem esse in toto? Quomodo ergo non huic etiā orationi eadē videntur euenire quæ ei quod dicit Aristoteles, vt quæ totum mundum non concedat esse in loco, siquidē est pars nullius, neq; disiectus est ad aliquā aliam partem ei oppositā? Tertiò autem, cœli partes quę mouētur, vtrum per locū dicemus moueri, an non? Si enim non, qūo non implicabimur eisdem contradictionibus, quibus Aristoteles? Sin mouentur per locū, quis est hic locus? Oportet enim id quod mouetur per locū, alium quidem locum relinquere, alium verò assumere. neq; verò locus partium, per quē partes inter se coordinatas esse G dicimus, talis est: is enim manet semper idem: neq; qui cum alijs partibus eas coniungit per substantiam, per quem post Arietem collocatus est Taurus, & post eum Gemini, & sic deinceps. eę enim positurę semper manēt eædem: neq; verò qui magis contineat aliquē & immobilem locum, ea quę nunc data est loci notio reputat, per quem partes quæ mutātur dicuntur moueri per locum. Quomodo aūt cùm fiat alia & alia vniuersi positura per mutuam partium translationē, non mutabitur vniuersi locus, & quot positurae, tot etiam erunt loca? Quartò, qūo est adhuc præstantior locus eo quod est in loco, cùm eius sit aliquod elemētum? est enim elemētum deterius eo quod fit ex elemētis, quēadmodum pars toto. Quintò, locus aut disiungitur spatijs, aut nō disiungitur. Sed si spatijs quidē disiungitur, qūo non ipse quoq; loco egebit, sicut prius dictum est? Sin disiungi non pōt, quomodo ęqualis, aut qūo continens, aut qūo capax eorum quę sunt in loco? id enim quod est æquale ei quod spatio di- H siungitur, oportet id quoq; disiungi spatio. & id quod cōtinet id quod est præditum mole ac magnitudine, aut est eius capax: id quoq; oportet habeat molem ac magnitudinem. Sextò, qn̄o non videbimur dicere esse locum à loco separabilē, cùm oēs ferè censeant eum habere separabilem ab eo quod est in loco naturam? Septimò, qūo erit immobilis, cùm elementum sit eius quod mouetur? vnà enim cum illo mouebitur. Octauò, si elementum eius quod est in loco locum esse dicimus, qūo non locum magis esse dicimus in corpore, sed corpus in loco? Elemētum enim est in eo quod constat ex elemēto, non contra. Nonò, si mensura positurę est locus, qūo verū est, quod à pluribus censetur Philosophis, q̄ æterna Deorum signa ac symbola manent in mundo, propterea quòd in loco æterno descripta sint, & per eum intermedium etiā corpora quæ sunt in loco, fruūtur diuinis illuminationibus? Decimò aūt & postremò, si ex corporum transmutatio-

† συμφυὴς, id est si dici posset consubstātialis.

Damascij de loco opinionē examinat Simplicius.

A ne ad loci notionem venimus, qm̃ vbi prius erat aqua illic aer factus est: quõo cum vnumquodq; proprium locũ habeat, opus habebimus mutua transmutatione? Hæc ergo & hmõi alia dici possunt, aduersus hanc, quæ videt versari in intelligẽtia de loco existimationem.

Simplicii de loco opinio

Dicendum est aũt ad primum quidem, q̃ tota forma est implementum oĩum suorum elemẽtorum, vt quæ aliàs in alio illorum se habeat. Et queadmodum totum est, non propter pulchrũ, verbi gratia, quod in ipso est, sed propter totũ: & perfectum propter perfectionẽ, & aliquid aliud per aliud eorũ quæ in ipso sunt: ita etiã habet ordinatam et rectè expressam positurã per locum. Ne ergo formam separantes à locali, quæ est eiusdẽ in ipsa & cum ipsa substantię participatione, velimus ipsam per se videre rectè positam. perinde enim esset vt si cũm eius perfectionem cogitatione separauissemus, ipsam tamen etiam absq; ea perfectam videre contenderemus. hæc ergo oratio nihil dicit contrarium ei qui formã non vult esse locum. Si aũt B ratio quæ probat locum non esse formã, vsu est pronunciato, q̃ locus sit separabilis ab eo quod est in loco, et assumens aliam propositionẽ, quę dicit formã quę est in loco nõ esse ab ipso separabilẽ, collegit locum non esse formã eius quod est in loco, sciendum est hoc pronunciatũ esse sumptum ex quibusdam de loco notionibus. quibus nõ conuenit quæ à nostro Damascio dicta est de loco significatio. Quinetiam si ex ea quæ fit per locũ transmutatione sumptus est locus, per quẽ vbi prius erat aqua, verbi gratia, illic videmus fieri, aerem, locum qui est in latitudine, non autem proprium vniuscuiusq; partis sic inuenimus. proprius aũt, est per quem eadem est ratio eiusdem corporis. qui autem fit aliàs alius locus, nõ est vtiq; proprius. Dicendum est autẽ ad secundum eorum quę sunt dubitata, q̃ etiam si dicamus locum esse rectam partium positurã, nihilo tñ secius totum est in loco collocatum ex eius sententia. queadmodum enim id quod est compositum & adaptatum, & est compositum & adaptatum ex partium inter se symmetria: tñ etiam per totum, cõpositum C & adaptatum esse dicimus: ita etiã id quod est ordinatum & rectè positum, etiã si hoc eueniat partibus, qm̃ omnis ordo est in discretione, attamen ipsum quidẽ certè est ordinatum. Ergo etiam quod est locatum se habebit similiter. etenim quicquid dimensum est, dimensum est per partes. ordinem aũt aliquem & mensuram vel posituræ terminationẽ locum esse dicimus. Nunquid ergo etiam qñ totum vnitum esse dixerimus, non ex vnione elementorum totum vnitum esse dicimus? quanquam totum quidem certè & vnum, quod consideratur absq; partium discretione, neq; adaptatum, neq; vnitum esse dixerimus, sed totum per partes.

Rectè positum corpus quid dicat.

Quare etiã rectè positum aliquod corpus & bene collocatũ esse dicimus, non aliud, quã quod vnãquanq; partem habet in cõuenienti positura positã.

Loca partiũ loca totius.

Vide autẽ q̃ sicut totius partes esse dicimus, ita etiã loca partium, in quibus sitæ sunt partes, totius esse dicimus, queadmodum medium, & id quod est circũcirca. & meritò, qm̃ hæ sunt partes totius posituræ. D queadmodum totius harmonię tonus acutus & grauis.

Locus ẽ totius mundi.

Verè est ergo locus totius mundi, sed ita vt qui in recta partium positura vim & robur habeat, & in tota per partes.

Loci drĩę infra & supra sunt totius.

Loci enim differentiæ, id quod est supra & id quod infra, sunt totius, & ex eo diiudicãtur. nam siquidem caput solum esset mei corporis, non diceretur esse supra positum, ex eo quod est supra quod est eiusdẽ cum eo & in eo substantiæ. in summa aũt nec partes solùm aptam inter se & cum toto dicimus habere posituram, sed etiã totum cum partibus.

Duplex est positura & totius et vniuscuiusq; p̃tis.

Ad tertium aũt mihi venit in mentem dicere, duplicem esse, vt prius dictum est, positurã, & totius & vniuscuiusq; partis. vnam quidẽ substantialem & semper stabilẽ: Alteram verò inductam & aduentitiam, & quæ aliàs fit alia. Et substantialis, vnã quidem esse totius per se: alterã verò, totius ad partes. Et rursus partium vnam quidẽ esse per se, alteram verò & inter se A & ad totum. Quæuis ergo substãtialis distantia seu positura semper manet similiter, seu vt quæ moueantur, seu vt quæ stent considerẽtur. Quin & qui eam cogit, & qui eam metitur, locus semper est idem. mutatur aũt aduentitia. etenim non solum cœli partes mutant positurã, sed etiã totum. alia enim nunc est totius positura, & alia post horam. Et quia mouẽtur per locum & partes & totum, iure dicatur q̃ mutant posituræ ordinẽ & terminationẽ, quã diximus esse locum. Et queadmodum per tempus illa moueri dicimus, quæ aliud dimittentia tempus, sumunt aliud, etiã si primum intereat: ita etiã illa dicantur moueri per locum, quæ amittunt primã posituræ terminationem, & sumũt aliam, etiam si prima semp intereat. Ita etiam dicimus mutari per qualitatẽ, quæ prius quidẽ erant alba, rursus autẽ nigrescunt. non q̃ vtiq; per se maneat albor, quem deponit id quod nigrescit. Porrò autẽ per substantiã mutantur ea quę gignuntur & intereunt: & per quantitatẽ ea quæ augentur & diminuuntur, non B remanẽte priori affectione.

Quæ per locum mutantur, non seruant locum.

Neq; ergo priora loca seruare cogamus in ĩs quæ per locum mutantur. neq; enim in nobis in translationibus loca seruãtur, quando hinc illuc transimus. Sed summa est quæ seruatur eius quod continet, & illius locus qui potest etiam rursus in aliqua parte proportionẽ & conuenientiam habere cum meo spatio. queadmodum ego quoq; etiam si transmigrauerim, potestate tamẽ habeo symmetriam quæ est cum illa summę parte, & posituræ eius terminatione: quocirca rursus etiã ei possum adaptari, & meæ posituræ terminationẽ, hoc est locum, tenere, ex eius sententia, qñ locus totius aeris in aliquo sui meã mensus fuerit distãtiam, & totius aeris summę me coniunxerit. etenim ipse quoq; Aristoteles, qui prius sumit tanq̃ pronunciatum, oportere locum relinqui, finem aeris qui me continet, manere dicit me recedẽte. Si aũt quia totius manet locus immobilis, propterea dicimus partes locũ loco mutare: hoc etiam, vt puto, vnà ponetur in hac positione. Totius enim posi- C turæ substantialis terminatio semper manet eadem, siue moueatur vniuersum, siue stet. illo aũt manente, multitudo earum quæ aliàs aliæ fiunt positurarum, est veluti quędã reuolutio. Omnem enim vniuersi positurã continet vna substãtialis. similiter aũt etiam vniuscuiusq; partis.

Locus in q̃ sit tpi sĩlis.

Et in hoc locus est tẽpori similis. queadmodum enim illius, hoc quidẽ est æternum, & in eodẽ semp manens, quod congenitum est & coalitum generationi substãtiæ cœlestium, quę est quodãmodo ingenita, & generationẽ tantũ præ se fert in corporea distantia, & cuiusmodicũq; alteratione, siquis & id, & quod animę substantiã dimetitur, tempus uocare concesserit, & non aliquid quod est inter tẽpus & æuum: illud verò quod in eo quod est fieri & interire, totam habet substantiã, idest quod transeuntem motum cœlestium, & omnimodam eorum quę sunt in generatione mutationẽ dimetitur: Ita etiã locus, qui substãtialem quidem distantiam seu posituram dimetit̃, est æternus & stabilis, sicut illa: qui autẽ eam quæ muta- D tur & in operatione consideratur: habet id quod est in eo quod est fieri. & queadmodum eas quæ semper fiunt animalis vitę sm̃ naturã productiones, dicimus esse reuolutionem, eius quæ prius est in substantia, & per ordinatos terminos in seipsa contraxit productionum discretionẽ; Ita etiam vniuersi locus qui est per substantiã, contraxit oẽs qui fiunt aliàs alĩ, & ex seipso producit cuiusuis posituræ symmetriam. Et Arietis positura substantialis oẽs eius posituras simil̃r anticipauit: & locus loca. non enim substantiã accepit Aries ex eo q̃ oriatur aut occidat, aut omnino ex tali vel tali vniuersi positura. queadmodum neq; ala ex aliqua indiuidua productione, sed ex vniuersa anticipatione omnis, cuiusmodicunq; ea sit, posituræ.

Etsi nullum corpus spatiumue ponatur imobile, mouebuntur tñ cœlestia.

Quare etiã si nullum corpus aut spatium immobile ante positum fuerit, nihil vetat quominus cœlestia moueant̃ per locũ. etenim ea dicunt moueri per tempus: nõ vtiq; etiam aliquam temporis sphæram immobilem prius po-

nentes

Tēpus substantiale aut exemplare.

nentes, cuius partes mutari dicent dum mouentur per tempus. Sed & si opus sit aliquo quod maneat, satis habent tempus substantiale, vel recurrunt ad exemplare. Nunquid autē ne ille quidem locus qui dicitur manere, multum confert ad motum qui fit per locum. age enim per rōnem ablata spatij aut localis corporis sphæra, si moueatur cœli corpus motu hoc circulari, quemnam eum alium dicemus quàm motum per locum? Sed videtur illud immobile nostro quidē iudicio cōducere, vt cum eo cōparantes, iudicemus & enumeremus transitus. quēadmodum Astronomi posuerunt quoq; sphæram stellis carentem, & eum qui est in ipsa Zodiacum qui percipitur intelligentia, & aliarum stellarū quæ intelligentia percipiuntur retentiones, nō vt per illa cœlum moueaī motu circulari, sed vt motus mensuras cum finibus terminatis cōferentes, possint enumerare. Porrò autem ad id quoq; quod ipsa videantī moueri, multum nobis confert ea quę fit cum immobili comparatio. quomodo enim aliquid per locum moueri dixerimus, quod non mutat posituram? quomodo autem locum mutasse senserimus Arietem, nisi ipsum conferamus cum centris? Mensuras autem ratione ad terram habita definimus. si itaq; neque esset oriens, neq; occidens, nec medium cœli spatium, cœlum quidem moueretur similiter: nos aūt diuersarum positurarum signa nō haberemus. Ad quartum autem dicendum est, q; etiam sit rem perficiens locus qui sic est definitus, similiter se habet ac aliæ perfectiones, nempe honestum, bonum, totum, & huiusmodi. quēadmodum ergo vnūquodq; eorum toto quidem cōplemento quod secum est minus videtur, sed si alijs opponatur, & ab eis discernatur, videtur præstantius: ita etiam talis locus, si cum tota recta positura conferatur, videtur deterior: vt aūt quod perficit, videtur præstantior eo quod perficiī. Quis etiam ad quintā dubitationem, quæ quærit vtrum talis locus spatium ac dimensionem habeat, an non, dicimus q; mēsura distantiæ ponitur quæ est per posituram.

Sphærā stellis carentem cur posuerit Astronomi.

Immobilis positio ad quid nobis cōferat.

F

Mēsura exęquat sibi id qđ metitur.

G Omnis aūt mensura vult exęquari ei quod ipsa metitur, vel potius illud sibiipsi exęquans. Sed quæ separata quidem est mensura, vt quę & potētię exuperatione & substantię vnione id quod ipsa metiī superat: id quod metitur arripit ad suam concretionem seu cōpactionem, eam quoad eius fieri potest ei impertiens. Quemadmodum numeros qui versantur in intelligentia oīa dimetiri dicimus, per cōcretam ac contractam omnium † summā. Et sunt ea quidē potius dimetientia quàm mensuræ. Quod aūt est coordinatum, vt quod sit participatio à metiente in id quod ipsum metitur, & ad id se habeat ea qua par est symmetria, simul spatijs disiunctum est, & simul extēsum cum eo quod id metitur. Et quemadmodum qui est apud nos cubitus, qui est mensura, habet spatium ac dimēsionem, cum ex eo quod metitur quod nullam habet dimensionem, hoc est, ex cubito qui est in aīa, accesserit: ita aūt tempus quoq; vnà cum motu spatium suscipit ac dimensionē. & est etiam in illo idem infinitū, siue ipsum quoq; habeat spatium ac dimensionem, siue nō habeat.

Numeri qui versantur in intelligentia oīa dimetiūt.
† ἀκρότης, summitas, si latine dici posset.

Cubitus pcedit ex cubito qui est in anima.

H Et hoc scilicet, cùm sit eiusmodi vt possit participari, vel ipsa potius participatio, vnà cū motu diuisum est, ipsum vbiq; sequēs, & eius extensionē & diffusionem cogens: vel, vt verius dicā, eorum quæ coguntur congregatio & collectio. Ergo hic quoq; locus qui est cum corporibus, habet vnà cum eis spatium ac dimensionem. vbiq; enim est positura corporis, & positurę terminatio. quō ergo dicimus, si locus habet spatium ac dimensionem, an non erit ipse quoq; in positura, & loco opus habebit? Hoc autem obijcitur aduersus oēm quę facta est loci posituram. Sed sciendum est, q; quicquid est alicuius, quodcunq; id sit, particeps, cū ex se opus habeat natura eius quod participaī, dicitur eius esse particeps. Quæ autē domi & ex se habent aliquid, non indigent externa & aduētitia eius quod habēt importatione. quandoquidē sic necesse esset procedere in infinitum. Quemadmodum, distātia ipsa,

Locus qui ē cū corporibus hēt cum eis spatiū ac dimensionē.

Locum non habere opus loco nec positura.

Quæ ex se habēt aliqd, nō indigent externa importatione.

E per quam spatio disiunguntur quę distantiam habent ac dimensionē, vnà quidē cum eis spatio ac distantia disiungitur, sed non sic vt quæ ex aliquo alio characterem suscipiunt, & per distantiæ participationē dicuntur disiungi spatijs, sed vt ipsa distantia spatio disiungi dicatur, vnà extensa cum eo quod spatio disiungitur, & seipsam patitur. nam si aliqua alia opus habeat distātia, rursus de illa quęremus. Si enim non disiungatur spatio: quō adaptabitur ijs quæ disiungūtur? Si aūt spatio disiungatur: ipsa etiā alia opus habebit distantia, idq; in infinitum. & ideo nec motionis motus est requirēdus, nec tempus temporis, nec mensura mensurę. Quid ergo, An non etiam poterunt, qui omnē locum corpus vel spatium aliquod esse dicunt definitum, sic effugere dubitationē quæ in eos infertur? inferebatur aūt si ex partibus alia est alibi, oportere omnino ipsas quoq; esse in loco. Illi enim expeditè dicent, Corpus illud vel spatium locum esse dicimus. nō suetis aūt loci locus, sicut dicūt. Philosophus itaq; Syrianus, eum qui hęc, inquit, dubitat, ꝓuocabimus ad videndā veterum sententiā, & neq; quęrere motū motus, neq; loci locū, nec vllam absurditatē. Sed si idem quidē esset natura corporis, & mēsura positurę, rectè diceretur: Sin quoduis corpus, quatenus corpus, mensura indiget, etiā si per distantiam suscipiat dimensionem: aliud est enim distantia, & aliud mensura distantiæ: distantia scilicet, quatenus distātia, siquidē per se sit, distantia quidem nō indiget, indiget verò mēsura. Mensura autem quō opus habuerit mensura? Sed videtur non opus quidē habere mensura, sed aduentitiā habere distantiam. & est distantiæ locus per participationē eius quod est in loco. quemadmodum dimensum est id quod est in loco & locatum per locū. Et nihil est, vt puto, absurdum sic dicere. nam etiam alborem dicunt corporari per corpus, quēadmodum corpus dealbatur per alborē. Quid ergo absurdū, si etiā locus qui potest participari, spatio disiungatur, propter id quod est eius particeps quod habet spatium ac distantiam?

F

Corpus quatenus corpus mensura indiget.

Mensura nō eget mēsura.

Albor corporatur per corpus.

Loc⁹ habet distantiā propter id quod est eius particeps.

G dici enim potest, cùm velit comprehēdere id quod ipsum metitur, vnà etiā cum ipso extendi. Et fuerint hæc quidē satis rationi consentanea. Melius est autem, vt mihi quidē videtur, sic dicere, aliā esse eam quæ est per formā distantiam, quæ etiam cōsiderari potest in exēplaribus, quæ est ratio, vel forma potius distantiæ: & aliam quæ ex ea submissione quæ est ex eo quod spatiū habet ac dimensionem, fit per affectionem. Eam itaq; quæ est in mente distantiam, quæ ex forma prius existit, seu distantiæ causam, à qua omnis consistit magnitudo, etsi dicamus esse primam & præcipuam: spatijs tñ non posse disiungi dicimus, propter eam quæ diuidi non potest intelligentis substātiæ contractionem, nec illam solam, sed etiam illa quæ ipsam per se participant. Quæ autem hic disiunguntur spatijs ac distantia, non solùm proprietatis participatione, sed etiā eius quæ illinc proficisciī immoderationis submissione, spatijs ac distantia disiuncta esse dicimus. Et in hoc quidem distantię significato, non sola

Distantia p formam differt ab ea q̃ fit ex submissione.

H hic corpora distantiam habent & dimensionē, sed etiam accidentia. adeo vt & albor, & caliditas, & numeri, & ea quæ hic sunt oīa, non solùm spatio ac distantia disiungantur propter sibi subiecta corpora, sed etiā propter se. vel potius formalē quidem distantiam habent propter formā corporis in quo sunt: eam verò quę intelligentia percipitur & imaginariā, propter submissionem quæ fit ab eo quod distantiam non habet ac dimensionem. per quā etiam corpus, licet cùm in mente esset, illic quidem nullo disiungereī spatio, hic verò disiungitur. Quēadmodum ergo corpus quod habet positurā, spatium habuit ac distantiam, propter submissionē, ita etiam qui est positurę mensura locus, spatium habuit ac distantiā, vt potuit habere mēsura, quę fuit submissa ab eo quod metitur quod distantiam non habet nec dimensionē. Distantia ergo ac spatio disiunctus est locus, oīa quæ sunt spatio disiuncta cogens, non corpora solùm vt dici videntur, neq; distan-

Accidentia habent distātiā quæ fit p submissionē.

Locus oīa spatio disiun

tias, si

ſta cogit. Qualitates & accidentia etiam per se.

tias, si vllę per se sint, sed & ea & qualitates & alia accidē A tia, eaq; non solū cogens per accidēs, quatenus vnà cum corpore fuere disiuncta spatio, verūetiam per se, quatenus ipsa quoq; spatium ac distantiā habuere per submissionem. etenim tempore quoq; opus habent accidentia, non solùm propter corpus, sed etiā per se, propter natiuā substantiam. Et vt rem dicam admirabilē, & prȩter opinionem, etiā punctus ipse dici potest hac esse disiunctus distantia, quatenus relationē habuit ac habitudinem, & lineæ finis factus est. Sed hoc quod nunc quidē dictum est de natiua distantiā, meritò fuerit principium alterius dubitationis. Si enim quod spatium habet ac dimensionem, etiam si in intelligentia prius existit, ꝓprietate, locū tñ opus non habuit propter vnionem quȩ nullam habet dimensionē: videtur aūt ne hic quidem propter distātiæ proprietatē loco opus habere, sed propter eam quæ intelligentia percipitur substantiā, & in submissione facta est molis magnitudinem, & partium disiectionem. Quod si B hoc ita est, videlicet ipse quoq; locus, qui hāc per submissionem suscepit distātiam, opus habebit loco qui cogat. & tempus opus habebit tempore. Num ea etiā quȩ per proprietatem sunt discreta, & extensa, & distātia ac spatio disiuncta, mensuris opus habuerunt quȩ sunt ex proprietate. vt quæ illic quidē est multitudo sit numeri qui illic est, hæc verò sit æternæ eius quod est contractionis: magnitudo aūt illa mensurȩ † ad magnitudinē pertinentis. Similiter aūt etiam quæ per submissionem imaginariè constiterunt, à submissis & imaginarijs mensuris definita sunt. vt aūt quæ generationē cogunt & metiuntur, vel sunt ipsa potius coactio & collectio & ipsa mensura, generationē non supereminent. & cùm ex seipsis mensuram habeant, non opus habent alia congregatione, quēadmodum alia quæ ab ipsis cogunt̄. Sed si vtriq; opus habent, præstantiori, & quæ diuisionem minus suscipiat, opus habent. sunt enim medietas eius quod ea metitur, & eius quod dimensionē suscipit, pendentia quidē ab ijs quæ metiuntur, insita autem in ijs in quæ cadit dimēsio. C Et quēadmodum corpora propter propriā quidem diuisionem sunt vitæ per se expertia, vitam autē participant quæ datur ab anima, & vt sint ea tota efficit: & ipsa vitalis participatio spatio quidē disiungitur ac diuidit̄ in corporibus, propter eam quæ fit ex anima submissionē: non tñ alia vita rursus indiget, sed ea sola quæ fit in animā vt ita dicam, radicatione: Ita etiam se habuerit locus. mensuræ enim natura ad id quod dimensionē suscipit relata, est superior, & quæ non eisdē indiget quibus natura eius, quod suscipit dimēsionem. Neq; enim quod hic est pulchrum, etsi ꝓpter submissionē aliquantisper erubescens, opus habet participatione alicuius alius pulchri: sed sola ad exemplar pulchrum assimilatione. Atqui pulchrum ad alias formas magis refertur & cum eis cōfertur: locus aūt & tempus separatam magis habent naturā, quæ quatenus ipsa cogunt considerantur. & eorum distantia non est similis alijs quæ cōsiderantur in medietate eius quod nullā suscipit dimensionē, & metitur: & eius quod dimē D sionem suscipit. Generationis enim hactenus fuit particeps mensura generationis, q͏̄ submissa sit à causa in quā non cadit diuisio quæ metitur generationē. submissa est autē, vt nō esset omnino generatio. non enim esset mensura medium & ingeniti quod metitur, & generationis quæ dimensionē suscipit. Cùm sit autē mensura, si ēt ipsa opus habet mensura, opus haberet alia medietate, mensuram enim omnino oportet esse mediā eius quod metitur & eius quod dimensionē suscipit. vt quȩ radices quidem egerit in eo quod metit̄, & in illo sit fastigiata, vnā aūt extenditur cum eo quod suscipit dimensionē, vnam autem simplicem habens vtrūq; simul coniunctum substantiam. Corpus autē quod ponunt absolutè vt locum, cùm sit sua natura corpus, cur non ipsum quoq; mensura indiget? similiter aūt etiam spatium, si est quædam substantia, & aliam alibi partē habeat. Quinetiā ad sextum

Accidentia opus habēt tempore.

Punctus habet distantiā q̄ est ex submissione.

† μεγεθικός Magnitudinalis, si dici posset.

Mēsurȩ submissȩ & imaginariæ metiunt̄ ea quæ p̄ submissionē imaginariè cōsistūt.

Mensurȩ natura est superior eo qđ suscipit dimensionē, nec eisdē indiget.

Pulchrū qđ hic est, opus habet solum assimilatiōe ad pulchrum exemplar.

Mensura generationis nō est gñatio.

Mensura est mediū inter id quod metit̄ & mensuram suscipit.

A & septimum eorum quæ sunt dubitata dicemus, q͏̄ qui locum separabilē dicebant & immobilem, & tanq̄ pronunciata hȩc de loco prius sumebant, ad cōem & ad latitudinem pertinentē locum respiciebant, sicut etiā prius dictum est. Proprius enim positura vniuscuiusq; partis, & est ab ipso inseparabilis, & vnà cum eo mouetur, dum mouetur. Qui aūt est in latitudine, vt etiam dicebat Syrianus, per quē fit motus per locum, cùm sit proprius alterius qui est magis totus, ab illo quidē est etiam inseparabilis, & vnà cum illo mouetur, siquidem moueatur: à corpore aūt quod in illo est, est & separabilis, & immobilis, sicut illud. Nec mirum est si ad hunc, ad latitudinem pertinentē respexerint, qui ex mutua corporū transmutatione venerunt ad loci notionem. Octauum autem, si elementum, inquit, est locus eius quod est in loco: elemētum aūt est in eo q͏̄ fit ex elemento, sed nō quod fit ex elemento, in elemento: eueniet vt dicat̄ locus esse in corpore, non aūt corpus in loco. Et hoc etiā poterit dissoluere B is qui dicit, q͏̄ in loco qui est magis totus & amplius continet, id quod est in loco considerātes, in illo meritò dicimus. Potest autē etiam hoc inspici, vt quod prius existit cōplementum eius quod est in loco, vt quod eius cogat distantiam, vt si animationē viuentis corporis consideraueris. Habet enim locus quoque aliquid separatum, & quod oīa localiter & metiēdo præcepit, quæ corpus corporeè. Quocirca & separatus videt̄ & separabilis. & corpus dicitur in loco, non locus in corpore. fit enim cōparatio tanq̄ separatorum. Quod cogitur ergo est in eo quod cogit. & in eo quod est vnitum id quod est diuisum. & in eo quod metitur id quod dimēsionem suscipit. quemadmodum etiā in toto, quod partibus opponitur & ab eis distinguitur, dicuntur esse partes. continet enim & capit mensura id in quod cadit dimēsio, ipsum vndequaq; definiens & cogens. Quocirca etiā primùm eum est probabile diuina frui illuminatione, maximè quidē eum qui est eorum quȩ sunt magis tota & æterna. ad quē etiam respi C ciētes, dicunt Deorum signa ac symbola in loco esse ȩterne seminata. quinetiam eum qui est magis singularis & vniuscuiusq; proprius. vnio enim mensura & terminus, cùm maiorem affinitatem & cognationem habeāt cum vnicis Deorum substantijs, prima fruētur eorum illuminatione. Quare etiā nonum sic est dissoluendum absurdum. Vltimum aūt dicit, si imaginariè placet nos non aliunde venisse ad loci notionem, q̄ ex mutua locorum transmutatione, q̄ ex eadem, positurȩ mensuram vel terminationē dicimus esse locum? nam siue transmutentur, siue non transmutentur, manet vniuscuiusq; eadem terminatio. Num hoc etiā dissolutum est ex ijs quȩ iam sæpe dicta sunt? Cùm sit enim duplex, vt dictum est, locus, vnus quidem substantialis, & qui per se vnicuiq; est idem & dum manet & dum mouetur: alter autem qui fit alias alius in trāsmutationibus quȩ fiunt ex positura eius constructionis quæ est cum ijs quæ sunt magis tota: qui est quidē substantialis, vt qui cum substantia coaluerit, D difficiliter potest discerni à substantia. qui autem fit alias alius eadem manente substātia facile pulsat & excitat eā, quæ est in nobis iudicandi potestatem, per diuersitatem quæ refertur ad substātiam. quemadmodum etiam cùm tempus duplicem habeat naturam, & vnum quidē, motum metiatur substantialē, alterum verò eum qui est extrinsecùs per operationē. id quidem quod est ex substantia, est adeò itellectu difficile, vt Aristoteles ne oīno quidem in tempore esse dixerit ea quæ habent æternam substantiā. sed illa sola quæ ex ijs quæ gignūtur & intereunt suscipiunt dimēsionem. etenim motus quoq;, vnus quidem qui est substātialis, erat ignotus, qui verò est agens, is in prōptu est. Et positura quidē substantialis vel omnino fuerit, alijs alibi partibus distātia & spatio disiunctis. sed q͏̄ sit quidē etiam alia prȩter partes, tunc fit apertius, q̄ñ manētibus partibus in sui positura quȩ est ex substātia, videtur totius mutari positio. hoc autē fit in mutuis transmuta-

Locus ad latitudinē pertinens & immobilis ē separabilis. locus propriꝰ è contrario.

Locus oīa localiter prȩcepit q̄ corpus corporee.

Corpus esse in loco, non locū in corpore.

Locus primùm fruitur diuina illuminatione.

Duplex est locus substātialis, & alter q̄ fit alias alius in trāsmutationibꝰ

Duplex est tempus.

Motus duplex substantialis, & agēs motus.

transfmutationibus. Num autem hoc etiam causa fuit vt substantialis propria singulorũ positura & eius mensura effugerit, nempe difficultas eius positurę diiudicādæ ex eo quod situm esse dicitur. Communior autē ex mutuis transfmutationibus erat manifestior, ad quā, vt est verisimile, respicientes Peripatetici, ea quę per locum mouentur etiā in loco esse dicunt. qm̃ videbant eum locum maxime mutari. Sed qm̃ & hanc de loco notionem pro viribus explicaui, & quæ aduersus eā fiebant dubitationes exposui, & dubitationũ solutiones adduxi, eam non esse omnino nouam, nec à præclaris Philosophis ignoratam volo ostēdere. nam Theophrastus quoq; in Physicis videtur eandē de loco habuisse notionem, cùm dicit veluti dubitans orationem proferens. Num autem nō per se quædā substantia est locus. sed ordine & positura corporum dicitur ex naturis & potestatibus, similiter autē in animantibus & plantis, & in summa ijs quæ sunt dissimilarium partium, siue sint animata, siue inanimata: naturam aũt habeat forma præditam. etenim earum quidam est ordo & positura partium ad totam substātiam. Quocirca dicitur etiam vnumquodq; in sua ipsius regione, q; habeat proprium ordinē. nam etiam vnaquęq; ex corporis partibus suam regionem & posituram desiderauerit. Ostendam aũt diuinum quoq; Iamblichum idem testari. Is enim in quinto libro cōmentariorum in Timęum, capite secundo hæc scripsit. Quoduis corpus, quatenus corpus, est in loco. Corporibus itaque congenitus locus vnà consistit, & nequaq̃ abscissus ab eorum primo ad ea quæ sunt aditu, & ea quę est maximè propriè substantia. meritò ergo Timęus quoq; cum ipso essentiæ corporum principio, locum quoq; adducit primitus. Quicũq; ergo nō causæ cognatum locum faciunt, in fines superficierũ, vel spatia inania, vel cuiusmodicunque interualla ipsum deducentes, simul quidē & alienas opiniones attrahunt, & à toto Timęi instituto excidunt, quod semper cum natura cōiungit opificium. Oportebat ergo sicut ita produxit corpora vt eum causa cognationē haberent & affinitatem, ita etiā videre locum à causa pendere, sicut refert Timęus. & quēadmodum conati sumus locum tradere qui esset eiusdem naturę cum opificio, ita etiā locum exponere. Quare ipse quoq; alias amouens sententias, quæ extra ea quæ sunt in loco locum faciunt, dicit locum esse cognatum ac cōgenitum ijs quæ sunt in loco. Quinetiā progressus, Quęnam ergo, inquit, opinio, perfectionem & substantiæ in locum cognationem definit, nisi quæ ad corporis formā accedentem eius ponit facultatem, quę corpora sustinet & suffulcit, & ea quidē quæ cadunt erigit, quæ disperguntur verò colligit, ea aũt vndiq; simul cōplet & cōtinet vndequaq; ? Videtur ergo ipse quoq; tradere loci definitionē, dicens ipsum esse facultatem formam corporis referentem, congenitam ei quod est in loco, quæ corpora sustinet & suffulcit, & cadentia quidem excitat & erigit: quæ disperguntur aũt colligit: ea autem omni ex parte simul cōplet & continet. Et certè siquidē locus cōplet corpora, non fuerit separabilis ab eo quod est in loco. ita aũt continet corpora, sicut ea definit & cogit. Quid igit, tot & tantos viros dicemus errare in opinione de loco, nostras dubitationes infaustas apponētes epulas ijs qui eas quæ apparent veterum cōtradictiones solent ludificari? an potius vnũquenq; eorum qui de loco aliquid scripsere, sequentes, ostēdemus nullum quidē aberrasse à veritate de loco, sed cùm ipse sit multiplex, alium in aliqua alia loci specie contēplatum esse & enuntiasse? Vt ergo & cōem cuiusuis loci notionem videre possimus, & quæ à Philosophis dictę sunt differētias sub ea contēplemur, dicamus tali aliquo sumpto rursus principio. Id quidem quod propriè vnum est, vt quod nullum omnino spatium ac distantiā habet, & neq; discerni neq; mutari queat, est omnino terminus ac mēsura, quæ neq; vt definiatur neq; vt dimensionem suscipiat ab vllo opus habeat. Atqui & vnũ quod vnitum est, vnitum, tenet,

Theophrasti de loco sententia.

Iamblichi de loco sententia.

Simplicii de loco sententia quæ opiniones veterũ conciliat.

Duplex vnũ

E & ipsum interea nulla opus habet eiusmodi perfectione. Vnitum autem dico nunc non cōtinuum: nam enim hoc quoq; interuallis ac spatijs disiunctum est: sed quod non à partibus vllā, quæcunq; ea sit, subijt discretionē. Quod autem discretum est, est pluribus modis. Et vnum quidē ex magnitudine substantiæ vel potestatis spatijs disiunctum est, quēadmodum quantitates quæ dicuntur continuę: alia verò distincta sunt multitudine, vt quæ propriè discreta appellātur: Alia verò extensa sunt per eam quæ est eius quod est esse extensionē, quęcunq; æterna & per tantum tempus diximus habere substātiam. cùm autem omnino à fine vnico excessissent, & ad infinitatem & interminationē appulissent, opus habuere partibus & terminationibus quæ ea definita seruarent & inconfusa: & alijs quidē in infinita effusione: alijs autē in earum solùm quæ inter se inuicem spatijs disiungũtur, quę ne accederet periculum erat, confusione. Et discretæ quidē multitudinis eam quæ fit in infinitum diuulsionē sistit numerus, F cum definitis speciebus cōprehendisset discretionē: quātitatis aũt quę distantia ac spatijs disiuncta est, indefinitam effusionē definijt per ad magnitudinem pertinētem mensurā, vt exempli gratia dicam, cubitale aut digitale: eius autē, quæ est in eo quod est esse, extensionis, eā quæ est veluti magnitudinem, id quidē quod est immobile mensum est & in vnum collegit, æuum: id aũt quod mouetur, in numerũ tempus. Et tales quidē sunt mensuræ, quæ non permiserunt vt quantitas discreta deduceretur ad infinitatē, neq; in exemplaribus, neq; in imaginibus. Est aũt aliquid aliud, quod perimit eam quę est in his oībus discretorum cōfusionem, causa ne partes inter se confundātur per summam propriam, sed conuenientē ordinē & posituram vnũquodq; recipiat. Non enim sine causa in numeris quidē vnitas posita est ante binarium, binarius autē ante ternarium, & sic deinceps: nec impares & pares temere inter se alterius collocati sunt: & quadrati per seriem, ea quæ inter se inuicem intercedunt spa- G tia habēt crescentia per binarium: & quæcunq; alia præclara theoremata accepimus in numeris. Eodem autem modo aliarum quoq; formarũ incorporearum collocata est discretio. Eadem aũt causa & animantium & plantarum statuit eam quæ est per partes posituram, per quam caput quidē & manus & pedes in animantibus hoc modo inter se sita sunt: radices autem & truncus & rami illo modo. & nō solùm partium inter se ordinem definijt: sed etiam vniuscuiusq; totius, tanq̃ partis, eam quę est in eo quod est magis materiales posituram definijt. Sic itaq; terra quidem medium vniuersi sortita est, cœlum autem id quod est circūcirca, media aũt in medijs. Sed hęc quidē prius quoq; quodāmodo dicta sunt. Nunc autē adijciamus ijs quę dicta sunt, quòd fuerit quædam cōis totius loci notio, quæ dicit eam esse terminationē positurę eorũ quæ sunt discreta in ijs quæ sunt. Terminatio autem vna quidē est per susceptionē: alia verò per continendi rationem: alia verò per vniuscuiusq; ad alia positurę ordinē. H hæc autem licet videre & in incorporeis & in corporeis. etenim qui intelligentia percipiuntur ordines tanq̃ loca diuersa sortiti sunt, mundi qui in intelligentia versatur diuersa receptacula. De illo itaque dicit Orpheus quod habet conditionum sortiumq; differentias.

Diuisit mundum hunc dijs & mortalibus ipse

Quinetiam περιοχὴ id est cōprehensio seu id quod continet, sæpe illic locus dicit. Quocirca & Syriani † Astaraten locum Deorum appellant, & Isim Ægyptij, vt quæ multorum proprietates Deorum contineant. Ex ordine autē positurę vniuscuiusq; ad alia, Plato dicit illum locũ supercœlestem, & qui percipitur intelligētia, per quem definitus est & discretus ordo formarum quę percipiunt intelligentia. In illo autem significato etiam vnũquenq; numerum dicimus fuisse collocatum in loco proprio, qm̃ prima quidem vnitas, post illam autem numerus binarius, & deinceps ternarius, & vt prius dictũ est, quadratihas

vnũ propriè & vnum vnitum.

Discreta tribus modis dicuntur.

Discretorũ quęnam sint mensurę.

Æuum quidnam metiat.

Tempus quid metiatur.

Discretorũ cōfusionem quid tollat, locus scilicet.

Loci cōmunis notio.

Locus apud Orpheũ vocat περιοχὴ id est cōprehensio.

† Astarate apud Syros dicit Venus. Astarate locus Deorũ.

Locũ supercœlestẽ quẽ vocet Plato

Alia cur dici tur locus for marum.

Loci sedes argumento rum.

Locus ma teria cur di cta sit.

Locus quo dicaẽ forma.

has habent regiones, & alij alias ordinatè. Quinetiam sic aĩa dicitur locus formarum per eam cõtinendi speciem. Et ea quę argumenta demonstratiuè definiunt, locos vocamus. quẽadmodum eum quę̃ argumentaẽ à contrarijs, vel à similibus, & à generibus vel formis. Similiter autẽ etiam in corporeis, per terminationem quidẽ susceptionis nõnulli existimauerunt locum esse materiã. Per continendi aũt terminationem, qm̃ vna quidem est congenita, alia verò extrinsecùs: per eam quidẽ quæ est congenita, dicunt locum formam quæ est in superficie, vtpote ꝙ totum sit in ea positum: per eam aũt quę est extrinsecùs, vtpote ꝙ in ea sint sita quæ habent positurã, alij quidem posuerunt locum finem eius quod continet, quemadmodum Aristoteles: alij verò spatiũ incorporeum: visi multa effugere absurda eorum quæ aduersus priora inlerebãtur. Per ordinem autẽ positurae vniuscuiusq; ad alia, vt incorporeum quidẽ, sensilem verò, & in corporibus, locum, quæ proximè data est definitio mihi videtur definire, quam dixi esse Damascij nostri Præceptoris, & quæ Theophrasti & diuini Iamblichi testimonio comprobatur. Quemadmodum enim positura ipsa est incorporea: neq; enim corpus quod mouetur, neq; id in quo moueẽ est positura: ita etiã positurae definitio seu terminatio est in hoc sensu incorporea. Quocirca loci quoq; differẽtię, id quod est, inquã, supra, & id quod infra, & dexterã & sinistrã, & ante & retro, sunt incorporea, etiam si cõsiderentur in corpore consistentia. Dexteram enim manum dicimus, nõ solùm ex diuersa eius constitutione, sed etiã ꝙ sita sit in dexteris partibus corporis, sicut iecur. Sed sit in incorporeis quidẽ locus numerorũ, eius quæ est inter ipsos positurae ordinẽ definiens. Similiter aũt formarum quoq; tam intelligentium, q̃ aĩalium. Quinetiam in corporibus quoq;, vt prius dictum est, partium numerus, præbens singulis ordinẽ & rectam positurã tam inter se q̃ cum suo toto. Prẹterea autẽ & qui est in cõmuni toto, vtpote in toto mundo, per id quod est proximè totũ præbens positurã conuenientem. Et uidetur ad hoc maximè loci significatum respexisse Aristoteles, per quod aliud situm est in alio corpore: totũ quidem in toto, quẽadmodum ego in aere: quod autem est magis singulare, in eo quod est magis totum, etiã si locus propinquus velit esse æqualis ei quod est in loco. Dicimus enim, inquit, in cœlo, tanq̃ in loco, quia in aere, hic aũt in cœlo. Quinetiam in aere, non in vniuerso, sed propter eius extremum, & quod cõtinet, dicimus esse in aere. Continet aũt & suscipit locus qui est eiusmodi, quatenus est magis totus. Locus aũt totus est ex terminatione positurae. Porrò autẽ Plato quoq; materiã dixit formarum locum & receptaculum, vt quę suscipiat positurã formarum quę in ipsam inciderunt, & terminet ipsorum distantiã. Formæ enim per se habent contractam partium discretionem, spatio autem & distantia disiuncta per materialem interminationẽ, habuerunt materialem distantiæ ordinẽ, quemadmodum antea immaterialem ordinẽ discretionis. Locus ergo est materia formarũ, & vt receptaculum, & vt positurae quæ spatio ac distãtia disiungiẽ, & talis ordinis causa. Quinetiam locus quoq; est spatium, veluti quædam præcedens descriptio & typus corporũ quę in ipso fiunt, hic quidem proprius, vt est locus sphęrarum cœlestium: ille verò cõis, vt elemẽtorum quæ inter se miscentur. in eodẽ enim spatio fit & ignis & aer, & aqua & terra, aliàs aliud, ex cõmuni spatij aptitudine. Neq; verò mirãdum, si corpus quoq; sit locus corporis, id quod est magis expers materiæ, eius quod est materialius, & natura prius, deterioris, vt philosophus Proclus animaduertit. Inclyti enim fatẽtur Philosophi cœlestes sphæras esse integras, & ad cẽtrum vsq; plenas. & quæ sunt scilicet interiores, esse in exterioribus. quẽadmodum sphęrã Lunę in sphęra Mercurij: & ipsam in sphęra Veneris, & sic deinceps. Sed & quæ subter Lunam sunt elementa, & animantia, & plantę, sunt in omnibus, etiã si proximius in lunari, vt

Locus est in corporeus.

Loci differẽ tiæ sũt incor poreę.

Loc⁹ nume rorum est in corporeus.

Locus per positurã par tiũ est incor poreus.

Materia lo cus formarũ apud Plato nem.

Locus ẽ spa tium & quõ.

Corpus ẽ lo cus corpis.

Sphęræ cœ lestes sũt ple nę ad centrũ vsq.

A quæ sint ei magis affinia. Fit ergo vnusquisq; locus eorum quę continent ei quod continetur, vt qui ipsum cõtineat & suscipiat, & eius positurã definiat. quare nec ea rõne sunt vt in toto, sed vt in loco. Quoniã ergo Assyria Theologia etiã super hunc mundũ aliud corpus æthereum tradidit diuinius, id aũt nouit ẽt Orpheus cũ dicit,

Complexus sed circum immenso est æthere cuncta,
At cœlum in medio.

Sciunt aũt etiam Astronomi, sphæram astrorum expertem, & verè inerrantem, eam necessariò ponentes super eam quę inerrans dicitur: nã cùm eam quoq; multa astra habentem ab occidẽte moueri in centum annis vno gradu deprehendissent, opus habent ea quæ hanc quæ ab oriente cernitur circũuectionem circumagat: Quoniam ergo, vt cœpi dicere, magnum habuit Proclus testimonium eorum qui hoc mũdo diuinius aliquod esse corpus asserunt, meritò illud posuit locum huius vniuersi mundi. Clarum est autem, ꝙ etiã horum corporum, quæ alia B suscipiunt & continent, vnũquodq; habens distantiam: & partium habet differentias, & locum proprium, & vt spatium, & vt qui partium ordinẽ rectè collocet & disponat. Quemadmodum ergo dixi ab initio, nunc etiã dicam, vniusquisq; eorum qui de loco loquuntur, respexit ad veram aliquam de loco notionem, & à charactere cõi non excidit. Si aũt omnes loci sensus non sunt oẽs assecuti, nequaq̃ est mirũ. Est enim satis probabile esse adhuc aliquos qui non sunt manifesti. His autẽ quæ dicta sunt hoc quoq; adijciatur, Damascium nostrum Præceptorẽ rectè quidẽ attigisse locum qui est per rectam positurã, & omnium primũ quos nos scimus id explicasse, sed nõ asciuisse etiam alia loci significata, quę in incorporeis dicuntur & in corporibus. positurae enim terminationẽ & mensurã esse locum, rectè, vtputo, dicitur. positura autẽ etiam in incorporeis fuerit per ordinem. quẽadmodum etiã in numeris dicimus binarium eẽ ante ternarium. est autem etiam in corpore, per differentiam distantię. Hoc C itaq; obseruo, ꝙ qui tres mensuras posuerit, vnã quidem discretionis, numerum: alterã verò eius quæ est in motu extensionis, nempe tempus: alterã verò spatij ac distantiæ: locũ scilicet, non definijt duplicitatem distantię, vnã quidem vt definitæ magnitudinis, per quã quidem dicimus hoc esse cubitale, illud verò digitale: illam verò vt eius quæ habet positurã, per quam hoc quidem supra, illud verò infra uocamus, & hoc quidẽ dexterã illud verò sinistrã. quinetiam quãuis multis in locis dicat locum esse mẽsuram positurae, non discreuit ipsum à mensura magnitudinis. Melius autẽ fortasse fuerit eius verba audire, in libro de loco sic scribentis. Sunt ergo nobis natura tres mẽsuræ diuisionum. neq; verò in generatione alia est diuisio præter tres, neq; alia mẽsura. triplex enim est id quod non suscipit diuisionem. Vnitas enim est, & nunc & signum. Vnitatis ergo quæ fit per materiam di- "
uisio, vel vt accuratius dicam, vnius, facit multitudinẽ, "
quam aliquis circũscribit numerus. quemadmodum res "
D vna & vnitas id numeri quod non potest diuidi. Eius "
autem nunc fluxus facit extensionem. Dico autem illud "
nunc, id quod in eo quod est nunc eius quod fluit, nõ po- "
test fluere, quẽadmodum momentum si referatur ad mo- "
tum, est veluti principiũ motus. Huic ergo ex tpe, quod "
nunc est, & fluxioni, tempus mensura obtigit, quẽadmo "
dum diuisioni numerus. Extensio autẽ signi facit distan- "
tiam. cui adest mensura locus, quæ totius vniuersam de- "
finit positurã, quousq; triplici disiuncta spatio ac distan- "
tia, id est vndequaq; & omni rõne, effecerit vt totum re- "
ctè sit positum per omnimodam sui ipsius apud se positu "
ram, & partes oẽs quæ in seipso sunt: & præterea omniũ "
partium positurae in omni loco, & vniuscuiusq; singula- "
rum. Quare etiã si sphęra fuerit, vel aliter habeat aliquid "
medium, vel finem alium: loci est situm esse vbi positum "
rectè situm fuerit. Et ꝙ positurae quidẽ mensuram locũ "
esse dicat, quæ id quod est positum rectè disponit & col- "
locat,

Locus est eorum q̃ contnent ei quod continetur.

Æthereum corp⁹ supra hũc mundũ.

Sphæra iner rãs, superior ea quæ dicit inerrans.

Damascius primus rectè explicauit locum qui est p positurã.

Tres sũt mẽ suræ in gene ratione.

Tria sunt q̃ diuisionẽ suscipiunt.

Tempus est mẽsura, nũc fluentis.

Numerus mẽsura diuisionis.

Locus est mensura positurae.

locat, clarum est. Non huius aũt solius, sed etiã magnitudinis, tanq̃ magnitudinis, mẽsura definitur. Dicit itaq; paulopost ea quæ dicta sunt. Cùm ipse sit veluti quædã præcedens descriptio & totius positurę & partium eius, &, vt dixerit quispiam, typus, cui aptatum esse oportet id quod est positum, si futurũ sit vt rectè sit situm, & non sit confusum, & præter naturã se habeat. vtpote vel totũ maius, vel minus ea quæ conuenit magnitudine id quod distantia ac spatio disiunctum est. aut in vniuerso situm, vbi non est decorum, vel eius partibus non habentibus eam quã par est posituram. Nisi quis in calcaneis cerebrum habeat, † vt dixit quispiam, adeò apertè locum nõ esse locum rectę positurę, sed etiã eius, nempe q; sit maius vel minus id quod spatijs disiunctum est, causatur.

† Demosthenes.

Atqui, vt ego quidẽ existimo, oportebat eum definijsse mensuras, numerũ, magnitudinẽ, Locum, tempus: Numerum quidem, qui metiatur discretionem: Magnitudinem verò, quæ distantiã: locum verò, qui oĩmodam positurã: Tempus verò, quod ortus & generationis extẽsionem. Horum ergo quæ ad locũ pertinent cùm studiosos cõmonefecerim, ad ea quæ deinceps scribit Aristoteles confero orationẽ, de inani diligenter inquisiturus.

SECTIO II.

De inani. CAP. VI.

L EOdem autem modo existimãdum est esse naturalis Philosophi considerare etiam de inani, sit ne, an non. & quomodo sit, & quid sit, sicut etiam de loco. similiter enim & non credi potest & credi per ea quæ existimantur. Nam veluti locum quẽdam & vas ponunt qui inane dicunt. Videtur aũt plenum quidem esse, cùm magnitudinem habuerit, cuius est capax: cùm autẽ priuatum fuerit, inane. vtpote quod idem quidem sit inane, & plenum, & locus: esse autẽ

LI eis non idem sit. A consideratione autem incipiẽdum est, cum acceperimus quænam dicunt q esse dicunt. & rursus quæ dicunt ij qui dicunt non esse: & tertiò cões de ijs opiniones.

LIIII Cùm tertium librum inciperet, & de motu tanq̃ qui esset necessarius Physico dicere instituisset, intulit, absq; loco & inani & tp e fieri non posse vt sit motus. Clarum est ergo, inquit, q; & propter hæc, & q; sint omnium cõmunia, & oĩbus generaliter eadem, cõsiderandum sit & tractandum de vnoquoq; eorum. Postquã ergo dixit de motu, & deinceps de infinito, qm̃ videtur esse motus finitus aut infinitus, & cùm sit continuus, diuidi potest in infinitum, sicut omnia infinita, post illa de loco disseruit. Quoniam aũt quidam dicebant inane esse locum priuatum corpore. & locum esse spatium inane capax corporum, eis quidẽ qui dicebant locum esse spatiũ capax corporum, in ijs quę de loco dixit occurrit. Aduersus ipsam autem inanis positionem, siue sit locus, siue quodcũq; sit aliud, nunc respondebit, proprium etiam esse Physici de loco differere nunc ostendens. qm̃ locum quẽdam & veluti vas inane ij qui dicunt, intelligunt. Easdem aũt quęstiones dicit etiã esse de inani, quæ de loco. primùm quidem An sit an nõ, & q̃uo sit, & quid sit. Et q; idem quidẽ significet illud Quomodo sit & Quid sit, rectè aduertit Aspasius. In loco enim An sit & quid sit quærens, sic dixit. An sit aliquid an non, & Quomodo sit & Quid sit. Sed videtur illud Quomodo est & Quid sit, nõ habere locum in inani, siquidẽ ostenditur ne omnino quidem esse inane. nisi forte illud Quomodo & Quid sit, nõ proponit referens ad substãtiam inanis, sed ad eos qui id ponunt, quonãmodo & quidnam id ponant. Aut qm̃ cùm illi dicãt inane esse causam motus, ipse motus causam di-

Quomodo sit, & Quid sit idẽ esse.

E cit esse materiã, quam cõcedit dici inane: ideo quodammodo inane esse concedit. De eo itaq; cõcludens orationem, sic dixit. Et de inani quidẽ, Quomodo sit, & Quomodo non sit definitũ sit, q; vt ij quidẽ dicunt qui ipsum ponunt, non sit: tanq̃ materiam aũt inane esse nihil prohibet. Similiter aũt credi posse & non credi, atq; locum dicit inane, qm̃ qui inane ponebant, dicebant ipsum esse locum priuatum corpore. & ex ijs quæ per locũ mouentur, ij quoq; maximè vacuũ probabant, sicut etiã locum. Qui vacuum ergo spatium dicunt esse locum, cùm idem vacuum esse dicant & locum, eandẽ habent probabilitatem & improbabilitatẽ, quæ infertur ad eorum positionem. Quòd aũt ipse quoq; similiter & credi posse & non credi existimauerit, significauit subiungens, NAM veluti locum quẽdam & vas ponunt qui inane dicunt.} Rectè aũt aduertit, q; idem, si corpus quidẽ in se habeat cuius est capax, plenũ dicitur. Si eo aũt sit priuatum, inane. idipsum autẽ est locus, quatenus est capax. Quare quod subiecto idem est, est & inane & plenum & locus, rõne

Plenum quid sit. Inane quid sit.

F aũt differunt. Clarum est aũt plenum non idẽ esse subiecto cum inani & loco, sed spatium. id enim est aliqñ quidem plenum, aliqñ verò inane. idipsum quoq; est locus, vt quod sit capax, possitq; suscipere, nõ autem quatenus est plenũ, neq; quatenus est inane. Oportet aũt, inquit, eum qui quærit Sit ne an non, & Quid sit, primũ considerare quænã dicant ij qui esse dicunt, deinde quæ dicant ij qui dicunt non esse. Ex ijs enim clarũ erit Sit ne, an non, si nos ijs qui veriora dicũt accedamus, per hoc q; de loco & inani & de eo quod est absolutè spatium, cões notiones seu opiniones perscrutari fuerimus. solet enim cõmunibus notionibus vtens tanq̃ iudicibus, cum eis cõferre & examinare opiniones contrarias. Quòd autẽ de loco oratio natura præcedat orationẽ de vacuo, clarum est, si quidem locus est communior & pleno & vacuo. Locus enim, alius quidẽ est vacuus, alius verò plenus. Quæ sũt autem cõia sunt priora ꝓprijs. Quinetiam locus quoq; est similis habitui, quatenus est capax & potest definitè

G suscipere, siue aliquid habeat, siue non habeat: inane aũt priuationi. priuatio autem semper est habitu posterior. Neq; ergo idem est locus & inane: neq; enim locus est inane: siquidẽ locus, hic quidem est inanis, ille verò plenus: inane aũt & plenũ non idẽ fuerit: neq; locus est inane, q̃tenus est inane, sed quatenus est capax potestq; suscipere, aptusq; est & accõmodatus vt impleatᷓ à corpore.

Qui ergo conantur ostendere non esse, non quod volunt homines inane dicere, id refellũt, sed quod dicunt errantes, quẽadmodum Anaxagoras, & qui hoc modo refellũt. Aerem eñi esse aliqd ostendunt, vtres torquentes, & ostendentes validũ esse aerem, & intercipientes clepsydris. Homines autem volunt vacuum esse spatiũ in quo nullum est corpus sensile. Existi LII

H mantes autem quicquid est, esse corpus, dicunt in quo nihil est omnino, id esse vacuum. quocirca quod plenum est aere, esse vacuũ. Non hoc ergo ostendere oportet, aerem esse aliquid, sed non esse aliud corporum spatium, nec separabile, nec quod actu sit, quod quoduis corpus intercipit: vt sit non cõtinuum, quemadmodum dicunt Democritus, Leucippus, & multi alij Physici: vel etiam si quid est extra quoduis corpus quod est continuum. Hi ergo non occurrunt in foribus quæstioni propositæ, sed ij qui esse dicunt, potius. LIII

Cùm instituisset dicere & quæ dicant ij qui inane esse dicunt, & quæ dicant ij qui dicunt nõ esse, & eos qui esse LV

dicunt

dicunt primos aggressus esset tractare & quæ ab eis dicuntur in medium adducere, &, vt solet, ea esse probabilia ostendere: antequam eiusmodi argumenta afferret, eos qui ea quidem conantur refellere, aduersus ea autem nõ rectè obijciunt, refellit. & sic eos adducit primos qui dicunt non esse. Simul etiã ostendit aduersus quam, Inanis, notionẽ sit contendendum: quòd non quatenus multi dicunt, sola esse ea existimantes corpora quę resistunt, eius autem qui dicitur aeris quęuis locum esse vacuum: vtpote quòd aer nihil sit. Existimant itaq; Anaxagorei se inane esse de medio tollere, si solùm ostẽderint aerem esse aliquid. Ostẽdebant aũt esse corpus, & corpus quod resistat, ipsum vtribus cõprimentes. Aut est cõuenientius dicentẽ audire Aristotelem quòd inflatos, afferrent & ostenderent difficile esse ipsos torquere ac comprimere: dum in eis positus esset aer. atqui non inflatos torquere ac comprimere est admodum facile. Quinetiam ostendẽtes clepsydras, quas appellamus ἁρπαγας, id est, raptores, quando aerem quidem habeant, aquam nõ suscipere: cùm is autem exuctus fuerit, aquam statim arripiunt. nec prius dimittunt, quã quis ablato digito qui foramen obrurabat, exeunti aquæ proportione conuenientẽ aerem ingredi concesserit. Qui sic ergo inani contradicebant, quòd fallerentur quidem qui aeris locum inanem esse dicebant, ipsos refellebant: Quòd autem non sit inane (hoc enim existimant homines esse inane spatium, in quo nullum est corpus sensile) non refellebant. Quoniam enim quicquid est, corpus esse existimant, arbitrati idem esse id quod nihil est & quod nõ est corpus, inane dicunt esse spatium in quo nihil est, talem habentes de inani notionem. Aerem autem non esse corpus, & ideo nihil esse in spatio quod habet aerem, hoc falsi dicunt. Oportebat ergo nõ aduersus id quod falsi dicunt obijcere, sed aduersus ipsam vacui notionem, ostendentes non esse aliquod aliud spatiũ præter id quod est in corporibus. Hoc enim significat illud, Neq; separabile. Et si enim plenum sit, aliud autẽ præter corpora, potest separari à corporibus: idq; non consistere, sed versari in sola cogitatione. quod quidem significat illud, NEC quod actu sit. } Illi enim dicebãt actu esse huiusmodi spatium, quod cùm sit inter corpora, nõ sinit corpora esse continua, vt dicebant Democritus & Leucippus, non solùm in mundo dicentes esse aliquid inane, sed etiam extra mundum. quod scilicet locus quidem non fuerit, ipsum autem per se cõsistit. In hac autem sentẽtia fuit etiam Metrodorus Chius, & quidam Pythagorici, vt ipse dicet paulopost. postea autem etiã Epicurus. Porphyrius autem non scribit neq; separabile, neq; quod actu sit. sed, NEQVE ab eis inseparabile, neq; separabile. } Inseparabile enim ipsum posuerunt Democritici: quocirca neq; vniuersum cõtinuum, cùm intercipiantur corpora ab inani: Separabile autem, qui dicunt esse extra mundum inane, vniuersum autem relinquunt continuum, vt Pythagorici. Est autem melior, vt existimo, prior scriptura. habet autem hæc quoq; rationem. Eorum enim qui de inani opinabãtur, alij quidem dicebant esse ipsum per se separabile, & per totum mundum procedere, & supra mundum extendi continuum: Alij verò vbiq; minutatim dispersum esse in corporibus, & ea ratione videri inseparabile. Quamobrem eorum etiam quæ deinceps sequuntur quatuor argumẽtorum, vnum quidem ex motu & augmento, nempe primum, inducit inane: Secundum verò ex cõstipatione & cinere. Quare qui per hoc quòd probant aerem esse aliquid, volunt aduersus inane obijcere, non ad proprias fores, & veluti introitus, veniunt ad hãc inanis notionem, sed præter fores, hoc est, extrinsecùs & ad alias fores. aut veluti per parietem aliquem conantur ingredi qui non introducit. in his enim dicitur etiã prouerbium. Hi ergo non occurrunt in foribus, sed illi potius dicunt probabilius, qui dicunt esse inane. quorum deinceps argumenta adducit.

Inane nõ esse quo ostenderet Anaxagoras.

Clepsydræ quo aquam suscipiant & emittant.

Inane quid dicerẽt Democritus & Leucippus.

Metrodorus Chius & Epicurus.

Præter fores occurrere, quid sibi velit.

A Dicunt autem, vnum quidem, quòd motus LIII
qui est per locum non fuerit. is autem est latio,
& augmentum. non enim videri potuerit esse
motus, nisi sit inane. fieri enim non potest vt
quod plenũ est suscipiat. sin susceperit, & sunt
duo in eodem, simul etiã esse quotlibet corpora contigerit. neq; enim dici potest differentia
propter quam non fuerit quod dictum est. sin
hoc contingit, etiam quod est minimũ, id quod
est maximum suscipiet. multa enim parua sunt
id quod magnum est. Quare si in eodem contingit multa esse æqualia, erunt etiam multa in
æqualia. Ex his itaq; probat etiam Melissus esse vniuersum immobile. si enim mouebitur, ne LIIII
cesse est, inquit, esse inane. Inane autem est non
B eorum quæ sunt. Vno ergo modo ostendunt LV
esse aliquid inane.

Ponit quatuor argumenta eorum qui dicunt esse inane. LVI Vnum quidẽ ex notione inanis separabilis: tria autem ex notione eius quod est disseminatum in corporibus. & quintum his subiungit id quod opinantur Pythagorici. Ex quatuor autem primum est huiusmodi, quod motum est ex quadam diuisione quæ dicit; Qui fit per locum motus, qui consideratur in latione & in augmento, aut fit per inane quod intercedit, aut per plenum. sed vt per plenum fiat, fieri non potest, vt ostendetur. Ergo per inane. Est ergo inane. Et quod per aliquid quidẽ quod intercedit necesse sit fieri per se videtur credibile ijs qui cogitant, quòd qui fit ab aliquo in aliquid localis transitus, cùm id à quo, & id ad quod, alterum ab altero disiuncta sint, fit per aliquod spatium quod intercedit. Quòd autem quoduis spatium aut plenum aut non plenum esse necesse sit, clarum est. est enim diuisio contradictoria. C quod autem nõ est plenum, est omnino inane. Quòd autem per plenum non possit fieri motus, sic ostendit per syllogismum hypotheticum. Si per plenum fit corporũ motus per locum, corpus procedet per corpus, & quod est minimum suscipiet id quod est maximum. Atqui hoc fieri non potest, vt in aqua vnius cyathi mare contineatur. Ergo etiam fieri non potest antecedẽs, vt per plenum fiat motus. Et cõnexum quidem, quòd id quod est minimum suscipiet id quod est maximum, per hoc ostẽdit. Si id quod est ab initio, suscipit omnino aliud corpus, vt possint in eodem spatio duo esse corpora: suscipient ea quoq; aliud tertium, quod procedit per duplum: & totum rursus aliud quartum, & deinceps quotcunq;. neq; enim causam dixeris, propter quã vnum quidem suscepit, non autem plura. plenum enim esset vnum sicut etiã duo. Suscipiet ergo etiam id quod est maximum. Quia enim quod magnum est, potest diuidi in multa æqualia D paruo quod positum est à principio: multa enim parua sunt id quod magnum est, vt ait, cùm vnumquodq; paruorum quæ sunt in magno æqualia subiecto, sit in paruo quod est ab initio: & totũ fuerit in ipso, & id quod est minimum suscipiet id quod est maximum. quod quidem est euidenter absurdum. Clarum est autem quòd si quæ sunt sibiipsi ęqualia susceperit, suscipiet etiam inęqualia. plura enim æqualia faciunt inæquale. Suscipit ergo etiã inæqualia. quare etiam quæ sunt maxima. Atqui vel ipsum suscipere inæqualia est absurdum. quocirca nec ipsum prætermisit. Quòd autem vetus sit hæc ratio, quæ inane ex motu introducit, per hoc probat quòd Melissus quoque connexo vtens tanquam euidenti, quod dicit, Si quid, quod est, mouetur, mouetur per inane: deinde assumens illud, Atqui non est inane, inferat, Nõ mouetur ergo quod est. Et quòd rationem quidem sic formet Melissus, clarum est. Format autem non de

Inane esse ostendit ex motu per locum.

Per plenum nõ potest fieri motus.

eo quod est corporeum, neq; singulare, sed de eo quod E percipitur intelligentia, & est omni ex parte perfectum & absolutum. Illud enim vult esse & vnum & immobile. immobile puto ostẽdens per hoc quód ipsum sit omnia, & nihil esse præter ipsum, in quo excedat per inane. non est enim illic inane. fortasse autem nec diuersitas. si quidem ipsum est omnia, & quod non est, locum nõ habet in eo quod est perfectè & absolutè. Et si enim sit illic diuersitas per quam species sunt à se inuicem distinctè, diuersitas tamen quæ est etiam inane non habet locum in eo quod est perfectè & absolutè. quemadmodum nec quod non est,

Id quod est vnum esse & imobile, & non esse inane in quo excedat dicit Melissus.

Hanc ne viam teneat mentem sed tu procul arce,
ait magnus Parmenides.

Alio autem quòd videntur nonnulla coire & constipari. quemadmodum vinum etiam cum vtribus dicunt dolia suscipere. vtpote in ea quæ insunt inania coeunte corpore quod F constipatur.

LVII *Inane esse ostẽditur ex cõstipatione corporum.*

Secundam ponit rationem quæ sumitur ex constipatione corporum. Si enim eadem manente substantia considunt & extenduntur corpora, clarum est, inquiunt, q; cùm sint inania quæ intercedunt spatia, ita fit in eis coitio ac conciliatio. Huius autem signum adducit, quòd dolium vinum suscipiat cum vtribus. Hoc autẽ audĳt quidem Alexander, vt quòd dolium etiam si vinum quod ipsum implet in vtres iniectum fuerit, ipsum suscipiat cum vtribus. Num autem hoc quidem est superuacaneum vel propter difficultatem compositionis. sed quòd idem dolium cùm sit vino plenum, etiã vtres qui capiũt vinum quod in ipsum iniectum est, suscipiat, & non effundat. quod dicunt fieri non posse nisi vinum constipetur. hoc autem non fieret, nisi essent inania quæ intercedunt spatia. quæ cùm considunt, efficitur constipatio. Qui aũt constipationis causam inani adscribunt, G grauia quoq; à leuibus dicunt ea ratione differre, q; illa quidem amplius habeant, hæc verò minus.

Præterea autem augmentum quoq; videtur omnibus fieri per inane. alimentum enim esse corpus. vt duo autem corpora simul sint, fieri non posse.

LVIII *Inane esse ostẽditur ex alimento.*

Postquam dixit fieri nõ posse vt sit motus per locum, si nõ sit inane: & motus qui fit per locum, hunc quidem esse per augmentum, illum verò per lationem: & ostendit id quod dictum est in motu qui est per lationẽ: nunc dicit quomodo ostẽdit ne motum quidem fieri per augmentum, si non sit inane. Si enim fit quidem augmẽtum per nutrimentum quod in omnem partem peruadit, est autem nutrimentum corpus, necesse est vel per plenum fieri, vel per inane. Sed per plenum quidem fieri non potest, vt ostensum est. corpus enim per corpus non procedit, vt sint duo simul corpora. H Clarum est ergo quòd ingressus nutrimẽti in eius quod nutritur inania, quæ sunt vbiq; dispersa, efficit vt id quod nutritur vndequaq; augeatur. Illud autem, VIDETVR omnibus fieri } ostendit probabilem argumentationem.

LVI. Adducunt etiã cineris testimonium, qui tantum aquæ capit, quantum vas inane.

LIX *Inane esse probatur ex cinere.*

Hoc ponitur quidem vt quartum argumentum quod cõfirmat inane. Est aũt idem quodãmodo cum eo quod est de vino & vtribus, quod ipsum quoq; adducitur ex cõstipatione corporum. Quemadmodum enim dolium præter vinum vtres suscipit, propterea quód vinum constipetur, ita vas plenum cinere præter cinerem aquam suscipit, considentibus quæ in cinere sunt inanitatibus. Differt autem hoc exemplum ab eo quod est de vino, vt E existimo, quòd illic quidem præter vinum vtres quoq; idem spatium susceperit, qui non habent eandem cum vino magnitudinem: Hic autem & cinis & aqua vas vel per se implere sufficiunt, videlicet coeũtibus qui sunt in vtroq; meatibus: vel potius ĳs quidem qui sunt in aqua coeuntibus: ĳs autem qui sunt in cinere, partim quidem considentibus, partim verò aquam in se suscipientibus.

Dicebant autem Pythagorei quoq; esse inane, ipsumq; cœlum subire veluti respirans ex infinito spiritu: & inane quod distinguit naturas. vtpote quòd sit inane quædam separatio & distinctio eorum quæ sunt deinceps. & hoc esse primum in numeris. inane enim ipsorum naturam distinguere.

LX *Inane esse probatur ex authoritate Pythagoreorũ.*

Propter magnam Pythagoreorum existimationem, vt quintum adducit argumẽtum eorum opinionem, ad F hoc q; sit inane. Illi enim dicebant inane mundum subire, ueluti respirantem aut expirãtem tanquam spiritum, ab eo quod est circũfusum extrinsecùs. vsum autem præbere ad hoc vt non sint inter se omnia corpora continentia, vt audit Alexander. Aristoteles autem non audĳt in corporibus, sed DISTINGVIT, inquit, naturas } vtpote quòd sit inane quædam separatio & distinctio eorum quæ sunt deinceps. Quæ enim deinceps se inuicem consequuntur, quorum nihil est intermedium, ea discernit inane. quæcunq; enim ab aliquibus alĳs quę intercedũt intercipiuntur, ea non ab inani, sed ab illis separantur. Talem autem inanis potestatem & esse & videri in numeris primis, quæ eorum distinguit naturã. Quid enim est aliud quod vnitatem distinguit à binario, & eum rursus à ternario, præter inane, cùm nulla intercedat substãtia? Sed quænam fuerint hæc ænigmata Pythagoreorum? nisi quòd diuersitas, quæ mundum superat corporeum, species quæ illic sunt discernens: à mundo partici- G pata, earum quæ in ipso sunt formarum distinctionẽ efficit & separationem. Quæ illic quidem nõ est inane: Honestum enim, verbi gratia, est aliud à iusto, non quòd nõ sit iustum, sed quòd sint omnia ex honesto, per eam quæ illic est vnionem: & quòd in eo quod est perfectè & absolutè non est id quod non est: Hic autem fit separatio propter ingressum eius quod non est. Vnitas enim non est binarius. & binarius nõ est vnitas. & id quod intercedit quod non est, id est inane, quod separat eas quæ sunt in mundo formas: quẽadmodum eas quę sunt supra mundum diuersitas quæ illic est, quæ ipsa quoque est id quod est, & non dicitur id quod non est, & ideo nec inane, causa aũt est eius quod hic est inanis. Quocirca illud quoq;, id quod quodammodo non est Plato vocauit in Sophista.

Pythagoreorum de inani ænigmata explicantur.

Hæc ergo argumenta eorum qui inane esse dicunt, posuit Aristoteles. Strato autẽ Lampsacenus quatuor hęc ad duo redegit: in motum qui fit per locum, & in cõstipationem corporum. Tertium autem adĳcit quod su- H mitur ab attractione. Euenit enim vt Magnes alias ferri particulas per alias attrahat, cùm ex meatibus ferri lapis attraxerit. cum quo corpore ferrũ vna quoq; attrahit: & id rursus trahit id quod deinceps sequitur. & hoc aliud. & hæc series ferri particularum dependet à lapide.

Inane esse ostẽditur ex attractione.

CAPVT VII.

LVII Ex quibus ergo hi quidem esse dicunt, illi verò non esse, fortè tot sunt & eiusmodi.

LXI Eorum qui dicunt esse inane plura adduxit argumenta. ante illa autem posuit rationem eorum qui illud tollunt, nempe Anaxagoreorum. quam etiam dixit occurrere præter fores, vt quæ non ostendat non esse inane, sed aerem esse corpus. Meritò ergo dixit se ambas dixisse rationes, & quæ inane esse ponunt, & quæ non esse.

Ad hoc autem vt sciatur vtro modo se habeat, accipere oportet quid nomen significet. Videtur autem inane esse locus in quo nihil est. Huius autem causa est quod id quod est, corpus esse existimant. est autē omne corpus in loco. inane autē, in quo loco nullum est corpus. Quare sicubi non est corpus, nihil hic esse. Rursus aūt quoduis corpus esse tactile existimant. tale autem esse quod grauitatem habet vel leuitatem. Euenit ergo ex ratiocinatione id esse inane, in quo nihil est graue vel leue. Hæc ergo, sicut etiam prius diximus, eueniunt ex ratiocinatione. Absurdum est autem, si punctus sit inane. oportet enim esse locum, in quo tactilis sit corporis spatium.

LXII Cùm & eos qui inane non esse dicunt, & eos qui esse dicunt adduxisset, meritò deinceps dicit esse tempus ferendæ sententiæ, vtrum hoc an illo modo se habeat proposita quæstio. sed quoniam & qui non esse: fortasse autem & qui esse ostendebant: videbantur non satis explicatam ac distinctam de eo habere notionem, propterea dicit oportere prius definire quid nomen significet. clarum est enim hanc quæstionem etiā quæstionem An sit præcedere, vt didicimus in posterioribus Analyticis. non enim possumus quærere An sit aliquid, cuius non notionem prius præposuerimus. Quemadmodum nec quid sit quæri potest, nisi prius id esse persuasum fuerit. Differt autem à quæstione quid est, quæstio quid nomen significet, quòd hæc quidem sumpta sit ab ijs quæ insunt eius notionis, siue sit, siue non, id quod significatur, vt nunc videbitur in inani, & si nō sit: quæstio autem Quid est, ab ijs quæ ipsi rei insunt. quamobrem omnino illud esse oportet, in quo quid est consideramus. Et quæstionē quid sit, quæstio An sit præcedit. Alexander autem, Quemadmodum in loco, inquit, primùm exposuit quid significaret id quod est in aliquo, ita etiam hic quærit qd significet inane. Num autem in loco propterea quod esset in confesso notio, non opus habuit prius sumere qd nomen significet: neq; ad hoc prius sumpta est enumeratio significatorum eius quod est in aliquo, sed & ad definiendum genus eius quod est in loco, & id quod est in loco, ab alijs significatis eius quod est in aliquo, & maximè ab eo quod est vt in toto. Dicit ergo primùm qd significare videatur nomen inanis, quòd ex communi sententia videatur esse locus in quo nihil est. Quænam sit autē causa quòd sic videatur inane in quo nullum est corpus, subiungit. Quoniā enim quicquid est, corpus esse dicūt qui de natura disputant, seu qui nondum incorpoream sunt contemplati naturam: scilicet id quod non est corpus nihil esse dicūt. Idem est ergo dicere, In quo nullum est corpus, & in quo nihil est. Et ne hoc quidem satis esse ducunt, sed quemadmodum quicquid est dicunt esse corpus, ita dicunt etiam omne corpus esse tactile. quocirca aerem neq; esse corpus, neq; omnino esse dicebant. Quoniam ergo tactile est quicquid grauitatē habet aut leuitatem, euenit ex ratiocinatione eos inane esse dicere, in quo nihil est graue vel leue. quare etiam in quo est aer. Si autem adeò indistinctè dixerint, illud, In quo, ponentes, sequitur vt ipsi & signum & lineam & numeros dicant inane. non est enim in ijs aliquid graue vel leue, etiam si quædam alia eis insint. sed ea sic non inerunt in notione vacui seu inanis. locus enim eē vult & spatium, inane, in quo tactilis est corporis spatium. sed non tunc est inane quando est in eo corpus, sed quando se sic habeat vt corpus in eo esse possit. non est autem signum huiusmodi. & absurdum scilicet ex eo inductum est, ex eo quòd indistinctè, In quo, dixerunt, cùm non simul ad-

Quæstio qd sit nomē, qd differat a qõ ne Quid sit.

Incorporeā naturam nõ cõtemplati, soli corpus esse dicunt.

Vacui vulgaris definitio.

texuissent oportere esse aliquod spatium. Quamobrem eorum qui sic posuerunt contempta facilitate, ad inanis notionem conuersus, quæ deinceps sequuntur sic subiungit, ipsum ponens spatium.

Videtur itaq; inane vno modo dici, id quod non est plenum corpore tactu sensili: est autem tactu sensile, quod grauitatem habet & leuitatem: quocirca etiā dubitauerit aliquis, quid dixerint, si spatium habet colorem vel sonum; vtrum est inane, an non: num clarum est si suscipiat quidem corpus tactile, esse inane: sin minus, non esse. LVIII

Cùm dixisset id quod consequitur significationē inanis quæ indistinctè dicta est, infert absurdum aduersus eos qui tanquā spatium dicebant inane plenum aut non plenum corpore tactu sensili: vtrunq; enim scribitur. Id autem sumitur tanquam spatium. sicut etiā ostendit quæ deinceps sequitur dubitatio quæ dicit, si habet spatium. Et si sit quidem scriptum, NON plenum corpore tactu sensili } dixerit spatium aliquod quod natura quidem aptū est vt corpus tactu sensile suscipiat, & ab eo impleatur: non suscepit autem, nec impletum est. si sit autem; PLENVM corpore tactu sensili } sic quoq; audiendum est, vt quod aptum sit natura impleri, sed non vt quod impletum sit. quod quidem declarauit cùm dixit, NVM clarum est, si suscipiat quidē corpus tactile, esse inane. } Siue autem hoc vel illo modo sit, quod infertur absurdū est eiusmodi. Si spatium illud corpus quidem tactu sensile non habeat, colorem autem vel sonum, vel aliquam aliam qualitatem quæ alio sensu potest apprehendi habere positum fuerit, num id est inane an non? Si enim dicatur inane, quomodo fuerit inane quod est sensili qualitate præditum? quomodo autem fuerit inane sensile? Si autem non inane, erit aliquid non inane, & si non sit plenum corpore tactu sensili. ecce enim illud spatium quod colorem habet vel sonum: & natura aptum est vt tactili corpore impleatur, siquidem est spatium non plenum: dicitur tamen non esse vacuum. Ipse autem qui dixit dubitationem, solutionem tanquam ab illis allatam, quæ eis conuenit, subiunxit, dicens. NVM clarum est quòd si suscipiat quidem corpus tactile, est inane: sin minus, non est. } Hoc autem non est eorum qui asserunt, absurdum esse, Illud spatium, etiam si suscipere possit corpus tactile, id autem non habeat, sed colorem vel sonum, vel sensilem in summa qualitatem, dici vacuum. Alexander autem, Siquidem fuerit, inquit scriptum, plenum corpore tactu sensili, potest dicere id quod nō alio sensu sed solo est tactu sensile: talem autem dicere aerem corpus tactu sensile, quandoquidem fuit quædam de inani opinio quæ dicebat inane esse aerem qui est tactilis, eo quòd grauitatis vel leuitatis aliquod momentum habeat. hāc autem opinionem Anaxagorei conabantur euertere, vtres torquentes. Et si, inquit, dicatur de aere, fuerit id de quo dubitatur huiusmodi. Si hic aer quem dicunt inane, colorem vel sonum assumpserit, vel aliquam qualitatem alio sensu sensilem, quæ à tactu differat, vtrum adhuc manet inane an non? Si enim adhuc inane dixerint, non fuerit inane. quod plenum est eo quod est tactu sensile, vt dicebatur. siquidem alia etiam habens sensilia mansit inane. Sin non fuerit amplius aer inanis, qui eorum aliquid acceperit: qualitates non corpora inane susceperit. ita autem in loco quoque fuerint non corpora sed qualitates. Atque ipse quidem Alexander non videtur admittere hanc expositionem. Itaq; illud etiam quod deinceps sequitur, NVM clarum est quòd si corpus quidem suscipiat tactile, est inane. Sin minus } non aeri & ei quod illi inest inani dicit conuenire, sed spatio. etenim qui aerem dicebant esse ina-

LXIII Inane nõ est spatiū plenū corpore sensili.

ne, spatium in quo est aer inane dicebant, vtpote quòd nihil esset aer. Nam si putassent aerem esse corpus tactu sensile, non dixissent inane quod ipsum habet spatium: neq; Anaxagorei sustulissent inane, ostendentes aerem esse corpus idq; validum. propterea enim inane definiri spatium quod natura aptum est impleri corpore tactu sensili: vt capax aeris inane appareat, cùm aer non sit corpus tactu sensile, vt putabant. Dicit autem Alexander tertiam quoq; quãdam ferri scripturam, quæ dicit, PLENVM corpore tactu insensili. } Insensile autem corpus dixerit, spatium quod tres habet dimẽsiones, & ideo corpus dicitur & plenum. quandoquidem videtur esse definitio corporis, Quod tres vtiq; habet dimensiones. Sed nec huic scripturæ dicit Alexander quadrare eam quæ infertur solutionem. nescio quare, siquidem sumptum est vt spatium. sed aptè & cõuenienter dicitur inane spatium, quod plenum est corpore tactu sensili. Aerem autem dicit Alexander suapte natura qualitatum quidem F quæ alijs sensibus sunt sensiles nõ esse participem, solùm autẽ esse tactilem. non enim alijs sensibus qui per ipsum fiunt inseruiret, si propriam eis aliquam qualitatem ostẽderet. Si enim niger esset, quomodo albo transmittendo inseruiret? Clarum est autem quòd ex hac definitione inanis, quæ dicit inane esse in quo nullũ est corpus tactu sensile, hoc est graue vel leue: etiã si est aliquod spatium in quo est cœlum, inane fuerit. Diuinum enim, & quod motu circulari fertur corpus, vt ostensum est in libro de Cœlo, neq; est graue nec leue. Videtur autem primum quidem quod illatum est absurdum, q; pũctus sit inane, ex eo collectum esse, q; indistinctè sumptum sit, in quo. hoc autẽ ex eo q; tactu solo distinctum sit illud quod non est in inani, & ideo dicatur inane.

Aer est omnium qualitatũ expers nisi q; est tactilis.

LIX Alio autem modo in quo non est hoc quidpiam, nec aliqua substantia corporea. Quocirca dicunt quidam inane esse corporum mate- G riam. qui etiam locũ hoc ipsum dicunt, non rectè. materia enim non potest separari à corporibus: inane autem quærunt tanq; separabile.

LXIIII Tradit aliam inanis notionem, quæ inane esse dicit in quo non est substãtia corporea. Illud enim, HOC QVIDPIAM exponens, subiunxit, NEC substãtia corporea. } Differt autem hæc significatio à priore, quòd illic quidẽ inane dicitur, in quo nullum est corpus tactu sensile, ex resistentia tali corpore characterem suscipiente. quam cùm non viderent in aere, inane dicebant: Hic autem dicitur inane, in quo nulla est substantia corporea. Substantia autem corporea non solùm grauitatem habet & leuitatem, sed & colores & figuras & magnitudines. Quocirca ex priore quidem definitione, spatium in quo est cœlum fuerit inane. quoniam corpus cœleste nec grauitatem habet nec leuitatem. ex hac autem definitione nõ fuerit inane. siquidem inane quidem est in quo non est H corporis substantia, cœleste autem corpus est substãtia. Num autem reuera quidem prior definitio erat illorum, qui volebant aerem non esse corpus, propterea quòd nõ resisteret, & ideo spatium in quo est aer inane esse existimabant. quibus contradicens quoq; Anaxagoras satis habuit ostendere corpus esse aerem. si enim dicebãt inane in quo nullum est corpus resistens, aer autem & si nõ resistens, est tamen corpus, & id in quo est non inane nõ fuerit videlicet inane quod nunc dicitur id quod est ab eis definitum. Cùm autem posuisset eos qui dicunt inane in quo non est aliqua corporea substantia, & ea ratione videntur accuratius dicere ijs qui corpori adiungunt id quod est tactile, & ideo in absurdum inciderunt: eos quoq; eò deducit vt materiam dicant inane cùm per se fuerit. quoniã ipsa est, in qua inest forma corporea. Qui habent ergo hanc notionem inanis, dicunt inane materiam. Ii ipsi autem eam quoq; locum dicunt, sicut etiam

Inane nõ est id in quo nõ est substãtia corporea.

E dicunt inane esse locum. adeò vt subiecto idem dicant inane, materiam & locum. Et prius quidem in ijs quæ de loco dixit eos confutauit qui locum dicunt esse materiã: nunc autem cùm eos in medium adduxisset qui inane dicunt esse materiam, eis quoq; idem infert absurdum, q; materiam & inane idem dicant, ostendens eorum contrarias notiones, per quas materia quidem nõ potest separari à rebus quarum est materia: Qui inane autem dicunt, quærunt tanquam separabile ab illo corpore, quod ex sua habet natura vt in illo sit: adeò vt in secunda figura hic quoq; ostendatur inane non esse materiam. locum autẽ concedit quodammodo significari à nõie inanis.

Quoniam autem & de loco definitum est, LX & inane necesse est si sit esse locum priuatum corpore: locus autem quomodo sit & quomodo non sit dictum est: clarum est ergo sic quidem inane non esse, neq; separatum, nec inseparabile. inane enim non vult esse corpus sed spatium corporis. Quocirca inane quoq; videtur esse aliquid, quoniam etiam locus, & ijsdem de causis. LXI Venit enim motus per locum & ijs qui dicunt locum esse aliquid præter corpora quæ incidunt, & ijs qui inane. Causam autem motus putant esse inane, ita vt in quo mouetur. id autem fuerit cuiusmodi quidam locũ esse dicunt.

LXV Postquam diuersas quæ esse videbantur inanis exposuit sententias, ad vnum & idem omnes tendere ostendit, nempe inane esse aliquem locum priuatum corpore. Siue enim locus est in quo nihil est, siue spatium non plenum corpore tactu sensili, siue id in quo neq; hoc aliquid neq; est substantia corporea, ex omnibus his definitionibus inane est aliquod spatium & locus corpore priuatus. Etenim locum quidem ut locum, quandoquidem est alicuius locus: cùm susceperit corpus, tunc cogitamus: Inane autem, cùm corpus nondum susceperit. Vt sint autem spatia à corporibus separata, vtrisq; adest, & loco qui est ex eius sententia, & inani. Quoniam ergo de loco ostensum est, eum esse tanquam finem eius quod continet: non esse autem per se tanquam spatium, tunc quidem tractationi de loco conuenienter ostensum est, id non esse spatium: nunc autẽ quoniam hoc ipsum proponitur considerandum: restat vt postquam dixit quid nomen inanis significet, an sit omnino inane hoc dictum spatium, oporteat ostendere. quòd scilicet non est quid tale, neq; non habens in se corpus, quod significat illud, SEPARATVM, neq; habẽs quod hoc, nempe INSEPARABILE. Eorum enim qui dicebant esse inane, alij quidem sic esse dicebant vt esset aliquid per se, hoc quidem nullo vnquam corpore præditum, vt quod est extra cœlum: illud verò aliquando, vt quod est in raris, & corpora intercipit ad hoc ne sint continua: Alij verò vt quod habeat quidem etiam aliquam per se naturam hoc spatium, corpore autem sit semper plenum. Potest autem, separatum, quidem dicere id quod ab eis dictum est esse extra cœlum. inseparabile autem quod fertur in corporibus, sed non quod est semper corpore præditum. hæc enim positio post ipsum inter Platonicos apertè exorta est. Quòd autem quæ dicta sunt ad ostendẽdum locum non esse eiusmodi spatium, etiam de eiusmodi inani rectè dicantur, per hoc ostendit quod eadem fiunt quæ probent eiusmodi inane, quæ locum, nempe & capacitas, & separabilitas, & quòd motus non fuerit per locum. etenim inane non corpus, sed spatium capax corporis esse volunt. & propter tot causas esse quoque videtur inane, propter quas locus. Alexander autem ait, ex eo, quòd dicit inane, & si triplicem habeat dimensionem,

Inane nõ esse incipit ostẽdere.

Aristoteles Mathematicum corpus nõ ponit q̃um.

nem, non esse corpus, posse conuinci eos qui malè existimant eum dicere in prædicamentis corpus mathematicum esse quantum, cùm sit solum spatium absque materia. nusquam enim quod sit eiusmodi, corpus dicere absolutè, sed vel spatium corporis, vel corpus Mathematicum. illic autem absolutè corpus dixit quantum. Clarum est autem quòd corpus Mathematicum non sit spatium corporis. Etenim hic inane sic dicitur spatium corporis vt spatium quod est capax corporis, sed non vt spatium corporis. Alexander autem sic audiens, ratiocinatur, quòd si nō est corpus, sed spatium corporis: fieri autem non potest vt sit tale spatium absque corpore: fieri nō potest etiam vt sit inane. nisi vtique dicat spatium corporis, id quod habet triplicem dimēsionem. cuiusmodi est spatium corporis. sic enim dixerit, Si vbique sunt tres corporis dimensiones, qui solius ponunt corporis, ponunt id quod non est. Cùm sint autem complures eædem causæ, vt dictum est, & loci ad ea quæ sunt ingressus, & inanis: ostendit quidem multitudinem, dicens, ET ijsdem de causis.} seu ex ijs ex quibus probat locus. Eam autem quæ videtur maximè propria subiecit. VENIT enim, inquit, motus per locum & ijs qui locum dicunt esse aliquid præter corpora quæ in ipsum incidunt, & ijs qui inane.} Quoniam autem eiusdem dixit esse plures & diuersas causas, quòd vt eadem causa motus per locū sit locus & inane, ostendit, dicens, CAVSAM autem motus putāt esse inane, vt in quo mouetur.} ita autem erat locus quoque causa.

LXII Nullo autem modo necesse est, si sit motus esse inane. In summa ergo in quouis motu nequaquam. quocirca Melissum quoque latuit. cōtingit enim quod plenū est, alterari. Iam verò nec motum per locum. simul enim contingit sibiinuicem cedere, cum nullum sit spatium separabile præter corpora quæ mouentur. Idque clarum est vel in reuolutionibus eorum quæ sunt continua, sicut etiam in humidorum reuolutionibus.

LXV Postquam nominis inanis distinxit significatū, quòd est spatium & locus priuatus corpore, instituit ostendere id non esse neque separabile, neque inseparabile. Et primùm rationes quæ conantur inane introducere, ostendit nihil habere necessarium. & primùm eam quæ prima fuit interrogata, & videtur plus cęteris exhibere negotij. quæ dicebat, si est motus, est inane. Et nunc quidem non necessariò rogatam esse ostendit. paulopost autem ostendit totum esse contrariū, si est motus, non est inane, & si est inane, non est motus. Nunc autem interim refellit orationem ex eo quòd indistinctè loquatur. Nam & si sit inane causa motus, non tamen omnis. non enim etiam alterationis. potest enim aliquid calefieri, & dealbari, & omnino alterari, etiam si sit plenum, & inani nihil egeat. Et reprehendit Melissum qui indistinctè dicebat esse vniuersum immobile, propterea quòd non sit inane. videtur enim ignorasse nihil vetare quominus esset alteratio, & si non sit inane. Cuiusmodi autem sit vniuersum immobile, quod dicebat Melissus propterea quòd non sit inane, prius dictum est. Oportebat itaque, siquidem rogandum erat, ita rogare. Si est qui est per locum motus, est inane: non autem absolutè, si est motus. Hanc autem Melissi, hallucinationem in primo quoque libro reprehendit, dicens, Deinde cur non fuerit alteratio? Postquam ergo soluit cōnexum per rogatum eius quod est indistinctum, deinceps ostendit ne inane quidem esse causam motus per locum. possunt enim corpora sibiinuicem cedere, & ita moueri per locum, inter se loca vicissim permutantia, & si nihil sit inane. quod

Inane esse si sit motus, nō est necessarium.

Inane nō est causa motus.

A quidem dixit spatium separatum, hoc est quod non est corporis, sed est ipsum per se. Et quòd hoc fieri possit, ostendit in continuis corporibus quæ circūaguntur, & eundem semper locum obtinent. Turbines enim mouentur per locum, inani minimè opus habentes. & aqua quando in vase circūacta mouetur, totum quidem eundem locum obtinet: partes autem eius sibi inuicem cedunt motæ per locum, & neque inane assumunt, neque corpus per corpus procedit. hoc autem exemplo vsus est etiam in primo libro, decertans aduersus Melissi immobile. Sed fortasse dixerit quispiam ea ex nostra sententia ne moueri quidē per locum, quæ in tota summa eundem locum seruant. siquidem totum quoque cœlum dicimus per locum immobile. Atqui in his solùm videbitur inane non esse causa motus per locum, quæ in ipsa summa semper manent in eodem. Appositius ergo & conuenientius est exemplum Stratonis, quod tales effugit suspitiones. Si quis enim in vas aqua plenū calculo eiecto, B vas euerterit, os obstruens ne effluat, calculus fertur ad os vasis, aqua in locum calculi vicissim transeunte. Hoc ipsum autem vsuuenit & in natātibus, & in piscibus, & in quocunque alio. Dicet autē ipse quoque Aristoteles plura de vnius in alterum transmutatione.

Stratonis appositum de vase euerso exemplum.

Contingit autem condensari quoque non in inane, sed propterea quòd ea quæ insunt enucleet. vtpote aqua compressa eum qui inest aerem.

Secunda erat ratio eorum qui inane esse probare videbantur. quæ sumebatur ex constipatione. cuius exemplum erat illud de vtribus, quos dolium cum vino suscipit, propter vini constipationem, quæ nihil est aliud quā coitio ac compressio in ea quæ insunt inania. Ad hoc ergo dicit, non necesse esse id quod constipatur, eo quòd in seipso habeat inania, in ipsa contractum condensari. Possunt enim, expresso & enucleato subtiliori aliquo corpore, reliquæ partes considere & coarctari in minorem magnitudinem. C Et fit cōstipatio, exeunte quidem eo quod est subtilius & gracilius, aut igne aut aqua, & in summa ijs quæ sunt tenuiora à crassioribus, considente autem ac compresso eo quod est crassius. Quocirca non solùm est magnitudine breuius id quod condensatur, sed etiam tota substantia crassius. † Enucleare autem dictum est ex ijs qui oleatum nucleos digitis compressos eiaculantur propter figuram in acutum tendentem. LXVI

Inane non probari per constipationē.

Constipatio quō fiat.

† ἐκπυρηνίζειν

Et augeri non solùm ingrediente aliquo, sed etiam alteratione. vt si ex aqua fiat aer.

Tertia erat ratio ab augmento, probans esse inane per connexum huiusmodi: Si est augmentum, est inane: Atqui est primum: Ergo & secundum: Connexum autem cōfirmans, eo quòd nutrimentum per inane procedens, adijciatur ijs quæ nutriuntur, propterea quòd corpus nō procedat per corpus. Dicit ergo non esse omnino necessarium, D Si quid augetur aliquo ingrediente corpore, etiā aggregatum augeri. multa enim augentur & maiora fiunt magnitudine ex minoribus, non aliquo eis aggregato, sed mutata & alterata, si sunt subtiliorum corporum: vt quando ex aqua fit aer. est enim maior magnitudo aeris qui ex aqua factus est, illa aqua ex qua aer factus est. Quare nō est hoc verum, Si est augmentū, est inane. LXVII

Inane non probari per augmentum.

In his vtique quòd dicat quidem alterationē, eam quę fit ex aqua in aerem mutationem, & si fit aeris quidem ortus, aquæ verò interitus, nihil est mirum. Quod de augmēto aūt dicit, dignius est quod animaduertatur. Primùm quidem quō in inanimis dicat esse augmentum. & quomodo dicat nutrimētum augeri. licet ipse apertè dicat in ijs quæ scripsit de anima, ea sola augeri quæ nutriuntur. nutriuntur autem animata. quæ enim vegetātem animam participant, ea sola dicit nutriri & augeri. Quomodo

Alteratio, mutatio aquæ in aerem.

Augeri inanima quō dixerit alicubi Aristoteles.

ergo vel absq; ingrediente nutrimento nunc augeri dicit? vt quod vtrinq; inferebatur rogati absurdum effugeret, quod dicebat vel per plenum vel per inane peruadere nutrimentum. Alexander autem soluens has obiectiones, Propterea quòd nondũ, inquit, clarum est, quomodo ĩs quæ nutriuntur & augentur fit aggregatio, & quidnam sit quod augetur, forma, an materia, de quibus quæret & definiet in libris de Generatione, & ostendet quomodo fit augmẽtum, & quidnam sit quod augetur, forma, an materia: ideo augmento nunc cõmunius sumpto, sic obiecit aduersus probationem inanis quæ ex eo fiebat. At si omnino augmento & nutrimento occurrit, quomodo fuit rationi cõsentaneum vel præter fores occurrere, & si de ĩs nondum docuerit? Num ergo vt cùm de motu ageret, primùm quidem occurrit, vt qui inane omnis motus causam indistinctè dicerent, deinde etiam vt motus per locum: ita etiã nunc primùm occurrit, vt qui augmentum quoduis incrementum dicerent: & ostendit crescere nõ posse in maiorem magnitudinẽ, & non per nutrimenti distributionem: deinde cùm sic deinceps, vt discemus, id quod propriè est augmentum, quod per nutrimenti fit distributionem, eos dicere posuisset, & ex eo mouere dubitationem rationis: eis dubitationem euertere conatur, dicens.

In summa autem & quod de augmento dicitur, & de aqua quæ in cinerem effunditur, ipsum seipsum impedit. Aut enim non augetur quicquam, aut non corpore, aut cõtingit in eodem duo esse corpora (volunt ergo cõmunem soluere dubitationem, sed non inane esse probant) aut vniuersum esse corpus inane necesse est, si omni ex parte augetur, & augetur per inane. Eadem autem ratio est etiam in cinere. Quòd ergo ea ex quibus inane ostendunt, sit facile soluere, clarum est.

LXVIII Si quis augmentum indistinctè audiat in ĩs quæ in maiorem crescunt magnitudinem, sufficit eis adducere mutationem quę fit ab aqua in aerem, & in summa à corpore breuiori magnitudine in maius. Sin vt in eo quod est propriè augmento, quod per nutrimenti fit aggregationem, non vtiq; ab alĩs euertentur rationibus qui inane inducunt per nutrimenti accessum: sed capiuntur suis ipsorum pennis, vt est in prouerbio, vel quod magis propriè dixit Aristoteles, id quod dicitur ipsum seipsum impedit. Vt enim soluat communem de nutrimento dubitationem, inducit inane, non soluens, sed dubitationem reddens magis dubiam. Si enim nutrimento per inane peruadente fit aggregatio, & ita fit augmentum, vt aiunt: aut non fit nutrimentum per corpus (& quid fuit opus positione inanis, quam posuerunt ne corpus per corpus procederet, quod nutrit per id quod nutritur?) Aut si corpus est nutrimentum, aut non pars quęlibet nutrietur & augebitur (quod est præter euidentiã: per omnem enim partem nutriuntur & augẽtur corpora) aut si omni ex parte nutriantur & augeantur: vel corpus per corpus procedet, quod fugientes posuerunt inane: vel erit vniuersum corpus inane, siquidem augetur quidem vniuersum: fit autem incrementum per inane: adeò vt non vtique corpus in se inane habeat, sed ipsum sit inane, vt idem sit corpus & inane. Quare qui ponunt inane, esse inane non ostendunt, sed communem de alimento dubitationem soluere aggredientes per inane, eam faciunt magis dubiam. Sed cum inter diuisionem illud interiecisset, nempe VOLUNT ergo communem soluere dubitationem, sed non inane esse probãt.} Deinde subiunxisset, AVT vniuersum esse corpus inane necesse est} reddidit sententiam paulò obscuriorem. Cùm

Inane non probari ex infusione aquæ in cinerem.

Capi suis pennis prouerbiũ.

E has autem de alimento dubitationes mouisset etiam in libro de Generatione & interitu, dissoluit dicens, non cuilibet toti parti accedere, sed hoc quidem effluere, illud verò accedere. Quando autem id quod affluit, fuerit amplius eo quod effluit, tunc fit augmentum. quemadmodum quando id quod effluit est amplius eo quod affluit, fit diminutio. fit enim nutrimẽtum in corporum meatibus. & assimilatum agglutinatur. non vniuersum autem corpus est meatus. sed vbi nunc est meatus, fit illud plenum. & quod nunc est plenum effluens, meatus efficitur. Quoniam autem quarta quoq; erat quædam ratio, quæ ex cinere inducebat inane, siquidem vas plenum cinere tantam aquam in cinerem effusam suscipit, quantam etiã susceperit si sit inane, Aut enim, inquiunt, corpus per corpus procedet, quod est absurdum: aut cineris manibus aqua continebitur. His ergo etiam, inquit, euertitur dubitatio. fugientes enim corpus per corpus procedere, cogentur cinerem dicere incorporeum, & omnino inanem, vt vas suscipiat eandem aquæ quantitatem, quantam si non haberet cinerem. si enim cinis cùm sit corpus, tantum aquæ susceperit: sic quoque consequetur vt corpus per corpus procedat. quod quidem fugientes posuerunt inane. Quare hi quoq; per inane conantes soluere dubitationem, soluere ab ipso impediuntur. Cineris autem dubitationem soluit Eudemus in tertio Physicorum, dicens. Contingit vsuuenire quod dicitur vel absq; inanitatibus. calidi enim aliquid videtur in cinere contineri, quemadmodum in calce. Si enim videlicet aqua infundatur, ambo hęc vtunt ipsa quidem calx: cinis verò, hoc est, aqua quæ per cinerem percolatur, vrit corpora. Hoc autem eueniente multus vapor egreditur, ita vt per vaporem minuantur magnitudines. sed & si minuitur, non vtiq; consumitur tota cineris substantia. Potest ergo, vt puto, dari auxilium & ĩs qui ponunt inane & ĩs qui constipatione, si dicatur non solas cineris inanitates soluere quod quæritur, sed etiam

G considere aquæ inanitates protrusas à cineris plenitudine, adeò vt aqua in cinerem iniecta non habeat eandem magnitudinem, quam aqua quæ per se est. Hæc ergo dixit Aristoteles aduersus eos quos ipse refert inane ponere. Strato autem eam quoq; rationem resoluens quæ sumitur ab attractione, Nec attractio, inquit, cogit ponere inane. Neque enim an sit omnino attractio clarum est, quando ipse quoque Plato videtur de medio tollere attrahendi facultatem. neq; si sit attractio, clarum est an magnes per inane attrahat, & nõ propter aliam causam, neq; enim probant, sed ponunt inane qui sic dicunt.

Augmentum quo fiat.

Diminutio quo fiat.

Cinis aqua iniecta quomodo nõ augeatur.

Ex attractione non probatur inane.

CAPVT VIII.

Quod autem non sit inane sic separatum vt dicunt nonnulli, rursus dicamus. Si enim vniuscuiusq; simplicium corporum est quędam latio, vt poteigni quidem, sursum, terræ verò deorsum & ad medium: videlicet lationis causa non fuerit inane. Cuiusnam ergo inane causa est? Videtur enim esse causa motus per locum, sed non est. LXIIII

H

Postquam ostendit rationes quæ videbantur ponere inane, partim quidem nihil habere necessarium, partim autem cum videãtur soluere dubitationem, in maiorem incidere: instituit deinceps vel principaliter ostnedere non esse omnino talis inanis substantiã. Quoniam ergo, vt prius dictum est, alĩ quidẽ dicunt aliquid per se separatum esse spatium inane infinitum, corporibus causam motus per locum: alĩ verò ponunt inane dispersum & mixtum in corporibus: aduersus primam contendit opinionem, primùm dicens, q; si propterea dicunt inane separatum, quũ id sit corporibus causa motus per locum; LXIX

Inane nõ esse separatũ.

non est

non est autem huius causa inane: nec fuerit quidem separatum inane. Atqui inane non est causa motus per locũ. non est ergo inane. Huius vtiq; hypothetici connexum quidem quilibet cõfitebitur. Assumptionem autem sic pbat potestate. Causa motus per locũ est natura. Inane non est natura, hac vt aperta relicta propositione. Non est ergo inane causa motus per locum. Potest autem sic quoq; hypotheticè confirmari assumptio. Si corporibus motus per locum quo ex seipsis mouentur causa est natura: nõ fuerit inane causa talis motus. Atqui primũ. Ergo etiam secundum. Quòd autẽ natura sit causa motus per locum, euidenter probat ex naturali corporũ momento ac inclinatione. Si enim igni quidẽ inest ſm naturam vt sursum feratur, terrę verò deorsum: ĳs autem quæ intercedunt ad media, natura scilicet & non inane est causa motus per locum: quare temere quibusdam videẽ eius esse causa inane.

Inane nõ est causa motus per locum.

Natura est causa motus per locum.

LXV Præterea si est aliquid queadmodum locus priuatus corpore, cùm fuerit inane, quò feretur corpus in ipsum immissum? non enim in vniuersum.

LXX Cùm prius ostendisset inane efficientem non esse motus causam, quoniam qui ipsum ponebãt non posuerunt tanq; efficientem, sed vt eam in quo, & vt locum in quo corpora moueri necesse est, & per quem moueri: meritò transiens ostendit ne sic quidem esse causam, aut causam adiuuantem vt locum, in quo mouetur quod mouetur & manet. Si enim est veluti locus quidam inane: qui inane esse pręter locũ accepit, q nullum habeat in se corpus, sed sit in priuatione illius cuius est capax: Si est ergo tale quid infinitum, vt dicunt: quod in ipso positum fuerit corpus quò feretur? quam enim indet motus differẽtiam inane, cùm sit inane? neq; enim eam quæ est supra, neq; eam quæ est infra definitè. Sin ad omnia simul: aut diuelletur: aut mansionis fuerit potius quàm motus. vel potius nec mansionis. cur enim magis manet in hoc q̃ in illo? Eodem autem argumento in tertio libro, de infinito dicens, vsus est. Si erit enim, inquit, corpus infinitum, cum sit eiusdem speciei: erit eius infinitus locus propriꝰ. idem autem etiã vniuscuiusq; eius partis. idem est enim ſm naturam totius, & partium. Partes ergo infiniti, quoniam infinitus est eius locus, ad quidnam mouebuntur, aut in quanã eius parte? neq; enim ad vniuersum potest ipsum simul moueri: diuelletur enim: neq; ad hoc magis quàm ad illud. Similiter autem nec manebit. cur enim in hoc magis quàm in illo? Idem ergo adducit absurdum ĳs quoq; qui dicunt infinitum inane. illic quidem ex similitudine partium infiniti cum toto: hic autem ex indifferẽtia inanis. Nam cùm sit indifferẽs, cur magis ad hoc quã ad illud mouebiř id quod in ipso positum est? Quare non solùm non fuerit inane cã motus, vt id in quo est motus, sed cõtra prohibet etiam motum corporum ſm naturã. clarum est autem q etiam mansionis ſm naturam. Nam cùm sit indifferens, cur magis hic manebit terra, ignis verò superius.

Inane nõ est cã adiuuãs.

Infinitũ non esse. & nõ esse inane, eodem probat argumento.

Eadem autem est ratio etiam aduersus eos qui putant esse locum aliquid separatum, ad quem fertur. Quomodo enim feretur aut manebit quod fuerit impositum? Et de eo quod est supra & infra & in inani, eadem meritò ratio conueniet. Inane enim locum faciunt qui esse dicunt.

LXXI Prius quidem sustulit inane ex ea similitudine quę est ei cum infinito, nunc autem argumentatur ab ea similitudine quæ est ei cum spatio locali. Quæ enim conuenerit ratio aduersus eos qui dicunt locum esse spatium separatum, ea, inquit, conueniet etiam aduersus eos qui hoc nobis inane spatium introducunt. quomodo enim ad talem locum feretur vnumquodq; corporum naturalium, aut quomodo in ipso manebit dicendum est. Qui enim dicunt locum esse finem eius quod continet: quoniã non sic accipiunt finem tanquam superficiem mathematicã, sed eam quæ est in corpore naturali, cuius etiam proprietatis est finis particeps: meritò quoniam superiora corpora differunt ab inferioribus, differunt etiam eorum fines, & naturales qui sunt ad hæc corporum motus sunt differentes. Spatium autem est vbiq; indifferens. quid enim in hoc differet id quod est supra ab eo quod est infra? quid autem in hoc aptitudo ignis differet ab aquæ aptitudine? Ita etiã in inani. inane enim nihil esse aliud existimant, quàm spatium separabile, quemadmodum etiam locum qui eum dicunt spatium. Si ergo locale spatium nõ est causa motus: scilicet nec inane. Similiter autem nec mansionis. quid enim loci aut inanis magis hic quàm illic? Alexander autem illud, QVOMODO enim feretur aut manebit quod fuerit impositum? } ita dicit se habiturum cõuenientius, QVOMODO feretur aut positum manebit? } vtpote quòd positio cõueniat mansioni. Atqui ea etiam quæ mouentur, siquidem in loco mouentur, qũo non dicãtur etiam in eo habere posituram? Accuratius ergo & melius dictum est ab Aristotele.

Inane nõ esse separatũ, eodẽ modo pbať q̃ nec locũ separatũ.

Et quomodo inerit vel in loco vel in inani? Præterea si neq; locus, nec erit inane.

LXXII Sic hęc quidem sola dictio sequitur ea quæ prius dicta sunt, nihil erit obscurũ. Cùm enim dixisset corpus quod positum est in inani, nec mouendum nec mansurum, meritò infert illud, Quomodo inerit vel in loco vel in inani? Quomodo enim omnino inerit vel vt in loco vel vt in inani, in eo in quo neq; moueri potest nec quiescere, licet & quæ mouentur, & quæ quiescunt, vel vt in loco vel vt in inani videantur moueri vel quiescere? Sed quoniã in nonnullis exemplaribus post eam quę dicta est dictionem hæc subiunguntur, NON enim euenit cùm totum positum fuerit vt in loco separato & corpore quod remanet. Pars enim si non seorsum ponatur, non erit in loco sed in toto } fuerit etiam hoc quoddam argumentum, ad hoc quòd non sit hoc spatium separabile, neque vt locus, neq; vt inane. Quomodo enim erit, inquit, corpus in tali spatio, vel vt in loco, vel vt in inani? idem est autem rursus dicere, vt in loco. Non enim euenit, hoc est, non fit ex ratione, si sit locus quædam natura remanens, quæ triplicem habet dimensionem, vt in eo etiam ponatur aliquod corpus. Sed quid præter rationem eueniat ei qui sic dicit, subiungit. Videtur enim cùm totum corpus positum fuerit in loco, totum quidem locum tenere, partes autem eius continuæ esse in illo toto quod est in loco, sed non per se in loco. Tunc enim sunt partes in loco, quando fuerint separatæ à toto, & ab ea quæ est cum ipso continuitate exolutæ fuerint. Quãdiu autem toti fuerint continentes, locus est in toto, & partes quæ sunt toti continentes, ipsæ quoque per se nihilò minus quàm totum, in loco erunt. similiter enim ipsæ quoque obtinent spatium sibiipsis æquale. Quæ id autem consequuntur absurda dixit cum de loco ageret, q si partes per se fuerint in loco: & locus mouebitur, & locus in loco erit, & erunt simul plura loca. His autem absurdis in loco collectis, si locus positus fuerit spatium, ĳs quæ ostensa erant hoc quoque subiunxit, quòd si nec locus est huiusmodi aliquod spatium, neq; erit inane. quoniam inane quoque spatium ponitur sicut locus, sicut sępe dictum est.

Corpus non posse esse in inani.

LXVI Euenit autem ĳs qui dicunt esse inane tanq̃ necessarium, siquidem erit motus, contrarium potius, si qs consideret, non contingere quicq̃ moueri, si sit inane. Quemadmodum enim qui propter simile terram quoq; dixerunt quiescere, ita

re, ita etiam in inani necesse est quiescere. Non est enim quò magis vel minus mouebitur. quatenus enim inane, non habet differentiam.

LXXIII Cùm & rationes quę videbãtur inane confirmare cõfutasset, & non esse inane causam motus, & ideo nec esse omnino ostendisset: nunc etiam probat eis eius quod volebant euenire contrarium. Illi enim existimabant non posse esse motum per locũ, nisi fuerit inane: Ipse autem probat non posse esse omnino corporum motum per locum, si fuerit eiusmodi inane vt separatum. Et primùm quidẽ quod pauloante dicit ad id tendere, ponit argumẽtum, q cùm sit inane indifferẽs, nihilo magis huc, quàm illuc mouebitur quod in eo est positum: Si autẽ sic se habeat, non mouebitur. Quòd aũt si similiter se habeat ad omnẽ partem eius in quo est, manserit immobile, probauit ex Platone, qui eam quæ est in medio terræ mansionem ex hoc probat, cùm dicit in Timęo. Res est enim in æquilibrio, quæ posita est in medio alicuius similis. Si enim ad vniuersum quæ circa ipsum est pars similiter se habet: cur magis ad hanc partẽ quàm ad illam accesserit? siquidem ipsa quoq; habet æquale momentum & inclinationem ad vniuersum, & quod circa ipsam est vniuersum habet vndequaq; similem eam quæ in ipsum habitudinem. cur enim magis huc q̃ illuc moueatur? Si ergo & inane etiam est omni ex parte indifferẽs: ipsum quoq; habet similem habitudinem ad id quod est in ipso positum: & illud similẽ ad vniuersum in quo situm est. Quo fit vt ea ratione sit in æquilibrio, & ideo non moueatur. Velim autem animaduertas, q ex hoc argumẽto videt tollere motum qui est fm naturam, si est inane. Ei enim conuenit illud, NON est enim quò magis & minus mouebitur } si non etiam vnà tollit eum qui est præter naturam. ei enim qui est secundum naturam contrarius est is qui est præter naturam. Notandum est autem, inquit Alexander, hoc argumentum nõ haberi in quibusdam exemplaribus, fortasse vt quod iam dictum sit, sed id quod sequitur.

Inane non posse esse si sit motus.

Terrã in medio esse situ quo probet Plato.

LXVII **Primùm ergo omnis motus est vel violẽtus, vel fm naturam. Necesse est autem si sit violentus, esse etiam eum qui est fm naturam. Violentus enim est præter naturam. Qui est autẽ præter naturam, est posterior eo qui est fm naturã. Quare si vnicuiq; corporum naturalium non est motus fm naturam, nec vllus erit alius motus. Atqui quomodo erit natura, si in inani & infinito nulla sit differẽtia? Quatenus enim est infinitum, nihil erit inferius, nec superius, nec medium: quatenus autẽ est inane, nihil differt id quod est supra ab eo quod est infra. quemadmodum enim nullius nulla erit differentia, ita etiam eius quod non est. Inane autem videtur esse aliquid quod non est, & priuatio. Quæ est autem natura latio, est diuersa. Quare erunt ea quæ sunt natura, differentia. Aut ergo nulli vsquam est omnino natura latio: aut si est, non est inane.**

LXXIIII Hac secunda vtitur ratione, ostedens q si est inane, non est motus: non solòm motus fm naturam, sed neque violentus. Si ergo omnis motus est vel fm naturam, vel præter naturam: neuter autẽ eorum esse potest si sit inane: videlicet si est inane, non est omnino motus. Et primòm quidem ponit omnem motum esse vel fm naturã vel violentum, (idem est autem dicere, præter naturam) contentus necessitate diuisionis. Deinde si sit motus violentus (idem est autem dicere, præter naturam) omnino etiam futurum motum fm naturam. siquidem quod est præter naturam, est deflexio ab eo quod est fm naturã. Deflexio autẽ est semper posterior principali & ea quæ præcedit substantia. Quare si nõ sit motus fm naturam: neq; præter naturam, neq; omnino erit motus. His ergo prius ostensis, ostendit deinceps q si sit inane spatium infinitum, non fuerit motus fm naturam, & propter infinitum, & propter inane. qui sunt enim motus fm naturã, fiunt ad proprias loci differentias. eæ autem sunt, supra & infra, vel medium, & id quod est circũcirca, quæ sunt fines distantiæ. Infinitum ergo neq; habebit id quod est supra, neq; id quod infra, neq; medium & id quod est circumcirca, quę sunt natura huiusmodi. nam quæ ex habitudine sunt ac relatione, ea nihil esse prohibet, sed ea facilè excidunt. Motus autem eorum quæ natura mouẽtur, semper feruntur ad eadem: Quare motus qui sunt fm naturam, non fuerint in differentijs quæ per relationẽ sunt & habitudinem. Quare si sit infinitum, nõ fuerit motus fm naturam. Inane autem propter indifferẽtiam impediet motum qui est fm naturã. in eo enim nihil differet quod est supra ab eo quod est infra, aut medium ab eo quod est circũcirca. Quemadmodum enim, inquit, nullius nulla est differentia: ita etiam inanis. inane enim videtur esse aliquid quod nõ est, & priuatio. Quare etiam si conuertas verè dixeris, Si est inane, non est motus fm naturam. Atqui si est etiam motus violentus, necesse est sit ante ipsum is qui est fm naturam. Sin is est qui est fm naturam, non sit inane. Quare etiam si sit violentus motus, nõ est inane. Si ergo omnis motus est vel violentus vel fm naturam: non fuerit scilicet omnino motus, si sit inane. Potest itaq; interrogata esse ratio etiam in secundo qui vocatur indemonstrabilis, hoc modo. Si est inane, non est motus qui est fm naturam. Atqui est motus qui est fm naturam. non est ergo inane. Vel in primo. Si est motus fm naturam, non est inane. Atqui est motus fm naturam. Non est ergo inane. Potest autem etiam in quarto, hoc modo. Aut est motus qui est fm naturam, aut inane. Atqui est motus qui est fm naturam. Non est ergo inane.

Inane si sit ne est motus quidem violentus.

Motus est duplex naturalis & violentus seu præter naturã.

Naturalis motus est prior violento.

LXVIII **Præterea nunc quidem mouẽtur ea quæ iaciuntur, nõ tangente eo qui trusit, vel propter obsistentiam, vt nõnulli dicunt, vel propterea q trudat trusus aer, celeriori motu eius quod trusum est latione qua fertur in proprium locum. In inani autem nihil eorum cõtingit esse. neq; licebit ferri nisi vt id quod vehitur.**

ἀντιπερίστασις

LXXV Postquã violentum motum eius quod est inane prius sustulit per motum qui est fm naturam, vtpote quod si non sit motus qui est fm naturam si sit inane, nec possit quidem consistere is qui est pręter naturam: nunc etiam per corollarium, principalem adducit probationẽ eius quod est, Si sit inane, motum non esse violentum. Cùm autem violẽtus motus fiat duobus modis, Aut præsentę eo quod vim affert, & vehente, vel trudente, vel trahente: Aut non præsente, vt in ijs quæ iaciuntur: in eo affert demõstrationem, altero prætermisso, vt ait Alexander, propter euidẽtiam. Præsente enim, inquit, eo quod vim affert, & mouente eo quod moueatur, necesse est ipsum motum fm naturã, sic illi vim afferre. si enim huic quoq; vi impulso vis afferretur, & illi ab alio, procederemus in infinitum. Motus aũt qui est fm naturã, non est in inani, vt prius ostensum est. Num aũt non propter euidentiã probationis eum qui sic est violentus interim prętermisit, sed q prius sumptus est hic modus definitionis. nunc autem propositum erat principaliter violentũ motum, sed non per eum qui est fm naturam, tollere: paulopost autem alterum quoq; adijciet. Nunc ergo de violento motu qui fit eo absente quod vim affert, hoc est de eo qui fit per iactum, ostendit eum non futurum in inani. Nam si

Si sit inane, nõ posse iaci aliquid.

Duplex est motus violentus.

fiat

Ictus quo fiat. fiat iactus in pleno, mouentur quæ iaciuntur, vel ꝙ obsistat aer qui est ante id quod iacitur, protrusus ab impetu eius quod iacit. Nam cùm aer sit eo quod iacitur mobilior, protruditur, & vi frequens obsistens trudit ea quæ mouentur.cùm hoc autem fit per continuitatem, manet continuus motus eius quod iactum est, donec paulatim dissoluto impetu aeris qui obsistit, vicerit, ꝑprius secundum naturam motus eius quod iactum est.In hac autem videtur sententia esse Plato, qui obsistētiam sic exponit

Obsistētiam seu antiperistasim ponit Plato in Timæo. in Timæo. Igne autē rursus hinc excidente, vt qui non exeat in inane, trusus propinquus aer, humidam quæ est adhuc motu facilis magnitudinem, in ignis sedes contrudens, ipsam sibi ipsi cōmiscet. Aut ergo eorum quæ iaciuntur motus sic manet cōtinuus: Aut propterea quòd protrudat qui ab eo quod iecit id quod vi fertur contrusus est aer. qui cū sit mobilior eo quod iacitur, donec habuerit vires profectas ab eo quod iecit, ꝑtrudit id quod iacitur, denso aere post ipsum ad eum confluēte, propter violentiam motus:& eo etiam contrudente· donec paulatim resolutis quę sunt in ipso viribus, eas vicerit qui est eius quod iactum est secūdum naturam deorsum motus. Nam cùm sit aer immobilis, & aliquo principio opus habeat ad hoc vt moueatur & ferat, eòm id ceperit in violenta eius quod iacitur emissione, & ei quod iactum est veluti coniunctus fuerit, aceruatim ad ipsum affluit. & hoc vi faciēs, mouet quod missum est & iactum est, cùm id quod iecit non adsit amplius: donec paulatim defecerit vehemens & qui aceruatim irruebat impetus. Sic ergo redditur causa motus eorum quæ iaciuntur per plenum. In inani autem neutrum eorum potest fieri. neque enim trudere neque obsistere potest aliqd, si nihil sit in inani. Cùm autem dixisset nihil horum esse in inani, neque ferri in ipso contingere, subiunxit, NISI vt id quod vehitur} ostendens fieri non posse, vt per modum iactus in inani feratur id quod fertur.sed si vtique fertur, fertur vt ea quæ vehūtur. Sin hoc ita est: aut in ipso inani vehitur, aut in aliquo corpore. Sed fieri non potest vt in inani: imbecillum enim est inane, siquidem nihil est. Sin fuerit aliquod corpus quod vehit in inani, & vi mouet: quoniam ipsum quoque motū mouet, videlicet aut mouetur fm naturam: ostensum est autem fieri non posse, vt quod est secundum naturam moueatur in inani: aut vi. & si vi, aut iactum, & fieri non potest: vel rursus vt quod vehitur. idq; in infinitum. Quoniam autem, vt dictum est, vnum quidem vi mouetur eo quod iaciatur: alterum autem, ꝙ adsit id quod mouet & vim affert, id autem vel protrudens, vel trahens, vel vehēs, vim affert: cōmunius est autem vehere, qm̄ & quod trahit & trudit, quodammodo

Animātium motus volūtarius fiat ne in inani. vehit, ꝑpterea id quod vehit sumpsit pro omnibus. Sed quid prohibet ipsa animātia & ex propria impulsione ac appetitione moueri in inani, & alia corpora violēter moueri vel trudentia, vel trahentia, vel vehentia, vel etiam iacientia? non potest enim dici in animantibus ꝙ sursum vel deorsum definitè mouebuntur fm naturam: vt si hęc non sint in inani, ne possint quidem moueri animantia. Num cùm sit opus naturale, de motu naturali nunc agitur, non de eo qui ex animi instituto suscipitur. de illo. n. dicetur in libris de motu animalium. Quæ autem iaciuntur, & si iacta sint ab animantibus, cùm non adsit deinceps id quod mouit, naturalem habent contēplationem, mota præter propriam naturam.

LXIX Præterea nullus possit dicere, cur motū consistet alicubi. cur enim magis hic ꝙ hic? Quare vel quiescet, vel necesse est feratur in infinitū, nisi quid potentius impedierit.

LXXVI Inane si sit non est mansio. Cùm prius ostendisset si sit inane non esse motum, nec qui est fm naturam, nec qui præter naturam: nūc, vt existimo, ostēdit ꝙ si sit inane, nō solum tollitur motus, sed etiam mansio quæ est fm naturam. quæ enim sunt fm naturam mansiones, fiunt in proprijs locis corporum quæ

A sunt differentia. inane autem est indifferēs. Cur ergo magis hic quàm hic motum sistet, ad quod & propter quod motus est corporibus? Quare si in inani nulla est differentia, etiam siquis corpora in ipso moueri posuerit, necesse est moueantur in infinitum, nisi quid validius impedierit. & si quiescere dicantur, semper quiescent. si enim eis est insitum à natura vt in hac inanis parte quiescant: scilicet similiter in omnibus. quare probatum fuerit ne stari quidem posse secūdum naturam si sit inane. Illud enim, AVT necesse est feratur in infinitum} illatum est tanq̃ consequens ei quod est nō stare fm naturam. Si autem expositores hoc quoque dicunt argumentum, non futurū motum fm naturam in inani, qm̄ quæ mouentur fm naturam, feruntur, ad proprium locum, nō est autem proprius locus in inani propter indifferētiam: melius existimo motu prius sublato nunc statum tolli. & hoc mihi videtur magis cōuenire dictioni, cùm sic incipiat argumētum, PRÆTEREA nullus possit dicere cur motum cōsistet alicubi.} Quid sit aūt in inani eiusmodi, vt impediat moueri cōm sit potētius, quærere prætermisit, vt potè ꝙ sit euidens nullum esse. illud enim vel stans fm naturam, vel præter naturā impedierit. & fm naturam quidem nequit fieri. Sin ipsum quoque impeditum, processerit in infinitum. Sed & siquis id quod mouetur dicat congere ftare id q̄d fertur, de eius rei absurditate tā dictū est.

B

Præterea autem nunc quidem si per inane, propterea quòd cedat, ferri videtur: in inani autem, omni ex parte similiter tale est: quare omni ex parte feretur. LXX

Vndiq; exagitat & labefactat rationes, per quas poni tur inane. Nunc ergo qui inane causam ponunt, ꝑpterea ꝙ sit cedendi facultate præditum: & causam eur per aerem quidem & aquam motus fiat, per lapides autem & terram minimè, hanc esse dicunt, ꝙ aer quidem & aqua multa habeat inania, lapides autē & terra sint magis plena, & ideo non cedunt: in infinito, inquit, inani quid dicent? cùm enim vndequaq; similiter cedat, non præbebit differentiam corporibus, vt moueātur ad hanc vel illam partem. quare vel vbiq; mouebitur, vel nusquam. Dicit autem Alexāder posse hoc vsurpari argumentum ēt aduersus Stoicos, qui dicunt inane infinitum mundū extrinsecus continere. Cur enim si sit inane infinitum, hic vbi est, manet mundus, & nō fertur? vel si fertur, cur magis ꝙ alibi? inane enim est indifferēs, & cedēs vndequaq; similiter. Si autem dicunt eum manere eodē habitu eum continente: ad hoc quidem ne dispergantur & distrahantur eius partes, & alia aliò feratur, habitus fortasse aliqd opis tulerit: ad hoc autem vt totum maneat cum habitus qui continet, sed non ferat, nihil vtiq; faciet habitus. Per hæc autem, inquit, fuerit ostensum, ꝙ ne sic quidem inane causa est motus, vt ea per quam, siquidem quod in eo positum fuerit, ad neutrū causam habet vt moueat. Hoc autem scilicet colligebatur ēt ex prioribus argumentis. LXXVII

C

Infinitū inane mundum non continere extrinsecus, vt volunt Stoici.

D

CAPVT IX.

Præterea autem ex his quoque clarum est quod dicitur. Videmus enim idem pondus & corpus, citius ferri propter duas causas, vel ꝙ differat illud per quod: quemadmodum per aquam, vel terram, vel aerem: vel ꝙ differat id quod fertur, si alia insint eadem, propter exuperationem grauitatis vel leuitatis. Id ergo per quod fertur, maximè quidem causa est quæ impedit, si contra feratur: deinde etiam si maneat: magis autem, si non possit facile diuidi. Tale est autem id quod est crassius. Id itaq; in quo est A, feretur per B, tempore in quo est C, per D autem LXXI

quod

quod est subtilius, tempore in quo est E. si longitudo B est æqualis longitudini D, conuenienter rationi ac proportioni impedientis corporis. Sit enim B quidem aqua, D verò aer. Quo est autem aer res aqua subtilior & magis incorporea, eo feretur A per D celerius quàm per B. Habeat itaque eandem rationem qua aer differt ab aqua, celeritas ad celeritatē. Quare si est duplo subtilior, duplo tempore citius peruadit longitudinem B, quàm longitudinem D. & erit tempus in quo est C, duplum eius in quo est E. Et semper quo fuerit res magis incorporea, & minus impediens, & diuisu facilior, per quam fertur, feretur celerius. Inane autem nullam habet rationem qua superatur à corpore. quemadmodum nihil ad numerum. Si enim quatuor tria vno superant, amplius autem duo, & adhuc vnum amplius quàm duo: non habet autem rationem qua nihil exuperet. necesse est enim diuidi id quod exuperat, in exuperationem & id quod exuperatur. quare erunt quatuor quæ exuperant, & nihil. quare nec punctum linea exuperat, si non componatur ex punctis. Similiter autem inane quoque ad plenum nullam potest habere rationē, quare nec motum.

LXXVIII Laboriosas ac difficiles nunc adducit demōstrationes, ostendens motum non esse in inani. Cùm ex hac autem via, ratione, ac methodo sint quatuor argumenta, quæ concludunt per deductionem ad id quod fieri nō potest, primum quidem concludit motum carere tempore. Secundum autem, inane habiturum rationem ad plenum. G Tertium quòd nō solum habebit rationem inane ad plenū, sed etiam quam plenum ad plenum. Quartum id quod mouetur eodem tempore esse peruasurū & inane & plenum. Assumit autem causas inæqualis celeritatis, quæ duæ sunt. Nam cùm ea quæ mouentur sint eiusdem speciei: quemadmodum ambo habent à natura insitum vt deorsum ferantur, vel ambo sursum, & eandem habent figuram: inæqualis celeritatis fit motus, vel quòd differat id per quod, vtpote per terrā, vel per cœnum, vel per aquā vel aerem: & si hoc quidem moueatur per id quod manet, illud verò per id quod cōtra mouetur ac reluctatur. Aut ergo ex hoc, hoc quidem per idem spatium celerius mouetur, illud verò tardius: aut ex ijs quæ mouentur, quæ eandem quidem fin naturam habent inclinationem: vtpote quæ vel sursum feruntur vel deorsum, & eadē sunt figura prædita, alterum autem ab altero grauitate superatur, si sint ambo grauia, vel leuitate, si leuia. etenim si H omnia sunt eadem, id quod est grauius mouebitur celerius. quemadmodum si sphæra auri & argenti ambo per aerem moueantur. Sed de hac quidem differentia loquetur paulopost. nunc autem id per quod fit motus ponens diuersum, hoc quidem crassius, illud verò subtilius, & ex eo videns ea quæ sunt inæqualis celeritatis, subiūgit absurda quæ consequuntur apud eos qui dicunt motum fieri per inane. Ponatur enim idem pondus vna hora per aerem, si vis, vel subtilissimū moueri spatio stadij. per inane ergo hoc stadium quanto tempore mouebitur? Si.n. in medio, verbi gratia: erit aer inani duplo crassior. & si in tertia vel decima vel millesima parte: erit vt tempus ad tempus, ita illud per quod ad constitutionem. Atqui pleni ad inane nulla potest inueniri ratio. superat enim quodcunque sumitur. Euenit ergo vt idem pondus, in nullo tempore, per inane moueatur æquale spatiū, ei quod per plenum motum est, in aliquo tempore definito. Erit

Si per inane fiat motus, motus carebit tēpore.

E ergo motus expers temporis, quod fieri non potest. siquidem omnis motus fit in tempore. Quòd autē inane nullam habeat rationem ad plenum, ostendit per similē nihil ad numerum habitudinem. neque enim habet vllā nihil ad numerum rationem, qua ab ipso superatur. neque nihil dicatur superare numerus. Hoc ēt probat, cùm sumpsit quædam se simul inuicem superare, tradita quadam regula eorum quæ exuperant. Quoniam enim quidquid aliud exuperat, diuiditur in id quod exuperatur & exuperationem, & ex ijs videlicet componitur: in quæ enim diuiditur aliquid, ex ijs etiam componitur: si numeri quatuor sumpserimus excessum quo nihil excedit, videlicet idem erit quatuor. Componitur ergo quatuor ex quatuor & nihilo. Absurdū est autem numeri quatuor partem nihil dicere, & ipsum componi ex nihilo. Propterea autem dicit ne lineam quidem punctum superare, quoniam non componitur ex puncto, nec est pars eius punctus. oportet enim in eo quod exuperat tāquam partem F esse id quod exuperatur: sed etiam quod exuperat, esse solam exuperationem. Quemadmodum ergo nihil non excedit numerus, neque habet ad ipsum rationem, ita nec corpus ad inane. ne sit corpus compositum ex corpore et inani. Quare nec qui per ea fiunt motus, nec tempora, in quibus motus, in vlla erunt ratione. neque enim erit omnino in tempore motus qui fit per inane. Vt autem cōsueuit facere, vt res tradatur accuratius, vt rem exponat literis, ponit quidem pondus quod mouetur per diuersa corpora, A. per quæ autem mouetur, crassius quidem B, subtilius autem D. Tempore autem in quo A per B, definita aliqua magnitudo, mota est, nempe C per D: id quod est B subtilius, nempe A, dicit mouendum æquali spatio, quo per B motum est in minori scilicet tempore, & tanto minori, quo erat B crassius, eius motum magis impediens, quàm D, quod est subtilius, & quod minus impedit. Volens autem proportionem ac conuenientiam facere apertiorem, nominat corpora per quæ A mouebatur. & in B G quidem quod erat crassius, ponit aquam, in D autē quod erat subtilius, aerē. & dicit quòd quo est aer aqua subtilior, & magis incorporeus, hoc est minus impediens, tanto A per eum celerius mouebitur quàm per aquam. Per hæc ergo id primum collegit quod fieri non potest, quòd scilicet motus sit expers corporis. Si enim inane nullā habet ad plenum rationem: vt autem inane ad plenum per quæ est motus, ita se habet motus ad motū, & tempora quæ motus dimetiuntur: scilicet etiam tempus ad tempus erit vt nihil ad numerum. nec erit ergo tempus. Quoduis enim tempus finitum, ad quoduis finitum tēpus est in aliqua ratione, quoniam quiuis etiam numerus ad quēuis. Quare erit aliquis motus qui fit per inane, qui non est in tempore. vel si is est in tēpore, erit aliquis motus ad motum, & tempus ad tempus finitum: quæ in nulla sunt ratione. quod fieri non potest. Hoc autem quod fieri non potest mihi magis videtur colligere Aristoteles in fine huius dictionis, cùm dicit. SIMILITER autem inane quoque ad H plenum nullam potest habere rationem. quare nec motum.} Quòd autem vnà cum motu tempus quoque assumat, clarum etiam euadet ex ijs quæ dicenda sunt.

Inanis ad plenū nulla est proportio.

Quod excedit, diuiditur in id quod excedit & excessum.

Linea nō superat pūctū.

Temporis finiti, ad finitū tēpus est proportio.

Numeri ad numerū est proportio.

Sed si per subtilissimum in tanto tantum fertur per inane, superat omnem rationem. Sit.n. F inane, æquale autem magnitudine B & D. Si A quidē peruadit, mouebitur etiam in aliquo tempore in quo est G: in minori autē in quo est E. & hanc rationem habebit inane ad plenum. LXXII

LXXIX Cùm per primum argumentū ostendisset inane in nulla esse ratione ad plenum, ex eo collegit si est motus per inane, quòd id quod in motu & tempore euenit fieri non potest, nempe quòd motus finitus ad finitū in nulla erit ratiōe: hoc enim euenit: quare nec motum: & quòd erit motus non in tempore. Nunc autem cùm dixisset motum inanis in

nulla

nulla futurum ratione, nec ad eum qdem qui fit per sub-
tilissimū, quod sit expers tēporis is qui fit per inane: sub-
iungit absurda quæ consequuntur apud eos qui nō sic di
cunt. Et Alexander quidem illud, SED si per subtilissi-
mum in tanto tantum fertur per inane, omnem superat
rationem} cùm fecisset conclusionem prioris argumēti,
cœpit ab eo quod nunc est propositum. nēpe ab hoc, SET
enim F inane} Melius autem puto non hoc dicere tanq̃
principium. aut quomodo rationem habebit coniunctio
Enim? sed per hæc ostendit ea quæ consequuntur ijs qui
ponunt in tempore motum fieri qui fit per inane, & di-
cunt esse rationem motuum & temporum. Sequitur au-
tem id quod conuertitur, esse inanis rationem ad plenū,
quod quidem ostendit nequaquam posse fieri. quemad-
modum enim eo ꝙ nulla sit ratio ad plenum, consequtur
neq; esse motuum, nec temporum: ita consequitur eo ꝙ
sit ratio motuum & temporum, rationem esse inanis ad
plenum. Cùm enim posuisset in tempore finito fieri mo-
tum qui fit per inane, & eandē sumpsisset proportionem
B in temporibus motus, & ijs per quæ fit motus, in ijs colli
git id quod fieri nō potest, ꝙ inane habebit rationem ad
plenum quam tempus ad tempus: idem est autem dice-
re, quam numerus ad numerum. nec hoc solū, sed quòd
inane habebit rationem ad plenum, quā habet plenum
ad plenum. Sit enim, inquit, inane in quo F, æquale ma-
gnitudine & B, quod erat aqua, & D, quod erat aer. A au-
tem quod mouetur, si mouetur in aliquo tempore per F
inane, vt, verbi gratia, per G, erit scilicet tēpus G, minus
E, in quo mouebatur A, per D, quod erat aer: ponebatur
enim in eo per id moueri: quam habet rationem tempus
G ad tempus E, eandem habebit etiam ad plenū. Quem-
admodum enim subiecta per quæ sunt motus inter se, ita
etiam motus & tempora motuum. Et contra, quemad-
modum tempus ad tempus, ita etiam subiectum ad sub-
iectum. Quare si cuiusuis tēporis finiti ad quoduis tem-
pus finitum erit ratio, erit etiam ratio inanis ad plenum.
Quocirca subiunxit, ET hanc habebit rationem plenum
C ad inane} vtpote quòd fieri non possit vt sit numerus in
ratione ad nihil, vt prius ostendit.

Sed in tanto tempore quātum est in quo est
G eius quod est D, A peruadit H.

LXXX In ijsdem positionibus colligit tertium quod fieri non
potest, ꝙ in æquali tempore plenum quid & inane transi
bit quod mouetur. quemadmodum A in tēpore G, in quo
per F inane mouebatur: & per aliquod plenum mouebi-
tur. Si enim in tempore E per totum D motum est: in G
quod est minus E: est enim minus, siquidē in G per F ina-
ne mouebatur ęquale D: particula aliqua D mouebitur A.
Sit hæc H. Et videlicet paucis colligitur, sed euidenter, id
quod in eodem tempore G mouetur, quod est A, & F ina-
ne peruadere, & H plenum, cùm tamen non sint æqualia
longitudine. Cùm autem, inquit Alexander, eò dedu-
xisset orationem, omisit ostendere absurdum quod sequi
D tur. id autem erat, æqualem habiturum rationem inane
ad plenum, quam plenum ad plenum. Quemadmodum
enim se habēt inter se tempora, G ad E, ita etiam habebit
H particula D ad totum D. Atqui quam habet rationem
tempus G ad tempus E, eandem etiam habet inane F ad
plenum D. Quæ autem ad eadem eandem habent ratio-
nem, eandem etiam habent rationem inter se. Quam er-
go habet rationem H corpus ad D, eandem habebit etiam
inane F ad plenum D. Quam ergo habet plenum ad ple-
num, rationem eandem habebit etiam inane ad plenum.
Hæc quidem dicit Alexander. Num autem colligitur
quidem etiam quod ab eo dicitur absurdum. Aristoteles
autem collegit vt euidenter absurdum, & quod fieri non
potest, in æquali tempore plenum quid peruadere & ina
ne. Et dicit in cōtextu dictionis progressus, Eueniet hoc
quod fieri non potest. in æquali enim tempore sumetur
plenum quid peruadere & inane. erit enim aliquod cor-

Rationē habentia eandem ad alia, eandē habēt inter se.

A pus quod habet pportionem alterum ad alterū, quem-
admodum tempus ad tempus: illud ipsum dicens quod
nuper collectum est. Quoniam enim quę pars est magni
tudo H magnitudinis D, ea est etiam tempus G temporis
E, propterea ipsum quoq; est in quo A, & F inane perua-
dit & H plenum. Siquis autem existimet nihil absurdi
colligi, propterea quod maius est spatium inanis F, spa-
tio corporis H: sciet Aristotelem noluisse colligere ęqua-
litatem, sed rationū similitudinē. quia enim prius osten-
dit inane nullam ad plenum habere rationem, quemad-
modum nihil ad numerum: meritò nūc collegit vt absur
dum in æquali tempore peruadere plenum qd & inane.

Peruadit autem, etiamsi sit aliquid subtilitate
differens ab aere in quo est F, eadem proportio
ne quam habet tēpus in quo est E, ad id in quo
est G. Si enim id in quo est F corpus, sit tanto sub
tilius D, quanto E G superat, conuersè celeritate
B in tanto peruadit, quanto tempore G, propor-
tione F, id in quo est A, si feratur. si ergo nullum
sit corpus in F, adhuc citius. sed erat in G. quare
peruadit in æquali tempore, & cùm est plenum
et cùm inane, sed fieri nequit. Clarum est ergo LXXIII
ꝙ si est aliquod tempus, in quo quduis inanis fe-
retur, hoc eueniet quod fieri non potest. Sume-
tur enim in æquali tempore peruadere aliquid,
& cùm est plenum, & cum inane. erit enim ali-
quod corpus quod habet pportionem & con-
uenientiam alterum ad alterum, vt tempus ad
tempus. Vt autem in summa dicam, eius quod
euenit causa clara est, ꝙ cuiusuis qdem motus
ad motum est ratio. est enim in tempore: cuius-
C uis autem temporis est ad tempus, cùm sint am
bo finita: inanis autem ad plenū, non est. Qua LXXIIII
tenus ergo differūt per quę feruntur, hęc eueniūt.

Per hæc, inquit Alexander, adijcit, ꝙ etiamsi subtili- LXXXI
tate tantum differt à corpore D, quantum tempus E supe
rat tempus G A, in tempore G tātum peruadet illius sub-
tilis corporis, quantum D crassioris in tempore E. Nunc
autem ponit F subtilius corpore D, quod prius posuit ina
ne. Si sit enim corpus F tanto subtilius corpore D, quan-
to tempus E superat tempus G, conuersè corpus quidem
quod exuperat subtilitate, puadet in tempore quod exu
peratur: corpus autem quod superatur subtilitate, in tem
pore quod exuperat. in maiori enim id quod est crassius,
in minori verò id quod est subtilius. Et rectè quidem &
ijs quæ dicta sunt proximè & appositè exposuit Alexan
der. Quemnam autem vsum hæc præbeant ijs quæ sunt
proposita non dixit. neq; tamen, vt arbitror, dicūtur hęc
D vt additamentum. Dicit autem hanc rationem nihil ha
bere necessarij. neq; enim omnino licebit accipere aliqd
D tanto subtilius, quantum tempus E exuperat tempus
G. Potest enim nec omnino esse aliqd D subtilius: potest
autem etiam esse quidem eo subtilius, non tanto autem
quanto tempus E excedit tempus G. Et existimare, in-
quit, omnia quæ antè dicta sunt, quę sunt adeò valida, eò
tendere, & huius gratia dicta esse, quod est adeò imbecil
lum, vt dicunt qui exponunt: nō est eorum qui assequun
tur probationes, neq; qui animaduertunt, hoc esse adie-
ctum ex positione, & non vt necessarium. Quocirca sic
quoq; dixit, PERVADIT autem etiamsi sit aliquid sub-
tilitate differens} ostēdens nequaquam esse necessariū.
Si sit autem, seruabitur eadē proportio. Et illud quidem
non esse omnino aliqd D subtilius, meritò dicitur. Num
autem cùm Aristoteles D aerem posuisset, & partem D,
H, inane autem sumpsisset F, voluit pducere orationem
vsq;

vsq; ad subtilissimum, & quod sit proximum inani propter subtiliorem: vt & apertè ostendat proportionem, et per eam quæ fit paulatim temporis diminutionem, cogitandum præbeat, ꝙ motus qui fit per inane, siquidem esser, non esset in tempore. Si enim minimo tēpore, in quo peruadit id quod est subtilissimum, celerius deberet esse illud in quo est inane, scilicet nec tempus fuerit. Quamobrem, vt puto, subiunxit, SI feratur in F.} quoniā si fuerit quidem subtile, moueatur per ipsum A in tempore E. Sin inane, nec mouetur. Ad hæc autem si positum fuerit omnino moueri per F, quod est inane: quod proponitur absurdum euidentius colligitur. in velociori enim tempore mouebitur, q̄ si esset in G motus A qui fit per F quod est inane. in quo etiam per corpus H ostensum est. Quare in æquali tēpore peruadit & quod est plenum & quod inane. quod quidem non potest fieri. Et subiūxit causam cur fieri non possit. Si enim in aliquo tempore mouetur aliquid per inane: eueniet aliquid in æquali tempore plenum peruadere & inane. quoniā, vt prius quoq; dictum F est, vt D ad H, ita E ad G. Sed sicut E ad G, ita erat D ad F, & vt D ad H, ita D ad F. Inane ergo F habet ad plenum rationē, quam H plenum ad D plenum. & in æquali tempore peruadet aliquid inane & plenum. quod quidem est absurdum, etiamsi sint inæqualia. Quòd autem hæc omnia absurda consequantur, ꝙ dicant motū qui fit per inane, fieri in tempore, ipse declarauit dicens, CLARVM est ergo ꝙ si est aliquod tempus, in quo feretur quiduis inanis, hoc eueniet quod fieri nō potest}hoc est, si positum fuerit aliquid in tempore moueri per inane. Cur autem positionem quæ dicit per inane moueri, hęc sequanť quę fieri non possunt, pulchrè deinceps adiecit. Si enim motus quidem ad motum, & temporis ad tempus est aliqua ratio, etiam sint ambo finita: non est autem inanis ad plenum: motus scilicet qui est per inane, est expers temporis. Si quis autem posuerit in tempore motum qui fit per inane: quoniam tempus rationem habet ad tempus: vt autem sunt tempora in quibus motus, ita etiam subiecta G per quæ motus: habebit etiam inane ad plenum rationē, quam plenum ad plenum. & in æquali tempore mouebitur aliquid per inane & plenum. Hęc sunt ergo absurda quæ sequuntur, vel propter hanc causam, differentiam illorum, per quæ feruntur quæ feruntť, quæ est præter constitutionem. Facile est autem etiā ab alia quæ est per contrarium motum, inane tollere, non enim e contra mouebitur inane, quoniam nec omnino mouebitur. Nū autem si quis posuerit esse quidem seorsum inane, & per inane dicat fieri motum, non incidet in aliquod eorum quæ illata sunt absurdorum, nec eorum quæ inferēda sunt. detur enim, quod ad inane quidem attinet, esse quæ mouentur ex æquo velocia. Fit autem differentia ex ijs quæ sunt in inani corporibus, quæ si extrudantur vel celerius vel tardius, ita necesse est ferri ea quæ ferūtur. Si ergo vnū quidem fuerit crassum, & ad diuidēdum vel trudēdum difficile. alterum aūt cōtra: fit motus inæqualis celeritatis, et si totus fiat per inane. Fit autem differentia, vt & ipse di- H xit & dicturus est, ex ipsis quæ mouentur, si hæc quidem plus ponderis ac momenti habeant, hæc verò minus. Quemadmodum enim aliarum facultatum, ita etiam earum quæ pertinent ad momentum & inclinationem, habent corpora differentias. Et sic neq; erit motus expers temporis, neq; habet inane rationem ad plenum. neque enim per solum inane fit aliquando motus. nec solū propterea ꝙ facile possit diuidi id per quod, celerius fertur id quod fertur: sed etiam propter propriam facultatem. Quòd enim non per inane spatium fiat motus, hinc quispiam confirmauerit, vt dictum est etiam cùm ageret de loco. Quod moueť alicūde aliquò mouetur. Spatiū ergo quod est inter id vnde, & id quo fit motus, vel est inane, vel est spatiū corporis q̄d intercedit, vtpote aeris. Sed aeris spatiū cedit aeri. Q̄uo ergo q̄d nō est spatiū peruadet id q̄d moueť. aut q̄uo id q̄d non est, suscipiet dimensionē?

Si per inane fiat motus, q̄uo fieri possit vt nullum sequatur absurdum.

Facultates q̄ pertinent ad momētū, habent corpora differentias.

Per inane spatium non fieri motum.

E Ex exuperatione autem eorum quæ feruntur, hæc. Videmus enim ea quæ habent maius momentum, vel grauitatis, vel leuitatis, si alia figuris similiter habeant, celerius ferri per æquale spatium, & ex ratione quam habent inter se magnitudines. quare etiam per inane. Sed fieri nō potest. propter quam enim causam feretur citius? in plenis enim necessario. vi enim quod maius est celerius diuidit. aut enim figura diuidit, aut momēto ac inclinatione quam habet id quod fertur vel emissum est. Erunt ergo omnia æqualis celeritatis. Sed fieri non potest.

Cùm duæ dictæ sint causę motus inęqualis celeritatis: vna quidem ex differentia illorum per quæ fit motus, si vnum quidem fuerit crassius & solidius, alterū verò sub- LXXXII F tilius & ad cedēdum facilius, vel vnum quidem manēs, alterum verò quod cōtra fertur: Altera verò ex differentia eorum quæ mouentur: sint autem plures his causę inæqualis celeritatis, vtpote figura, & pondus ac momentum quod vel propter constitutionem vel magnitudinem est differens: aurum enim breuius est maiore ligno grauius, & gleba maior breuiore, alia eadem seruās, momentum autem ac pondus mutans in subiectis corporibus ostēdit sic quoq; sequi absurda apud eos qui per inane dicūt motum fieri. Cùm enim alia sint eadem, ea quæ maius habent momentum vel grauitatis, vel celeritatis, videmus celerius ferri vel sursum vel deorsum. vt si duo globi, vnus quidem aureus, alter verò argenteus, æqualis magnitudinis, emissi fuerit: celerius deferetur aureus. Similiter ergo hoc oportebit etiam fieri in inani, siqdem motus fiat per inane. atqui hoc nō eueniet in inani. quænam enim in eo erit causa, cur hoc quidem feratur citius, illud verò tardius? in pleno enim, id quod est grauius, ci- G tius subiectum diuidit: in inani autē nulla eiusmodi causæ redditio locum habebit. non est enim aliquid quod diuidatur. Æquali ergo celeritate ferentur quæ mouentur, etsi momento ac pondere differant. sed fieri non potest. nā id ipsum quod erat grauius erat ferri deorsum. Alexander autem pro eo quod est, SED fieri non potest}scribit, simul autem fieri non potest: & exponit vel quod fieri non potest vt simul feratur id quod est leuius & quod grauius: vel ꝙ euenit id quod est grauius propter suā quidem naturam necesse esse celerius moueri, propter inane autem non moueri celerius. fieri autem non potest vt hæc simul concurrant. Illud aūt, EX RATIONE quā habent inter se magnitudines, } dicit corpora ferri, ex ratione quam habent inter se ponderis ac momēti vt ferantur. Tanto enim citius vel tardius: vtpote si sit duplo grauius: duplo citius, hoc est in dimidio tēporis deferetur. Sed neq; differentię quæ est ex figura, causam reddēt qui inane introducunt. quęritur enim cur latum quidē plum- H bum vel ferrum in aqua magis supernatat, rotundum autem nec longum nō itidem, etiamsi sit valde paruum. Et alijs quidem facile est dicere, ꝙ quæ sunt lata, quoniā intercipiunt multum aeris vel aquæ, quibus vehūtur, non facile feruntur deorsum. non enim facilè diuiditur subiectum ab obtusa figura. Quæ alia autem figura sunt prædita, parum intercipiunt. quare quocunq; se inclinauerint, facilè rumpitur subiectum. Ii autē qui dicunt inane, non possunt sic causam afferre. Ex his ergo, inquit Alexander dici potest aduersus Epicurum, fortasse autem nihilominus aduersus Democritum & Leucippum, &, vt semel dicā, aduersus eos qui dicunt principia atoma & inane, ꝙ si inæquali celeritate feruntur atomi in inani, causas motus inæqualitatis celeritatis tempus est vt afferāt: nihil enim in eis magnitudo vel grauitas vel figura confert ad celeritatem: Sin æquali celeritate, nunquam altera alteram relinquet, neq; se inuicē imprimēt aut amplectentur.

Duæ sūt causæ mot⁹ inæqualis celeritatis, magnitudines & figuræ.

Si per inane fiat mot⁹ ꝑpter figurarum diuersitatē, quæ ꝗ absurda sequantur.

Plumbum latum cur supnatet, non itidem rotundum.

Atomos ferri non posse per inane nec æquali, nec inæquali celeritate.

ctentur. neq; enim figurarum differentia potest corũ motum facere inæqualem: figuræ enim, eo ꝙ diuidant, vel non diuidant, faciunt motum inęqualem: in inani autem nihil est quod diuiditur. quare nec est ex eorum sentẽtia alicuius generatio. Num autẽ apud eos hoc absurdum consequetur, si dixerint semper moueri atomos? si enim & quiescunt & æquali mouentur celeritate, se inuicem comprehendunt. Si quis autem quærit, cur fieri non potest, vt quod grauius est, æquè celeriter moueatur ac id quod est minus graue: facile est dicere ꝙ nisi accessio grauitatis motum faciat celeriorẽ, nec omnino grauitas causa erit motus deorsum in inani. quod enim additum non intendit nec auget motum, hoc neq; fuerit omnino causa motus. Si momenta autem & inclinationes non sunt corporibus causæ motus in inani: nec moueantur quidẽ omnino corpora in inani. neq; enim vlla est alia causa corporibus motus sm naturam, pręter proprium pondus & inclinationem. Præterea aũt, inquit Alexander, si quoduis corpus videtur Epicureis habere grauitatem, & propter grauitatem corpora moueri per inane, sequitur autem ijs quibus grauitas est causa motus, ijs maius põdus esse causam motus celerioris, hoc autem non potest fieri in inani: nec propter grauitatem in ipso moueatur. si non autem propter eã: nec omnino moueatur. Hęc audiens quispiam expeditè, vt puto, dicet, ꝙ si momentũ ac pondus est corporibus causa motus, & maius vt celerius: cur non mouebunt corpora per inane? Et si enim habeat aliquid quod sit diuisu facilius vel non facilius, per quod fit motus, ad hoc vt motus sit celerior & tardior: non est tamẽ hoc causa momenti & inclinationis. sed cùm sit illud diuersum ac differens, adijcit aliquid differentiæ motus, qui est sm naturam, id quod facile potest diuidi, & quod nõ. Quemadmodum enim alię qualitates quæ sunt eiusdem generis, sunt maiores in maioribus, ita etiam põdus ac momentum habere consequens. & in summa momentum ac pondus est potius causa diuisionis, non autem diuisio ponderis, etiamsi alicubi quidem subiecta aliquid impediant, alicubi autem non.

Epicuri atomorum motum defẽdit Simplicius.

Pondus est causa diuisionis, non diuisio põderis.

LXXV Quòd ergo si est inane, euenit contrarium, atq; id per quod probant qui dicunt esse inane, clarum est ex ijs quæ dicta sunt. Itaq; illi qdem existimant esse inane, si erit motus qui est per locum, rẽ per se secretam. idem est autẽ ac si dicatur esse locum aliquid separatũ. Hoc autem quòd fieri non possit, prius dictum est.

LXXXIII Qui inane inducebant, inducebant tanquã motui necessarium. quoniam fieri non poterat vt moueretur per plenum, ne corpus per corpus procederet. Quocirca connexam etiam rogabant rationem, dicentes. Si est motus, est inane. Ipse autem pluribus ostendit contrarium, ꝙ si est inane, non est motus. In memoriam autem reuocat dictam quoq; de loco demonstrationem, locum non esse aliquod spatium inane separatum. conueniet enim nunc quoq; ratio. Illa est autem quæ colligit locũ mouendum, & multa loca simul futura. Cùm autem dixisset, ITAQVE illi quidem existimant inane } non statim reddidit, AVTEM, sed cùm eis prius cõtradixisset, ita de ijs qui aliter ponunt inane adijcit, dicens, sunt autem qdam qui per inane & densum.

CAP. IX.

LXXVI QVin etiam per se considerantibus, apparuerit quod dicitur inane, verè inane. Quẽadmodum enim in aqua siqs posuerit tesseram, tantum excedet aquæ, quanta est tessera: ita etiam in aere. Sed non est manifestum sensui. Et semper quidem in quouis corpore quod habet transitũ, ad id, ad quod vt transeat ei innatũ est, vt transeat necesse est, nisi constipetur: vel semper deorsum, si motus est deorsum. quemadmodum terrę: vel sursum, si ignis: vel ad vtrunq; vt aer: vel cuiusmodicunq; fuerit quod imponitur. In inani autẽ hoc quidem fieri nõ potest: neq; enim corpus. Per tesseram autem æquale spatium potuerit videri transijsse, quod quidẽ erat prius quoq; in inani. quemadmodum si aqua non cessisset tesseræ ligneæ, neque aer, sed omni ex parte per ipsa peruasissent. Atqui habet etiam tessera tantam magnitudinem, quantã continet inane. quæ si etiam est calida vel frigida, vel grauis vel leuis, nihilominus est alia. imo etiam magis, ꝙ sit omnium affectionum, etsi nõ sit separabilis. Dico autem B ligneæ tesseræ magnitudinem. Quare etiamsi separata fuerit ab omnibus alijs, & nec fuerit grauis nec leuis, inane obtinebit æquale, & erit in eadem parte loci & inanis, quæ est ipsi æqualis. Quid ergo differet corpus tesseræ ab æquali inani et loco? Et si duo sunt talia, cur nõ etiam quæcunq; erunt in ipso? Vnũ est ergo hoc absurdum, & quod fieri non potest.

LXXXIIII Elegans ordo doctrinæ. Prius enim eas quę inane probare videbantur rationes dissoluit: Deinde non esse motus causam ostendit. & ideo ne est quidem omnino, siquidem propterea sumptum fuerat. & tunc rationem conuertit in contrarium. Cùm illi enim dicerẽt, si est motus, est inane, ipse multis probat argumentis, si sit inane, non esse motum. & deinceps hinc ipsam per se propositã quę C stionem refellit, & probat non esse inane, ad id rursus deducens quod fieri non põt, vt corpus per corpus pcedat, siquidẽ sit inane. quod qdem vitantes illi ponebãt inane. Cũ.n. aliud corpus positũ fuerit in alio corpore, quemadmodum tessera lapidea in aqua vel aere, necesse est id qd prius inest concedere ingredienti, vel sursum, si est ignis, vel deorsum si est terra, vel in id quod intercedit, si est aliquod ex elementis intermedijs: & tãtum excedere quanta est eius magnitudo quod ponitur. Hoc autem in nonnullis quidem statim patet, vt in tessera lapidea quæ in aquam inijcitur: tanta enim aquæ effluet magnitudo, quanta est tesseræ: In nonnullis autem secessus quidem non est sensui apertus, sed excogitatis artificijs comprehenditur. Quando enim in hydraulas, quæ sunt plenę aere, aqua infunditur, quædam linguæ additę tubarum aut tibiarum foraminibus, per quæ spiritus egreditur, sono ac strepitu arguunt exitum aeris qui per ipsa fit. Sin nullum habet exitum corpus quod est in ijs positum, conetur D autem alius immittere: vel quod immittitur, in seipso constipatur ac contractum condensatur, vt vas tãtum quod immittitur suscipiat, quantum constipatio contraxit prioris magnitudinis, vel vas potius disrumpetur, cũ corpus aliud susceperit. Cùm hæc ergo tam euidẽter cernantur: in inani quid dicemus euenire, quando in ipso positum fuerit aliquod corpus? vtrum excedere æqualẽ inanis magnitudinem? Sed hoc est ridiculum, siquidem est ridiculum quod fieri non potest. quid enim cùm sit, excedit? Sed maneret? Ergo peruadit per tesseram ęquale inanis spatium. Quare si nihil est omnino inane, habemus nos quod quæritur: Sin aliquam habet naturam, cùm triplici spatio disiungatur: quomodo per aliud tale spatium peruadit? hoc est enim perinde absurdum, vt si aqua non excedẽs, procederet per tesseram lapideam. cur enim ijs quidem prohibebitur alterum per alterum procedere, & in eodem esse loco, inani autẽ minimè? An ꝙ ea quidem

Si est inane, corpus per corpus procedat necesse est.

Hydraulę instrumẽta musica.

dem sunt calida vel alba vel grauia, vel ab aliquibus alijs affectionibus quæ ipsis accidunt repleta, inane autem ijs priuatū est? An ea est absurdum existimare. prius enim dictum est, corporibus vt sint in loco ex solis adesse spatijs, per quæ disiecta partibus opus habuere positura. Et si enim spatia separari nequeant ab alijs accidētibus, sed ipsa quidem esse spatia: quod separat ratio, aliud est. Lapis itaq;, non quatenus est albus, niger, vel grauis, tātum locum occupat: sed quoniam tantum est eius spatiū. Atqui ꝓpter grauitatem quidem fertur in hunc locū. cùm autem fuerit in loco, per magnitudinem in loco est. hoc enim solùm ex ijs quæ insunt tesseræ, consequitur, nempe loci magnitudo. Quare etiamsi posueris tesseram lapideam, omnibus alijs separatis accidentibus, sed quę sit in solo spatio, æqualem locum nihilo minus tenebit, quantum tenuisset etiam cum alijs accidētibus. Quid ergo differet spatium tesserę ab inani & loco ęquali? & si hęc duo sunt in eodem, cur non plura & infinita? Si collegeris autem rationem, videbis necessariā esse demōstrationem. Si est enim corpus in inani: erit spatium in spatio: & magnitudo erit in magnitudine: & corpus i corporibus. alia enim accidentia, cùm sint incorporea, nihil vetat quominus alterum per alterum procedat. Si ergo fieri non pōt vt corpus sit in corpore, fieri etiam nō potest vt sit in inani. Verè autem ipsum dixit inane, quoniam ostēdetur nullum vsum præbere.

LXXVII Præterea autem manifestum est tesseram id esse habituram, etiamsi transeat, quod alia omnia habēt corpora. Quare si nihil differt à loco, quid opus est locum facere corporibus præter vniuscuiusq; magnitudinem, si magnitudo res est impatibilis? Nihil enim confert, si aliud in ipsa æquale spatium fuerit eiusmodi.

LXXVIII Et alioqui præterea oportet esse manifestū cuiusmodi sit in ijs quæ mouentur inane. Nunc autem nusquam est intra mundum. Aer enim est aliquid. nō videtur autem. neq; aqua, si essent pisces ferrei. tactu enim iudicatur tactile. Quòd ergo nō sit separatum inane, ex his clarum est.

LXXXV Secundum quod ad idem tendit ponit argumētum. Si enim quod est in vnoquoq; spatiū, ab affectionibus, hoc est ab accidentibus, ratione separatū, nihil differt ab inani: quæ mouentur autem & transferuntur corpora, etiam proprijs mouētur spatijs: quid alijs eiusmodi spatijs opus est corporibus? Si enim quatenus habet spatium, habet vnumquodq; opus altero spatio: quomodo non etiā inane alio opus habebit, & illud alio, & sic progrediemur in infinitum?

LXXIX Sunt autem nonnulli qui per rarum & densum esse manifestum putant esse inane. Si enim non est rarum & densum, nec vt cogatur qdem & constipetur aliquid fieri potest. Si hoc autem non sit: aut non erit omnino motus: vel fluctuabit totū, vt ait Zuthus: vel eueniet mutari semper aerem & aquam in æquale. Dico autem, vt si ex cyatho aquæ factus est aer, simul ex tanto aere tantum aquæ factum sit, vel esse necessariò inane. Condensari enim & vnà extēdi non aliter contingere.

LXXXVI Eorum qui de inani dicebant, alij quidem dicebāt esse inane aliqd per se separatum, vt per omnia corpora procederet, & in aliquo quidem sui habere corpus, in alio verò non: qd quidem dicebant ꝓpriè esse inane, quēadmodum id quod corpus habebat locum: Alij verò minutatim in corporibus vbiq; dispersum. Postquā itaq; dixit

E aduersus priorem sententiam, nunc proponit reliquam, illi subiunctioni, QVIDEM, quam prius posuit, cùm dixit, Itaq; illi quidem existimane esse inane, si erit motus qui est per locum, rem per se secretam, AVTEM redditiuam nunc inferens, cùm dicit, sunt autē nonnulli qui per rarum & densum esse manifestum putant esse inane. Ii enim dicebant, si est rarefactio & cōdensatio esse inane. Et iam quidem contradixit rationi. erat enim hæc quoque vna ex quatuor rationibus quæ ponebāt inane: quā re vera soluit: quarum hæ quidem separatū & per se inane inducebant ex motu, illæ verò dispsum ex rarefactione & constipatione. nunc autē rationis confirmationem adhuc exponit accuratius, & eius subiungit confutationem. Ii enim dicebant non solùm de medio tolli rarefactionem & constipationem, sed etiam rarefactionē non esse & constipationem, si non sit inane: si autem nō est rarefactio & constipatio, non futurum omnino motū. neque enim eum qui est per locum, neq; eū qui est per augmentum, nec eum qui est per alterationem & generationem: eum enim qui est per locum, dicunt non aliter fieri, quàm si contrahantur & constipentur corpora, & prębeant locum ijs quæ per ipsa mouētur, quemadmodum ijs qui vadunt per turbam. Quinetiam quæ augentur & extenduntur magnitudine, cùm alia condensanť & contrahuntur in ea quæ sunt in ipsis inania, locum sumere ad incremētum. Sed etiam quę fiunt maiora ex minoribus, & locum maiorem occupant, fiunt eo ꝙ constipentur & contrahantur aliqua. Non est autem constipatio, si nō sit dispersum inane in corporibus. In summa autē, si non sit rarefactio, non posse aliquid ex minore maius fieri. Raritatem autem non esse absq; inani quod corpora intercipit. Sed neq; alteratio fieri possit sine motu per locum. oportet enim quæ mota sunt, alterū alteri appropinquare, id quod alterat, & id quod alteratur. Dicebant ergo si non sit inane, non esse rarefactionem & constipationem. Si rarefactio autem non sit & constipatio, non esse motum. Si autem cùm non sit rarefactio & constipatio, nō sit motus: fluctuabit vniuersum, vt dicit Zuthus Pythagoricus, & supereffundetur, & amplius extendetur, vt mare fluctibus in littora effunditur. Hæc itaq; euenire, ꝙ & ea quæ per locum rectà mouentur, ea quæ propè sita sunt protrudant, & quæ augentur similiter, propterea ꝙ non sit constipatio, per quam sit locus accedētibus. in ijs enim solis quæ circulo mouenť fieri ex aduerso transitum ac translationem. in ijs enim solis susceperunt obsistentiam. Porrò autem quando etiam aliquid, ex cōdensatis corporibus mutatur in rarius, protrudi rursus & effundi necesse est. Effusio autem rursus fieri nō potest, nisi sit separatum inane, extra vniuersum scilicet. quare eodem rursus redit oratio. si tollatur enim inane, tolliť constipatio. quæ si tollatur, inane introducitur. non enim in corpus fluctuabit vniuersum, sed omnino in inane. Est autem quædam etiam alia cōmentitia positio in generationibus. Dixerit enim quispiam, ꝙ quando mutať aqua vnius cyathi in maiorem aerem, alius aer, vbicunq; fuerit, et æqualis, mutatus in aquā vnius cyathi, seruat ęqualitatem. vel etiam ignis nōnunquam mutatus in aerem, seruat proportionem. ita enim, vt existimo, melius est audire ꝗ̄ vt audijt Themistius, necesse esse ex aqua cyathi fieri aerem cyathi.) Hoc autem non potest fieri. Fortasse autem Alexāder quoq; sic exponit, dicens, Æquale in æqualia fieri mutatione, nisi forte ambo dicit ambobus æqualia, sed non aquæ aerem, vt Themistius. Si ergo hęc sunt absurda, & non esse inane, & effundi vniuersum, & ęquales fieri mutationes: necesse est inane esse mixtum in corporibus. Ita enim demum futuram constipationem, & rarefactionem, & nullum esse secuturum ex ijs quæ dicta sunt absurdis.

Si nō sit inane tolli rarefactionē, & constipationē, per quā moueaň corpora.

F

Si nō sit inane, tolli augmentum.

Si inane nō sit, tolli alterationem.

G

Si nō sit inane, ait esse fluctuanteꝫ dicebat Zuthus Pythagoreus.

H

Si ergo dicunt rarum, quod multa habet inania separata, clarum est ꝙ si nec cōtingit inane LXXX

esse

esse separabile, quemadmodum nec locum qui
LXXXI suum habet spatium, itidem nec rarum. Si autem non separabile, sed tamen inesse aliqd inane, remotius est ab eo quod fieri nõ potest. Euenit autem primùm quidem, non cuiuslibet motus causam esse inane, sed eius qui sursum fertur. quod rarũ enim est, est leue: quocirca ignẽ quoque aiunt esse rarum. Deinde motus causa non tam inane, q̃ id in quo. Sed quemadmodũ vtres, ꝙ ipsi sursum ferantur, ferunt id quod est continens, ita etiam inane sursum fertur. Atqui quomodo fieri potest vt sit latio seu motus eius quod est inane, vel eius locus? inanis.n. fit inane,
LXXXII ad quod fertur. Preterea autem quomodo in graui deorsum ferri definient? Et clarum est ꝙ si quo fuerit rarius et inanius, sursum feretur: si fuerit omnino inane, feretur celerrimè. Fortasse autẽ hoc quoq; fieri non potest vt moueatur. Eadem autem est ratio, ꝙ quemadmodum in inani sunt omnia immobilia, ita etiam inane, ꝙ imobile. cõferri enim nõ possunt celeritates.

LXXXVII Cùm, quoad eius fieri potuit, eas defendisset rationes quæ inane ex raro & denso inducunt, & eis occurrere instituisset, diuidit rursus inane in separatum & inseparabile. Et separatum quidem dicit inane, continuũ quod per se est spatium, quod est corporis quidem capax, non autem suscepit: Non separabile autem quod est dispersum in corporibus. hæ sunt enim duæ positiones eorum qui inane esse dicunt. Diuidit autem nũc, vt opinor, id quod est dispersum, & in id quod per magna dispersum est, & in id quod per non magna. Et dicit ꝙ qui rarum dicunt, si tale quidem dicunt vt quod multa habeat separata, id est quæ habent iustas circũscriptiones; iam ostensum est fieri non posse vt si sit inane eiusmodi, vt etiã aliquid per ipsum moueatur: hoc autem ipsum ostensum est ẽt quando locum ostendimus non esse aliquod spatium separatum. omnino autẽ neq; fuerit rarum hoc modo. Sin rarum dixerint, vtpote inani eoꝝ separabili intus per parua disperso, positio quidem est magis credibilis, & quæ magis videtur remota ab eo quod fieri non potest. Ei autem eueniunt etiã absurda quæ dicenda sunt. Primum quidem, ꝙ non cuiusuis motus causa sit inane eiusmodi. sed si est vtiq;, est motus qui tẽdit sursum. Rarum enim, quod videtur esse rarum, propter eiusmodi inane quod in ipso est, est leue et sursum tendens. Quocirca ipsi quoque ignem dicunt esse rarum. Quænã ergo erit causa motus qui tendit deorsum, quod paulopost inferet? Sed nũc cùm concessit rarum esse causam motus qui sursum fertur, ostẽdit quomodo euenit vt ipsum localis motus causa sit. quod scilicet non sic vt per quod motus, vt dicebãt qui separatum inane introducebant: sed vt quod ipsum moueat, & vt ã quo moueatur, quemadmodum ostẽsum est naturam mouere. Appositè autem & lepidè in exemplũ adiecit vtres qui sunt in aqua instar, qui & quæ sunt sibi subiecta eleuãt, vt quę sunt in mari retia, & quę sunt eis imposita. multi itaq; fluuios traijciunt, vtribus tanq̃ lintribus qui eos transmittant vtentes. ita autem inane quoq; videtur ea in quibus est eleuare corpora, ꝙ ipsum sursum feratur. Si tale autẽ est inane, duo interim infert absurda. vnum quidem esse aliquem motũ & lationem inanis: quomodo enim fieri potest vt sit inanis latio, cùm sit inane? Secundum, si inane sursum fertur sm naturam: erit scilicet in eo quod est supra tanquã in loco. quare ipse quoq; scilicet erit inane. quare erit inane in inani. Post hæc autem subiungit absurdum quod apud eos consequitur, qui inane dicunt, quod sursum fertur. Si enim hoc est

Si inane ponatur separabile, & qđ sit per parua dispersum, quęnã absurda sequantur.

Si inane corpora vt vtres eleuet, quid absurdi sequatur.

A causa motus qui sursum fertur: quidnam dicent in graui, & quomodo tradẽt causam cur deorsum feratur? non.n. huius quoq; erit causa inane. non enim deorsum attrahet ea etiam in quibus est corpora. Quare non absolutè motus per locum eis inane causa est: sed aliqua est alia causa, et motus qui tendit sursum, et motus qui deorsum. Quẽadmodum enim apud eos ex quorum sentẽtia natura est corporibus causa motus, non dicitur esse solùm eius qui tendit sursum, sed etiam amborum: ita etiamsi sit inane causa motus, dicetur similiter & eius qui tẽdit sursum & eius qui deorsum. Siquis autem dicat grauia ferri deorsum ex ea quæ inest in ipsis corporibus causa quæ impellit deorsum, quæ quidem vocatur grauitas, cur nõ etiam leuia feruntur sursum, propter eam quæ est in ipsis leuitatem, sed claudicat natura, nõ tradens id quod grauitati opponitur? Congruit autem hæc ratio aduersus eos qui omnia corpora dicunt natura grauia, & quæ deorsum ferantur. Quòd autem alia alijs supernatẽt & sint in superficie, alij quidem causam dicunt esse inane, alij autem ꝙ
B grauiora subsidant. Adijcit autẽ aliud quoq; absurdum ijs qui dicunt inane esse causam vt sursum moueant corpora: si id enim est causa motus qui sursum fert, vt quod secum corpora sursum euehat: videlicet ipsum per se inane feretur celerrimè, siquidem etiam corpora vehens fertur. Et quidnam est absurdi, dixerit quispiam? num ꝙ fieri omnino nõ potest vt moueatur inane? Eadem autem nunc quoq;, inquit, erit ratio, quæ prius ostendit motum non esse in inani: quoniam inane non habuit aliquam rationem ad plenum, ea ostendit fore vt nec inane moueatur. Si enim aliud alio corpus celerius mouetur, motum per idem, per excessum grauitatis vt in ijs quæ deorsum feruntur, ita in ijs quæ sursum feruntur, leuitatis & raritatis, & per proportionem, quæ amplius habent leuitatis, in minori tempore: quoniam corpus leue nullã habet rationem ad inane, neq; ipsum superat: nec eius tempus aliquod fuerit, in quo inane sursum moueat̃ æquè ac cor-
C pus leue. omnem enim corpoream leuitatem leuitate excedit inane, per exuperationem quæ non potest cõferri. Quam enim habet rationem tempus, in quo motum est inane, ad tempus in quo est leue corpus, eandem habebit etiã inane ad corpus: sed inanis nulla est ratio ad corpus, quemadmodum neq; nullius ad numerum. Non mouetur ergo inane in tempore. Ergo neq; mouetur. Illud autem, FORTASSE, adiecit, ꝙ cùm propriè quidem sumitur leue & rarum corpus, est citra omnem cõtrouersiam quod dicitur: quod autem ab eis leue dicitur, cùm nõ sit ex sua natura leue, sed ꝙ inani mixtum sit, si ex corpore quidem quod in se est cõferatur cum inani, conferri non poterit: sin ex inani cũ inani, collationem admittunt inania. Fuerit ergo rarius, quod inani quidem superat, corpore autẽ superatur, in aliqua ratione. Si vacui ergo motus perimitur, ne sic quidem fuerit causa motus, tãquam moueantur ab ipso quæ mouent̃, propterea ꝙ ipsum moueatur, vt dicebat positio quæ inane dicebat inseparabi-
D le. Tollebatur autem motus vacui, & propterea ꝙ sit absurdum esse motum inanis, & propter alia.

Quoniam autem inane quidem non esse di- LXXXIII
cimus, alia autem verè sunt dubitata: aut motus non erit, si non sit condensatio & rarefactio aut fluctuabit cœlum, aut semper æqualis aqua fiet ex aere, & aer ex aqua. Clarum est enim plus aeris ex aqua fieri. Necesse est ergo si non sit constipatio, vt vel quod est ꝓpinquum extrusum, id quod est vltimum fluctuare faciat: vel in aliquo alio loco æquale mutetur ex aere in aquã, vt omnis magnitudo totius sit æqualis: vel nihil moueatur. Semp enim dũ transit, hoc eueniet, nisi in orbem circũsistat, non semp autem

in orbem

in orbem est motus, sed etiam rectà. Illi quidem propter hæc inane aliquid esse dixerint.

LXXXVIII Cùm illi dicant, si non sit inane nō esse rarefactionem & condensationem. Si non sit autem rarefactio & cōdensatio, non esse motum, vel vniuersum esse fluctuaturum, ipse rectè aduertit primum connexum nō esse admittendum: neq; enim est inane, & simul est rarefactio & condensatio: Quæ autem deinceps consequūtur admittit vt rectè dubitata. Si rarefactio enim non est & condēsatio, re vera vel non est motus, vel fluctuabit vniuersum: vel si hæc non fuerint, necesse est si hic fiat aqua ex aere, alicubi ex æquali aqua fieri æqualem aerem, non aquę, sed aeri ex quo est aqua. Quòd enim non vt audierunt expositores, dicit aerem aquę æqualē magnitudine, ipse ostendit dicens, NECESSE enim est amplius aeris ex aqua fieri. } Et scio quidem eos qui æquale sic sumpserunt, audituros tanquam confutationem illius, SEMPER æqualis aqua fit ex aere }. Quòd autem non sic dictum sit, sed vt quod interpretetur quomodo oporteat sumere æqualitatem: nempe q eius quod factum est nouad id ex quo fit: quemadmodum si ex aere hic fiat aqua, alibi ex æquali aquæ quæ hic facta est: æqualem factum esse aerem ei ex quo hic aqua facta est: Quòd enim æqualitatem sic dixerit Aristoteles, ostendit concludens & dicēs, NECESSE est ergo si non sit constipatio, vt vel quod est propinquū extrusum, id quod est vltimum fluctuare faciat: vel in aliquo alio loco æquale mutetur ex aere in aquam, vt omnis magnitudo totius sit æqualis, vel nihil moueatur. } Illud enim, IN aliquo alio loco } non adiecisset, si diceret aquam esse æqualem magnitudini aeris, id quod fit ei ex quo fit. Quomodo autem clarum est plus aeris ex aqua fieri? Num quoniam clarum est ex vasis quæ rumpuntur ex mutatione humidi in spiritum, vt in doliis musti videtur assiduè fieri, propter mutationem in ampliorem magnitudinē. Rursus ergo sumit dubitationem, confirmās oportere esse rarefactionem & constipationem, siquidem eos qui perimunt ea sequuntur quæ fieri non possunt: vt cùm deinceps ostenderit, non propter inspersum inane, sed propter aliam causam, fieri rarefactionem & cōstipationem, de medio tollat inane, vt ad hæc minimè necessarium, cum eo quod motum conseruat. Operæpretium est autem animaduertere q qui eorum quę mutanę ęqualem ponunt magnitudinem, & cōmentitiam dicunt positionem: non omnem motum introducūt, sed solùm augmentum & generationem. Postquam autem dixit necesse esse, si non sit inane, vel nihil moueri: vel si quid moueatur, cùm contineter nō autem post aliud moueatur, vel necesse esse cœlum fluctuare & extra effundi: vel mutationes fieri in æqualia: alium quoq; modum subiunxit, quo poterat esse motus etsi non esset inane: nihil autē eorum euenit. id autem est circulo ex aduerso circūsistere, in iis enim quæ circulo mouentur neq; fluctuare necesse est, neq; mutari in æqualia, nec esse rarefactionē vel condensationem. quoniam quæ circulo mouentur, eundem semper locum obtinent, & alia apprehensione minimè opus habent. Cùm hoc autem dixisset, eos qui dubitant rursus defendit dicens, q etiā si qui sic circulo motus soluit dubitationes, vt qui nullo eorū quæ dicta sunt egeat: sed neq; omnis motus, nec localis fit circulo. sed est motus localis qui rectà fit. adeò vt id quod rectè dubitatum est in eo maneat. nempe q si non sit constipatio: vel non erit motus sursum aut deorsū, vel fluctuabit vniuersum, vel necesse est mutationes fieri in æqualia. Ne ergo hæc absurda euenirent, posuerūt inane, vt quod liberaret eos ab his omnibus. Quòd autem illorum non esset probabilis hæc dubitatio, sed ipse eorum rationem defendens hanc ostēderit, satis vt puto ostēdit illud, DIXERINT. vt qui non dixerint quidem, sed lubenter dicturi essent; si quis eis eiusmodi argumentum ostenderit.

Motus tollitur, si non sit rarefactio & condēsatio.

Plᵘ aeris ex aqua fieri q̄ modo sciri possit.

Circularis motus quid faciat.

LXXXIIII Nos autem ex his quæ sunt posita dicimus,

E vnam esse materiam contrariorum, calidi & frigidi, & repugnantiarum aliarum naturalium, & ex eo quod est potestate, fieri id qđ actu est. Et non est separabilis quidē materia: per id autem q est, aliud, & vna est numero, si colorem & calidum et frigidum assecuta sit. Est autē corporis & magni & parui eadem materia. clarum est autem. Quando enim aer ex aqua factus est, eadem materia non aliquo alio assumpto facta est: sed quod potestate erat, actu facta est. Et rursus aqua ex aere similiter, quandoq; quidem ex paruitate in magnitudinem, quandoq; verò ex magnitudine in paruitatem. Similiter ergo ēt si aer qui est multus, factus fuerit in minori magnitudine, et maior ex minori, quę potestate est F materia, fit ambo. Quemadmodum enim & ex frigido calidum, & ex calido frigidum eadem, quoniam erat potestate: ita etiam ex calido magis calidum. cùm nullum factum sit in materia calidum, quod non esset calidum quando erat minus calidum. Quemadmodum nec maioris circuli circunferentia & curuitas, si facta fuerit minoris circuli, cùm sit eadem vel alia: in nullo factum est curuum, quod esset non curuū, sed rectum: non enim eo q deficiat, est id quod est magis vel minus: nec flammæ sumi potest aliqua magnitudo, in qua non insit & albor & caliditas. Ita ergo caliditas quoq; prior posteriori. Quare etiā magnitudo & paruitas sensilis ma- G gnitudinis extēditur: & si nihil assumpserit materia, sed quoniam est potestate ambobus materia. Quare est idem densum & rarum, & vna eorum materia.

Postquam dixit, inane esse non dicimus, alia autem rectè dubitata sunt apud eos qui dubitarūt, q si non sit constipatio, eueniet vnum ex iis quæ fieri non possunt, quæ dicta sunt: aut enim nō erit motus, aut fluctuabit vniuersum, aut in iis quæ crescunt in magnitudinem, necesse est æqualem fieri mutationem: nunc soluit dubitationē, concedens quidem esse constipationem in corporibus, nō tamen propterea etiam inane esse permittens: sed alio modo rarefactionis & constipationis causas tradens, nempe ex materia quæ est subiecta corporibus. De qua cū in primo libro docuerit, meritò ex iis quæ sunt posita (idem est autem dicere, ex iis quæ sunt in confesso) se verba esse facturum profitetur. Dictum est enim materiam esse ali- H quod subiectum contrariis, & eandem esse materiam calidi & frigidi, similiter autem & sicci & humidi, & aliarum repugnātiarum, quæ mutatur ab altero in alterum, propterea q actu quidem semper sit alterum contrariorum, potestate autem alterum. & substātia quidem nunquam est materia separata ab vno ex contrariis: propria autem eius ratione & consideratione est alia ab eis. & numero manens eadē, suscipit vtrūq; contrariorū. Quemadmodum ergo repugnantiarum, quæ sunt in qualitate, eadem est numero subiecta materia, vtpote calidi & frigidi, albi & nigri, vel dulcis & amari: ita etiam earū quæ sunt in quantitate, vel circa quantitatem, vel eum quantitate magni & parui, eadem numero est capax materia. Si enim aliquam quantācunq; magnitudinem per se habuisset materia, non suscepisset contrarium ei quod habet sm naturam, nec maius, nec minus. quemadmodum nec si sm naturam fuisset alba, nigrum suscepisset. Quoniam

LXXXIX

Inane esse nō sequitur, si sit cōstipatio.

Materia eadē & in quantitate solo pit repugnantias.

niam autem sicut aliȷs formis, ita etiam priuata est corpore & magnitudine, eas ẽt quæ sunt in magnitudine repugnantia eadẽ numero manens suscipit. Hoc autẽ clarum est ex mutatione quæ fit ex aqua in aerem. neq̧.n. aliqua alia ingreditur materia, qñ fit aer ex aqua. Si.n. quæ tũc erat materia, potestate erat aer, qñ ab eo quod est potestate mutaẽ in id quod actu est, eadem numero manẽs fit aer, quæ prius erat aqua. & fit maius magnitudine quod prius erat minus, nec admixta materia, nec ingresso inani. neque.n. amplius esset ipsa aer potestate, si facta esset alicuius admixtione. Similiter autẽ si fiat aqua ex aere, mutatur in minorẽ magnitudinem nulla excedente materia. Hoc aũt fecit euidentius, sumpto ipso aere qui fit minor ex maiori, & maior ex minori, nec ingrediẽre nec recedente aliquo, sed ipso aere denso & subtili effecto. cũ ambo possit ea quæ est in ipso materia, & ex eo quod est potentia mutetur in id quod actu est, & sic transeat à maiori in minorẽ magnitudinem, & à minore in maiorem.

B Qm̃ autem non ex eo quod caret magnitudine mutatur in magnitudinem, vel cõtra, sed ex maiori in minorem, vel ex minori in maiorẽ, quod quidẽ assimile est ei quod est magis & minus in qualitatibus, ideo ostendit etiã in aliȷs qualitatibus, q̃ quẽadmodum in contraria, ita ẽt in id q̃d est magis & minus, mutatur idẽ subiectum. Quemadmodum.n. ex calido frigidum, & ex frigido calidũ fit eadem materia, qm̃ erat vtrunq̧ potestate, ita ẽt ex calido magis calidũ. non enim sic mutatur, tanq̃ quædã quidem prius subiecti partes non essent calidæ, nunc autem factæ fuerint calidæ, vtpote q̃ id quod est minus calidũ, sit tale mixtione eorũ quæ non sunt calida. etenim quando erat corpus minus calidum, similiter erat tota materia hmõi: & quando magis calida facta est, tota aucta est similiter. si enim alia quidem eius fuerint calida, quando erat minus calida, alia autem, quando magis, non vtique eadem numero fit calidior & minus calida, suscipiens id quod est magis & minus: sed aliquod aliud calidum accedit & admiscetur et quod prius erat.

C Quemadmodum ergo in his, ita ẽt in corpore quod rarefit & condensatur, & fit maius & minus, eadem est materia ambo suscipiens, & non aliquid extrinsecus ingrediens vel exiens, vt ȷ̃ dicunt qui inane introducunt. est enim eorum qui ignorãt naturam materiæ, q̃ scilicet eadem manens suscipit contraria. Cùm autẽ ostendisset in aliȷs qualitatibus, q̃ subiectum idem manẽs suscipit id quod est magis & minus, hoc ipsum ostendit etiam in figura. nam etsi sit qualitas, habet tamen magnam coniunctionem & conueniẽtiam cum magnitudine. si enim minoris circuli circunferẽtia inflexa fuerit ad minoris circuli constitutionem: non eo q̃ aliquæ partes circunferentiæ, quæ non erant incuruæ, sed rectæ, nunc curuatæ sint, cogitur in minorem circulum: sed q̃ quæ erant minus incuruæ magis incuruæ factæ sint. Et si ergo dicatur eadẽ circunferentia, quę prius quidem erat incurua, postea aũt magis facta est: & si alia quidem illa, hæc verò alia: hoc clarum est, non accessisse recto incuruitatem, sed quod erat minus incuruum euasisse.

Figura magnam habet conueniẽtiã cum magnitudine.

Circũferentia non mutatur quæ magis curua redditur.

D Videtur autem illud VEL ALIA, adiecisse ad ampliorem probationẽ. etsi enim nolit aliquis eandem esse circũferentiam, quæ prius quidem erat incurua, nunc autem magis facta est, sed dicat aliã & aliam, sic etiam non tanq̃ rectum incuruum subȷ̃t: sed quod fuit minus incuruum, magis incuruum factum est. omnino.n. id quod est magis, minus dicitur, nõ in eo q̃ aliqua forma deficiat in eo quod minus dicitur, & non deficiat in eo quod est magis. non.n. forma aliqua accedit, sed intẽditur totum vel remittiẽ. quemadmodũ calidius, quemadmodũ dulcius, quẽadmodum albius. Ita ergo ẽt in paruitate & magnitudine rei sensilis, non aliã assumens magnitudinẽ materia extenditur, vel amittens contrahiẽ, vt dicunt qui causantur inane: sed idẽ manens subiectum, quod erat maius potentia, ex minore, actu maius factum est. hoc enim est subiectam naturam esse cõtrariorum capacẽ. quod quidem per hoc significauit, QVÆ est potestate materia, non dicens esse potestate materiã, sed materiam hęc esse potestate.

A Quẽadmodum aũt in quauis parte flamma est & calida & alba, ita est etiam in quauis parte rara, nõ per mixtionem inanis. Ita autem caliditas quoq̧ quæ prius erat collata cum posteriore, non eo q̃ aliquid accedat vel recedat habet id quod est magis & minus: non enim aliqua forma accedit vel recedit: sed eadem remittitur vel intenditur. Sensilem autem magnitudinem dixit materialem, vt eam distinguat ab ea quę percipitur intelligentia & mathematica. Sẽsilis.n. & materialis ea est quæ extenditur & contrahitur. Operæpretium est autem animaduertere eum & magnitudinem velle esse aliquã formam, & paruum & magnum formales differentias magnitudinis. nam hæ quoq̧ formas cõplentes rationes accedunt ad materiam. Quẽadmodum enim ab albo & nigro & calido & frigido, & quæ sunt huiusmodi, cõplentur animantia & plantæ, ita etiam à propria magnitudine.

Magnitudo sensilis distinguitur a Mathematica.

Magnitudo est forma.

Magnum & paruum sunt formales differentiæ.

B Quamobrem definita est etiam in vnoquoq̧ animali maxima & minima magnitudo.

Est aũt dẽsum quidẽ, graue: rarum aũt, leue.

Postq̃ ostendit fieri posse vt sit rarefactio & cõdensatio etsi non sit inane, sufficere.n. aptitudinem materię ad extendendam et contrahendã corpoream magnitudinẽ: deinceps ostendit qũo rarum & dẽsum sequitur differentia motuũ qui rectà fiũt. Si.n. rarum est leue, leue autem sua natura sursum mouetur: scilicet quod rarum factum, non propter inane, sed pp̃ter ei subiectam materiã, quoniam simul ac rarũ est, leue quoq̧ est, sursum quoq̧ mouebitur. Similiter autem si densum quoq̧ est graue, graue autem tẽdit deorsum: habebimus causas motus per locum, qui rectà fit, inani minimè opus habentes. XC

Rarũ & densum sequitur differentia motuũ qui rectà fiunt.

Præterea quẽadmodum circuli circũferẽtia, quæ in minus contrahitur, non sumit aliquod aliud concauũ, sed id quod erat, coactum est: ita LXXXV

C etiam quidq̃d ignis sumpserit quispiam, est totum calidum. ita etiam vniuersum eiusdem materiæ compressione & dilatatione.

Hęc dictio videẽ rursus dicere ea quę prius dicta sunt. qũo quæ fiunt magis aut minus, non hoc patiuntur additione alicuius aut ablatione, neq̧ in figura incurua, neq̧ in caliditate ignis, neque in intensione & remissione magnitudinis, sed eadem materia mutata in cõtraria. Neq̧ quidquã adiecit ȷ̃s quæ de eo dicta sunt, cùm dixit, quẽadmodum nec maioris circuli circũferentia & curuitas, & quæ sequuntur: sed est quædam illorum paraphrasis. quocirca nõ habetur in aliquibus exemplaribus, vt quę ex adiectione aut adscriptione introducta sit. Talis est ẽe stylus orationis. Sed sequitur probationẽ quæ dicit, Est autem densum quidem graue, rarum verò leue. XCI

Duo.n. sunt in vtroq̧, denso & raro. Graue enim & durum videntur esse densa: & contra-

D ria rara, leue & molle. Discrepat autem graue et durum in plumbo & ferro.

Cùm dixisset densum quidem esse graue, rarum aũt leue, adȷ̃cit densum non solum sequi graue, verumetiã durum. & rursus rarũ, non solùm leue, sed ẽt molle: adeò vt duo sint ab vtroq̧ dẽso & raro: ab illo q̃dem graue & durum: ab hoc verò leue & molle. Vsum aũt mollis & duri adiectionis sciemus paulopost, qñ per eam, aliorũ triũ motuum, qui sunt præter localẽ causam, ostendit materiam. Quòd hoc aũt etiamsi ita habeat in compluribus, non est tñ eiusmodi in omnibus vt non transiliatur, nos per ferrũ & plumbum admonuit. Plũbum.n. etsi sit ferro mollius, est tñ eodem in æquali magnitudine grauius & rarius. Num autẽ non hoc temere adiecit, sed ostendẽs rarum ipsum quoq̧ esse speciẽ aliquã, quæ nõ fit per amplioris vacui implicationem. si hoc.n. esset, esset oĩno XCII

Densum graue & durũ. Rarum leue & molle.

Rarum non fieri per amphoris vacui implicationem.

leuius: nunc aũt non ita habere cernit. siquidem plũbum cùm sit ferro rarius & mollius, est tamen eo grauius.

LXXXVI Ex ijs quæ dicta sunt clarum est, neq; esse secretum inane, nec absolutè, neq; in raro, nec potestate. nisi quis omnino velit vocare inane, causam cur quid feratur: Ita aũt grauis & leuis materia eiusmodi fuerit inane, rarum enim & densum per hanc repugnantiam, sunt efficientia lationis seu motus per locum: per durum autem & molle, affectionis seu passionis & impatibilitatis: & non lationis seu motus per locum, sed magis mutationis seu alterationis.

XCIII Qui inane dicebant, alij quidẽ ipsum actu esse dicebãt semp secretũ à corporibus: Alij verò potestate, vt quod fieret & periret corporibus. Eorum aũt qui dicebãt actu secretum, alij qdem absolutè & per se dicebant extra corpora: vt qui ponunt inane extra mũdum: Alij verò secretum quidem & tanq; actu, sed quod non per se sit, sed sit dispersum in corporibus, & discindat eorum continuitatem. quod ẽt fit causa raritatis. Ostendit ergo id neq; esse vt per se, neq; vt dispsum in corporibus, quare nullo modo vt quod actu sit & secretum. Potestate autẽ, inquit Alexander, hoc dixerit, ad quod respiciẽs postremò verba fecit. quod eo q; sit mixtũ & confusum in corporibus, raritatis et leuitatis causa eis dicebatur fieri: id aũt, vt existimo, fuerit inane dispersum. Quòd aũt raritatem inane non introducat, dictũ est. Hæc qdem Alexãder. Operæpretium est aũt aduertere, an quod est potentia inane, dictum sit causa rarefactionis, non aũt id quod est actu dispersum. Nũ ergo dicit inane potestate, id quod nondũ quidem est, per disiunctionem aũt ac distantiam corporum fit alias alius. quẽadmodũ nos poros seu meatus fieri dicimus, in qbus est semper aliquid subtilius corpore quod cõtinet. Clarum est aũt q; si id quod inane actu est, non habet aditũ ad ea quæ sunt, neq; habebit id quod est potestate. Id.n. est potestate quod est oĩno aptum natura vt deducatur in actũ, nisi exhaustum & effœtũ fuerit subiectum ad hoc vt sit. Cùm aũt ostendisset non esse omnino inane, qm̃ qui inane ponebant, ipsum ponebãt vt causam motus, ad id quod ab eis dicitur se accõmodans, & eã quæ adhiberi põt ipse correctionem afferẽs, admonet dicẽs, q; si motus qui fit per locum causam esse dicũt hoc inane, eius aũt causa est materia quę est capax raritatis et densitatis, vel, vt accuratius dicã, leuitatis & grauitatis: dicatur materia inane. ei.n. nomen cõuenit. et si sit in substãtia, ipsa fuerit inane. quã ostensum est quidem esse ex ijs quæ sunt, nihil autẽ ex formis cognitis, sed per ablationem, vt quæ omniũ inanis animo cogitetur. Qm̃ autem rarum & densum, vtrunq; habebat duo quæ simul assidebant, rarum quidem, leue & molle: deosum aũt, graue & durũ, meritò rarum & densum, per leue qdem & graue, sunt causæ motus qui rectã fit: per molle aũt & durũ, non vtiq; eius: sed facilitatis & difficultatis ad patiendũ, per quas fiunt mutationes & alterationes. etenim ad patiendum qdem facile est molle, durũ verò difficile ad patiendum. Statim ergo per hæc ostendit, & materiã esse causam motus qui fit per alterationem, & non inane. siquidem alteratio consequtur duritiem & mollitiem, eæ verò rarefactionẽ & condensationem, ipsę verò propter materiam. Audienda est aũt nunc alteratio, nõ mutatio quæ fit in sola qualitate, sed etiã in quantitate & substãtia. Facere enim & pati consideratur in his oĩbus speciebus. Et ecce nunc clarũ euasit quanã de causa mollis & duri sumpta sit oppositio. nẽpe vt ostẽderet, per eã aliarum quoque triũ motus specierum causam esse materiã, eius qui fit per qualitatem, eius qui per quãtitatem, eius qui per substãtiam. Cùm aũt dixisset grauis & leuis materiã esse motus causam, adiecit illud, QVATENVS est talis] qm̃

Potestate nõ esse inane q̃modo dicat Aristoteles.

Meatus fieri quid sit.

Molle & durũ causæ sũt facilitatis & difficultatis ad patiẽdũ.

Alteratio p mutatiõe in qualitate, q̃titate & substantia.

E omnibus quidem differentijs subiecta est materia: non per omnes autem motus per locum causa est, sed per solam leuis & grauis oppositionem.

Et de inani quidem, quomodo sit, & quomodo non sit, hoc modo sit definitum.

Et in principio orationis de vacuo, instituit quærere sit ne an non, & q̃uo sit & quid sit: & nunc concludẽs orationem dicit q̃uo sit, & quomodo non sit. q; vt secretum quidem inane potestate non sit: siqs dicat inane spatium priuatum corpore vel potestate vel actu. Sed si vt motus causam dicat materiã inane, hoc modo inane esse concedit. Hæc ergo de eo statuit Aristoteles. Lampsacenus aũt Strato conatur ostendere, esse inane quod intercipit corpus, ne sit continuũ, dicens q; neq; per aquam vel aerem vel aliud corpus posset lux transmitti, nec caliditas, nec vlla alia facultas corporea. q̃uo enim Solis radij transirent in fundum vasis? Si.n. humidum non haberet meatus, sed id vi radij diuiderẽt, eueniret vt vasa quę sunt plena supereffunderentur: & non alij qdem ex radijs in superiorem locum reuerberarent, alij verò infernè transmearent. Sed hæc qdem, vt opinor, solui possunt ex positionibus Peripateticis. per quas & caliditas, & aliæ corporeæ facultates, & lux, quæ sunt incorporea, non opus habent inani subiecto spatio ad hoc, vt consistant, & transeant, nullam afferentia magnitudinem corporibus. Sin etiam corpus quis lucem esse dixerit, & corpus materiæ particeps, lucẽ Solis quę est sub luna in testimonium proferẽs, & reuerberationes, & solidorũ obstructiones, qm̃ cõmixta est patibili materia: sic quoq; per rarefactionẽ & condensationẽ solui põt dubitatio. nihil.n. vetat quominus quæ sic sunt rara corpora, vt aer & aqua, condensata locum dent quibusdã radijs vt transmeent. quicunq; aũt in partes densiores incidunt, refringunt. Hæc ergo, vt dixi, fortasse solui possunt, absque vllo impedimento quominus tollas quod verè sit substantia inane. Sed q; G per se est spatium quod corpora continet, & habet aptitudines ad diuersas eorũ differentias, fortasse nondũ ex his quæ dicta sunt sublatũ est. etenim in rarefactionibus & condẽsationibus oportet esse aliquem locum & aliud spatium præter spatiũ corporum. quod apprehendit id quod rarefit. nõ fit.n. in corpore quod est propinquum; sed in spatio, à quo propinquũ corpus extrusum vel constipatum excessit. Videtur aũt Plato quoq; id quod verè est inane, & quouis corpore priuatũ spatiũ, non agnoscere, & finalẽ eius causam dicere. Vniuersi, inquit, ambitus, qm̃ comprehendit genera, cùm sit orbiculatus, & à natura ingeneratũ habeat vt cũ eis velit congredi, constringit oĩa, & nullum sinit locum reliq̃ vacuũ. In summa enim si actu sit hoc inane, & continuitatẽ & vniuersi inter se cõsensionem perimit, & nullũ cur sit vsum habebit. cur.n. futurus est amplior locus corporibus quę in ipso futura sunt, siqdem factus est oĩs locus habita ratione ad id quod in ipso est? Præterea aũt si hoc quidem habet H corpus, illud verò nõ habet, quænam est absurditas, cùm in inani nulla sit differentia? Atq; hoc qdem spatiũ, quod est aliud ab ijs quæ sunt in ipso corporibus, habet autem aliàs aliud in se corpus, videtur ipse quoq; Plato nosse, & inane seu vacuũ nominare, cũ dicit. Quæ.n. ex maximis facta sunt, inanitatẽ maximã reliquerunt in constitutione: alia verò minimã paruitatẽ. Constipationis aũt coitio parua contrudit in eorũ quæ magna sunt inania. Quin etiã paulopost aptè ostendit corpora quę trãsmeant, non in aliquẽ locum corpore vacuũ transire, sed in aliquẽ qui aliud prius corpus habebat, facta obsistentia. cùm dicit. Rursus aũt excidente igne, vt qui nõ in inane exeat, trusus aer propinquus, et humidã prę terea molẽ in ignis sedes cõtrudens, ipsam sibi ipsi cõmiscet. Erat aũt. s. ignis sedes, locus qdã in quo erat ignis. Quòd aũt factum sit hoc spatiũ mensura æq̃le cuiuis corpori q̃d in ipso est, vel ex ijs quę prius de loco dicta sunt I memoriã reuocemus.

Quæ

XCV

Inane est, si vt materia sumat causa motus.

Inane esse quod intercipit corp' ne sit continuũ, ex sñia Stratonis.

Spatium esse quod per se corpora continet.

Inane quouis corpore priuatũ non agnoscit Plato.

Spatiũ quod est diuersum ab iis q̃ sunt in ipso corporib' agnoscit Plato.

Spatium esse æquale corpori quod in ipso est.

Quæ.n. alicunde aliquò mouetur per locũ, siue circulo, siue rectâ, vt ẽt prius dixi, oĩno in aliquo spatio moueatur necesse est. Si ergo neq; in suo, neq; in eo quod est propinquorum corporum: mouebitur in aliquo alio quod separari potest à corporibus. Et est hoc spatium quod expeditam & manifestam præbet loci notionem.

SECTIO III.

De Tempore. CAP. X.

LXXXVII Est autem consequens ijs quę dicta sunt, vt de tempore disseramus.

XCVI Quòd de motu quidem disserere sit Philosopho naturali conuenientissimũ, clarum est, siqdem natura est principium motus. & siquidẽ quæ sunt natura, ab ijs quę non sunt differunt. Si aũt omnis motus est in tempore, & alij quidẽ motum ipsum, alij verò aliquid motus tẽpus existimarunt, scilicet naturali Philosopho loqui de tẽpore necesse est. manifestum.n.est, & oĩbus in ore tempus, etsi accurata & perfecta eius cognitio permultos latuerit. & omnia naturalia & quę in ortu sunt et generatione, sequitur, sicut etiã motus. His oĩbus ergo de causis studiosè à Physico de tẽpore loquendum est. Cùm aũt in tertio libro dixisset de motu, & ei coniunxisset orationẽ de infinito, qm̃ motus est continuus, continuum aũt diuidi põt in infinitum, & vel est in finitum vel infinitum: deiceps qm̃ omnis motus fit in loco & tẽpore, & propinquior & manifestior tẽpore videtur esse locus, cùm de loco dixisset, & de inani adiecisset, qm̃ dicebant inane esse locũ priuatum corpore, meritò, inquit, est consequens ijs quæ dicta sunt, disserere de tempore. Mirabile aũt quid vsu uenit tẽpori, hoc quidem cõmune cum alijs, illud verò proprium. Quemadmodum.n. color & motus euidentẽ quidem habent substantiam, substantiæ aũt rationem comprehensu difficilem: Ita ẽt temporis quidem substantia, nõ solum doctis, sed ẽt omnibus est aperta. Recentius.n. omnes dicimus & antiquius, & heri, & hodie, & cras, & olim, & hoc anno, & anno sequẽti: Dies aũt & noctes & mẽses & annos quis adhuc homo uideri possit ignorare? Quidnam sit aũt tempus interrogatus, vix responderit doctissimus. Et hoc quidẽ est illi cõmune cum alijs. Proprium aũt, ꝙ cùm habeat ipsam substantiã quæ nec põt sensu cõprehendi, etsi habeat aliqua ex sensu adminicula: non est.n. sensile antiquius & recẽtius, neq; heri & hodie: videatur tñ omnibus aptius: adeò aũt visa sit dubia quæstio de eius substantia, vt nonnulli offusis sibi ab ipsa tenebris, vel temporis substantiã licet adeò euidentẽ desperarent. Atqui absurdũ est velle vt substantiæ interitus pẽdeat ab ignoratione substantiæ. multa.n. eorũ quæ sunt, nõ solum quænam sint, sed etiam esse à nobis ignorantur: & tamen nihilominus sunt ex ijs quæ sunt.

Tẽpus esse fatentur omnes.

Tempus qd sit ignorant vel doctissimi.

Tempus cũ sẽsu nequeat cõprehendi, est oĩb' apertum.

Primum aũt rectè habet de ipso dubitare vel per externas rationes, vtrũ sit ex ijs quæ sunt, an ex ijs quę nõ sunt. Deĩde quę sit eius natura.

XCVII Quemadmodum in alijs, ita etiam in tempore, cùm primum sitne tempus an non instituisset quærere, adducit primùm rationes quæ ipsum per externa perimunt. Externa autem sunt quæ sunt cõmunia, & concludũtur per probabilia, nõ autem demonstratiua, nec acroamatica, hoc est, nõ ex accuratioris doctrinæ auditione desumpta. Post hanc autem cõsiderationem dicit deinceps esse considerandum quænam sit natura temporis. post quæstionem enim An sit, succedit quæstio quid sit. Notandum est autẽ, inquit Alexander, ꝙ in quæstione quidem inanis, quod erat non esse ostẽsurus, dixit de eo loqui incipiens, quid nomen significet: in tempore autem quod in confesso est, quærit quæ sit natura. à quibusdam enim nominibus etiam quæ non sunt significantur, vt Hircoceruus: quæ autem habent propriam naturam, sunt omnino. Operæpretium est autem considerare, quomodo

Externa seu ἐξωτερικὰ quænã vocet Aristoteles.

Quæstionem Quid tẽp' significet, cur prætermiserit Aristoteles.

A hæc dicta sint. Etenim in tempore à quæstione an sit incepit, non à quæstione quid sit. deinde etiam in ijs quæ esse in confesso est, cũ nomina fuerint minus aperta, quæstio quid nomen significat, præcedit quæstionem, Quid sit. hunc autẽ ordinem quæstionum accepimus in Analyticis. Sed quoniam nomẽ quidem inanis & multis modis dicebatur, & habebat notionem non satis explicatã, nomen autem tẽporis erat euidens omnibus, etiã si temporis natura non poterat comprehendi, meritò in inani quidem quæstio quid significet nomen prius assumebatur: in tempore verò quæstio, An sit. Potius ergo dicendum est quæstionem quidem quid nomẽ significet, quę rendam esse & in ijs quæ sunt, & in ijs quę non sunt, cùm non fuerit apertum quod dicitur. quemadmodum quæstionem, Sit ne an non, in ambobus: quæstionem autem Quid sit, & quale sit, & cur sit, in ijs solis quæ sunt. Et in ijs quidem quæ non sunt, si sit nomẽ manifestum, quemadmodum Hircoceruus, & id ipsum quod non est: non B opus habemus quæstionem, Quid nomen significet.

Quæstio qd nomen significet, qñ sit ꝓponenda.

Quod itaq; omnino non sit, vel vix & obscurè ac exiliter, ex his quispiã suspicari potuerit. LXXXVIII Eius.n. aliud quidem fuit, & non est, aliud verò futurum est, & nõdum est. Ex his aũt & infinitum, & quod semp sumitur tẽpus componitur. Quod aũt ex ijs quæ non sunt cõponitur, videri potuerit fieri non posse, vt sit vnq; substantiæ particeps. LXXXIX Ad hæc aũt, cuiusuis quod potest in partes diuidi, si sit, necesse est qñ est, vel aliquas vel omnes esse partes: Temporis autẽ alia quidem fuerunt: alia verò futura sunt. nihil aũt est, cùm possit in partes diuidi. Nunc, autẽ, non est pars. dimetitur.n. pars & oportet totum cõponi ex partibus. Tempus autẽ non videtur com C poni ex ipsis Nunc.

XCVIII Ponit tria argumenta quæ probant non esse tempus. Quorũ primum quidem est tale. Cõponitur tempus ex præterito et futuro. quorum illud quidẽ non est amplius, hoc verò nondum est. Quod componitur ex ijs quæ non sunt, non est id quod est. Tẽpus ergo non est id quod est. nam etsi infinitum & id quod semper sumitũ dicas, ex his est. Secũdum autem argumentum prius opus habet huiusmodi pronunciato. Cuiusuis quod potest in partes diuidi, si ipsum sit, vel oẽs, vel aliquas esse eius partes necesse est, Omnes quidem, vt sunt lineæ superficiei & corporis: Aliquas autem, vt in ijs quæ quod sunt habent in eo quod est fieri. sicut in certamine & in motu. Quoniã ergo tempus, siquidem est continuum, potest in partes diuidi, necesse est vel esse oẽs vel aliquas eius partes. Atqui nulla est pars temporis. siquidem partes quidẽ eius præteritum et futurum: neutrum autem eorum est. sed il D lud quidem non est amplius, hoc verò nondum est. neq; ergo est tẽpus. Differt aũt hoc argumentũ à priori, ꝙ illud qdem procedit categoricè, hoc verò hypotheticè. & illud qdem per eam quę ex partibus fit compositionem, hoc verò per diuisionẽ in partes. Quocirca illud quidem sumit tempus vt compositũ: hoc verò vt quod possit in partes diuidi. Eis aũt hoc cõmune est, propterea ꝙ non sint partes, non esse totum. Quoniam autem non solùm præteritum & futurum videntur partes temporis, sed etiam præsens quòd est id quod nunc est, id autem consistit, & non vtiq; videbuntur veri prædicti syllogismi: tertium meritò ostẽdit, non esse, Nunc, partem tẽporis, duos tales syllogismos in secũda figura breuiter colligẽs. Pars metitur totum. Nunc non dimetitur totum tẽpus. Nũc ergo non est pars temporis. Hoc aũt est proprium partium eius quod est quantum, vt pars dimetiatur totum. Rursus autem. Pars componit totum. Nunc au-

Tempus nõ esse probat ex eo ꝙ constet ex ijs q̃ non sunt.

Tempus nõ esse, qm̃ nullę eius partes cõsistãt.

Partes sine aliquę necesse est eius qd diuidit̃ ĩ partes.

Nunc nõ est pars temporis.

tem nõ componit. neq enim componitur tempus ex ijs quæ nunc sunt. quemadmodũ nec linea ex punctis, neq omnino quod spatio disiungitur ab ijs quæ non disiũguntur. Alexander autem cùm patiendi verbo scripsisset, Dimetitur, in eo, DIMETITVR enim pars} durius exponit dicẽs, Quia habet spatium. eius enim quod habet distantiam, & est continuum, partes quoq habẽt distantiam. nunc autem non cadit sub dimensionem, quoniam non est interuallo ac distantia disiunctum. Sed nõ est sumendum illud Dimetitur, tanquam patiens, sed vt verbum agens. Pars enim in eo quod est quantum totum dicitur dimetiri, non ipsum dimensionem suscipere. Hanc autem scripturam nouit quoq Alexander. Nõ videtur autem, inquit tempus componi ex ipsis Nunc, quoniam hoc nondum ostẽsum est: ostendetur autem in ijs quę deinceps consequuntur. Quoniam autem, Nunc, quidem est aliquid temporis quod consistit, non tamen est pars eius, ideo in principio contextus dictionis dixit de tempore, VEL non est omnino, vel vix & exiliter,} Est.n.si tempus sit, in eo quod nunc est. quod quidẽ neq est tempus, si potest tempus diuidi: neq pars temporis si nõ metitur totum. Dixerit aũt illud, vel vix & obscurè ac exiliter, etiam qm̃ illud quidẽ eius fuit, hoc verò futurũ est. Eius aũt quod omnino non cõsistit, vel est perfectè, fieri non potest vt illud quidem fuerit, hoc verò futurum sit.

X Præterea autem hoc quoq nunc, quod videtur præteritum & futurum discernere, vtrum vnũ & idem semper p̃maneat, an aliud & aliud, nõ facile est videre. Si enim est semper aliud & aliud: nihil autẽ eorum quę sunt in tempore est alia & alia pars: Simul etiam si non sit hoc quidem ex illis quæ comprehendunt, hoc verò ex ijs quæ comprehenduntur, quemadmodũ minus tempus à maiore: nunc, autẽ quod non est, prius autem erat, necesse est aliquando interierit: etiam quæ nunc sunt simul quidem inter se non erunt, interierit autem semper prius necesse est. Fieri ergo non potest vt in seipso interierit, propterea q tunc sit. In alio autem Nunc, interijsse prius, Nunc, non cõtingit. Esto enim fieri non posse vt quæ nunc sunt sibi inuicem cohæreant, vt punctũ puncto. Si ergo in eo quod deinceps consequitur nõ interijt, sed in alio: in ijs nunc quæ intercedunt, quæ sunt infinita, simul fuerit. Hoc autem non potest fieri.

XCIX Nunc nihil esse. Prius quidem cùm, nunc, accepisset vt quod est, ostendit non esse partem temporis: nunc autem per tertiũ hoc argumentum conatur ostendere, ne ipsum quidẽ, Nunc, quod videt̃ esse, & præteritum ac futurũ discernere, esse aliquid. Necesse est.n.si est nunc: vel idẽ esse, vel aliud & aliud, quod qdem est idem ac non idem. Si ergo neq est idẽ, neq aliud & aliud: videlicet ne est qdem. Primũ ergo probat non esse aliud & aliud, hoc modo. Si, Nũc, est aliud & aliud: oportet prius interijsse. Atqui fieri nõ potest vt nunc interierit. Nõ est ergo, nunc, aliud & aliud. Et cõnexum quidẽ probat ex eo quod nõ sit simul prius, nunc, & posterius. non.n.fieri põt vt sint duo simul tempora, nisi vnũ quidem maius, alterum verò sit minus, & vnũ quidem contineat, alterũ verò contineatur. quẽadmodum se habet annus ad mẽsem qui in ipso est, & mẽsis ad diẽ qui est in ipso. etenim q sit dies huius mensis, mensis quoq esse dicit̃. & sic simul esse videntur. Eorum aũt Nunc fieri non põt vt vnum qdem contineat, alterũ verò contineatur, & vnũ quidem sit pars, alterum verò totum, & neutrũ neutro amplius. neq.n.sunt quanta, sed principia quantorũ. Amplius, aũt est in quantis. quare si

E simul esse non possunt. sed necesse est si est aliud & aliud, prius interijsse. quod.n.cùm prius esset postea nõ est, interijt. Deinde probat & assumptionẽ, quę dicit, Fieri nõ posse vt nunc interierit, eamq ex diuisiõe. Si.n.interijt, qm̃ quod interit interit in tp̃e, vel in seipso interijt, vel in alio nunc. Sed vt in seipso qdem, fieri non põt. tunc.n. est. Si ergo in alio: qm̃ quæ nunc sunt non cohærent inuicem (ex ipsis.n.nunc tempus non cõponitur, quod nunc quidem posuit, ostẽdet aũt postea) interijt autem in alio nunc, erat scilicet in eo quod intercedit inter ipsum & id in quo perijt. Inter ea, Nunc, aũt est tempus, quemadmodum & linea inter puncta. Erat ergo in tp̃e quod intercedit. Sed in tp̃e quod intercedit sunt, Nunc, infinita, siquidem omne tẽpus potest in infinitũ diuidi, vt ostendetur, & diuidit̃ per nunc. Erit ergo simul & ipsum nunc, & ea in quibus est, quæ sunt infinita, siqdem erat in tempore quod intercedit. Sed nec in quouis tẽpore quod intercedit, Nũc, interit, si.n.ita sit, oportebit in vnaquaque eius F parte partem aliquã ipsius Nunc interire. Sed in id nõ cadit diuisio. Quare neq in ipso nunc, neq in tẽpore quod intercedit, Nunc, interijt. Et alioqñ si, Nũc, interit in tempore alio à seipso: vel illud & est nunc, & simul fiunt duo Nunc, & id quod interit, & in quo interit: vel tẽpus. & vel præteritũ vel futurum. Sed si præteritũ quidem, antequ esset, interijt. Sin futurũ, Nunc, nondũ interierit, sed est semp interiturum. Futurum.n.semp est in quo interit. & in summa tẽpus est præteritũ & futurum. Sin nũc intereat in tẽpore: simul extendetur quod diuidi non potest ad id quod potest diuidi. Si ergo neq est prius nunc, quoniam duo simul esse non possunt, neq interijt: videlicet nec prius fuit. Sin neq fuit neq est prius nunc, scilicet fieri non potest vt sit aliud & aliud.

Atqui nec fieri potest vt semper idẽ permaneat. Nullius enim quod diuidi põt, finiti, vnus est finis: neq si ad vnum fuerit cõtinuum, neq G si ad plura. Nunc, autem, est finis: & potest sumi tempus finitũ. XCI Præterea si simul esse in tempore, & neq prius nec posterius est esse in eodem & in eo quod est nunc: si & quæ prius fuerunt, & quæ posterius erunt in hoc nunc: simul fuerint quæ facta sunt in anno decies millesimo cum ijs quæ facta sunt hodie, & nec prius, nec posterius aliquid est aliud alio. De ijs ergo quæ ei insunt, tantum sit dubitatum. XCII

C Nunc nõ potest idem numero permanere. Continui finiti non est vnus finis. Postq̃ ostendit fieri nõ posse vt, nũc, sit aliud & aliud, deinceps p̃bat duobus argumentis nec fieri posse vt idẽ semp numero permaneat. Si.n.nullius continui finiti est vnus finis, siue sit ad vnũ continuũ, vt linea, siue ad duo, vt sup̃ficies, siue ad tria, vt corpus: sed linea quidem terminata est duobus signis: superficies aũt tot signis, quot H sunt lineæ quæ cõtinent: Solidum aũt tot, quot sunt sup̃ficies quæ cõtinent: videlicet, Nũc, quoq quod est finis finiti tẽporis, non fuerit vnũ & idem. Atqui primũ, ergo etiã secũdum. Quodcunq.n.tẽpus sumpserimus vel minimũ finitum, aliud qdem habet, nunc, quod est in principio, aliud verò quod in fine. in vtrisq.n.à nunc finitur. quare nunc non vnũ & idem semp permanet. Oportet aũt tempus finitũ sumere, vt quod est in recta continuũ. quale est & tempus. quę.n.sunt hmõi, non habent vnum finẽ. sphęrę.n.& circuli vnus videt̃ esse finis. Ab vna.n. sup̃ficie & linea continetur. Circuli videtur esse vnus finis. Secundo aũt modo probat nunc non idẽ semper manere. Si.n.idem semp nunc est, omnia erunt in eodem, nunc, et neq prius nec posterius. Quæ autem sic sunt, simul sunt. & quę sic fuerunt, simul fuerunt, & erunt quæ sunt veterrima & antiqśsima cum ijs quę nuper facta sunt & sunt. in ipso.n. Nũc, sunt vtraque. Hoc aũt quid fuerit absurdius, q̃ in diluuio, inquã, nunc esse vel fuisse. Erunt autem etiam eiusdem ætatis,

quæ

quæ diu antè, & quæ nuper facta sunt, siquidem sunt eiusdem ætatis quæ sunt in eodem, Nunc. Cautè autem admodum dixit, ET quæ prius fuerunt, & quæ posterius, erunt in hocce nunc } fuisse enim habent in eo quod est nunc, non autem esse. hoc enim est in tempore. Si ergo necesse est, siquidem est nunc, vel idem esse, vel aliud & aliud, neq; autem idem est, neq; aliud & aliud: eorum scilicet quæ sunt, non est, Nunc. Hæc ergo concludens, subiungit dictum esse de ijs quæ insunt tempori, ex quibus scilicet probatur nō esse. In summa autem, si necesse est, siquidem sit tempus ipsum esse continuum. nunc autem neq; cum præterito coniungitur nec futuro, propterea quod neutrū eorū consistat: videlicet nec si sit continuū.

XCIII Si autem est tempus, etiam quæ sit eius natura, similiter et ex ijs quę sunt tradita incertum est, & ex ijs quæ prius disseruimus. Alij enim dicunt esse motum vniuersi: alij verò sphæram ipsam. Atqui vel circūuectionis pars est tempus aliquod: circumuectio autem non. Circūuectionis enim pars est quod sumptum est, sed nō circumuectio. Similiter autem si plures essent cœli: similiter esset tempus quilibet eorum motus.

XCIIII quare multa simul tempora. Vniuersi aūt sphęra visa quidem est ijs qui dixerūt, esse tempus, ꝙ & in tempore sunt omnia, & in sphæra vniuersi. Est autem hoc quod dictum est ineptius q̃ vt de eo ea quæ fieri nō possunt cōsideremus.

CI Postquam ex dictis argumentis acriter illatis ostēdit, incertum esse an sit tempus, siquidem sunt rationes adeò probabiles quæ id non esse dicunt: Deinceps etiam quid sit tempus, & quæ sit eius natura, siqs ex ijs quæ sunt tradita considerare aggredietur, similiter incertū inueniet, sicut etiam an sit incertum videbatur in ijs quæ prius disseruimus. Ergo etiam quid sit, incertū est, siquidem alij quidem dicunt tempus motum & ambitum vniuersi. sicut Platonem existimant Eudemus, Theophrastus, & Alexander: alij verò ipsam cœli sphæram, vt dicunt scribere Pythagoricos ij qui fortasse perperam audierūt Archytam dicentem generaliter tempus esse spatium naturæ vniuersi: vel vt nonnulli dicebant ex Stoicis: Alij verò motum absolutè. Refert enim tres de tempore opiniones, ijs prætermissis quæ sunt paulò fabulosiores: in quibus ex diuisione sumptis omnes comprehendit. Aut.n. tempus est motus, aut id quod primò mouetur, sphæra vniuersi. Et si motus, vel omnis motus, vel motus vniuersi. Statum enim, vel status aliquid, nō admittit notio temporis. Ex quibus aduersus eam quidē quæ dicit tempus, cœli circunuectionem, paucis contradicit: aduersus eam autem, quę id eò deducit vt idem sit quod motus absolutè, pluribus. Ipsam autem cœli sphæram, esse tēpus, vt admodum incredibilem, ne cui contradiceretur quidem dignam cēsuit Aristoteles. ideo enim videbant cœlum tempus dicere, ꝙ in cœlo sunt omnia, & omnia sunt in tempore. Et qui sic dicebant scilicet, primòm quidem ignorarunt ęquiuocationē eius quod est in aliquo (quam ipse pulchrè definijt in ijs quæ dixit de loco: aliud enim est esse vt in tempore, & aliud vt in loco vel toto) deinde syllogisticos complexus ignorabāt. Quocirca eam quoque simpliciorem vocauit opinionem. in secūda enim figura ratiocinantes ex duabus affirmatiuis, ꝙ est cœlū in quo omnia, & tempus in quo omnia, ex eo concludebāt; Tempus est cœlum. Potest autem fortasse etiam fieri in prima figura. Cœlum est in quo sunt omnia. Id autem in quo sunt omnia, est tēpus. Præterea temporis quidem partes sunt præteritum & futurum, sphæræ autem sunt aliæ partes. Et tempus quidem habet id quod est in eo ꝙ fiat. Sphæra verò nō. Et sphæræ quidem partes nō sunt vbiq;. Tempus autem est vbiq;. Etenim in ipsa quidem sphæra sunt seniores & iuniores: non autem in tempore. Et ipsa quædam est substantia corporea, sed non tēpus. Sed hanc quidem positionem vt ineptiorem, ne de qua aliquid quidem diceret dignam censuit Aristoteles. Alij autem occurrit, quæ dicit tempus esse motum & ambitum vniuersi. Vniuersi enim circumuectionis & reuolutionis pars, vtpote dies, est quidem tēpus ex eorum sententia, non est autem circumuectio. Reuolutionis enim pars, neq; est reuolutio, neq; circūuectio. Ex quo colligit tēpus non esse circūuectionem vniuersi. si enim aliquod tempus est pars reuolutionis, non est ergo omne tempus reuolutio. Quòd autem circunuectio nō sit pars circunuectionis, etsi sit tempus, ipse significauit dicens, PARS enim circūuectionis non est circunuectio. } Circūuectio enim est, qui fit ab eodem in idem motus. & tunc dicitur vniuersum fuisse circumactum, quando vnaquæq; pars eius ab eodem in idem fuerit restituta. Dictum autē tempus, vtpote dies vel nox pars est circunuectionis, & non circumuectio. Sin vtrunq; simul sumpseris, diem & noctem: est hoc maius tempus circūuectione vniuersi, propter motum Solis. Deinde etiam aduersus hoc aliud ponit argumentum. Si enim, inquit, essent plures cœli, hoc est mundi, vt ponebant Democritici: vniuscuiusque eorum circūuectio esset tempus. Ita autē simul essent multa tempora. quod quidem fieri non potest. Vt enim sint simul plures motus fieri potest: vt tempora autem, non potest fieri. Ipsum enim, Nunc, vbique idem est. Eudemus autem ponit etiam alia argumenta quę non erit alienum ex ipsa audire dictione, quæ ita habet. Præterea autem motus quidem vniuersi scilicet in ipso est, quemadmodum Diaris ingressus in Diare. Ergo cœli quoque in cœlo per se perfectus. Hoc autem est absurdum. Non videtur enim tempus esse in cœlo, sed cœlum potius in tempore. Præterea autem est absurdius non esse tempus alibi. Cœlum enim in ipso semper est, in nullo autē alio. Nō erit ergo tempus nec in terra nec in mari. Si aūt non totus ambitus dicēdus est tempus, sed similiter ambitus cuiuslibet ex partibus, vnaquęq; autem pars est alia à cœlo, similiter autem cœlum quoq; à partibus: motus etiam sunt alij vniuersi, & vniuscuiusq; partis. Si ergo, inquit, motus sunt alij, tempus autem non aliud, sed idē, non fuerint motus tempus. Quare neq; vniuersi neq; partiū motus est tempus. Deinde progressus hæc quoq; dicit. Qui autem dicunt motū Solis esse tempus, quid dicēt de alijs stellis? Nō sunt enim omnium ijdem motus. Si ergo sunt omnes tempora, cū sint alij: hoc ipsum est absurdum: & erunt multa simul tēpora. Sin nō sunt aliarum quoq; motus tempora, dicenda est differentia, cur Solis quidē motus est tempus, non est autem tēpus lunæ motus, nec motus aliarum. Hoc autem videtur non esse facile. Iamblichus autem in octauo cōmentariorum in Timæum, hæc etiam adduxit aduersus opinionem. Omnis motus est in tēpore. Multi sunt simul motus. Temporis autem partes sunt aliàs aliæ. Motus fertur circa aliquid quod manet. Tempori autem nihil quiete opus est. Motui motus vel quieti est contrarius, ei quidem qui est in genere, is qui in genere: ei verò qui est in specie, is qui est in specie. Tempori autem nihil. Alexander autē contendens ostēdere esse Platonis opinionem quæ dicit tempus esse motum cœli, primū quidem Eudemum testem producit qui dicit, secutus est aūt Plato quoq; hanc dictionē, idq; admodum absurdè. priusquam enim, inquit, factū esset cœlum, erat motus nullo certo ordine. Linum autem lino non coniungit, siquidem omnis motus est in tempore. Deinde non admittit eos qui dicunt, Platonem quoque conuenienter Aristoteli dicere tempus esse numerum motus, dicens numero eūtem æternam imaginem. non dicit enim eum dicere tempus numerum motus, sed per numerum motus, hoc est, per ordinem. Hæc quidem Alexander. Me aūt oportet ostēdere, primum

Tēpus esse motū & ambitū vniuersi, crediderunt aliq Platonem dicere.

Tēpus esse spatiū naturæ vniuersi dicebat Archytas.

Tempus nō esse sphęrā.

Tempus nō esse motum vniuersi.

Tempus nō esse motum vniuersi, q̄modo probet Eudemus.

Tempus nō esse motum vniuersi, q̄modo probet Iamblichus.

Platonis de

tempore sententiam convenire cum Aristotele.

quidem vndenam Eudemus suspicatus sit Platonem dicere tempus cœli ambitũ: Deinde Platoni non sequi hoc absurdum, vt collegit Alexander, tempus esse ante tempus. Si.n. omnis motus, inquit, est in tempore, videlicet qui aberrat quoq́, & nullo fertur ordine, est in tempore. Si ergo talis motus erat anteq̃ factum esset cœlũ, erat scilicet tẽpus ante cœli circũuectionem. Si ergo ea est tempus: fuerit tẽpus ante tempus. Ad hæc ergo respondere oportet. Quomodo.n. Plato tẽpus dixerit numero euntem æternam imaginem, tunc discemus, quando Aristotelem dicentẽ tempus esse numerũ motus audierimus. Et Platonem qdem dicere tempus esse cœli circũuectionem, ex ĳs, vt puto, quæ sunt in Timæo scripta, suspica-

» tus est. Nox ergo & dies propter hæc facta sunt, vnius
» circularis circũuectionis ambitus. Mensis autem postq̃
» Luna suo obito circulo, Solem apprehendit. Annus aũt,
» cùm Sol suum circulum obierit. Cũ aliorum autẽ ambi-
» tus homines ooo cogitauerint, prẹterq̃ pauci ex multis,
» neq́ nominant, neq́ consyderantes inter se certis dime-
» tiuntur numeris. Quare, vt semel dicam, eorum errores

nesciunt esse tẽpus. Et sic quidem vnũquenq́ ambitum videtur dicere quoddam tempus. vnum aũt vniuersi to-

» tum tẽpus. Dicit.n. vt perfectus numerus temporis tũc
» perfectum implet annum, qñ omnium ambituum quę si
» mul inter se finitæ sunt celeritates, caput tenuerint, eius-
» dem & quod similiter se habet dimensæ circulo.

Quòd aũt Plato non cœlestium motũ dicit esse tẽpus, sed mẽsuram motus, clarũ quidẽ est, vt arbitror, vel ex ĳsquę adscripta sunt. Illud.n. PROPTEREA q́ nõ numeris dimetiantur ambitus, ideo non nosse eorũ errores esse tẽpus} apertè ostendit tẽpus habere substãtiam ex numero motuum. Prẹterea autẽ euidentius disci potest Platonẽ non idem dicere motum & tempus, si inuenerimus vniuerso iam ratione moto propter animæ participationem, tunc adduxisse tempus tanq̃ numerum motus. Sic autem dicit in Timæo post animationẽ eius quod est corporeum.

» Postq̃ autem motam ipsam & viuentem mente sua agi-
G
» tauit æternorũ Deorum factam imaginem, pater qui ge
» nuit, & probauit, & lætatus, exẽplari simile efficere con-
» stituit. Queadmodum ergo ipsum est animal æternum,
» hoc quoq́ vniuersum tale pro viribus pficere est aggres-
» sus. Erat igitur æterna natura animalis. & id quidem vt
» ei quod ortum habuerat omnino tribueretur fieri nõ po
» terat. statuit aũt quandam æui mobilẽ facere imaginẽ. &

Tempus numero procedens qui imago, ex sña Platonis.

simul cœlum exornans, facit manente æuo in vno, euntem numero æternam imaginem, id quod tempus nominauimus. Et q́ cùm omnia quidem ab opifice cõdita simul consisterent, eum qui est inter ea inuicem ordinem effecerit, clarũ est. Si enim simul cũ cœlo tempus factum est, vt ostendit quod paulopost hæc dictum est. Tempus ergo cũ cœlo factum est. neutrum scilicet alterum præcedit tempore. Quõ autem esset aliquid tempore ante tempus? Si aũt vniuerso moto induxit tẽpus, videlicet non est idem tempus & motus ex eius sententia, sed est quo-

Prouidentia in ordinẽ redegit quidquid est aspectabile.

H dãmodo tempus motum perficiens. Quinetiam quãdo id quod per errorem & nullo ordine mouetur, dicit Plato præcedere ortum mundi, quando dicit. Cùm.n. vellet Deus bona quidem omnia, nihil autem esse mali, quo

» ad eius fieri posset, ita cum assumpsisset quidqd est aspe-
» ctabile, non quiescens, sed quod per errorem & nullo cer
» to ordine mouebatur, ex confusione ac perturbatione id
» redegit in ordinẽ, ratus illud eo omnino esse melius.

In his ergo non hoc dicit quod videtur dicere id quod apparet, tempore aliquando prius fuisse sensile perturbatum ac nullo certo ordine, & postea opificem veluti ex somno aliquo excitatum id ordinasse. Si enim propter bonitatem fabricatur, eius autem bonitas est semper perfecta & efficax, & eo q́ sit, omnia bona facit: vnà videlicet cũ Dei bonitate constitit prouidentia creatrix. Ostendit autem id quod dicitur, vniuerso ornatus & ordinis causam esse opificem, siquidem ponitur eius operatio errabũda

E & perturbata & quæ caret ordine. Porrò autem ratione posuit errãtem motum priusquam cœlum factum sit. etsi omnis motus est in tempore, videlicet illud quoque tempus errans & perturbatũ et nullo ordine procedens, & veluti quædam adumbratio ponetur perfecti temporis, per positionem rationis. Sed hæc quidem num vel plura dicta sunt quàm oportet? persequamur autem ea quæ sequuntur.

Quoniam autem tẽpus videtur maximè esse motus & quædam mutatio: hoc fuerit considerandum. Vniuscuiusq́ ergo mutatio & motus, est in eo solùm quod mutatur, vel vbi fuerit id quod mouetur & mutatur: Tempus autem similiter & vbiq́ est & apud omnia. XCV.

CII

Tempus nõ esse motum.

Postq̃ exposuit duas de tempore opiniones, & eam quæ dicit tempus esse ambitum vniuersi, & eam quæ id dicit sphæram vniuersi, & priorem quidem confutauit,

F alteri autem vtpote ineptiori ne contradicendũ quidem esse putauit, adĳcit nunc tertiã ex tribus probabiliorem, quæ dicit tempus esse motum & quãdam mutationem. Est autem scilicet hæc quædam alia positio ab ea quæ dicit tẽpus esse vniuersi ambitum. Et non necessariò nũc intulit Alexãder, Quare & Plato & quidam alĳ, ipsum motum dicebant. Plato enim, siquidem ita sit, vniuersi ambitum dixit tempus. Sic enim ipsum hucusq́ insimulauit Alexander. Videtur autem quodammodo esse eadem notio temporis & motus. Fluxum enim quendam tempus & choream ostendit, & id quod est habet in eo quod fit, quod quidem est propriũ motus. & est aliquod accidens & continuum, & similiter diuidi potest in infinitum. Quòd autem non sit idem motus & tẽpus, ostendit, assumẽs, omnem motum & mutationem esse solùm in eo quod mutatur, vel in loco in quo fuerit id quod mouetur & mutatur. Propterea autem, inquit Alexãder, hoc adiecit, q́ in alĳs quidem mutationibus, in eo quod

In mutationibus, i eo qd mutatur, est id per quod fit mutatio.

G mutatur est illud per quod fit mutatio. nam & quod alteratur mutatur per eam quæ est in ipso qualitatẽ: & quod
« augetur, per eam quæ est in ipso quãtitatem: & quod fit,
« per eam quæ est in ipso substantiam. locus aũt per quem
« mutatur id quod per locum mouetur, non est in loco: sed
« vbi est quod mutatur, illic est etiam motus. Sic quidem Alexander.

Motus per locum est in eo quod mouetur.

Nunquid autem ẽt motus qui est per locũ, est in eo quod mouetur? non enim locus per quem mouetur id quod mouetur, ponitur tempus, sed motus qui est per locum. Motus autem est semp in eo quod mouetur, vt ostensum est cum ageretur de motu. Non propterea ergo, in loco, adĳcitur. sed quoniam in loco quoq́ in quo est id quod mouetur, non solùm motũ qui est per locum, sed etiã alios motus dicimus. Athenis itaq́ & natũ esse, & creuisse, & caluũ euasisse Socratem dicimus. Accuratè ergo dixit Aristoteles, mutationẽ omnem & motũ solùm esse in eo quod mutaẽ, vel vbi fuerit ipsum quod mutatur. Et q́ sic sumptũ sit, ostẽdit alia quæ ei assumpta est

H propositio, quæ dicit. SIMILITER tẽpus vbiq́ & apud omnia.} Si ergo motus quidem nõ est vbiq́ similis, sed illic solùm vbi est id quod mouet, neq́ apud omnia, sed in eo solũ quod mutatur, non est scilicet tẽpus motus, siquidẽ est similiter vbiq́ & apud omnia. Colligitur in secunda figura. Opponitur autem ei quod est, VBIQVE, illud, VBI est quod mouetur} ei autem quod est, APVD OMNIA, illud IN eo solùm quod mutatur.

Præterea autem quæuis quidem mutatio est celerior & tardior, tempus autem non est. Tardum enim & celere tempore definitum est. est enim celere, quod in paruo multum mouetur: tardum autem quod in multo parum: Tempus autem nõ est tempore definitũ: neq́ q́ sit quantitate præditũ, nec qualitate. Quòd ergo nõ sit XCVI

motus,

motus, clarum est. Nihil autẽ nostra in præsentia referat dicere motum, an mutationem.

CIII

Tempus nõ esse motũ ex eo quod tẽpus, nec sit celerius nec tardius.

Idem rursus probat per aliũ huiusmodi syllogismum qui colligitur in secunda figura. Motus est celerior & tardior. Tempus non est celerius & tardius. Non est ergo motus tempus. Quòd autem non sit tempus celerius et tardius, clarum quidem est vel ex consuetudine. Etenim multum quidem & paruum tẽpus dicimus. celerius autem & tardius non dicimus. Is autem hoc quoq; probat syllogisticè. Celere & tardũ definitum est tẽpore. Tempus noo definitum est tempore. Celerius ergo non est & breuius tẽpus. Quòd aũt celere & tardum tpe definiatur, clarum est. Celere enim dicimus quod in paruo tempore multum mouetur: Tardum autem, quod in multo parum. Non potest autem dici fieri tempus vel in paruo multum, vel in multo parum. Atqui etiam ꝙ tempus non sit definitum tempore, rursus clarũ est, ex eo ꝙ neq; in sui quantitate sit tempus à tempore definitum. Multum enim tempus multum est, non ꝙ fit in multo tempore. & paruum, nõ ꝙ fit in paruo. hoc est enim motus proprium. multum enim motũ dicimus, eum qui fit in multo tempore: & paruum qui fit in paruo. non sic autẽ tempus. Qualitate autem non est omnino præditum tẽpus, quemadmodũ celere vel tardum. quare nec eius definitur qualitas à tempore, sicut qualitas motus. celerẽ enim & tardum motũ dicimus. & ea qualitas tempore definitur. est enim celer motus qui fit multus in exiguo tempore. & tardus, qui fit exiguus in multo. Ita motus quantitas tempore definitur: Temporis autem non itidem. etsi enim dicatur tempus multum et paruum, ea tñ dicuntur noo ex relatione quæ fit ad tempus, sed per eã quæ fit ad continuum & numerum, vt ostẽdetur. Plotinus autem addit etiam aliud argumẽtum, quod probat tempus non esse motum. Motus enim, inquit, & cessauerit & defecerit: Tempus aũt, non. Quoniam autem non est idem motus & mutatio, vt ostẽdet in principio quinti libri huius operis: Generationem enim seu ortum & interitum ostendet quidem esse mutationem, motum autem non: vsus est autem & vtetur citra vllum discrimen nomine motus & mutationis: meritò de indifferentia admoouit auditorem, significans se eis vsurum indifferenter.

Tempus nõ esse motum quo probet Plotinus.

Mutatio & motus confundunt aliquando.

CAP. XI.

XCVII

Atqui nec sine mutatione. Quãdo.n.ipsi nihil cogitationẽ mutauerimus, vel mutare nesciuerimus, nõ videtur nobis fuisse tempus. quemadmodum nec ijs quos narrãt fabulę in Sardo dormire apud Heroas, cùm fuerint excitati. Posteriori enim nunc, prius nunc, coniungunt, & vnum faciunt, id quod est intermedium eximẽtes propter insensilitatem. Quemadmodum ergo si non esset alterum, Nunc, sed vnum & idem, non esset tempus: ita etiam quoniam latet esse alterum, id quod intercedit non videtur esse tempus. Quòd si nobis quidẽ euenit vt tempus non putemus, cùm mutatione nullam definierimus, sed in vno & quod diuidi non potest videtur esse anima: quando aũt senserimus & definierimus, tunc tempus fuisse dicimus: clarum est non esse tempus absq; motu & mutatione: Quòd ergo tempus nec sit motus, nec sine motu, clarum est.

CIIII

Tempus nõ esse sine motu.

Postq̃ ostendit tẽpus non esse motũ, deinceps ostẽdit nec id esse sine motu, sed oĩno cum motu. Est.n.viri scia prędiri, eorũ quę natura magnam habẽt propinqtatem: & differẽtiam tradere, & coniunctionẽ. Quòd aũt non sine motu sit tempus, nec possit tẽpus sine motu accipi, A sic ostendit. Tẽpus sine motu à nobis sentiri non potest. Quod sine motu sentiri non põt, nõ potest sumi sine motu, q̃nquidem omnino cum motu consistit. Tempus ergo cũ motu consistit, & absq; eo nec est, nec mente percipit. Quòd aũt non possit sentiri sine motu, ex hoc ostendit. Cùm cogitatione fuerimus omnino immobiles, vel nos p ipsam moueri nos latuerit, hoc est cogitate aliqd: neq; aliquod tẽpus fuisse putamus, vtpote ꝙ non possit animo cogitari tẽpus absq; notione motus. Quòd autẽ ita sit, nobis vel ex somnis clarum est. Cùm.n. somno minimè interrupto dormierimus, excitati tẽpus quod intercedit non cogitamus. Patet ẽt in vehementibus intentisq; cogitationibus & actionibus. Nam cũ in illis nostrã defiximus cogitationem, non existimamus tẽpus intercessisse, & si sępe multũ temporis transactum sit. Non.n. eo ꝙ nos moueamur, sed ꝙ motus cogitationem sumamus, vnà quoq; tẽpus cogitamus, vt quod sit vnà cũ motu. Propterea.n.cum dixisset, CVM ipsi nihil mutauerimus, B adiecit, COGITATIONEM. qm̃ ex ea quæ in cogitatione versatur motus consequentia, quæ est ipsa imobilis, simul quoq; sensus tẽporis oritur. Etenim ex cõtrario quoq; potest videri, ꝙ qui dolore & calamitate afficiuntur, vel inopia premuntur, & alicuius rei tenent desiderio, multũ esse eiusmodi morũ existimãtes, multum quoq; tẽpus existimant. Dicit itaq; qdam in Comœdia.

nunquam n' erit dies?

At iamdiu gallos canentes audij. Et alius.

†Nanq; dies vetulos cupientes efficit vnus. †Theocri.

Quòd aũt qui motum non assequuntur, nec tempus sentiũt, nos quidẽ, vt dixi, ex somnis quotidie cognoscimus: Aristoteles autem id probat ex longiori somno eorũ qui in Sardo insula in fabulis narrant dormire apud Heroas. Cùm.n. nouem filij quos susceperat Hercules ex filiabus Thestij Thespiensis mortui essent in Sardo, dicebãt vsq; ad Aristotelem, & fortasse ẽt Alexãdrum eius interpretem, manere eorũ corpora itegra & minimè putrefacta, C & dormientiũ speciem præ se ferentia. Et erant hi quidem in Sardo Heroes. Apud eos autem, somniorũ gratia, vel alicuius alius vsus coosentaneũ erat quosdã symbolicè somnos longiores dormire, qui coniungentes id Nunc, quod erat in principio somni, ei quod erat in fine, & nunc vnũ facientes, propter insensilitatem motus qui fuit inter duo, Nunc, ad Nũc contrahebãt cogitationem temporis, & tẽpus eximebant, ꝑpter insensilitatem motus qui intercessit. Quẽadmodum.n.si non esset, inquit, alterum qdem nunc in principio, alterum aũt in fine, sed idem esset & vnum, non esset tempus: non est.n.tempus nunc, sed finis temporis: ita ẽt quando latuerit esse aliud nunc, non videtur esse tẽpus quod est inter duo nũc. Eudemus aũt prætermissa quæ ex Sardo sumitur probatione, ipse probat quod dicit ex aliquo quod accidit Athenis. Dicitur.n. inquit, cùm esset sacrificium publicum, quosdã esse conuiuatos in antro subterraneo, inebriatos aũt, cùm iam instaret dies, obdormijsse, & ipsos & famu D los, & dormijsse reliquũ noctis, & diem, & noctem præterea. excitatum.n.ex ijs quempiam, cùm vidit stellas, reuersum quieuisse. sequenti aũt die cum expergefacti essent, diem qui Cureotis dicitur egisse post alios. vnde ẽt animaduersum fuisse quod euenerat. Est aũt Cureotis tertius dies Apaturiorum. quẽadmodum primus Dorpia, & secundus Anarrysis, & quartus Epibda. Post secundi ergo sacrificium, cõm diem sequentem & quæ consecuta est noctem dormijssent, quartum deinceps pro tertio agebant tanquam Cureotin. Si ergo quando existimauerimus nullam esse mutatiooem, sed stare in ipso, nunc, tunc euenit vt ne esse quidem tempus existimemus: quando autem motum senserimus, & plura, nunc, definierimus, hoc quidem vt principium, illud verò vt finem, hoc quidem vt prius, illud verò vt posterius, tũc etiam sentimus tempus quod intercedit non erit scilicet tempus absq; motu & mutatione. Ex ijs au-

Heroes in Sardo insula dormientes.

Dormientibus in antro subterraneo Athenis qd acciderit.

Apaturiorũ quę Athenis agebãtur q̃ essent dies.

Galen° quō male intellexerit tēpus non esse sine motum.

tem quæ dicta sunt, admirabilis Galenus in octauo suo libro de demonstratione, coniicit dicere Aristotelem, propterea tempus non esse sine motu, quoniam ipsum moueri intelligētia percipimus. & infert aliquid ratione absurdum, quòd ea etiam quę sunt omnino immobilia, esse cum motu necesse est, siquidem eorum quoq; habetur à nobis cum motu intelligentia. neq; enim nos immobili intelligentia intelligimus mente ve percipimus. Dicere autem posset aliquis nec esse sine distantia ea quæ nulla sunt distantia spatioue disiuncta, si cum distātia ea nos cogitamus, cùm viso pulsi multa agamus. Sed primū quidem eum oportebat cogitare, Aristotelē nolle animam moueri, sed agere seu operari, naturales solas mutatiōes censens esse motus vocādas. Non ergo eo quòd tempus ipsi moti cogitamus, dicit ipsum non esse sine motu, sed quòd notio ac conceptio motus quæ est immobilis, vna secum inducit notionem temporis. Et quòd ita dicat, planum facit ex ijs quæ dicit, quòd etiamsi mutemus cogitatioonem, hoc est, etiamsi cogitatione operemur circa mutationem, nos autem mutare nesciamus, non videtur nobis fuisse tempus. Et rursus dicit motum nos latere, non eo quòd non moueamur, sed quòd nullam habeamus cogitatiooem motus. Si autem dicit nos simul motum sentire & tempus: non tamen cum ipsi moueamut sentire. Siquis autem existimet illud, ipsi {CVM cogitationem nō mutamus} dictum esse pro eo quod est, {Non mouemur cogitatione} sic quoq; non propterea φ ipsi moti tempus mente agitemus, putat cū motu esse tempus, sed propterea quòd motum assequamur, siue id moti assequamur, siue non moti. Quocirca subiunxit etiam tanquam corrigens, {VEL mutare nesciuerimus.} Itaq; vt prius dixi, vehementer ac intensè cogitantes & opantes nos moueri clarum est: extensionem autem ac prolixitatem motus non attendentes, neque quod est prius & posterius, Nūc, definientes, tempus quod intercedit nō sentimus, vt quod sit vnà cū motu quem contraximus. neq; tamen polos & vniuersi centrū possumus mente cogitare absq; eo quòd motum cogitemus. Generaliter enim ac vniuersè in ijs quæ simul sunt, & substantiam habent in mutua quadam inter se habitudine ac relatione, vnà cum cogitatione vnius, cogitatam quoq; esse alterā necesse est. Qui amicum itaq; animo cogitat, etiam amici esse amicū cogitabit. Quocirca velim attendi quomodo dixerit Alexandet, in nullo ex alijs in aliquo alio cogitando vnà ingredi cogitationem alterius, nisi in tēpore, cùm vnà cum cogitatione motus, sit etiam congenita cogitatio temporis. Clarum est autem motum etiam vnà apparere cum tempore. cùm enim tanto tempote ambulauerimus, tot stadia tāto tempote esse peracta coniicimus. Quinetiam Aristoteles dicit in ijs quæ sequuntur, Atqui quando etiam visum fuerit esse aliquod tempus, simul etiam videtur fuisse motus aliquis.

Quæ in relatione mutua habent essentiam, ea non possunt, vnā sine altero cogitari.

Cum tempore mot° vna cogitatur.

XCVIII Sumēdum est autem quoniam quid sit tempus quærimus, hinc incipientibus, quidnam sit ex motu. Simul enim motum sentimus & tempus. Etenim si fuerint tenebræ, & nihil per corpus patiamur, motus autē aliquis fuerit in anima, protinus simul etiā videtur fuisse aliquod tempus. Atqui etiam quādo videtur fuisse tempus aliquod, simul etiam videtur fuisse motus aliquis. Quare vel motus, vel ex motu aliquid est tempus. Quoniam ergo non est motus, id sit aliquid ex motu necesse est.

CV Cùm ex ijs quæ dicta sunt cōclusisset, nec motum esse tempus, nec sine motu, & ad eius quærendam accessisset substātiam, primū quidem per ea quæ iam dicta sunt prius, confirmat nos simul habere sensum motus et temporis. Etsi enim, inquit, sunt tenebræ, adeò vt nos nō mo-

Tēporis & motus sēsum simul habemus.

E ueamur corporeè, nec alios moueri sentiamus, fuerit autem motus aliqs in anima, anima aliquid cogitāte, quod perinde est, vt ait Alexandet, ac cogitationem aliquam motus habuerimus, φ sit quidem scilicet: Si adsit motus, protinus videtur etiam simul fuisse aliquod tēpus. Ita autem exponit Alexander, sciens Aristotelem nolle moueri animam: sed dixit motum in anima, immobilem cuiuscunq; motus cogitationem. Nunquid autem per naturales quidem motus, immobiles esse putat animę cogitationes, respicit autem aliā speciem motus? Deinceps autem quod ijs quæ dicta sunt est è contrario adijcit, φ non solum tempus vnà cum motu cogitatur, sed etiā motus cum tempore. Meritò ergo quoniam hęc simul inter se inuicem referuntur, tempus vel est motus, vel aliquid ex motu. Si ergo motum noo esse ostensum est, restat vt id sit ex motu aliquid.

Motus I ala quid dixerit Aristoteles.

Quoniam autem quod mouetur, ab aliquo XCIX
F ad aliquid mouet̃, & omnis magnitudo est continua: motus sequitur magnitudinē. Propterea enim φ est magnitudo cōtinua, motus quoque est continuus. propter motum autē, etiam tempus. quantus enim motus, tantum etiā semper videtur fuisse tempus.

Postquam osteodit cum motu esse tempus, deinceps quærit quidnam ergo sit ex motu. Ostendit ergo φ cùm motus sit cōtinuus, habet id quod est prius & posterius. & id est tempus, vt discemus. Quòd aūt sit motus continuus, sic probat, per hoc φ prius ostenderit magnitudinem in qua est motus continuā. Quod mouetur, ab aliquo ad aliquid mouetur. Quod ab aliquo ad aliquid mouetur, in aliqua quæ spatio disiungitur magnitudine mouetur. Quoniam ergo est magnitudo cōtinua, est autem motus in magnitudine: est etiam motus contiouus propter magnitudinem, sicut tēpus proptet motum. Quan-
G tus enim motus, tantum etiam videtur fuisse tempus. quemadmodum quanta est magnitudo, tantus est etiam motus. Si autem quantitas motus est continua, vt etiam magnitudo, vtpote vnius stadij: temporis etiam quantitas est continua. Si enim altera quidem fuerit continua, altera verò discreta: non dici posset φ quanta est vna, tanta est etiam altera. neq; enim conferri possunt huiusmodi quantitates. Prætermissa autem vna propositione quæ dicit, quod ab aliquo ad aliquid mouetut, mouet̃ in magnitudine, visus est dictionis contextui magnam afferre obscuritatem. Eudemus quoq; in tertio naturaliū videtur esse in eadem sententia, φ propter magnitudinem quidem sit motus cōtinuus, propter motum autem tempus, sic scribens. Rursus ergo sumentes dicamus, φ ex ijs quæ sunt continua videtur esse tempus, & ex ijs quæ possunt diuidi. Ergo & motus & longitudo. Quodnā est ergo eorū principium, & cuinam primò hæc insunt? nunquid longitudini quidem & corpori videntur hæc per se
H inesse? nō enim eo φ sit aliquid eorum, neq; φ sint talia, diuiduntut & sunt cōtinua. Motus autem eo φ sit in longitudine videt̃ continuus esse & posse diuidi. continuus quidem esse φ sit in continuo: diuidi autem posse, φ diuidatur quemadmodum longitudo. quæcunq; enim sumpta fuerit pars longitudinis, ea est etiam pars motus. Similiter autem etiam temporis. Sicut enim motus, ita etiam tempus putamus diuidere. Strato verò Lampsacenus noo ex magnitudine solùm dicit motum esse continuum, sed etiam pet se. vt qui si discissus fuerit, statu intercipiatur. & quod inter duas intercedit distantias esse motum qui non potest discindi. Et est, inquit, motus aliquid quantum. & quod potest diuidi in ea quæ semp possunt diuidi. Si autem habet φ ab eo quod est pręsens semper excedit, quatenus etiam nominatur motus, & ea ratione non est res quanta: nihil mirum. numerus enim discernit. non est autem quanti discernere. Et magnitudo cum

CVI Mot° est cōtinuus.

Motus est continuus propter magnitudinem.

Tempus est continuum, propter motum.

Motus per se est continuus.

» cum aliȷ̃s cogitur ac coagmentaẽ, sed non quatenus quā-
» titas. hæ enim sunt differentiæ quātitatis, sed non quanti-
» tas. Quare id etiā ꝙ excedit, sit differentia motus. Sed quō dixit, QVANTVS enim motus, tantū videtur semper fuisse temporis.} siquidem celerē motum dicimus eum qui est multus in paruo tpe: non enim vtiq; uerum est, Quātus motus tantum tempus, siquidem ille quidē est multus, hoc verò paruum. Num hæc & illa quātitas non cōsideratur in æqualitate solarum quantitatum, sed etiam in eo ꝙ sunt eædem rōnes. Quæ enim est ratio 4. ad 2, ea etiam est 8. ad 4. est enim dupla. Ita autē etiam vt motus ad motum, tempus ad tempus, cùm celeritas & tarditas sint eędem. Porró autē Aristoteles non propter æqualitatē quantitatis, hanc & illam accepit quantitatem, sed propter cōtinuitatis similitudinē. quę enim non sunt similiter continua, ne cōferri quidem possunt, vt prius dictum est. Sed nec hoc prętermittamus adijcere ȷ̃s quæ quæruntur, ꝙ quæ à magnitudine in qua est motus cōtinuitatem ad motum & tempus transfert oratio, B & ex ea temporis inuenit substantiam: solùm sumit motum qui est per locū. Aliȷ̃ enim motus, vtputa alteratio, augmentum, diminutio, generatio & interitus, sunt motus magnitudinum: non tñ fiunt in spatio quod pertinet ad magnitudines. Quare etiam nō quoduis tempus, sed illud solùm quod est cum motu qui fit per locū, inuenit ratio. sed videtur quidem rem esse aggressus Aristoteles ex eo quod est apertius. Præclarè autem Strato ipsum quoq; per se motū ostendit habere id quod est continuū, fortasse huc etiam respiciens, vt non solū in motu per locum, sed ēt in aliȷ̃s oībus ea quæ dicebantur colligeret.

Motus & tēporis & quātitas quomodo cōsiderentur.

Quod prius autē est & posterius, in loco primùm est. hic quidem positura. Quoniam autē est in magnitudine prius & posterius, necesse est etiā in motu esse prius & posterius, eis quæ c illic sunt conueniens proportione. Quinetiam C est in tempore prius & posterius, eo ꝙ alterum ipsorum semper consequatur alterum. Prius autem & posterius ipsorum est in motu. quod cùm est quidem aliquando, est motus, ei tñ esse est alterum, & non motus. Sed tempus quoq; cognoscimus, qñ motum definierimus, definiētes id quod est prius & posterius. & tunc tēpus fuisse dicimus, qñ eius quod est prius & posterius sensum in motu ceperimus. Definimus autem eo ꝙ ipsum aliud & aliud existimemus, & aliquid quod est inter ipsa intermedium aliud.
CI Quando enim extrema alia à medio intelligentia perceperimus: & anima duo, Nunc, dixerit: hoc quidem prius, illud verò posterius: tunc etiā hoc dicimus esse tēpus. quod enim ab ȷ̃s, D Nunc, definitur, videtur esse tempus, & ponaẽ. Quādo ergo illud, Nunc, sentimus tanq̃ vnū, & non vt vel prius vel posterius in motu, vel vt idem quidē, sed alicuius prioris & posterioris: non videẽ vllum fuisse tempus, qm̃ nec motus: qñ autem prius & posterius, tunc tempus dicimus. Id enim est tempus, numerus motus per id quod est prius & posterius. Nō est ergo motus tempus, sed quatenus habet numerum mo-
CII tus. Signum autem est. Quod est enim plus & minus, numero iudicamus: maiorem autem & minorem motum, tempore. Est ergo tempus aliquis numerus. Quoniam autē est duobus

Temporis definitio.

A modis numerus: Nam & quod numeraẽ, estq; numerabile, numerum dicimus, & quo numeramus: tempus est quod numeratur. Est autem aliud quo numeramus, & id quo numeratur.

CVII Totus est scopus & institutum eorum quæ dicuntur, ꝙ quēadmodum motus habet continuum à magnitudine in qua est motus: ita etiam prius & posterius, quod in magnitudine inest per positurā, motus ab ea propriè accipit. & à motu tempus, sicut etiam continuū. In magnitudine enim prius est, verbi gratia, quod est in loco vbi sunt Agonothetæ, posterius autem extremum stadiȷ̃. In motu aūt prior quidem est motus qui fit per primum signum: posterior verò qui per posterius. Sed in magnitudine quidē id quod est prius semper inest cum posteriori. simul enim est primum signum & posterius: in motu autē, pereunte eo quod est prius, accedit id quod est posterius. Non est tñ idem esse motum, & prius ac posteri⁹ B motus. quēadmodum nec magnitudinem & prius ac posterius magnitudinis. sed etiam si subiecto sint eadem, ratione differunt. quemadmodum quinq; subiecto, verbi gratia, ligna sunt: ꝙ autem sunt quinq;, id habent ex numero. Et subiectum quidem motus, est perficiens actus eius quod est mobile: Prius aūt & posterius in motu, est numerus & ordo in eo quod est eiusmodi. Similiter autē etiā in magnitudine, à qua habuit motus prius & posterius, subiectum quidem est, verbi gratia, columnę: prius autem & posterius ordo qui est in ipsis. Et hoc est quod dicit, QVOD cùm est quidē aliquando, est motus.} hoc est, ipsa substantia & subiectum. EI tamen esse } hoc est ratio, EST alterum, & non motus.} Postq; ergo sic separauit prius & posterius quod est in motu, quęrit deinceps quid sit esse prius & posterius, quo à motu differunt. Quēadmodum in linea, donec ipsam quidem vnā & continuam cogitamus, nō cogitamus eius hanc quidē partem positura priorem, illam verò posteriorem: qñ ve- C rò diuiserimus, & punctis discreuerimus, statim hoc quidem prius positura facimus, illud verò posterius, & alia extrema mediæ lineę quæ ab ipsis continetur: Ita etiam in motu non aliter intelligimus quod in ipso est prius & posterius, nisi ipsum diuiserimus, & veluti in duo separauerimus, & sensum acceperimus tanquā alterius & alterius. Quonam ergo separamus ac discernimus? nō vtiq; signo. non habet enim posituram. sed aliquo alio modo. Dico enim priorem motum, quo motus sum, verbi gratia, ambulans: posteriorem autem, quo mouebor. quare fit distinctio, ꝙ hoc quidē præterierit, illud verò futurū sit: Præteritum autem & futurum, est tempus. Idem est ergo tempus & id quod est prius & posterius, qñ hęc discernunt. Discernunt autem, qñ illa, Nunc, in animā inciderint, hoc quidē vt principium motus, illud verò vt finis. Tunc enim id quod inter ea intercedit, Nunc, tempus cogitamus, quod est aliud ab ipsis. Sæpe autem etiā vnum, nunc, sumētes, præteriti quidem vt finem, futuri D autē vt principium, sumimus rursus cogitationē temporis eius quod est prius & posterius. ita enim melius est illud audire. IDEM quidem, sed alicuius prioris & posterioris,} q̃s vt exposuit Alexāder, idem dicens & vnum, nunc, sed quod est in aliquo priori & posteriori: tanquā quod ipsum deducitur, & alias in alia parte motus sit cogitemus. Quare notio ac cogitatio tpis vndequaq; oritur, ꝙ distinguatur id motus quod est prius ac posteri⁹. Distinguitur aūt cùm sumptum fuerit vt aliud & aliud. hoc est cùm numeratum fuerit. Numerus enim non est vnius nec eiusdem omnino, sed eius quod habet aliud & aliud. Quare tempus est numerus motus, vt quod sit numerabile per prius & posterius. Et ꝙ sit quidem numerus motus, clarum est, siquidem quicquid est plus & minus, numero iudicatur. Motu aūt temporis iudicaẽ plus & minus. est enim amplior, qui in maiori tempore sumitur æqualis celeritatis: & minor, qui in minori. adeò vt

Motus, & prius ac posteri⁹ mot⁹, subiecto eadem, ratione differunt.

Motus quō diuidatur.

colligatur

colligatur in tertia figura aliquẽ numerum esse tempus. Alexander autẽ ex duabus vniuersis affirmatiuis in tertia figura hoc modo colligit. Cuiuslibet rei id quod est plus & minus, numero iudicatur. Clarum est ergo quòd etiã motus. Atqui cuiuslibet motus id quod est plus & minus, tpe iudicatur. Aliquis ergo numerus est tempus. Attendendum est autem an idem sit subiectum, qñ dicimus, Cuiuslibet rei id quod est plus & minus, numero iudicatur, & cuiuslibet motus id quod est plus & min⁹, numero iudicatur. Quòd autẽ, PER id quod est prius & posterius, } necessariò adiectum sit, clarum est, siquidem numerantur etiã plures motus simul. vt in te, verbi gratia, quando augeris & calefis, & à loco in locum procedis, moueris simul tribus motibus. sed non est tempus talis numerus motus, sed is qui est per prius & posterius.

Motus plures simul numerantur.

Nihil aũt mirum, si cum id motus quod numeratur velit esse tempus, in definitione non dixit numerabile, sed numerum. Dicitur enim etiã id quod numeratur numerus, sicut quod mensum est mensura. quẽadmodum numerus monadicus, & numerus boum, & numerus equorum. & rursus choenix lignea, & choenix frumenti. & dolium fictile & dolium vini. etenim chænicẽ comedimus, & dolium bibimus, non ligneũ & fictile, sed frumenti & vini. Et numerus quidẽ qui numerat, ne tempori quidẽ conuenerit: est enim diuisus, non continuus: Qui numeratur autem, potest etiã esse continuus. quemadmodum hasta quæ est vndecim cubitorum. Porrò autẽ quod numeratur est duplex. vnum quidem per quantum, vt dicimus duos motus vel tres: alterum aũt per ordinẽ, vt dicimus per priorem motũ & posteriorem. Vult ergo ostẽdere tempus eẽ numerum motus, & vt qui numeratur, & vt qui numeratur per ordinẽ. is est enim proprius. est enim numerus cõis & motus & boum & equorũ. Quando ergo dixit, QVOD enim eo Nunc definitur, videtur esse tempus, & ponatur } ostendit qũo tempus sit numerus motus, nempe vt quod numeratur & definitur, non autẽ vt quod numerat. Quod enim in motu numeratur, & sic definitur vt aliud & aliud, erat prius et posterius in motu, non motus. si quidem ostensum est aliud & aliud motus esse prius & posterius. Eius enim quod est prius & posterius motus, numerus: hoc est tempus, sed nõ ipsius motus. Mutuum enim numerus, vt dictum est, etiã si sint multi qui moueãtur, vel ego qui ambulo calefio & augeor: fuerit ipsæ partes motus. sed hic numerus nõ est tempus: horum aũt multorum vniuscuiusq; enumeratio per prius & posterius, id iam est tempus. Neq; enim est tẽpus id quod est in magnitudine prius & posterius. quę enim in illa sunt, simul manent: quæ sunt autẽ temporis, non manent. Quoniam aũt videtur nos dimetiri tẽpus, tot enim annorũ esse dicimur, & festum esse tot dierum dicimus, ideo quidam immutant dictionem, & sic scribunt, vt dicit Aspasius, Tempus autem est non quod numeratur, sed quo numeramus. } Sed numerus monadicus scilicet tempus metitur. dicimus enim quot anni prę terierint. nihil autem fortasse obstat quominus sit numerabile & numeret. Porrò autẽ eam quæ deinceps sequitur dictionem sic exponit Aspasius. Est autẽ aliud non quo numeramus, sed quod numerat. Et dicit q; si admittamus esse propriè quo numeramus, numerum monadicum, potest dici nõ posse esse aliud quo numeramus. vnitatem enim sæpius sumimus. vnitas autẽ ab vnitate non differt nec genere nec numero nec specie. Quod enĩ numero differt, vel forma differet, vt Socrates à Platone: vel ordine, vt punctus à puncto: Vel hoc, Nunc, ab illo, Nunc, per id quod est prius & posterius: vel positura, vt supra & infra: vel aliqua alia eiusmodi cogitatione. quæ quidem nõ sunt in vnitatibus. Melius est autem, inquit, illud, Nunc, sumere quo numeramus. Num autem id quod numerat, vbiq; est idem plurium? Ac talis quidẽ est scopus & institutum eorum quę dicuntur. Rectè aũt ferè oĩa exponens Alexander, pauca quædam interiecit

Numer⁹ est duplex numerans, & q numeratur.

Quod numeratur est duplex, p quãtum, & p ordinem.

E digna quæ notentur. Nam cùm dixisset Aristoteles in principio propositę dictionis prius & posterius esse primum in loco, Ipse inquit hoc tantũ valere ac illud, Prius & posterius in loco primum est, hoc est, in magnitudine quæ mouetur. Positura enim, inquit, id quod est in loco, quod est magnitudo, habet prius & posterius. Quomodo aũt hoc dictum est? Quod est enim positura prius & posterius, in loco est, sed non in magnitudine quæ est in loco. Positurę enim magnitudinis sunt per motum, qui à loco habet id quod est positura prius & posterius. neq; simul sunt ea quæ est prior & quę posterior, sed alrás altã accipit magnitudo: loci aũt positurę simul sunt. Quomodo autem ex eo quod est prius & posterius positura in eo quod mouetur, vtpote capite & pedibus, sumat id quod est motus prius & posterius? Num ergo qñ dixit Aristoteles, esse in magnitudine prius & posterius, nõ dixit in magnitudine quæ mouetur, sed in ea in qua est motus.

Positura prius & posterius qũo dixerit Aristoteles in definitione tpis.

Aduersus ea aũt quę dicuntur ab Aristotele posset dubitare aliquis. F Primum quidẽ, qũo in eo quod est prius & posterius motus qui fit per locũ, ponit tempus, ut ostẽdit ex eo, q; ab eo quod in loco habet posituram prius & posterius, transcendat ad id quod est prius & posterius motus: & si tẽpus non solùm in locali sed in quouis motu cõsideret. Secundò autem, qũo cùm dixit, QVONIAM in magnitudine est prius & posterius, necesse est etiã in motu esse prius & posterius, ĩjs quæ illic sunt cõuenienti proportione } tempus esse dixit hoc prius & posterius, quod ex similitudine magnitudinis fit in motu? Atqui quod est eiusmodi, positura fuerit & non tempore. quando hic quidẽ mente concipitur per magnitudinẽ quę est prior positura, ille verò per eã quę est posterior. quemadmodũ motus qui fit Athenis Thebas, est positura prior eo qui fit Athenas. Si quid autem est etiam temporale in motu prius & posterius, num id nõ est profectum à magnitudine? sed videtur duplex esse id quod est in motu prius & posterius: vnum quidem à loco, alterum verò à G tempore. & quẽadmodum prius dixit loci fieri notionẽ, ab eo quod est prius et posterius, quod est in motu, ex positura, ita etiã vult nos tempus nosse ac mente concipere ex eo quod est prius & posterius in motu, non eo quod inest motui ex positura magnitudinis, sed eo quod inest ex extensione tẽporis. Nam cùm sit motus medius inter locum & tempus, vtrunq; assumit mensuram seu numerum eius quod est prius & posterius. sed in loco quidẽ locatur seu locus efficitur: in tpe verò tps. Et locus quidẽ fit, quatenus habet posituram distantia, Tempus verò, quatenus erat in fluxu substantia. Neq; enim si solam haberet positurã, opus haberet tempore: nam cùm esset simul, esset in eo quod est nũc: neq; si solum fluxum, opus haberet loco. distãtiæ enim quę est per posituram est locus. Quare si quis tempus definiat numerum eius quod est prius & posterius, quod est per fluxum motus, quemadmodum locum numerum eius quod est prius & posterius, quod est per distantiæ posituram, minimè, vt puto, H aberrauit. Quoniam aũt duplex est numerus, vnus quidem numerans quãtitatem, qñ dicimus vnum, duo, tria: alter verò ordinans, qñ dicimus primum, secundum, tertium: talis numerus est tempus. quocirca definitur per id quod est prius & posterius. Quid ergo, manca est definitio, nisi addatur illud Per fluxum, vel extẽsionem eius quod est esse prius & posterius, quod ipsum discernit ab eo quod est per posituram? An illud quidẽ Per positurã, est per accidens in motu? per posituram enim eius quod mouetur in spatio, videtur motus spatio esse disiunctus & habere positurã. & ideo omissa est. Extensio autẽ per fluxum, est substãtia motus. Quinetiam hoc ipse postea definiens, dicit tempus metiri id quod est vniuscuiusq; essentia. Esset ergo fortasse clarius tempori formã & characterem non tribuere ex eo quod est prius & posterius per locum, nec dicere in ĩjs quæ deinceps consequuntur, Quanta est magnitudo tantus est motus, & quantus est

Prius & posterius in motu est duplex vnum à loco alterũ à tpe.

Motus medius inter locum & tps.

Tpis definitio ex snia Simplicii.

Loci definitio, ex snia Simplicii.

Numer⁹ duplex numerans & ordinans.

motus

motus tantum est tempus. Hęc enim quæ sunt per posituram motus, traduot distantiam non eam quæ est per tempus. Sed illis maximè adhibendus est auimus in quibus dicit, tempus metiri eam quæ est in eo quod est esse extensionem. Et hęc quidē ad secundum ex ĳs quę fuere dubitata. Ad primum autē dicimus, ꝙ etiam si tēpus metiatur omnem motum, tñ quemadmodum euidētior alĳs motibus est is qui fit per locum: ita ēt tempus quod est simul cum eo motu, est euidentius tempore quod est cum alĳs motibus. Num aũt si quis diligenter consideret, oēs etiam alios motus, vtputa augmentũ generationem alterationem metitur id tempus quod uersatur vnà cum motu locali. horis eoim & diebus & mēsibus & annis metimur aliorum motuum extensiooem. Eudemus

Tempus quod versat in motu locali, omnes alios motus metitur,

» autem hęc scripsit in tertio Physicorum. De tpe autem
» fortasse quispiam dubitauerit, cuiusnā vel qualis motus
» sit numerus. ooo enim videtur vnius cuiuspiam, sed cu-
» iusuis similiter. est enim cuiusuis simil͞r oumerus, in quo
» est prius & posterius. hoc est autem cōe motus. Quēad-
» modum mortalis aīalis scientia, oon est equi, oec homi-
» ois, nec alicuius alius speciei, sed vniuersi: Ita oec tēpus
» est oumer⁹ huius vel illius motus, sed cuiusuis similiter.
» est ergo vbiq; & simil͞r quiuis motus. Verumeoimuero
» primitus est & magis eius qui est prior & æquabilior. in
» ĳs enim quæ sunt definita fit notior.

Hæc eũ adeò apertè scripserit Eudemus, operępretium est attendere quid sit hoc vniuersum. Si consistat enim motus vniuersus & q est in geoere: cur oon & homo & equus & vnũquodq; aliorum? Cur aũt non, sicut motus hic quidē vniuersus, ille verò proprius: ita etiā tempus hoc quidem cōe, illud verò proprium? Si autem id quod est vniuersum motus, vel oihil est, vel est posterius: vt autē se habet motus, ita etiā tempus: ergo hoc quoq; vel nihil vel sola cogitatione. Quoniam aũt visum est Alexandro noo eandem habere intelligeotiam quæ ab Aristotele data est temporis definirionē cum ĳs quæ de ipso à Platooe dicta sunt: age cooferamus ea quæ ab eis dicunt. Aristoteles enim dixit tempus numerum motus per id quod est prius & posterius: Plato autem, æui, quod in vno manet numero euntem æternam imaginem, dicit esse tempus. Vni, quidē oppooens illud Numero: Maneoti, autem, id qnod mouetur: Exēplari, verò imaginem. Et vide ꝙ maximè omnium Aristoteles pulchrè intellexit Platonis senētiam de tempore. id enim, Numero euntem æternam imaginem, quid aliud est, quàm tēpus consistere numero, non exemplari, nec monadico, sed referente imaginē, & qui cōsideratur per ordioem motus, hoc est, per prius & posterius? Eius enim quod mouetur, vt quod mouet proprius oumerus, cùm aliàs aliud habeat, inducit prius & posterius, & per ordinē distinguit. Hęc ergo cùm rectè considerasset Aristoteles, exponeos apertius, dixit tempus oumerum motus per prius & posterius. Quare si illud, NVMERO, significat per ordinem, vt coniecit Alexāder, nihil aliud significat, ꝙ̄ prius & posterius. Hic est numerus ordioaos, quemadmodum monadicus, vnum, duo, tria. Vide aũt quō æuum quoq; pulchrè intellexit Aristoteles ex sentētia Platonis. Nam cùm ille dicat idē aīal per æuum habere æternitatē, hic dicit sumpsisse cognomen ex eo quod semꝑ sit, & habere & continere vniuersum tempus (illud, In vno manere, pulchrè interpretatus) & ab eo esse & viuere oībus illucescere. Quod est autē primum vitę particeps, est primum aīal. Quoniā autem etiam aduersus quædā eorum quę hic dicunt longè doctissimus cōtendit Galenus, dicens tempus per seipsum declarari: age hāc etiam proponamus obiectionē. Cùm enim enumerasset multa significata prioris & posterioris, alia quidem dicit non cōuenire defioitioni, sed id solum quod est per tempus. Esse itaq; tempus numeꝝ motus per tempus. Hanc autē obiectionem cùm duobus argumentis instituisset soluere Themistius, Sciendum est, inquit, ꝙ prius & posterius in motu, non ꝓpter

Motus vniuersus quomodo eē possit.

Platonica temporis definitio conuenit cū definitione Aristotelis.

De æuo idē sentit Aristoteles, quod Plato.

Tēporis definitionē quomodo oppugnet Galen⁹

A tempus est hoc quidē prius, illud verò posterius, sed ipsum facit potius id quod est in tēpore prius & posterius. «
fit aũt ex eo quod est per magnitudinem & posituram, à «
qua habet etiam continuum. Et ideo dilucidè dicit Ari- «
stoteles. Id quod est prius & posterius in loco primũ est: «
hic quidem positura. Quoniam aũt in magnitudine, oe- «
cesse est etiā io motu.

Ad hæc autem dixerit Galeous, ꝙ id quod est in motu prius & posterius, quod sequit̃ id prius et posterius quod est in magnitudine in qua est motus, est maximè per positurā: tale enim est etiam prius & posterius quod est in magnitudine: Aliud autem est id quod est per tempus, vt prius dictum est. quod est quidē simul cum priore & posteriote quod est in motu, non habet autem per posituram prius & posterius, sed per eius quod est esse extensionē. est autem hoc aliud ab eo quod est per posituram, quę motui inest ex magnitudine. Secundam autē inferens solutionem, dicit.

Sed detur nihil «
aliud significare prius & posterius, quàm per tempus, vt «
B putat: quidnam absurdi ex hoc eueoit? neque eoim oos «
quid aliud dicimus esse tēpus, ꝙ̄ id quod est prius & po- «
sterius in motu. necesse est aũt definitiones idem signifi- «
care quod nomina. Quare noo animaduertit se id repre- «
hendere in definitione, propter quod eam magis oporte- »
ret suscipere.

Et ad hoc etiā dixerit Galeous, ꝙ si vnum quidem esset id quod est io motu prius & posterius cum eo quod est per tempus, rectè diceretur hoc esse tempus, quod est in motu prius & posterius, & noo ostenderetur tempus per seipsum. Sio aliud quidē est id quod est per positurā, cùm ad tempus non pertineat, aliud autē quod est per tempus: oecesse est dicere eē tempus, id quod est in motu prius & posterius, quod est per tempus. Num ergo si quis sumpserit prius & posterius, quod est ꝑ eius quod est esse extensionem, non aũt per posituram, & significatur tempus, & non significatur per seipsum & oomen eius: oō est absolutè idem quod prius & posterius, sed quod tale prius & posteri⁹, quod est definitio. Quoniam autem cùm duobus modis dixisset esse oumerum, C tria enumerauit, id quod numerat, & id quod est numerabile, & id quo oumeramus: cuilibet clarum est idē esse quod numeratur & quod est oumerabile.

Et quemadmodum motus semper est alius CIII
& alius, ita etiam tempus. vniuersum autē tempus simul idem.

Postquā ostendit tempus esse aliquid motus: id enim CVIII
quod est oumerabile motus, est id quod est per prius & posterius: probat etiam eorum cognationem et ex fluxu qui est cōis motui & tempori. Quēadmodum enim motus est semper alius & alius, nō remanente primo sed intereunte: ita etiā id quod prius est tēporis semper interit superueniente eo quod est posterios. Clarum est aũt ꝙ noo solùm id motus quod pertinet ad tempus ooo remanet, sed etiā id quod est per positurā. in eo enim, eo quod est prius iotereunte, aduenit id quod est posterius, & si D magnitudinis ipsius in qua fit motus remanet id quod est prius & posterius. ĳs enim solis quæ quod sunt habēt in eo quod fiāt, inest vt eo quod est prius semꝑ intereunte, succedat posterius. Quod est ergo in motu prius & posterius, nō id quod est per eius positurā, sed quod est per eius quod est esse extensionem, id est tempus, noo quatenus motus, sed quatenus id est prius & posterius. nam quod est prius et posterius per positurā motus, per quod ei qui vadit Athenis Thebas, primus motus est qui fit Athenis: hoc prius & posterius etiam si quod fit habeat in eo quod est fieri, consideratum tñ ex relatiooe quæ est ad positurā quæ remanet, videtur quodāmodo remanere: qñ etiam consideratur motus, vt simul extensus cum magnitudine in qua est motus: qñ autem propriè consideraẽ motus ex eo quod fluit, & quod id quod est habet in eo ꝙ fiat, tunc hoc quidē habeos præteritum, illud verò futurum, fit tempus. Cùm aũt dixisset in quo cooueniant

Inter tēpus & motũ quę nā sit conuenientia.

Tp̃s in quo differat a motu.

niant tempus & motus, meritò subiungit differētiam. etenim motus quidē non solùm qui est prior, est alius ab eo qui ei succedit, quod quidem est ei cōe cum tempore, sed etiam qui simul sunt à se inuicem differunt. alij quidē etiam specie, si hoc quidē intereat, aliud verò augeatur, aliud autē alteretur: alij verò numero tantùm, si plura simul intereant, vel augeantur, vel alterētur. motus enim est in eo quod mouetur. Quare quot sunt quæ mouētur, tot sunt etiam motus. Tempus autem vbiq; idem est, in aliquo eiusdē significato. Et non differt tempus à tempore. neq; enim differentia illorū apud quę est tempus, siue specie, siue numero, est differentia temporis. etenim quę sunt Athenis, & quę sunt Corinthi, sunt in eodē tempore. qm̄ non vt vniuscuiusq; quod mouetur est aliquis proprius motus, ita vniuscuiusq; definiti motus numerus est tempus: sed omniū vt vnius. vnum enim & idē in omnibus qui simul fiunt prius & posterius, quatenus est eiusmodi. nō enim quatenus hic quidem est in hoc, ille verò in illo: neq; quatenus hic quidem est latio seu per locum motus, ille verò augmentum, alius autem alteratio, habent id quod est prius & posterius: sed in cōmuni quatenus motus. Quocirca dicuntur etiam æqualia, quoniam simul sunt in eodem tempore. quēadmodum etiam quinarius idem est, etiam si ea in quibus sunt differant. Sola est autem temporis differentia ex ea quæ est ipsorum, Nunc, diuersitate. In eorum enim acceptione est tempori id quod est, cùm hoc quidem fuerit sumptum prius, illud verò posterius. Si autem quæ est in, Nunc, differētia, facit eam quę est in tempore differētiam, erit etiā ea quę est in tempore differentia per prius solùm & posterius. Eius autem quod simul est temporis, nō est hoc quidem prius, illud verò posterius. quare nequaquā differt tempus quod simul est. Ad hęc autem dubitans quis, vtputo, dixerit ꝙ si esset quidem tempus numerus vt numerans, fortasse esset vnum & idem. sed quoniam vt quod numeratur, id est aūt quod iam est ordinatum & participatum: quō potest fieri vt sit idem? Si autē in cōi, quatenus tp̄s: cur non etiam motus, quatenus motus, idem fuerit? Sin etiā motus aliud & aliud habet & cōe: primùm quidē dicant quidnam cōe, qui cōia dicunt vel nihil esse uel posterius. Deinde cur nō etiam tp̄s, hoc quidem cōe, illud verò propriū. Solui aūt potest, vt existimo, dubitatio, si quis dicat, tp̄s non cuiuslibet motus esse numerū vt numerabilē ex hac positione, vtputa & mei ingressus & tuæ dealbationis: nam sic quidē non esset indifferens, neq; simul, in vno nunc definitum tp̄s: sed cùm sit primi & simplicis cœli motus tp̄s numerabile, per id quod est eius prius & posterius, ea numerat quę sunt priora & posteriora in diuersis motibus, per vnum quod est sibi proprium, Nunc. Quocirca simul quoq; est vbiq; tempus. Porrò aūt ipse quoq; procedens Aristoteles ponet illud, Nunc non solū numerabile, verùm etiam numerans, qn̄ dicit, Quatenus ergo finis est, Nunc, non tēpus, sed accidit. Et si hoc ita habet, quatenus quidem numerat, erit indifferens, quatenus autē numeratur, differens. Num aūt quod Aristoteli magis conueniat dicemus, dicentes ꝙ diuersi motus, etiāsi quatenus tales motus inter se differant vel specie vel numero, id tn̄ quod est cōe motus, quod habet id quod est, & est ordinatum in eo quod est fieri, per quod id quod est eorū prius & posterius, quod per eius quod est esse sumitur extēsionem, per quod etiā tempus definitur: vbiq; est vnū & idem. Quod est enim prius mei ingressus & tuæ dealbationis, tanq; motus, si simul fuerit, erit in eodem, Nunc. Similiter aūt id quoq; quod est posterius in hoc quod in fine libri ostendit. Et si enim nusquā sit per se separatum, id quod est cōe motus, attamen ordinatum & seruans cōitatem vbiq; idem est. per illud enim, nondum sunt motus diuisi in numerum.

Tempus est semper idē. — *Tēpus vbique est vnū & idem.*

E F G H

Nunc, enim idem, quod aliqn̄ fuit: est autem ei esse alterū. Nunc, enim tempus metitur, quatenus est prius & posterius. Nunc, aūt est quidem vt idem. est autem vt nō idem. Quatenus enim est in alio & alio, alterum: hoc autē nunc erat ipsi: Quatenus autē quod aliqn̄ est nunc, idem. sequitur enim, vt dictum est, motus quidem magnitudinē: eam autem tempus, vt diximus. & similiter punctus id quod fertur quo motum cognoscimus, & id quod est in eo prius & posterius. Id autem quod est quidem aliquando, idem. est enim punctus, vel lapis, vel aliqd aliud eiusmodi. Ratione autē aliud est, sicut sumunt Sophistæ aliud, Coriscum esse in Lycęo, & Coriscum esse in foro. Et hoc quidem est alterum, ꝙ sit alibi & alibi. Id autem quod fertur, Nunc, sequitur, quemadmodum motum tempus. per id enim quod fertur, cognoscimus id quod est prius & posterius in motu. Quatenus autem est numerabile prius & posterius, est, Nunc. idq; est maximè cognitum. etenim motus id per quod mouetur: & latio per id quod fertur. est enim hoc quidpiam quod fertur. motus autem, non. Est ergo vt nunc dicatur quod semper idem est: est autem vt non idem. nam etiam id quod fertur. CIIII

Postq; dixit tempus cōuenire cum motu, ꝙ fiat & intereat, & in hoc differre, ꝙ motus quidē inter se differāt, quod simul est autē vniuersum tempus est idem: huius cām esse dicit, quòd, Nunc, sit idem subiecto. Hoc enim significat illud, QVOD fuit aliquādo. } Quemadmodū enim dixit in priori & posteriori, ꝙ id quod aliqn̄ quidē est, est motus, esse aūt ei est aliud & nō motus: ita etiam dixit de, Nunc, esse quidē subiecto vnum & idem, rōne autem differre, ꝙ hoc quidem sit prius, illud verò posterius, id quod est autem habet per id prius & posterius. & Nunc esse mēsuram motus, quæ metitur tēpus, vt quod sit aliud & aliud. quēadmodum vnitas metitur numerū. Meritò ergo differre tempus & idem esse sumitur, ex eo ꝙ ea, Nunc, aut differant aut sint eadem. Et erit quidem idem tempus, quod terminatur ab ijs, Nunc, quę sumuntur absq; vlla differētia, etiam si sint in diuersis motibus. quemadmodum idem est dies hodiernus, in quo hoc quidem augetur, illud verò dealbatur, aliud verò ambulat, qui habet eadem, Nunc, & id quod est in principio, & id quod in fine. Sin sumpta fuerint, Nunc, differētia: ꝙ hæc quidē sint priora, illa verò posteriora, fuerit etiam diuersum tempus. Quod est ergo simul tempus, quod ab eisdē & quæ non differunt, Nunc, terminatur, nequaq; fuerit differens. Parum quid aūt obscuritatis videtur habere dictio, cùm Aristoteles præter suam consuetudinem idē diuersè exposuerit, vel potius id quod est prius declarauerit per id quod sequit̄. Nam cum dixisset, NVNC idem quod fuit aliqn̄, est autē ei esse alterum } deinde subiunxisset, NVNC tempus metitur, quatenus prius & posterius } volens declarare quō sit, Nunc, aliud: rursus integram posuit diuisionē, dicens, NVNC, autē est quidem vt idem, est autē vt non idem. Quatenus enim est in alio & alio, est aliud } perinde autem fuit ac si diceret, In primo & posteriori. Deinde rursus subiūxit, QVATENVS autem est aliquando Nunc, est idem. } quod est idem cū eo, Nunc enim idem quod fuit aliqn̄. Cùm autem non esset, vt existimo, oīno citra conuersiam, Nunc esse quidem idem subiecto, rōne vero diuersum, ꝙ in alio et alio sumptum fiat prius & posterius, conatur probare per cōsequentiam quæ est ei cum ijs quæ sunt eiusdem ordinis. Prius enim dicebat motus sequi magnitudinē: motum autem CVIII

Nunc subiecto vnū est, differt aūt ratione. — *Nūc est mensura motus, vt vnitas numeri.*

autem tempus: qm̃ quanta est magnitudo in qua est motus, tantum est etiã tempus quod est à motu numerabile. His aũt consequentibus, ea etiam quæ ipsa procreant se inuicem ennsequentur. Procreat aũt punctus magnitudinem, siquidem puncti fluxus est lioea, prima autem magnitudo est linea. Motus aũt efficiens est id quod fertur, et, Nunc, temporis. Queadmodum ergo idem punctus fluens efficit magnitudinẽ, sed noo aliĵ puncto additus, & idem quod fertur facit motum: Ita etiam, Nunc, cùm subiecto sit idem, q̃ sumatur numeratum per prius & posterius, tempus definit & facit. Quòd autẽ, Nunc, ita habeat, probat ex eo quod mouetur, quod est euidentius. Et q̃ hoc sit euidẽtius, nobis reuocauit in memoriã per id q̃ per hoc nos motũ cognoscamus, & id quod est in ipso prius & posterius. per hoc enim q̃ id quod fertur fit in alia & alia parte subiecti: & motũ cognoscimus, & prius & posterius qood est in motu & in tpe. Quòd autẽ idem sit subiecto id quod mouetur, sumit vt euidẽs. qm̃ vel punctus est, vel lapis, vel aliquid aliud eiusmodi. Et q̃ lapis quidẽ idem sit, clarum est, etiam si sit aliàs in alio loco. Quòd autẽ idem quoq; punctus sit in fluxu, clarum est. siquidem est id quod fit continuũ, & non consistit ex contactu punctorum: sed cum priori manente cõtexitur id quod deinceps sequitur per vnius puncti fluxum. Ratiooe aũt differt lapis qui fertur, q̃ fit in alia & alia parte magnitudinis in qua fertur. Quòd autẽ hæc quædam videatur differentia, probat ex rationibus Sophisticis, quę hanc differentiam transferẽtes ad subiectum, absurdum videbantur colligere, q̃ id quod esset idem, fieret aliud à seipso. dicebant enim. Coriscus cùm sit idem, est aliquãdo quidem in foro, aliqñ verò in Lyceo. Qui est aliquando quidem in foro, aliqñ verò in Lyceo, fit alius à seipso. Vt qui nõ seruauerint aliud, eo modo quo aliud sumptũ est: sed id quod est per accidens ad substantiale traduxerint. Sophisticum ergo esse ostendit existimare, q̃ rõne esse aliud prius & posterius, sequatur ex eo q̃ sint subiecto aliud. Cùm aũt ostendisset qũo id quod fertur subiecto quidẽ idem est, rõne autem aliud, dicit, Nunc, quoq; similiter se habere. siquidem motum tempus sequitur & eodẽ modo afficitur, sicut prius dictum est, NVNC, aũt, id quod mouetur.} Quàm sint autẽ hæc similia & eadẽ, hoc ostẽdit, Per id enim quod fertur, & non aliud: cognoscimus id quod est in motu prius & posterius. Noo enim fuissent hæc distincta, si maneret id quod fertur. Sed qm̃ id quod fertur, aliqñ quidem est in priori loco, aliqñ verò in posteriori, propterea motus quoq; hoc quidem est prius, hoc verò posterius. QVATENAS autẽ est numerabile prius & posterius, ea rõne, inquit, Nunc ostendit. Rursus autem mea quidem sentẽtia illud, Prius, motus sumẽdum est, non quod est per positurã, sed quod est per eius quod est esse extensionẽ. quare, Nunc, etiã subiecto quidẽ idem est, rõne verò aliud. Quòd enim idem sit numerabile, & vt aliud & aliud distinguatur, dat ei eã quæ est ratione differentiam. Porrò aũt Eudemus quoq; de, Nune eadem dicit in tertio Physicorũ sic scribens. Si aũt
» punctum ferri mente cõceperimus, q̃ fit in alia parte li-
» neę, & ipsum fieri aliud & aliud: de ounc quoq; sic etiam
» habere existimauerimus: subiectum quidẽ, quodcunq;
» id cogitare oporteat, idem remanet. cùm autẽ fiat in alio
» & alio, erit aliud & aliud. adeò vt subiecto quidẽ, quod-
» cunq; id sit, idem sit: eo aũt q̃ fiat in alio & alio, quatenus
» aliud fit id quod est prius, & aliud id quod est posterius,
» ea rõne, Nuoc, est aliud. Ea rõne autem est tẽpus quoq;
» numerus. Quare qñ, Nuoc, quidem fuerint eadẽ, & nu-
» merus & tempus erit idem: quando autem alia, reliqua
quoq; alia. Postq̃ aũt ostendit huius, Nuoc, ad id quod mouetur consequentiam ex priori & posterioti, ostẽdit etiam ex eo q̃ ambo itidem nota sint, motus quidẽ ex eo quod mouet, tempus verò ex eo quod est Nunc. cognoscitur enim motus per id quod mouetur, & tempus per Nunc. hoc enim solũ esse videtur in substãtia temporis.

Punctus procreat magnitudinem.

Nunc tẽpus & definit & facit.

Punctus est idẽ in fluxu.

Nunc solum est in substãtia tpis.

A Cur aũt sit latione seu motu notius id quod fertur, significauit dicens, HOC enim quidpiam est id quod fertur, motus aũt noo.} Substantia enim est & quod totum simul consistit id quod fertur: Motus autẽ est accidens, & quod id quod ẽ habet in eo quod fiat. in eius enim quod mouetur transitu motus cõsistit. Cùm autem dixisset, ETENIM motus propter id quod mouetur, subiunxit ET latio propter id quod fertur} non q̃ latio non sit motus: sed q̃ in latione sit manifestius, ex eo quod fertur, cognosci lationẽ. Et si enim alteratio cognoscaẽ ex eo quod alteratur, & augmẽtum ex eo quod augetur, vt quæ sint ipsa quoq; substantiæ, magis tñ latio ex eo quod fertur, qm̃ aliĵs motibus apertior est latio. Deinceps autẽ ex ĵs quæ dicta sunt cõcludens, dicit, EST ergo vt Nunc quidem idem, est autẽ vt non idem. etenim id quod fertur} Per coosequentiam enim quę est ad id quod fertur, & q̃ ex illo esse habeat, Nuoc, est & idẽ & aliud. Io his autẽ mihi videtur esse operępretium attendere qũo prius & B posterius dicit idem esse subiecto. Quomodo enim præteritum est idem eum præsenti, & id quod nõ est cum eo quod est? id enim quod fertur & aliàs est alibi, vt quod maneat in eo quod sit, verum est dicere idem esse subiecto: Motus autẽ & tempus, & quæcunq; io eo q̃ fiant id quod sunt habẽt, qũo eadem subiecto fuerint? in puncto enim quominus hoc videatur, nihil prohibet. per eius enim fluxum consistens magnitudo tota remanet, & nõ habet id quod est in eo quod est fieri sicut tempus. Quomodo autẽ id quod fertur, & punctum Nunc per illa sequatur, ex illis etiã hoc ostendit, cùm sit tanta eorum differentia, vt hæc quidem maneant, illa verò nõ maneant. Quomodo ergo id quod non manet, similr atq; id quod manet habeat idem quod sit subiecto? Secundò autem quærendũ censeo, cùm hæc tria sint, magnitudo, motus, tempus, quæ se inuicem consequunẽ, vt dicit: & magnitudo quidẽ finitur à punctis, tempus aũt à Nunc: quidnam fuerit eis proportione cõueniens in motu, puncto, C inquam, & ipsi Nunc. oportet enim esse alium finẽ motus, noo autẽ id quod mouetur. quãnam enim habet hoc ad Nuoc & punctum consequẽtiam? Num ergo ad primum quidem eorum quæ sunt dubitata dicẽdum est, q̃ ipsa, Nunc, nihil inter se differunt, prætereq̃ q̃ hoc quidẽ sit prius, illud verò posterius. oeq; eoim genere, nec specie, sed nec numero. sicut nec vnitas ab vnitate. Quę enĩ numero differunt, vt etiã prius dictum est, differunt quibusdam accidentibus, vt Plato à Socrate. Fortasse ergo propterea q̃ in nullo differentię modo differat, idẽ subiecto dictum est. sed violenta videtur esse similitudo cum puncto & lapide, cùm hæc quidem maneant, illa verò in eo q̃ fiant & intereant id quod sint habeant. Si hãc ergo proportiooẽ & conuenientiam nõ accuratè & subtiliter examinamus, melius esse puto dicere, q̃ id quod est idẽ subiecto, idem specie significat. ipse enim paululum progressus dicet q̃ queadmodum motus est idem specie, q̃ fiat rursus & rursus, ita etiã tempus. Quod autem est ita D idem specie vt in nullo differat, oumero etiã quodãmodo idem esse videtur, sicut etiã prius dictum est in vnitatibus. Eudemum aũt paulopost testem adducã. Quocirca nec nimium dura esse videtur eius, Nunc, similitudo cum puncto & eo quod fertur. Ad secundum aũt quęsitum dicẽdum est, momẽtum quidẽ esse fioẽ motus, oeq; tñ motus principiũ, nec cãm. Tanq̃ causas ergo ponens punctũ & id Nunc, illum qdẽ lineæ, hunc verò tpis, his proportiooe cõueniens meritò sumpsit id quod fertur.

Prius & posterius quomodo idẽ subiecto.

Magnitudini & tpi quę nã sit pportio cum puncto & Nunc

Momentum nempe κίνημα finis motus. κίνημα.

Manifestum est autẽ & q̃ si tempus non sit, non erit, Nunc, & si non sit, Nunc, tempus nõ erit. Simul enim, queadmodum quod fertur & latio, ita ẽt numerus eius quod fertur & numerus lationis. Tempus eni est numerus lationis: Nunc, aũt vt id quod ferẽ: sicut vnitas numeri. CV

Postq̃

CX Postq̃ dixit q̃uo se habet, Nunc, ad tempus, q̃ scilicet vt id quod fertur ad lationem: & q̃ Nunc est tp̃e notius: nunc etiã ea simul esse demonstrat, per eam rursus simili tudinem quę est cum eo quod fertur & lationem. Quem admodum enim, inquit, id quod fertur & latio simul est: neq; enim fieri potest vt alterũ sit sine altero, si id quod fertur non ex substãtia, sed quatenus fertur sumas: ita et, Nunc, & tempus. & cõsequentię ostendit necessitatem ex proportione ac conuenientia quæ est ei cum eo quod fertur & latione. est enim eius quidẽ quod fertur numerus Nunc, veluti quędã vnitas, vt quæ ei quod diuidi nõ potest coniungat id quod non potest diuidi. Est aũt tempus numerus motus. quemadmodum enim vnitas, eo q̃ rursus & rursus sumat̃, facit numerum: ita etiam, Nunc, tempus: & id quod fertur, lationem. Est autẽ tempus numerus lationis, non quatenus latio, vt dictum est, sed per id quod est in ea prius & posterius. non est enim tempus ipse numerus motus, sed spatiũ quod est inter id quod est prius & posterius. vtpote q̃ prius & posterius per id q̃ rursus sumũtur, spatium efficiant. Differt autẽ vnitas ab eo quod fertur & à Nunc, q̃ illa quidẽ faciat numerum discretum, hęc verò & motum & tempus continuum.

Nunc & tp̃s simul sunt.

Et est vtiq; tempus ipsi Nunc continens: & per Nunc diuisum est. Nam hoc quoq; consequitur lationem & id quod fertur. motus enim & latio vnà est cum eo quod fertur, qm̃ vnum est. & non quod est aliqñ. etenim defecerit. sed etiam ratione. Et definit hoc quidem motũ qui est prius & posterius. Sequitur autẽ hoc quoq; quodãmodo punctum. etenim punctus longitudinem quodammodo & continet & definit. Est enim huius quidẽ initium, illius verò finis.

CVI Sed cùm sic quidem sumpserit quis vt duobus vtens, in vno consistat necesse est si futurus sit idem punctus principiũ & finis. Nunc, autem, propterea q̃ moueatur id quod fertur, semper aliud. Quare tempus est numerus, non vt eiusdem puncti, q̃ sit & principium & finis, sed magis vt extrema lineæ, & non vt partes propter id quod dictum est. medio enim puncto vtetur

CVII vt duobus. quare eueniet vt quiescat. Et præterea clarum est nec esse, Nunc, partem temporis, nec diuisionem motus. queadmodum nec punctos lineę. lineę aũt sunt duæ vnius partes.

CXI Temporis continuitatem & diuisionem per, Nunc, ostẽdit rursus ex consequentia ad id quod fertur & lationem. Motus enim, idem est autẽ dicere latio, fit ei quod fertur cõtinens & vnus, & non alicui alĳ. Ei aũt fit vnus & continens, qm̃ hoc quoq; vnũ subiecto ostendit. quod rursus dixit, QVOD est aliqñ.} quemadmodum si lapis sit id quod fertur, & ex eo ipso q̃ est id quod fertur, hoc est rõne eius quod fertur. Sed per subiectum quidem nõ erit causa cõtinuitatis. potest enim dum fertur consistere. & manet quidem id quod est, lapis: non facit aũt motum cõtinuum. qm̃ etiam si vnum propriè maneat, motus tñ eius interrumpitur, à statu interceptus. Sin vt vnũ ex rõne eius quod fertur, & vt quod fertur sumptum fuerit, tunc fit causa vt sit vnus & continuus motus. Non solùm autem continuum tempus facit, Nunc, ex ea consequentia quæ est ad id quod fertur, sed etiã ipsum diuidit, discernẽs id quod est in motu prius et posterius. ita enim diuiditur tempus. Sequitur autem, in eo q̃ continens faciat & discernat, non solùm id quod fertur, sed etiã quodãmodo punctum. Punctus enim cum idẽ sumptus fuerit, huius quidẽ est principium, illius verò finis: & conti- E net longitudinem, siquidem in vtraq; parte lõgitudinis sumatur vnum & idem: & etiã ipsam diuidit. per signũ enim fit diuisio longitudinis. Similiter aũt, Nunc, quoq; tempus & continet & diuidit. In eo ergo q̃ continet & diuidit absolutè, punctum quoq; sequitur: quatenus aũt idem punctus est & principiũ & finis, vno vtimur tanq̃ duobus. & necesse est consistere in vno puncto, qui bis sumitur, aliqñ quidem vt finis, aliqñ verò vt principiũ. manet enim ei id quod est etiam in positura. Quod autẽ fertur non licet bis sumere. est enim semp̃ aliud & aliud: Aliud autem nõ q̃ sit aliud à seipso, sed q̃ alias in alio & alio. Si enim bis in eodem, vt sistatur necesse est. Ponitur autem moueri cõtinenter. ita etiã, Nunc, bis non licebit sumere. Quomodo ergo est tempus quòd numeret̃ per Nunc? An nõ vt idem signum bis vt principiũ & finis? sed si vtiq; sumatur, sumitur tanq̃ duo fines lineæ, hic & ille. hæc autẽ terminant spatium lineæ quod intercedit, cùm sint aliud & aliud. ita autẽ, Nunc, quoq; numerantur F vt aliud & aliud, hoc quidem prius, illud verò posterius. Fieri autem non potest vt hoc bis accipiatur. staret enim tempus. hoc aũt non potest fieri. Punctum autem bis sumere nihil absurdum, vt qui positurã habeat & maneat. Nunc, aũt non manet vt bis sumatur. Clarum est autem q̃ si sumatur punctus vt finis & principium, per ipsum diuisa est linea. Diuisa aũt non est amplius continua. quare nec qui est in ipsa motus, est cõtinuus. Tempus aũt est continuum, qm̃ motus quoq; continuus. Eorum ergo, Nunc, numerus est tẽpus. non q̃ idẽ bis sumatur, quẽadmodum punctus qui bis sumitur, sed quemadmodum ille est alius & alius, hic quidem vt principium, ille verò vt finis. & nec sic principium & finis, vt partes sępeũ dictur: & id quod est primum & id quod vltimũ.

vnius principium & finis alterius.

Nunc nõ potest bis sumi

Nunc q̃uo tempus numeret.

Et q̃ nõ sint Nunc quidẽ similia puncto quibus sumit̃, per hoc ostendit, MEDIO enim puncto vtetur vt duobus. quare ei eueniet vt quiescat.} Si ergo non quiesciet tempus, Nunc, non est in ipso vt punctus qui bis sumit̃, G sed vt principium & finis. Quòd autem nõ ita sit principium & finis vt partes, sed vt fines, deinceps probat ex similitudine quæ est ei cum ĳs quę sunt eiusdem ordinis. adeò vt illud quidẽ, PROPTER id quod dictum est} & id quod deinceps sequitur, causam reddens, referatur ad hoc, NON vt eiusdẽ puncti q̃ sit principium & finis, sed magis vt extrema lineę} hoc verò, ET pręterea clarum est q̃ nulla pars, & quę sequunt̃} ad hoc, ET nõ vt partes.} Et si fuerit quidẽ ita scriptum vt scribunt Alexander & Aspasius, ET præterea clarum est q̃ tempus nulla est pars motus, quẽadmodum nec punctus lineæ} dicunt eum, Nunc, dicere tempus, quod quidem, Nunc, neq; est pars motus neq; temporis. est enim eius finis. finis autem non est pars. neq; enim signum est pars lineæ. pars enim lineæ est linea. Sic quidẽ Alexander. Aspasius autem, Tempus, inquit, non est pars motus. quoniã ipsum quidem numerat per, Nunc. id autẽ est finis motus, non autem pars. Quomodo autem, Nunc dici possit H finis motus? quorum enim est alia substãtia, eorum sunt fines quoq; alĳ. Si ergo tempus differt à motu, eorum ẽt fines differẽt. Melior est ergo, vt existimo, scriptura quę habet̃ in multis exẽplaribus, quã Porphyrius & Themistius vident̃ cognouisse, quæ sic habet, ET pręterea clarum est nec esse, Nunc, partem tp̃is, nec diuisionem motus, quẽadmodum nec punctos lineę. lineę autẽ sunt duę vnius partes.} lineę enĩ sunt scilicet partes lineę, sed nõ puncta. Diuisionem aũt vocat finẽ motus, vt qui per ipsum diuidat̃. quod quidẽ in libris de motu vocat νῦν μέρος, id est Momentũ. Cùm aũt dixisset Aristoteles, Quare tp̃s est numerus, nõ vt eiusdem puncti, Alexander dicit eum, Nunc, tp̃s dixisse. Nõ sic est ergo, inquit, Nunc nu «merus, vt numerus puncti. vt qñ vnũ & duo & bis sumi «mus. Num autẽ non necesse est, Nunc, tp̃s accipere, sed esse id quod dicitur, tp̃s esse numerum ipsorũ, Nunc, tanquã vnitatum, non eodẽ bis sumpto, sed alio & alio.

Tẽpus nulla est pars motus.

Tp̃is continuitas ꝓbat̃ per Nunc.

Tempus ꝑ Nunc diuiditur, ac discernitur.

Punctus idẽ sumptus est

Quatenus

Quatenus ergo, Nunc, est finis, nõ tempus, sed accidit: quatenus autẽ numerat, numerus. Fines enim sunt illius solũ cuius sunt fines: numerus autem horum equorum, nempe denarius, etiam alibi. Quòd itaq; tempus sit numerus motus per prius & posterius, & continuus, continui enim, clarum est.

CXII Postq; dixit ipsum Nunc ita esse finem vt extrema signa eiusdem lineæ: quandoquidem per se quidem Nunc est finis tpis, φ tempus nihil sit aliud q̃ id motus quod numeraĩ per prius & posterius, quæ quidẽ erant, Nunc notat φ quando Nunc sumitur vt id motus quod numeratur, id tũc fit finis motus, & ei accidit vt sit finis: Tunc autem, Nunc, etiã in subiecto sumitur, & est in illo solo cuius est finis: Quando aũt sumitur vt finis tpis: neq; est accidens. inest enim per se tempori. & quoniã, Nunc, est vbiq; numerus, qui est aũt vbiq; numerus est numerãs: Denarius enim qui decem equos metitur, metitur etiã decem homines: & Nunc ergo simul est vbiq;, & non in solo motu, cuius finis est nõ vt Nunc, sed vt Momentũ. Cũm autẽ quæsiisset Alexander quõ dixit, Nunc, numerare, non est enim tempus numerus vt numerans, sed vt qui numeratur, Aut, inquit, nõ scribitur, Numerat, sed Numeratur: aut, Nunc, quidẽ in motu numerãtur, tempus autem numerant. per Nunc enim est diuisio tpis. & ipsum per ea numeramus. vt sit Nunc quod numeratur quidem vt in motu, quod numerat autem vt relatum ad tempus. Quòd enim sumat Nunc vt numerũ qui numerat, ostẽdit dicens, NVMERVS enim horum equorum, nempe denarius, est etiã alibi. } Potest aũt videri quoq; à Nunc numerari motus. Si est enim tẽpus numerus motus per prius & posterius: Prius autem & posterius est, Nunc: per Nunc ergo numeraĩ motus. Quoniam autẽ tempus non est ipsa Nunc, sed id quod inter ea Nunc intercedit, quę numerant: ipsum quoq; fit id quod numeratur. Sciendum est autẽ φ quicunq; est etiam participabilis, ea ratione dicatur numerare. quẽadmodum equorum denarius. per eum enim equi numerantur. Sed qui est eiusmodi nõ posset dici esse vbiq;. hic enim est qui est numerabilis. Si Nunc ergo dicatur numerare, illud dici possit esse quidem à primo motu numerabile, numerare autẽ alios. id enim est vbiq;. Hęc cũm dixisset, cõcludit quæ dicta sunt. & adijcit tempus esse cõtinuum, quia est numerus continui. in hoc enim habet tẽpus id quod est, φ sit numerus motus. Substantia ergo tpis quę extendiĩ per cõtinuitatem motus, qui numeraĩ, fuerit ipse quoq; continuus. si enim nõ cessauerit, nec ipsa quoq; cessabit. finibus enim motus, non quatenus sunt fines motus, sed quatenus definitur tempus prius & posterius, quatenus est tempus, fuerit ipsum quoq; continuum.

Nunc sumiĩ vt finis motus, & vt finis tpis.

Nunc quomodo numeret tempus.

Nunc numerat motum.

CAPVT XII.

CVIII MInimus autẽ numerus, qui absolutè quidem est, est binarius. Aliquis autem numerus est quidem vt sit, est autem vt non sit. Quẽadmodum minimus lineæ numerus, multitudine quidem est, duæ vel vna: magnitudine autem nõ est mininus. Semper enim oĩs linea diuiditur. Quare tempus quoq; similiter. minimus enim numero quidem est vnus, vel duo: non est autem magnitudine.

CXIII Cũm dixisset tempus esse numerum & continuum, vult eam mitigare repugnantiam quæ videtur esse in his q̃ dicta sunt. Numerus enim est discreta quantitas: quod continuum autẽ est, non est discretum: et, vt ipse dicit, in numero quidẽ est quid minimum, quẽadmodum binarius: is enim est primus numerus, & qui nõ potest diuidi A in numeros: In continuo aũt non est minimum: in infinitum enim continuũ diuiditur in continua: Si ergo numerus quidẽ est minimus: tempus autem nõ est minimum, siquidem continuum: tempus non fuerit numerus. Hoc ergo soluẽs vtitur eo quod prius dictum est, tempus esse numerũ, non vt id quod numerat, sed vt quod numeraĩ. Cũm duobus autem modis dicatur numerus, qui est quidem absolutè & propriè, is est autẽ quo numeramus, est & discretus, & cõponitur ex vnitatibus quæ diuidi non possunt: & ideo est in eo is qui est minimus: qui autem vt qui numeratur, is nõ absolutè nec propriè dicitur numerus, & consistit in cõtinuis. sed is quoq; dum sumitur vt numerus, quẽadmodum duæ lineæ vel duo anni, habet id quod est minimũ: vt magnitudo autem, non vtiq;. nã ea quoq; habent quãtitatem quæ est in magnitudine, & non solùm eam quæ est in numero. Rectè autẽ aduertit Alexãder, φ cũm minimũ numerum dixerit binarium & non vnitatem, qm̃ vnitas non est numerus, siquidem B numerus est multitudo quę cõponitur ex vnitatibus, est autẽ res incomposita vnitas: lineam tñ vnam & tempus vnum accepit, vt quę numero possint dici minima. Hoc autem, inquit, vel cõmunius, qm̃ nõ est eius institutum de eis nunc dicere: vel φ vnitas quæ in numero quidem qui numerat est omnino incõposita, nondum erat numerus: in eo autem quod numeratur vnum quoq; est numerus. est enim in eo cõpositio & subiecti & vnitatis.

Tempus est numerus, vt q̃ numeraĩ.

Numer⁹ numerãs & numerus q numeratur.

Clarum est autem & φ celere quidem & tardum non dicitur, sed multum & exiguum & lõgum, & breue. Quatenus enim est continuũ, longum & breue: quatenus autem numerus, multum & exiguum. celere autem & tardum non est. neq; enim numerus quo numeramus est vllus celer & tardus. CIX

CXIIII Cũm ostẽdisset quõ tempus & numerus qui est vt numerabilis, & continuus vt magnitudo, C per hoc quidẽ φ est numerus, habet id quod est minimũ: per id autẽ φ est continuũ, non habet, infert his, φ meritò tempus multũ quidem & exiguũ habet vt numerus, longum aũt & breue vt magnitudo: sunt enim hæc eorũ propria: velox aũt & tardũ non vtiq; dicitur, qm̃ nullus est numerus velox & tardus. neq; enim monadicus quo numeramus diciĩ velox & tardus. neq; qui est numerabilis. Vndenã enim is haberet velox & tardũ, si is quid numerat nõ habeat? quẽadmodum enim per illum habet quod sit numerus: ita etiã si esset velox & tardus numerus qui numerat, ea etiam quæ numeranĩ haberent ab ipso velox & tardum. Clarum est aũt φ nec magnitudo, quatenus magnitudo, habet tardum & graue. sunt enim hæc ꝓpria motus, non magnitudinis. Ostendit aũt prius quoq; φ tps quidẽ nõ habet velox & tardum: motus aũt habet: hęc enim definiuntur tpe: Tempus autem tempore non definitur.

Tempus est multũ & exiguũ longum & breue, sed nõ velox & tardum.

Porrò autem quod est idem, simul est vbiq;. CX D Prius autem & posterius non est idem. quoniã etiam mutatio, quæ præsens quidẽ est vna: quę autem fuit & futura est, alia. Tempus autem est numerus, non quo numeramus, sed qui numeratur. Is autem accidit etiam per prius & posterius, semp alius. Ipsa enim, Nunc, sunt alia. Est autem numerus vnus quidem & idem, cẽtum equorum & centum virorum. Quorum aũt est numerus, alia sunt, vt equi ab hominibus.

CXV Verum est enim quæ prius dicta sunt de tpe, φ præsens & id quod per, Nunc, consideratur, vbiq; est idem: prius aũt & posterius nõ sit idem. Quòd ergo hoc quoq; cõsequatur traditam tpis notionem, quẽadmodum quæ etiam proximè dicta sunt, ostẽdit ex eo φ etiam motus in quo hæc tpe quod sint habent. Pręsens enim & instãs

Tẽpus sicut motus habet idẽ præsens & instans.

motus

motus idem est: nõ est enim eius à seipso differentia: sed vnus est per cõem formam eius essentiæ extẽsionis: Prẹteritus verò & futurus sunt inter se alius ab alio. Quẽadmodum ergo habet vnus motus idem & alterum, ita & habet omne tẽpus, quod oẽs motus simul metitur. nõ est enim tempus numerus huius & illius motus, quatenus tales, sed motus, quatenus motus. Quare tẽpus est vnũ, cùm sint multi motus. qm̃ non quatenus multi ea rõne est eorũ numerus, sed quatenus omnes motus. Mutatio aũt quẹ adest vna est vniuersa, quatenus mutatio: Tempus autem vnum est, non solùm specie, sed etiã numero. qm̃ est vnius motus specie & numero, quandoquidem nihil eius sibi tribuit differẽtias: Prius autem tempus est aliud à posteriori. nam motus quoq; etsi vt vnus numero sumptus fuerit: ꝓpterea q in eo quod fiat habet quod est, est alius per prius & posterius. Deinceps aũt ostendit prius & posterius tempus non esse eadem. Numerus enim quo numeramus est semp idem, siue prius siue posterius sumatur: quẽadmodum ternarius: Dimensa autẽ non vtiq; eadẽ esse necesse est. alĳ sunt enim equi ab hominibus. Si ergo tempus, numerus ita est in motu vt id quod numeratur, non vt id quod numerat, id aũt motus quo numeratẽ, non remanet idem, sed aliud sumitur: meritò prius quoq; tempus aliud est à posteriori: & prẹteritum à futuro. etenim ea Nunc quibus numerantur & discernũtur, sunt alia. id enim motus quod numeratur per prius & posterius, rõne est scilicet alia et alia, sunt autem subiecto eadem vt specie. ita enim prius ostensum est.

[Numer9 numerant semper idẽ, qui numerãt nõ idem.]

Præterea quemadmodum cõtingit motum esse eundem & vnum, rursus & rursus: ita etiã cõtingit esse tempus. quemadmodum annum vel ver vel autumnum.

XVC Postq̃ dixit prẹsentem quidem & instantem motum esse eundẽ vniuersum, & ideo tempus quoq; instans esse idem simul vbiq;, præsentẽ autem & futurum alium, & tempora alia: nunc ostendit quõ etiam id quod est prius & posterius idem esse potest & in motu & in tpe, eo q rursus & rursus. Et cùm prius dixisset, Nunc, idem esse subiecto, rõne autem diuersum: nunc, vt arbitror, explicat quõ hoc tunc dixerit. nempe q sic, quemadmodum motus, eo q rursus & rursus, hoc est, quod qui specie est idẽ fiat rursus & rursus. Quoniam enim motus fiunt iterum & iterum, quẽadmodum Sole ab eodem iterum & iterum eunte, & ab Ariete & Libra iterum & iterũ, tempus autẽ motum sequitur: videlicet annus quoq; rursus, & ver rursus & rursus fit & autũnus. Sed cur neq; prius dixit specie idem esse Nunc, sed subiecto, neq; nunc tempus idem specie, sed eo q rursus & rursus, sicut motum? Atqui eius maximè est quæ fit tripliciter eiusdem distinctio, genere & specie & numero. Num q non solũ quæ genere sunt eadẽ magnam adhuc relinquunt differentiã: sed quæ etiã dicuntur eadem specie, si numero differant, vt Plato & Socrates, accidẽrium magnam habent differẽtiam: Motus aũt qui rursus & rursus vt ĳdem & ipsa, Nunc, & tempora, sunt etiã numero propemodum eadem. Ita aũt Pythagorici quoq; ea quẹ quodãmodo sunt eadẽ & numero, eo quòd rursus & rursus, fieri dicebant. Satius autẽ fortasse fuerit audire etiã ipsa Eudemi verba ex tertio Physicorũ, quæ ea quæ hic dicuntur exponunt per paraphrasim. » Ipsum aũt tempus vtrum fiat, quẽad- » modum nõnulli dicunt, an nõ, dubitaverit aliquis. Cùm » idem aũt dicatur multis modis, videtur quidẽ idem fieri » specie. quẽadmodum æstas & hyems, & reliqua tempo- » ra & ambitus. similiter autem fiunt ĳdem motus specie. » Etenim conuersiones, & dierũ ac noctium æquinoctia, & cæteras vias ac transitus Sol perficit. Si quis aũt crediderit Pythagoreis, q rursus eadem numero futura sint, & ego virgam tenens vobis sedẽtibus narrabo fabulas: ita etiam alia oĩa similiter habebũt, & idem esse tempus est consentaneum. Nam cùm sit vnum & idem motus,

[Prius & posterius quomodo possit esse idem in motu et in tẽpore.]

[Cur nunc & tps idem nõ specie sed subiecto.]

[Fieri quẽadmodum dicerent Pythagorei.]

[Eadẽ numero rursus futura dicebãt Pythagorei]

E similiter aũt multa quoq; eadem: id quoq; quod est prius « & posterius est vnum & idem: & eorum etiã numerus. « Sunt ergo oĩa eadem. quare tempus quoq;. « Vide autẽ q vnum & eundẽ motum dicit eum qui est rursus & rursus: & id quod est prius & posterius esse vnum & idem. Quòd aũt is quoq; aliud, & aliud esse dicat id quod semper sit motus & tẽporis, audi quænam paulopost ea, quẹ iam sunt addita scripserit. Quemadmodum autem mo- « tus solùm est indiuiduum, fluxit autem prẹteritum, futu- « rum autem nondum est: ita etiam temporis hoc quidem « periit, illud verò nondum est. Prẹsens autem est quod fit « semper aliud & aliud.

Non solùm aũt motum metimur tempore, CXII sed etiam motu tempus, propterea q à se inuicem definiũtur. Tempus enim definit motum cùm sit eius numerus. motus autẽ tempus. Et dicimus multum vel parum tẽporis, motu me- F tientes, sicut etiam numerum eo q sit numerabile. quẽadmodum numerum equorum vno equo. numero enim cognoscimus equorũ multitudinem. Rursus aũt vno equo ipsum equorum numerum. Similiter aũt & in tpe & motu. tempore enim motum, motu aũt tempus metimur. Et id meritò accidit. motus enim sequi- CXIII tur magnitudinẽ: tempus verò motum, q sint & quanta, & continua, & quæ possunt diuidi. propterea enim q sit talis magnitudo, hẹc motui euenerũt: propter motum autem, tempori. Et metimur & magnitudinẽ motu: & motum magnitudine. Multum enim viæ esse dicimus, si sit multa ambulatio. & eam multã, si sit mul- G tum viæ. & tempus, si sit motus, & motum, si sit tempus.

Qooniam tempus dicitur mensura motus, vtpote q CXVI id motum dimetiatur, dicebatur autẽ motus & celerior & tardior, quod minus & plus tẽporis dimetitur: nunc adĳcit q nõ soldm tempus metitur motum, sed etiã motus tempus. vtrunq; enim metitur alterum, q à se inuicẽ definiãtur, & motus à tẽpore, & tempus à motu. In quo enim est tpe multum motus, id multum dicitur. Principaliter aũt & primò tempus motum metitur, cùm sit eius numerus, & eum definiat per id quod est prius & posterius: Per accidens aũt quodãmodo ipse quoq; illud vicissim metitur. Hoc autẽ videmus etiam fieri in oĩbus alĳs mensuris. ea enim quæ metiuntur mensurẹ, illa vicissim metiuntur mẽsuras. per modium enim frumẽti modium ligneum iudicamus, an sit maior vel minor. & vini cadum æneum vicissim dimetimur. Postq̃ autẽ dixisset in tpe & motu & alĳs mensuris continuis, ea quẹ metiunẽ men- H suræ, illas vicissim metiri, dicit idem posse videri etiã in numeris. Numerus enim quodãmodo numeratur ab ĳs quæ ab ipso numerantur. Quẽadmodum equos decẽ dicimus, q eos vnitatibus decem numerauimus: ita etiam decem dicimus vnitates, q decem equis exẹquatæ sunt. num enim ne ad decem equorum quidẽ venissemus cogitationẽ, nisi vnum esse equum & vnum hoĩem toties sumpsissemus? Cùm autem hẹc dixisset, causam quoq; subiungit mutuæ illius dimensionis. sequitur enim, sicut dictum est, magnitudinem quidem motus, motum verò tempus. Quoniã ergo, vt se habet motus ad magnitudinem, ita tempus ad motum: motus aũt & metitur simul magnitudinẽ, & illa eum vicissim metiẽ: multum enim viæ esse dicimus si sit multa ambulatio: & ambulationẽ multam, si sit multum viæ: sibi enim inuicem exequata se inuicem metiuntur: tempus quoq; quod est continuũ & potest diuidi per motum, quid mirum si ipse quoq; id dimetiatur?

[Motus metitur tempus.]

[Mensuræ & mẽsura se vicissim metiũtur.]

[Numerati numeros quodãmodo numerant.]

dimetiatur? quēadmotum motum quoq; qui hęc habet propter magnitudinem, magnitudo metitur. Diuersa autem habetur scriptura in fine huius dictionis. Et si sic quidē habeat, ET tempus, si sit motus, & motum, si sit tempus} vt habetur in pluribus, clarum est quod dicit. Sin, ET tempus motus, & motum tēpus.} fertur enim hæc quoq; scriptura: & eam rejcit Alexāder, dicens per vtrunq; idem significari, nempe ꝙ motus dimetiat tempus: atqui q̃ro illud ET tempus motum} significauerit motum tēpus metiri? Sed cùm illud dixit, ET motum tempus} ad probandum motum tempus metiri, ex hac notione preclarè subiunxit, ET tēpus motum.} Meritò autē attendendum est eum quoq; nunc dicere magnitudinem motum metiri, tempus autem motum. Atqui prius & posterius, quod á positura quæ est in magnitudine traditur motui, aliud est ab illo quod est per ei⁹ quod est esse extensionē, per quod tempus cōsideratur. Quocirca considerandum est etiā proportio quæ dicit, Vt se habet magnitudo, habet motus, & vt motus, tempus, quomodo fuerit vera? Nam & si sit multum viæ & multum motus, nihil vetat quo minus sit parum temporis, si velox fuerit id quod mouetur. Nunquid possunt hæc quidē considerari, & quod ad se attinet, nempe ꝙ, quantum ad motũ attinet, multi motus fuerit multum tēpus. Potest etiam sumi multum & parum tpis ex proportione celeritatis. Celerrimo enim multo fuerit vnius diei tēpus, vt ex Elide in Epidaurum multum viæ percurrat.

Prius & posterius consideratur per eius quod ē esse extēsionem.

Inter motū & tp̄s ꝓportio q̃ro consideratur.

CXIIII Quoniam autē tempus est mēsura motus, & eius quod est moueri, id autē motum metitur, ꝙ definiat quemnam motum vel totum dimetietur: quēadmodum cubitus quoq; longitudinem, ꝙ definita sit aliqua magnitudo, quæ totũ dimetietur: & esse motum in tempore, est tempus ipsum metiri & eius esse. simul enim motum, & esse motus metitur: & hoc est ei esse in

CXV tēpore, quòd id eius esse dimetiatur. Clarum est autem quòd alijs quoq; hoc est, esse in tempore, quòd tempus metiatur eorum esse.

CXVII Postq̃ ostendit quid sit tempus, & ea quę ei inesse dicuntur ostendisset cōuenire definitioni, & ꝙ propriè dicimus in tempore ea quæ à tempore continentur, nunc, vt existimo, ea de tēpore dicens quæ maximè cōtinent, ostendit per quid vnumquodq; esse dicatur in tempore. Cum autem fuisset oratio paulò prolixior in redditione, fuit nonnihil obscura. Redditio autem huius, Quoniam aũt tempus est mensura motus & eius quod est moueri. est illud Esse in tēpore & motum & alia, quòd metiatur tempus eorum essentiam. Coniunctio autem, Et, in illo, Et hoc est, nō est, vtputo, superuacanea, vt putauit Alexander, coniungens cum ijs quæ proximè dicta sunt. Fortasse aũt etiam, vt approbat Alexander, redditio est ab eo, CLARVM est autē quòd alijs quoq; hoc est} eo, ALIIS, cum motu sumpto, pro eo quod est Omnibus. Per medium enim motum confirmat, omnibus hoc esse ꝙ sint in tempore, ꝙ tempus esse eorum metiatur. Idq; meritò. vniuscuiusque enim esse, est actio & motus eius quod est. Sic ergo dixit, Quoniam tempus est mensura motus: & motui & alijs per eorum motum id est esse in tempore, ꝙ tempus esse eorum metiatur. Ostendit aũt quomodo motus sit in tēpore, hoc modo. TEMPVS motum metitur.} Metiri autem motum, qui nō est simul, sed id quod est habet in eo ꝙ fiat, propriè idē est eius esse cum eo quod est metiri. hoc est, quatenus est motus. metitur enim motus etiā per spatium in quo est motus, quā do dicimus esse motũ stadij. sed hoc habet mēsuram per accidens, & non quatenus motus. tanq̃ enim manēte eo quod est prius, ita habet hæc, mensura: vt autē motus, & vt qui esse habet in eo ꝙ fiat, mensurā habet tp̄s quo fit.

Esse in tpe q̃ro dicatur motus.

A hoc est enim eius esse mensura, qui habet esse in eo quod est fieri. Et ecce nunc apertè, vtputo, tradidit Aristoteles, q̃ro tempus sit mēsura motus. nempe per eius essentiæ extensionē, per quam vel maximè consistit. in motu enim, vt dicit Alexāder, idē est esse, & esse motum. quēadmodum & in de alijs quæ esse habēt in eo ꝙ fiant. & ideo idem est metiri motum, & esse motum. Clarum est aũt aliud esse, hoc esse, ab illo quod solēt dicere Peripatetici, & quod formā significat. hoc enim significat substantiæ extēsionem, & tanq̃ eius quod est operationē. q̃m ergo substātia motus est extensa operatio: est enim perficiens actus eius quod est mobile: meritò idē est motus & esse motum. Quāobrem ipse quoq; cum dixisset tempus esse mēsuram motus, subiunxit. Et eius quod est moueri. nō hoc tanq̃ aliud adijciens, sed motũ actum esse ostendēs, & tēpus esse mensuram actus. Quòd autē tempus motum metiatur & eius essentiā ostendit ex eo ꝙ quicunq; sumptus fuerit, tpe definiatur. futurus enim nōdum est.

Tēpus mensura motus p̄ eius essentię extensionem.

B quāobrem nec est definitus. Quemadmodum enim qui dicit tēpus, metiri esse hominis, hoc dicit, ꝙ quot annis viuit homo tot tempus definit & metitur: ita etiā in motu, qui dicit tēpus, metiri esse motus, nihil aliud dicit q̃ tempus metiri totum interuallum quo est motus. Et in alijs quidem quæ non habēt esse in eo ꝙ fiant, sed in substantia sunt tota, vt in homine: esse quidem hominis, hoc est spatium eius substantię, dimetitur tempus: ipsum aũt hominem, hoc est spatium hominis, vel cubitus vel tale quid, metitur. In motu aũt, & esse motus & motum ip̄m metitur tempus. in motu enim concurrit & esse motus, quod metiri potest tempus, & motus ipse. Si hæc autē vera sunt: quidnam fuerit motus quod metitur magnitudo, siquidem non solùm motu metimur magnitudinem, sed etiā motum magnitudine, vt dictum est? Num eius scilicet distantiā, quæ subiecto idem est cum eius esse extensione: est enim actus & non remanet: vt manentē quidem distantiam propter relationē quę est ad magnitudi-

Magnitudo quidnam ex motu metiatur.

C nem metitur magnitudo. Stadij enim motum dicimus: vt essentię autem extensionem, tempus. Quoniam autē hæc subiecto idem sunt, meritò dictum est idem esse motum & motum esse. Cùm autem dixisset tempus esse mensuram motus, adijcit q̃ro eum dimetitur. quicquid enim venit in dimēsionem, id pars propria metitur. quæ enim totum dimetitur, pars est, quod est ex tot mēsuris quod ea id metitur. ergo etiam motus, si motus dimetitur. est enim motus pars motus. & quoduis continuum in partes licet æquales finitas diuidere. Quomodo ergo dicitur tempus metiri motum? Motus, inquit, partem definit tp̄s, quod totum motum metitur. Id aũt definit, Nunc, quod est prius & posterius. Et simil'r tp̄s motum metitur, sicut ēt cubitus magnitudinem, cùm nō sit pars eius, sed eo ꝙ definiat aliquā eius partē. quæ pars toties sumpta totum metitur. Q̃m ergo motus á tpe definitus, vtputa vnius horę, totum motũ dimetitur, ideo dicitur tp̄s metiri motum. Cùm ergo ostendisset, motui hoc es-

Tēpus q̃ro dicatur metiri motum.

D se ipsum esse in tpe, idem est aũt dicere, esse eius, tempus eum metiri: ab eo transit etiā ad alia quæ dicuntur in tēpore. Quasi diceret, Si motui hoc est esse in tempore, ꝙ tempus eius esse metitur: alijs quoq; erit hoc esse in tempore, ꝙ eorum esse tempus dimetiatur: quoniam esse eorum est operatio & motus eius quod est ipsorum. Atqui primum. ergo etiam secundum. Non itidem autē dixit etiam in alijs, ea tempus & esse eorum dimetiri. quoniā in motu quidem idem est motus, & esse motum: in alijs autem quæ dicuntur in tempore, nō itidem. sed spatium quidem quod est in eorum essentia, in eo ꝙ fiāt, quod sit habet: ipsa autem non item. Sunt ergo in tempore, quoniam eorum quoq; essentiam tempus metitur. Ex his autem, vt sentio, exoritur dubitatio, primùm quidem si tempus est numerus et mensura motus, quomodo tēpus aliquid aliud metitur præter motum, & quomodo id est in tempore, vt dicat ꝙ etiā alijs hoc est esse in tempore?

Esse in tpe q̃ro dicātur res esse.

Tēpus quomodo metiatur alia præter motum.

Motus enim sunt alia. sed nõ esse motum, necꝙ ea tẽpus metitur, siquidem tempus est mẽsura motus. Secundò autem, hic homo, & hic equus, & vnũquodꝙ aliorum, quæ non quod sunt habent in eo ꝙ fiant, si modo id dici potest in ijs quæ sunt in generatione, quomodo fuerint in tempore? siquidem tempus esse habet in eo quod fiat, & necesse est simul ponere cum tempore id quod in tempore dicitur. Et ad primam quidẽ dubitationem fortasse dicẽdum est, ꝙ cùm maximè verba faciat de motu qui est per locum, vt significat cùm dicit magnitudinẽ metiri motum, & eum esse multum si sit multũ viæ: dicit cæteras alias species motus & mutationis, augmẽtum, alterationem, generationem. Melius est aũt fortasse dicere, ꝙ motus quidẽ est actus, & in eo ꝙ fiat quod sit habet, et idem est motus. & motus essentia est principaliter in tẽpore, & eum tempus metitur: Alia aũt quæcunꝙ dicuntur in tpe, quẽadmodum homo vel equus, ipsa quoꝙ ex suo motu substantiali: quod quidem significat operatio substãtię, & quod est eius quod est, & operatio nõ perfecta, neꝙ stans, sed quæ in eo ꝙ fiat habet quod sit: ea ratione sunt in tempore cõposita ex ortu & interitu. Alia ergo præter motum, ijs sumptis quæ sunt in tẽpore substantijs, ijsꝙ ex suo ipsorum motu, qui est eius quod est esse extẽsio, dicit esse in tpe. Quare quæ sunt propriè, & nõ habent quod sunt in eo quod fiant, quæ æterna vocãt & Plato & Aristoteles, non sunt in tpe, sed in æuo quod manet in vno. Et si hæc vera sunt, solutum quoꝙ est secundum dubiũ. Quæ sunt enim factæ ac genitæ substantiæ, dicuntur temporales & esse in tempore, propter suũ ipsorũ essentię fluxum & extensionem. nã eę quoꝙ tãdiu esse dicuntur, quãdiu esse eorum extẽditur. Et sic tp̃s est mẽsura fluxus & extensionis q̃ est in eo quod est esse. Et hęc sunt vt mihi videt̃, philosophica de tpe cogitata, quę intelligẽter & valde appositè tradita sunt ab Aristotele.

In æuo esse quænam dicantur.

Esse enim in tempore est duorum alterum, vnum quidem, tunc esse qñ est tempus: Vnum autem, vt quẽadmodum dicimus nõnulla esse in numero. Hoc autẽ significat vel partem numeri, & affectionẽ, & omnino numeri esse aliquid, vel esse ipsius numerum. Quoniam autẽ numerus est tẽpus, Nunc, quidem &, Prius, & quæcunꝙ sunt eiusmodi, ita sunt in tempore, vt in numero vnitas, & par & impar. hæc enim sunt aliquid numeri, illa verò temporis. Res autem vt in numero, tẽpore sunt aliquid. Quod si ita est, comprehẽduntur à numero, sicut etiam
CXVI quæ in loco sunt à loco. Clarum est aũt etiam ꝙ non sit esse in tempore, esse qñ est tempus. quẽadmodum nec in motu esse, nec in loco, qñ est motus & locus. Si enim sic erit quod est in aliquo, erunt res omnes in quolibet & cœlum erit in grano milij. quando enim est milium, est etiã cœlum. Sed hoc quidem accidit, illud autẽ sequatur necesse est: vt & ei quod est in tempore sit tempus aliquod, quando illud quoꝙ est,
CXVII & ei quod est in motu, sit tũc motus. Quoniã autẽ est vt in numero id quod est in tempore, sumetur aliquid amplius temporis, cùm sit vniuersum in tempore. Quamobrem necesse est omnia quæ sunt in tempore, cõtineri à tempore. quemadmodum etiam alia quæ sunt in aliquo. vtputa ea quæ sunt in loco à loco.

CXVIII Postq̃ dixit motum esse in tpe, vtpote ꝙ tp̃s eum dimetiat̃, significata eius quod est in tpe deinceps enume-

Eius quod ẽ

E rat, vt planum fiat q̃uo ea quidem quæ sunt tp̃alia sint in tpe, quemadmodum, Nunc, &, Prius, &, Posterius, & quæ sunt hmõi, q̃uo autem res alię. Duo enim significat illud, In tpe. Vnum q̃dem tunc esse qñ est tempus: vnũ aũt sicut dicimus esse in numero. Id aũt est duplex. Aut enĩ sic in numero, ꝙ sit pars vel affectio numeri: vt duo & impar: illud q̃dem pars, hoc verò affectio: vel ꝙ est eorum numerus, & numerat̃, quẽadmodum decẽ equi & decẽ boues in numero. Qm̃ ergo tp̃s est numerus, quẽadmodum se habent quæ sunt in numero, ita ẽt quæ sunt in tpe. Quare, Nunc, quidem, & Prius, sic sunt in tpe, vt in numero monadico vnitas & impar. hęc enim sunt numeri partes vel accidentia: illa verò tpis. Motus autẽ & alia quæ nõ sunt tpis partes, vel affectiones, ita sunt in tpe, vt decem hoĩes in numero, ꝙ ab ipso numerentur. Quẽadmodum ergo eorũ quæ sic dicunt̃ in numero, semper est aliquis maior numerus: ita ẽt eorum quæ sic sunt in tpe, semper est aliquod maius tp̃s. est enim tp̃s aliquis nume-

esse in numero significata.

Esse in numero q̃uo dicatur aliquid.

F rus. Quod si ita est, ea quę sunt in tpe, à tpe continentur, & quæ sunt in loco, à loco cõtinentur: & in summa quęcunꝙ sunt in aliquo, tanq̃ quod cõtineat. Vide autem q̃uo Aristoteles excogitauit in quonam cõueniat tẽpori cum loco & numero, ante eos qui id postea ediderunt. Hoc aũt est magis propriũ significatum eius quod est in tpe. dicere enim esse in tempore, esse qñ est tempus, dicitur minus propriè in tpe. ita enim dicatur ẽt in motu esse immobile, si est qñ est motus. Quid autẽ refert an hoc dicas, an verò cœlũ esse in grano milij, et in summa quodlibet in quolibet, & quod maximũ est in minimo, siquidem. qñ est cœlum, est etiam milium. Sed multis quidẽ vt simul sint accidit, quod significat illud QVANDO & TVNC: Esse aũt alterum in altero, est alterum cõprehendi ab altero. Et ijs quidẽ sequitur ẽt vt sint simul, sed non qm̃ simul, ideo sunt alterũ in altero: sed quia sunt alterũ in altero, ideo simul sunt: & quia ambo sunt in eodẽ tpe. Quę aũt non sunt in tpe, etiam si sit tp̃s, non dici possunt

Tẽpus quã habeat cõuenientiã cum loco & numero.

Esse alterũ in altero & simul esse differunt.

G esse simul, qm̃ simul sunt quæ sunt in eodem tpe. Sed nec illud, Quãdo & Tunc, si dicant̃, eis conueniunt. Postq̃ aũt ostendit ꝙ quæ propriè dicuntur in tpe, ita dicuntur vt quę à tpe continentur, quẽadmodum etiã ea quę sunt in numero à numero, tradit signum aliquod eorũ quæ sic sunt in tpe, & simul cãm cur sic dicant̃. Eorum enim quę sunt propriè in tpe, eorum essentiæ semper potest maius tp̃s accipi. ita enim erunt ea quæ à tẽpore cõtinentur, & propriè in tempore dicuntur, sicut in loco & in numero. Qua de causa, inquit Alexander, non sunt ęterna in tpe. non cõprehendit enim tẽpus eorum essentiã. Et si æterna quidem dicit ea quę sunt in æuo perpetua, sicut Plato quoꝙ notauit in Timęo, dicens de exẽplari: Fuit ergo natura aĩalis ęterna: rectè dixerit: Æternum enim nõ est in tpe, nec continetur à tpe: Sin dicit æternum id quod cõsistit omni tpe, non est verũ id non esse in tpe, si solum fuerit positum habere essentiã vt in tpe. Talia aũt sunt quæ quod sunt habent in eo ꝙ fiant, & non tota simul consi-

Æterna quæ nõ sint in tempore.

H stunt, sicut æterna. Hanc autem scripturam Alexander quoꝙ suo testimonio cõprobat, dicens. Motus aũt qui est æternus est in tpe, qm̃ non consistit, nec manet idem numero, sed habet id quod est in eo quod fiat. Cùm ergo semper fiat, & sit alius & alius, sic est in tempore. Si ergo alia quoꝙ quæ sunt in generatione, per motum sunt in tpe: nempe per id quod sunt: si fuerint aliqua quæ id quod sunt habẽt quod minimè deficit, cõsistens in eo ꝙ fiant, vt q̃ vel per operationem, uel per qualitatẽ, vel per locum mutẽtur, nihil vetat quominus ea sint in tpe. Sed ei quidẽ quod est esse in numero, per oĩa simile est esse in tempore. quoniam tempus quoꝙ est numerus. Etenim eorum quæ sunt in numero potest sumi maior numerus. quoniam quicquid est numeratum est in numero finito. cuiusuis autẽ finiti numeri potest sumi maior numerus. quoniam numerus augetur in infinitum, quemadmodũ in infinitum minuitur magnitudo. Eorum aũt quæ sunt

Motus æternus est in tempore.

Esse in tempore simile est ei quod est esse in tpe.

Quoniam numero pōt sumi maior numerus.

in loco

in loco non poteſt ſemper accipi maior locus. Si enim locus eſt finis eius quod cõtinet, vel recta eorum quæ ſunt diſcreta poſitura, vná cum loco circunſcriptus eſt locus: Sin locus eſt ſpatium, ſingularia quidẽ corpora quæ ſunt in loco, habent ſemp aliquem locũ exuperantẽ, in quem ſæpe etiã tranſmeant: Totum aũt non habet vtiq; maiorem locum. Totum enim cõprehendit totum. Quare in quouis loci ſignificato verũ eſt dicere, nõ poſſe omni loco maiorem locum accipi, quẽadmodum quouis tpe & quouis numero. Loci autem exemplo vſus eſt ſolũ, ad oſtẽdendum q quæ ſunt in tpe, à tempore continentur, quẽadmodum quæ in loco ſunt, à loco. Totam aũt orationem ſic collegit Alexander. Quæ ſunt in tpe, ſunt in numero. Eorum quæ ſunt in numero eſt numerus. Eorũ ergo quę ſunt in tpe eſt numerus. Quorum aũt eſt numerus, eorum eſt maior numerus: eſt enim finitorum numerus: Cuiuſuis aũt finiti poteſt numerus maior ſumi. Eorũ ergo quæ ſunt in tpe maior eſt numerus in tempore.

Quouis loco nõ poteſt maior locus ſumi.

B Porrò autem in aliquo affici, eſt à tpe. ſicut ẽt ſolemus dicere tp̃s conſumere, & oĩa præ tpe cõſeneſcere, & obliuiſci ꝓpter tp̃s. ſed nõ didiciſſe, neq; iuuenile neq; pulchrũ euaſiſſe. interitus enim ꝑ ſe eſt magis cã tempus. Eſt enim numerus motus. Motus aũt id quod eſt dimouet.

CXIX Poſtq; oſtẽdit id quod eſt in tpe contineri à tpe, & ita cõtineri vt ẽt ante ipm ſit tp̃s: poſt hoc deinceps adijcit, q ẽt quę ſunt in tpe afficiunť à tpe. Solemus enim dicere tp̃s conſumere, & oĩa præ tpe conſeneſcere. & obliuiſci propter tp̃s. quę ſubſtantiã & vitam & cognitionẽ perimunt. Neq; enim ſimilr dicimus, didiciſſe, neq; iuuenile nec pulchrũ euaſiſſe propter tp̃s. qm̃ tempus videť eſſe magis cã interitus, cùm ſit numerus motus. Motus autẽ eſt eius quod eſt dimotio ac mutatio. Quare meritò tp̃s quod eſt motus aliqd, id quod in ipſo eſt dimouet ab eo quod eſt eſſe, & facit vt mutetur, cùm ſit numerus mutationis & dimotionis vniuſcuiuſq; eorũ quæ in ipſo ſunt. Cautè aũt adiecit illud MAGIS, illt, INTERITVS enim per ſe eſt cã tempus } & qm̃ neq; ip ſit videť abſolutè & ꝑ ſe tp̃s eſſe cã patiendi, ſed quatenus ineſt oĩbus quæ ſunt in tpe vt patiãtur. Clarum eſt aũt q non ſolũ interitus, ſed generationis etiã & productionis videť eſſe cã ei qui dixit, Longum tp̃s & innumerabile oĩa quę ſunt obſcurã & ignota ꝓducit: & occultat ea quæ viſa ſunt. neq; ſolius obliuionis, ſed ẽt diſciplinę. Licet enim eũ audire dicentem, Tempus me facit ſcire aliqd. Simonides aũt prudentiſſimũ eſſe ac doctiſſimum tpi attribuit. per id enim dixit oẽs inuenire & diſcere. Euenus aũt fecit ex vtriſq;, doctiſſimum tp̃s idemq; indoctiſſimum. Porrò aũt ipſe quoq; Ariſtoteles dixit in tertio libro motũ duplicem, vnũ quidem à forma in priuationẽ, alterum verò à priuatione in formã: Dimouet ergo nõ ſolùm à forma ſed etiã à ꝓpriuatione. Propterea aũt eſt magis cã interitus, q ea quidẽ quæ fiunt, etiam ſi videantur fieri in tpe, non tñ à tpe. qm̃ clarum eſt cãm efficientẽ eſſe aliã à tpe, ſicut ędificatorem, domus. Quę aũt intereunt, non ſolũ videntur interire in tpe, ſed ẽt à tempore. qñ nulla alia apparet cã cur domus intereat. Similiter aũt pręceptor quidẽ efficit vt diſcamus: Ad obliuionem aũt tp̃s videtur ſufficere.

In tẽpore q̃ ſunt, à tẽpore afficiunť.

Tẽpus cauſa interitus & generationis.

Tp̃s prudẽtiſſimũ vt ait Simonides.

Tp̃s doctiſſimũ & indoctiſſimũ Euenus.

Tempus eſt magis cauſa interitus.

C

D

Quare clarum eſt q quæ ſemper ſunt, quatenus ſemp ſunt, non ſunt in tpe. non enim continentur à tpe. neq; tempus eſſe eorum dimetiť. Huius autẽ ſignum eſt quòd à tempore minimè afficiuntur, vt quæ non ſint in tempore.

CXX Poſtq; oſtendit ea eſſe in tpe, quorũ poteſt maius tp̃s ſumi, & ea quæ ſunt in tpe, affici à tpe: colligit ex ijs quæ dicta ſunt veluti quoddã corollarium, q quę ſemp ſunt, quatenus ſemp ſunt, nõ ſunt in tpe. neq;.n. continẽtur à tpe, vt eſſe eorũ poſſit maius tp̃s ſumi: neq; à tpe vllo mo

Sempiterna non ſunt in tempore.

A do afficiunť. Illud autẽ, QVATENVS ſemp ſunt } adiecit, qm̃ eorũ eſt eſſentia quæ tpi adęquať: motus aũt eorũ & mutationes ſunt in tpe, q vniuſcuiuſq; eorũ liceat maius ſumere. Quid igiť motus æternus (oſtendeť enim circularẽ motum eſſe æternũ) eſtne in tpe an non? Si enim non in tpe, non eſt tp̃s numerus cuiuſuis motus: Sin eſt in tpe: quõ eſt hoc in tpe, quod tp̃s non exuperat? Num q eſt ſemper alius & alius, & nunq̃ eſt idẽ numero, ideò põt eius maius tp̃s accipi. Themiſtius aũt, Etſi, inquit, motũ non ſuperet tp̃s, nec ſit eum cõprehendat: quia eſt ſunt inter ſe coniuncta, & ſimul extenduntť, & ſimul alterãtur, & alterũ alterius indiget: ideo eſt motus in tpe. fortaſſe aũt dixerit quiſpiã, q hæc qdem de eã tp̃s quoq; erit in motu. Quæ aũt dicunť æterna eſſentia, quę ſemp quidẽ ſimul tota ſunt, cuiuſmodi ſunt ea quæ ꝑcipi poſſunt intelligentia, & q̃ verè ſunt, & habent ſemper totã ſimul operationẽ, ſunt ẽt tpe ſuperiora, vtpote q̃ ſolũ æuum dimetiať. Cœleſtis aũt ſubſtantia, q in ſubſtantia qdem ſit

Motus æternus, nẽpe circularis ſitne in tempore.

Æterna ſunt tpe ſuꝑiora.

B immutabilis, clarũ eſt. Si itaq; nullã ſuſtinet alterationẽ, nullũ ſcilicet habens motum nec extẽſionem in eo q ſit, erit ipſa quoq; ſupra tp̃s: eorum enim quę fiunt, non eorũ quæ ſunt eſt mẽſura tp̃s: Si eſt aũt aliqua, quę eis datur à ſe inuicẽ perfectio, ex varijs figuris, quẽadmodum in Luna apertè videmus fieri, & fit ipſe alijs alius & ꝑficit ſubſtantiã: ex his ſcilicet tp̃s eum metietur. Quod enim fuit ortus gñationisq; particeps, oportet oĩno aliqd habeat quod fiat & intereat. ſed nõ neceſſe eſt in ſubſtãtia. Ariſtoteli aũt & eius ſectatoribus, q̃ ex euidẽtibus ſemp philoſophanť, placet cœleſtium qdem ſubſtãtiam & ingenitam eſſe & ſup tp̃s, motus aũt cadere ſub tp̃s. Nunquid aũt melius eſt dicere, q extremorũ quidem, vtpote eorũ quidem quę ſunt omni ex parte immobilia, & eorũ quæ oĩno mutantur: illorũ quidẽ æuum, horum verò ſit mẽſura tp̃s? Mediorum aũt, vtpote aĩę & corporum æternorum, ſunt q̃dam aliæ mediæ menſuræ, q̃ carent noĩbus.

Cœleſtis ſubſtãtia partim eſt tpe ſuperior, partim eſt in tpe.

Aĩæ & corporũ ęternorũ aliæ ſunt menſurę prẹter tempus.

CXVIII

Quandoquidem aũt eſt tp̃s menſura motus, C eſt ẽt quietis menſura ꝑ accidens. eſt.n. quæuis quies in tpe. non.n. quẽadmodum id quod eſt in motu neceſſe eſt moueri, ita ẽt quod in tpe. non eſt eni tp̃s motus, ſed numerus motus. in numero aũt motus contingit ẽt eſſe id qđ quieſcit. non.n. quicqd eſt mobile quieſcit, ſed quod eſt motu priuatũ. ei autẽ eſt à natura inſitum vt moueať, quẽadmodum dictum eſt in ijs q̃ pręcedunt. Eſſe aũt in numero, eſt eſſe aliquem rei numerũ. & numerũ in quo eſt, eius eſſe metiri. quare ſi in tpe, ſub tpe. Metietur autẽ tempus id qđ moueť & quod quieſcit. quatenus hoc quidem moueť, illud verò quieſcit. eorũ enim motum metieť & quietem quãta ſit. Quare id qđ CXIX D mouetur tp̃s non metieť abſolutè, quatenus eſt aliqd q̃tum, ſed quatenus eſt eius motus q̃tus.

Poſtq; dixit tempus eſſe menſurã motus, meritò adijcit quietis quoq; mẽſuram eſſe tẽpus, & ea de cauſa q ſit menſura motus. Subcontinuatiua enim coniunctio, quãdoquidẽ, hoc ſignificat. Si enim quies eſt priuatio motus: eadem aũt iudicant & metiũtur habitus & priuationes; quẽadmodum lucẽ & tenebras viſus: & vocẽ & ſilentiũ auditus: & rectum & curuũ regula: meritò id quod motum metitur, eius quoq; metieť priuationẽ, nempe quietem. eam aũt per accidens. Motum enim per ſe metitur tempus. in eo enim eſt eius ſubſtãtia. per accidens autem metitur etiã quietem, & per eam quæ eſt ad motum relationẽ. metitur enim quãtum eius non motum eſt, vt ipſe quoq; dicet. eſt enim aliquod tẽpus quo quieſcit id quod quieſcit, quo põt maius accipi. illa enim dicunť quieſcere, qbus etiã inſitum eſt natura vt moueanť. Et Alexan

CXXI

Tempus eſt mẽſurã quietis.

Tempus eſt mẽſurã quietis per accidens.

der quidem dicit tp̄s numerũ quietis, qm̄ motui accidit E
priuatio motus, cuius tp̄s per se est numer⁹. Themistius
autē, q metiatur alium motũ. est enim nox mensura qui
dem per se motus Solis qui est sub terra: per accidens aũt
etiã quietis aĩalium. Dici autē possit fortasse etiã aliter.
Quia enim oĩs quies est inter duos motus, quos p se me-
titur: & est prius quidē Nunc, quod est finis prioris mo-
tus, posterius aũt principiũ secundi: spatium quod inter-
cedit fuerit tp̄s, quod per accidens metitur spatium quie
tis quæ intercedit, qm̄ accidit quietē esse inter duos mo-
tus. Sed quo tempus quod suã in eo habet substãtiam
q sit numerus & mẽsura motus, metitur ēt quietem quę
est priuatio motus? erit enim quies quoq; motus, siquidē
id quod tp̄s metiť est motus. Hanc itaq; soluēs obiectio
nem, dicit, Non necesse est ut id quod est in tpe, moueať.
non est enĩ tp̄s motus, sed numerus motus & aliquod ac
cidens. Non si qd est aũt in subiecto, iam est ēt in illo cui
accidit. non enĩ si qd est in die, iam est ēt in motu Solis. si
qdem dies est tm̄ tp̄s, tanti Solis motus numerus. Quare F
nõ necesse est vt quies moueať, etiã si in numero motus,
nempe tpe, esse non sit, phibita. dicimus enĩ ęgrotum tã-
Regula iudicat incurua p accidens.
to tpe quieuisse. nam ēt regula, q̃ est per se iudex rectorũ,
iudicat ēt incurua per accidens. Postq̃ aũt dicit id quod
quiescit esse in tpe, dicit quidnã sit id quod quiescit: nem
pe q nõ sit quies quicqd est immobile. si enim hoc ita es-
set: nõ esset cuiusuis quietis mensura tp̄s. non enim esset
ēt æternę imobilitatis: qm̄ eius esse non cõprehendit. sed
Quiescere q̃ dicantur.
ea sunt, vt dictum est, quiescẽtia, quę, cùm eis sit ingene-
ratũ à natura vt moueanť, motu priuata sunt. cui aũt à na
tura ingeneratũ est vt moueať, id ęternam nõ habet im-
Quiescentia sunt in tpe.
mobilitatē. Deinde adiicit ēt quid illud sit, IN TEMPO-
RE. nempe q quēadmodum Esse in numero, est esse ali-
quē rei numerũ, & numerum in q̃ ea est, metiri eius esse:
ita ēt esse in tpe, est tp̄s, eius esse metiri. Quibus adiicit,
Tempus metitur id quod quiescit, quatenus quiescit, sed non subiectum.
tp̄s quoq; id quod quiescit, quatenus quiescit, esse mẽsu-
rum, quēadmodum ēt id quod moueť, quatenus moueť.
Sed non metiť subiectum, sed motũ eorum & quietem. G
Quare, inquit Alexãder, æternorũ ēt motus metieť tp̄s,
sed non substãtias eorum q̃ mouenť. Cùm aũt nõnulli
ex iis q̃ dicta sunt dicerēt esse mancã eam quæ est tradita
tpis definitionē: Oportebat enĩ, inquiunt, definire id nõ
solũ esse numerũ motus, verũetiam quietis: repr̄hendens
» Alexãder, Perinde, inquit, ac idē valeat numerus mot⁹,
» quod mẽsura motus, ita audiunt illud, Numerus motus.
Tẽporis definitioni cur non addatur quietis.
Quocirca qñ quidē est ēt mensura quietis, nõ motus tm̄,
eã quoq; volunt adiici definitioni. Sed nõ est idē. non. n.
tp̄s quod sit habet in eo q motũ metiatur. sed hoc qdē ei
» accidit: eius aũt esse & substantia in eo est, q numereť id
» quod est in motu prius & posterius, q̃tenus prius & po-
» sterius, quod nõ est in quiete. non. n. ea quoq; q sit habet
» in trãsitu ab aliq̃ priori ad aliqd secũdum & post ipm, si-
» cut motus. Id aũt apertè significauit, dicens, In numero
» aũt motus cõtingit ēt esse id quod qescit. } Esse aũt in nu
mero, est esse aliquē rei numerũ. Hęc cũ dicat Alexan-
der, mihi venit in mentē mirari, quo dicit quietē non ha H
bere id quod est prius & posterius sicut motum. Si. n. nõ
haberet, sed cõiunctum esset prius, Nunc, cũ posteriori,
nõ esset in quiete cogitatio tpis, quēadmodũ nec in mo-
Quies habet prius & posterius.
tu. Si est aũt prius & posterius, & ab illo ad hoc trãsitus,
& priori intereunte succedit posterius: quo non habet id
quod est in eo q fiat, & quies & motus quispiam ēt in ea
Motus duplex, unus q quieti opponiť, alter, extensio essentiæ quietis.
esse videbiť? Num ergo duplex est motus, vnus qdē qui
quieti opponiť: alter verò q ipse quoq; est essentię qetis
extẽsio. Quēadmodũ. n. in aliis ēt oĩbus quę sunt in gña-
tione, essentię fluxũ prius esse vocauimus: quietis quoq;
eē est in fluxu & extẽsione. Quocirca Aristoteles quoq;,
etsi in principio dixisset tp̄s quietem metiri per accidēs,
pgressus tñ dicit, Metietur aũt tp̄s id quod moueť & id
quod quiescit. illud qdē, quatenus moueť. hoc verò, qua
tenus quiescit. Motum. n. eorũ & quietem quãta sit, hoc
est, vtriusq; extẽsionē metietur q̃ est in eo q sint, hoc est

E gñationē ac fluxũ. Et nunqd ppterea dixit per accidēs
tp̄s metiri quietē, q non vt quies absolutè: sed p eius esse
quod sit, sicut motus & aliæ spēs: ea rõne est in tpe? Sed
qm̄ in motu idē est motus & essentia motus, meritò mo-
tui per se videť inesse tp̄s. Quòd aũt dicit quietē motus
priuationem, nõ vt incuruũ recti, & in summa ea q̃ sunt
pter naturam, eorum quę s̄m naturã: sed vt absentiã eius
quod est natura insitũ, q̃ est ipsa quoq; s̄m naturã: clarum
est, siquidē naturã definiens, dixit eã per se non solũ esse
principiũ & cãm motus, sed ēt quietis. quietis. n. natura
Status & quies differunt.
cã est. Propterea aũt fortasse eam nõ appellauit statum,
q velit statum, pprio vocare nole, in quē & ex quo mu-
tatur motus. Etenim ea ēt quę semper manent immobi-
lia, vt poli & axis vniuersi, dicunť quidem stare, non aũt
quiescere, q quiescere iis conueniat quæ aliqñ moueń.

Quare quæcunq; neq; mouentur nec quie-
scunt, non sunt in tempore. in tempore enim
esse est, quòd tempus metiatur. Tempus autē
F est motus & quietis mensura.

Cùm prius dixisset quænam sunt in tpe, q ea scilicet CXXII
In tpe quæ non sunt.
quæ mouentur & quiescunt, & quæ aliqñ quidem sunt,
aliqñ verò nõ sunt, quę etiã superat tempus: in his osten-
dit quænam non sunt in tpe, nempe q quæ neq; moueń
nec quiescunt, non sunt in tpe. & deinde nec id quod est
oĩno, nec quod est æternum: sed illa quorum est ortus &
interitus. Quòd aũt quæ neq; mouentur nec quiescunt
Immobilia non sunt in tempore.
non sunt in tpe, sic probat. Si tempus est mẽsura motus
& quietis, quæ neq; mouẽtur nec quiescunt, ea non sunt
in tpe. Nec mouẽtur autem nec quiescunt quæ sunt sua
ipsorum natura immobilia. Et ea scilicet quæ sunt omnĩ
motu immobilia. Et syllogismus quidem est in secũda
figura hmõi. Ea quæ sunt in tpe, tempus metitur. Quæ
neq; mouẽtur nec quiescunt, tẽpus non metitur. Et con-
clusio. Quæ neq; moueń nec quiescunt non sunt in tpe.
Eorum aũt maiorem quidē posuit propositionē per hoc,
G IN tpe enim esse est q tẽpus metiatur. } Minorem autē
quę dicit, Ea quę neq; moueń nec quiescunt tempus nõ
metitur, eam quidē non posuit. sed eam quę ipsam cõfir-
mat quę dicit, TEMPVS aũt est mensura motus & quie
tis. } In quo subaudiendum est, Solũmodo, vt quod iam
sit demonstratum. Si aũt horum tantùm, verum est scili-
cet, q id quod neq; moueť nec quiescit tp̄s non metitur:
Quoniam aũt eorum quæ sunt, alia quidē sunt immobi-
lia, alia verò semp mobilia, alia aũt quæ aliqñ quiescunt,
aliqñ mouentur: ea scilicet quę sunt quidem oĩno immo
bilia, nõ sunt in tpe: quæ aũt semper & quę aliqñ mouen
tur & quiescunt, sunt in tpe. Quę aũt neq; ęternum, neq;
aliqñ mouentur, ea nõ sunt in tpe. Clarum est aũt q quę
aliqñ mouẽtur, ea sunt quę etiam aliqñ quiescunt. Sed
quo est tempus mensura motus & quietis? Qui enim di
cunt esse per se mensurã motus, quietis aũt vt quæ sit pri
uatio motus, meritò eorum solùm dicunt esse mẽsuram.
Qui aũt solius quidem motus dicunt tempus esse mensu
H ram, quietis autē, quatenus eius quoq; esse in fluxu cõsi-
derať, videlicet non solius quietis, sed ēt aliorum oĩum
quæ sunt in generatione, vt ipse dixit, est mensura tp̄s in
eo q sunt. Motus enim per fluxũ eius quod est esse men
sura, est propriè tẽpus. qui est proprius generationis. sed
fortasse quandoquidē quæcunq; sunt in generatione, vel
moueń, vel quiescunt, verũ est dicere ea sola esse in tpe.

Clarum est aũt q neq; quicquid non est, erit CXX
in tpe. quēadmodum quęcunq; non contingit
aliter. quēadmodum diametrum lateri symme
tria conuenire. In summa enim si tp̄s est per se
mẽsura motus, aliorum aũt per accidens: clarũ
est q quorum esse metitur, iis oĩbus erit esse in
eo q quiescant vel moueãtur. Quæcunq; ergo
interire possunt & gigni seu fieri, & in summa
aliqñ

aliqñ quidem sunt, aliqñ non, ea sint in tpe necesse est: est enim aliquod maius tp̄s, quod esse eorum & eius quod metitur superabir substantiam: Eorum aũt quæ nõ sunt, quæcunq; tẽpus quidẽ continet, alia quidẽ fuerunt, vt fuit aliqñ Homerus: alia aũt erunt vt futurorum aliquid: vtrauis cõtinet: & si ambo, vtraq; & erunt & futura sunt. Quęcunq; aũt non cõtinet, nullo modo sunt, nec erunt, nec futura sunt. Erunt aũt ex ijs quę nõ sunt ea eiusmodi, quorũ ea quæ sunt opposita semper sunt, quẽadmodum diametrũ symmetria non conuenire. semp est & non erit hoc in tẽpore. Neq; ergo symmetria cõuenire. Quocirca semper non est. quia est contrarium ei quod semper est. Quorum autẽ contrarium non est semper, ea possunt & esse & non: & est eorum ortus & interitus.

CXXIII Pergit adhuc explicare quęnã sunt in tpe vel nõ sunt, & nunc ostendit q̄ neq; quod nõ est oĩno est in tpe, neq; quę sunt æterna, neq; in summa quæ tp̄s non superat: sed illa sola quorũ est ortus & interitus. Per hæc aũt apertius exponit suam de tpe sententiam. Dicit aũt q̄ nec omnia quę nõ sunt, sunt in tpe, sed aliqua. Eorum enim quæ nõ sunt, alia quidẽ pręterierunt, vt poeta Homerus. alia aũt manent, vt eclipsis. alia verò & pręterierunt & manent, vt bellum & eclipsis. & hæc quidẽ ostendentur esse oĩa in tpe. Sunt aũt quædam eorum quæ non sunt, quæ esse non contingit. quẽadmodum diametrum lateri symmetria conuenire, oĩno non contingit. hæc ergo non sunt in tpe. & causam adijcit, Quoniam enim tp̄s est per se quidem mẽsura motus, aliorum verò per accidens} alia aũt dicit & ipsam quietẽ, & quæ ipsa mouẽtur & quiescunt, Quorum quietem quidem ipsam quoq; metitur tp̄s, metiens, inquit Alexander, quantum non motum est eius quod quiescit, & vt puto, ipsius quoque quietis essentiæ extensionẽ. Et ideo dicit per accidens, qm̄ per eam quæ fit ad motum relationem. Quę autẽ subiecta sunt motui & quieti, ne ea quidem oĩno metitur. sed ea dicitur metiri per accidens, q̄ ijs quæ metitur tp̄s, motui inquam, & quieti hęc accidant, q̄ homo vel equus fit id quod mouetur aut quiescit. Quoniã ergo tempus solùm metitur motum & quietem, clarum est quòd quorum esse metitur, ea esse habebunt in eo quòd moueantur vel quiescãt. Talia autem sunt quæ gigni seu fieri possunt & interire. & in summa quæcunq; aliqñ quidem sunt, aliqñ verò non. Quamobrem ea quoq; cõprehenduntur à tpe. Est enim tp̄s aliquod maius quod superat id quod metitur eorum substantiã. Eorum ergo quæ non sunt, quæcũq; quidem sunt eiusmodi, vt aliqñ fuerint vel futura sint, eorũ in eo q̄ non sunt tẽpus, tempus superat. etenim in quo fuit vel erit, tempus est. Quamobrem quæ sunt eiusmodi, ex ijs quæ non sunt, erunt in tpe. Cùm aũt dixisset illud, VT futurorum} adiecit illud, VTRAVIS CONTINET. in ijs enim quæ fuerunt, à præterito, quod est tẽpus, in quo fuerunt, eorũ esse continetur, seu tempus quod id metit̃. Quocirca quæ sic nõ sunt, sunt in tpe: in ijs aũt quæ sunt futura, à futuro. quod est enim tempus in eo in quo erit cum eo in quo non est, est maius eo in quo nõ est. quocirca ea quoq; sunt in tpe. Quæcunq; aũt prius quidem fuerunt, & postea futura sunt, nunc aũt non sunt, quẽadmodum eclipsis, prodigia, vel bellum, eorũ in eo q̄ nõ sunt, tempus, vtrinq; cõtinetur. A præterito enim, qm̄ in illo fuerunt: & à futuro, qm̄ in illo futura sunt. & maius est vtrunq; eo solo in quo solo nõ est, id quod est cum pręterito & id quod cum futuro. Quamobrem etiã in ijs quæ sunt eiusmodi est non esse eorum in tpe, sicut etiam esse. superat enim vtriusq; tp̄s, & ideo cõprehenditur à tpe,

Quędã quæ nõ sunt, non sunt in tpe, quędam sunt in tempore.

A & sunt in tpe. Quę aũt fieri non põt vt sint, non esse eorũ non est in tpe. Quænam aũt ea sint prius quidẽ dixit in exẽplo, quẽadmodum diametrum lateri symmetria conuenire: nunc aũt tradidit etiam per regulam generalem. Quorum enim opposita sunt æterna, vt ea sint fieri non potest. Quoniã ergo & æternè & necessariò symmetria non conuenit lateri diamerer, fieri non põt vt ei symmetria conueniat. Rursus aũt quęnam sunt quę possunt & esse & non esse, tradidit regulatiter dicens. QVORVM cõtraria non sunt semp} sed aliqñ scilicet. Si enim semp essent contraria, ea nunq̃ essent. Sin nunq̃ essent q̃ sunt eis contraria, ipsa semper essent. Sin aliqñ quidem sunt, aliquando verò non sunt contraria: ipsa quoq; quæ aliqñ quidẽ sunt, aliqñ verò non, & fient & interibunt. Qñ.n. sunt contraria, ipsa non sunt: qñ aũt illa nõ sunt, hęc sunt.

De ijs quæ sunt vel non sunt in tẽpore regula generalis.

CAPVT XIII.

NVnc, autẽ est continuitas tpis, vt dictum CXXI
B est. cõtinet enim tp̄s præteritum & futurum: & est in summa, finis tpis. est enim huius quidẽ principium, illius verò finis. Sed hoc nõ est perinde manifestũ vt in puncto manente. diuidit autẽ potentia. Et quatenus quidẽ est tale, Nunc, est semper alterũ. quatenus aũt colligat, est semper idem. quẽadmodum in lineis mathematicis. nõ est enim idẽ semper vnus punctus cogitatione. diuidentium enim, est alius. quatenus aũt vnus, idem oĩno. Ita etiã Nunc, hoc quidem est diuisio tpis per potestatem: illud verò finis amborum & vnio. Est autẽ idem & in eodem diuisio & vnio. esse autem non idem.

De Nunc, quatenus maximè videtur esse tẽpus, instituit dicere, & de eo quod propriè & de eo quod largè dicitur. CXXIIII
C Et primùm quidẽ de eo quod propriè, de quo etiã prius dixit, q̄ tp̄s est continuũ, per Nunc, & per Nunc, diuiditur. Eadem aũt nunc quoq; dicet de eodem prolixius, q̄ Nunc est continuitas tpis. id enim est per quod tempus est continuum. sunt enim cõtinua, quorum partes alicui termino cõi coniunguntur. vt ostender̃ in quinto libro huius operis. ei autem, Nunc, partes tpis coniunguntur, nempe præteritum & fututum, quod fit cõis terminus, vt quod sit in vtrisq;. Et si ita, Nunc, sumat̃, tempus continet. Quando aũt vt finis pręteriti & vt initium futuri sumptum fuerit & animo cogitatũ, ipsum rursus diuisit. idem enim aliqñ quidem continet, aliqñ verò diuidit. quẽadmodum se habet etiã punctus in longitudine. idem eoim & cõtinet longitudinem, qñ cogitatur & sumitur vt vnus: & diuidit qñ vsi fuerimus vt duobus, huius quidẽ ipsum dicentes principium, illius verò finẽ. Sic Alexander, continuitatem quidem significari existimans, vsq; ad illud, CONTINET enim tempus præteri-
D tum & luturum} quæ autẽ exinde sequunt̃ de diuisione audiens, qm̄ huius quidem principium, illius verò finẽ dixit, Nunc. Non tñ ita vt in puncto manens continet. Nunc, enim fluente tpe non remanet. Cùm sit autẽ varia scriptura, & vna quidẽ habeat, ET terminum tpis} altera verò ET finem temporis} ambarum quidem est eadem intelligentia. Progressus enim cõem terminum vocat finẽ amborũ & vnionem. Magis aũt conuenit terminus. qm̄ illa dicimus continua, quę cõi termino cõiunguntur. Et Alexander illud DIVIDIT autẽ potentia} audit vt referatur ad id quod prius dictum est, Quòd nõ perinde vt in puncto manẽte manifestum est, sed Nunc diuidit potentia. Et sic est rationi cõsentanea interpretatio. Dicit ergo Nunc tẽpus diuidere potentia, hoc est eo quod animo cogitetur. non enim actu vt punctus, eo q̄ habeat posituram, & manet, & partes ostẽdit separatas. propter fluxum enim tpis, non possunt seorsum à se inui-

Nunc quomodo sit ꝓpriè cõtinuitas tẽporis.

Nunc, diuidit tẽpus potentia.

cem manentes ostendi partes tpis. Et qñ, Nunc, quidem sumitur vt contioens, idem est rõne, & ooo subiecto tantùm. oon enim si alia & alia rõne sumatur, tempus cootinet: sed qñ ad ambas pertes habet eandē rõnem, vt quod ambobus fiat cõis terminus. Ita autem habet, inquit, in Nunc vt in lineis mathematicis. quatenus punctum quidem qui subiecto idē est sumimus, vt qui rõoe & cogitatiooe diuidat loogitudinē, & cùm huius quidē fiat finis, illius verò principium, ratiooe eum plures facimus qui subiecto idem est: alia enim est ratio eius qui vt finis, & alia eius qui sumit̃ vt principium: quatenus autē ipsum vt vnum, nou subiectò solùm, sed etiam rõoe sumimus, vt qui lineam cõtioeat, ea omnino rõne fit vnus. hoc est noo subiecto solùm, quod quidē inerat etiam ei qui diuidit, sed etiã ratione. Potest autem, inquit Alexander, illud, COOITATIONE, oon cõiungi eum DIVISIONE, sed cum, ALIVS. cogitatione enim fit alius & alius punctus qui diuidit: non enim subiecto. Quēadmodum autē Mathematicis se habet punctus lineæ, ita etiã in naturalibus se habet, Nuoc, temporis. id enim sumitur vt quod diuidat tēpus cogitatione & veluti potētia. non enim vt actu & quod remaneat. sed sic puoctus qui est in linea diuidens, bis cogitatus, est duo potestate: actu aũt duo fit, cùm à se inuicē separatæ fuerint partes lineę: Nune, aũt, potentia vt ei simile, qõ cogitatione vtrũq; bis sumitur. noo enim fit hoc vnq̃; actu. non enim manet, ioquit Alexander. Vel potentia, q̃ potētia aliqua & rõne id quod subiecto vnum est fit duo rõoe. Quod ergo diuidit sic habet: Quod aũt vt finis, hoc est vt terminus & vnio amborum, sumitur vt quod sit siũr in ambobus. qñ enim habet eandē ad vtrunq; rõnem, tune ea vnit & vnum facit. Io eodem signo, & eodē Nunc, est & diuisio & continuitas longitudini et tēpori. Non est aũt eadem ratio eius quod vnit & eius quod diuidit. siqindē alterum quidem vnũ & idem ooo solùm subiecto sed etiam rõoe: alterum aũt tanq̃; duo rõoe sumitur. Cur aũt Mathematicarum magnitudioum diuisiooe & contiouitate vsus est ad exemplum, & non rerum naturaliũ? in ijs enim verũ est quod dieitur. Num Mathematicis vsus est, primòm quidē q̃ id quod est propriè, Nunc, noo suscipit diuisionē. expers quoq; diuisioois est punctus mathematicus, non autē naturalis. Deinde qm̃ in sola cogitatione est horum diuisio sicut etiã natura tpis. in magnitudinibus enĩ naturalibus est etiã in substãtia eiusmodi diuisio. Num aũt est etiam in tēpore, si quis partium naturalia cogitarit discrimina: vtpote diei & ooctis & mensium & annorum. vt etiam habet in motu. Nam eius quoq; existimo esse naturales aliquas distinctiooes, alias quidem ex subiectis, alias verò etiam ex ipsa in motu differentia.

Punctus cõsideratur vt principiũ & finis.

Mathematicarũ magnitudinũ diuisione cur in tempore, vtatur Aristoteles.

CXXII Vnum ergo ex eis, Nunc, sic dicitur. alterum aũt, cùm tēpus eius propè fuerit. Veniet nunc, quia cras veniet. Venit nunc, quia venit hodie. Quæ autem in Ilio gesta sunt, non fuere nunc. neq; fuit nunc inundatio. quanq̃ tempus est ad ipsa continuum. sed quia non propè.

CXXV Postq̃; dixit de en, Nunc, quod propriè dicitur, quod cùm nullo disiungatur spatio & oullas partes habeat, tps continet & diuidit: adijcit etiam alia, Nuoc, significata, per quæ consueuit nõ amplius dici propriè. Quod enim vtrinq; propter hoc, Nuoc, situm est tps, præteritum & futurũ, vt, quod sit prope ipsum: ipsum quoq;, Nunc, dicitur, ex ꝓpinquitate quæ illi intercedit cũ eo quod propriè dicitur. dicimus enim eum nunc esse venturum, qui est hodie venturus. & nunc venire, qui venit pauloante. Quæ aũt io Ilio gesta sunt, oon fuere ounc. oeq; ioundatio. quanq̃ tps est contiouũ. sed prope id quod est ꝓpriè, Nunc, nõ fuerunt ea q̃ gesta sunt, sed admodũ remota.

Nunc aliqñ large & impropriè dicitur.

CXXIII Hoc aũt, nempe Aliqñ, est tempus terminatum ad id, Nunc, qđ est prius, & id quod est po-

E sterius. quēadmodum, Troia fuit aliqñ capta, & aliqñ erit inundatio. oportet enim finitũ esse ad, Nunc. Erit ergo aliquod tp̃s quantũ, ab hoc & ad illud. & fuit in p̃teritum. Si autē nullum est tp̃s, quod non aliqñ: fuerit quodlibet tp̃s finitũ. Deficiet ne ergo an non, siquidē est semp motus? aliud ne an semper idē? Clarum est q̃ sicut motus, ita etiam tp̃s. Si enim vnus & idē sit aliqñ: erit etiam tp̃s vnum & idē: Sin minus, nõ erit. Quoniam aũt, Nunc, est finis & principiũ tpis, sed non eiusdē, verùm aduētantis quidem finis, futuri aũt principium: se habuerit vt circulus, in eodem quodãmodo incuruum & concauum: ita etiã tempus semper in principio & fine. & ideo videtur semper aliud. Non est enĩ, F Nunc, eiusdem principium & finis. simul enim & in eodem fuerint opposita. Et non vtiq; deficiet. semper enim in principio. CXXIIII CXXV

CXXVI Deinceps de aduerbio, Aliqñ, & alijs quę sunt tpis, docere conabit̃. Simul aũt ea etiam explicat quę habent ad Nuoc relationē atq; habitudinem. Ad hæc aũt vt per ipsum ostēdat nullum tp̃s sumi infinitũ. Est ergo, inquit, hoc, oempe Aliqñ, terminatum ad id, Nunc, quod est prius, & id quod est posterius. quēadmodum Troia fuit aliqñ capta. Hoc autē dicimus, significantes esse aliquod interuallum remotũ à præsenti, Nunc, quod erat quãdo Troia capta est. Similiter aũt etiam ad futurum. dicimus enim, Erit aliqñ inundatio. Post quæ ostēdet deinceps esse terminatũ omne tp̃s. quoduis enim tp̃s habet prædicatum illud, Aliqñ. hoc enim sibi vult illud, SI aũt nullum tp̃s quod non aliqñ } oon q̃ tp̃s aliqñ fuit vel erit. sed q̃ oullum est tp̃s quod prædicatiooē, illius Aliqñ oõ G admittat. Si ergo est quoduis tp̃s aliqñ. Quicquid aũt est aliqñ, est terminatum. hoc enim pauloante ostēsum est. Quoduis tp̃s est terminatum. Quod si tp̃s quod sumitur est terminatum, neq; cessabit, sed semper erit. qm̃ motus quoq; itidem cuius oumerus est tēpus. Quòd aũt motus ounq̃ deficiet, ostendēt io fine huius operis. Sed si est ēt quietis mensura tp̃s, videbitur etiam, si oõ sit motus esse tēpus. Alexander soluens hanc obiectiooē, Metitur quidem, inquit, quietē quoq; tp̃s: verùm eius esse & substantia est io motu. eius enim est numerus, vt prius ostēsum est. Rursus ergo in memoriã reuucemus, q̃ tp̃s ooo debet mente cõcipi oumerus motus qui quieti opponit̃ & ab ea distingui: sed eius qui est etiã in quiete, & in omnibus quæ in geoeratione habent substantiã, per eam quę est eius essentię quæ ab ipso fit extensionem, considerat̃. Dici aũt potest eius esse & substãtia in motu, q̃ eum qui est oĩum motuum primus & maximè principalis, oempe motum circularem, dimeriens, per illum alios quoq; H motus metitur. Cùm autē de tp̃e rogasset, an noo deficiens sit idem vel aliud, nunc quoq; fert seotētiam, q̃ sicut atq; motus rursus & rursus idē fit: numero quidem aliud & aliud, idem autem specie. ita eoim vult etiã in motu. Quòd aũt semper sit aliud & aliud, & ounq̃; sit defecturum tēpus, euidenter probat per, Nunc. Quoniam enim idem, Nunc quod est præsens vt præsens, (neq; enim vt finis absolutè est principium simul & fiois tpis) est quidē principiũ futuri, finis verò præteriti, & sunt hæc in eodē Nunc, sicut in eodē circulo incuruũ & coocauum: videlicet est alius quidē finis, alius verò principium. Ita enim tp̃s quoq; diuidit. & fieri non põt vt eiusdē simul idem, Nunc, sit & principiũ & finis. esseot enim simul in eodē opposita, quæ quidē ipse dixit cõius contraria. Fueriot aũt etiam quodãmodo contraria principium & finis, & non opponũtur solùm vt ea quæ referuntur ad aliqd. Et

Aliqñ quid significet.

Tempus oĩ esse terminatum.

Tempus oõ potest esse si nõ sit mot̃.

Motus quisnam sit is, cuius est numerus tempus.

Tēpus nunq̃ est defecturũ & est semper aliud.

Principium & finis quodãmodo cõtraria.

est tempus

A est tempus quod habet contraria. Si enim cuius est finis, Nunc, id est preteritum, cuius aũt principium, id futurũ: si idem, Nuoc, sumptu oı fuerit principiũ & finis, fuerit simul idem tp̄s præteritum & futurũ, si in tp̄e est aliqua repugnãtia. Si ergo noo eiusdẽ, sed finis quidẽ preteriti, principium verò futuri: erit uecessariò futurũ aliud à preterito. Propter hoc ipsum autẽ tempus nunq̃ deficiet, q̄ præsens, Nunc, sicut atq; est finis, ita est ẽt principium: finis qdem preteriti, principiũ verò futuri. Erit ergo futurum quoq; semper. cùm sit enim principiũ, id quoq; esse necesse est cuius est principiũ. & non deficiet. Quòd aũt nihil obstat quominus idẽ sit finis & principiũ, & in summa cõtraria, si ita sumat̃ vt ad aliud & aliud referat̃, ostẽdit in circũferentia circuli. in quo vniuersum acceptum est idẽ simul & cõcauum & incuruum, si ita sumat̃ vt sit alia & alia relatio. nec fieri põt vt sit qdẽ alterum in linea circuli, alterũ verò non sit. Ita ergo rursus quoq; Nuoc, si ꝓpriè sumatur, simul est finis & principium, per eam relationẽ quæ est ad diuersa tp̄a. Tempus enim præsens, quatenus presens, est medium inter p̄teritum & futurũ. B

CXXVI Iam verò, est id quod est ꝓpe præsens, Nunc indiuiduum. Quando ibis? Iam. q̃m propè est tempus in quo est iturus: & prope tempus præteritum: id quod nõ procul distat à Nunc. Quando ibis? Iam iui. Ilium aũt iam captum esse nõ dicimus. q̃m est nimis longè remotũ à Nunc.

CXXVII *Iam quid significet.* Iam, quoq; est aduerbium tp̄is, sicut etiã, Aliquando: Definitur aũt id quoq; per, Nunc indiuiduũ, non autem per id quod largè dicit̃. Quod enim est vtrinq; ꝓpe præsens, Nunc, id Iam, dicimus. Id.o.iam fuisse & futurũ dicit̃, quod pauloante fuit & erit paulopost. Quãdo enim ibis rogati, iam dicimus. & iam iui, cùm tẽpus fuerit ꝓpe Nunc. in ijs autẽ quæ longo ante tp̄e fuerunt, nemo dicit Iam. Nemo enim dicit iam fuisse captũ Ilium. q̃m olim captũ est. illud enim Iam, vult esse p̄senti propinquum.

CXXVII Modo quoq; est id quod est ꝓpe Nunc præsens, & pars preteriti. Quando venisti? Modo. si sit tempus prope nunc præsens. C

CXXVIII *Modo quid significet.* Modo, quoq; dicit eẽ temporalẽ particulam tp̄is preteriti, quæ est prope Nunc presens. Quãdo enim venisti rogati, Modo, dicimus, si tẽpus in quo venimus sit ꝓpe Nunc. Et Aristoteles quidẽ audit hoc Modo, quod grecè est ἄρτι, dici tanq̃ in solo p̄terito, sicut etiã exemplum significat: Alexander aũt & Aspasius dicunt dici etiã in futuro. Quando enim veniet rogati, grecè respondetur ἄρτι, idest Modo. Ita autẽ, inquit Alexãder, nihil differt Modo seu ἄρτι ab ἤδη, idest iam, nisi noĩe tantum. *Modo & iã quo differãt.* Ex sententia aũt Aristotelis, Iam, quidẽ in vtrisq; dicitur. Modo, autẽ, quod est ἄρτι, in preterito. & videtur ea ratione differre. Sed nec hæc quidẽ, Iam, inquam, & Modo, dicit Alexander differre à Nunc, quod largè etiam dicit̃ in tp̄e, quod est prope id, quod propriè, Nunc, dicitur. quare ipsum quoq; sic nominatum est. Aspasius autem dicit D Nunc significare vehemẽtiam eius quod est esse propè. Num aũt Nunc quidem quod largè sumitur, vt quod sit ꝓpe id quod est, Nunc, propriè, assecutũ est hoc nomen: Iam, autẽ quod ẽt cum eo quod est propè, habet aliquod significatũ, quod finit & concludit, dici possit vel in futuro tp̄e: Modo aũt videtur significare id quod recens. Et fortasse dicatur Modo, græcè inquam, ἄρτι, etiam in futuro: sed longa consuetudo eo vsa est in preterito.

Olim autem seu pridem id quod est longè.

CXXIX *Pridem seu olim quid significet.* Eam temporis partem, quæ est in tempore preterito, lõgè à Nunc remotam, Olim seu pridẽ dicimus, ei quod est ouper oppositum, vno noĩe in vnoquoq; eorum eam cõprehendentes notionem seu mentis conceptionem.

Repente autẽ est, id quod in tempore insensili excessit propter paruitatem.

A

CXXX *Repente qd significet.* Id quod est repente his indiget, & vt in exiguo tp̄e totum simul fiat, vt videatur esse expers tp̄is id quod fit repente, & vt ꝓpter breuitatem tp̄is, & eius quod fit motus celeritatẽ, non sentiamus temporalem eius extensionem. Ita ergo dicimus fulgur repente fieri, q̄ aceruatim & paruo tp̄e & vehemẽter ac celeriter non præsentientibus nec consuefactis fiat illuminatio. Et ideo eos etiã qui sunt maximè virtutis ea etiam conturbant quæ repente fiunt. Querit aũt Alexander, quõ dixerit tẽpus insensile propter paruitatem, etsi in libris de sensu & sensilibus velit nullũ tempus esse sua natura insensile. Num ergo, inquit, q̃m tempus sensile & insensile sensili & nõ sensili iudicatur affectione: q̃n aliquid quod fit nõ potuerimus *Tẽpus quõ sit sensile & insensile.* apprehẽdere: ꝓpter celeritatẽ quidem illius motus, breuitatem aũt tp̄is in quo factum vel motum est, tunc in illo sic fuerit tẽpus insensile: non absolutè insensile. potest enim in ipso, etsi non illud, aliqd tñ aliud sentiri. nos quidẽ certè ipsos in illo tp̄e & esse & sentire apprehẽdimus. B nec enim põt sumi tp̄s, in quo non poterimus nos ipsos esse apprehendere. Quare absolutè quidẽ hoc breue tp̄s fuerit sensile: insensile aũt in hoc aliquo q̄ dicimus repente factum esse. adeò vt ꝓpter motus insensilitatẽ tempus quoq; insensile dicat̃ in quo est talis motus. Aut cõius, inquit, modo tempus noĩauit, Nunc, quod est finis tp̄is. quod est sua natura insensile: solet enim id, tẽpus vocare. Quę ergo in eo facta sunt, est autẽ in eo finis mutationũ, & si aliqua fiunt absq; tp̄e, dicũtur in eo quod est, Nunc, fieri quod est insensile. Et hęc dicunt̃ repente. in ijs enim quę repente fiunt, consueuit dici illud, Repente. In nõnullis aũt exẽplaribus scriptum est grecè διὰ σμικρότητα, idest ꝓpter exiguitatẽ. Significat aũt id, quod motũ est.

CXXVIII Mutatio autẽ omnis est natura apta ad dimouendum. In tempore autẽ omnia fiunt, & intereunt. Quocirca id quidẽ dicebant alij sapientissimum ac doctissimum. Pythagoreus aũt Paro C indoctissimum, q̃m in eo obliuiscuntur, dicens rectius. Clarum est ergo id futurũ magis per se causam interitus quã generationis. sicut prius quoq; dictum est. Est enim mutatio per se apta ad dimouendũ: Generationis aũt & eius quod est esse, ꝑ accidens. Signi aũt satis est q̄ nihil quidem gignitur absq; eo q̄ ipsum quodammodo moueat & agat: interit aũt etiamsi nihil moueatur. & hunc maximè solemus dicere interitum à tp̄e. Verũenimuero ne eum quidẽ facit tempus: sed accidit vt in tempore fiat hæc mutatio.

CXXXI *Tempus sit ne gñationis causa & interitus.* Postq̃ temporalia aduerbia explicauit, Nunc, aliquãdo, Iam, Nuper, Olim seu pridẽ, Repente: id quod prius dictum est, tẽpus esse magis causam interitus q̃ generationis, & ipsum magis explicat, & preterea adijcit id ne D interitus quidẽ per se esse cãm. cùm enim assumpsisset, oẽm mutationem esse aptam ad dimouendum, eo quidẽ paulopost vtetur ad probationẽ. Nunc autem interim, *Tẽpus sapiẽtissimũ ex Simonidis sententia.* Quoniam oĩa, inquit, quæ fiunt & intereunt, illa quidẽ in tp̄e fiunt, hæc verò intereunt: meritò alij quidẽ dicunt tempus esse sapiẽtissimum ac doctissimũ, alij verò indoctissimum. Simonides quidẽ sapientissimum, q̄ fiant tẽpore scientia prediti: Pythagoreus aũt Paron indoctissimum, q̄ præ tp̄e obliuiscantur. *Tẽpus indoctissimum ex paronis Pythagorei sententia.* Hic autẽ videtur esse cuius Eudemus meminit sine noĩe, dicens q̄ cũ in Olympia Simonides laudaret tempus vt sapiẽtissimum, siquidem in eo oriuntur disciplinæ & reminiscentiæ, præsentem quendã ex sapientibus, Quid verò ô Simonides, an non obliuiscimur in tp̄e? Nunquid aũt apud Aristotelem quoq; in eo quod est Pythagoreus Paroo, Paron nõ est nomen propriũ, sed παρὼν participium quod præsentem significat. Præsentem enim Pythagoreum aiunt di-

E xisse Simonidi dicenti tēpus esse sapientissimū ac doctissimum, id esse indoctissimū. Videtur ergo hic dicere rectius. est enim omnis mutatio natura apta ad dimouendum. Clarum est ergo tempus esse magis per se causam interitus q̃ generationis, sicut prius quoq; dictum. Motus enim & mutatio per se quidem dimouet id quod est prius. sed qm̃ accidit vt nōnulla quę à propria dimouentur substantia, mutentur in alia, ideo generationis quoq; causa videtur per accidens. Si ergo tempus est numerus motus & mutationis: mutatio autē & motus sunt per se causa interitus: tempus quoq; per se est causa interitus, si quidē tempus est numerus motus. Quòd aūt hæc recte dicta sint hoc sumit argumentum, ꝙ ijs quidem quæ gignuntur ac fiunt, tempus nō solùm sufficit ad generationem, sed opus etiā habent aliqua à qua fiant operatione, nempe arte, vel natura, vel doctrina, vel actione: Iis aūt quæ intereūt ipsum solum tempus sufficit ad interitum, etiamsi nulla causa extrinsecùs accesserit. quēadmodum F ijs quæ in tpe marcescunt & putrescunt, de quibus solemus dicere ea ita esse affecta à tpe. Et hic est qui fit à tempore interitus. Hæc aūt cum dixisset subiunxit id cuius causa assumpsit ea quę prius dicta sunt, tempus nec interitum quidē per se facere. sed accidere vt in tēpore quoq; fiat hæc mutatio. Quęnā est ergo causa interitus? vniuscuiusq; natura, inquiūt interpretes, & subiecta materia.

Natura ē cā augmenti & perfecti vigoris.

Mensuræ enim vniuscuiusq; eorum quæ sunt in generatione sunt à natura definitę, & augmēti, summiq; ac perfecti vigoris, & declinationis. Et augmenti quidem & summi ac perfecti vigoris causam esse naturā, quod est in confesso dictum est. Sed quæ est causa interitus? Dicimus enim reuera habere naturam in quā cadit interitus. Num ea quidē quæ propriè dicitur natura, cùm sit effectrix & mōtrix corporum, est principiū generationis & principaliter causa eius quod est esse? Quamobrem Poetam etiā in secundo libro huius operis dicit illud dixisse ridiculè, Id finē habet cuius gratia est genitus. non enim G naturam respicere ad finē, nempe interitum, sed ad generationem & ad id quod est esse. Cùm autē sit huiusmodi mortalium generatio, vt cùm aliud fiat, aliud omnino intereat, cedunt interitus generationibus, & qui sunt per ipsos motus motibus opificibus. Id autē in quod interitus natura cadit, dicimus, eo ꝙ materiale & imperfectū natura sit productum. Interitus aūt causas siquis quęsierit sunt & subiectę natura materiæ, quæ non potest formas semper continere: & quę hic sunt cōtrariorum propter remissionem diuulsio, quæ non possunt esse simul, sicut in prima & intelligēti eorum causa. Si ergo hæc vera sunt: fuerit quidem principaliter tempus causa generationis, per secundam autē rationem, interitus. Aristoteles autem hic quoq; causas quæ apparent euidētius assumens, interitus causam tēpori magis tribuit. Ipse enim adiecit illud, Magis. quoniam, ꝙ ipse cuiusuis mutationis causam dixerit materiā, propter eam quæ est ad contraria aptitudinē, didicimus in fine eorum quæ de cœlo H ab eo scripta sunt. Sed qūo tempus, siquidem est mensura, dicitur cā ortus & interitus? Num ꝙ mensura quoq; est cōplendi facultate prædita, sicut magnitudinē vt sit tricubitalis vel quadricubitalis ita etiā eius quod est fieri vel interire extensionem in tantum vel tantum?

Interitus cā est materia, & contrariorū diuulsio.

Tēpus qūo causa ortus & interitus, si sit mēsura.

Quòd sit ergo tēpus, & quid, & quot modis dicimus Nunc, & quid sit Aliquādo, Modo, & Iam, & Olim seu pridē, & Repente, dictum est.

CXXXII *Tempus eē vbinam probarit Aristoteles.*

Videtur quidem ꝙ sit non fuisse demonstratum, sed contra etiam in principio cùm ageret de tpe, ꝙ non sit, acriter est argumētatus. In eo autem ꝙ ostendit quid sit tempus, cùm verba fecit de aliquo eorum quæ sunt, cuius etiam habemus notionem: vnà etiam quòd sit probauit. Ostendet autem statim quoq; deinceps, qm̄ ostendet oēm mutationem & quicquid mouetur moueri in tempore: & esse in tpe id quod est prius & posterius.

E CAPVT XIIII.

His autem sic à nobis enumeratis, clarum est ꝙ oēm mutationem & quicquid mouetur, in loco moueri necesse sit. Tardius enim & celerius est in omni mutatione. Sic enim cernitur in omnibus. Dico aūt celerius moueri id quod prius mutatur in subiectum in eodē spatio, & æquali motu mouetur. quēadmodum in motu si ambo moueantur per circūferentiam, vel ambo rectà. Similiter autem etiam in alijs. Quinetiam, Prius, quidē est in tempore. Prius enim & posterius dicimus ex ea quæ est ad, Nunc, distātia. Est autem Nunc aduentantis & futuri terminus. Quare qm̄ sunt ea, Nunc, in tempore, in tēpore quoq; erunt prius & posteF rius. In quo enim est, Nunc, est etiam à Nunc, distantia. Contrario autem modo dicitur prius in tempore præterito & futuro. In præterito enim, prius dicimus quod est longius à Nunc: posterius autem quod propius. In futuro autē prius est id quod est propius: posterius autē id quod est longius. Quare qm̄ prius quidē est in tpe, omnem aūt motum sequit̄ prius: clarū est mutationem oēm & oēm motum esse in tpe. CXXIX

CXXXIII

Mutatio & motus oīs fit in tempore.

Cùm dixisset pauloante fieri & interire omnia in tpe, nunc hoc instituit ostēdere, magis generali vtens demōstratione, ꝙ omnis mutatio & oīs motus fit in tpe. Eius enim ostensio & pulchrè conuenit qōni de tpe, & confirmat id quod prius & posterius ostensum est in tpe, tempus esse magis causam interitus, q̃ generationis. Et est G argumentum quidē eiusmodi, quod colligitur in prima figura. Omnis motus habet id quod est prius & posterius. Id quod habet prius & posterius est in tpe. Quę quidem cōsequitur omnem motum esse in tpe. Quoniam autē non sunt euidentes propositiones, vtrāq; confirmauit. Minorem quidē sic. Quiuis motus habet id quod est celerius & tardius. est enim in quouis motu tardius vel celerius moueri. Quicquid aūt habet celerius & tardius, habet prius & posterius. eis enim definit̄ celerius & tardius. Celerius enim illud dicimus, quod prius mutatur in illud ad quod est motus: Tardius autē quod posterius. Rectè aūt fiet comparatio, si & eandem motus speciem acceperimus, vtpote eam quę est per locum: & par ac simile spatiū, vtputa vel in circūferentia vel rectà: & motum esse æquabilem. si enim hoc quidem inæquabiliter, illud verò æquabiliter moueatur: potest etiā id quod celerius mouetur, venire tardius ad finem motus. Fit aūt quædam etiam differētia motus ex subiecti figura, si hoc H quidē sit rectum, illud verò rotundum. Maiorem autē propositionem quæ dicit in tpe esse prius & posterius, ostendit per hoc quod dicat̄ prius & posterius ex ea quæ est à Nunc distantia. Prius, enim, est quod à præsenti, Nunc, plus distat in præteritum: Posterius autē positum est quod est ei, Nunc, propinquius. In futuro autem contra, prius quidem est quod est Nunc propinquius: posterius autē quod remotius. Prius itaq; & posterius quod sunt, habēt ex ea quæ est à Nunc distātia. Nunc, enim est terminus præteriti & futuri. Quamobrem qm̄, Nunc, est in tpe, erit quoq; prius & posterius in tpe. in quo enī est Nunc, in eo est etiā ea quę est à Nunc distantia. quod quidē est prius & posterius. Si ergo quiuis motus habet id quod est prius & posterius: ea aūt sunt in tpe: fuerit ēt quiuis motus in tpe, vtraq; verè sumpta propositione. Quòd enim vt ad demōstrationem pertinentes posuerit propositiones, & eam quę dicit quemuis motum habere id quod

Celerius qd dicatur.

Tardius qd dicatur.

id quod est prius & posterius, & eam quę dicit esse prius & posterius in tempore, significauit cùm subiunxit post demonstrationē, QVARE qm̃ est quidem prius & posterius in tp̄e, omnem autē motum sequitur prius & posterius: clarum est oēm mutationem & motum esse in tēpore.} Sequi aũt est & consequi & prædicari.

CXXX Operęprętium est aũt etiam considerare, & q̃uo se habeat tempus ad aīam: & cur in vniuerso videatur esse tempus, & in terra, & in mari, & in cœlo. Num ꝙ sit motus aliqua affectio, vel habitus, cùm sit quidē certe numerus. Sunt ea autē oīa mobilia. in loco enim omnia. Tempus autem & motus simul & potestate & actu.

CXXXIIII Duo in his quærenda proponit. Vnum quidem, quomodo tempus se habet ad animam: hoc autē est, An possit esse tempus si non sit anima: idem est autem dicere, an possit esse quod numerat, si non sit quod numeret: siquidem est anima id quod numerat: sed hoc quidem prius proponens, argumētatione posterius explicat: Alterum autē, cur videatur vbiq; esse tempus & in terra & in mari & in cœlo. Huius autem primi causam tradit, ꝙ tempus cùm sit numerus motus, est illius aliquis habitus vel affectio. quare est motui accidens inseparabile. etenim numerus quoq; esse videtur in ĳs quæ numerātur, & ab eis haberi. Quoniā ergo ea omnia in quibus tempus esse dicitur, vtpote terra, mare, cœlũ, sunt corpora: est autem omne corpus in loco: Quod autem est in loco est mobile in toto vel in partibus. Quod autem est mobile, cum motu habet etiam id quod accidit motui, tanquam affectionem vel habitum tempus: meritò & in terra et in mari et in cœlo in quibus est motus, in his est etiam tēpus. Hæc autem cùm breuiter collegisset, subiunxit. TEMPVS autem & motus simul & potestate & actu.}. Cùm enim dixisset tempus vnà esse cum motu in ĳs in quibus est motus, adĳcit, tempus etiā vbi uis se habere similiter ac motũ. Si est potestate quidē motus: est ēt tempus potestate. Sin actu: tēpus quoq; est actu. Et ideo in colligēda rōne, dixit mobilia ea quæ sunt in loco, & nō ea quæ mouētur. vt vtraq; comprehenderet, & ea quæ sunt potestate, & ea quæ sunt actu. Mobile enim est & id quod mouetur, & id quod suapte natura aptũ est vt moueatur, cuiusmodi est id quod quiescit, vt dicit Alexander. Dicit autem tempus affectionem motus vt accidens, sicut numerabilium est affectio numerus: Habitum autē, quia habetur à motu. Sed si quod potestate mouetur nunc dicitur id quod quiescit, vt audĳt Alexander: in quo est autem potestate motus, in eo est etiam potestate tēpus: videlicet in eo quod quiescit tempus potestate fuerit. Atqui non solùm quæ mouentur, sed quæ etiam quiescunt, dicebantur actu esse in tempore. Nam etiam quietis mēsura tempus actu est, quippe ꝙ ipsam quietis essentiam vt essentiam motus tempus dimetiatur. Num ergo ad tempus reduci audiendum est non ea quæ quiescunt, quę mouentur potestate: sed ea quidem quę nondum peruenerũt ad generationem, generari autē possunt. Si enim motus qui est in generatione tēpus esset numerus: eo autē ea etiam mouerent quæ dicũtur quiescere: in ĳs scilicet actu quoque esset motus, & tempus quod motum eiusmodi metitur. Quoniam autem per accidens quietem in tempore audĳt Alexander, dixerit id quod per se est in tempore, motum, aliquando quidem potestate, vt in eo quod quiescit, aliquādo autem quiete in eo quod iam mouetur, accipi. Refert autem aliam quoq; scripturam Alexāder, quæ fortè propter dictam dubitationē efformata est hoc modo, LOCVS aũt & motus simul potestate & actu} ad probādum esse mobilia quæ dicta sunt, terram, mare, cœlum, eo adiecto quod nunc dictum est, ꝙ quæ actu in loco sunt, actu etiam per se mouētur: ea autem quæ sunt in loco potestate, vt se habēt partes totius, ea quoq; sunt po-

Tēpus cur sit vbiq; in terra, mari, & cœlo.

Mobile q̃d dicatur.

Reducuntur sub tēpus q generari possunt, etsi nō sint generata.

A testate mobilia. Signum est ergo ꝙ sit motus ĳs quę sunt in loco, ꝙ vt vnumquodq; est particeps eius quod est in loco, ita est etiam motus particeps. siquidem est potestate, potestate: Sin actu, actu. Cùm autem in promptu sit dubitate q̃uo sit tēpus in cœlo quod non est in loco, siquidem quæ sunt in loco sola sunt mobilia, quæ mobilia autem sola sunt in tempore: id Alexāder sentiens & soluēs dicit, Quòd in tempore sit cœlum, etsi non sit in loco, clarum est. Semper enim mouetur. Vbi autem est motus, illic est etiam tempus. Sed in alĳs quidem quę semper mouentur loco opus habuit, eo ꝙ ea sint in loco, ostēdens ea esse etiam mobilia. Diuinum autem corpus non opus habuit vt ostēderetur esse mobile. est enim apertus & euidens eius motus, cùm sit æternus. Hæc quidem his verbis scripsit Alexāder. Si autem mouetur cœlum motu circulari: est scilicet hic motus per locũ, & non per aliam formam motus. Quod aũt mouetur per locũ, in loco est.

Tēpus q̃uo i cœlo, si nō in loco.

CXXXI Vtrum autem si non sit anima, fuerit tēpus, B an non, dubitauerit aliquis. Si enim esse non potest id quod est numeraturum: fieri etiam non potest vt sit aliquid numerabile. Quare clarum est ꝙ nec numerus. Numerus enim est vel id quod est numeratum, vel quod potest numerari. Si autem nulli alĳ nisi animæ & menti animæ innatum est vt numeret: fieri non potest vt sit tempus nisi sit aīa. Nisi hoc est tempus, quod est aliquando. quemadmodum si contingit motum esse sine anima. prius autē & posterius est in motu. tempus autem hæc sunt, quatenus sunt numerabilia.

CXXXV Trāsĳt ad alterum ex propositis, quod etiā erat prius, illic quidem sic propositum, Quomodo se habet tempus ad animam: hic autem acceptum apertius. Quæritur.n. C an si non sit anima, fuerit tempus an nō. Quoniam enim videtur rationi consentaneum, vt ea simul sint quæ sunt relatiua seu quæ referuntur ad aliquid, & simul alterum cũ altero tollantur. (si.n. non sit dexterũ, nec est sinistrũ) Ad aliquid autē refertur Arithmeticũ, id est id quod est numerādi facultate præditũ & numerabile: & est aīa quidem id quod est numerandi potestate præditum, & aīæ mens (neq;.n. eo quod est patibile motibusq; ac pturbationibus agitatur numeramus, sed ratione:) tempus aũt est numerabile: Quare si non sit anima, ne tempus q̃dem esse videtur. Opposuit autē numerabili id quod est numeraturum, cùm oporteret vt aiunt opponere Artihmeticum, id est, id quod est numerandi facultate præditum. Idem est autem id quod est numerandi facultate præditum, & id quod est numeraturum, vtpote ꝙ alterum quidem dicatur ex potestate, alterum verò ex futuro tempore. quod quidem rursus simul ostendit id quod est potestate. quēadmodum idem est numerabile & id quod est D numerandum. Assumpsit autem etiam numerũ esse vel id quod est numeratum, vel quod est numerabile. dicimus enim numerum vel quod iam numeratum est, vel quod potest numerari. quemadmodũ militum numerabilem multitudinem, quia potest numerari. Est autē id etiam quod numeratum est numerabile. Si non est ergo numerabile, ne fuerit quidem numerus. Quare tota collectio quę fit ex inductione per tria, est eiusmodi. Si non est id quod est numeraturũ: nec est numerabile. Si nō est numerabile: nec numerus qui est vt numerabilis. Si ergo quod numeraturũ quidem est est aīa per suā ipsius mentem: Tempus autē est numerus: si anima non sit: non fuerit tempus. Aduersus hanc rationē contendit Boethus, dicens nihil obstare quominus sit numerabile, etiā absq; eo quod numerat, sicut etiam sensile absq; eo quod sentit. Alexāder autem & pluribus posuit obiectionem, & subiunxit solutionem, sequens Aristotelem. Operępre-

Si anima nō sit, sit nē tempus.

Quæ ad aliquid referuntur simul sũt.

Numerus tū quod numeratũ est, quā quod pōt numerari.

Numerabile possit nē esse absq; eo q̃d numerat, vt vult Boethus.

tiũ est

» tiũ est enim, inquit, quærere, quomodo rectè habeat vt » si nõ sit quod est numeraturum, nec sit numerabile. non esse enim numerum, neq; id quod numeratur, quatenus numeratur, si non sit quod numeret, habeat rationem, siquidẽ numero id quod est, est in eo q; numeretur. Ipsum autẽ numerabile, & quod potest numerari, vt homines vel equi, nõ videtur vnà perimi cũm eo quod numerat. Prius itaq; & posterius in motu, quæ sunt numerabilia, ostendit ipse posse esse et si non sit anima, siquidem fieri potest vt sit motus etsi non sit anima. Soluens autem dubitationem, dicit, Num non erit numerabile. sed id quidem erit cui accidit vt fiat numerabile, vt equi vel homines. non tamen numerabile vt numerabile. Nam in alijs quoq; quæ referuntur ad aliquid, si non sit, verbi gratia, dexterum, qui erat q̃dem sinister, erit, vtputa Socrates: sinister autem non. Si ergo prius & posterius esset tẽpus numerabile vt numerabile, si non sit quod est numeraturum, tempus minimè fuerit: Id autem quod est tempori subiectũ, quod erat motus, quominus sit nihil prohibet. F Hanc autem solutionem breuiter tradidit Aristoteles, per hoc quod dicit, NISI hoc est tẽpus quod est aliquando} subiectum enim tẽpori siue numerabili quominus sit, nihil obstat, etsi nõ sit anima: si omnino fieri potest vt sit motus absq; anima, tempus autẽ non erit. Si enim quę actu quidem sunt, dicũtur relata ad ea quæ actu sunt: quę sunt autem potestate, ad ea quæ potestate: si fieri non possit vt id sit quod est numeraturum, id etiam esse non poterit quod est numerabile, siquidẽ est numerabile quod potest numerari. neq; enim si sit sublatus sensus manẽte colore, erit color vt aspectabilis, sed vt color tantũ. Valde autem accuratè adiecit illud, SI contingit motum esse absq; anima} Nam quod attinet ad oppositionẽ quæ est in ijs quæ referuntur ad aliquid, etiam anima ratione de medio sublata, si non tempus, at motus quidem certe q̃n sit nihil prohibet. Sin nõ potest motus esse absq; anima, non solum tempus, sed etiam motus tolletur si nõ sit anima. G Si enim circularis motus, ex quo q̃d sunt habent alij motus & mutationes, subijcitur menti & est ex appetitione, vt ipse quoq; fatetur Alexander: si tolletur anima, tolletur omnis motus. Nam & motus per locũ est à motu circulari, siquidem simplicium corporũ in se inuicem mutationes ab eo sunt. per grauitatem enim & leuitatẽ. Et si motus per locum prior est qui est s̃m naturã: posterior autem est eo qui est s̃m naturam is qui est præter naturam: quinetiam animantium motus qui est s̃m naturam, & propria anima causa est & circularis motus: homo enim hominem gignit & Sol: Mutationis certè quæ fit in generatiõe causa est motus circularis. Porrò autem mutationes quoq; quæ fiunt per alterationem, augmentum & diminutionem ab illo sunt. Solis enim accessus et recessus eorum maxima ex parte causa est. His autem dictis, operæpretium est, vtputo, aduertere, quòd si tollatur id quod numerat, vt numerabilis quidem numerus tempus tollitur: at vt prius & posterius quod est per extensionem motus eius quod est esse, non tollitur. H Per hoc autem consistit tempus. numerabile enim esse ei accidit per prius & posterius. Si tollatur autem anima, quę est principium generationis, & cuiusuis motus qui est in generatione, cum quo est vnà tẽpus: tolletur quoq; tempus. Meritò ergo Aristoteles, si tollatur quidem anima, vt quæ numerat, dicit tempus tolli vt numerabile. Sed si tollatur vt principium generationis & motus, motum quoq; tolli ostẽdit & generationem, per hoc quod dicit, si contingit motum esse absq; anima. Non solùm autem eo q; tollatur motus tollitur vnà tempus, qui est aliquid motus, sed etiam ipsum quoq; per se id quod est habẽs in eo q; fiat, tolletur: si tollatur anima, quæ causa erat omnis generationis & motus. Vide autẽ quomodo hic quoque Aristoteles ea scripsit quæ suo pręceptori cõueniũt, dicens, SI contingit motum esse absq; aĩa} hoc est, absq; eo quod mouet. qui dicit animam esse fontem & principium motus alijs quæcunq; mouẽtur, & ex eo principio oriri quidquid oritur.

Sublato vno ex relatiuis, tollitur relatio, etsi res remaneat.

Sublato visu, remanet color, sed nõ aspectabilis.

Motus tollitur sublata anima.

Circularis motus aliorum motuũ causa est & mutationũ.

Aĩa & fons & principiũ aliorum motuum ex sententia Platonis.

CXXXII Dubitauerit autem quispiam cuiusnã etiam motus numerus sit tempus. Fit enim in tempore & interit & augetur & alteratur in tempore & fertur. Quatenus ergo est motus, ea ratione est numerus vniuscuiusque motus. Quamobrem est absolutè numerus continui motus, sed non alicuius.

CXXXVI Postquam ostendit tempus esse numerum motus, & hucusq; plurima verba fecit tanq̃ de motu per locum, ei enim cõueniebat illud, Magnitudinem motum metiri, & hoc, Multum vię esse dicimus, si fit multa ambulatio, & eam multã si sit multum viæ: Quoniã sunt plures species motus, vna quidem per locum, alia verò per qualitatem, alia autem per quantitatem, est autem & generatio F & interitus mutatio per substantiam: & si ea non sit motus, vt post hunc librum accuratius differenti videbitur, attamen in eo quoq; prius & posterius cernitur & participatio temporis: meritò dicit esse dubitãdum cuiusnam horum motuum numerus sit tempus. Dicit autem non esse huius cuiuspiam, quatenus est hic, sed cuiuscũq; motus. Nõ enim quatenus est interitus vel alteratio, vel aliqua alia mutatio, ea ratione est tẽpus eius numerus, sed motus & mutationis, quatenus est huiusmodi. quod est cõmune dictis omnibus motibus. Est ergo tempus cuiusuis motus numerus similiter. cernitur enim in omnibus prius & posterius. & id quod numeratur est tẽpus. Quatenus ergo est absolutè motus, non autem hic quispiam, motus est in tempore. Pulchrè autem cùm dixisset tempus esse numerum motus, adiecit, CONTINVI, sed non alicuius.} quatenus enim est motus continuus, ea ratione habet prius & posterius, quod numeratur per tẽpus: si enim sumptus fuerit diuisus: non eum tempus metietur, sed numerus. G duo enim vel tres vel plures fiunt motus quos metiẽ numerus monadicus: si enim sit hic quidem alteratio, ille verò interitus, alius aũt augmentum, nec sit vlla eorum inter se continuitas: fiunt tres motus: Quatenus autem vnusquisq; eorum est cõtinuus, numerantur quæ sunt in eo priora & posteriora, non vtiq; monadico numero, sed tempore. Alexander autem dicit tempori quod sit præbere id quod est cuiuslibet motus prius & posterius, quatenus est continuus, & quatenus sequitur eam in qua fit magnitudinem, in qua prima est prius & posterius. Mouendæ sunt ergo etiam aduersus Aristotelem dubitationes. quas & ego prius, vt mihi videor, breuius, susius autẽ mouet Themistius. Si enim prius & posterius primum est in magnitudine & spatio in quo est motus, deinde sic in motu & tempore: quomodo est in augmẽto & alteratione prius & posterius? Non sunt enim hæc in spatio. neq; alicunde, aliquò. sed totum corpus paulatim calefit in solidum. & totum in solidũ augetur & coalescit. H Vndenam ergo in his habebit tempus id quod est prius & posterius, sicut in motu per locum ex spatio & positura? Quomodo autem quod non habet id quod est prius & posterius, habebit eum qui est per hæc numerum? Num in augmento quidem dici potest esse illud Alicunde aliquò. à minore enim in maiorem locum fit mutatio: in alteratione autem, generatione, & interitu, quid dicemus? Vndenã enim amplius habebit motus & tempus id quod est prius & posterius? Num ergo solùm motum per locum tempus principaliter metitur: aut si etiam alios principaliter, nihil eget eo quod est positura prius & posterius, vt ipsũ quoq; prius habeat & posterius. Sed quoniam videtur etiam Themistius cessisse dubitationi, iubẽs ea sæpe examinare, & nõ admittere citra examinationẽ: nihil fortasse obstat, quominus cùm meam dixerim opinionem, cùm dubitatione illam quoq; examinãdam ijs proponam qui in hęc incidunt

Tempus esse numerum cuiusuis motus.

Prius & posterius quõo sit in augmento & alteratione, generatione & interitu.

incidunt

Prioris & posterioris aliquot significata.

cidunt. Prius & posterius cùm ordinem significet, aliud quidem esse puto quod per tempus consistit, per numerum, & ordinem plurium quæ tempus definiũt: aliud autem quod cõsideratur in positura quæ est per ordinem. Id autem est duplex, vnum quidem in magnitudine, vt viæ prior illa pars à qua incipimus: posterior autem, in quam desinimus. Alterum autem in numero, eoq; duplici, vel eo qui numerat & est monadicus. quẽadmodum dicimus vnitatem esse priorem binario, & binarium ternario: vel eo qui participatur & numeratur. quemadmodum ea quæ percipiuntur intelligentia sunt priora sensilibus, & hæc colũna illa columna. nam etiam incorporea videntur habere posituram, si per metaphoram dicatur positura. Tertium autem significatum prioris & posterioris est in actionibus & motibus: Vnum quidem per numerum finium qui motum terminant, quos græcè *κινήματα*, quasi dicas momenta, appellamus, quæ proportionem habent & conuenientiam cum signis lineæ & signis temporis Nunc: alterum verò per ipsas partes motus, qui est ex seipso cõtinuus. sed motus quidem qui est in loco, in seipsum suscipiens id quod est per posituram prius & posterius, id coniungit propriè priori & posteriori, quod est vt finis & quod est vt pars. quando cursorum primum motũ dicimus eum qui est apud Agonothetas: posteriorem autem eum qui est in fine stadij. Est autem hoc prius & posterius quod est per positurã, proprium motus per locum. Porrò autẽ & huic & alijs motibus qui quod fiunt habent in eo q; fiant, tempus ex seipso dat prius & posterius, ea applicans priori ac posteriori motus. quæ enim tempus Nunc terminant, cùm in motus terminis insunt, tempore motum terminant. Est ergo tempus mensura motus. per suum enim prius & posterius se applicans priori & posteriori motus, tempore motum metitur. Ita autem motus quoq; fit mẽsura temporis, quãdo prius & posterius quæ sunt propria motus, applicata prioribus & posterioribus temporis, tempus motu definierint. Ita autẽ localis etiam magnitudo motum non omnem sed localem metitur, quãdo id quod est loci prius & posterius, quod est per posituram, applicarit ijs quæ sunt priora & posteriora motus. Si autẽ Aristoteles hoc vtitur tanquam cõmuni, q; ex magnitudine motum dimetiamur, consentaneum est eum eo vti propter euidẽtiam. Quocirca diu perpetuò verba fecit tanquam de motu per locum.

Sed fieri potest vt alia quoq; nũc mota sint, quorũ vtriusq; motus fuerit numerus. Aliud ergo erit tempus, & fuerint duo simul tempora, an non? Vniuersum enim tempus est vnum & simul similiter. Specie autem etiam quę non sunt simul. Si enim fuerint hi quidem canes, illi verò equi, vtriq; autem septẽ, idem numerus. ita etiam motuum qui simul finiuntur, idẽ tempus. sed hic quidem fortasse celer, ille verò non. & hic quidem est latio seu motus per locum, ille verò alteratio. idem est tamen tempus. siquidem est & æqualis numerus & simul & alterationis & lationis. Et ideo motus quidem sunt alij & seiuncti: tempus autem vbiq; est idẽ. quoniam numerus quoq; est vnus & vbiq; idẽ, qui est eorum quæ sunt æqualia & simul.

CXXXVII Ponit dubitationem quæ ea consequtur quæ dicta sunt de tempore. & simul id quod sæpe dixit, idem tempus simul esse vbiq;, censet amplius explicandum. Est autem talis dubitatio. Si tempus est numerus motus, & est motus quidem in eo quod mouetur, vt didicimus, tẽpus autem in motu: fuerint tot tẽpora quot sunt ea quæ mouentur & motus. Erũt ergo plura simul tẽpora: non vt quod

Tẽpora non est simul plura.

continet & continetur. id enim nihil esset absurdũ. Soluens ergo dubitationem, dicit non ita habere. non enim fiunt plura simul tempora. sed vniuersum tempus æquale in præsenti, est idem vnum simul numero: Specie aũt sunt eadem etiã quæ non sunt simul. hoc est, præteritum cum futuro. Hoc autem cùm dixisset, docet quomodo etiamsi plures sint motus, fit vnum tẽpus, licet sit numerus motus. Quẽadmodum enim in numero monadico, non vnà cum differentia eorum quæ numerantur numerus diuiditur, vt si hi quidem fuerint equi, illi verò canes qui numerãtur, sint autem vtrisq; septem: ij quidem inter se differunt: numerus autem septenarius est idem in vtrisq;: non enim quatenus diuersi, eundem habent numerum, sed quatenus tot sunt, quod est eis cõmune: Ita nec in motibus & tempore, quod est numerus. Est enim idem, Nunc, in omnibus & vnum numero. etiãsi hic quidem sit motus per locum, ille verò alteratio. & est in omnibus id quod numeratur, & nũc quod sumitur prius & posterius. Quare si hoc est idem in omnibus: meritò tempus quoq; est in omnibus idem. Si enim alioqui tempus accideret motibus, sicut calidum & albũ, consentaneum esset vt vnà cum illis diuideretur: quoniam autem est eorum id quod numeratur & quantum, nihil vetat quominus hoc idem sit etiam in pluribus. quemadmodũ etiam in numero monadico idem est quod numeratur, nempe tot, etsi sint plura numerabilia, & quæ inter se differunt. Ita ergo motuũ quoq; qui sunt simul, idem est tempus, sed non velocitas eadem nec idem locus. Non enim per celeritatem & tarditatem, neq; per diuersas species motus, numerati motus tempus efficiũt. vt si hic quidem sit alteratio, ille verò motus per locum, alius verò augmentum: sed per prius & posterius quæ sunt eadem in omnibus qui sunt simul. & si ita sumantur, Nunc, sunt. Si ergo ea Nunc sunt eadem cum ijs quibus tẽpus numeramus: tempus quoq; est idem quod ab eis, Nunc, terminatur et continetur. Quemadmodum enim eorũ quæ per locum mouentur differentia, per aliquid aliud, vtpote per colorem vel saporem, & non quatenus mouetur, vtpote per leuitatem vel tarditatem, nõ facit motuum differẽtiam: Ita nec motuum differentiæ faciunt differentiam temporis. quandoquidem non quatenus differũt est tempus eorum numerus: sed per id quod est in ipsis prius & posterius, quod habent absq; vlla differentia. eorum enim numerus nihil habet discriminis. Numerus autem, inquit Alexander, non est eorum quæ insunt numerabili. Quare nec tempus, quod est numerus, sic est in motu. Neq; enim nomen in eo cuius est nomen, sic inest, vt albũ. quoniam idem quidem nomen numero simul est plurium, sicut etiam numerus: Album autem non idem numero in pluribus. Hęc autem adiecit Alexander, significãs tempus non sic esse in motu, vt qui cum eo diuiditur numerus q; sit habet in eo quod numeretur. Nam si non sit quidem id quod numerat, vt ostẽdit Aristoteles: ne erit quidem numerus tempus, etiamsi sit motus. Sin tempus id quod est habet ab eo quod numerat, & cùm sic fiat est in motu: nõ ita inest in motu, vt quod sit eius aliquid. quocirca neq; vnà cum eo diuiditur. In his autem rogandus est Alexander, quomodo numerus qui est in eo q; numeretur, non inest in numerabili: aut quomodo tẽpus quod est numerus motus, non insit in motu tanq; numerabile, nec sit aliqd eius: & si affectio dicatur & habitus motus. Dixit enim, Aut q; motus est affectio vel habitus, cùm sit numerus. Adhuc autem magis quomodo sit rationi consentaneum vt numerus numerabilis, & habitus & affectio, vel in summa accidens, ita se habeãt ad illud cuius sunt, vt se habet nomen, ita vt idem insit pluribus numero. idem enim numerãs numerus, vt qui sit separatus ab ijs quæ numerãtur, vnus & idem fuerit pluribus: qui est autem numerabilis, & in ordinẽ redactus eius quod participat, & vnà cùm illo diuisus, similiter habet atq; albũ. Hoc autem nomen ad quod respexit Alexãder, quod est in positura,

Numerus monadicus idem est, etsi mutent quæ numerãtur.

Motuũ qui simul fit est idem tẽpus.

Numer⁹ numerabilis se habet vt album.

in positura, est alienum & aduentitium. & est absurdum existimare similiter se habere ea quæ à nobis temere imponuntur, atq; ea quæ à natura ordinantur. Hoc aũt consecutum est apud eos qui dicũt fieri numerũ ab eo quod numerat, & ideo tempus ab anima. quod quidẽ fuit excogitatum, propterea ꝙ ad aliquid referatur id quod numerat. & id quod numerat̃. Et vt id quod numerat̃ quidem, simul sit, sicut etiã color, quatenus est aspectabilis. quod tamen ad propriam attinet naturam, sit etiam separatum. consistit enim. Et ipse Aristoteles pauloante eos reprehendit, qui definiũt colorem esse proprium sensile visus, naturam autem eius non declarant. ita vt existimo meritò reprehendi posset is qui numerũ participabilem absolutè esse dicit in eo ꝙ numeret̃. Digiti enim manus meæ sunt quinque, etiã si nemo eos numerauerit. Ad ea autem quæ dicta sunt ab Aristotele dubitationem rectè mouet Themistius. Satis est autẽ audire ea quæ dicit huc adducta.

Numerus participabilis nõ sũ absolute in eo ꝙ numeret.

De tpe multę Themistii pulchræ dubitationes.

Si enim, inquit, cõmuniter tempus est numerus cuiusuis motus: videtur non habere id quod est à motu. si enim nõ ab hoc vel illo, ne à motu quidem omnino. Absurdum est enim dicere in omnibus motibus idẽ esse prius & posterius. Hoc enim ipsum quærendum est quõo ipsum Nunc sit idem, vtrum genere, an specie, an numero. Si enim genere vel specie, sũt vtiq; plura numero. Sin autem vnum numero: quomodo eorum quę numero differunt vna est numero affectio vel habitus? Sic autem ipse nominat tempus motus. Fieri enim nõ potest vt sit numero vnum & idẽ. sic enim fiet vnum simul & non vnũ. Quare si sint plura, Nunc, in pluribus motibus, in ĳs qui simul sunt erunt simul plura Nunc. quod ne potest quidem concipi cogitatione. Sin nõ plura sed vnum & idẽ: separatum erit tẽpus & nihil motus. Neq; enim illud vllam habet rationem, ꝙ sicut id quod numeratur est in decem equis & decem ouibus, ita etiam in motibus. Neq; enim illic est idem quod numeratur, nisi solùm ratione, quoniam ambo decem. quod quidẽ est nostra cogitatio & consideratio eius quod est in ĳs quæ similiter differũt, nulla autem per se substantia. Hoc autem in tempore videtur esse quodammodo rationi cõsentaneum, esse tempus solum animæ nostræ cogitatum, propriam autẽ non habere naturã. quemadmodũ videtur concessurus Aristoteles, quando concedit si non sit anima nec esse tẽpus. Nam dicere tempus esse mẽsuram & numerum, est eius qui talem concedit opinionem, sicut Boethus quoq; dicit nullam mensuram fieri à natura, sed nostrum esse munus metiri & numerare. Hæc cùm scribat Themistius, alia qdem rectè esse obiecta existimo. Quomodo enim fieri potest vt sit tempus motus affectio vel habitus, & idem rursus vt separatum simul sit vbiq;? Dicere autem ꝙ cõmunitas numerorum qui sunt in participatione, est nostrę cogitationis, videtur quidem esse peripateticorũ: eget autem, vt arbitror, aliqua distinctione. Etenim consistit qdem eiusmodi quoq; cõmunitas: quo fit vt etiam cõmunem habeant naturam quæ participant: sed consistunt eum differentia: ipsam autem per se ipsam videre cõmunitatem, nostræ est mẽtis agitationis. Sed nec propriam temporis substãtiam tollit Aristoteles: nec ipsum ponit in animi cogitatione, si cùm non sit anima nec tempus esse dicit. Etenim subiectum temporis, motum, et id quod est veluti forma, nempe numerum, dati ab anima existimans: quandoquidem omnis generationis & motus causa est anima: meritò si perimatur anima tẽpus dicit perimi: nec tamẽ propterea esse tempus in cogitatione, quoniam vnà cum causa tollitur. Quomodo autem nulla sit mensura à natura, siquidem omnes formæ naturales ornatæ sunt proprĳs mẽsuris & numeris? nisi forte dicat nihil fieri quod solùm sit mensura, sed nec etiam dimensum. non esse enim cubitum naturalem vel vnitatẽ, quæ sint per se mensuræ. Quòd si ita est, cogitandum est ꝙ tempus quoq;, etsi sit mensura motus, habet tamẽ propriam naturã, & ipsum quoq; metitur motus. Hęc quidem rectè ne an secus dicantur, ab his viris quærendum est.

Nullã mensuram fieri a natura dicebat Boeth⁹.

Tempus sit ne solũ animę nẽ cogitatum.

Mẽsuras fieri a natura.

Quòd autem nunc habet, quomodo videtur vtiq; Aristoteles vtraq; de tẽpore dicere & contraria. & quod sit affectio vel habitus motus vt inseparabilis: & ꝙ idem sit numero in diuersis motibus vt separabilis. Num ergo cùm omnino tempus posuisset numerum, in eo inspexit id quod est numeri proprium: ꝙ etiam in numero participabili, etiamsi sint subiecta diuersa, æqualis autem numerus, quemadmodum vnitas equi, & vnitas hominis, per cogitationem ablatæ à subiectis, sunt omnino sine vlla differentia. Albor autem quæ est in niue, & quæ in cerusa, cogitatione ablatæ à subiectis, inter se differunt differentĳs alboris. sunt enim differentiæ alboris & dulcedinis, & aliorum quæ eis per se accidunt, etiamsi sumantur sine subiectis: numero autẽ eorum quæ sunt æqualia non sunt differentiæ. non differt enim vnitas ab vnitate, nec ea quidem quæ est participabilis, nec quinarius à quinario, quatenus est quinarius. quemadmodũ nec in numeris monadicis potest videri differentia vnitatis ab vnitate. De eo autẽ dicet ipse quoq; progressus. Iamblichus autem existimat eum in his recurrisse à tempore inseparabili ad tempus separabile. & ideo idem numero esse dicit in diuersis motibus. Meminisse autem oportet eius quoq; quæ prius dicta est solutionis, tempus esse numerum motus per id quod est motus eẽe, & per eius quod est esse extensionem. quod quidem vbiq; idem est.

In numero participabili, etiãsi subiecta sint diuersa, æqualis est numerus.

Abstracti albores & dulcedines inter se differunt.

Quoniam autem est latio, & eius ea quæ fertur circulo, numeratur aũt vnũquodq; vno aliquo cognato, vnitates vnitate, equi autẽ equo: ita etiam tempus aliquo tempore definito: metitur autem, vt diximus, & motus tẽpus, & tempus motum: id autem est, motum tempore definitum, metiri quantitatem & motus & temporis: Si est ergo prima mensura omnium cognatorũ, circularis motus: qui est æquabilis, est maxime mensura, quoniam est numerus eius maximè cognitus. Alteratio ergo, nec augmẽtum, nec generatio sunt æquabiles. Est autem latio. CXXXIII

Postquam dixit tempus esse numerũ vt quod numeratur, & mensuram vt quod suscipiat dimensionem: quoniam vnumquodq; eorum quæ dimensionem suscipiunt & numerantur, cognato aliquo numeratur & iudicatur, quemadmodũ vnitates vnitate, & cubiti cubito, & equi equo, & in summa, propria parte simplicissima eorũ quę sunt in ipso: quot sunt enim partes, tot sunt mensuræ, vt ait Plato: nam etsi aliquid aliud eam metiatur, ideo illud metitur, ꝙ eius parti sit æquale id quod metit̃: Quoniam ergo vt dictum est id quod suscipit dimensionem, aliqua sui mensura metitur: tempus autem cùm sit continuum, suscipit dimensionem, & colligitur tempus aliquam sui partem metiri: quærit ergo quodnã sit tempus primum & simplex quod tempus metietur. Si est ergo tẽpus mensura motus, si inuentus fuerit motus aliquis qui sit mensura aliorũ motuum: videlicet eius tempus tẽporis mensura videbitur. Quis est ergo huiusmodi motus? Nunqd primus & æquabilis & notus? q est.n. primus & inæqualis & ignotus, minimè est aptus ad hoc vt sit mẽsura. Sed eorum quidẽ quæ sunt natiua genitaq; ac facta, pprĳ motus, nempe alteratio, augmẽtum, diminutio, generatio, interitus, & ex motu is qui recta fert̃, nec sunt primi: neque enim sunt natiua ac genita priora æternis: nec sunt tales motus æquabiles, sed omni inæqualitate inæquales. neq; enim sunt æquales quæ æquali tempore fiunt mutationes, aut augmenta aut generationes. sed nec cogniti. Solus aũt est talis motus circularis. quocirca ipse est mensura motus, & ideo etiam temporis. Fit autem mensura motus, cùm à tempore terminatus, & tantus factus fuerit. quẽadmodum hora est quidem pars tẽporis, definit GXYXVIII

Mensurę tot sint quot partes.

Circularis mot⁹ est mensura mot⁹ & temporis.

autem

autem ac terminat tantum motum vniuersi circũuectionis. Similiter autē dies quoq; & annus, cùm vniuersi & Solis motum definierit, fecit mensurā omnium motuum & totius temporis. quod est enim prius & minus tēpus, metitur tempus. Hora enim est mensura diei: Dies verò mensis: Mēsis autem anni. metitur autem motum quoque & horarium & diurnum. Si autē hæc quoq; sunt tantum Solis circũuectionis: motus scilicet ea vicissim metitur. Quocirca ipse quoq; dixit, METITVR & motus tēpus, & tempus motum.} Motus enim tempore definitus, metitur motum & tempus. Tēpus ergo, quod vicissim metitur motus circularis qui est primus & æquabilis, metitur vniuersum tēpus. Si est ergo prima vbique mensura cognatorum: scilicet in motu quoq;, motus circularis qui est primus & æqualis, est maximè mēsura, & his de causis, et quòd eius nũerus sit maximè cognitus. Numerum autem circularis motus Alexander tempus primò audijt, vt qui sit temporum notissimus. sunt enim dies & noctes circularis motus numerus, qui est temporum notissimus. Aut æquabilis, inqt, motus numerum dixit notissimum, quoniam in eo est æquale id quod numerat: & quod id quod est habet in eo ipso ꝙ numeret, quod est tempus: & non licet in eo sumere hunc quidem celeriorem, illum verò tardiorem ijs quorum tēpora fuerint. Qui est ergo æqualis & notissimo tēpore definitur motus, est mensura. Potest autem, vt existimo, circũuectionis numerum notum dicere, non dicens tempus nisi id per quod ipsa numeratur circumuectio. vtpote ꝙ bis vel ter circumactum est vniuersum. hoc enim facile potest conspici, & magis interim cõuenit ei qui motum circularem ostendit esse mēsuram. Quinetiam tēpus quod eam definit circumuectionem, est notissimũ et primum. Diebus enim mensem, & mensibus annum, & annis totum tempus metimur. Quòd autem solus ex omnibus motibus circularis motus sit æquabilis, ostendetur in vltimo libro huius operis. Dubitari autem posset, sicut ēt videtur Plotinus dubitasse. Si enim tempus est mensura vel numerus æquabilis & continui motus: inæqualis & inordinati motus quænam fuerit mensura? Sin tēpus est ex æquo numerus cuiusuis motus: quomodo sumet adhuc vt numerabile, nõ autem vt separabile? quemadmodum idem denarius elephantos & formicas erat numerans, quoniam erat separabilis. Nunquid ergo quemadmodum principalem habet substātiam æquabilis & continuus & ordinatus motus post eum autem consistit inęqualis & inordinatus: ita etiam tēpus metitur principaliter quidem ęqualem motum, secunda autem ratione ēt inæqualem. Nam eum quoq; horis & diebus metimur.

Tempus & motus semel cem metiuntur.

Circularis motus numerus est notissimus, & tēpus quod eũ metitur.

Inæqualis motus quænam sit mensura.

Sciendũ est aũt ꝙ Alexāder qdē, qui ita illud scripsit, HOC aũt est, motum tpe definitũ} dicit dictum esse pro eo quod est, A motu, à tempore definito dimēsum esse. Quædam aũt exēplaria habēt, A motu definito} cũ aliqui fortasse, vt esset snīa clarior, adiecissent ꝑpositionē.

D Quamobrem videtur etiam tēpus esse sphæræ motus, quoniam is metiatur alios motus, & is motus tempus. Propterea autē euenit etiam id quod dici consueuit. Res enim humanas dicunt esse circulum. & aliorum quæ sunt motu prædita naturalem & ortum & interitum. id autem est, quoniam hæc omnia tempore iudicantur, & finem capiunt & principium, veluti per quendam ambitum. etenim tempus ipsum videtur esse quidam circulus. id autem rursus videtur, quoniam est mensura talis motus, & is ipsum metif. Quamobrē dicere res quę gignuntur & fiunt, esse circulum, est dicere, temporis aliquem esse circulum. id autem est, quoniā id

A motus metiatur circularis. nam præter mensuram nihil aliud apparet quod mēsum suscipiat, nisi plures mensuræ, vniuersum.

Solet Aristoteles ijs operā ferre, qui argumentanť quidem ad veritatem cognoscendam, ipsam autem nõ perfectè apprehendunt, causam sæpe dicens probabilem & rationi consentaneam cur seducantur. Simul autem suam quoq; confirmat rationem, per hoc ꝙ ostendit, eos qui lapsi sunt, dum ad tale quid respicerent, lapsos esse. Adducit ergo primos quidem eos qui dicebant motum circularem esse tempus. non fuerit autē hoc omnino à ratione alienum, siquidem is omnes motus metitur & tempus. Deinde etiam id quod dici consueuit, Res humanas esse circulum, vel etiam res omnium quæ consistunt in ortu & interitu ostendit euenire ijs quæ dicta sunt de tempore & motu circulari. quoniam hæc omnia tempore iudicantur, vt quæ suum principium & finem habeant temporalem. B Tempus autem videtur esse circulus, quoniam est ipsum quoq; mēsura motus circularis, & id motus circularis metitur. Quāobrem dicere res esse circulũ, idem est ac si dicatur esse aliquem circulum tēporis. Id autem, propterea ꝙ id motus circularis metiť. Si ergo id quod mensurā suscipit, in nullo videtur differre ab eo quod metitur, nisi sola multitudine: quod enim mēsuram suscipit, id est multa quæ metiuntur: id enim quod mensuram suscipit à cubito, eo ꝙ sit multorum cubitorum differt à cubito: & tempus quod metiť circulus, fuerit ipsum quoq; sæpe circulus. Etsi enim sit aliquod aliud subiectum mensuris, & ei quæ metitur, & ei quæ mensuram suscipit, vtputa si vlna quidē quæ metitur sit ænea, quæ mensuram aũt suscipit, lignea: attamē hoc quidem ipsum per quod illa quidē metitur, hæc verò mēsuram suscipit, est idem, nempe vlna. idem est autem dicere tantā longitudinem, sicut & tantum circulum. CXXXIX

Tempus esse motũ circularē opinans probabilis.

Res sunt circulus, quid sibi velit.

Rectè autem dicitur eundem esse numerum CXXXIIII
C ouium & canum, si sit vterq; ęqualis: Denarius autem non idem, neq; eodem modo. quemadmodum nec ijdem trianguli, æquilaterus & scalenus. atqui figura quidem certè est eadē, quoniam ambo trianguli. Idem enim dicitur à quo nõ differt differentia, sed nõ à quo differt. quēadmodum triangulus differt à triangulo differentia. Sunt ergo alij triāguli. figura autem à figura, minimè. sed in eadem & vna diuisione. Figura enim quæ talis quidē est, circulus: quę autem est talis, triangulus. Eius autem is qui talis quidem est, est æquilaterus: qui est autem talis, scalenus. Figura ergo hæc quoq; est eadem. est enim triangulus. sed nõ idem triangulus. Atq; D numerus quidem vtiq; est idem: neq; enim numerus ipsorum differt numeri differentia: Denarius autem non idem. Ea enim in quibus dicif, differũt. sunt enim hæc canes, illa verò equi. Et de tempore quidem, & ipso, & de ijs quæ eorum quæ sunt in ipso considerationi conueniunt, dictum est.

Quod dicitur quidem id est quod etiam prius dictum est, ꝙ quemadmodum idem est numerus æqualium numerorum & differētium, quemadmodum septem equorum, et septem canum, septenarius: ita etiam tēpus quod ipse quoq; est numerus, est vnum & idem motuum qui differunt & simul sunt. Ipsum autem rursus posuit, nõ ꝙ soleat Aristoteles dicere supuacanea, sed simul quidem aggrediť id explicare accuratius, cùm multa contra obijciātur: simul autem hoc quoq; collocauit cum ijs in qbus CXL

alij

alij consentiunt. videtur enim esse clarum eundẽ esse numerum septem canum & septem equorum, etiamsi hæc subiecto differant. Conijcio autem eum rursus hęc sum psisse ductum tali cogitatione, ex hoc, Rectè autem dicitur eundem esse numerum ouium & canum, si sit vterq; æqualis, denarius autem non idem, neq; eadem decem. Per hæc autem, inquit Alexãder, nos docet, quonam eorum quæ sunt sub aliquo eodem, oportet iudicare ea quę inter se differunt, & ea quæ sunt eadem. Quęcunq; enim non differunt propria eius differentia, per quod hæc vel illa dicuntur, ea ex eo sunt inter se eadem: Quæcunq; autem differunt propria illius differentia, ex eo sunt aliud. Triangulus enim æquilaterus & Isosceles, sunt quidem & figuræ, sunt autem etiam triãguli. Sed figuræ quidem sunt eædem inter se. quoniam non proximè differunt differentia figuræ. sunt enim figuræ differentiæ, rectilinea, & rotunda, seu quæ habet lineam circunferentem. Omnes autem trianguli redacti sunt sub eandem figuræ differẽtiam. sunt enim rectilinei. & præterea à tribus rectis lineis continentur. Sed non sunt vtiq; ijdem triãguli. differunt enim inter se trianguli differentia. Triãguli enim, quatenus triangulus, est differentia, æquilaterus, isosceles, & scalenus. Quinetiam numerus eorũ quę sunt ęqualia numero, non differens numeri differẽtia, idem est numero. quemadmodum ouium & canum septenarius. est enim differentia numeri par & impar. & vtriusq; eorum id quod constat ex tot, & tot vnitatibus. Septem autem in quibuscunq; dicatur est idem numerus & minimè differens, in eo q est numerus: Quæ autem numerantur, vt septem oues, & septẽ canes, & qui est in eis septenarius, non idem. aliæ enim sunt oues, & alij canes, quæ quidem erant ea quæ numerabantur. Ita autem homo quoque et equus sunt quidem eædem substantiæ: non enim inter se differunt substantiæ differentia: sunt enim substantiæ differentiæ, animatum & inanimatum: & sunt ea quidem quæ dicta sunt, quatenus animata, eadem substãtia. non sunt tamen eadem animalia. quandoquidem inter se differunt animalis differentia. rationis enim facultate prędit tum, & expers rationis, sunt differentiæ animalis. Rursus Plato & Socrates, quatenus animalia, sunt ijdem. neque enim inter se differunt differentia animalis: Homines autem non sunt ijdem. in quibus enim homines à natura habent vt inter se differãt, in ijs hi quoq; inter se differunt. Similiter autem decem quoq; se habẽt ad decem. est enim idem numerus. Numeri enim differẽtia decem à decem nõ differunt. sunt enim pares. Sed neq; paris numeri differẽtia differunt: quæ fuerit esse compositum ex pluribus vel paucioribus vnitatibus: Quæ autẽ sunt eis subiecta, & de quibus prædicantur, ea autem sunt ea quę numerantur, sunt alia vel genere vel specie vel numero. quamobrem non est amplius idẽ denarius, neq; eadem decem. vtroq; enim modo dicuntur ea quæ sunt numerata. Iam verò tempus quoq; præsens vbiq; idẽ est: non enim differt tẽporis differẽtijs, id quod est simul in Asia & Europa: Solæ enim sunt temporis differentiæ præteritum & futurum: non sunt enim differentiæ temporũ ex motuum differentijs: nõ enim vt alium & alium eos qui simul sunt numeramus: numeri autem non sunt ijdẽ quorum numerus est tempus, si hic quidem fuerit alteratio, ille verò motus per locum. eæ enim sunt differentiæ motuum. In his autem est attendendum, primùm quidem in quo differt hæc regula de eo quod est esse idẽ & diuersum, ab ea quæ solet dici, quę genere vel specie vel numero ea discernit quæ sunt eadem & quæ diuersa, siue vnũ & plura. Num in ea quidem, genere & specie dicimus esse eadem & vnum, de quibus idẽ genus & species prędicatur. quemadmodum homo & equus vnum genere, quoniam sunt ambo animalia: specie autem, Socrates & Plato, quoniam ambo homines: numero autem vnũ & idem, de quo prædicatur vna & eadem vnitas: In ea autem quæ nunc tradita est regula: si de aliquibus duobus

Eadem esse quæ dicant, | Differre quę dicantur. | Numer⁹ numerans idẽ, quę numerãtur nõ eadẽ. | Tẽpus præsens vbique idem. | Præteritum et futurũ sũt differẽtię tẽporis. | Eadem esse ac diuersa esse: gñe, specie ac numero.

E vel pluribus idem nomen prædicatur, eadem ex illo dicuntur, quando non differunt illius differẽtijs: diuersa autem quando differunt. Aequilaterus.n. & scalenus triangulus, eędem quidem sunt figuræ. quoniam non differũt ijs quæ figura differunt differentijs. eæ autem sunt rectilinea, & rotunda seu quæ habet circunferentiam, & si vis etiam mixta. ambo enim trianguli sunt rectilinei, quatenus constant ex tribus rectis. trianguli tamen non sunt ijdem, sed diuersi. quoniam trianguli differunt differẽtijs, ęquilatero, isoscele, & scaleno. ijs enim diuiditur triangulus. Quare etiam eorum quæ in priore regula dicũtur eadem in genere & specie, quemadmodum triangulorum, eadem inuenta est differẽtia. quoniam illic quidem erat idem esse per generis vel speciei participationem: diuersum autẽ per participationẽ alius & alius generis vel speciei: Hic autem idem quidem esse est ex eo q contineantur in eadem differentia eius quod cõmuniter prædicatur. Triangulos enim eosdem dicimus omnes æquilateros. & eadem animalia ea quæ sunt ratione prædita. F Diuersitas autem in aliquo est, quando differunt in differentijs eius quod cõmuniter prædicatur. Aequlaterus enim differt à scaleno, vt triangulus à triãgulo. quoniam inter se differunt trianguli differẽtijs. Quare illic quidem erat idem esse & diuersum per genus & speciem: hic autẽ per differẽtias. num autem etiam protinus per speciem: aliæ enim differentię cum eodem genere faciunt alias & alias species. Ex ijs itaq; quæ dicta sunt, vt puto, clarum euasit, quõ Aristoteles, Nunc, quod est in præsenti, etiamsi sint diuersa quæ sunt in ipso, idem esse dicit, vt quod non differat eius quod est, Nunc, differẽtijs. quemadmodum prius & posterius differentia eius Nunc, differentijs: non sunt amplius eadem Nunc. quemadmodum æquilateri quidem & isosceles non sunt ijdem trianguli, quoniam differunt trianguli differentijs: æquilateri autem ijdem, quoniã non differunt trianguli differẽtijs. Atqui ij quoque numero differunt, non vt qui differant differẽtia numeri, sed vt discreti per vnitates. G Sin vnitates quoq; nulla inter se differentia differunt, q nihil sint aliud quã vnitates: ne dicantur quidem inter se differre numero. Socrates enim & Plato qui ijdem dicuntur genere & specie, quoniam ambo & animalia & homines: dicũtur inter se differre numero, quoniam sunt diuersæ vnitates quæ differunt multis accidentibus. siquidem hic quidem erat filius Sophronisci & Phænaretes, ille autem Aristonis & Perictiones. & hic quidem simus, ventricosus, & oculis eminentibus: ille autem decoro naso, lato corpore, pulchrisq; & elegantibus oculis. & hic quidem præceptor Platonis: ille autem discipulus Socratis. & ex actionum differentijs. Ipsorum itaq; Nunc vnitates, quæ sumũtur in præsenti, quatenus quidem sumuntur vt Nunc, ipsæ quoq; minimè differunt, vt vnitates in numero monadico: siquis autem cum formis subiectis prius reputet ipsas accidentium differentias, numero differre dixerit. Nũc, autem, prius, & posterius, differunt formæ ipsius Nunc H differentijs. Quare quando, Nunc, eadem, dicit Aristoteles, vel tempus, cùm dicit, QVINETIAM ipsum est vbique simul }& alibi: IDEM autem tempus quod est ęquale & totum simul. specie enim vnum est & quod non est simul} idem scilicet dicit & vnũ, quod non differt ipsius Nunc differentijs. Porrò autem tale est tẽpus quod semper præsens est æquale: Quod est aũt prius & posterius, specie solùm vnum est, non q differant ipsius speciei differentijs: sic enim non essent vnum & idem: sed q eandem speciem nempe ipsius, Nunc, vel temporis participent. Hæc quidẽ sufficiant ad ea declarãda quæ ab Aristotele de tempore dicta sunt. Singula enim eorum quæ à principio vsq; ad finem ab ipso dicta sunt persequẽs, ea vt potui explicaui. Quoniam autem non hic solùm nobis finis proponitur studiosæ exercitationis, vt sciamus quænam sit Aristotelis sententia de tempore, sed magis vt quidnam sit tempus ediscamus, ita enim, vt existimo,

Differre & ferentur.

propius

propius ad Aristotelis de tempore cogitata veniemus, hoc breuiter explanemus. Post hoc autem eorum quoq; qui de tempore philosophati sunt sententias consideremus. Cùm autē Aristoteles in principio libri acriter sit argumentatus vt probaret non esse tempus, & illa argumenta non soluerit, rectè habuerit ea quoq; in fine soluere pro viribus. neq; enim aliter finem ceperit quę de tempore suscepta est oratio. Quę est ergo vnica & vnita natura, manēs in simplicitate, omnē superat discretionem. Et ea partim quidem est vnum: partim verò ab vno continetur, exiguo aliquo ex vno mutato ad hoc vt vnū sit id quod est. & nec essentia quidem eius quod illic est, est discreta. Vbi autē vt vnitis omnino apparuit discretio, illic etiam apparuit multitudo cum vno, & totum & partes facta sunt. & eòm quæ hic sunt alia alibi spatio disiuncta essent, præcedens quædam illuxit descriptio. & aliud esse, factum est præter id quod est. Vbi autē quomodocunq; discretio, statim oportuit esse quoq; mensuram discretionis, ne eòm ab vno excessisseor, ferrentur ad infinitatem. Quocirca multitudinem quidem mensus est numerus, ne esset innumerabilis & reuera infinita & interminata: Distantiam aūt quæ est per continuitatem mensus est terminus magnitudinis. per quem cū continuum quoq; tantum quid factum esset tanquam discretum, stitit excessum qui fit in infinitum. Similiter autem quæ est quoq; partium alius alibi discretio, locali dispositione & ordine opus habuit. Et sunt hæ quidem mensuræ discretionis quę est in essentia & eo quod est. Quoniam autem essentia quoq; eius quod est, vt in illis discreta est, effecta est veluti quædam prolixa & extensa vita eius quod est, mansit autem nihilo secius in vno quod est, quoniā actus quoq; est in substantia, substantię enim sunt actus ea quę illic sunt, vt diuinè cōtemplatus effatus quoq; est Aristoteles: ea ratione mēsuram habuit æuum, quod colligit essentiæ extēsionem, in immobilem in eo quod semper est mansionem. Et sic quidem eòm quadrupliciter facta sit quæ in intelligentia consistit discretio, apparuerunt hæ quatuor mensuræ, numerus, magnitudo, locus, æuū. Sensile autem ab eo progressum quod percipitur intelligentia, & id quod est natiuum seu factum ac genitum ab eo quod est, per declinationem quandam & imutationem: non enim mansit in remissis eius quod est mensuris, sed vnà cum eo quod non est, cōmixtum est, satis habens ad hoc vt esset quomodocunq;, vt id quod est in eo quod est nō esse illineretur: quo factū est vt id quod fit, eius quod est imago existeret: meritò ergo nō habuit discretionem formalem sicut illic, eòm vnumquodq; non sit solùm vnitum omnibus alijs, sed sit etiam quod alia. patibilem autem potius discretionē suscepit generatio, à natura quæ non potest diuidi ingressa diuisionem. & ideo illic qdem multitudinis distinctio, hic autem diuulsio facta est. Quę illic est autem tota coalita & simul cōsistens summa, hic spatijs disiuncta, apparuit assiduè quātitas materialis. & quæ illic est partium discretio, hic aliarum alibi dislectio effecta est. Ita autem essentiæ extensio quæ fuit illic formaliter ab eo quod est discrera, mansit autem in vno qđ est per substantiam: hic extensa fuit per eam quę initium cepit substantiam, sortita id quod est in motu qui est effector generationis. Itaq; mēsuræ quoq; patibilium discretionum habuerūt ipsæ quoq; genitum subsellium. & numerus diuulsus vnitatibus. & magnitudinis mēsura, spatijs, interuallisq; disiuncta. & locus dimensus. & tempus fluens, & discretum eo quod est prius & posterius. Et sic ipsæ quoq; partem aliquam habuere generationis, vt ipsæ etiam videantur opus habere mensuris. etenim numerus qui est hic, videtur esse numeratus. & mēsora magnitudinis, vt vlna, videtur esse dimensa: & loci partes ipsæ quoq; ordine rectaq; dispositione & collocatione egere: & tempus esse in tempore, vt sciemus procedentes. Hic autem præceptorem meum non admitto Damascium, qui non vult quatuor esse mensuras, sed tres, numerum

Vnica & vnita natura superat oēm discretionē.

Discretio facit esse aliud præter id qđ est.

Discretionis essentię mensuræ q̃ sint.

Aeuū. colligit extensionem essentię in imobilem mansionē in eo quod semper est.

Sensile imago ei⁹ qđ est.

In his quę vere sūt est multitudinis distinctio, I sensilibus diuulsio.

ὑποβάσεις.

A & locum & tempus, in ijs quæ ab ipso scripta sunt de numero, loco, & tempore. quemadmodum enim numerus est mēsura magnitudinis, ita locus magnitudinis. Atqui existimo esse euidens aliud esse mēsuram & terminum, quatenus dicimus esse aliqd bicubitale vel tricubitale: & aliā quę est per rectam dispositionē & collocationem, per quā hæc quidem pars est supernè, illa verò infernè, et hæc quidem dexterā, illa verò sinistrā. Est ergo tempus, essentiæ fluxus. Essentiā autem dico non eius solū quod est in substantia, sed ēt eius quod est in actione. Mirabiliter aūt temporis naturam Aristoteles & vidit & ostendit, dicens, & motui & alijs hoc esse in tēpore, q esse eorum tēpus dimetiatur. Quemadmodum aūt motus non fit in ijs quæ non possunt diuidi. neq;.n. componitur ex †momentis: neq;.n. linea ex punctis: sed fines quidem & lineæ & motus non possunt diuidi: partes aūt eorum ex quibus componuntur cùm sint continuæ, non sunt diuisionis expertes, sed possunt diuidi: ita aūt temporis quoque, B Nunc quidem quæ sunt vt fines, nō possunt diuidi: quæ aūt sunt vt partes, possunt vtiq;. Tempus.n. cùm sit continuū, habet ipsum quoq; partes quæ diuidunť in ea quæ possunt diuidi. Quare etiāsi motus & tempus sit in continuo fluxu, non est tñ eiusmodi vt non consistat, sed id quod est habet in eo quod fiat. Fieri autem non est absolutè non esse, sed aliàs in alia parte essentiæ consistere. Quemadmodum.n. æuū causa est, vt per id quod est maneat in suo quod vnū est, id quod eā quæ intelligentia apprehēditur suscepit diuisionē à proprio quod vnum est: ita tempus causa est vt circa id quod apprehenditur intelligentia, choreas ducat vnus formæ emicās splendor, qui illinc sensum subijt. & habet ordinatam choreæ continuitatem. Quemadmodum.n. propter locū non simul sitæ sunt partes eorū quæ disiungūtur spatijs: ita propter tempus nō simul ponitur tēpora esse troiana, et esse Peloponnesiaca, & in vnoquoq;, esse infantē, & esse adolescētem. Clarum est aūt tempus semper esse cū motu & mutatione, C ea continens quę substantiam habent in eo quod fiat. quod idē est ac si dicas, faciēs vt id quod fit, circa id quod est, choream ducat. Et q omnium quidē natiuorum seu genitorum ac factorū & vniuersæ generationis dominatum obtinuerit, & ea contineat tempus, & quod semper est, & quod fuit aliqñ, rectè dixit Damascius. Quòd autem deinceps seqtur, q per se fuerit causa imutabilitatis, ijs quæ quod in se est ab eo quod sunt excedunt: adeò vt quietis sit potius tempus, quā motus: videtur quidem dictum esse propter temporis cū æuo similitudinē, & propterea q in eo q fiat contineat. quemadmodum.n. illud est causa manendi in eo quod est esse: ita tempus, manendi in eo quod est fieri. Num aūt manere tempori nō omnino conuenit, sicut nec esse generationi. sed quemadmodū generatio facta est quædā reuolutio, quæ ab eo quod est diuertit: ita quæ est circa id quod est chorea, est reuolutio mansionis quæ est in eo quod est. Sed hæc quidem dum ab eo dicuntur, non admodū me conturbant. sed illa D magis, quæ ēt dum viueret mihi sæpe dicens non persuasit, totum tempus simul consistere. Hoc ergo cū in ijs etiam quæ de tēpore scripsit exposuerit, volo considerare. Cùm.n. dixerit Aristoteles illud esse in tēpore, extra quod pōt sumi tempus: ita.n. comprehendi à tēpore: aduersus hoc contendens, hæc scripsit. Adhuc aūt magis
" mirari possit aliqs audita definitiōe eius quod est in tem-
" pore, nempe q sit id extra quod pōt sumi tempus. ita.n.
" comprehendi à tēpore, vt tempus continendo metiēs &
" numerans, sit intra fines eius quod continetur, vt locus.
" Atq; hoc quidem ipse dicit. Sed si ita est, qūo est tempus
" aliqua affectio tēporis, vtpote dimēsio? Tempus.n. non
" est eiusmodi. Et si dimensio, etiamsi nihil liceat extra su-
" mere, dimensa est & in tēpore. Quinetiā hoc euenit à ra-
" tione alienum vniuersum tēpus non esse tempus. non di-
" co formam veluti figurā, vt ipse dixit, vniuersum simul
" esse tempus, quēadmodum siquis omnē simul hominem

Quatuor esse mensuras & non tres, vt vult Damascius.

Tempus essentię flux⁹.

† κινημάτων.

Lineę et motus fines nō possunt diuidi, partes possunt.

Nunc vt fines non diuiduntur, diuidūtur vt partes.

Fieri quid sit in tēpore & motu.

Aeui quis sit effectus.

Per tēpus, vnus formæ splēdor, choreā ducit circa id qđ apprehendit intelligentia.

Manere nō conuenit tēpori.

Esse non cōuenit generationi.

Totum tempus simul nō consistere.

esse Socratē: sed cōmune quod semper fluit tēpus, quod etiam dicit ab æuo fuisse cōprehensum. Atqui quod semper fluit tempus idem esse fatemur. in quo etiā fieri eam quæ semper est temporum mutationem, & cœlestiū corporum sempiternā motionem. Attū non sunt ea in tempore per definitionem. Extra tempus.n. quod fiat, quid potest aliō cogitari? Est aūt admirabile & quod est præter omnium opinionem, q̄ totius temporis partes nō faciat tēpus. Si.n. præteritum, præsens, & futurum sunt partes temporis, aut superior annus, hic annus, & annus venturus, temporis sunt partes: oportet totum quoq; quod ex eis constat tempus facere, cuius nomē est, semper. Illud quoq; est absurdum, id quod est semper idem numero, non esse in tempore, qm̄ non fluit substantia, neq; ei à natura insitū est vt fluat: semper, aūt esse solūm, vt asymmetriā diametri ad latus. Atqui si id quod est diuturnissimum et longissimi temporis, est in tempore, cur non ēt id quod est vniuersi tēporis, si cui ita id appellare lubeat? Cur autem id quod vbiq; qdem est, vtpote vniuersum, vel potius quidquid est cœleste in loco dicimus, vt quod omnem locum comprehenderit: alicubi enim est totum quod est vbiq;: in tempore autem non sic mente concipimus, in toto esse tēpore id quod est semper idem in eo q̄d est idem numero? Quod.n. est relatum ad locū id quod est vbiq;, hoc est ad tempus relatum id quod semper est. Cur autem est locus quidem æternus, vt cōcaua cœli circunferentia, & medium mundi (idem est autē dicere & semper est idē numerus, quemadmodum stellarū) vnum autem solum est tēpus, in quod cadit ortus & interitus, extra quod est semper amplius? Nam etiāsi numero, attamen extra numerum æternum non est æternus aliqs. est autem vniuersus etiam idem numerus. In his quidem cū sumpsisset Aristoteles temporis cum loco similitudinem, quatenus tēpus terminat & continet id, quod est in tēpore, sicut locus id quod est in loco, & numerus id quod dicitur in numero: censet ipse si nō extra vniuersum locum licet locū sumere, nec extra vniuersum tempus posse tempus sumi. Atqui clarum est Aristotelē existimare locum differre à tēpore, q̄ locus esse simul totus minimè prohibeatur, tempus autem habeat id quod est, in eo q̄ fiat, sicut etiam motus, non tū totum simul consistit. Si ergo tēpus habet id quod est in eo q̄ fiat, sicut motus, qūo est à ratione alienum non esse simul vniuersum tempus? Contra autem esset à ratione alienum simul esse vniuersum, quod habet id quod est in eo quod fiat. Si ergo nō est à ratione alienū, non esse simul vniuersum motum, q̄ sit fluxus: neq; non esse simul tempus quod fluit: est à ratione alienū, etiamsi maneat forma cōmunis, eo q̄ fiat iterū atq; iterum, vt in motu. Si autem tēpus semper fluens dicimus, non dicimus illud, semper, vt quod semper consistat infinitum, sed q̄ fiat in infinitum. ita.n. & tempus & motum semper esse dicimus, vt quæ nunq̄ deficiant: non vt quæ illud, semper, totum simul habeāt.

Sempiternū est duplex.

Duplex est enim sempiternum, vnū quidem quod est totum simul, vt id quod est æternum: alterum autē quod habet id quod esse in eo quod est fieri in tēpore quod non deficit. in eo aūt fit & quæ semper est formarū mutatio, quæ ēt in eo quod est fluit, manet autem per formam, eo q̄ fiat iterum atq; iterum: & sempiternus cœlestium motus. Et quemadmodum cœlestium motus non est simul totus: ita nec quod ipsum metitur vniuersum tēpus. Et ideo extra totum quidem simul tempus, vt quod ne consistat quidem, nihil potest sumi: extra id autē quod semper cōsistit sumi pōt, propter eius quod semper est idem fluxum qui non deficit. Sed nec est, vt existimo, admirabile & præter opinionem, q̄ cùm non sit totū simul tempus, partes tempus faciant, nempe præteritum, præsens, & futurum. Si enim diceremus has partes esse simul, absurdum esset cum partes simul sint, non etiam simul esse totum. Sin ita sunt partes, vt hæc quidē sit, illa verò non sit, quomodo fieri potest vt totū simul sit? Scripserit autem quispiam & euidentius ostenderit quid mirabile & præter opinionem. Cùm enim totum tempus sit simul, est mirabile quomodo non sint simul partes. etsi non sint simul partes, est mirabile, si totum sit simul. Semper, autem est nomen temporis, non q̄ illud, semper, sit simul, vt dixi antea: sed vt quod habeat illud semper, nunquam deficiens. Dicit autem absurdè dictum esse ab Aristotele æterna non esse in tempore, quemadmodum symmetria non conuenire diametrum cum latere. Atqui si hoc quidem est eorū quæ sunt præsentia & simul tota: est scilicet eorum quæ sunt & non quæ fiunt, vt patem esse binarium, & ideas incorporeas: & non fuerint hæc in tempore, sed potius in æuo. Sin in tempore: videlicet etiā in motu. & non vtiq; totum simul consistet. non enim quoniam nos in tēpore cognoscimus ea quæ sunt supra tempus, ideo etiam illa faciemus in tempore. Si autem, inqt, id quod est diuturnum & lōgi temporis, est in tempore: cur non etiam id quod est vniuersi tēporis? Et sit hoc quidem etiam in tempore, siquidem est in motu, & non totum simul consistit. Circularem itaq; motū dicimus æternum, vtpote q̄ & ipse non deficiat, & cum metiatur tempus quod non deficit. Sed neq; est necessarium, siquid sit in toto loco simul, quod vbiq; dicimus, quemadmodum totum mūdum corporeum: vt sit ēt in toto simul tempore id quod semper est idem in eodem, numero. Nam totum quidem locum simul esse non est absurdum. neque enim habet locus id q̄d est in eo q̄ fiat, sicut motus. Tempus autē quomodo fieri potest vt simul sit? Quare etiā si id quod est vbiq;, habet proportionem & conuenientiam cum eo quod est semper: sed tamen illud quidem manet, hoc verò fluit. et si accidisset vt id q̄d est vbiq;, esset infinitum, esset illud quidem manens infinitum, hoc verò in infinitum? Cur autē, inquit, locus quidem & numerus est æternus ante id quod interit, nō est autem tēpus? Num est quidem tēpus quoq; æternum. Tempus certè non deficere probat Aristoteles, sed quod id quod est, habeat in eo quod fiat, sicut motus: & ipsum quidē semper, eis inesse, sed non vt quod sit totum simul, sed quod procedat in infinitum.

Aeterna sint ne in tempore.

Tempus est æternum consistit in eo quod fiat.

Vt autem in summa meam dicā sententiam, si est aliqua generatio et motus, qui non in eo q̄ fiat habeat id quod est, neq; aliam post aliam sui partem, sed tota simul cōsistat, vt animæ substantia: vel si nō eius, substantia quidem certè cœlestis corporis: dixerit qdem quispiam esse natiuam seu factā, vt quæ ex sola causa consistat, & sic esse mobilem per motum generationis, per quem ab eo quod verè est dimotum est ad id quod fit, & ab exemplari ad imaginem. Si quis ergo generationem talem videt & motum, vt meus sæpe affirmauit Damascius: meritò totum quoq; simul tempus videre contēdit quod talem motū metitur, & id esse quod est simul: Sin natiuum seu genitum ac factū, id Plato definit, quod oritur & interit, reuera autem nunq̄ est. etsi omnis motus est mutatio, & aliud omnino habet post aliud: nō sunt dicenda natiua vel mobilia ea quæ tota simul sunt, nisi aliquo modo in eis possit videri mutatio. Atq; scio qdem Damascium exponētem id quod oritur & interit, etiam in ijs quæ sunt æterna natiua, sunt autem imutabili substantia, dixisse talē naturam esse mediā inter id quod est, & id quod nō est. & per eam quidem quæ est ad id quod est extensionem, dicebat id fieri aut oriri: per eam autem quæ est ad id quod non est demissionē, interire. Sed nunquid id quod est medium, cuiusmodi est animæ substantia, non est propriè natiua seu genita, sed est medium inter id in quod cadit diuisio, & id in quod non cadit. idem est autem dicere, id quod est & generationē. Et ideo media quædam mensura inter æuum & tempus eam metitur. quam propterea q̄ nomen proprium nō habeat, aliquando quidem æuum, aliquando verò tempus appellant Philosophi. Cœlestium autem corporum substātia, tota quidem est natiua ac genita: est enim aspectabilis & tactilis & corpore prædita: cū sit autem genita, & in vno

Tēporis naturam nō esse mediā inter id q̄d est, & id q̄d non est.

Aīæ substantia cuiusmodi, nēpe media inter id q̄d est & generationem.

Cœlestium corporū substantia est genita.

non

non manserit, motum habuit & mutationem, etiāsi non eam quæ est in substantia, vt aliquando quidem sit, aliquando verò non sit: sed quandam alterationem quæ est in qualitate. per quam in diuersis figuris, diuersæ vitæ et perfectionis & ipsæ fiunt participes ad suas ipsarum substantias à proprijs exemplaribus, & ea sibi inuicem impertiunt & ijs quæ sunt subter Lunam. Sed quoniā temporis quoque substantiæ diuisionem faciēs Damascius, multa dicit de tempore quod totum simul consistit: age quædam etiam ex illis consideremus. Sic autem habet.

Damascii argumenta quibus vult probare totū tēpus consistere.

Quod est autem vniuersum tempus? An id extra quod non licet aliquid sumere? Eius autem quod est semper, quidnam esse extrinsecùs dixerimus quod tempus declaret? Aristoteli quidem certè & hoc supra tempus visum est, & æuo cōuenire. Ipsum ergo semper, est tempus maximum. Vtrum ergo quod semper fit & nascitur & perpetuò fluit, est hoc maximum? Sed hoc nūquam vniuersum ad hoc, vt sit, accedit. neq; fit totū simul. nec est semper ipsum semper, vel potius nūquam. in eo enim quod est aliquādo quomodo fuerit sempiternum, ne facile quidem fingi potest. idem enim & simul erit ipsum semper, & ipsum aliquando. sed neq; in eo quod est semper. hoc enim ipsum dicimus non esse simul quod est semp, fluere autem per partem. Est ergo absurdum aliquod qdem tempus vel minimum consistere: vniuersum autem nunquam. Atqui si semper aliquid significat, & non est nomen inane: fieri non potest vt res quæ semper est non sit semper. significat.n. æternum. Aeternū autem est, quod fieri non potest vt non sit aliquando, vel nunquam sit. & quod non contingit non esse, id vt sit necesse est. Nam si ipsum, Semper, nō est, vel est non semper: eorū quę sunt natiua seu orta nihil erit æternum. Quare nec cœlū semper, nec mundus numero vnus. sed fluent omnia, cùm id quod semp est in fluxu, neq; sit neq; fiat. Quod enim est aliquando vtiq; fiet. & non id quod semper. Et per hæc vult cœli sempiternum & vniuersi mundi simul esse totum, non per id quod in infinitum fertur & semper fit ac oritur, & per tempus fluēs, sed per id quod totum simul cōsistit. In ijs autem quæ deinceps sequuntur, diligētius vt opinor intuens, alibi etiam primitus ponit tale tēpus. & ex illo etiam in cœli substantia id dicit consistere. Necesse est autem plura adscribere. Cùm enim quæsijsset quid tandem erit quod semper facit id quod aliquādo fit iterum atq; iterum, quod nunquam cessat ab eo quod est iterum atq; iterum, subiungit. Num cùm sit naturale, natura quidem faciet, vel ante ipsam anima. ipsa.n. præest omni mutationi. Et quomodo natura quæ est opifex æternorum corporum, & tempus quod semper fluit ex seipsa effundit, nō est eterna & plena ęternis rationibus? Ergo temporis quoq; ęterna ratio, quæ in ea suam habet substantiam, id fuerit tempus quod est semp præsens totum & vniuersum. Similiter autem ea quoq; quæ in anima pręcedit ratio temporis, semper erit numero idē tempus. Si autem in anima immutabili, & natura quæ est huiusmodi, fuerit tempus concretum & conciliatum in totam formam temporis: erit hoc quoq; vniuersum tēpus semper manens in sempiterno, & nunquā fluens, in vno semper habens id quod est prius & posterius, & ipsum Nunc, quod dicimus præsens tempus. Ab eo ergo quod stat quod diuidi non potest, id quod fluit tripliciter diuiditur, quomodocunq; diuidatur. de eo enim nōdum agitur. Dicit autē procedens, vnum quidem esse in imutabilium naturarū ijs quæ mutātur operationibus, seu sint eę naturę animales seu corporeę, conseruantibus ipsum, Semp, in sola specie: alterum aūt semper cerni in substantijs quæ mutantur in infinitū, quod seruatur per formam in totis ipsorū summis. Tertium autē, quod est finitum in ijs quæ fiunt & intereunt. Hoc vel cōsideratur per circulū, vt totius natiui seu geniti ambitus, verbi gratia Solis, quæ ab eodē ad idem fit vna circūuectio: vel per rectū ingressum, vt in atomis, & ijs in quæ cadit interitus.

A Sic quidem fluens tēpus diuisit. Iis autem quæ prædicta sunt hæc coniunxit. Si ergo qualitas æterna & in tempore quod est semper, facit autē eo q sit, est prior ijs quæ fiunt. (si.n. facit opationibus: multo magis eo q sit: substantia enim opifex est prior operationibus, & æternum prius est eo quod non est hmōi.) quare ēt in æternis eorum quæ fiunt & oriuntur, in substantia firmū ac stabile faciet tempus quod est semp & nunq̄ fluit. vel potius ea per illud cū æterno colligabit. Eius.n. quod est semper, particeps effecta cœli substātia, æterna euasit, ex ipso q̄d est semper (idem est autem dicere, vniuerso tēpore) accepta substātia. Quod est ergo cum toto, & æterno tempore congenitum & coalitū, siue id ab anima incipiat, siue à sua ipsius natura: de hoc enim postea: non fluens, neque cum fluenti versans, reuera est vniuersum tempus. à quo id quod fluit per partes deducitur. & ideò non cessat fieri, etsi semper cesset, id quod semper adest & instat. quoniam illud semper stat idem numero, id quod est semper

B per formam operans. Quemadmodum.n. cœli operatio est rursus & rursus circūuectio quæ minimè deficit: ita ēt temporis quod illic in vnū coactum est, circunuectionis tempus est operatio. Et qd ab æuo differet, dicet qspiam, tempus quod sic in vnū coactum est, vt dicimus? Aristoteles quidem certè hoc æuū esse dixerit, eo quòd vnumquodq; quod assiduè fit tempus comprehendatur. Et fortasse Aristotelem magis sequetur Alexander hoc dicēs. Num ad Alexandrum qdem dixerit quispiam, esse considerandum, an idem ponet Aristoteles ipsum semp esse & substantiæ quinti corporis, & substātiæ eius quod est immobile appetendū. Si.n. hæc quidem est causa, illa verò à causa, vt ipse confitetur, etiamsi nolit dicere generationem de corporea æternitate: hoc.n. solum nomen dicit se nō admittere: Si ergo differt: duplex etiam semper esse concesseris, vnū quidem causam, alterum verò à causa. Nos autem qui id quod ex alio constat, & natiuū esse & nasci seu fieri fatemur, meritò non æuum sed tempus

C id appellauerimus, hanc primam æui ponentes imaginem. In his autem, vt incipiam ab vltimis, si hoc tempus est id quod fit aut oritur: omnino clarum est etiam id moueri. vbi enim est generatio, illic est etiā omnino motus & mutatio. Plato enim dicit illud esse natiuū seu genitum quod oritur & interit, reuera autem nūquam est. Quinetiam primum omnium tēpus, quod dicit factum fuisse simul cum cœlo, appellauit numerosè euntem imaginem eius quod manet in vno æuo: vt qui vnà cum tempore motum omnino cogitaret. Alexandrum autem & Aristotelē rectè rogauerit quispiā, quid differt id quod est esse & id quod est semp quintæ substantię ab eo quod est esse & semper primæ causæ ex eorum sententia. Dixerint autem, vt puto, æternum quidem illud esse & hoc semper, vt quod habeat infinitum semper in eodem concretum, & quodcunq; eius sumpserit quispiā totum comprehendens. Quod est aūt quintæ substantiæ, ęternū quidem, sed nō vt simul totū, sed vt quod procedat in infini-

Tempus est genitum.

Tēpus mouetur.

Primæ causæ essentia qd differat a substantia quintæ essentiæ.

D tum. quāobrem est ēt in tempore. quancunq;.n. eius esse partem quis ceperit, habet aliqd extra se, vt quod procedat in infinitum. Siquis aūt id æuum esse dicat, quidqd semp est volens esse æternū, & id diuidens in id quod est simul totū, & id quod habet id quod est in eo q fiat: in nominibus qdem discrepat à Platone, res autē rectè diuidit & illi conuenienter. Rursus aūt censeo ea esse attendenda quæ sunt in principio nūc adductæ dictionis, q id q̄d semp est vno modo sumit id q̄d infinitum in vnū simul cōprehendit. Atqui id q̄d semper fit nouit inesse fluenti tēpori, aliud.s. hoc semper sumēs in tpe, nempe id quod est in infinitū. Atq; eiusmodi quidē, semper, ne Aristoteli quidē videtur æuo conuenire, vt dicit Damascius. Dicit autē in tertio huius opis Aristoteles. Alioqui & in tpe manifestum est infinitū, & in hoibus, & in diuisione magnitudinum. Oīno.n. sic est infinitū q semper sumatur aliud & aliud. & id q̄d sumitur qdem semp, finitum.

Æuum.

» sed semper est aliud & aliud. Preterea esse dicitur multis
» modis. Quare id quod est in infinitū, non oportet sume-
» re, vt hoc quidpiā, vtpote hominem vel domum. sed vt
» dies dicitur & certamē. quibus esse non est vt substātia,
» sed semp est in generatione vel interitu, etiamsi finitum.
» sed semp aliud & aliud. Sed in magnitudinibus quidē eo
» remanente quod sumptum est id accidit: in tpe autem &
» hominibus intereuntibus, sic fiet vt non deficiant. Ad-
huc aūt apertius id semper quod est in infinitum ostēdit,
» dicens. Euenit aūt vt infinitum sit cōtra q̄ dicunt. Non
» enim id extra quod nihil est, sed extra quod semp est ali-
quid, id est infinitum. Videtur autem sua oratione inferre tanquam absurdum, quòd eiusmodi, semper, nunquam sit vniuersum, neq; sit semper id quod est semper. Atqui quid fuerit absurdi in eiusmodi semper, quod habet id quod est in eo quod fiat? Quinetiā aliud dicit absurdum, q aliquod quidem vel minimum tempus consistat: vniuersum autē nunquam. Atqui esset absurdius & multo minus fieri posset, vt quæ quod sint habēt in eo q fiant, tota simul consistant. Omnino aūt, inquit, si semper non est nomen inane, fieri non potest vt res quæ est semp non sit semper. significat enim æternū. Æternum autem est quod fieri non potest, vt aliqn̄ non sit, vel nunquam sit. & quod nō contingit non esse, & esse est necesse. Hæc quoq; ratio mihi videt̄ captiosa & Sophistica, vt quæ sumat id quod semp est pro eo quod semper fiat. neq;.n. id quod semper est sic semper fieri est nomē inane. sed ita consistit vt quod semper fit. est.n. hoc quoque aliquod eius quod est esse significatum, quatenus generatio est ēt aliqua ratione particeps eius quod est. est.n. saltatio quando fit. & saltare dicimus saltatorem, sed nō tanquā simul tota sit saltatio, sed vt quæ id quod est habeat in eo quod fiat. Deinceps autē videtur etiā velle id semper esse in ijs quæ sunt natiua & genita, quod stat & est idē numero. quod miretur aliquis. Si.n. semper, non est, inquit, vel est nō semper: nihil erit eorum quæ genita seu orta sunt æternum. Quare nec semper cœlum, nec mundus idem numero. sed fluēt omnia, cùm id quod semper est in fluxu, neq; sit neq; fiat. nam quod est aliqn̄, assiduè fiet, & non id quod semper. Si ergo illud semper geniti cœli & mundi velit considerare vt quod stet, & vt quod sit totum simul: dicat quid differet id quod est natiuū & genitum ab eo quod verè est & est æternum? Sed videtur ea progressio quæ fit per medietatem, causa esse vt ipse quoq; rectè interroget, quō cœlum & mundus erit idem numero si in eo q fiat & intereat id quod est habeat. Et ego rursus vicissim interrogem, si cùm sit natiuū hoc cœlum, & hic mūdus qui est corporeus, habet id quod semper stat & simul totū consistit: quō ab æterno & eo quod verè est differet eiusmodi natiuū? Cùm enim sint duo extrema eius quod est semper, vt puto, significata, id quod est propriè æternū & verè est & totum simul consistit. & id quod fluit in substantia, & habet aliàs aliud numero quod fit in substantia, vt & cœlestium motus cernit̄ euidēter, & species omnes quæ sunt sub luna: humana enim species semper videtur in alijs & alijs indiuiduis quę fiūt & intereunt: Horum ergo extremorū duæ sunt medietates naturalis simul & corporea, & animalis: ad id qdem quod verè est, animalis, ad id autem quod fit tantū pertinet æternorū corporum naturalis constitutio. quarū animalis quidē etsi ab æterna excesserit cōtractione & vnione, & à substantia in quā omnino non cadit diuisio: non deuenit tn̄ ad id quod potest perfectè diuidi, neq; in substantia, neq; in essentiæ extensione. Quāobrem & Plato & Aristoteles, cū in duo diuisissent mēsuras essentię extensionis, nēpe in ęuum & tēpus, Plato qdem ambas medietates videtur posuisse in tēpore, de aīa quidem dicēs, Nunq̄ desituram & prudentem vitā inchoauit toto tempore: de toto autem cœlo seu mundo, Tēpus cum cœlo factum est: Aristoteles autem magis in æuo posuit, ijs quæ euidenter semp fiunt & intereunt tēpus tribuens. Sed si

Semper esse & semp fieri, differunt.

Inter æternū qd̄ semp est, & æternum quod semp fluit, media est natura corporea et aīalis.

Aīam & cœlū Plato ponit in tpe.

Cœlū & mūdū ponit in ęuo Aristoteles.

E accuratè & exactè loquendum sit, mediorum mediæ fuerint mensurę, & quæ alijs nominibus conueniunt. Id ergo quod semper est & substātiæ aīalis, cœlestisq; & mundanæ sūmæ: neq; totum simul est cogitādum, vt id quod est propriè ęternū, neq; sic oriri & interire, vt id quod est eorū quæ sunt sub Luna. sed quēadmodum substātię mediam habent naturam, ita ēt essentiæ eorum extensio, & mensuræ essentiæ extensionis. Siquis aūt velit tēpus vocare, de nōibus nulla erit controuersia: ne tn̄ hoc consuetum tēporis significatum, quod præsenti, præterito, ac futuro diuiditur, in quo & Aristoteles & Plato hoc nomē ponunt, in illis detur: neq; illud, semp solum cognoscat, quod cōsistit simul totum & manet in vno: sed videat ēt id semper quod est in infinitū, quod habet id quod est in eo quod fiat, & quę in medio eorū sitæ sunt eius quod est semp differentias: quas qui accuratè loqui voluerit, eas neq; æuo propriè, nec tēpori conuenire censebit: cū motu enim oīno esse, & aliquid motus videtur esse tempus: F Sin hoc tempus fluēs quod motū metitur corporeū, tam eum qui est in substantia, q̄ eum qui est in alijs mutationibus, quę est in natura æterna ratio temporis, & cuius substātia est in ipsa natura, ea, inquā tempus producit, & ea est, vt inquit, tēpus semper præsens totū & vniuersum: Similiter aūt etiam quæ est in aīa ratio temporis, quæ est semp prior numero, ea ipsa est totum simul tēpus, quod dicit totum simul consistere: nō mihi vtiq; videtur dura eorum snīa. rationem enim temporis, sicut ēt motus, totam simul esse & in aīa & in natura, quēadmodū ipsum simul est in illis, non est mirandum. prior est.n. ratio temporis quæ est incorporea, & nullis spatijs disiungitur. & ab illo est hoc quod habet spatium & distantiā, quod quidem non pōt non esse hmōi. Ita ergo & tempus & motus, in exemplaribus quidem & formalibus rōnibus sint tota simul: In imaginibus autē & natiuis genitis ue substantijs id vt puto nequit fieri. Num autē nec naturales & animales rationes, siqdem sub id quod verè est, & sub G id quod in vno manet descēderunt, possunt totum simul habere: si accuratè loquamur: sed sic vt conuenit illis medietatibus. Vt paucis aūt dicam, existimo fieri non posse vt in participatione totū simul tempus consideretur. Ab æui aūt proportione ego quoq; accessi ad primi temporis notionē, quod oīa superat quę sunt tēporalia, & illa temperat in suis participationibus: hoc est essentię extensionem disponit & metitur, & facit vt sint ordinatæ partes talis extensionis. Quemadmodum.n. æuum ante æterna consistens, est mediū inter vnitam eius qd̄ est excellentiam, & discretā mentis submissionem, ipsum consistens in eo quod discernitur: quo fit vt ēt æuum sit eiusdem cū vita ordinis, qm̄ ipsa quoq; cùm sit inter id quod est & mentem, idē est autem dicere vnitum & discretū, consistit in eo quod discernit̄: Sic ergo inter id quod verè est, & id quod fit ac oritur, idē est autem dicere, id quod est imobile, & id quod mouet̄, seu id quod totū id quod est simul habet, & id quod est substātię & facultatis opeH rationis, oportet oīno esse id quod proximè quidē est separatū à generatione, est aūt eo quod est inferius, & ideo metitur & continet & ordinat extensionē generationis sui participatione. non est.n. extensio tempus quod participatur, sed mēsura & ordo extensionis. Et si hæc vera dico: vt se habet ad vitam ęuū quod non participatur, ita se habet ad aīam primum hoc tempus. neq; verò est vita æterna. est.n. æternum id quod æuū metitur. sed est quidem eadē cum ęuo substantia, cōsideratur aūt ex alia proprietate. neq; est aīa in tempore, sed ipsum tēpus. pręterquam q anima quidem est quatenus viuificat: tēpus autem, quatenus metitur eius quod est esse extensionē. nisi vtiq; quę est in his progressio distinxerit substantias, vt alia qdem sit aīa, aliud verò tp̄s. Etenim illic quoq; erat illa triplicis naturæ medietas. aliàs quidem vt vita: aliàs verò vt æuū: aliàs verò vt integra summa quæ consideratur, non diuisis illis, sed ex eo quòd nos in vnita illorum

Ratio tēporis possit ne esse totū simul in aīa & natura.

Ab æui proportione venitur ad notionem temporis.

Æuum medium inter id quod est, & discretā mentis submissionem.

Vita media inter id quod est, & mentem.

Vt æuum se habet ad vitam, ita primum tēpus ad animam.

Aīa & tempus quomodo inter se conueniunt.

integra

Tempus vt Deus honoratũ a Chaldæis.

integra summa diuidamur. Hoc autẽ fuerit scilicet tempus, quòd vt Deus est à Chaldæis honoratum & ab alio sacro cœtu. sed nõ agitur de eo à Physicis, sed de eo quod consideratur in participatione. Quamobrem de his quidem satis sit: priorum autẽ de tempore sententias consideremus. fortasse enim id etiam quod nunc dictũ est tempus videbuntur quidam eorũ attigisse. Archytas itaq; Pythagoreus, qui primus eorum quos audiuimus videtur definite substantiam temporis, hæc de ipso scripsit in libro de vniuerso.

Archytę Pythagorei de tpe opinio.

Ipsum autem Aliquando, & tempus, generaliter quidem habet proprium id in quod non cadit diuisio, & quod non potest consistere. nunc enim cùm non possit diuidi, simulac dicitur & cogitatur, præterijt, & non est permanens. nam cùm fiat assiduè, nunquã seruatur quidẽ idem numero, sed specie, quod est enim nunc præsens & futurum, non est idem cum eo quod pręterijt. hoc enim procul abest & nondum est: illud autem simul ac cogitatur & adfuit, præterijt. Et ita, Nunc, semper continenter coniungit id quod fit aliud & aliud & interit, idem tamen est specie. Omne enim, Nunc, quod caret partibus & nõ potest diuidi, est quidẽ finis eius quod præcessit, principium autem futuri. quemadmodũ si fracta fuerit linea recta, signũ in quo fit fractio, est quidem principium alterius lineæ, finis verò alterius.

Tempus est continuũ nõ discretum.

Est autem, continuum, tempus & non discretum, vt numerus & ratio & harmonia. Orationis enim partes sunt syllabæ. eæ verò discretæ, & harmoniæ, soni. & numeri, vnitates. Linea autem spatium & locus est continuus. eorum enim partes cõmunes faciunt quæ diuiduntur sectiones. scinditur enim linea in puncto: Superficies autem in linea: Solidum autem in superficie. Est ergo tempus quoq; continuum. non enim fuit aliquando natura, quando tempus non fuit. neq; motus quando tempus non adfuit. sed semper fuit & erit. nec vnquam deficiet, Nũc, quod fit aliud & aliud. & numero quidem aliud, idem verò specie:

Linea qd differt ab aliis continuis.

Differt autem linea ab alijs continuis, q lineę quidem & spatij & loci partes consistunt: Temporis autem ea quidem quæ fuerunt perierũt: quæ futura autem erunt, peribũt. Quamobrem tẽpus vel omnino non est, vel exiliter admodum & obscurè, atq; adeò vix est. cuius enim præteritum quidem non est amplius, futurum autem nondum est, nunc autẽ nullas habet partes, nec potest diuidi: quomodo id verè fuerit?

Iãblichi de tpe sentẽtia.

Diuinus autem Iamblichus in primo libro cõmentariorum in prędicamenta, dicit Archytam definite tempus, q sit quidam numerus motus, vel etiam generaliter spatium ac distantia naturæ vniuersi. Exponit autem ipse definitionem, q dictum quidẽ sit, alicuius motus, non vnius ex multis: alij enim deficiẽtur tempore: neq; multorum cõmunitatis: ipsa enim non est vna: Sed eius qui est reuera vnus, & est ante omnes alios veluti vnitas motuum. qui est iure primus & causa omnium, nẽpe animæ prima mutatio quæ enascitur per productionem rationum.

Tẽpus, prima mutatio aĩę quę enascitur per productionẽ rationum.

Eius autem est numerus, non accedẽs, neq; extrinsecus, vt putat Aristoteles. sed ante eam in causæ loco & ordine collocatus, & eam per mensuras deducens conuenientes: eius operationẽ quæ est substantialis donat substantia, substantialium animæ rationum quæ sunt per se mobiles productiones obstetricis instar in lucem proferẽs. Generale autem vniuersi naturę spatium existimãdum est, inquit, dicere veteres, id quod in rationibus consideratur eorum cõtinuum, & in diuisione spatio disiungitur. quod enim ostendit in mutationibus eorum quæ sunt in generatione, huius nunc à priori nunc, & huius motus à priori motu, hoc longè prius & principalius consideratur prius esse in substãtia vniuersarum rationum naturaliũ. & propriè complet spatium antiquissimi omnium temporis, quod facit continuas naturę rationes. Ei autem consentit etiam adhuc antiquiorum sententia.

Temporis qđ gręce est χρόνος, etymologia.

Alij enim sicut nomen quoq; significat, aliqua mentis chorea, alij verò animæ ambitibus, alij verò naturali eorum regiõe, alij verò motibus circularibus

A tempus definierunt. quæ omnia comprehẽdit Pythagorica hæresis. Et nunc quidem, inquit, veluti duos terminos rectè constituimus nostris expositionibus. Oportet autem vtrasq; has orationes in vnum contrahere, & vt continuum & vt discretum tempus facere, etiãsi est magis propriè continuum. Sic quidem Iamblichus animale & naturale tempus dicit fuisse traditum ab Archyta. Per eam autem quæ est à me adducta Archytæ dictionem, eam quæ extrinsecus apparet temporis operationem dicit significari. Cùm ergo non solùm censeat Archytas consistere, sed etiam esse tempus principale in ijs quę sunt, est id suo ipsius ordine bene affectum, ad quem refertur id quod est prius & posterius nostrarum actionum: quod quidem non esset nisi tẽpus prius esset: id autem quod non suscipit diuisionem, & non potest consistere, Iamblichus in alio & alio tempore censet esse audiendum, per species quidem rationũ quæ stant in seipsis definiens: per motus autẽ qui ab ipsis procedunt, quoniam B ij non conseruant eam quæ diuidi non potest & est imobilis substantiã, id quod non potest cõsistere: & per eam quidem quæ manet in substantijs operationem & perfectionem, id quod non potest diuidi: per eam autem quæ ab eo quod est ad generationẽ exit inclinationẽ, id quod non potest cõsistere, quoniam puritatem primæ substantiæ minimè conseruauit. Et vbi, inquit, cogitãdus est fluxus & excessus temporis: in ijs, dicemus, quæ ipsum participant.

Tẽporis fluxus & excessus vñ oriat.

Nam cùm eadem semper fiant, non possunt stabilem illius substãtiam imobiliter suscipere. aliàs autem alijs suis partibus illam attingẽtia suam ipsorum affectionem illi falsò tribuunt. & nunc fieri ijs aderit, quę, Nunc, quòd diuidi non potest propriè participant. & ab eo datur ijs quæ ab eo fiunt aliàs aliter. Quocirca ea quoq; quę est numero diuersitas quę semper alteratur, est indicium differentiæ eorum quæ participant. Species autem manens eadem, nunc quod diuidi non potest ostendit esse idem. Ita quidem Iamblichus Archytam exposuit, & C multa alia affatim adiecit expositioni. Damascius autẽ, vt existimo, etiamsi humilius, Archytæ tamen dictioni multo cõuenientius, audit quidẽ numerum alicuius motus, nõ eius qui est vt forma & imobilis, sed eius qui versatur in mutatione. quare non solus motus animalis, sed cuiusuis similiter mutationis. Fortasse autem qm̃ est & semper indiuiduorum et indiuidua mutatio, ideo est alicuius. quod generale enim est & vniuersum, est imutabile. Generale autẽ est & vniuersum vniuersi naturæ spatium, qm̃ non est solius motus, sed etiam quietis. Quod quidem cũ pulchrè intellexisset Aristoteles, dixit id esse, motum esse in tẽpore, tempus metiri eius essentiã. Quare quietis essentię distantiã tempus metitur, quemadmodum ẽt dicitur motus tempus, nempe huius extensionis quæ est eius essentię quæ est in generatione. Videtur autem Aristoteles sumpsisse distantiam naturæ, pro extensione essentiæ vniuscuiusq;. Cũ itaq; dixisset numerum motus, transijt ad aliquid cõmunius, nẽpe spatium naD turæ quod cõuenit ijs quæ fiunt. quod quidem cõsideratur etiã in quiete, & in sũma in omni natiua & naturali substantia. Quamobrem sic ẽt dixit, ET generaliter spatium naturę vniuersi} vt qui vellet in naturalibus tẽpus maximè cõsiderari. etenim aĩa quoq; est temporis particeps, quatenus est particeps naturę & generationis. quemadmodum ęui, quãdo ad id quod verè est recurrerit.

Aĩa quomodo sit particeps tẽporis & æui.

Quinetiam spatium quoq; est tẽpori conuenientius, siquidem est numerus. non enim vt vnitates sunt inter se disiũctę, ita etiam, Nunc. nihil enim inter ipsa Nunc intercedit quod non sit nunc. Quare tempus est etiam continuum, non discretum. vt oratio, nomine & verbo & syllabis & elementis: & harmonia sonis. Quoniam autem erat etiam aliud spatium, nempe magnitudinis, adiecit, Naturæ vniuersi, appellans naturam, eius quod fit ab eo quod est enascentiam quæ semper fit & fluit. Progressus autẽ adhuc ostendit apertius, q non ex magnitudine

spatium definierit, sed eius quod est semper cõtinuitate. E Dicit autẽ tempus non suscipere diuisionẽ, & non posse consistere. Non suscipere quidem diuisionem, quõ ipsum intuetur in Nunc, quod non suscipit dimensionem: non posse autem consistere, quõ non manet idem numero. talis enim est natura eorũ quæ id quod sunt habent in eo quod est fieri. quocirca & motus est in his, & prius & posterius. ¶ Vide autem quod quando dicit quidem tempus nõ suscipere diuisionem, & non posse consistere, & quando dicit tẽpus quod est in Nunc, differre à præterito, Nunc, dicit idem quod tempus: quãdo autem dicit, Nunc, finem præteriti temporis, & principium futuri, tunc est aliud: & quando dicit Nunc quidem non posse diuidi, tempus autem continuum: & quãdo tempus definit numerum. Nunc. n. non dixerit numerum, si non possit diuidi. Videt ergo Archytas quoque sicut Aristoteles statuere tempus esse continuum & qui non possit diuidi fluxum ipsorum Nunc, & id maximè tradere quod ordinatur in generatione, & propriè tempus dicitur, quod est verè æui F imago. Quænam autẽ fuerit Platonis & Aristotelis de tempore sententia, prius dictum est. Porrò autẽ Theophrastus & Eudemus familiares Aristotelis, eadem videntur de tempore sensisse & docuisse quod Aristoteles.

Quæ i eo quod fiant habẽt, nõ cõsistũt.

Stratoni Lãpsaceni de tẽpore sñia.

Straro autem Lampsacenus, reprehensa temporis definitione, quæ tradita est ab Aristotele, & à familiaribus Aristotelis, licet ipse esset discipulus Theophrasti qui Aristotelem secutus est in omnibus, viã ingressus est recentiorem. Non admittit enim tempus esse numerum motus, quoniam numerus quidem est quãtitas discreta, motus autem & tempus est continuum. Continuum aũt numerari non potest. Si autem quod sit alia & alia pars motus, & earum hoc quidem sit prius, illud verò posterius, ideo est aliquis numerus motus: ita etiam longitudo fuerit numerabilis. etenim ea quoque est quantitas alia & alia. & aliorum quæ fiunt in continuitate hoc quidem est prius, illud verò posterius. quare etiam tẽporis fuerit tempus G temporis. Præterea numeri quidẽ non est ortus vel interitus, etiamsi ea intereant quæ sunt numerabilia: Tempus autem fit & interit assiduè. Et numeri quidem omnes sint partes necesse est: si non sint enim tres vnitates, ne fuerit quidem ternarius: Fieri autem nõ potest vt sint omnes partes temporis. Sic enim simul futurũ esset tempus prius & posterius. Præterea idẽ erit vnitas & Nũc, si tempus sit numerus. tẽpus enim constat ex ipsis Nũc: numerus verò ex vnitatibus. Porrò autẽ hoc quoque dubitat, cur est magis tẽpus numerus eius quod est in motu prius & posterius, quã eius quod est in quiete. etenim in eo est similiter prius & posterius. Sed hoc quidẽ ex ijs quæ dicta sunt iam facile est soluere. Fluxus enim qui est in generatione, qui est etiam motui cõmunis, & quieti et oppositæ, & eius quod est esse in omnibus quæ fiũt, mensuram esse tempus dictum est ab Aristotele. Tempus autem dixit numerum, non quod sit absolutè numerus: ostendit enim tempus esse continuũ, sicut & magnitudi H nem & motum: sed quod cognoscatur distictione eius quod est in continuitate prius & posterius, ab ijs qui possunt tempus sentire. Quare nihil Aristotelis labefactant sententiam quæ fiunt à numero argumẽta. Aduersus id autem quod esse dicitur in tẽpore rectè videtur insistere. Si enim, inquit, hoc est esse in tẽpore, comprehendi à tempore, nihil videlicet eorũ quæ sunt æterna fuerit in tempore. Sed videtur Aristoteles id æternum dicere, quod consistit in vniuerso tempore, sed non tẽporale, vt quod nõ contineaĩ à tempore. Num autẽ si tempus quod semper est, id quod est habeat in eo quod est semper fieri, & id quod est in tpe æternum, est eiusmodi, vtpote cœli motus, vt id quod est semper habeat per id quod est in infinitum: verum est dicere quod omne tempus quod sumitur, ab alio tempore cõprehenditur. Iã verò enim multa etiam alia dixisset aduersus definitionem Aristotelis, Strato ipse ponit tempus eã quantitatẽ quæ est in actionibus. Di-

Aristotelica temporis definitio reprehenditur.

Æterna sint ne in tpe.

Stratonis definitio tẽporis.

E cimus enim nos longo tẽpore peregrinari, nauigare, militare & bellum gerere. Similiter autem sedere, & dormire, & nihil facere. Et multũ tempus dicimus & exiguũ: quorum est magna qdem quantitas, multum: quorũ verò parua, exiguum. tempus enim est ea quæ est in vtrisque horum quantitas. Quamobrem dicunt illi quidem tardè venire, hi verò eundem citò, sicut in singulis videtur quæ est in eis quantitas. velox enim aut citũ id dicimus, in quo quantitas quidem in qua cœpit, & in quam desijt est parua: multum est autem quod in ea factum est: tardum autẽ contrà, quando quantitas quidem in ea multa fuerit, quod factum est autem exiguum. Et ideo, inquit, non est in quiete velox & tardum. est enim omnis æqualis sua ipsius quantitate. & nec in exigua quantitate multa est, neque in multa breuis. Et ideo, inquit, plus et minus temporis esse dicimus: celerius autem & tardius tempus non dicimus. est enim actio & motus celerior & tardior: quantitas autem in qua est actio, non est celerior & tar- F dior, sed amplior & minor sicut etiam tempus. Dies autem & nox, inquit, & annus non est tempus, neque partes temporis. sed illa quidem sunt illuminatio & adumbratio: hæc verò Lunæ & Solis ambitus. sed tẽpus est quantitas in qua ea sunt. Sed si aliud quidem est id quod est finitum, aliud verò quantitas in qua factũ est, & id est tempus, quod sit quidem quãtitas dictum est, cuiusmodi autem quantitas est incertum. Quãobrem nec ex eo quidem sumi potest notio temporis, ab eo qui non præceperit. & quod sit quidem aliqua alia quantitas præter eã quæ est propria motuum, & quietum, clarum est. siquidem permultum motus dicimus fieri exiguo tempore, quõ fuerit velox: parum autem in multo, quando tardus. Quidnã autem hoc sit, nõ aperuit oratio. Propterea autem, inquit, in tempore oĩa esse dicimus, quod omnia quæ fiunt & sunt consequitur quãtitas. Multa autem dicimus per contrarium. ciuitatem enim esse in perturbatione, et hominem in metu & voluptate, quòd hæc sint in illis. Hę sunt qui G dem Stratonis, quantum ego potui in memoriam breuiter redigere, opinationes & dubitationes. Et ij quidẽ omnes qui dicti sunt, in tempore naturali versati sunt, etiãsi nonnulli eorum indicarunt aliquid de tempore, quod est abstractum & separabile, & præest in causæ ratione. In recentioribus autem Plotinus videtur primus primum tẽpus inquisijsse. & dicit ipsum esse vitam animæ in motu transeunte ex alia in aliam vitam, conueniẽter ijs quæ de æuo ab eo dicta sunt pronuncians. Dicit enim æuum esse circa id quod est in eo quod est vitam simul omnem & plenam, quæ nullã nulla ex parte suscipit dimensionẽ. Melius autẽ fortasse fuerit audire intelligentia ipsa Plotini verba. Siquis ergo dixerit tẽpus esse vitam aĩæ in motu transeunte ab alia ad aliã vitam, nunquid aliqd dicere videbitur? Si. n. æuum est vita in statu et in eodem et eodẽ modo ac similiter, et iam est infinita: oportet autem tẽpus æui imaginem, sicut se habet hoc vniuersum, ad illud esse: pro vita qdem quæ illic est, aliã oportet vitã hu- H iusce animæ facultatis dicere esse veluti æquocam, & pro motu intelligentis animæ, alicuius partis motum: pro eo autẽ quod est idem, & eodem modo, et similiter se habet & manet, id quod nõ manet in eodem: sed aliud & aliud operatur: pro eo aũt quod nullam suscipit dimensionẽ & vnum est, simulachrũ vnius quod est in cõtinuitate: pro infinito autẽ & toto, id quod est in infinitum ad id quod semper deinceps consequitur. pro eo autem quod simul & aceruatim est totũ, id quod per partes futurum est & futurum semper est totum. Sic enim imitabitur id quod est iam totum simul congregatũ & iam infinitum, si volet semper acquirens, esse in eo quod est esse. etenim sic esse illius imitabitur. Oportet autem non extra animam tempus sumere, quemadmodum nec illic æuum extra id quod est, neque rursus assectationẽ nec posterius, sicut nec illic, sed videri vnũ, & inesse, & simul esse, sicut illic æuũ. Adijcit autem pręterea quod non tempus metitur motum,

Tempus primum primus excogitauit Plotinus.

Plotini de tpe sententia.

sed

sed motus tempus, siquidem nõ apparet qdem tempus, motus autem est apertus. Quæ autẽ sunt obscura & non apparent, cognoscũtur & dimensiooem suscipiunt ex ĳs quæ sunt apta. Dicit ergo id quod metiť circuitus, id est autem id quod ostendit, esse tempus, non quod à circuitu generef, sed ostẽdatur. Quocirca adducti quoq; sunt, inquit, vt dicerẽt mensurã motus, pro eo quod est, id qd motus metitur: deinde adderent qdnam cùm sit, id motus metiaf. Porrò autem hoc quoq; adĳcit. Nunqd ergo in nobis quoq; est tẽpus, vel in omni aĩa quæ est huiusmodi, & in eadẽ specie in omnibus, & omnes vna? Quare nec diuelleť & dissipabitur tẽpus, qm̃ nec æuum quod per aliud est io omnibus quæ sunt eiusdẽ speciei. In his tẽpus opinatur esse transeũtem animæ vitam, qm̃ æuum quoq;, eã quæ est circa id quod est, in eo q̃ sit, vitã simul totam & plenã, & quæ nullam oĩno suscipit, vt dictũ est, dimensionẽ. Videtur aũt Plotinus habuisse talem cooiectũrã ex proportione. Quẽadmodum.n. in eo quod percipitur intelligentia, post id quod primò fit, quod ẽt vocat ipsum Nunc, est vita intelligens, quæ in idem quod æuũ recidit, quamobrẽ id quod est post ipsam: est & aĩal & æternum: Ita ẽt in extremo natiui seu geniti, post substantiam quæ non põt diuidi, animalis vita io idẽ recidit cum tẽpore. Aduertit aũt Damascius, q̃ pro æuo mentem æternã tradiderit. Num aũt vita quæ est circa id qd est in eo q̃ sit, siquidẽ statim est post id quod est, ooo est ea quę est in mente æterna quę est tertia: sed ea quę in media, quam ẽt ipsam mentem vocat Plotinus, sicut ẽt primam. Sed illud existimo meritò attendendũ, num in ĳs etiam quæ pcipiuntur intelligentia vita vnita est & æuũ, & nos diuisi circa eã quę illic est vnionem, aliqñ quidem vitam, aliqñ verò æuum, aliquando aũt totum & partes vocamus eã quæ illic est medietatem, sicut didicimus in Parmeoide. Verũ in ĳs quidem quæ attingunt generationem, non amplius manet quæ est in ipsa vnio, vt quæ in imagioariã sit progressa oaturam, etiãsi habeat aliqd separatũ ab imagioe & generatione. Sed vita quidẽ aoimalis est imago vitæ iotelligentis, tẽpus autem æui, vt ẽt dicit Plato. Nõ fuerit ergo absolutè tẽpus transiens vita aĩæ, sed ea quæ est in tẽpore. quemadmodum est æterna quæ non põt à mente transire. Et est hoc primũ tempus quod metitur transitum aĩę, siquidem prima mutatio est mutatio aĩæ, & ab illa aliæ. Et hoc fortè est quod ẽt tangens dixit Aristoteles, oon esse tẽpus nisi sit anima, qm̃ nõ est quod numeret. Iocipiat ergo tẽpus ab anima, cùm sit aliud ab aĩa, & quæ in mutatione versanť metiať eius operationes. substantiam.n. & substantiales eius operationes, quæ cõsistunt in medietate naturæ quæ non põt diuidi, & eius quæ diuiditur circa corpora: media aliqua mensura æui & tẽporis continebit & metieť ex eo quod est iustissimum. Post Plotinum aũt veniat quoq; ad nos Iãblichus, ipse quoq; mẽtibus nostris lumen accensurus. Dicit ergo ipse quoq; de primo tẽpore & quod nõ participatur, in cõmentario in prædicamẽta, Archytæ verba exponeos. Neq;.n. vt lux lucernæ, sic eius quod nõ suscipit diuisionẽ semper fit opatio. neq;.n. ipsa quidẽ sensilis, nec fluens manet in progrediendo: & semper est, & semp operatur, & nnoquã fit: prius autẽ stetit in imobili cũ sit iogenita, in eadẽ oumero forma, & ab interitu aliena: Sed fit, inquit, semp Nunc. Existimo aũt ex hoc parete, q̃ id quod fit, cœpit aliqñ fieri, & non semper fit. & q̃ Nunc est & non fit. Sin fit vt qd moueri habeat in extensione, non fit in Nunc. quies.n. magis cõsideratur in Nunc, & nõ motus. Sed cuotiouũ quid, inquit, & mensuram continui motus, & causam tẽporis genitricem id esse existimãdum est quod non põt diuidi. Vbi est ergo tempus quod fluit & fit ac oriť, oisi in ĳs quæ participãt? Nã cùm ea, inquit, semper fiant, nõ possunt stabilẽ illius substantiã suscipere immobiliter: cùm aliàs autẽ alĳs suis partibus illã attingaot, suam affectionẽ illi falsò tribuũt. Fieri igitur ĳs aderit quæ ipsum Nunc semp participãt.

Tempus esse in anima.

Tempus sine transiens vita aĩæ, vt voluit Plotinus.

Vita & æuũ vnita sunt in ĳs quæ percipiunť intelligentia.

Tempus nõ esse nisi sit in anima.

Iãblichi de tempore primo sentẽtia.

A Id autem quod idẽ est per vnum continuũ in ĳs quę alias aliter se habent, est proprium ipsius Nunc in quod nõ cadit diuisio. In his autẽ videtur vnum quidem Nunc ponere ingenitũ, quod est ante ea quæ participant, ex eo autem ea proficisci quæ indũtur eis quæ participant. Quẽadmodum aũt Nunc, ita etiã tempus quidem vnũ, quod est ante ea quæ sunt in tẽpore, multa autẽ quæ fiunt in ĳs quæ participant. in qbus hoc quidem est præteritũ, illud verò præsens, aliud verò futurũ, non vt nonnulli existimant, ex dispositione nostrarum actionũ, sed ex substantia tẽporis, quod rectè nostras ordinat actiones. Neque enim, inquit, fieri põt vt quid sit primũ & secundum nostrarum actiooũ ratiocinemur, nisi per se cõsistat tẽpus, ad quod ordo referatur actionum. Quòd aũt tempus per se cõprehendat animã, illa eius verba ostendent. Merito ergo æui imago mobilis definitum est tẽpus, vtpote aĩa menti assimilata, & eius rationibus assimilaris mẽtis agi rationibus, & eo quod est in ea diuisionẽ non suscipiens, B ei quod manet in vno: & id quod est tẽporis omnia comprehendens, ei quod est simul illius, & semp ea quæ sunt in seipso cõprehendit: & ei quod stat illius, id quoq; temporis quod mouetur assimilatũ: & ad mensuram substantiarum expressa mẽsura generationis. Clarum est ergo eũ ponere æuum mensurã continentem: tẽpus autem ipsum quidẽ substãtiam, sed quę metitur generationem: primã quidem eam quę est aĩæ, post eam aũt eam quę ab illa pcedit. Quo in loco est deinceps tẽpus eiusdem cum motu ordinis, & quod non põt consistere, vt quod id qd est habeat in eo quod est fieri. Vult aũt non Nunc solùm præsens esse, sed ẽt tempus inter duos fines. Adĳciãtur autem ea quoq; quæ scripsit in cõmentarĳs in Timæum. In octauo itaq; libro maximè sequens Platonem, tradit q̃õ tempus ab æuo dependeat. Quãobrem de illo etiam maximè verba facit, quod est à mũdo qdem separatum; omnis aũt qui io ipso est motus cõtineat mẽsuras, & suppeditet. quod fuerit aliud à naturali tẽpore quod quæritur. C Hæc autem dicit in sexto capite. Eius aũt substantiam quæ est per operationẽ, cum procedẽte administratione, & quæ conferť in ea quæ creantur, & est iosepara bilis ab ĳs quæ à seipsa efficiuntur, eã collocamus. Quòd enim administratio simul cœlũ faciat, hoc significat, q̃ cum administrarione quæ processit ab opifice vnà ẽt fuit collocata tẽporis substantia. Quinetiã ipsa quoq; præcedit cœli ambitum. queadmodum ẽt quæ ipsum regit administratio, prope ipsam eodẽ modo est collocata illius prouidentia. ipsamq́; totã simul comprehendit discretis quibusdã finibus, vt quæ conseruaret rationẽ causę à qua deducitur. Ordinẽ itaq; esse temporis nos quoq; confitemur, non tñ eum qui ordinatur, sed qui ordinat: neq; qui ea seqtur quæ præcedunt, sed qui est author & princeps eorum quæ efficiunť, & sunt antiquiora. neq;.n. qui per partes est definitus rõnibus vel motibus vel alĳs discretis facultatibus, sed eum qui est omni ex parte perfectus, cõpletus ex procreatricibus progeneratiõibus. Prius au D tem & posterius quod est in ordine, non ex motuũ transitibus, nec ex vitæ reuolutionibus, nec ex generationum mundanarũ transmissionibus, nec ex vllo alio tali ponimus: sed ex causarũ præcedentia, & continua progenerationum continuitate, & primaria operatione, & potestate quæ motus perficit, & ex oĩbus eiusmodi definimus. Præterea ergo nõ cum motu qui procedit ex anima, vel cũ vita, tempus & simul totum cœlũ dicimus progenerari: sed ab intelligẽti dispositione & administratione, quæ procedit ab opifice. cùm ea & tempus in ipso simul constitit & mundus. Porrò autem ipsa quoq; vetus oratio apertè pronunciauit Deũ disponentẽ & producentem, tẽpus simul & cœlum facere. Et posuerit quis ipsum esse mensuram, neq; ex eo quod metitur motum, vel quod à motu dimẽsiooem suscipit, vel quod significat ambitum vel significatur: sed ex causa & vno simul omnium. Hęc ergo scripsit de eo quod est separatum à generatione, &

Nunc vnum est ingenitũ.

Tempus cõprehẽdit animam.

Iãblichi de tẽpore separabili sñia.

Tẽpus æuo simile.

per se consistit, Simul autē de hoc & de eo quod mundo ab ipso traditur, hæc scripsit in capite decimo. Propter hæc ergo & ex exemplo æternę naturę, & ipsum sibi pro viribus est tempus simillimū, & est æuo simile. Est aūt si bi ipsi, quoad eius fieri pōt, simillimum per similarē naturam, & per vnā adest operationem, & procedit per ipsam, & definit oīa quæ fiūt similiter, etiamsi sint differentia. De his ergo dicit ēt talem aliam demonstrationem. Exemplar.n.æuum est omni ex parte absolutū. Hoc autem perpetuò fuit omni tpe. Quare & quod est & quod est futurum. Quod est ergo vt exēplar in eo quod percipitur intelligētia, id est vt imago in eo quod est natiuum ac genitum. Et quod est illic in æuo, hoc est hic in tempore. Et quod est in eo quod pcipitur intelligentia per Nūc iam præsens, hoc in ĳs quæ hic fiunt ppetuò accedit per continuitatem. Et id quod est similiter quod est in ipso, & fuisse & esse & fore apparet in ĳs quę hic sunt locis. Et quod illic nullā habet dimensionem, cernitur hic disiunctum spatio. Et nūc vtrūq; manifesta euasit media duplex natura temporis, media quidem æui & cœli: duplex aūt, quatenus cum mundo qdem consistit, cum æuo aūt collocatur: & illi quidem est dux, huic verò assimilatur. Talis quidē est propositarum Timęi dictionum declaratio, ex diuino Iāblicho. Quinetiā Proclus ex Lycia Philosophus, pręceptor nostrorū Magistrorum, de tēpore quidem separabili eadem quodāmodo philosophatur quæ Iamblichus. & non solùm mentem, sed ēt Deum ipsum conatur ostendere, vt ēt ad eam rem oculis subĳciendam inuocetur ab ĳs qui sacris opantur. Id autem eas quidem quæ intus manent operationes dicit habere imutabiles, eas aūt quæ extrinsecùs extenduntur mutari. De tempore aūt quod participatur, & à generatione non pōt separari, eadem statuit quæ Aristoteles, existimās Aristotelem dicere tēpus consistere per Nunc solum. Qui autem Proclum secuti sunt ad nos vsq; ferè oēs, non in hoc solùm, sed ēt in alĳs omnibus Proclum secuti sunt. excipio Asclepiodotum, optimū Procli discipulorum, & nostrum Damasciū. quorum ille quidem ppter summū ingenium nouis delectabatur decretis ac dogmatibus: Damascius autē propter vehemens studiū, & quæ eius erat in Iāblichum affectionem, nō veritus est insistere aduersus multa Procli dogmata. Aduersus eas aūt quæ dictæ sunt duorū Philosophorum sniās à me tātum dicatur, q; siquidem tēporis causam, quæ est in mentibus seu intelligentĳs & Dĳs, quærentes, id dixerunt mentē, idq; stantem, & Deū: necesse est id admittere: etenim siquis quæ rit primas causas motus & generationis, oīno mentē & Deum inueniet: neq; est mirū si ipsum ĳsdem vocet nominibus, qñquidem hoc sæpe placuit Theologis, fortasse autem ēt ipsis Dĳs. Sin quærit quis hoc tempus cognitum, quod est cū motu: neq; esse imobile, neq; totum simul consistere: neq; mētem esse puto dici posse. quēadmodū nec motus imobilis, nec totus simul consistens potest cogitari.

Tēpus æuo simile.

Aeuum exēplar temporis.

Proclus tempus separabile Deū esse opinatur.

Asclepiodotus Procli discipulus.

Damascius Procli discipulus.

Sed id quod nobis deinceps restat ex quęstionibus de tēpore, hoc nunc est aggrediendum, vt dubitationes quæ à principio dictæ sunt ab Aristotele aduersus tēporis substantiam, dissoluamus. clarum est.n. quod si eæ non fuerint solutæ, nemo certò habebit persuasum esse tēpus. In his aūt soluendis dubitationibus eo est maior adhibenda diligentia, q; ipse quoq; Aristoteles, qui vbi egit de loco, quæ in principio allatæ erant dubitationes in fine dissoluit, has reliquit insolutas. & eorum qui eum secuti sunt interpretū nemo solutiones earum tradiderit, ne diligentissimus quidem eius interpretum Alexander Aphrodiseus. Vt autem quæ sunt dubitata facilius in memoriā reuocentur, Aristotelis verba nobis addantur. Quòd itaq; omnino non sit, vel vix & obscurè ac exiliter, ex his quispiam suspicari potuerit. eius.n. hoc quidem fuit, & non est, illud verò futurū est & nondum est. ex his aūt & infinitum, & quod semper sumitur tempus cōponitur. Quod aūt ex ĳs quæ non sunt componi-

E

tur, videri potuerit fieri non posse vt sit vnq; substantiæ particeps. Ad hæc aūt, cuiusuis quod pōt in partes diuidi, si sit, necesse est qñ est, vel aliquas vel oēs esse partes. Temporis aūt hęc quidem fuerunt, illa verò futura sunt. nihil aūt est, cùm possit in partes diuidi. Nunc autē non est pars. dimetitur.n. pars, & oportet totum cōponi ex partibus. Tempus aūt non videtur cōponi ex ipsis Nūc. Præterea aūt hoc quoq; Nunc, quod videtur pręteritum & futurū discernere, vtrū vnum & idem semp maneat, an aliud & aliud, non est facile videre: si.n. est semp aliud & aliud, nihil aūt eorum quæ sunt in tempore est alia & alia pars: simul ēt si non sit hoc quidē ex illis quæ comprehendunt, hoc verò ex ĳs quæ cōprehenduntur, quemadmodum minus tēpus à maiore: Nunc, aūt quod non est, prius aūt erat, necesse est aliqñ interierit: etiam quæ nūc sunt simul qdem inter se non erunt: interierit aūt semper prius necesse est. Fieri ergo non pōt vt in seipso interierit, propterea quod tunc fit: in alio autem Nunc interĳsse prius Nunc cōtingit.

F

Esto enim fieri non posse vt quæ nunc sunt sibi inuicem cohæreant, vt punctū puncto. Si ergo in eo quod deinceps consequitur non interĳt, sed in alio: in ĳs Nunc quę intercedunt quæ sunt infinita simul fuerit. Hoc aūt non potest fieri. Atqui nec fieri potest vt semper idē permaneat. Nullius.n. quod diuidi potest finiti vnus est finis, neq; si fuerit ad vnū continuum, neq; si ad plura: Nunc aūt est finis, & pōt sumi tempus finitū. Pręterea si simul esse in tempore, & neq; prius nec posterius, est esse in eodē & in eo quod est nunc: si & quę prius fuerunt, & quæ posterius, erunt in hoc Nunc: simul fuerint quæ facta sunt in anno decies millesimo, cum ĳs quę facta sunt hodie, et nec prius nec posterius aliqd est aliud alio. Has ergo dubitatiōes Philosophus Damascius conatur soluere, tēpus præsens non esse sumendum censens in ipso Nunc quod non pōt diuidi. Eiusmodi.n. Nunc esse finem tēporis, & non tempus. Si non sit aūt quod finitur, ne consistet quidem finis. Sed neq; motus nec mutatio aliqua apparebit in tali Nunc. id.n. quod potest diui-

Dubitatiōes an sit tēpus, quomō soluat Damascius.

G

di, quō consistet in eo in quod non cadit diuisio? Sed hęc quidem vel ipsa quæ dubitat dixerit oratio. Miror autem, inquit, ego, his ipsis verbis dicens, quō soluunt quidem id quod à Zenone dicitur, vtpote q; motus non perficiatur in aliquo quod nō possit diuidi, sed toto ingressu densiori promoueatur, & non semp dimidium ante totum, sed aliqñ totum & partem veluti transiliat: non animaduerterunt aūt qui Nunc solùm dicunt non posse diuidi, idem ēt euenire in tempore, vtpote quod sit semper cum motu, & vnà cū eo veluti concurrat, adeò vt ēt continuo saltu vnà cum eo ingrediatur, & non sicut Nūc procedat in infinitum. idq; cū sit motus in rebus euidēs, Aristoteles aūt pulchrè ostendat in ipso Nunc nihil moueri nec mutari. sed in eo quidē motum est & mutatum. omnino autē in tempore mutatur & mouetur. Id ergo motus quod est simul, cū sit pars motus, quæ est in eo quod mouetur, non mouebitur in ipso Nūc: neq; præsens in tēpo-

H

re pſenti. Quare id in quo est motus pręsens, hoc est pręsens tēpus, quod est infinitum diuisione eius qui est infinitus. est.n. vtrunq; continuum. qdquid autem est continuum diuidi pōt in infinitū. Hęc cum dixisset, & adducit verba Aristotelis, & Zenonis soluit dubitationē quę sic habet. Erunt.n. eædem diuisiones tēporis & magnitudinis. et si vtrūlibet eorum est infinitū, & alterum. & vt vnum, ēt alterum. quēadmodum si extremis quidem est infinitū tempus, est ēt longitudo extremis: Sin diuisione, ēt diuisione lōgitudo: Sin vtrisq;, vtrisq; quoq; magnitudo. Quocirca Zenonis quoq; ratio falsum sumit, q; non cōtingat infinita pertransire, vel singillatim attingere infinita infinito tpe. Duobus.n. modis dicitur & tēpus & magnitudo infinita, & in summa quidquid est continuū, vel per diuisionem, vel extremis. Infinita ergo quæ sunt in quantitate non contingit tangere in tempore finito: quæ sunt aūt in diuisione, contingit. ipsum.n. tempus sic est infinitum.

est infinitum. Quare euenit vt in infinito & non in finito A peritadat infinitum, & infinita attingat infinitis, non finitis. Ex his clarũ est eum nolle operationem esse in continuis. Sed neq; totorũ densior ingressus, neq; totius partis saltus, mihi videtur vllã habere rationem, si dicatur in motu vel in tempore. in loco.n. cuius partes remanent, fieri posse existimo vt talis conceptio consideretur: in ĳs aũt quæ quod sunt habent in eo quod fiant, non põt aliquid sumi dẽsum & quod simul sit, nisi ex nostra cogitatione. Illud.n. densum necesse est sumere non vt fluens, sed vt stans, & nõ vt quod fiat, sed vt q̃d sit. Atqui q̃d est eiusmodi in ĳs quę id q̃d sunt habent in eo ꝙ fiãt. Sed hęc potius sunt attendenda quæ à Philosopho Damascio his verbis dicta sunt. Quòd aũt rursus cũ nunq̃ sit in vnũ est conciliatũ, id quod est autẽ habet in eo ꝙ fiat: id esse tp̃s, vt diẽ, & noctẽ, & mensem, et annũ. nihil.n. eorũ totũ simul fit, neq; certamẽ: atq adest certamen, q̃d per alia singillatim & per partes efficiť: neq; saltatio: nã ipsa quoq; fit per partes: dicitur tñ quis præsentẽ saltare saltationẽ. B Ita etiã vniuersum tempus præsens esse quod fit, sed non est. Etenim quæ sunt cõia formarũ nos æterna dicere vt semper genera, & fluẽtia q̃dem numero, esto eadem aũt specie: & ea rõne conseruare continuitatẽ quæ ipsa tripliciter diuidiť, quod ad nos attinet: & præsens tempus q̃d est in nobis. Alĳs q̃dem certè est aliud præsens. nã quod ad se quidẽ attinet, tempus est vnũ continuũ. Cùm hæc rectè dicta sint, dicendũ est esse potestate temporis diuisionem, & nunc quod diuidi non põt, potestate: nostram aũt diuidere cogitationem, & hoc Nunc cõsistens subĳcere vt finem, & quod non põt diuidi, & cõprehendere tanq̃ stantes quasdam partes tẽporis, non per vnam definiendo speciẽ. quemadmodum dies & menses & annos. Atqui harũ formarum substãtia longe q̃dem abest ab essentiæ magna quadã conditione: sed habet id quod est in eo quod fiãt. Quòd siquis formã aliquam totã simul constituere voluerit, nõ amplius hanc ipsam sumit in generatione, sed abstractã & separatam, non per fluentẽ participationem, sicut fluuius consistit, nempe id quod hic est. C Vnaquæq;.n. forma fluuiorũ consistit, ex quo fluens fluuius consistit quiformã in fluxu suscipit. et si fluuium sisteris, non erit amplius fluuius. Ita ergo & præsens & prę teritum & futurũ, per speciem q̃dem comprehensa sunt in vna specie tẽporis: inuoluuntur aũt in generatione. & id quod semper quidẽ procedit ad hoc vt sit, dicitur præsens: quod aũt perĳt præteritum: quod nondum est aũt, futurum. vniuersum aũt tempus est assiduè fluens, sicut motus. Quòd siquis præsens per ipsa Nunc tanquã actu vtrinq; finitũ acceperit, & totum simul cõstituerit, perdet formã temporis quæ id quod est habet in eo q̃d fiat, sicut motus. Existimo ergo nasci dubitationẽ, cùm aĩa conetur oĩa cognoscere per eas quæ sunt in ipsa formas. Ita ergo & motum sistit, ipsum formaliter & nõ per fluxum ei congenitũ cognoscere aggrediẽs. Et quemadmodum vnionẽ quæ intelligentia ꝑcipitur discernit, cùm nõ possit integram illius sũmam contrahere: sed seorsum q̃dem D iustitiã, seorsum verò temperantiã, seorsum aũt intuetur sciẽtiam, etsi vnũquodq; illic sit omninò: & ratiocinatur aĩam esse ĩmortalem, statuens tres terminos, aĩam, per se mobilem, ĩmortalem: q̃uis aĩa, quatenus anima & per se mobilitatem & immortalitatem in se habeat: quẽadmodum ergo hæc ei vsuueniunt erga ea quæ percipiũtur intelligentia quæ sunt vnita, discernẽti in seipsa illorũ vnionem, & talia existimãti qualis est ea quæ est in ipsa de illis cognitio: ita, vt existimo, per statũ formarũ quæ sunt in seipsa, generationis quidem fluuium conať sistere: & tres partes tẽporis discretas circũscribens, per tempus sistit, totam simul quandã comprehendens definitionem. Nam cùm mediam habeat substantiam inter ea quę sunt & ea quæ fiunt, vtraq; ex sua natura conatur intelligere. ea q̃dem quæ sunt, per id q̃dem quod est illorũ deterius, sibi aũt cognatum, colligens: ea autem quæ gignuntur at

Densum & quod est simul, non potest, nisi cogitatione, sola sumi ĩ eo q̃d fiat.

Formæ tẽporis determinatæ q̃uo esse possint, si semper sit in fluxu.

Formæ eorũ quæ habent quod sunt in eo q̃d fiant, cuiusmodi.

Aĩa contracta in vnam speciem cognoscit ea q̃ habent in tẽpore id q̃d sunt.

A fiunt, per id quod est ex generatione melius, sibi aũt notius. Sic ergo diem & mensem et annũ cognoscit, vnumquodq; contrahens in vnam formã seu speciem, & totius fluentis tẽporis partes præsectas circũscribens. Si ergo mea hæc dicẽs cogitatio non oĩno per inane ingreditur, ex ea volo soluere dubitationes quæ mouentur aduersus tempus. Earum.n. prima quidem dicit. Q̃m nec est prę teritũ, nec futurum: ex ĳs aũt componitur tempus quod est infinitum, & quod semꝑ sumitur: quod cõponitur ex ĳs quæ nõ sunt, videri põt fieri non posse vt sit particeps essentiæ. Is aũt scilicet qui hæc dubitat, non assumit fluxũ generationis, nec distinguit ab ĳs quæ tota simul consistunt, ea quæ quod sunt habent in eo ꝙ fiant. In quibus contra dixerit q̃spiam, si hoc quidẽ eorum non factũ est, illud aũt nondum est: aut nonnullas, aut oẽs esse partes. omnino.n. eis esse non conuenit sed fieri. Et hic est modus eorũ substantiæ, cũ tota forma fluat assiduè. Q̃m autem quod stat in ipso Nunc, videť consistere & esse, & B hac ratione videť solui posse dubitatio, ꝙ, Nunc, sit pars eius quod põt diuidi: duobus probãt argumentis, Nũc, non esse partẽ temporis. Omnis pars metitur totũ: quare etiam partẽ temporis. Si ergo, Nunc, cùm nõ possit diuidi, non metitur tẽpus quod est continuum: videlicet, Nunc, nõ est pars temporis. Præterea aũt sic quoq; probant. Pars tẽporis componit totum tẽpus. est.n. pars ex qua totum cõponitur. Nunc aũt non componit tempus. ex ipsis.n. Nunc, non cõponitur: vt ostendit vbi agit de motu: Nunc ergo non est pars tẽporis. Et hæc quidẽ rectè dicta sint. non est.n. tempus per hoc Nũc. neq;.n. est actu, Nunc, terminatũ, nempe qui dat Nunc esse finem tẽporis, omnino ẽt dabit id quod finitur. Quæ aũt deinceps sequũtur dubitationes, conanť ostendere, Nũc, non esse finẽ temporis qui consistat, sed neq; tanq̃ temporis posse vllã habere substãtiam. siq̃dem necesse quidem est si adest, vel idẽ manere, vel fieri aliud & aliud. probať autem neutrũ posse fieri. Hæc autem dicunť perinde ac si C Nũc, ponatur esse actu, & sumatur tanq̃ pars temporis. quorũ neutrum est verum. Præterea vult si, Nunc, interit, vel interire in seipso, vel in alio Nunc, q̃nquidem q̃d interit, interit in tẽpore, sicut quod oritur, oritur in tempore. Hęc aũt scilicet ratio temporis tẽpus exigit. Atqui ipse pronunciauit id esse motum motus. Et in summa si mensurarũ mensuras conati fuerimus accipere, ad vlnæ metientis veniemus infinitũ, aliam metientem mensuram tanq̃ mensam sumentes, & numeros ponentes ante numeros. Sin hęc absurda, cùm satis possit vnumquodq; suã proprietatem ĳs quæ ea opus habent impertiri: non tñ si ipsum opus habeat, vt sit essentię particeps: est illud quoq; absurdũ. Quòd si quis ẽt dicat opus habere: vim faciens, vt puto, dicit, & tñ satis sibi poterit impertiri. Quare non necesse est vt tẽpus intereat in tẽpore, neq; hoc Nũc in illo Nunc. sed neq; fieri põt vt sint plura simul. in fluxu.n. tẽporis, ex qualicunq; & qui coniectura apprehenditur statu, huius Nunc substãtia consideratur. Sed q̃uo D si tẽpus habet id quod est in eo quod fiat, cũ ipsum quoq; moueatur, nõ opus habebit tẽpore quod metiatur & ordinet partes tẽporis, ne inter se confundantur? Num sic mouetur tẽpus, vt quod motum comitetur, eũ sit mensura motus? Etenim vel multũ tempus spatio ac distãtia distenditur cũ eo quod metitur, manẽs in proprietate mensuræ, & nõ egens aliquo quod ipsum metiať. Ex his autem solutionibus possunt ẽt solui Stratonis dubitationes de eo quod non sit tẽpus: & eæ quę sunt dispsitæ Aristotelis, & ipsum Nũc actu sumunt. sed cui ea quæ dicta sunt non sufficiunt ad solutionem, adeat opus Damascĳ Philosophi de tempore. Cur aũt non soluit Aristoteles eas quas prius sumpsit dubitationes? Num ꝙ opus erat vt ostenderet Nunc, nõ posse diuidi, et non esse actu. quę in Sexto libro huius operis probat vbi agit de motu. in quibus multa eaq; pulchra docet theoremata de mutua inter se relatione & habitudine motus & temporis.

Dubitatiões ꝙ non sit tẽpus q̃uo soluat Aristoteles.

Dubitatiões an sit tẽpus, cur non soluerit Aristoteles.

SIMPLICII COMMENTARIVS IN QVINTVM ARISTOTELIS LIBRVM

NATVRALIS AVSCVLTATIONIS.

CVM in tertio libro huius operis docuisset de motu qui dicitur communiter, qui est idem cum mutatiōe, & dehinc indiscriminatim vsus esset nōe mutationis et motus, vult nunc distinguere & ostēdere mutationē esse motu communiorem & generaliorem: motū autem esse magis singularem mutatiōe, & esse tanq̃ speciem sub genere mutatione. siquidem ortus quoq; & interitus sunt quidem, vt ostendet, mutationes, non autem motus. Postq̃ autem distinxit motum à mutatione, tradit etiam deinceps species eius qui est propriè motus. & meritò dependet hic liber ab eo qui communiter scribit de mutatione, & est ei continens. etiamsi ea interiecta sint quæ de infinito, & loco, & inani, & tempore dicta sunt. Quamobrem hunc quintum librū Aristoteles & eius familiares connumerant cum ijs quæ dicuntur de principijs naturalibus. sicut eos tres qui deinceps sequuntur solent vocare de motu. Nam post diuisionem motus per quantitatem & qualitatem & prædicamentum vbi, in his naturalia adijcit theoremata, docens de nōnullis quæ ipsa quoq; res naturales cōmuniter consequuntur, quæ suam habent in loco substantiam & mouentur per locum: quid sit simul: quid seorsum: quid tangere: quid est id quod intercedit: quid id q̄d est deinceps: quid est id quod cohæret: quid continuum: & in quibusnam vt insit, vnicuiq; eorum natura est insitum: & quisnam sit vnus motus in omnibus significatis vnius. Dicitur autem vnum tribus modis, genere, specie, numero. Et in fine adijcit quisnam motus cuinam motui, & cuinam quieti sit contrarius. Miror autem quomodo summus philosophus Porphyrius in compendiaria huius libri consideratione, etsi de octo librorum diuisione præclarè scripserit, quòd omnes quidem quinq; vocent naturales, tres autem de motu: ipse tamē quatuor libros deinceps qui sunt à quinto vsq; ad octauū ipsis verbis de motu tractare dicit, & propriè de motu inscribi.

Quinq; primi libri hui⁹ inscribuntur de principijs naturalibus. tres sequentes de motu.

CAPVT I.

I MVtatur autem quidquid mutatur, aliud quidē per accidens, vt quando dicimus ambulare musicum: quoniā cui accidit esse musicum, hoc ambulat: Aliud autē, eo q̄ eius aliquid mutetur, absolutè mutari dicitur. quemadmodum quæcūq; dicuntur per partes. sanatur enim corpus, quando oculus vel pectus. eæ autem sunt partes corporis. Est autem vtiq; aliqd quod neq; mouetur per accidēs, neq; q̄ aliquid aliud ex ijs quæ sunt eius: sed q̄ ipsum moueatur primum. et hoc est id quod est per se mobile: Per alium autem motum, alterum seu diuersum. quemadmodum alterabile, & alterationis

II sanabile, vel quod pōt calefieri, diuersum. Est autem etiam in eo quod mouet similiter. hoc enim mouet per accidens: illud verò per partē, eo quòd aliquid ex ijs quæ sunt eius: aliud verò per se primum. quemadmodum medetur quidem medicus: manus verò percutit.

I Cùm instituisset ostēdere motum mutatione esse magis singularem, mutationis primum distinguit differen-

E tias, vnam quidem dicens per accidens, quando dicimus ambulare Musicum, quòd homo cui accidit vt sit musicus, per se ambulat. & quando vectorem qui quiescit in naue moueri dicimus: quòd nauis cum qua quodammodo vector vnà ingreditur, per se mouetur & mutatur. Illa autem, inquit, dicimus mutari, quando mutantur per partes. quādo dicimus sanari corpus, quòd oculus vel pectus, quæ sunt eius partes, sanant: vel moueri hominem, quoniam manus eius mouetur. Tertia autē est differentia mutationis, quando neque per accidens mouetur id quod mouetur, neq; per partem, sed pricipaliter, & non eo quòd aliud moueatur. quod q̄dem primò opponitur ei quod per accidēs. & est per se totum, quod separatum est ab eo quod mutatur per partē. & hoc est quod est per se mobile seu mutabile. adhuc.n. verba facit in mutatione, etiamsi sint exempla motuū. Cùm aūt primò expli-

Mutationis quæ sint differentiæ.

F casset id qnod mutatur pet accidens, & id quod per partem, ita subiungit id quod per se mouetur. quoniam ex illorum de medio ablatione hoc producit. et subiungit q̄ cùm sint multæ species mutationis, in omnibus sunt hæ tres quæ dictæ sunt differentiæ mutationis. quemadmodum alterabile per alterationem. Quoniam autem sunt multæ species alterationis, & in vnaquaq; tres sunt diffērentiæ, subiunxit, ET alterationis sanabile vel quod potest calefieri } licet autem sanari & calefieri per accidēs, & per partem, & per se. Per se enim calefit aqua: per accidens verò aqua dulcis: Per partem autem, quando partem aquæ sextarij quæ calefit, aquam sextarij calefieri dicimus. Cùm autem dixisset in eo quod mouetur in vnaquaq; specie esse tales differentias, subiungit has quoque differētias esse in eo quod mouet. & videlicet in eo quoque in vnaquaque specie. Sanat enim Musicus per acci-

Mutationis differētiæ cadunt in omnes eius species.

G dens, quando ei qui per se medicatur Medico accidit vt sit Musicus. & calefacit aliquando per accidens infusio aquæ frigidæ, quando caliditati quæ est intus acciderit. Et per partem mouet, quādo molam manu mouet. Mouet autem per se, quod neq; per accidēs mouet, neq; per partem, sed per se primum. Ita enim ei quidē quod mutatur per accidēs opposuit id quod per se: ei autem quod per partem id quod primò, vt ait Alexander. Aut fortè vtrunq; ambobus. etenim id quod per se mutatur opponitur ei quod mutatur per accidens, & ei quod per partem. quoniam illud non per se totum. Et id quod mutatur primò, rursus similiter, non ei solū quod mutatur per partem, sed etiam ei quod per accidens. quoniā illud non primò mouet, sed q̄ accidat ei quod p̄mò mouet. Quòd autē ambo in vtroq; acceperit, ipse quoq; deinceps osten-

H dit, primum, pro vtrisq; dicens, quādo ait, Quoniam autem est aliquid quidem quod mouet primum, est autem aliquid quod mouetur. Alexander autem dicit illud primum, significare id quod per se. Quod enim, inquit, primum ipsum mouet & non per partem, ne mouet q̄dem per accidens. Et q̄ ipse quidem primum vtrisq; opponi existimet, & ei quod mutatur per partem, & ei quod per accidens, clarum est. Neq; tamen ita primum existimo, vt id quod nō mouet per partem, necesse sit neq; mouere per accidēs. Qui enim medetur Musicus, non mouēs per partem, non est enim Medicus pars Musici: medetur per accidens. Siquis.n. dicat Medicum esse partem Medici musici, necesse habebit q̄n Musicus medicus medet, non dicere ipsum per se mederi, sed per partem.

Quoniam autem est aliquid quidē quod mouet primùm: est autem aliquid quod mouetur: III

præterea

præterea in quo tempus:& præter hæc ex quo & ad quod(omnis enim motus ex aliquo & in aliquid.aliud est enim quod primum mouetur, & ad quod mouetur & à quo:quemadmodum lignum & calidum & frigidum. eorum autem, hoc quidem est quod.illud autem ad quod: reliquum verò ex quo.)motus autem videlicet est in ligno,non in specie.Neq;.n.mouet, nec mouetur species vel locus, vel id quod est tantum.

Postq; eam quæ fit per se mutationem distinxit ab ea quæ fit per accidens, & ea quę per partem,& in eo quod mouetur & in eo quod mouet : eam quæ per se fit & primò proposuit ad explicandas species mutationis. quoniam omnis cognitio quæ à scientia proficiscitur & demonstratione vtitur, ex eis quæ per se insunt colligitur. Antequam autem tradat species mutationis & motus, ostendit primò in quonam fit motus. Quoniam enim motus est non ex ijs quæ per se consistunt, sed ex ijs quæ id quod sunt habent in alijs : nisi prius manifestum fuerit in quo sit, ne eius quidem natura cognosci potuerit, nec species distingui. Ante hoc autem, ostendit quęnam sunt quę vnà cum motu cōsideant. hoc est, quęnā omnino esse oporteat, si est motus & motatio. vt in eorum aliquo quærat motum. Et ipse quidē ea sumit tanq; euidentia. quare vtitur etiā coniunctione subcontinuatiua. manifesta est autem etiam rōnis necessitas. Quoniam enim motus seu mutatio est quædā eius quod mouetur agens affectio, oportet etiā esse id quod patitur, & vnà cum eo id quod facit protinus introduci. id enim quod patitur, est & dicitur, relatum ad id quod facit. Quæ est aūt mutatio, & aliud post aliud significat, vnà etiā omnino ostēdit id ex quo, & ad quod. etiam si aliud quidem sit id ex quo & ad quod in motu locali. sunt enim loca contraria, alia aūt in alijs motibus. Quoniam aūt omnino etiam habet id quod est prius & posterius, siquidem aliud post aliud est etiā corporum, de ijs enim nunc agitur:& tēpus & locum vnà introduci necesse est. est enim omnis motus in tpe, vt ostendit in libro pręcedēti:& omne corpus est in loco. Cùm aūt nomina quoq; imposuisset, ei quidē quod mouetur, Id quod : ei autē ex quo mouetur, Id ex quo:ei aūt ad quod mouetur, Id ad quod:& dixisset eius quod mouetur alia esse id ex quo & id ad quod, quemadmodum ligni & frigidum ex quo mouet : & calidum ad quod mouetur:ostēdit diuersitatem ex diuersis nominibus. Cùm autē dixisset aliud esse quod mouetur, adiecit, primùm, significans id quod per se mouetur. in ijs enim verum est, aliud esse ab eo id ex quo:eorum autē quæ dicuntur moueri per accidens, nihil obstat quominus sit idē id quod mouet cum eo ex quo mouetur, vt qñ quis dixerit album moueri, cùm id moueatur in quo accidit esse albū. Fuerit autē ei motus ex albo. fit enim tunc idē per se & id quod mouet & id ex quo. Sed et id quod mouet, aliud est ab eo quod per se mouet. per accidēs enim nihil prohibet esse idem quod mouet & quod mouetur. quēadmodum gubernator mouens nauem, seipsum vnà mouet. & Medicus qñ sibiipsi medetur. Cùm hęc autē à se inuicē distinxisset, subiungit, MOTVS autem videlicet est i ligno, hoc est in eo quod mouet. Et siue sic scriptum sit, κίνησις δὴ, hoc est, Motus autem, siue sic κίνησις δὴ, hoc est Motus vtiq;, aut Motus certè: vtraq;, vt arbitror, subiunguntur consequenter ei quod est, Quoniam autē est aliquid quidem quod mouet, & ijs quę deinceps consequunt. Quoniam enim ea oportet esse quę prius dicta sunt, si est motus: motus scilicet non est in aliquo alio eorum quę prius dicta sunt, sed in eo quod mouetur. Species enim vel magnitudo vel locus, vel in summa id ad quod mouetur id quod mouetur, neq; mouet, neq; mouetur, sed est aliud vtrunq; eorum. Alexāder autem, si scriptum sit Motus vtiq; aut Motus certè, dicit hoc esse

Si sit motus quęnam esse oporteat.

Quę mouentur per accidēs possunt eadē moueri.

A consequens prioribus vt dictum est. Sin scribatur ἡ δ᾽ ἡ κίνησις δή, inquam, per η, quæ est quinta litera, id autē est Motus autem : cùm dixisset, inquit, quænam esse oporteat, si futurus sit motus, nēpe id quod mouet, et id quod mouetur, tempus, locum, & id ex quo, & id ad quod, & diuersa esse ac separata, id quod mouet, & id quod mouetur, & id ad quod : de ipso motu adijcit, & dicit eum ad quem opus est ijs quæ dicta sunt, esse in eo quod mouet. neq; enim per se: nullam enim esse per se affectionē: neq; in eo quod mouet. quoniā quod mouet quidē cùm actu sit, est immutabile, quatenus mouet. motus aūt est mutatio, & id in quo est per ipsum mutatur. Sed neq; motus est in loco: & q; locus per se est immobilis : & q; aliud est locus, & aliud id quod per locum mouetur, in quo oportet esse motum. Sed neq; in eo ex quo est motus. quoniā quod ab ipso recedit nō moueret, sed id quod est in ipso. Sed neq; in eo ad quod fuerit motus. quoniā id quod ad ipsum vadit, mouebitur anteq; sit in motu : & q; in eodē

B mouebitur & quiescet. quatenus enim in motu, mouebitur: quatenus aūt fuit in fine, quiescet. Quoniam autem nō solùm per qualitatem fit motus, quem in specie dicit esse alterationē, nec per generationem & interitum, quę vel maximè propriè dicantur in forma mutationes : sed fiunt etiā motus per locum, vt latio, & per quantitatem, vt augmentum & diminutio : ideo post illam quæ fit in specie, has quoq; adiecit, dicens, Vel locus, vel id quod est tantum. Quemadmodum enim species in ijs quæ mouētur in specie, neq; est id quod mouet, neq; id quod mouetur: ita nec locus in ijs quę per locū: nec quantum in ijs quæ per quātum. Quòd aūt in eo quod mouet nequaq; fit motus, probauit etiā in tertio huius operis. vbi etiam principaliter docet in quo fit motus. Ostendit aūt illic q; nec fit in tpe, siquidem tempus est numerus motus. Restant ergo tria, id quod mouet, id à quo, & id ad quod, quocirca in his etiā quærit maximè in quonā fit motus. Species autē, inquit, & locus, & magnitudo, nec mouet

C nec mouetur, hoc scilicet motu quo mouetur id quod in ipsum mutatur. Quod enim alteratur mouetur per alterationem: species aūt ad quam mouetur id quod alterat, quemadmodum album, non dealbatur. Sed neq; species aut forma in quā mutatur id quod fit, fit per illam generationem: fit tñ cùm prius non esset. Et rectè, vt opinor, Strato motum dicit esse non solùm in eo quod mouetur, sed etiā in eo ex quo, & in eo ad quod. sed alio modo in vnoquoq;. Subiectum enim, inquit, mouet vt quod mutatur: id aūt ex quo, & id ad quod, illud quidem vt quod interit, hoc aūt vt quod fit & oritur. Si quæ autē formæ seu species dicuntur mutare, quēadmodum anima aīal, & grauitas lapidem, non quærit nunc causam motus, cuiusmodi sunt grauitas & anima. sed in quonā fit motus. non mouetur autem grauitas principaliter, sed per accidens. quēadmodum vector qui est in naui. Sufficit autem vel motus definitio ad ostendendum, q; in eo quod mouetur, non in aliquo alio fit motus. Dicebatur enim

D motus perficiens actus eius quod est mobile.

Motus est i eo quod mouetur, in eo ex quo, et in eo ad quod, sed diuerse.

Sed est id quod mouet, id quod mouetur, id ad quod mouetur. Magis enim id ad quod, q; id ex quo mouetur, nominatur mutatio. Quāobrem interitus quoq; est mutatio in id quod non est. Atqui & ex eo quod est, mutatur id qd' interit. & generatio in id quod est. Atqui ex eo qd' non est. Quid sit ergo motus prius dictum est. Formæ autē & affectiones, & locus ad quæ mouentur quæ mouētur, sunt immobilia. quēadmodum scientia & caliditas. Atqui dubitarit quispiā, an affectiones sint motus: albor autem affectio. erit enim mutatio in motum. Sed fortasse non est motus albor, sed dealbatio. IIII V

Cùm

III Cùm ostendisset q cùm sint quinq; quæ debent esse si sit motus, id quod mouetur & id quod mouet, & tēpus, & id ex quo motus, & id ad quod: in eo quod moueť est motus, & in nullo alio: ex quib. tria sumit q futura sunt vtilia ad id quod est deinceps dicturus. id quod mouet, & id quod mouetur, & id ad quod est motus, relicto tpe quod est extrinsecus. Cur autē eo assumpto ad quod est motus, prætermisit id ex quo, ipse docet. Magis enim, inquit, denominatur mutatio ab eo in quod mutatur id quod mutatur, q ex eo ex quo mutatur. Dicimus enim interitum mutationē quæ fit in id quod non est, & generationē eam quæ fit in id quod est. Atqui interitus est ex eo quod est, & generatio ex eo quod non est. sed tñ à fine magis nominatur. Hoc aūt maximè significat alteratio, habens nomen eius ad quod. albescere enim dicimus id quod vadit ad alborē, & calefieri, id quod ad caliditatē. Ita aūt interire quoq; magis denominať ab eo quod non est: & fieri ab eo quod est. Nobis autē reuocat in memoriam definitionē motus, quæ data est in tertio libro, per illud quoq; ostendens motum esse in eo quod mouetur. Si enim motus est entelechia, id est perficiens actus eius quod est mobile, quatenus mobile: Entelechia autē cùm sit forma vel actus, est in illo cuius est entelechia: est motus scilicet in eo quod mouetur. Sed neq; in forma, siquidem est mutatio in formā, vt in ijs quę fiunt ac oriuntur: neq; in affectione, vt in ijs quę alterantur. neq; in loco, vt in ijs quę mouentur per locum. qm̄ ea quidem in quibus est motus mouentur: formæ autē & affectiones & locus ad quæ motus, sunt immobilia, vt ostēsum est per exemplum scientię & caliditatis. Si enim ea sunt quæ mouentur, quæ ad ea vadunt nondum mouentur, & quæ in eis facta sunt non quiescent, sed mouebuntur. Cùm aūt dixisset formas & affectiones, & locum, & scilicet etiā id quod est quātum, ad quæ scilicet mouentur ea quæ mouentur, esse immobilia, subiungit talem dubitationem. Si albor est affectio, affectio aūt est motus: quę est in affectionem mutatio, in motum fuerit per motum. & nō est amplius motus in eo solo quod mouetur, sed etiam in eo ad quod est motus. Si aūt hoc ita est, erit id quod moueť ad affectionē: vel etiam qm̄ mutatum est adhuc mouebitur, siquidē mutatum est in motum: vel qm̄ factum est in motu nō amplius mouebitur. Pręclarè aūt soluit dubitationem, per obiectionē quæ facta est aduersus maiorē propositionē, quæ dicit affectiones esse motus. Non est enim, inquit, albor motus sed dealbatio, hoc est, non album quod est affectio, est motus: sed dealbatio, quæ est in album mutatio. Quamobrem id quod afficitur, quod quidem est id quod dealbatur, mouetur: sed non album. Num aūt cùm orta sit dubitatio ex æquiuocatione affectionis, qm̄ affectionem dicimus & finē affectionis, hoc est album, & affectionē ipsam quēadmodum dealbationem: per distinctionem æquiuocationis soluit dubitationem. non eundem enim medium terminum cepere propositiones. Sed minor quidē dicebat album esse affectionem, quod est finis affectionis, sumens id ad quod est motus: Maior autem dixit affectionem esse motum, dicens affectionem eam quę est interim dum afficitur mutationem, vtpote dealbationem.

Mutatio magis denominatur ab eo in quod mutatur.

Motus est in eo quod mouetur.

Affectio est æquiuocum.

Est autē in illis quoq; & id quod est per accidens, & id quod per partē, & id quod per aliud; & id quod primo & non per aliud. quemadmodum id quod dealbatur, mutať in id quod mente agitatur, per accidens: accidit enim colori vt mente agitetur: In colorem autem, qm̄ album est pars coloris: Et in Europam, qm̄ Athenæ sunt pars Europæ: In album autē colorem, per se. Quomodo ergo per se mouetur, & quomodo per accidēs, & quomodo per aliquid aliud;

E & quomodo ipsum primū, & quomodo in eo quod mouet & in eo quod mouetur, clarū est. & quòd motus non sit in specie seu forma, sed in eo quod mouetur & est actu mobile.

IIII Postq; ostēdit motum esse in eo quod mouetur, & nō in aliquo alio eorum quę simul sunt cum motu, deinceps id quod prius ostēdit & in eo quod mouet & in eo quod mouetur, hoc quidem ex ijs esse per accidens, illud verò per partem, aliud autem per se & primò: nunc dicit hanc diuisionem extendi etiā ad alia quæ sunt simul cum motu. nempe & id in quo, & id ex quo, & id in quod. hæc enim tria significauit, dicens, EST autē in illis quoq;. Sed de eo quidē in quo est, quod est tempus, ostēdit cùm ageret de tpe. Cùm autem proposuisset de duobus, verba facit de vno illo in quo fit mutatio affectionis formæ vel loci. id enim quod mutatur in album, quod quidē est id quod dealbatur, in id quod mente agitatur mutatur p accidens. F Albo enim accidit vt mēte agitetur. Cùm aūt dicitur in colorem mutari, per partē mutatur. qm̄ album est pars coloris. sunt enim spēs quoq; quodammodo partes generum. Cùm aūt dicitur in album mutari id quod dealbatur: neq; per accidens, sed per se mutatur: neq; per partem, sed primò. Similiter autē & quod mutatur in id quod est per locū, proficiscens Athenas, in id quod mente agitať, mutatur per accidens: nam Athenis quoq; accidit, vt eæ mente agitentur: In Europam aūt per partem, qm̄ Athenę sunt pars Europę: In Athenas autem, per se & primò. Quinetiam de eo quod est ex quo, etiā si ipse id prętermiserit, eadem quodāmodo dici possunt. Quod enim mutatur ex albo, per accidens quidem mutatur ex eo quod mente agitať: per partē autem, ex colore: per se autem, ex albo. Concludens autē deinceps totam orationem, per quā ostendit quęnam ea sunt quæ sunt simul cum motu, & q est in oībus id quod per se & primò, & præterea id quod est per accidens & per partē, & q motus est in eo quod mouetur, G & in forma seu specie, in qua maximè ex alijs esse videri potuisset: neq; enī in eo quod mouet, neq; in loco, siquidē illa sunt immobilia: nec magis in eo ex quo: clarum est, inquit, esse motū in eo quod mouetur. Quod autē mouetur accepit pro eo quod est actu mobile, vt definitionem motus nobis redigat in memoriam. Si enim motus est perficiēs actus eius quod est mobile: id quod mouetur est actu mobile.

Per accidēs moueri & p partē, esse in iis quę simul sunt cum motu.

VI Quæ est ergo mutatio per accidens, dimittatur. est enim in oībus & semper & omnium. sed quæ nō est per accidens, non est in oībus, sed in contrarijs, & in ijs quę intercedunt, & in cōtradictione. probatur autē hoc ex inductione. Ex eo autē quod intercedit mutatur, vt contrario. eo enim vtitur vt quod sit cōtrarium, ad vtrūq; est enim quodammodo id quod intercedit, extrema. H Quocirca & hoc ad illa, & illa ad hoc relata dicuntur quodāmodo contraria. quemadmodū media est grauis si referatur ad Netem, & acuta si ad hypatem. & fuscum album, si referatur ad nigrum, & nigrum si ad album.

V Postq; ostendit id quod est per se, & id quod per accidens, esse & in eo quod mouet & in eo quod moueť, quę quidē ex ijs quæ simul sunt in motu elegit vt vtilia ad id quod deinceps est dicturus: id quod est per accidens, in quo etiā comprehendit id quod fit per partē, vt & infinitum & quod non potest terminari, amouet. qm̄ quę fit p accidēs mutatio fit in omnibus & semper & omnium: in oībus quidē, q in decem in generibus fit mutatio per accidens. eo enim q est substātia quæ mouetur, alia autem oīa substantię accidunt, possumus dicere vnūquodq; eorum moueri, qm̄ quę est eis subiecta substātia per se mouetur.

Mutatio q fit p accidēs est infinita & interminata.

uetur. Illud autem ET OMNIVM, vel q̃ de oĩbus quę mouent & ĩjs quæ sunt immobilia, potest prædicari mouere & moueri, qñ prædicamus per accidens. quẽadmodum de anima: nã cùm ex sua ipsius natura sit aĩa immobilis, dici potest moueri per accidens: Vel omnium, pro eo quod est omnium in omnia. etenim dici potest album mutari in Musicom per accidens. & dulce in id quod est supra. Hoc autem, IN omnibus & omnium } audiẽda sunt in naturalibus. in quibus potest inesse vt moueãtur per accidens. Quę enim sunt supra naturam, quę sunt ea quæ primò mouent, nõ solùm per se sunt immobilia, sed nec ea quidẽ per accidens moueri ostẽdetur. Illud autẽ, SEMPER, significauerit q̃ etiam qñ non mouetur aliquid, fieri potest vt ipsum moueatur per accidens, eo q̃ sit io eo quod mouetur. vt is qui in naue nauigãte quiescit: Vel q̃ etiam de ĩjs quæ noo sunt amplius dici potest moueri. Socrates enim qui oõ est amplius, dici põt moueri, qñ mouetur corpus & materia quę fuit aliqñ Socratis. id enim cui accidit vt esset Socrates, hoc mouetur. Si ergo id quod est per accidens est adeò infioitum, & vsq; adeò terminari non potest: nulla aũt est scientia de iofinito & de eo quod terminari nõ potest: meritò reĩjcit eam quæ fit per accidens mutationem: eligit aũt eam quę nõ fit per accidens, vt quę non sit in oĩbus & semper & omnium cõis, sed in certis ac definitis. in contrarĩjs enim, & ĩjs quæ intercedunt, & in contradictione. hoc est, per cõtraria, & ea quæ intercedunt, & per contradictionem.

Mutatio oĩs fit vel p̃ contraria, uel ea quæ intercedunt, uel per contradictionem.

Quòd aũt per aliquid horum fiat oĩs mutatio, probat ex inductione. quãcunq; eoim quis sumpserit, eã per aliqua horum fieri inueniet. Porrò aũt vt ita sit ratio quoq; efficiet necessariò. neq; enim aliquid ex eodẽ in idem, neq; ex simili in simile quid mutaẽ: quid enim opus est mutatione? sed vel ex contrario in cõtrarium: vel ex eo quod intercedit: vel omnino certè ex eo quod non est eiusmodi. quod quidẽ est id quod est per contradictionẽ. ostensum est aũt etiam in primo huius operis, qñ contraria posuit principia, cũ ostendisset mutationẽ non fieri ex quolibet. Cùm autẽ dixisset eam mutationem quæ fit ex ĩjs quæ iotercedunt, adiecit eius causam, q̃ fiat ex eo quod intercedit, tanq̃; ex cõtrario. Quinetiam eius quoq; causam rursus adiecit, q̃ id quod intercedit, ad vtrũq; extremorum habet rõnem contrarĩj. Media enim est acuta, si referatur ad hypaten: grauis aũt, si ad Netem. & fuscum quidẽ ad nigrum est album, ad album autem nigrum. Si eoim id quod intercedit dicitur ex mixtione & cootemperatione contrariorum, quẽadmodum fuscum ex albo & nigro, & tepidum ex calido & frigido: vel ex vna huiusmodi specie, quę mutatur ex eo quod intercedit: non quatenus est particeps eius in quod mutatur, ideo mutatur: nihil enim in id quod est mutatur: sed quatenus est aliud ab illo. erat autem aliud quod intercedebat ioter alterum extremorum, quatenus erat particeps contrarĩj. Quare rectè dictum est mutationem eius quod intercedit, fieri tanquam ex contrario. si enim fuscum mixtum est ex albo & nigro: mutatur quidem in album per nigrum quod in ipso est: id autem est albo contrarium: In nigrum rursus, per album quod in ipso est.

Media contrariorũ habent rõnem contrarij ad utrũq; extremum.

CAPVT II.

VII Voniam autẽ omnis mutatio est ex aliquo in aliquid: id autem nomen quoq; significat, nempe μεταβολὴ ἀ μετὰ, quod est post: est enim aliquid post aliud: & hoc quidem significat prius, illud verò posterius: mutari potest id quod mutatur quatuor modis. Aut enim ex subiecto in subiectum. aut nõ ex subiecto, in non subiectum. aut non ex subiecto in subiectum. aut ex subiecto in non subiectum. Dico autem subiectum, quod significatur affirmatiõe. Quare necesse est ex ĩjs quæ dicta sunt tres esse mutationes. & eam quæ fit ex subiecto in subiectum. & eam quæ ex subiecto, in non subiectum. & eam quæ ex nõ subiecto in subiectum. Quæ enim fit ex nõ subiecto in nõ subiectum, nõ est mutatio, qm̃ non est per oppositionẽ. neq; enim sunt contraria, neq; cõtradictio.

VI Postq̃ amouit eam quę fit per accidens mutationẽ, & eam assumpsit quæ per se fit: instituit oẽs sumere mutationes, cùm prius sumpsisset omnẽ mutationem fieri ex aliquo in aliquid. quod quidẽ esse euidens admonuit vel ex græco vocabulo mutationis, quod est μεταβολὴ, significat enim aliud post aliud. & illud, Post, in ea significat aliquid quidẽ esse prius, aliq̃d verò posterius. Hoc eõm vtiq; prius sumpsisset ex diuisioοe, deinceps inuenit oẽs mutationes quæ prætermitti nequeunt. Quooiam enim omnis mutatio est ex aliquo in aliquid: vel ex subiecto, inquit, in subiectum: vel ex nõ subiecto in non subiectũ: vel ex ooo subiecto in subiectum: vel ex subiecto in non subiectum. præter hos enim modos non potest inueniri alia connexio eius quod mutatur ex aliquo io aliquid.

Mutationis quæ græce μεταβολὴ etymologia.

Quotuplex fit mutatio.

Quid aũt subiectum ei significet, ostẽdit, dicens. DICO autẽ subiectum quod significatur affirmatione } oe solã substãtiam subiectum existimemus, sed etiã qualitatem & quantitatẽ, & quicquid est quod significatur affirmatione. Affirmatione aũt significatur, non quod significatur per propositionẽ affirmatiuam, sed id quod sine particula negatiua. vt homo & album. & quæ sunt huiusmodi. ea eoim appellabãt affirmationes, seu essent simplicia seu cõposita. Quæ cum particula autẽ suot negatiua, appellant noĩa oegatiua. quẽadmodum Non homo. Subiectum aũt est id quod est, quod affirmatione scilicet significatur. Noo subiectum aũt id quod non est, quod significatur ex negatiooe. Idq; meritò. Omnis enim mutatio fit ex contrario in cõtrarium. vel ex eo quod non est tale in id quod est tale. Contraria autem significãtur affirmatione. sunt enim ambo spẽs. Et ideo quæ fit ex eo quod est in id quod est, seu ex contrario in cõtrarium, dicta est ex subiecto in subiectum: quæ aũt fit ex eo quod non est huiusmodi, hoc est, ex eo quod noo est, in id quod nõ est huiusmodi, vna quidẽ est ex noo subiecto in subiectum, hoc est ex negatione in affirmationẽ: altera uerò ex subiecto in non subiectum. quæ fiunt ambæ per contradictionem eius quod est & nõ est. Quamobrem quarta quoq; quę est ex non subiecto in nõ subiectum, etiam si assumpta sit ne quid prætermitteretur ex connexionibus, non est per se mutatio, cùm sit infinita. quod enim ex nõ albo mutatur in oon calidum, mutationem habet indefinitã. nisi fortè id quod non est calidum sit nigrum. Per se aũt, neq; sunt cõtraria quæ sunt huiusmodi, siquidẽ oon significantur affirmatione, neq; opponuntur contradictoriè, siquidẽ ambæ sunt negationes. Proximè autẽ ostensum est omnem mutationem fieri in contrarĩjs, & in ĩjs quæ opponuntur per contradictionẽ. Et si ergo dixerit quatuor modis mutari id quod mutaẽ, non dicit quasi sit mutatio in oĩbus partibus diuisionis: sed q̃ in hac diuisione omnis cõprehendatur mutatio. Vna enim ex quatuor, nempe ea quæ est ex non subiecto io non subiectum, oõ est mutatio. Eudemus autem dicit etiam priuationes esse subiectis similes. non enim similiter dicitur cæcum, & id quod ooo habet oculos. oeq; caluum & id quod nõ habet capillos. Sunt ergo, ioquit, hęc quoq; subiecta, sed non similiter atq; affirmationes.

Subiectum q̃uo accipiatur.

Affirmatio q̃uo sumatur aliquando.

Priuationes fũt subiectis similes.

Quæ est ergo ex non subiecto in subiectum mutatio per contradictionẽ, est generatio. quæ absolutè quidem fit, absoluta: quæ est autem aliqua, alicuius. quemadmodum quæ est quidem ex non albo in album, est huius generatio. quæ

est autẽ

E est autẽ ex eo quod non est absolutè in substantiam, absolutè generatio. per quã quid absolutè gigni ac fieri seu non fieri dicimus. Quæ est aũt ex subiecto in non subiectum, dicitur interitus. Absolutè quidẽ, quę est ex substantia ad hoc vt non sit. Aliqua verò quæ in oppositã negationẽ. quẽadmodum dictum est ẽt de gñatioone.

VII Postq̃ reprobam secreuit connexionem, quæ est ex subiecto in nõ subiectum, qm̃ nec fit contraria, nec in cõtradictione: tres deinceps collocat inter species mutationis. & primum illã quę fit ex non subiecto in subiectum, quæ fit per cõtradictionem, dicit esse generationem, illo rectè adiecto, PER contradictionem } non fit enim mutatio ex non albo in dulce, nisi per accidens. omnem autẽ quæ ex non subiecto in subiectum fit mutationẽ, necesse est fieri per contradictionẽ. Quoniam aũt generatio dicitur duobus modis, hæc quidẽ absolutè, illa verò aliqua:

Generatio dicit duobus modis

F absolutè quidẽ dicitur generatio in substantijs, qñ ex eo quod non est, fit absolutè mutatio: Aliqua aũt generatio in alijs, qñ ex aliquo quod non est, mutatur in eius oppositum. quẽadmodum ex non albo homine in hominẽ albũ, est aliqua generatio: non absolutè nec generatio substantię. neq; enim ex eo quod non est absolutè. Id autem quod non est absolutè, non dicit id quod nullo modo est penitus. ex eo enim quod sic nõ est, ne fit quidem aliqd. sed quod actu quidẽ non est, potestate aũt est aliquid. id enĩ quod absolutè non est, est quod absolutè non est hoc. absolutè aũt non est hoc quod non est absolutè. Quomodo aũt non substantię quoq; generatio est ex eo quod nõ est hoc, sed aliquid aliud: sicut etiã alibi: sed ex eo quod non est absolutè? siquidem nunq̃ est per se materia, sed semper est cum aliqua forma & actu. Homo enim fit ex semine, & ficus. Semen aũt non solùm est homo potestate, sed etiã actu semen. quẽadmodum non album ex quo fit album. Quomodo est ergo substantia ex eo quod non

Substantia quõo fiat ex eo quod nõ est absolute, albũ ex aliq̃ quod nõ est.

G est absolutè, album aũt ex aliquo quod nõ est? Soluunt aũt hanc q̃ōnem, dicentes, substantiam quidem nõ fieri ex contrario, sed ex priuatione. Non habet enim substãtia contrarium. Album autẽ est ex nigro, vel ex eo quod intercedit vt nigrum. Quo ergo differt priuatio à contrario, eo differt nunc id quod absolutè non esse dicitur, ex quo est generatio substantiæ, ab aliquo quod non est, ex quo est generatio aliorum. Quę quidẽ nec generatio dicitur absolutè, sed aliqua generatio. quatenus quidẽ ex eo quod est nõ hoc, ipsa quoq; generatio: quatenus autẽ ex eo quod est hoc & contrario, alteratio. Quinetiam adhuc aptius & appositius soluẽtes dicunt, quòd quæ fit quidem in substantiam mutatio, nullus fiat actu subiecti & quod remaneat, de quo possim⁹ dicere, Hoc est quod mutatur. in mutatione enim in substantiam ipsum subiectum fit aliud & aliud. quemadmodum semen. quocirca ex eo etiã quod non est absolutè dicit̃ mutatio in substan-

H tiam. Quæ aũt per contraria accidẽtia fiunt mutationes, actu habent aliquod subiectum, quod idẽ manet, cui contraria accidunt, de quo prædicatur alterari. quẽadmodũ hic homo, manens homo nigrescit, vel hoc corpus, & nõ quod fiat aliquid aliud. quẽadmodum semen non manẽs semen, sed semper aliquid aliud euadens, mutatur in hominem. Porrò autẽ hoc quoq; pulchrè adijcit Aspasius ad discernẽdam eam quæ est absolutè generationẽ, & eã quæ est aliqua. q̃ quæ est absolutè quidẽ generatio dicitur absq; adiectione. dicitur enim homo genitus esse & equus. Album autẽ cum adiectione. hoĩem enim album dicimus. Postq̃ aũt dixit de mutatione quæ fit ex non subiecto in subiectum, eam esse absolutè generationem, deinceps dicit de ea quæ est ei opposita, quę fit ex subiecto in non subiectum. & talem mutationẽ dicit esse interitum. absolutè quidẽ eam quę fit ex substantia in hoc vt ea non sit aliquam autẽ, eam quæ fit in oppositam nega-

Generatio q̃ est absolute, dicit absque adiectiõe, albũ cum adiectione.

Interitus q̃d dicatur.

E tionem. Non enim mutatio quæ fit ex dulci in non albũ, est interitus aliquis definitus: sed quæ fit in propriã negationem, in non dulce, sicut in generatione dixit, Per contradictionẽ. idem est enim dicere, Per cõtradictionem, ac, In oppositam negationẽ. Sed si interitus est mutatio ex eo quod est in id quod non est: omnis autem mutatio est ex eo quod est potestate in id quod est actu: erit hoc quidem potestate, illud verò nõ erit actu. An etiam id quod mutatur ex eo quod est in id quod non est, quatenus id quod est, est potestate, & ei natura insitum est vt fiat id quod non est: ea ratione id quod actu non est, mutatur in id quod non est.

Siquidem id quod non est, dicitur multis: & VIII
neq; id quod est per compositionẽ vel diuisionem moueri dicitur: neq; id quod est potestate, quod opponit̃ ei quod absolutè actu est: quod enim est non album vel non bonum, tñ contin-

F git moueri per accidens: fuerit enim homo id quod nõ est album: quod est autẽ absolutè non hoc, nullo modo: fieri enim non potest vt id qd' non est moueatur: Sin hoc ita est, generationẽ quoq; esse motum: fit enim id quod non est: nã etsi vel maximè fiat per accidens, est tñ verum dicere de eo quod fit absolutè, esse id quod nõ est: similiter aũt etiam quiescere: Hæc oĩa difficilia eueniunt, eo q̃ moueatur id quod nõ est. Et si quicquid mouetur est in loco: quod aũt non est, non est in loco: fuerit enim alicubi: nec interitus quidem est motus. Motui enim contrariũ est motus vel quies. Interitus autem est contrarium generationi.

G Institutum quidẽ eius est ostendere, neq; generationẽ neq; interitum esse motus. qm̃ autem generatio est ex eo quod nõ est in id quod est, vt dictum est: mutatio: interitus aũt ex eo quod est in id quod non est: multis aũt modis dicitur id quod non est: primùm enumerat eius significata, & ostendit fieri nõ posse vt quod aliquo modo dicitur id quod nõ est, generationi & interitui cõueniens, moueatur. Quod igitur sic non est vt nullo omnino modo sit, vt omni ex parte imbecillum & euanidum prętermisit: Id aũt quod q̃uocunq; non cõsistit: diuisit trifariã: Dicitur enim hoc quidẽ non esse, vt falsum. quod quidẽ est in cõpositione & diuisione. aut enim cõponit ea quæ non cõponuntur, vt qui dicit, Leucon habet cornua: aut diuidit ea quę non sunt diuisa. vt qñ dicit Aristoxenum non esse musicum. Componi aũt & diuidi propriè quidẽ dicitur in corporibus: per translationem autẽ in eo quod est & quod nõ est. hoc est, in affirmatione & negatione. est enim compositio affirmatio· diuisio aũt negatio. in ĥs

VIII

Id quod non est quot modis dicatur.

Compositio per trãslationẽ in affirmatione & negatione.

H aũt est verum & falsum. ea enim habet enuntiatiua oratio. Dicitur etiam nõ esse id quod potestate quidem est, actu verò nõ est. quod opponit̃ ei quod actu est, vt quod dicatur absolutè non esse, propter oppositionem qua ei quod est absolutè opponitur. ei enim quod est potestate, opponitur id quod actu est: sicut id quod nondũ est omnino, ei quod iam est. & quæ ex eo quod hoc modo non est, fit in id quod est ei oppositũ mutatio, est absoluta & absolutè generatio. Dicitur aũt etiam non esse hoc quod aliquid quidẽ non est, aliquid verò aliud actu est. quẽadmodum, calidum quidem non est, corpus aũt actu est. in quo remanente, id quod nõ est calidum, mutatur in calidum. Quamobrem & generationẽ aliquam, & alicuius, sed non absolutè hanc vocauit generationem. Et est quidem prima generatio ex eo quod nõ est absolutè in substantijs vt q̃ sit absoluta generatio, & absolutè. qm̃ ex eo quod non est quod opponit̃ ei quod actu est, fit mutatio.

corum

eorum enim quæ non sunt, quæcunq; contingit omnino esse cùm non sint, id quod non est absolutè, opponitur ei quod est absolutè. Id est aūt absolutè quod actu est. Quare etiā absolutè non est id quod est potestate. Cùm itaq; ostendisset hanc in hæc tria diuisionem eius quod nō est, quod quomodocunq; cōsistit, dicit neq; id quod non est

Motus non est i falso qđ est p affirmationē vel negationem.

per diuisionem & compositionem, hoc est, falsum quod est per affirmationem & negationē, moueri: neq; enim falsa oratio, nec opinio, qñ in veram mutatur, mouetur, vt ostendit in prædicamentis: non enim ex sua ipsorum mutatione hęc semp variantur, sed cùm aliqua alia sæpe moueantur: qui enim prius opinione & oratione falsum dicebat, sedet Socrates, si steterit: Si Socrates sederit verum dicit, nō opinione vel oratione mutatis, sed re: neq; ergo contingit, inquit, moueri per cōpositionem vel diuisionem: siquidem neq; hoc omnino per se mutatur, sed

Id quod nō est per potētiam nō mouetur.

mutatur alio ipsum mutāte: Sed neq; id quod ex potestate non est, hoc est quod tanq; potentia non est, quod opponitur ei quod actu est. neq; hoc ergo, inquit, fieri pōt vt moueatur, qm̄ motus etsi est actus imperfectus, est tñ actus. & oportet id quod mouet esse actu aliquid, & esse hoc aliquid, & cōseruari, & ita moueri. Quod autem sic nō esse dicitur, nihil est eorum quæ actu sunt. neq; enim semen manens semen, mutatur in plātam vel in animal. quēadmodum homo manens homo, mutatur per aliqd eorum quæ sibi accidunt, à non albo in albū, & à non bo

Mouētur q̄ alterantur et non solū mutantur.

no mutatus in bonū. Et ideo moueri dici possunt ea quę alterantur, & nō solùm mutari. qm̄ actu manens aliquid per motum operatur. Tertiū ergo eius quod non est adiectione, quatenus dicebatur aliqua generatio: & ostendit differentiam eius quæ est aliqua generatio, ab ea quæ est absolutè: & aperuit cām cur id quidem quod fit absolutè & mutatur in substātiam, non dicat moueri: mutationē aūt aliorum motum nominet. Eius enim quod actu quidem est aliqd, nempe homo, aliquid verò nō est, nempe albus, propterea quòd sit potestate albus, potest id quod actu est, vtputa homo, moueri: nō per se: manet enim homo: sed per id quod sibi accidit. Quare dicit etiam ipsum moueri per accidens, non vsitato vsus noīe. quę enim ex non albo in album fit mutatio, est per se non per accidēs. Vocauit autem hoc per accidens, qm̄ quod sic nō est vt non album, accidit ei quod actu est. Si autem sic aliquid quod non est mouetur: id quod absolutè non est, hoc est neq; est actu, neq; manens: neq; moueatur per se nec per accidens. neq; enim quatenus nō est mouetur, neq; q̄ sit aliquid aliud actu idem manens. vt homo est id quod nō est album. Si ergo fieri non pōtest vt quod sic nō est, moueatur: quæ aūt ex eo quod sic non est, quod absolutè dicebatur nō esse, in id quod absolutè & actu est mutatio, est generatio: fieri non potest vt generatio sit motus. Generatur enim ac fit id quod non est: nō enim id quod est: Mouetur autem id quod est, siquidē motus est quidam

In ijs q̄ mutātur in substantiam nō est motus.

actus. Quare aduertendum est q̄ in ijs quidē quę mutantur in substantiam non est omnino motus: qm̄ non est in eis aliquid quod actu sit, vt motum operetur: est autē so-

In mutationibus omnib⁹ pręter generationē & interitū est motus.

lùm in illis mutatio quæ fit per generationē: In ijs autem quæ per qualitatem vel quātitatem vel locum fiunt mutationibus, vel ijs in summa quæ sunt pręter substātiam, est quidē motus eius quod actu remanet, quēadmodum hominis, qui mouetur. generatio autem est albi ex non albo. id autē totum est alteratio. ita etiam in alijs. Propterea ergo generatio non est motus. qm̄ non est quod mouetur actu aliquid remanens, sicut id quod alteratur, & augetur, & per locum mouet. Homo enim remanens dealbatur. Quod aūt in eo est album, nō remanens sicut homo, in album mutatur. Quamobrem non album quidem, non mouetur: fit aūt album. Quare non erit generatio motus. Cùm aūt dixisset id quod non est, ex quo est generatio, non moueri quidē sed fieri. FIT enim, in-

Fieri qūo dicāt aliquid.

quit, id quod non est } exponit qūo dixerit fieri id quod non est. quòd scilicet nō fiat id quod per se non est: sed id

A cui accidit id quod nō est. Materia enim & in summa id quod est potentia, ex quo fit id quod fit, non est id quod per se non est: sed q̄ accidat ei id quod nō est, nempe priuatio quæ remanet in generatiōe. nisi quòd, quatenus id quod fit propter priuationem nō est id quod fit, verū est dicere id quod non est, esse in eo quod fit absolutè. Quod enim fit absolutè, quēadmodum materia hominis, cùm nihil habeat quod actu remaneat, totum consistit per id quod est potentia, et per priuationē hominis. Homo aūt qui dealbatur, homine qui actu est manente, dealbatur. Si ergo id quod fit uerum est dicere non esse, qm̄ nihil est actu: Quod aūt non est actu, non mouetur: generatio nō fuerit motus. Dicit autē Alexander aliam quoq; talem eius quod est propositum, expositionē. Ei quod absolutè non est, hoc est, ei quod est potestate, ex quo fit id quod fit, per accidēs inest fieri. qm̄ cui accidit id quod absolutè non est, hoc est priuatio, id fit. Moueri autem nō inest ei per accidens, siquidē nec est omnino. Sed si vtiq; est huic

B moueri, est ei quod non est, quod opponitur alicui quod est. quod est non id quod absolutè non est, sed hoc quod non est. de quo prędicatur aliqua generatio. id autem est

Generationi nō inest motus nisi p accidens.

per accidens. nō enim quatenus nō est, sed quatenus est aliqd aliud. Sit enim oportet id quod mouetur. sic enim fuerit motus actus. Quòd aūt non moueatur id quod fit pro signo accepit, q̄ ei insit id quod nō est. Aspasius aūt sic hāc exponit dictionē. Cùm dixisset, inquit, id quod nō est esse id quod fit: qm̄ hoc erat dubium: dixerit enim quispiam non esse id quod non est id quod fit, sed ex eo quod non est: ideo dicit q̄ etiā si maximè concesserimus id quod non est dici fieri per accidens, & nō propriè: sed tñ id quod ei conuertitur verum est, q̄ id quod fit est id quod nō est. neq; enim amplius fieret si esset. Quoniam ergo id quod fit, non est: Quod aūt non est nō mouetur: Id quod fit, non mouetur. Nec generatio fuerit motus.

Quies nō est in ijs q̄ fiunt ac gignunt.

Similiter aūt, inquit, quiescere non inest ijs quę absolutè

C fiunt. est enim quies eius quod est, cùm sit priuatio eius quod natura aptum est vt moueatur. Est aūt id quod est aptum natura vt moueatur. Quare quod moueri nō potest, id etiam non potest quiescere. vtraq; enim sunt eius quod est operatio. Postq̄ ergo ostēdit ex eo q̄ id quod nō est, inest ei quod fit, id quod fit neq; moueri neq; quiescere, qm̄ ambo ea sunt operatio eius quod est: deinceps

Si moueatur id quod fit, quęnā absurda cōsequantur.

hoc ipsum probat alio argumēto. dicens absurdum quid sequi apud eos qui dicunt moueri id quod fit, siquidē nō est. Si enim quicquid mouetur est in loco, vt progressus ostendet: Id aūt quod non est, non est in loco per se: Ergo quod nō est, non mouetur, rōne collecta in secunda figura. Et q̄ id quidem quod fit nō fit, nos prius admonuit. Quòd aūt id quod non est, non sit in loco, breuiter ostendit per hoc, ESSET enim alicubi. } Sin est alicubi: videlicet & est, & actu est. quod enim est potestate, neq; est absolutè, neq; est alicubi. Quare etiā in prima figura sic potest colligi. Quod fit, est id quod actu non est. Quod actu non est, non est in loco per se. Quod non est in loco,

D non mouetur. Quod ergo fit, non mouet. Generatio ergo nō est motus. Potest autem hoc ipsum quoq; colligi hypotheticè. Quòd autē nec interitus sit motus, ostendit breuiter, cùm prius sumpsisset, Motui, vel motum esse contrariū, vel quietem. Quoniam ergo interitus est generationi cōtrarius: Si interitus est motus, necesse est generationē esse vel motum vel quietem. Si ergo ostensum est generationē neutrum esse eorū: videlicet neq; est interitus motus. sed neq; quies. esset enim rursus gñatio motus. siquidē ea est contraria interitui. Cōmunius aūt nunc quietē, pro eo quod debebat dicere oppositā, dixit motui cōtrariam, eā demonstraturus priuationē motus.

Quoniam autē omnis motus est aliqua mutatio: mutationes aūt sunt tres quæ dictæ sunt: earum autem eæ quæ sunt per generationem & interitum, non sunt motus: sunt autē eæ quę

sunt

sunt per contradictionem: necesse est eam mutationem quæ fit ex subiecto in subiectum, esse solũmodo motum: subiecta autem vel contraria, vel ea quę intercedunt. Etenim priuatio ponatur contrarium, & significatur affirmatione nudum, & album, & nigrum.

LX Cùm mutationẽ diuisisset quadruplici.er, & eam quę est ex subiecto in subiectum, & eam quæ est ex nõ subiecto in subiectum, & eam quæ est ex subiecto in nõ subiectum, & eam quæ est ex non subiecto in non subiectum, & vltimam secreuisset connexionem vt quæ non possit consistere: ostendit neutram duarum mutationum esse motum: neq; eam quæ fit ex non subiecto in subiectum quæ quidẽ est generatio: neq; eam quæ fit ex subiecto in non subiectum. quæ est interitus. & subiungit deinceps; Quoniam aũt omnis motus est aliqua mutatio, aliud enĩ post aliud in ipso consideratur: ostensum est aũt tres esse oẽs mutationes, quarum duę sunt per contradictionem, eæ autem quę sunt per generationẽ & interitum nõ sunt motus: necesse est reliquã mutationem quæ fit ex subiecto in subiectum eam solam esse motum. Subiecta autẽ ex quibus & in quæ fiunt mutationes, vel sunt cõtraria, vel ea quæ intercedunt. Dixit aũt ea quoq; quæ intercedunt in extrema mutari vt contraria. Quoniam autẽ fit etiam mutatio ex priuatione, quæsierit quispiam vtrum est eiusmodi mutatio tanq̃ ex subiecto in subiectum, an per cõtradictionem. & dicit eam esse tanq̃ è subiecto in subiectum. PONATVR enim, inquit, contrarium priuatio. } Si aũt est contrarium, affirmatione scilicet significatur. Quod autem affirmatione significatur, prius dixit esse subiectum. Quamobrem priuatio est subiectum. & quod ex priuatione mutatur in habitum, mutatur tanq̃ ex subiecto in subiectum. Quid igitur, An nõ generatio quoq; est ex priuatione? Quomodo ergo non ipsa quoq; est ex subiecto? Num queadmodum id quod est potestate est duplex: vnum quidẽ quod refert ad substantiã: alterum verò quod ad accidens: Ita ẽt priuatio, hęc quidẽ est substantię, illa verò accidentis. Et quæ est quidẽ accidentis, qm̃ id est in substantia, habet permagnam eius quod est participationẽ, & affirmatione significat, & est subiectum, & potest moueri id in quo est priuatio, vt id quod ægrotat, & indoctum, & nudum. Substantiæ aũt priuatio, qm̃ cum excidit à substantia, excidit etiã ab eo quod est, significatur negatione. Esse ergo nunc videlicet dicitur, quod est actu, & substantia, & nõ illud esse, cuius est particeps priuatio, & id quod est potestate & materia. Exemplum autẽ q priuatio significatur affirmatione cũ nudum sumpsisset, subiunxit & album & nigrum, ostendens q sicut ea significant affirmatione, ita etiam nudũ. Nunquid aũt etiam aliqd aliud per hoc ostendit, nempe q contraria quę fiunt alterum ex altero, non solùm fiunt tanq̃ ex cõtrariis, sed etiam tanq̃ ex negationibus. albũ enim fit ex nigro, qm̃ nigrum non est album. quinetiam tanq̃ ex priuatione. corpus enim quod iam est nigrum, habet albi absentiam, vt cui sit natura insitum vt album suscipiat. Priuatio aũt nihil est aliud quàm absentia eius quod est aptum natura vt insit. Nudum aũt non est exẽplum eius quæ est pprie priuatio. illa enim numq̃ reuertitur ad habitum, queadmodum nudum ad hoc vt sit indutum. Ita ergo dicit Aristoteles motum quẽdam mutationem, vtpote q sit mutatio quid motu amplius, generationem & interitum dicens mutationes, non autẽ motus. Plato autem contra videtur dicere motum esse quid mutatione amplius. Etenim mutationes quidẽ dicit easdem quas Aristoteles, eas volens esse motus. nam & generationem & interitum in decimo de legibus cõnumerat cum motibus naturalibus. Quinetiam motum nominat mentis operationem, versatilem & in se redeuntem mentis motionẽ motui globi tornatilis assimilãs. Cùm

Priuatio est subiectum.

Priuatio est duplex substantię & accidentis.

Cõtraria fiũt ex cõtrariis tanq̃ ex negatiõe & priuatione.

Mot° apud Platonem ẽ quid ampli° mutatiõe, cõtra apud Aristotelem.

Motus operatio mẽtis.

E tanta ergo videatur esse eorum in his differẽtia, miror si nõ solùm noibus tenus sit dissensio. Mutationem quidem certè vterq; ponit similiter in oĩbus quæ mutantur per tempus: Motum aũt cùm Plato quidẽ posuisset omnem recessum ab eo quod est, mutationes oẽs meritò dixit motus: quinetiam immutabiles operationes, & quæ semper eodem modo & sil'r se habent, non est veritus vocare motus, propter operationis progressum ab eo quod est: à substãtia enim excessus est operatio, quę rursus innititur substãtię: Aristoteles aũt ea quæ multorum hoĩum captui conueniunt philosophans, & ne quid dicat quod eorum aures malè sumptum offendat cauens, veritus est mẽtis operationem quę est immutabilis, & vt ipse dixit grauius adhuc & venerabilius, quæ est substantia, motũ dicere. qui enim audit motũ, statim cogitat mutationẽ, & id quod mouetur patibile suspicatur. & cum motu statim vnà infert tempus. Cùm aũt in mutationibus quandam contemplatus esset differentiam, quatenus aliæ qui-
F dem perficiunt operatione eius quod iam est quod mutatur & remanet, queadmodum alteratio, & augmentum & diminutio & quæ est in loco mutatio: in omnibus enĩ his mutationibus, id quod mutatur, quemadmodum homo qui dealbatur, vel qui augetur, vel qui vadit, cùm sit actu homo, & homo maneat, per ea mutatꝰ: quędam aũt mutationes, nõ ex eo quod actu est efficiuntur, sed ex eo quod est potestate, nec remanet, sed fit aliàs aliud: queadmodum hominis generatio ex semine, quod suam in hoc habet essentiam, q sit homo potestate, actu autẽ nihil: id autem ostẽdit q non permaneat in forma seminis, quod quidem inest perfectis & iis quæ iam actu sunt: sed aliàs aliud fiat, donec ad id quod est actu peruenerit. Hanc ergo cùm esset differentiam cõtemplatus in mutationibus, & q quæ fiunt quidem ex eo quod est potestate in id quod actu est, ex eo quod sic non est in id quod sic est, sunt magis patibiles, etiam si quid agens sit in eis perexiguum, quod est enim potestate, est maximè patibile: quæ autẽ
G sunt ex iis quæ actu iã sunt, & operari possunt, mutationes quidẽ sunt ipsę quoq; patibiles, apertiorẽ autem habent operationẽ: Quoniam ergo motus, & si sit quędam mutatio & affectio eius quod mouet, videtur tamen esse quędã eius operatio, & est quidẽ imperfecta propterea q sit cum multa affectione cõmixta, est tamen operatio; propterea ex mutationibus eas quidem quę sunt agẽtes appellat motus, quæ sunt aũt patibiles solũ mutationes, vt quæ ex affectione & ex eo quod patiantur characterẽ maximè suscipiunt, etsi ipsæ quoq; habeãt eius quod agit perexiguum. Admiror autẽ eius qui noĩa imposuit sapientiam, qũo grecè μεταβάλλειν, id est mutare, etsi dicat actiuẽ, significat tñ passiuẽ. Si ergo nomen quidẽ motus Plato quidẽ in alio accipit significato, eum qui est ab eo quod est excessum, quomodocunq; id fit, motum appellans: Aristoteles autem ex cõibus nominum acceptionibus, mutandi operationẽ motum vocat: sed neq; mentis operationẽ quæ est omnino immutabilis, neq; eam quę
H ex aliqua sola propemodũ passione est mutationẽ, agentis aũt vel minimum vel nihil habet: de noie, vt opinor, non de re est differentia. nam Plato quoq; immobilẽ motum mentis dixerit, sicut etiã immutabilem, & mutationum differẽtiam tam subtiliter distinctam admiserit: & Aristoteles qui mentis fatetur operationẽ, dicens ipsam esse essentia actum seu operationẽ, si quis ei dederit multos homines qui possint mente concipere motum immutabilem & tpis expertem, non recusauerit, vt puto, motum dicere mentis operationẽ. Sed ego quidẽ hęc lubẽter mente agito de viris qui & amicitia et doctrina erant inter se cõiuncti. Reprehendunt aũt Aristotelem qui generationẽ & interitum à motibus expulerit, ex eo q id quidem quod mouetur sit in loco, id aũt quod nõ est, ex quo est generatio, et in quod est interius, non sit in loco, dicentes. Malè id quod nõ est, ex quo est generatio accipit materiam. & ideo eam dicit non esse in loco. neq;

enim

apud Platonem.

Motum q̃d vocet Plato.

Aristoteles cur mẽtis nõ vocet motis operationem.

Mutationes quasnam vocet Aristoteles, & quasnam motus.

Μεταβάλλειν, id est mutare, passiue accipi.

Generationẽ & interitũ cur à motibus remouerit Aristoteles.

Gňatio non est í materia prima, & in corpore absolute.

enim in prima materia, neq; in eo quod est absolutè corpus est generatio. neq; enim generatur corpus, quaten⁹ corpus vt ipse probauit in libro de Cœlo. sed id quod gignitur & interit est tale corpus. id aũt est totum in loco. Falsa est ergo, inquiunt, propositio, quæ dicit, Id quod nõ est, ex quo est generatio, non est in loco. Sed ad hæc, vtputo, dixerit, se nec primam materiam, nec id quod est absolutè corpus, dicentem id quod non est, ex quo est generatio, dixisse ipsum non esse in loco: sed id quod est potestate, quatenus potestate. quemadmodum enim id quod est, non est actu id quod habet substantiam ex eo quod est potestate, ita neq; in loco, ex actu. Fuerit enim, inquit, alicubi.} Si enim fuerit actu in loco, fuerit etiam actu. Sed si id etiã quod non est absolutè ceperimus, inquiunt, cogemus ipsum generationem quoq; motum dicere, propter definitionẽ motus. Si enim quod absolutè nõ est, potestate est id quod fit: quę est aũt ab eo quod est potestate via ad id quod actu est, est motus, vt ipse definit: erit etiam via quæ est ab eo quod absolutè non est, ad id quod actu est, quod illud erat potentia, motus. Si ergo hæc est generatio, clarum est id quod euenit. Tale est ergo his verbis secundum argumẽtum, quod est secundo, vtputo, ad soluendum facilius. quæ enim in tertio libro data est motus definitio, ea erat mutationis. & hucusq; vsus est indiscriminatim nomine motus & mutationis, citra vllam distinctionem sumens id quod est potestate. Nunc autẽ cùm id diuisit & in id quod non est absolutè, & in id quod nõ est aliquid, per hãc diuisionem discreuit motum generationis & interitus. Id aũt quod deinceps cõsequitur, quod dicit non oẽm motum esse mutationẽ, siquidẽ mens mouetur motu immutabili & experte tẽporis, cùm procedat ex positione, euertitur si labefactetur positio. Aristoteles enim, vt dictum est, vulgi secut⁹ sententiam, oẽm motum ponens mutationem & quæ fit in tpe, mentis operationem nõ vult motuum vocare. ne qui audit mutationẽ, statim & tẽpus in ea visione apprehendat: Plato aũt & si dicat mentem moueri & animam & corpora naturalia, in alio & alio significato vnicuiq; eorum motum tribuit. Nam qũo mentem quoq; moueri dicẽs, dicit aĩam essentia esse per se mobilem? Si enim quicquid mouetur, vel à seipso vel ab alio mouetur: hoc enim censuit Plato etiã ante Aristotelẽ: & quod à seipso mouetur est ante id quod mouetur ab alio: mens ex eius sententia fuerit ante aĩam per se mobilis. Sed eum quidẽ qui est in mente motum, in primo excessu in actum ab eo quod verè est, fuit contemplatus: Animæ autẽ per se mobilitatem per eam quæ est ex se discretionem, & eam quæ est in ipsa duplicitatem, per quam quidem consistit per se genita: nam per se esse aĩal & per se cõsistere, puto etiam menti conuenire: Motum aũt naturalem per eius quod est prius & posterius in tpe mutationẽ ipse quoq; considerauit similiter atq; Aristoteles. nisi q Plato quidem naturales oẽs mutationes motus censuit appellandas. quam opinionem secutus est etiã Aristoteles in prædicamẽtis, & in hoc opere hucusq;. Mutationis itaq; definitionem tanq; motus tradidit in tertio. cùm aũt inuenisset dictam in mutationibus differentiam, per eam distinxit motum à generatione & interitu. Si autem videtur, propter eos qui difficiliter ferunt differẽtiam motus & mutationis, etiã si sit paulò prolixior oratio, conemur de ĳs dicere aliquid apertius. Eorum quę sunt, quoniã alia quidẽ sunt substantię, alia verò accidentia, videlicet mutationes quoq; aliæ quidẽ fiunt in substantiã, alię verò in accidens. & id quod est potestate seu id quod nõ est ex quo fit mutatio, alterum quidem cõtradicit potestati ad substantiam, alterum verò potestati ad accidens. Ac cõiter quidem, quatenus fit ex eo quod nõ est in id quod est, est eiusmodi mutatio generatio. quod enim prius nõ erat, est aũt postea, q fit habet per generationẽ. Sed mutatio quidem quę fit in substantiam, est absolutè generatio. quemadmodum homo ex nõ homine. qm̃ est etiam

Menti quomodo motũ tribuat Plato.

Dfia motus & mutationis.

Generatio absolute.

A propriè substantia. Quæ fit aũt in accidens, quemadmodum ex albo in nõ album, est aliqua generatio quoniam est etiã aliquid quod est accidens, quod per se quidẽ non est, sed omnino adnascitur in substantia. Vtraq; autẽ est quidẽ certè generatio. quatenus ex eo quod non est in id quod est fit mutatio, & per contradictionẽ, quod est generationi & interitui propriũ, opponitur. Quoniam aũt rursus horum quæ sunt potẽtia, ex quibus fit mutatio, id quidem cui innata est potestas ad hoc vt sit accidens, est substãtia manens in subiecto, ipsa per se perfecta & operans, & non cõplens aliquam aliam substantiã cum accidente. quẽadmodum homo qui ex nigro mutatur in album, vel ex breuiori in maius, vel ab eo quod est ĩfernè, supernè. qm̃ contrarium quoq; oĩno habet ei in quod mutatur subiecta substãtia: aut enim in albũ cùm esset prius nigrũ: aut præditum aliquo colore ex ĳs qui intercedũt, mutatur in album. & similiter in alĳs. Quod est autẽ potestate ad substantiã, quẽadmodum quod non est aer, ex

Generatio aliqua.

Mutationũ quãta sit differentia.

B quo fit in aerem mutatio, etiã si fuerit aqua, vel corpus expers qualitatis, attamen aqua quidem nõ remanet in mutatione in aerem, corpus autem expers qualitatis cõplet vtrãq; substãtiam. Et neq; est contrarium ei in quod fit mutatio, in eo quod est potestate ad substantiam. neq; enim est aliquid substantię contrarium. qm̃ ambo rursus opus habebunt substantia quæ contraria vicissim suscipiat. sed & si est cõe vtrisq; mutationibus, illud q ex eo quod nõ est in id quod est, & ex eo quod est potestate in id quod est actu, tñ quædam etiã in ĳs cernitur non leuis differẽtia. quatenus alia quidẽ est alicuius subiecti perfecti & manentis, & quod ex eo quod ei accidit & non cõplet eius substãtiam, contrario, mutatur in contrarium: Alia verò nõ est ex eo quod est eiusmodi. sed ex eo quod est potestate perfectum, quod quidẽ ad id quod est attinet, & ex eo quod sic nõ est ad id quod est: & à priuatione in formã, cùm vnà cum priuatione non sit forma contraria ei in quã mutatur, quẽadmodum in accidentibus,

C non est enim eadem remanens substãtia, sed priuatio, & materiæ id quod est potentia. & ipsa materia. Nam etsi remaneat corpus expers qualitatis, est tñ hoc materiale & in quod nõ cadit operatio, donec fuerit particeps qualitatũ. Et id quod est potestate, & id quod non est, ita est ad formã compositam, sicut prima materia. ex ea enim, sicut ex illa est cõpositum. id enim nõ se ita habet ad qualitates substantiales, sicut homo ad album. Et q magna quidẽ harum mutationum cernatur differẽtia, ex ĳs quæ dicta sunt clarum est. Cur aũt eam quidem quæ fit per contradictionem esse generationem, eam aũt quæ fit ex contrario motum dicat, operępretium est considerare. Nam & qui per contradictionem est ab eo quod non est ad id quod est excessus, vel cõtra, videtur esse motus. & qui in contrarium, quod prius quidẽ non erat, est autem postea, generatio. Per quænam ergo significata cum rebus differẽtibus vnà diuidit noĩa? Num q motus quidẽ videtur esse quędã agens seu operans mutatio. Non mo-

Mutatio q̃ fit p contradictionem sit generatio & nõ motus.

D uetᷓ ergo aliqd aliud nisi id quod potest operari & agere. agit aũt quod actu est. actus verò est forma pfecta. Quare etiã si habeat aliquid imperfectum & potentia, quatenus mutatur, quatenus tñ agit, est actu. Generatio autẽ quæ est mutatio in id quod est & in substantiã, est omnino eius quod est imperfectum & eius quæ non est substãtia. quod quidẽ magis consideratur in eo quod est potestate, & non in eo quod actu est. Propterea ergo quæ fit quidem ex contrario, vel eo quod intercedit, in contrarium (idem est aũt dicere, ex subiecto in subiectum quoniam contrarĳs subĳcitur substantia) qm̃ est substantiæ mutatio, & operatio eius quod est aliquid, vtputa hominis, motus est, & non generatio. nõ enim fit aut gignitur homo, si niger factus fuerit vel ambulauerit. qm̃ non est aliqua substantia homo qui est nigrefactus vel ambulauit, sed est substantia & accidens. ideo talis mutatio dicitᷓ motus tanq; actus. Quod est aũt imperfectum, & pote-

Motus est actus.

state,

ſtate,& nōdum eſt, etiam ſi ea quæ eſt in id quod eſt afficiatur mutatione, ſic tñ afficitur vt fiat id quod eſt & ſubſtantia. ſed non vt qui eſt actu ſubſtantia homo mutatur ex nigro in album. non enim in formam nec ſubſtātiam talis eſt mutatio. quare non eſt generatio. Sed eſt etiam perfecti. quamobrem eſt actus & motus. Et ideo aſſeuerauit Ariſtoteles id quod non eſt non moueri: non enim operatur. quod enim operatur omnino ſit oportet: & ꝙ vnà cum eo quod eſt operari, ipſum quoqꝫ eſſe vnà ſublatum ſit. quare etiā ſimul infertur. Quinetiam ꝙ illud eſſe exiſtimamus, vt etiam teſtatur Plato, quod poteſt & agere & pati. Quod autem nō eſt, etiam ſi procedit in id quod eſt & in ſubſtātiam, dicatur quidē fieri, non aūt moueri. Signum aūt eius imperfectionis, etiam ꝙ nō ſit in loco, aſſumpſit Ariſtoteles. quod enim iam eſt perfectum, & poteſt operari, naturale, vt quod ſit impletum proprijs qualitatibus, eſt vel leue vel graue. & oīno vel ſupra vel infra. etenim ipſe dicit quicquid eſt in loco eſſe vel graue vel leue. Quod eſt aūt imperfectum, & nō eſt, ſiue quis dicat materiā, ſiue corpus expers qualitatis, cū eo quod eſt poteſtate vel cum priuatione, vt quę nō ſint leuitate vel grauitate prædita, nō ſunt in loco. Sed ſi motus qui eſt eius quod mouetur affectio, dicitur tñ actio: cur non etiam generatio quę eſt eius quod gignitur affectio, ipſa quoqꝫ dicatur actio, & ideo motus? Num ne dici quidem poſſit affectio omnino generatio? qm̄ ex eius ſententia affectio vult eſſe quædam diſpoſitio eius quod eſt. Dicit itaqꝫ etiam in ijs quæ deinceps cōſequuntur de qualitate. Dico aūt qualitatem nō eam quę eſt in ſubſtātia. etenim differentia eſt qualitas. ſed id quod eſt patibile, quatenus dicitur pati vel eſſe impatibile. Quēadmodum enim fieri non poteſt vt id quod non eſt moueatur, ita nec vt patiatur. Si quis autem vrgeat generationem quoqꝫ eſſe affectionē, eſt hoc aliud ſignificatum affectionis, quod nō in idem cum motu te ciderit. Præterea aūt hinc etiam videri poteſt differētia motus à generatione & interitu. Quod enim mouetur, cùm omnino ſit aliqd, ſic moueri dicimus. homo enim dealbaẗ & ambulat manens homo. Quod ſit aūt ſeu gignitur, vt quod ipſum totum per ſe habeat mutationem, nō remanet. Huius autē rei eſt manifeſtū indicium. Illud enim moueri dicimus, quod paulopoſt erit motū. & motum id quod pauloante mouebatur, vtpote eodem manēte in vtriſqꝫ: In generatione autē non ſic. non enim quod ſit, id eſt quod factum eſt. Eſt enim aer qui ſit aqua. nō tamē aqua facta eſt aer. neqꝫ eſt omnino, quēadmodum enim ſæpe dixi, per ſe totum, & nō in aliquo mutatus eſt. quare nō eſt ſubiectum in generatione. Quid ergo dixerit quiſpiā in mutatione in aquā ab aere? non aer mutans calidam qualitatem in frigidā, manente humida aqua factus eſt, eòm & corpus expers qualitatis remanſerit & multa alia? Num ſi amiſſa quidem calida qualitate & accepta frigida aer maneret, tñ idem aer, euadens aliqñ quidem calidus, aliquādo verò frigidus, quod quidē ei & æſtate & hyeme accidit: neqꝫ eſſet mutatio in ſubſtātiam, neqꝫ generatio eſſet hoc ſed alteratio. Sin eſſet ſubſtātialis quæ amiſſa eſt caliditas, nō amplius maneret aer qui amiſit. quare nō remanet ſubſtantia, nec forma: ſed rurſus id quod eſt imperfectum, & id quod eſt poteſtate, & id quod non eſt, à quo generatio. Sed nec humiditatē aeris remanere exiſtimo in mutatione in aquam, niſi propter cognationem. nam ſpecie eſt alia humiditas aeris, & alia aquæ. Quòd autē in generatione quidē non ſit aliqua remanens ſubſtātia, ſit aūt in motu, ſignum eſt, ꝙ efficiatur quidē generatio per contradictionem eius quod eſt & eius quod non eſt: motus autem, ex cōtrario in contrarium. quibus neceſſe eſt eſſe ſubiectam quæ remaneat ſubſtantiā, cui innatum ſit cōtraria alternis ſuſcipere, vel ea quę intercedunt, vel eam quæ eſt accidenti oppoſita priuationem. quēadmodum indoctum, vel morbum, & nudum. quę quidē propterea quod vnà inſunt cū ſubſtantijs quæ ſuſtinēt & re-

Actus eſt perfecti.

Quod ſit eſt imperfectū.

Quod ſit nō eſt in loco.

Gñatio ſit ne affectio.

Generatiōis & motus differentia.

E manēt: & affirmatiuè dicuntur, & ſunt forma aliqon modo præditæ: ſubſtantiæ aūt priuatio verè eſt id quod non eſt. Et alioqui conuenienter poſitionibus Ariſtotelis, hac rōne, vt exiſtimo, viderit aliquis differentiā generationis & motus. omnem enim mutationē dicit omnino habere aliud poſt aliud: ſed cùm conſiderauerit quidem aliquam quæ ſimul ſit & aceruatim, eſtqꝫ expers tpis, & non habet id quod eſt in extenſione, eam quidē vocauerit generationem, qm̄ ex eo quod non eſt ad id quod eſt: & interitum, qm̄ ex eo quod eſt ad id quod non eſt: motum autē non, qm̄ omnis motus eſt in extenſione & tpe: formam autē dicit accedere & recedere ſine tpe. & ſi videatur aliquod tēpus conſumi in generatione, id nō eſſe menſuram generationis, ſed motus formarū quę mouentur & alterantur in generatione. quarum multiplici conuerſioni et alterationi aceruatim & ſimul forma accedit. Quamobrem motus quidē habet id quod eſt in eo quòd fiat & generetur & eſt generatio motus, qm̄ generatum F eſt id quod ſemper eſt eius quę ſit per motū extenſionis. Generationis aūt non eſt generatio, vt ipſe oſtendit, nec motionis motus. Atqui ſi generatio quoqꝫ haberet extēſionem, ſicut motus, & aliàs aliud eius ſemper adeſſet ad id quod eſt, ea haberet id quod eſt in eo quod fieret, & eſſet generatio generationis. At ſi exponēs nomen cōe mutationis, POST aliud quid enim (inquit) & ſignificat hoc quidem prius illud verò poſterius} qūo non videbitur oīs mutatio quę prius habet & poſterius, habere etiā extēſionem tpis? quare etiam generatio. Num eſt quidem in priori tpe, id ex quo eſt generatio. quēadmodum ſemen. & eſt in poſteriori tpe id in quod, vt homo. & eſt etiā id quod intercedit tempus. ſed non eſt hoc tēpus formæ: nōdum enim eſt, ſiquidē accedit ſine tpe: ſed eorum quæ ſunt ante formā, & eorum quæ ſunt repoſita in forma, quibus illa viget & effloreſcit. Porrò autem ſi etiam vnūquodqꝫ eorum vt quod fiat ac generet conſideraueris, vtpote carnem & os & neruum, eorum quoqꝫ dices G ſimul totam eſſe generationem: ſi verò nō vt quæ aliquā aliam formam ſumant, ſed vt quæ per patibiles qualitates calefiant, hoc erit alteratio & non generatio.

Gñatio ſit aceruatim abſqꝫ tpe.

Forma accedit & recedit ſine tpe.

Motus habet id quod eſt in eo ꝙ fiat.

Gñatio habeat ne extenſionē tpis.

Si autem diuiſa ſunt prædicamenta ſubſtantia & qualitate, & eo quod eſt vbi, & eo quod refertur ad aliqd, & eo quod eſt facere & pati.

Poſtquā diuiſit mutationem in generationē & interitum, & in motum, & oſtendiſſet mutationem quę ſit in ſubſtātia eſſe generationē & interitum, eam autē quæ ſit in aliquo ex accidentibus, motum: ſubdiuiſit aūt generationem quoqꝫ & interitum, & in eam quæ eſt abſolutè, & in aliquam: vult deinceps motum quoqꝫ diuidere, per prędicamenta faciens eius diuiſionē. In quotcunqꝫ enim prædicamentis oſtenſum fuerit eſſe motum, tot erunt et motus ſpēs. Quoniam autē motus eſt mutatio ex ſubiecto in ſubiectum, & ex contrario in contrariū: cùm expoſuiſſet ſeptem prædicamenta in quibus videri potuiſſet H eſſe motus, ſubſtantiā, qualitatem, vbi, ad aliquid, quantitatē, & facere & pati: & oſtendiſſet in his quatuor non eſſe motum, eum reliquit in tribus, qualitate, quātitate, & eo quod eſt vbi. quocirca ſunt oēs tres motus in genere. In prædicamentorum aūt enumeratione prætermiſit id quod eſt aliqñ, & ſitum eſſe et habere, vtpote ꝙ ſit manifeſtum in eis non eſſe motum, ſicut dicit Alexander: qm̄ non eſt in eis repugnantia. neqꝫ enim eſt in eo quod eſt ſitum eſſe: neqꝫ in eo quod eſt habere: neqꝫ in tpe. Motus aūt eſt ex contrario in contrarium. Situm autē eſſe & Habere, eſt magis ſimile quieti ꝙ̄ motui. Qm̄ aūt in tpe videtur eſſe aliqua repugnantia, prę teriti ad futurum, & recentioris ad antiquius, conatur Alexander pluribus oſtendere motum non eſſe in tpe. Omnis enim motus, inquit, eſt cum tpe & in tpe: non tñ mouetur aliquid ad tempus. Quēadmodum enim ad motum nihil mouetur: ita nec ad tps. Tempus enim eſt aliquid motus. Si enim

X

Motus ſit ne in tpe.

mouetur

mouetur aliquid ad tempus, vel nõ habens tempus, mouetur ad hoc vt habeat. vel habẽs, ad aliud ex alio. Sed id quidẽ quod mouetur ex eo quod non habeat tempus ad id vt habeat, priusq̃ in tempore sit, erit in tp̃e. Si enim vt habeat tempus mouetur: omnem autem motum sequiť tẽpus, fuerit iam in tẽpore, quatenus est in motu. Præterea generatio, non autem motus est ex non subiecto in subiectum. Sed neq̃ ex alio, inquit, tẽpore in aliud tempus mouebitur. Erit enim aliquod tempus quod intercedit inter id ex quo & id ad quod, quod motum sequitur. Quare cùm nõdum sit in alio tempore, siquidem mouetur ad ipsum, fuerit in alio tẽpore motus. Præterea motus quidem est ex contrario in contrarium: Tempus aũt non est tempori cõtrarium. Quinetiam cõiter si oĩs mutatio est vel ex cõtrario, vel ex contradictione, ea ẽt quę ad tempus mouentur, sic mouebunť. Sed vt ex contradictione quidẽ non potest fieri. ostensum est enim ex non tp̃e non posse moueri ad tempus. erit enim in tp̃e anteq̃ sit in tempore. sed nec tanq̃ ex contrarijs. nõ est enim in tempore repugnantia. Pręterea, inquit, quod mouetur ad tempus, mouetur ad mẽsuram motus. Vbi autem est mensura, ibi est etiã quod mensurã suscipit. Quare simul etiam mouetur ad motum. Ostendet aũt Aristoteles nõ esse motum ad motum, q̃m nec est motus motus. Præterea, inquit, motus est à subiecto in subiectum: Tempus aũt esse habet in eo q̃ fiat. & non subiectum. aut si esset, inquit, subiectum, vt quod significatur affirmatione, tẽpus esset & non fieret. Nonnulli autem hoc quoq̃ afferunt ad hoc q̃ nõ sit motus per tempus, q̃ per quæcunq̃ fieri potest vt sit motus, per tot etiã potest esse quies. Nã & per qualitatem & per quãtitatem & locũ & motus & quies esse potest. Si ergo fieri nõ potest vt quiescatur per tempus, q̃m tempus succedens est semper aliud: nec fieri quidẽ potest vt moueatur per tempus. Præterea mutat aliquid tempus vel quiescens nihilominus. vt ipse prius ostendit. Quòd autem in tempore non sit repugnantia, sic, vt puto, quis ostenderit. Contraria natura apta sunt vt inter se inuicem mutentur, & nõ alterũ solùm in alterum. In tempore autẽ, vel in ĳs quæ sunt in tp̃e, quæ videntur cõtraria, sunt præteritum & futurũ, & recentius & antiquius. quorum p̃teritum quidẽ mutatur in futurum: futurum aũt non itidem in præteritum. & recẽtius q̃dem mutatur in antiquius. antiquius aũt non itidem in recẽtius. Quare nõ fuerint hęc cõtraria. Si verò nõ hæc, nec alia potest inueniri in tp̃e repugnãtia. In his autem aduertẽdum est, q̃ etiam si non sit propriè tp̃i repugnantia: est tñ quædã oppositio, & mutatio quæ est ex pręterito in futurũ, & ex subiecto in subiectum per oppositionem. Similiter ẽt quę fit ex recẽtiore in antiquius. est.n. remanẽs substantia, vel aĩalis, vel plãtæ, vel totius corporis, vel incorporei, quæ mutatur per tp̃s, quẽadmodum per qualitatẽ & quantitatem & locũ. Clarum est autẽ q̃ nõ ab eo q̃ non habeat tp̃s mouebitur ad hoc vt habeat id quod mutatur per tp̃s. sed ex alio in aliud: sed sic quẽadmodum in qualitate vel quantitate. Sicut enim quod ex nigro mouetur in album, per colorẽ quidem moueť, sed non terminatũ, & quod ex puerili magnitudine crescit in viri magnitudinem, procedit in magnitudinẽ, sed indefinitè: neq̃ est aliquid absurdi vt quod nõdum est in colore ad quam mouetur, sit tamẽ in alio colore: & quod nondum est in magnitudine ad quam mouetur, sit tñ in alia magnitudine: & quod nondum est in loco ad quẽ fertur, sit in alio loco per quem fertur: Ita etiam quod ab aliquo tempore mouetur, ad aliud tẽpus quod nondum est in illo ad quod mouetur, fuerit in alio tempore motus. neq̃ hoc, vt puto, quod esset quicquã absurdum intulit Alexander. Ad id aũt q̃ non quiescatur in tempore, dicendum est q̃ quẽadmodum vnũquodq̃ dicitur esse in tempore, vtpote quòd tempus cõsideretur per quãdam cõprehensionem, vtputa horæ & mensis & anni: ita etiã fieri potest vt & in tempore quiescant & moueantur ab

n tp̃e sit ne repugnãna.

Quiescat ne in tp̃e.

A alio ad aliud. Porrò autẽ positura quidem videtur etiã habere repugnantiam. quare id etiã quod ab ea descendit denoĩatiuum, Situm seu Positum esse. Stare enim ei quod est sedere, & supino pronum sunt cõtraria. Quinetiã ipse quoq̃ in eo quod est habere videtur ponere repugnantiam. PONATVR enim, inquit, priuatio contrarium. & affirmatione significať nudum. } Nudum autẽ esse est priuatio eius quod est esse indutum et habere vestes. Num ergo hæc tria p̃dicamenta, nẽpe Quando, Positum esse & Habere hic prætermisit propter eãdem cãm propter quã in prædicamentis de eis doctrinã tradere p̃termisit, sola significati cõtentus descriptione. Causa autem est q̃ non sint ea principalia prædicamẽta, sicut alia. Substantia enim subiectum efficit essentiã. & ei totam præbet substantiam. quamobrem ea quæ est in ipsa mutatio est generatio & interitus: aliorum autem hæc quidem substãtiam quodãmodo afficiunt: illa verò sunt relatione quadam & habitudine prædita, & planè euanida. B Tempus enim vt vel quodãmodo infirmum & imbecillum videtur intueri Aristoteles. qui ne generationis quidẽ id dicit esse causam, sed solùm interitus, & ne eius quidem propriè. SED q̃ñ non videmus, inquit, aliã causam. } Loci autẽ magnam videt potestatẽ, siquidem, vt ipse dicit, Ignis generatio est qui sursum fertur motus: quo fit etiã vt corpora naturalia suapte sponte & natura propria loca appetãt. Porrò autem nec positum esse, nec habere videť vllam corporibus afferre affectionẽ quæ sit vllius momenti. Ea ergo propterea q̃ essent flaccida & euanida, fortasse & nunc & tunc p̃termisit Aristoteles: Eius aũt quod refertur ad aliquid, q̃ oẽm relationẽ complectatur & habitudinẽ, meritò meminit. Sed hoc quidem nõ meretur magnã inquisitionem, nempe propter quãnam cãm hæc tria prætermiserit Aristoteles, enumerans prædicamẽta. Illud autẽ est meritò diligentius quęrendum, in quibusnã pręedicamentis sit motus. & ante ea quærendum est, an solùm motum neget esse quorũdam C prædicamentorũ, an etiam mutationem. Ea ergo sequentes quæ ab Aristotele dicuntur, hæc quęramus.

Tria prædicamenta cur prætermiserit Aristoteles, in prędicamẽtorum enumeratione.

CAPVT III.

NEcesse est tres esse motus. eum qui est quantitatis: & eum qui est qualitatis: & eum qui est in loco. In substantia autẽ non est motus, propterea quòd nihil eorum quæ sunt sit substantiæ contrarium. X

XI Postquam ea exposuit prædicamenta quorum aliqua est habẽda ratio, in tribus ex ĳs dicit esse motum, in qualitate & quantitate & in prædicamento vbi. Et primum quidem ostendit non esse motum in alĳs prędicamentis. neq̃ in substantia, neq̃ in eo quod refertur ad aliq̃d, neq̃ in eo quod est Agere & Pati. & tunc in his tribus quę dicta sunt esse motum. Et q̃ in substantia quidẽ non sit motus, ostendit per hoc q̃ motus quidem sit mutatio ex cõ- D trario in contrarium, nihil autem sit substantiæ contrarium. Si enim esset aliquid ei contrarium, efficeretur ex contrario ea quæ est in substantiam mutatio. in quibus enim sunt cõtraria, ex ĳs & in ea fiunt mutationes. Quæ fit ergo mutatio in substantiam, non fit ex substantia cõtraria, sed ex priuatione. & quæ ex substantia rursus, nõ in substãtiam, sed in priuationem & interitum. Homini enim non est aliquid contrarium, vt albo. Si ergo motus quidem est in contrarĳs: substãtia autem non est in contrarĳs: in substantia non est motus. non enim ex subiecto in subiectum: neq̃ ex eo quod est actu hoc quidpiam & remanet, fit mutatio in substantiam, sed per cõtradictionem. Ex eo enim quod non est hoc, fit hoc & substantia. vt ostendit in primo huius operis, dicens ex priuatione fieri substãtiam. & cõmunius illic dicit priuationem esse formæ contrariã. Si ergo priuatio est absentia & id quod non est: quod non est autem, nõ est substantia, nec signi-

Motus in quibusnã sit prędicamentis.

Ex substãtia in substantiã fiat ne mutatio.

ficatur affirmatione: Non fit scilicet substãtia ex contraria substantia. Si quis autem videns semen ex quo est homo substantiam, dicat fieri ex substantia mutationem in substantiam, & ideo putet motum esse in substantia: nõ cogitat esse hominem ex semine, non quatenus semẽ est substãtia, sed quatenus est homo potestate. Idem est aũt dicere, ex priuatione hominis & eo quod nõ est. Si ergo mutationẽ talem dicit esse motum, quid erit quod in ea mouetur quod actu sit & remaneat? neque enim homo. nondum enim est. fit enim: neq; semen. non enim conseruatur. Semini autem subiectum est materia, quę quidẽ est id quod est potestate, actu verò non est. quod autem actu non est fieri non potest vt moueatur. Sin autem mutatio quidem fit ex contrario in contrarium: semen autẽ non est ei quod fit contrarium: non fuerit motus quæ fit ex semine mutatio.

Substantiæ sint ne inter se cõtrariæ.

Quæsierit autem quispiam quomodo non sint substantiæ inter se cõtrariæ, ignis & aqua, vt sit substantia substantię contraria. Si autem hoc ita est, quomodo ignis & aquæ quæ est inter se mutatio, quę est ex contrario in cõtrarium non est motus, adeò vt sit etiã motus in substãtia. Num dicendum est in aqua & igne esse contrarias quasdã qualitates, frigidũ calido: & humidum sicco. in quibus solis ignem esse non consistit. sed etiã in leuitate & splendore. per quæ videbitur terra esse igni magis cõtraria. Forma autem ignis est in omnibus qualitatibus, & in substantia quæ est subiecta qualitatibus. Quare ignĩ absolutè nihil est contrarium. etiã si qualitates ignis & aquæ sint inter se contrarię. Quanquam etiam si quis concesserit ignem & aquam esse contraria: quæ est eorum inter se inuicem mutatio, non fuerit motus. Quid est enim quod mouetur, quãdo aqua in ignem mutatur? neq; enim aqua. interit enim. neq; ignis. nondum enim est. Quod autem post motum motum fuit, id etiam erat quod mouebatur. Aduertendum est autem eum ex his quæ dicta sunt negare motum esse aliorũ prædicamentorum, sed non mutationem. Est enim generatio & interitus mutatio in substantia.

Sed neq; ei quod referẽ ad aliquid. contingit enim dum mutaẽ alterum, verũ esse, alterũ nihil mutatum. Quare per accidens est motus eorũ.

XII

In iis quę referunẽ ad aliquid non est p se motus.

Ostendit deinceps ne in eo quidẽ quod refertur ad aliquid esse per se motum. nõ enim ex ꝓpria mutatione, ea quę ad aliquid referunẽ semper transmouẽtur. sed etiam si ipsa nihil moueanẽ, aliàs aliter se habent dum mouenẽ alia. quare nõ per proprium motũ fit ea mutatio, quę est in eo quod refertur ad aliquid. Quæ aũt mouentur, oportet ipsa per se mutari, quẽadmodum ea quę alterantur & augentur & per locum feruntur. Quod autem prius erat dexterum, fit sinistrum si aliud muteẽ. Et idem nihil mutatum fit maius et minus, & duplũ & dimidium. & quẽadmodum eadẽ oratio aliqñ quidem vera, aliqñ verò falsa, si res mutetur. Si ergo non motum aliquid mutatur in eo quod ad aliqd refertur: mutatio quæ fit in eo quod refertur ad aliquid, non est motus, nisi per accidens. illud enim per se mutatur, non id cui contigit esse dexterum: & sic hoc fit ex dextero sinistrum. Ea aũt ipsa quæ per se mouẽtur, & per propriũ motum mutant eam quæ est in iis quæ referunẽ ad aliquid habitudinẽ ac relationem, vel hoc faciunt dum mouentur per locũ, vt qui factus est sinister ex dextero. uel per qualitatem, vt similis factus ex dissimili. vel per quantitatẽ, vt ęquale factum ex inęquali. Fit itaq; illorum relationis mutatio per motum qui fit in aliquo illorum. Hęc quidẽ præclarè scripsit Alexander de iis quæ referũtur ad aliquid ea explanãs quæ dicit Aristoteles. Attenderit aũt fortasse aliquis, primũ quidem, an motum solũmodo esse neget eius quod refertur ad aliquid, an etiam mutationẽ. vt videtur dicere, CONTINGIT enim dum mutatur alterum, alterum verũ esse nihil mutatum} nisi quis dicat eum nunc vsum esse nõe mutationis pro motu. Id autẽ deinceps significat motu

E accepto loco mutationis, in eo, QVARE per accidẽs est motus eorum.} Dum enim aliud per se mutatur, vel p locum, vel per qualitatẽ, videtur ipsum aliquid mutari. Quæ est autẽ in his mutatio, est motus. Secundò, num prædicamẽtum eius quod refertur ad aliquid, cũ nullum habeat subiectum, sed solũ sit habitudo ac relatio in substantia & qualitate & quãtitate & aliis prædicamẽtis, & in vtrisq; cõsistens quæ inter se habent relationem, dum alterum mouetur facit etiam vt alterum omnino moueatur, non per accidẽs sed per se. qm̃ manens relatio eadem mouetur in ambobus. quẽadmodum vnius virgæ altero moto fine, vnã etiam alter mouetur. Ita autẽ etiam dum id quod prius erat dexterum per locũ motum est, moueẽ etiã relatio. & mutatur vtrũq; per relationem, prius quidem dexterum in sinistrum: sinistrum aũt in dexterum. & si enim mansit in loco immobile id quod erat prius sinistrum, mota tñ est relatio per quã erat sinistra: & mutauit posituram. Aduertendum est ergo non de eo quod

Relatio dicatur ne moueri per se, an p accidẽs.

F habet relationẽ, sed de ipsa relatione, an per se an per accidens dicendum sit eã moueri. Quòd enim dum relatio per se mouetur, ea etiã quæ habẽt relationem eum motũ qui est per relationẽ per se habeant, videtur esse clarum: Et habet quidẽ aliquam differentiam, q; dum aliqñ quidem aliquid eius mouetur, aliquando verò aliud, muteẽ eius relatio. sed primùm etiã dum ambo mouẽtur mutatur relatio. quẽadmodum relatio qualitatis in eã quæ est dupli ad dimidium, qñ à tribus & tribus, his quidẽ ablata fuerit vnitas, illis verò addita. Porrò autẽ in iis quoq; in qbus altero mutato mutatur relatio, cùm vna sit relatio amborum, & ea vel ab ambobus vel ab vno moueaẽ, qũo non ambo per se mouentur, quę per vnam mouẽtur relationẽ? Et si cùm non esset quidem prius omnino, postea fiat relatio, sitq; in substãtia mutatio, vt qñ nato filio hic quidem fiat pater, ille verò filius, & absolutè generatio relationis: Sin autẽ alter interierit, vel ambo, est absolutè interitus relationis. Sin in aliquo alio prędicamento fiat

G relatio, quæ nõ erat prius, est quædã generatio, & rursus quidam interitus. Si verò subiecta mutantur per relationẽ, dum aliã sumunt ex alia, quẽadmodum quæ à dextero in sinistrũ, vel à dissimili in simile, vel ab inęquali mutantur inæquale, vel ex contrario in contrarium, manẽte subiecto: videtur talis motus esse per relationẽ & per id quod refertur ad aliquid. In summa aũt si est repugnantia in eo quod refertur ad aliqd, sicut eum audiimus dicẽtem in prædicamentis: inest autẽ repugnantia in iis quæ referuntur ad aliquid, quẽadmodum virtus & vitium cõtraria, & scientia & inscitia: porrò aũt est etiam quædam substãtia subiecta iis quæ referunẽ ad aliquid, & quæ remanet in mutatione ex cõtrario in contrariũ, quẽadmodum in his exẽplis anima: cur nõ motum dicimus talem mutationẽ? Fit enim ex subiecto in subiectum quod mutatur ex dextero in sinistrũ. ex corpore enim in corpus. & ex scientia in ignorationẽ. ex anima enim in aĩam. & sunt subiecta contraria, aĩa scientia prædita, animę ignoH ranti. Hęc ergo fortasse obiecerit quispiam aduersus ea quæ ab eo dicuntur. Num autem generãtur quidem & mouentur ea quæ referuntur ad aliquid, sed non per se, verùm per accidens. quod ipse quoque concessit dicens. QVARE est motus eorum per accidens. Si enim nõ sunt omnino per se ea quæ referuntur ad aliquid, sed aliis accidunt, vt quæ considerentur in mutua inter se eorum relatione: & generantur per accidens, & per accidens mouẽtur. Qui enim relationem per se dicit gigni vel moueri, est ei similis qui dicit per se esse id quod est per accidens. Cùm ergo dimiserit Aristoteles motum qui est per accidens, & mutationem, vt indefinitam, quando dixit, Mutatio enim quæ est per accidens dimittatur: est enim in omnibus & semper & omnium: cùm eam autem quæ est per se quæreret: meritò dixit eam non esse in iis quæ referũtur ad aliquid. & si generẽ & intereat relatio q̃ est in eis q̃ referuntur ad aliqd, tñ vt ipse definiit in septimo

libro

libro, oriũtur & intereunt tales relationes, cùm alterant quędã in quibus sunt primis. hoc aũt fit per accidens.

Sed nec eius quod facit & patitur: neq; cuiuslibet quod mouetur & mouet, qm̃ non est motionis motus: neq; generatio generatiõis: neq;
XI in summa mutatio mutationis. Primùm enim vt sit motionis motus contingit dupliciter: vel vt subiecti, vtpote homo mouetur, qm̃ mutatur ex albo in nigrum: nunquid ergo sic quoq; motus vel calefit vel frigefit: vel locum mutat: vel augetur: vel interit? hoc aũt non potest fieri. non est enim mutatio subiectorum aliquid:
XII Vel q aliquod aliud subiectum ex mutatione mutatur in aliam formam. quẽadmodum homo ex morbo in sanitatem. sed nec hoc potest fieri, pręterq̃ per accidens. ipse enim motus est mutatio ex alia forma in aliam. atq; etiam similiter generatio & interitus. nisi q hę quidem in opposita hoc modo: motus autẽ non similiter. simul ergo mutatur ex sanitate in morbum, & ex hac ipsa mutatione in aliam. Clarum est aũt quòd quando ægrotauerit, mutatus erit in qualemcunq;. non cõtingit enim quiescere. Et præterea in nõ quamlibet semper. & illa ex aliquo in aliquid aliud. Quare etiam quæ est opposita erit sanatio. sed eo quòd accidat. quẽadmodum si ex reminiscentia mutetur in obliuionẽ. quoniam cui inest, illud mutatur, quãdoq; quidem in scientiam, quandoq; verò in sanitatem.

XIII ℂ Deinceps ostẽdit nec in eo quod est facere & pati esse motum, cùm id quod facit & patitur sumpsisset pro eo quod est facere & pati. Si est enim motus in eo quod est facere & pati, ita est vtpote q id quod facit & patiť mutetur per id quod est facere & pati. quẽadmodum etiam nonnunq̃ in qualitate vsuuenit nõnunq̃, vt corpus qualitate præditum mutetur per eam quæ est in ipso qualitatem. Fuerit autẽ eius quidem quod facit, quatenus facit mutatio, qm̃ id quod facit à faciendo mutatur ad faciendum aliquid aliud: eius aũt qood patitur, qm̃ id quod patitur ex eo q patitur mutatur vt patiatur ab aliquo alio. Adiecit autem, inquit Alexander, NEQVE cuiuslibet quod mouetur & mouet} generalius & magis vniuersè ostendens quod proponitur. est enim facere quidem sub eo quod est mouere: pati autem sub eo quod est moueri. Sed si hoc verum est, & facere quidẽ & pati sunt sub eo quod est mouere & moueri: mouere autẽ & moueri sub eo quod est mutare & mutari: omnino puto esse quęrendum, cur in prædicamentis facere & pati posuit vt generaliora & magis vniuersa, non autẽ mouere vel moueri, vel potius mutare & mutari? Num ergo facere & pati sunt his magis generalia? Quiescere enim & in ipso continere, est aliquid facere: sed non mouere nec mutare. Si aũt hoc verum est, facere & pati non tanq̃ ad generaliora & magis vniuersa reduxit, nempe mouere & moueri: sed ea ad suã traduxit positionem. qui enim dicit esse motum, ita dicit esse in eo quod facit & patiť, vt quòd illud quidem moueat, hoc verò moueatur. Quòd si quis ergo hoc concesserit, ex redundanti quadam copia ostẽdit, q neq; cuiuslibet quod mouetur & mouet est motus. hoc est, q non mouetur motus. neq; ille per quem mouet id quod mouet: neq; ille per quem mouetur id quod mouetur. Nam qm̃ & quod mouet per motũ mouet, & quod mouetur per motũ mouetur: clarum est in eo quod patiť & mouetur esse motum, vt ipse ostendit. Non dicit ergo

In prædicamento facere & pati nõ est motus.

Facere et pati sit nõ magis generale q̃ mouere & moueri.

A nõ moueri id quod patitur aliquid in quo est motus: sed ea non sic habere motũ tanq̃ moueatur motus qui est in ipsis. Quod et per hoc planũ fecit, nempe, NON est motionis motus.} Si enĩ non est motionis motus: neq; eius quod mouet motus, neq; eius qood mouetur motus fuerit. Sed neq; id quod facit & patitur, siquidẽ ŋ non mouẽtur. Dixit autẽ, Eius quod facit & patiť, non aũt substantiarum. ipsę enim mouẽtur. sed pro eo quod est facere & pati, quæ sunt p̃dicamenta, & pro ipso faciendi & patiendi actu accepit id quod facit & patitur. qm̃ & quod facit, per actum faciendi facit, & quod patiť, per actum patiendi patitur. Quòd autẽ hoc non fit in motu solo verũ, sed etiã in generatione quæ est motui opposita, & in mutatione quæ ambo cõprehendit, ostendit dicens, NEQVE generationis generatio, neq; omnino mutatio mutationis.} Postq̃ ergo ostendit q qui dicit motum esse in eo quod est facere & pati, dicit esse motũ motus, siquidem quod facit, mouet per actum faciẽdi, & quod patitur per
B actum patiẽdi, faciendi aũt & patiendi actus sunt quidã motus: ostẽdit deinceps duobus argumentis nõ esse motum motus. Quare nec in eo quod est facere & pati erit motus. Duorum aũt argumentorum primum quidem quod sumptum est ex diuisione necessaria, est eiusmodi. Si est motionis motus, vel aliquod subiectum est motus, vt qui ipse moueatur per aliquã speciem motus, quẽadmodum dicimus motum hominis qui mutatur, vel per qualitatem, vel per quãtitatem, vel per locũ. Quod si ita est, erit motus id quod calefit, vel augeť, vel aliqua alia mutatione mouetur, vt sit motus motus. Atqui subiectum nõ est motus: neq; enim dicitur calefieri nec frigefieri: sunt enim hæc propria substantiæ: motus autem nõ est substantia, vt quæ id quod est habeat in eo quod mouetur, tanq̃ in subiecto & substantia: Si ergo non est sic motionis motus, relinquiť vt si sit omnino, ita sit vt cùm sit motus in subiecto, mutetur subiectum ex vno motu in alterum motum. quẽadmodum dicimus dealbari, mu-
C tari in id quod est nigrum fieri, qm̃ aliquod eis subiectũ, vtpote homo, mutetur ex vno ipsorũ in alterum. Sed ne sic quidẽ, inquit, dici põt esse motũ motus, tanq̃ aliquod aliud subiectum, ex motu aliquo in aliũ motum muteť; ex alia scilicet specie in aliam, nisi quis dicat per accidẽs. Q̃uo aũt possit per accidens à motu mutari in motũ, ipse dicet. Qñ enim mutatur quis ab obliuione in reminiscẽtiam, videtur quidẽ esse mutatio à motu in motũ. Sunt enim quidã motus reminiscentia & obliuio. sed per accidens motus videtur esse motus. qm̃ cui accidit vt obliuisceretur, is mutatur in hoc q recordatur. Similiter autẽ ab eo quoq; quod est ægrotare in id mutatur q fit sanus; à morbo enim in sanitatem sic dixit, vt à motu in motũ. Illud autem, IN aliam speciem seu formam} rectè additur. Ipse aũt causam subiunxit, dicens, IPSE enim motus est mutatio ex alia specie in aliam. nec solũmodo motus, verũetiam ita se habet generatio & interitus.} Ex alia enim specie in aliã in his quoq; est mutatio. Fit enim oĩs
D mutatio ex opposito in oppositũ. nisi quod gñatio quidẽ & interitus sic fit in opposita tanq̃ p contradictionẽ: Motus aũt in opposita q̃ sunt vt contraria. Hoc enĩ ei significat illud, HÆ qdẽ} hoc est, generatio & interitus, IN sic opposita} hoc est per contradictionẽ. Motus aũt hoc modo, nẽpe in cõtraria. Porrò aũt ostendit et per exemplum, oẽm mutationẽ ex alia specie fieri in aliam. quẽadmodũ homo ex morbo in sanitatẽ. Quẽadmodum enim in eo sunt differẽtia id ex quo & id ad quod: ita etiã si ex motu aliquid moueť in motum, differet is qui est ex quo ab eo ad quẽ. quæ est enim ex tardiori motu in celeriorẽ mutatio, fortasse ipsa quoq; ẽ ex specie opposita in oppositam. Fortasse aũt non est ex motu in motũ. vnus enim est qui est in idem. fit autem extensio ex eo quod interecedit, & tanquã ex statu & quiete. est enim tardus motus mixtione quietis. & ita se habet ad celerem motũ vt fuscum ad albũ. Per accidẽs ergo, vt dictum est, fieri potest

Motionis nõ est mot⁹.

A motu in motũ fit mutatio per accidens.

Mutatio oĩs fit ex vna specie i aliã.

E vt sit motionis motus. quãdo subiectum in alium motũ ex alio moueť: per se aũt nequit fieri. Quod verò consequiť absurdũ ipse subiunxit, dicens. SIMVL ergo mutať ex sanitate in morbũ, & ex ea mutatione in aliã.} Si enĩ quę ex sanitate fit in morbũ mutatio, quę ipsa est motus, moueri dicať: quod mutatur ex sanitate in morbũ, simul & hoc motu moueť, & ex hoc ipso mutať in aliũ, quẽadmodum in dealbationẽ. siquidem moueť motus. Simul ergo mutabiť in morbum, & in illud quod est finis mutationis, in quã mutatum est ex ea mutatione quę est à sanitate in morbum: quẽadmodum albũ. Quãdo ergo fuerit in morbo, simul & mutatũ fuerit in morbũ, & in aliquid aliud in quod sint motus, in quẽ mutatus est prior mot⁹. Qm̃ aũt non erat definitum in quẽnam, ꝓpterea, inquit, QVANDO ægrotauerit, mutatus erit in quẽcunq;.} Cõtingit enim & mutari quod mutať, et quiescere vbi cessarit à mutatione: Qñ autẽ dicitur mutari à motu in motũ, necesse est vt muteť in quẽcunq; motum, & non in quietem. Quod mutať ergo à motu in motũ, quod videlicet adhuc illo motu moueť, ex quo dicitur mutari, mouebiť ẽt alio, in quẽ dicitur ex eo mutari. quẽadmodum enim quod ex albo mutať in nigrum, qm̃ cùm sit in albo mutatur ex ipso, habet eius aliqd, donec ex ipso ꝑfectè mutatum fuerit: ita si ex motu aliqd mutatur in motũ, cùm sit adhuc in motu ex quo diciť mutari vt quod ẽt per ipsum moueať, simul etiã per illum mouebitur in quẽ mutatur. et pręterea qñ mutatum fuerit apud alterũ, quod quidẽ ipse dixit, Quando ægrotauerit: tunc ẽt mutatum fuerit in aliud quodcũq;. Quare primùm quidẽ est absurdum, ꝙ moueať simul ad plura eaq; differẽtia: Deinde ꝙ simul sit in pluribus: Tertio aũt, si motus est mutatio ex cõtrario in contrarium, & mutať aliquid ex motu in motum, ex eo scilicet qui est ex contrario in contrarium: mutabiť in motum qui est ex cõtrario in contrarium. ĩj enim sunt motus cõtrarĩj. quẽadmodum enim quod mutať ex colore in colorẽ, non mutať ex quolibet in quẽlibet, sed ex cõtrario in contrarium: ita ẽt quod ex motu in motũ mutatur & moueť, non mutať in quẽlibet, sed in contrarium. G Ipse aũt est qui mutatur ex cõtrario in contrariũ. & hoc adhuc multo magis in motu. siquidẽ motum esse est esse mutationem ex contrario in contrarium: quare accidet ẽt id quod est prioribus absurdius. non solũ enim mouebitur ad plura simul eaq; differẽtia, sed ẽt ad contraria. & non erit solũ in pluribus ĩjsq; differentibus, sed ẽt contrarĩjs. Quatenus.n. est motus qui est in eo quod sanus fiat, è morbo mutať in sanitatem: quatenus aũt ex hoc motu mutať in alium ei cõtrariũ: non.n. in quẽlibet: simul mutabitur in sanitatẽ in eo quod saneť per hanc ipsam mutationẽ: & mutabitur in cootrariũ sanitati, nempe morbũ, si per se mouetur motus. Qm̃ aũt id quod mouetur ad aliquid, etiã si fiat in illo ad quod mouetur, qñ cessarit à motu, simul erit in ĩjs ad quæ simul mouebať per vtrosq; motus: ea autẽ erant morbus & sanitas: simul erit in morbo & in sanitate & in summa in contrarĩjs id quod moueť à motu in motũ. H Et ipse qdem Aristoteles, ad plura qdem moueri dr̃ia, & esse in pluribus differentibus, per hoc significauit, nempe, SIMVL ergo mutať à sanitate in morbum, & ex hac ipsa mutatione in aliã} clarum est aũt ꝙ qñ ægrotauerit, erit mutatũ in quãcunq;. Ad contraria aũt simul moueri, & simul esse in cõtrarĩjs per hoc significauit, nempe, ET præterea nõ semper in quãlibet, & illa ex aliquo in aliquid aliud. quare etiã opposita erit sanatio.} Quid ergo non mutatur aliqd ex eo quod est reminisci ad id quod est obliuisci, & ex eo quod est ægrotare ad sanitatẽ vel ad id quod est sanum fieri? Si ergo ĩj sunt motus ĩjq; contrarĩj, quõ non fuerit mutatio mutationis motus motionis? Hanc soluit obiectionem. Dicit enim non per se ex motu esse in motum mutationẽ, sed per accidens. qm̃ cui accidit vt reminiscatur, is rursus obliuiscitur. Si enim qui reminiscitur, dum reminiscitur obliuisceretur, sic esset ex motu in motum mutatio. oporteret enim adhuc manentẽ in memoria moueri ad obliuionem. quod enim mouetur adhuc id quod est manens mouetur. non enim ita se habet vt id quod generatur. Quoniam autẽ omnino oportet id quod motum est cùm fuerit in eo ad quod mouebatur consistere, si futurum est vt cõtrario motu rursus moueatur: is etiã qui reminiscitur qñ recordatus fuerit sistitur, deinde sic, si modo ita sit, obliuiscitur. In eodẽ itaq; vtraq; vicissim fieri, solemus dicere moueri ab hoc in hoc. Quomodo autem per accidens, reminisci mutetur in id quod est obliuisci, significauit dicens, Cui hæc vicissim adsunt} hoc est homo vel anima, illud per ea mutatur. Si ergo necesse est vel subiectum eẽ motum, vel in subiecto: sed neq; est subiectum, nec si sit ĩ subiecto potest moueri: nullo modo fuerit motionis motus. In his aũt, vt existimo, meritò est aduertendum, ꝙ non negat omnem mutationẽ motus, sed solùm motum. Simul enim mutari ex sanitate in morbũ, & ex hac ipsa mutatione in aliã, quod quidem intulit vt F absurdum, ex eo sequitur quòd motus moueatur. Quod enim mouetur, id quod est remanens mouetur. Si ergo ægrotare mouetur manẽs id quod est: mouetur in oppositum, nempe fieri sanum. Quare idem & ęgrotarit & sanum fuerit. Hoc aũt absurdum non sequitur generationem. Non enim manens aliquid fit id quod est, sicut mouetur manens id quod est. non enim ex eo quod est in id quod est, sed ex eo quod non est in id quod est, & ex non subiecto in subiectum. sed etsi ex eo quod nõ est fit in id quod est generatio, si huius mutationis quis dixerit mutationem, quoniam etiam quod mutatur, ex opposito in oppositum mutatur, simul ex eo quod nõ est in id quod est, & ex eo quod est mutatur in id quod non est: adeò vt quatenus fiat, intereat.

XIII Præterea aũt procedet in infinitũ, si erit mutatio mutationis, & generatio generatiõis. Necesse est autem priorem quoq;, si erit posterior. G quemadmodum, si quæ est absoluta generatio aliqñ fiebat, fiebat etiam id quod fiebat. Quare nondum erat quod fiebat absolutè, sed aliquid quod fiebat & iã fiebat. & rursus hoc fiebat aliquando. quare nondum erat quod tunc fiebat. Quoniam autem infinitorum, non est aliquid primum, non erit quod est primum. quare nec id quod proximè cõsequitur. Nihil ergo potest fieri, nec moueri, nec mutari.

XIIII Postq; ostendit non esse motũ motus, hoc est motum nõ moueri, probat qõnem adhuc generaliorẽ, ꝙ non sit oĩno mutatio mutationis. Et vt ostenderet mutationẽ se nunc nõ dixisse pro motu, sed posuisse nomẽ in cõi & ea quæ est ꝓpriè mutatione, sub qua est & motus & gñatio & interitus, subiũxit illud, ET generatio generationis} Hoc aũt probat per deductionẽ ad absurdum, sic ratiocinans. H Si est motionis motus, vel generatio generationis, vel in summa mutatio mutationis: nec est motus, nec generatio, nec in summa mutatio. Hæc autẽ si non sint: nec generari, nec moueri, nec mutari quid oĩno põt. Si autẽ hæc nõ sint, nec erunt ea quæ moueń, nec quæ mutanť. Et ꝙ quidẽ hæc sint absurda & fieri nequeant, & ideo illa quoq; quæ ea consequuń, siquidem cõsequuntur, hoc est esse motũ motus, & generationẽ generationis, & mutationẽ mutationis, clarũ est. Connexum aũt probat ꝑ duos medios terminos. Si est.n. generatio gñationis, vel mutatio mutationis: necesse est ꝓcedere in infinitum. Si aũt hoc ita est: nec erit primũ, neq; vltimum. Quare non erit generatio nec mutatio. Quòd aũt necesse sit processum fieri in infinitũ si est mutatio mutationis, ex hoc probat ꝙ si est oĩno mutatio mutationis, nõ solũ sit eius quæ est proposita, sed ẽt illius à qua processit ea quæ in ipsam facta est. & rursus illius aliã, & semper eius quæ sumitur

mutationis

Si motionis sit mot⁹ quę absurda sequuntur.

Mutatio a reminiscẽtia in obliuionẽ & a sanitate in ægritudine fit per accidens.

Si mutatiõis sit mutatio: nõ est mot⁹, nec generatio, nec mutatio.

mutationes aliquã aliam quæ præcedit necesse est sumi mutationẽ. Quod si ita est, necesse est semp procedere in infinitum sumendo aliã ante aliam. Si autẽ ita est, sequeť etiã id quod est deinceps. Si enim nõ sit prima mutatio: nec fuerit ea quæ ipsam sequitur: nec ea quæ illam deinceps, nec aliqua alia oĩno vsq; ad vltimam. Quare si erit mutatio mutationis: nõ erit mutatio. Ipse aũt magis producit orationẽ in generatione, cùm in terminatam mutationem magis desigať cogitatio, quàm in cõem. & absurdum in eo q nihil gignať ac fiat est manifestius. est enim ei consequens nihil esse eorũ quę oriuntur ac fiunt. quod est euidẽter absurdum. Quinetiam aliud quoq; absurdũ apparet ex hac demonstratione, nempe vt quæ non est, iam sit generatio. Cùm aũt diuersa sit hoc in loco scriptura, Alexãder scripsit aptiorẽ quæ sic habet, QVEMADMODVM, si quæ est absoluta generatio fiebat aliqñ, fiebat etiã id quod fiebat. quare nondum erat } & exponit absolutam generationem, eam quæ absq; eo quod fit cõsideratur. de qua quęrimus an fiat. Si ergo ipsa generatio fiebat aliqñ, quod autem fit, interit, & nondum est: neq; enim fieri potest vt id quod fit, non fiat: quæ nondũ erat, iam erat generatio. non enim potuisset fieri ac generari si nõ esset generatio. Nouit autem Alexander hoc quoq; adijci ei quod dictum est, SED aliqd quod fiebat, & iã fiebat } quod quidẽ ei absurdo quod dictum est, q quę nõdum erat generatio iã esset, reddit absurdũ quod conuertitur nempe eam quæ iam est generationẽ adhuc esse id quod fiat, hoc est nondum esse. Porrò autẽ aliam quoq; adijcit eiusmodi scripturã, Quare nondum erat id quod fit absolutè, sed aliquid quod iam fit. } Et fuerit id quod iam diciť, Quę erat absoluta generatio iam fiebat, cùm esset aliqua generatio. per quã enim absoluta fiebat generatio, ea cùm esset generatio, iam erat. In multis aũt exẽplaribus habetur hæc scriptura. Num autẽ ea sic est exponenda. Si fieret generatio, nondũ esset absolutè generatio id quod fit, sed aliquid quod iam fit: hoc est aliud & aliud quidpiã cum generatione cui euenit generatio, adeò vt totum esset quod fit, quẽadmodum est homo id quod fit. Si ergo fiat generatio: non erit absolutè generatio, sed vnum quidpiã eorum quæ fiunt. Cùm hæc ergo per interpositionẽ absurda indicasset, deinceps adijcit quõ in infinitum procedet generatio, & quõ de medio tolletur. Si enim generatio fit per generationẽ, et rursus illa generatio per generationẽ, & similiter oĩs generatio per generationem: nõ enim dici potest cur hæc quidẽ sic fiat: per quam aũt ipsa fit generationẽ, non ipsa quoq; fiat: Si ergo hæc ita habẽt: necesse est ire in infinitũ, aliam semper ante aliã sumendo generationẽ. In infinitis autẽ, inquit, nõ est primum. cuiusuis enim rei infinitę q̃ sumiť semper potest aliquid sumi prius. Si aũt non primum, inquit, nec id quod proximè consequitur. neq; ergo illud quod est deinceps. Quare nec hoc vltimum, à quo profecta est oratio. Aspasius aũt, si scribatur, inquit, Quẽadmodum, si quæ est absoluta generatio fiebat aliqñ, fiebat etiam id quod fit. } quare nõdum erat quod fiebat absolutè, sed quod iã fiebat, ostendetur, inquit, solùm per hãc dictionem id quod proposuit, fore vt in infinitum procedat generatio. Si enim fiebat generatio, absolutè autẽ id fit, quod venit ad essentiam: Si ergo fit id quod fit, nondum erat id quod fit absolutè. nõ enim venit ad essentiã, sed ad id quod fit absolutè. Rursus autẽ illud ex quo fiebat id quod fit, oportet esse id quod fit. idq; in infinitum. Est autem, inquit, talis scriptura conuenientior ei quod de motu dicitur. in motu enim ita demum ostẽditur infinitas eodem modo, si est motionis motus. Hęc quidem sunt quæ in his dicit Aristoteles & eius interpretes.

Si generationis sit generatio, fit generationis processus in infinitum.

Operępretium est autẽ, vt ego arbitror, attendere, quõ in ijs quæ sunt in infinitũ, si non est primũ, neq; id quod proximè consequiť, vt dixit Aristoteles: & ideo si est in infinitũ generatio ante generationẽ, & mutatio ante mutationẽ, non est generatio nec mutatio. Hęc enim oratio videtur de medio tollere processum qui fit in infinitum eorum quæ gignuntur & intereunt, quem maximè videtur affirmare Aristoteles. nam & esse ostendit, & causas eius inuenit in libro de generatione & interitu, & materialem & efficiẽtem & finalem. Et ipse est qui dicit in secundo illius operis, Eo qui restabat modo Deus cõpleuit vniuersum, cùm perpetuã fecisset generationẽ. significante perpetuo id quod est in infinitum. Et in tertio huius operis tollẽs quod est actu infinitũ, concedit id quod est in infinitum magnitudine & numero. quod quidẽ videtur in his tollere de medio. Si autẽ quod ipse rogat in generatione, in indiuiduorum aliquo rogauero, vtpote, Si huius hominis vel patris necesse est esse patrem, & illius patrẽ, & id in infinitum: qm̃ eorum quę sunt infinita non est primum: Si aũt non est primũ, vt inquit, nec erit quod proximè sequiť, neq; id pater vel homo: neq; erit oĩno pater vel homo ex hac rogatione: siquidẽ ante quẽuis patrẽ, patrem esse necesse est, & hominem ante quẽuis hominem: Homo enim hominem generat & Sol, vt ipse dicit: Si ergo sic etiam generatio præcedit generationẽ, & per hoc sustulit generationẽ, quia necesse est procedere in infinitũ: In infinitis autem, vt ait, non est primũ: quare nec id quod pximè consequiť: Ea rõne tolletur oĩs processus in infinitũ. Atqui, sicut dixi, ipse cùm alia infiniti significata quæ actu sunt, quæ dicunt simul esse infinitum, siue numero siue magnitudine sustulisset, solũ reliquit infiniti significatũ, id quod est in infinitũ, sic dicẽs. In summa enim sic est infinitũ, q semper sumatur aliud & aliud. & id quod sumitur quidem semper finitum. sed semper quidem aliud & aliud, vt dies & certamen. qbus id quod sunt factũ est non vt substantia: sed semper in generatione & interitu finitum, sed semper aliud & aliud. Esse aũt hoc quod est in infinitũ, & in tpe dicit & in hominibus. Clarum est autẽ q etiam omnium quæ sunt in generatione, & in diuisione magnitudinis. In his autem oĩbus non est primũ. tempus enim est semper ante tempus, & homo ante hominẽ. Cur ergo non sic etiã generatio, etiamsi sit alia ante aliam, & non est prima, est tñ per infinitũ? Num aũt illud quidem, Procedere in infinitũ, in orationẽ necessariò licet inducere, et hoc, Non esse primum, in ijs quæ sic sunt infinita. cuiusuis eñi rei sumptæ licet qd prius sumere. Hoc aũt, SI non est primum: neq; est id quod proximè consequitur } nescio quõ videť esse verum. In processu enim in infinitum, primum quidem non est nec vltimum. Cuiusuis autem rei sumptæ est aliquid quod proximè sequiť & supernè & infernè. Quare nihil obstat, ẽt si in infinitum patrem ante patrẽ & hominem ante hoĩem, ita autem etiã generationem ante generationem dixerit aliquis, nobis nihilo secius ponentibus patrem & generationem etiam si nõ sit primus pater & prima generatio. Eius eñi quod sumptũ est id quod pximè sequiť, non deficit. Etenim in qbus quidẽ actu infinita ponit quispiã pręcedere ea quæ sumunť, vtpote huius pris infinitos actu patres, hoc est, simul oẽs consistentes, verũ est fieri non posse vt is fiat pater. peruadi enim non põt hmõi infinitum. In ijs autẽ quæ sunt in infinitum, in qbus non oĩa simul cõsistunt infinita, sed id quod sumiť, est semper finitũ, vt quod cõsistat in fine eorum quæ ante fuerunt, est autem semper aliud & aliud, & ideo in infinitum: in ijs non tollitur id quod est propositũ, neq; processus, etiam si eius causę procedunt in infinitũ, vt quæ sumatur alia ante aliam. Finitæ sunt enim in proposito, vtpote in Socrate, quæ ante ipsum sunt causæ paternę vel humanæ. Propterea ergo etiam si in infinitum alius ante alium pater, vel alius ante alium homo, non perimitur tamen Socrates vt pater vel vt homo, quoniam causæ sunt in eo finitæ. Vbi autem actu infinitum, hoc est, simul consistentibus omnibus causis pręcedentibus, Aristoteles perimit substantiã eius quod dicitur illa consequi, rectè habet oratio: & non esse generationẽ generationis, & motũ motus, & in summa mutationẽ mutatio

In infinitum pcessum nõ tollit Aristoteles.

nis, per priora argumenta ostensum est, & ab Aristotele ostendendũ per ea quæ deinceps consequentur, maneat: Ad id autẽ quod dictum est de eo quod est in infinitum, nunc à me quęsitũ est an verè acceperit, ꝙ cùm nõ sit primum in eo quod est in infinitũ, neq; sit id quod proximè consequitur. cui fuit consequẽs, vt si sit generatio generationis, nõ sit generatio. Si est.n. generatio generationis, necesse est ꝓcedere in infinitum. Si aũt ita est, non est primum, inquit: quare nec id quod ꝓximè consequiť: quare nec quæ est proposita generatio. Sed nõ satis tractauit hęc oratio, vt quę vel oblita sit, vel nõ animaduerterit id quod ab Aristotele dictum est, ɪɴ infinitis autẽ non est primũ, quare nec id quod proximè consequitur} nõ dictum esse in oĩbus quę sunt in infinitũ, sed in ĳs quę sunt generationis & mutationis, quę nunc posita sunt, ꝓgredi in infinitũ. Si.n. quæ est absoluta, inquit, generatio, quæ non est generatio generationis, sed alicuius alius vtputa hoĩs: Si ergo hęc fiebat aliqñ, vt dicunt qui ponunt generationẽ generationis, fiebat id quod fiebat: qm̃ enim

F generatio habet id quod est in eo ꝙ fiat: si fiat generatio, fit id quod fit, & nõdum est id ꝗd fit: quod enim fit nõdum est id quod fit: & fiebat videlicet eius quoq; gñatio, & nõdum erat: fieri enim, tñ habet: esse aũt, id quod fit, nondũ habet: Et si hoc est in infinitũ: in ĳs aũt quæ sunt in infinitum, oĩbus quidem cõiter, non licet primũ sumere: aliud enim semp est ante aliud: in his aũt ẽt propriè, qm̃ nihil eorũ quæ sumunť est id quod diciť: non est enim gñatio, sed fit, si est generatio generationis: Si ergo nõ est aliqua generatio oĩno à qua initium duci possit, nec erit quidẽ id quod ꝓximè consequiť. hoc est, nec erit deinceps alia generatio. qm̃ non est ante ipsam generatio, per quã fiet. etenim fiebat quoq; quę est ante ipsam generatio. & hoc tñ habebat vt fieret id quod fit, qm̃ in eo ꝙ fiat habet id quod est generatio. non tñ vt adhuc esset id quod fiebat, nempe generatio. Nec sunt ergo quę deinceps consequũtur generationes, siquidẽ ponuntur quidẽ fieri, non pręcedit aũt eorum generatio, ex sñia eoꝝ qui dicunt esse ge-

G nerationẽ generationis: quãobrem hoc quoq; absurdum intulit, neq; esse, gigni seu fieri, nec moueri, nec mutari. ꝗ consequunť apud eos qui ponunt in infinitũ generationem gñationis, & mutationem mutationis. Siquis aũt ponat hoĩem ante hoĩem in infinitum, non incidit in hoc absurdũ. etsi enim primus hõ non sit, attñ qui sumiť quilibet hõ iam est, vt possit hominẽ facere, nec homo fiat, quẽadmodum generatio adhuc fiebat & non erat.

XIIII **Præterea eiusdem est motus contrarius, & pręterea quies. & generatio & interitus. Quare id quod fit, quando fit id quod fit, tunc interit. neq; enim statim id quod fit, neque postea. oportet enim esse id quod interit.**

XV Alio quoq; probat argumento nõ esse generationem generationis, deducẽs ad absurdum, eo ꝙ id quod fit qñ

H fit tunc interit. & sic est absurdũ contrarios motus simul moueri. Hoc aũt ostendit, cùm prius sumpsisset tanquã pronunciatum, motus eius esse cõtrarios: non ambos simul scilicet, neq; ambos oĩno ẜm naturã: sed ꝙ id quod aliquo motu mouetur, est etiã mobile per eum qui est sibi contrarius. Similiter aũt prius sumit, ꝙ cuius est motus aliquis, eius est etiã quies quę est illi motui opposita. etenim in alteratione & augmento & motu locali & in generatione & interitu hæc vera sunt. Si est ergo generatio generationis, adeò vt aliquid quod fit, sit generatio, erit scilicet etiã id quod interit. est enim eiusdem fieri & interire. Quando ergo interibit hoc quod fit, nempe generatio? Si.n. neq; in principio dum fit, quod ipse dixit, sᴛᴀᴛɪᴍ id quod fit} nõ enim fieret amplius. ɴᴇǫᴠᴇ postea} postq̃ factum fuerit, qñ intereunt oĩa quę intereunt. Generatio enim quæ est in eo ꝙ fiat, & postq̃ facta sit nõ est amplius: nõ tunc interierit. oportet enim es-

Si generationis sit generatio, id quod fit quãdo fit, tunc interit.

Motus contrarij nõ sũt ambo simul secũdum naturam.

Cuius ẽ motus, eius est etiã quies.

E se id quod interit ne intereat: generatio autẽ postq̃ facta est nõ est amplius. quẽadmodum nec motus, qñ motum est id quod per ipsam mouetur. Si ergo neq; statim quæ fit generatio interit, neq; postea qñ facta est: necesse est eam qñ fiat tunc interire. Socrates enim qñ fieri desierit, & factus iam fuerit: tũc interit: generatio autẽ, siquidem fit, qñ fit, nõ est amplius: quare nec tunc interit. oportet enim esse id quod interit. Quare si est generatio id quod fit, qñ fit id quod fit tunc interit. quod quidem est absurdum idẽ simul fieri & interire. Si enim fit generatio, videlicet etiã interit, per prius sumptum pronunciatũ, eiusdem esse motus contrarios. Et Aristoteles quidẽ in generatione paucis ostendit absurdum. Si aũt generatio est alicuius generatio: etiã id quod fit qñ fit tunc interibit. quẽadmodum Socrates vel aliquid aliud eorũ quę fiunt. in ǵbus est absurdum euidentius, ꝙ idẽ simul fiat & intereat, dum perimitur generatio & interitus. In his autẽ quę dicta sunt apparet quoq; aliqua alia conclusio. Si enĩ

F non interit generatio, neq; statim incipiens, neq; postea postq̃ facta fuerit. qm̃ incipiens quidẽ nondum est, facta autẽ non est amplius: neq; cùm fit interest, ne moueať simul contrarĳs motibus: oĩno scilicet nõ interit. Si autem non interit, nec fit, conuenienter assumpto pronunciato quod dicit eiusdẽ motum esse cõtrarium. Sed hoc ꝓnunciato, quod est, eiusdẽ motum esse contrariũ, & ideo esse eiusdẽ generationem & interitũ, vsus, ostendit ea quę dicta sunt. Illud autẽ, esse ẽt eius quietem, quod fuit prius quoq; sumptum pronunciatum, quẽ ei vsum in his præbuit? Pulchrè aũt dicunt interp̃tes eum per quietẽ ostendisse, eãdem rõnem ẽt in motu conuenire. Si enim mouetur motus: quod aũt aliquo motu moueť, à natura quoq; habet ingeneratũ vt quiescat quiete illi motui contraria: videlicet motus quoq; quiescet cùm sit motus. quod quidem est absurdum. Est aũt adhuc absurdius eundẽ simul moueri & quiescere. Si enĩ oportet esse id quod quiescit, sicut id quod interit: motus aũt statim quidem incipiens

G nondũ est: cùm aũt cessauit, non est amplius, sed habet id quod est in eo quod moueatur siquidẽ moueatur: simul scilicet mouebitur & quiescet. Porrò autẽ ex alio etiam pronunciato quod dicit eiusdẽ esse motus contrarios, in motu etiã colligetur absurdum. si enim est solùm motus in eo ꝙ moueatur, quẽadmodum generatio est in eo ꝙ generetur ac fiat, & neq; prius nec posterius si moueatur motus: si moueatur motus, qm̃ in contrarium mouetur manens id quod erat, cõtrarĳs simul motibus mouebiť.

Quoniam aũt ostensum est generationem nec fieri nec interire, operęprecium esse puto rursus quærere, si nõ de ea quæ est absolutè generatione, sed de ea quæ est alicuius, quemadmodum Socratis, ostensum est eam nec fieri nec interire: quomodo sit omnino eorum quæ sunt. siquidem necesse est id quod quomodocunq; cõsistit, vel esse ex ĳs quæ semper sunt, vel ex ĳs quæ fiunt & intereunt. Si ergo generatio Socratis per quam factus est Socrates nõ est ex ĳs quæ semper sunt: necesse est eã esse ex ĳs quę

H fiunt & intereunt. Et in summa si cùm prius nõ esset fuit postea, & rursus nõ est: qũo non dicemus eam & factam esse & interĳsse? Nunquid ergo necesse quidem est esse mutationem etiam in singulari generatione. siquidem prius non est cùm sit postea, & rursus nõ est, etiam si tẽpore mensam habet substantiam. Sed Aristoteles quidẽ dicet paulopost hæc etiam mutari per accidens. per se enim mutatur subiectum. Est autem mutatio per accidens, quoniam est in eo quod per se mutatur. Nunquid autem per se mutetur necesse est mutatio quę fit & interit. sed nominum inopia parit dubitationem. Nam cùm rerum mutationes in duo vel tria distinximus, in motum, generationem & interitum, mutationum mutationibus quæ alio modo fiunt, non possumus amplius cõuenientia nomina attribuere. Quemadmodum enim aliquid aliud est Socrates, & aliud omnino ex forma substantiæ mutatio Socratis: ita etiã horum amborum mutationes

Est ne mutatio mutationis in indiuiduorum generatione.

Nominum inopia parit dubitationem in mutationibus.

tationes tota natura differunt. & si quidem essent nomina propria mutationibus generationis & interitus, non secuta forte essent absurda quæ dicta sunt. nõ esset enim generatio id quod fit, nec id quod interit, sed aliquo alio modo mutata in id quod est esse & non esse. Hoc autẽ ex motu quoq; conijcio, si enim dicamus motũ moueri vel quiescere, in absurda incidemus: eum aũt fieri & interire dicere, minimè recusamus. Motum enĩ omnino id quod est habere dicimus in eo quod fiat & intereat. Et fortasse etiã Aristoteli eadem videri videbitur paulopost, qñ dicit quidẽ esse mutationem motus, ipsam aũt non concedit esse motum. Non est enim, inquit, disciplina disciplinæ generatio. Num aũt id quoq; quod tanq̃ absurdum collectum est, si sit generatio generationis, generationẽ simul fieri & interire, siquidẽ dum fit etiã interit, & neq; in principio nec in fine: in ijs quæ sunt eiusmodi, quæ quod sunt habẽt in eo q̃ fiant & intereant, non est absurdum. Dies enim & certamen licet intereuntia, neq; intereunt in principio, qm̃ tunc nõdum sunt: oportet autem B esse id quod interit: neq; in fine, quoniam tunc non sunt amplius, sed id quod est fieri consequitur etiam interire. Ita aũt motus quoq;, sicut & tempus, etiam si rõne in eis differat fieri & interire, quãcunq; eiũ partẽ ceperis, videbis fieri. Si enim quæ prius fit pars aliqua motus vel temporis, posterius interit, quemadmodum domus: necesse est intercedat aliquod tempus, in quo nec fit nec interit, sed stetit. & stetit ex eo quod esset. Atqui in motu & in tempore, & oĩbus quæ quod sint habẽt in eo quod fiant, non licet statum sumere. Sed videntur admirabili quodam modo in his tria mixta esse, generatio, & interitus, & esse. Nam hoc quoq; in qualibet eorum parte visione apprehẽditur, quatenus esse quoq; videt̃, pro eius quod est mensura quæ ipsi conuenit. Sicut etiã fieri & interire per hanc mixtionem generationis & interitus, & nõ per illa quæ sunt à seinuicem disiuncta: & natura, vt quę sint cõtraria & simul esse nequeant: & tpe, vt illa quidem sit prior, hic verò posterior. Hoc autẽ mixtum est id quod C apud Platonẽ dicitur id quod oritur & interit, verè autẽ nunquam est. Est enim eius quod verè est imago, quod in ipso apparet cum ortu & interitu. Fortè autem etiam si in ijs quæ sunt sit mixta hæc natura, per quã id quod fit simul etiã interit, nihilominus erit absurdum quod allatum est ab Aristotele, si fiat ac generet̃ generatio & moueatur motus. nam cùm sit mutatio in cõtrarium, idem erit fieri & interire, & moueri & quiescere. Sed q̃ Aristoteles quidem cõcedit etiam mutationem mutari per accidens, audiemus ipsum dicẽtem. Si autem per se alio modo, amplius quæratur. Sequens autem argumentũ, quod appositius, vt mihi videtur, & accõmodatius probat ea quæ sunt proposita, est huiusmodi.

Generationẽ simul fieri & interire verum ne sit in ijs quæ qđ sunt habent in eo quod fiant.

Generatio, interitus, & eẽ, simul cõmixta.

XV Præterea oportet subesse materiã & ei quod fit & ei quod mutatur. Quænã ergo erit? quẽadmodum id quod est alterabile vel corpus vel anima, ita etiã id quod fit motus vel generatio. D

XVI Et rursus aliquid in quod mutantur. oportet enim & esse motum huius ex hoc in hoc, & nõ motum vel generationem.

XVI Hoc quoq; argumẽtum cõe est in omni mutatione. Si est enĩ generatio generationis, & in summa mutatio mutationis, qm̃ quicqd fit, fit ex aliquo subiecto & aliq̃ materia, quę formã suscipiens fit id quod fit: dicitur aũt fieri quoq; ac gigni generatio & mutari mutatio: erit aliquod subiectum ex quo fit gñatio ac mutatio. Quẽadmodum enĩ & igni qui fit, subiecta est aliq̃ materia ex qua fit: & gs statuę: & alterationi subijcit̃ vel corpus vel aĩa: ita etiã ei quod fit, & nõ solùm ei quod fit absolutè, sed ẽt ei quæ est aliqua, generationi, & motui, & in summa mutationi. ea enim de cã vsus est exemplo, alteratione. si nullum enim sit subiectũ, ne fiat quidẽ aliquid. Si ergo sit generatio, & est generatio id quod fit: oportet oĩno huic quoq; quod fit inesse materiã, quæ quidẽ generationis sit participatione. Et si mouetur motus, similr̃ erit aliquod subiectum quod mouet̃ per motũ, & ex hoc in hoc, hoc est, ex alia forma in aliam. in quam mutatũ subiectum quod est in eo quod mouetur & fit, fit generatio & motus. quẽadmodum in eo quod dealbatur, subiectum quod mutatur per dealbationẽ, in album mutat̃. Si ergo subiectum aliquod oportet esse id quod fit, si nõ est motus nec generatio, aliud aũt à motu & generatione, quid hoc est, quẽadmodum alterabile vel est corpus vel anima, aliud ab alteratione? Sin autẽ motus mouetur, & fit generatio, & nõ est aliqđ subiectum vt materia: est absurdum, atq; adeò nõ potest fieri: siquidẽ necesse est materiã subijci ei quod mouet̃ & gignitur. Hoc vnum ergo absurdum breuiter collegit per hoc, QVÆNAM ergo erit subiecta materia, quẽadmodum id quod est alterabile vel corpus vel anima? alterum autẽ ex eo q̃ oporteat qdem esse aliquid B in quod mouent̃ ea quæ mouentur, aliud ab ijs: quemadmodum, si corpus dealbat̃, est aliquid albũ aliud à corpore, in quod mouetur corpus: in ijs aũt quę sunt proposita nihil sit aliud ab ijs. Si enim mouetur motus, & fit seu gignitur generatio: quęnã erunt alia à motu & generatione, ad quę mouet̃ motus & fit generatio? quẽadmodum albũ & scientia sunt alia à corpore & aĩa, ad quę mouent̃ corpus & aĩa. Si ergo non in his est aliqđ aliud ad quod: oportet aũt oĩno esse in eo quod mouet̃ & gignitur: scilicet nec mouetur motus, nec fit, gigniturue gñatio. Hoc ergo secũdum absurdum ex eo est, q̃ oporteat esse aliqđ in ijs quæ mouent̃, ad quod mouentur & ad quod fiunt. quẽadmodum ex quo mouentur & ex quo fiunt. Si quis aũt dicit moueri motũ & fieri gigniue generationẽ, non põt aliquid dicere ad quod mouet̃ motus, et ad quod fiat gignaturue generatio, quod sit aliud ab ijs. quẽadmodũ nec id ex quo, prius dicere possumus. Hæc ergo ita habent, si fuerit sic scriptũ, Oportet enim esse motũ huius C ab hoc in hoc, motũ & generationẽ. Alexander aũt cum etiam aliam posuisset scripturã quæ dicit, Ex hoc in hoc motũ non motum, hãc sic exponit. Si motus est id quod mouetur: est aũt aliquid aliud id quod mouetur, & aliud id per quod est motus, quẽadmodum corpus & dealbatio: videlicet motionis motus qui fit ex hoc in hoc, non fuerit motus. Quare non est verum q̃ moueatur motus. Videtur quoq; Themistius admittere hanc scripturam. Obseruat aũt Alexander priorem scripturã magis cõuenire ijs quæ sunt proposita. qm̃ hanc conclusionem, motum nõ esse motum, deinceps probat Aristoteles. Porrò autem hoc quoq; dicendum est, factum esse hoc argumẽtum, ex eo q̃ oporteat quidem in ijs quæ mouẽtur & fiunt, esse id ex quo, & id ad quod: si quis autẽ dicit motum moueri, & fieri generationem: neutrum posse in eis dare, neq; id ex quo, neq; id ad quod.

Si mutationis sit mutatio, nõ posse dari subiectũ mutationis.

Si fit mutatio mutationis, non est ad quod moueatur.

Simul autem etiam quomodo erit? non est enĩ generatio disciplinæ disciplina. Quare neq; D generatio generationis. nec aliqua alicuius.

Quintum, vt puto, est hoc argumentum, ostendens XVII neq; esse generationẽ generationis, neq; motum motus. Abducit aũt hoc quoq; ad absurdum. Si est enim motus motus, & generatio generationis: neq; motionis motus põt esse motus, nec generatio generationis. Probat autẽ hoc ipsum ex simili quoq; comparatione. Quemadmodum enim, inquit, nõ est generatio disciplinę disciplina: esset enim disciplina priusquã fieret: ita nec generatio generationis. Si est enim generatio id quod fit ac gignitur, siquidem est generatio generationis: id aũt quod fit, non dum est: quæ gignitur generatio generationis non fuerit generatio. Pręterea autem, si aliud est quod alteratur, & aliud eius alteratio, & aliud id quod discit, & aliud eius disciplina: ita aũt aliud quoq; id quod generatur, et aliud eius generatio: Si generatio est id quod fit ac generatur:

Generatiõis nõ esse generationẽ probat̃ ex cõparatione disciplinæ q̃ non ẽ disciplinæ generatio.

generatio generationis non erit generatio: neq; motus motus, erit motus. Propterea ergo incipiens ab argumẽto, sic dicit, SIMVL autẽ quõ etiam erit? } vel, SIMVL autẽ etiam quõ erit? } inuenitur enim vtroq; modo scriptum. Idẽ aũt significat. Quõ enim, inquit, erit motus, is qui dicitur motionis motus, vel generatio generationis erit generatio? Adiicit aũt, NEC aliqua alicuius } ne qs existimaret vniuersę qdem ac generalis generationis nõ esse generationẽ, qm̃ eam quoq; esse vniuersam ac generalẽ necesse est: fieri aũt non põt vt duo sint vniuersa generaliaq; eadẽ. & q vniuersorũ ac generalium nõ est generatio, vt ipse dixit in primo libro de Generatione: alicuius autẽ nihil vetare quominus sit aliq̃ alia generatio? Hoc ergo ẽt sustulit. est enim absolutè aliud & genere & specie id quod fit, & aliud eius generatio. Par est autem aĩaduertere, queadmodum prius dixi, Aristotelẽ dicere esse mutationẽ motus: generationem verò eam, non aũt motũ esse vult, qm̃ dicit, NON est enim generatio disciplinę disciplina } est enĩ motus generatio. & eius mutationem vult qdem esse generationẽ, non aũt disciplinã. Et alicuius ergo generationis est oĩno mutatio, per quã ad hoc vt sit vel vt nõ sit procedit. sed nec eæ sunt dicẽdę generatio nec interitus, ꝓpter absurda quæ dicta sunt. sed queadmodum hæc sunt mutationes aliquorũ quę sunt genere alia, quemadmodum hoĩs & equi: ita ẽt eorum aliæ sunt genere ponẽdę mutationes: necesse est enim cõi nomine appellare ea quæ non habent proprium.

Generatiõis mutatio non ẽ generatio.

XVII Prætera si sunt tres motus species, eorum necesse est esse aliquã subiectam naturã, & ad quæ mouẽtur. quemadmodum, necesse est lationẽ, id est motum localem, alterari vel ferri.

XVIII Pulchrè dixit ex positione, SI sunt tres spẽs motus } hoc enim propositũ est ad ꝓbandũ, q in tribus solis prędicamentis est motus, in quãtitate, qualitate, & vbi. sed non in aliĳs, nec in eo quod est facere & pati. qm̃ non est motionis motus. ad quod & argumẽta quę dicta sunt, & hoc quod nunc est propositum cõstruebatur. Qm̃ ergo fuit ꝓpria quædã proposita quæstio, nõ esse motum motus, eã probat cùm posuisset esse tres motus spẽs, & adiecisset necesse esse quicqd mouetur moueri per aliquã ex his spẽm motus. Et ideo naturã orationi subiecta, hoc est motus quẽ moueri dicim⁹, vel est alteratio, vel latio seu motus localis, vel mutatio per quãtitatẽ. Non solum aũt motũ quem moueri dicimus, motui subiectum, per quẽ dicit̃ moueri: aliqd horum esse necesse est, sed ẽt ea ad q̃ mouent̃. Aut enim qualitatẽ, vel quantitatẽ, vel vbi, & vnũquodq; eorum. Aut enim ad albũ, aut ad maius, aut sursum, aut ad ea quę sunt eis cognata. Cùm hæc aũt ita habeãt, in cõi accipiens illud. Necesse est, subiunxit, Necesse est lationẽ (siquidẽ ea est motus quem moueri dicimus) vel alterari, vel ferri, uel in quãtitate mutari. Quod quidẽ videtur ridiculum, nempe vt latio dealbetur, vel calescat. & fieri non potest.

Si motionis est motus, latio alterabit vel feretur.

In summa autem qm̃ quicquid mouetur mouetur tripliciter, vel eo q moueat̃ per accidens: vel eo q pars aliqua, vel eo quod per se: cõtigerit solùm mutari mutatione per accidens. quẽadmodum si is qui sanatur currat vel discat. eã aũt quæ est per accidens rursus dimittimus.

XIX Postq̃ ostendit fieri non posse vt sit motionis motus, vel generationis generatio per se, pluribus argumentis: adĳcit q cùm motus dicat̃ tribus modis, sicut prius fuerat definitum. vel per se. vel per partem. vel per accidẽs: per accidens solũ fieri posse vt sit motus motionis, & generatio generationis, & in summa mutatio mutationis, qm̃ qui sanatur, inquit, currit vel discit, & nõ vt Alexander, dicit, vt opinor, q per eum motum sanat̃. Sed neq; ex hoc in hunc mutatur. Quòd enim nõ accepetit currere tanq̃ causam mutationis, sed tanq̃ quemuis motum, ostendit, primùm quidem q nõ posuerit eum qui currit sanari, sed eum qui sanatur currere: deinde q subiunxerit illud, VEL discat. } nõ enim sanatur etiã per disciplinam. Sed neq; si esset motus motionis, mutatio esset ex alio in alium. sed alius ad fuisset alĳ, vt per ipsum moueretur. Sed dixerit esse motum motus per accidens, qm̃ ei quod mouet̃ motus inest, veluti ei quod sanatur sanatio, & alius motus currere & discere, tunc per accidens aliqs horum motuum inest ei quod est sanari. adeò vt per accidẽs motus qui est in eo quod est sanari, currat vel discat, qm̃ cui accidit vt saneiur, vtputa Socrati, is currit vel discit. Sciendum est aũt nonnullos quidem libros sic scriptum habere, PER accidens solũ contigerit mutare mutationem. queadmodum si qui sanat̃ currat vel discat. } alios verò sic, PER accidens solùm contigerit mutare mutationem, si cõtingit ei qui trocho luserit esse sanum. queadmodum qui sanatur currit vel discit. } Et hanc ẽt agnouit scripturam Alexãder. Et si ita fuerit scriptum, nõ puto ita dici, tanq̃ currere sit causa sanitatis sed tanq̃ ambo ei insint. Idq;, vt existimo, indicans Aristoteles, subiũxit illud, Vel discat. Non enim sicut currere, ita ẽt discere videt̃ esse causa sanitatis. sed accepit currere tanquam motum aliquem, sicut etiam discere. Per accidens ergo tantùm fieri potest vt sit motionis motus. & neque per se, vt ostensum est prius, neq; per partem. quemadmodum enim non generaliter & vniuersè feratur alteratio: ita nec feratur per partem. Si ergo solùm per accidẽs: quod est autem per accidens, eiectum est tanq̃ ineptum ad scientiam: colligatur non esse motum motus. Ex quo clarum est motum non esse in eo quod est agere & pati. quod quidem propositum erat ostendere. In eo autẽ solùm quod patitur verba fecimus, quoniam actus qui est vnus, est ex eo quod agit in eo quod patitur.

Mutatio mutationis ẽ solum per accidens.

Quoniam aũt neq; est substantiæ, neq; eius quod refertur ad aliqd, neq; eius quod est agere & pati: restat vt in qualitate & quantitate & in eo quod est vbi solùm sit motus. est enim in vnoquoq; eorum repugnantia. XVIII

Cùm statuisset ostendere motum nõ esse in omnibus prædicamentis, sed in tribus solis, nempe in quantitate, qualitate, & eo quod est vbi: & ostẽdisset neq; esse in substantia, neq; in eo quod refert̃ ad aliquid, neq; in eo quod est facere & pati, qm̃ ea quidem sunt quidam motus, nõ est aũt per se motionis motus, quod quidem ostẽdit pluribus: concludit deinde q cùm non sit motus in aliĳs prędicamentis, restat vt motus sit solũ in qualitate & quãtitate & eo quod est vbi. & adĳcit causam cur in his sit motus, dicens, EST enim in vnoq; eorum repugnãtia. } est enim motus mutatio ex cõtrario in contrariũ. Si est ergo repugnantia in prædicamento eorum quę referuntur ad aliquid, vt ipse ostendit in prędicamentis, dicens, Inest autẽ etiam repugnantia in ĳs quæ referuntur ad aliquid: nihil obstat quominus in eo quoq; sit mot⁹. Quod enim hic mouetur est substãtia. Mouetur autẽ per relationem & habitudinem, queadmodum per qualitatem & quantitatem, & per prædicamentum Vbi. illic enim est remanens substantia quę per illa mouetur: ipsę aũt qualitates, & quãtitates, & quæ sunt per locum lationes, & fiunt & intereunt potius q̃ mouentur. non enim remanẽt: quod quidẽ adesse oportet ĳs quæ mouentur: sed quæ est subiecta substantia, in ea quæ fit in illa mutatione remanens, dicitur moueri. Porrò autẽ per id quidẽ quod est agere & pati moueatur subiectum. & quãuis ipsa actio & ipse actus patiendi non moueantur, fiunt tñ & intereunt, & ea rõne mutantur. Opponuntur autẽ agere & pati vt ea quę referũtur ad aliquid. quamobrem & simul sunt alterum cũ altero, & sæpe in se inuicẽ mutantur. aer enim ab aqua humefactus terrã humectat, & ab igne calefactus calefacit. Porrò autem in reliquis quoq; prędicamentis

XX

Motus est in tribus solis ꝓdicamẽtis.

Cur motus nõ sit in relatiuis, & si in eis sit repugnantia.

In ꝓdicamẽto agere & pati cur non sit motus.

dici

dici possit, vt puto, moueri subiecta substantia. In tempore quidem, ex præterito in futurum, etiamsi non sint hęc propriè contraria. quoniam præteritum quidem mutatur in futurum, futurum autē non itidem in præteritum. In eo autem quod est situm vel positum esse, apparet repugnantia status à sessione, & eius quod est pronum à supino. neq; est absurdum subiectam moueri substantiam, quæ ipsa etiam remanet in his oppositionibus. Iam verò etiam in eo quod est habere, est quædam mutatio subiecti, à priuatione quæ ostenditur affirmatione in habitum. quemadmodum à nudo in id quod est esse veste indutum. Porrò autem hoc quoq; ipse Aristoteles posuit exemplum priuationis affirmatiuæ, ostendens eas quæ fiunt per motum mutationes, quando dixit, Priuatio.n. ponatur contrarium. & affirmatione ostenditur nudum & album & nigrum} Sed nunquid Aristoteles cū considerasset motum tanquā subiecti mutationem, per affectionem, negauit ipsum esse in omnibus prædicamentis quæ relationem & habitudinem significant, vt euanida, & quæ subiectū nihil apertè afficiūt. Positum enim esse, & habere, nullam firmam & stabilem affectionē videntur afferre subiecto. quid.n. refert an corpore sit pronus an supinus? & sit annulatus an non? Quinetiam tempus quoq; videtur considerasse tāquam imbecillum. quocirca id quidem non dicit esse generationis causam, sed interitus tantùm videri: idq; qm nullam videant aliam causam. Talis autem est ea etiā habitudo quæ est in eo quod refertur ad aliquid. per quam, vt existimo, causam quoq; ostendit cur non sit motus in prædicamentis quæ relationem & habitudinem significāt, nempe q subiectum nequaquam afficiant. quando dicit, Contingit enim altero mutato, verum esse alterum nihil mutatum. hoc est, non versum, neq; vlla affectione aut amissa aut assumpta. qđ quidem inesse in omnibus quæ habitudinem ac relationem significant prædicamentis, ostendit per vnum prædicamentum eorum quæ referūtur ad aliquid. Qualitas enim, & quantitas, & quæ est per ea mutatio, vertunt, & aliàs aliter afficiunt subiectas substātias. Similiter autem locus quoq; non leuē habet ex eius sententia potestatem, siquidem elementorum existimat generationem eū motum, qui fertur ad loca propria. In eo autē quod est agere & pati nō vult esse motum, quoniam illa sunt motus; non est autem motus motionis, etsi sit generatio & eius interitus. non est autem generatio generationis, nec mutatio mutationis, etiamsi sit alius modus per quem procedit mutatio ab eo quod est non esse ad esse, & ab eo qđ est esse ad non esse. Fortasse ergo propter eas quæ dictæ sunt differentias, negat Aristoteles motum esse in dictis prædicamentis, in eis omnino concedens esse mutationem, siquidem non sunt æterna. Eudemus autē in suis naturalibus per paraphrasim exponens verba Aristotelis, cùm dixisset in eo quod refert ad aliquid non esse mo-
" tū nisi per accidens, & adiecisset causam: Fit enim, inqt,
" & est bicubitale duplum quod est immobile, cùm omni
" no fiat bicubitale: & subiunxisset eodem modo euenire etiam in alijs quæ referuntur ad aliquid, subiunxit, Si in
" tempore autem mouentur omnia. alio autem modo, vt arbitror, hoc probans, quoniam est motus quidem subiectorum qui fit per relationes: alio autē modò qui fit per affectiones: sicut alio modo per substātiam. quoniam ne motum quidem vocandum esse cēsent Peripatetici, sed generationem & interitum, eo q non remanet id quod mutatur. Theophrastus autem in primo suorum naturalium, etiam in vnoquoq; genere prædicamentorum dicit motum considerari, sic scribens. De motu quidem generalem & cōmunem rationem non est difficile tradere, & dicere, esse quandam imperfectam operationem eius
" quod est potestate, quatenus tale, in vnoquoque genere prædicamentorum. Videtur autem nūc quoq; motum cōmuniter dicere mutationem. Nam definitio quæ dicit esse perficientem actum eius quod est potestate, quatenus est tale, non est eius qui est propriè motus, sed & generationis, & interitus, & in sūma cuiusuis mutationis. Quocirca paulum quoq; progressus Theophrastus, dicit esse quærendum de motibus, an alij quidem sint motus; alij verò veluti quędam operationes. sed q mutationem quidem omnino esse necesse sit in prædicamentis subiectorum quæ relationem habent & habitudinem, ex ipsis relationibus, clarum est. siquidem non sunt æternæ substantiarum ex ipsis relationes. Si ergo mutantur per ipsas substātiæ: vel per generationem & interitum mutentur necesse est, vel per motum. siquidem hæ differentiæ mutationis ab Aristotele traduntur ex diuisione. Sed fieri seu generari hominem non dixerimus, quando induit annulum, vel per aliam mutatur habitudinē. quare necesse est moueatur per tales mutationes. Alio autē modo motus ait Eudemus, & non illo quo fiūt mutationes, quæ sunt per affectionem. Etenim ipse quoq; Aristoteles procedens dicit amissionem esse contrariā assumptioni. Quinetiam ipse eas censet vocandas mutationes, dicens. Qua de causa generatio est contraria interitui, & amissio assumptioni, ipsæ autem sunt quidem mutationes, non autem motus. Siquis autē vult ne omnino quidem esse motum in his prædicamentis, ne vtiq; diuidat mutationem solūmodo in generationem & interitum et motum: sed adijciat etiam aliam speciem conuenientem mutationibus, quæ sunt per relationem et habitudinem. adeò vt mutatio quidem quæ fit ex non subiecto in subiectum sit generatio, quæ autem ex non subiecto in non subiectum, interitus: reliquus autem qui fit ex subiecto in subiectū, diuidatur, & in eum qui est per affectionem, quem esse vocādum motum censet Aristoteles: & in eū qui est per relationem, quem motum quidem negat esse vocandum, vt qui nullam subiecti ostēdat mutationem: sed quia non est ei impositum nomē proprium, nomine generis eam quoq; vocat mutationem. Hoc autem existimo esse verum dicere, q si quæ mouentur per partem non censet dicendum ea per se moueri, sed ea coniungit cum ijs quæ mouentur per accidens: multo magis ea quę sunt per relationem & habitudinem. Nam quæ dū alia mouentur ipsa mutantur, non dixerit per se moueri. De ijs autem quæ per se mouentur agebatur. Quare etiamsi Theophrastus dicit esse motū in omnibus prædicamentis, dixit indistinctè, cùm nondum distinxisset motum à mutatione, neq; id quod est per se & id quod est per accidens. Sed hæc quidem quærantur amplius, siquidem videbuntur esse digna inquisitione, ea percurrendo quæ in ipsa scripserunt interpretes. Pergendum est autem ad ea quæ consequuntur.

In prædicamento situm esse, cur non sit motus. In prædicamento habere, cur nō sit motus.

Motus est in vnoquoque genere prædicamētorū, ex sntia Theophrasti.

Qui fit ergo motus in qualitate, sit alteratio. coniunctum est enim hoc nomen cōmune. Dico autem qualitatem non eam quæ est in substantia: est enim differentia qualitas: sed eā quę est patibilis, per quam dicitur pati vel esse impatibilis. Qui est autē in quantitate, in eo quidem quod est commune caret nomine. in vtroq; autem est augmentum & diminutio. Qui fit quidem in perfectam magnitudinem, est augmentum: qui autem ex ea, diminutio. Qui fit autem per locum, & in proprio & in cōmuni caret nomine appelletur autem cōmune latio. Atqui ea sola dicuntur propriè ferri, quando non est in eorum potestate, vt consistant dum mutantur per locum, & quæ nō se ipsa mouent per locū.

Còm definijsset prædicamenta in quibus esse oportet eum qui est per se motum, nempe qualitatis, quātitatis, & id quod est vbi, docet deinceps quisnam sit motus in vnoquoq; horum generum, & quænam sint eorū diffe- XXI

Motus quibus nominibus appellētur.

rentiæ

rentiæ, etiam vsque ad nomina. et interim q motus qui est in qualitate appellatur cõmuni nomine Alteratio. Quoniam autem differentiæ qualitatis dicũtur eæ etiam quæ sunt substantiales, queadmodum, rationis particeps, hinniens, seu hinniendi facultate præditum: Dicũtur autem eæ quoque qualitatis differentiæ, quæ vocantur patibiles qualitates, quemadmodum caliditates & siccitates, per quas pati dicimus vel esse impatibile: pulchrè definit q eam quæ fit in his qualitatibus, mutationem & motum vocandum esse censemus, & alterationem nominamus. quæ fit enim per substantiales differentias mutatio, non appellatur motus, sed generatio & interitus. quare nec alteratio, sed potius generatio. aliud enim, & non diversum apparet id quod fit ac generatur. Nõ motus autem, quoniam nullum subiectum quod est actu & manet idẽ, mutatur ex eo quod est ratione præditum in id quod est expers rõnis, vel in summa ex contrario in contrarium. Qualitates autem dicuntur quæ species constituunt differentiæ, etsi sint substantiæ, quoniam definiunt qualitatem quæ est in substantia. Videtur autem ipse imposuisse nomen alterationis motui qui fit in qualitate. In mutatione autem quæ est in quantitate non est nomen commune impositũ, sicut in ea quæ fit in qualitate alteratio. sed quæ ad perfectam quidem deducit magnitudinem, augmentum appellatur: quæ autem ex perfecta magnitudine, diminutio. Per hæc autem ostendit etiam quænam sit in quantitate repugnantia, nempe perfecta magnitudo in vnoquoque eorum quibus ingeneratum est natura vt augeantur, & imperfecta. Sed mutatio quidem quæ fit in qualitate, cõmune habuit nomen: quæ autem in quantitate, propria. Motus autem qui fit per locum est in ambobus innominatus. neque enim est cõmune nomen motus qui est per locum proprium, neque priuatim vniuscuiusque. Cùm ipse autem cõmune vocasset lationem, vel ita etiam vocatum inuenisset, ostendit non vocari propriè, siquidem ea sola propriè ferri dicimus, quæ sunt inanimata, & quæ sunt natura, & quæ per vim mouentur. Animata autem, & quæ mouendi & standi principium in se habent, animam: nequaquam propriè ferri dicimus: sed illa sola quæ neque ipsa seipsa mouent per locum, neque quando mouentur habent se sistendi potestatem. In his adijcit Eudemus omnes motus & mutationes magis dici ab eo ad quod, quam ab eo ex quo, augmentum quidem id quod est ad magnũ: diminutio verò quę ad paruum. & in alteratione, disciplina seu ipse discendi actus, sanatio. Et in ijs quæ mouentur per locum, Athenas, Corinthum, magis quam è contrario.

Mutatio quæ fit per substantiales differentias, non est motus.

Qualitates dicunt̃ & differentię, quę species constituunt.

Latio quid sit.

Ferri quænam dicant̃.

Motus dicitur ab eo ad quod.

XIX Quæ est autem in eadem specie mutatio in id quod est magis & minus, est alteratio. Qui est enim à contrario in contrarium motus, vel absolutè vel aliqua ratione. Si enim tendat ad id quod est minus, dicetur mutari in contrarium: ad id autem quod est magis, tanquam à contrario id qđ in ipsum. Nihil enim refert, an aliqua ratione mutetur an absolutè. nisi q aliqua ratione oportebit inesse ea quæ sunt contraria. Illud autem magis & minus, est contrarij plus vel minus inesse, vel non. Quòd ergo sint hi soli tres motus, ex his est manifestum.

XXII Cùm dixisset motum quidem qui est in qualitate, habere cõmune nomẽ, alterationem, cum autem qui est in quantitate, cõmune quidem non habere, propria autem augmentum & diminutionem, cum autem qui fit per locum, neque cõmune nec proprium: quoniam quæ mutantur per qualitatem, aliquando quidem mutantur ex vna specie in aliam, quemadmodum ex nigro in album: aliquando autem manentia in eadem specie, mutãtur in id quod est eius magis & minus: rectè adnotat eam mutationem

Alteratio.

E tionem quæ fit per id quod est magis & minus in eadem specie, esse alterationem & non esse in ea quęrendũ aliud nomen. Quòd autem hoc ita se habeat, ex eo ostendit q ostensum sit omnem motum fieri ex contrario in contrarium, aut absolutè, aut aliqua ratione. Est autẽ is qui fit aliqua ratione, qui fit ex eo quod intercedit per extensionem in eadem specie. Ostensum est autem mutationem quæ fit ab eo quod intercedit, & ad id quod intercedit, esse à contrario in contrarium. Si ergo album quod fit minus album, mutatur in id quod intercedit, tanq̃ in suum contrarium: videlicet mutatur tãquam in nigrum. quod est enim minus album, efficitur tale nigri admixtione. Quamobrem motus quoque qui tendit ad id quod est minus, dicetur mutari in contrarium. ad id autem quod est magis, quando fit magis album. quemadmodum, ex eo quod est sibi contrarium cùm fit album, nempe eo quod est minus album mutatur, quatenus erat nigrũ id quod intercedit. Si ergo ad id quod est magis & minus, moueri, est moueri tanquã ad id quod intercedit & ex eo quod

F intercedit: id autẽ quod intercedit est aliqua ratione contrarium: etiam motus qui est ad id quod est magis & id quod est minus, vt qui fit ad contrarium, & ex contrario aliqua ratione, vocatur similiter alteratio. sicut etiã qui fit in id quod est absolutè contrarium, nempe ipsum nigrum, & qui ex nigro. Nam quod attinet ad hoc vt dicatur alteratio, nihil refert mutetur ne aliqua ratione an absolutè: hoc est in ea quæ intercedunt, & ex ijs: an in extrema & ex illis. Cùm autem dixisset nihil referre mutaretur ne aliqua ratione, an absolutè, cautè adiecit, NISI q in ea mutatione quæ fit aliqua ratione oportebit inesse cõtraria} Id enim quod intercedit ex quo & ad quod fit ea mutatio quæ fit aliqua ratione, non est absolutè contrarium si referatur ad vtrunque extremum: sed aliqua ratione contrarium, & aliqua non contrarium. quare non est absolutè contrarium. Et propterea q hoc quod intercedit est aliqua quidem ratione contrarium, aliqua verò

G non, & aliquando quidem plus, aliquando verò minus habeat contrarij, id quod est magis & minus accidit eis quę ex hoc et in hoc fiunt mutationibus. Si ergo propter id quod intercedit est natura eius quod est magis & minus: meritò motus quidem qui est ad id quod intercedit, minus facit id quod mouetur in eadem specie: qui autem ab eo quod intercedit, magis. Atque Alexander quidem & Themistius existimant id, quod est magis & minus sumpta esse ab Aristotele in sola mutatione quæ fit per qualitatem, fortasse quoniam Magis & minus sunt propria qualitatis. Porphyrius autem, quoniam, inquit, in omni motu est id quod est magis & id quod minus: in eo enim qui est per locũ est intensio & remissio: & in eo qui est per augmẽtum & diminutionem: & in eo qui est per alterationem: quærit cuiusnam generis sit ponendus motus qui fit per id quod est magis & minus, & dicit q quæ in eãdem speciem fit mutatio in id quod est magis & minus, est alteratio. esse enim per qualitatem, in quacunque

H fiat specie motus. Cùm autem hęc dixisset, in motu qui fit per locũ ipse quoque exponit ea quæ dicta sunt ab Aristotele. Est autem verisimile Porphyrium in hanc venisse sentẽtiam, propterea q minimè indicarit definitionem, q eius solius motus qui est per qualitatem quærat id quod est magis & id quod minus. Sin autẽ & id quod est magis, & id quod minus, videntur esse propria qualitatis: sciendum est differentias quæ quãuis speciem constituunt, esse quasdam qualitates. & quantitatis esse differentias, differẽtias perfecti & imperfecti, & eius quod intercedit: & eius quod est vbi, differentias eius quod est supra & infra. Per differentias ergo id quod est magis & id quod est minus suscipientia, ipsa quoque dicuntur alterari. Contraria autem, & quæ intercedunt, & in quantitate per perfectum & imperfectum, & in eo quod est vbi, per id quod est supra & infra considerant, quæ ipsa quoque fortasse eis insunt per qualitatem quæ tribuit characterem.

cterem. Cùm hæc autem dixisset Aristoteles, concludit deinceps orationem, dicēs manifestum esse ex ijs quę dicta sunt esse tres hos solos motus, eum qui est in qualitate, eum qui est in quantitate, & eum qui in loco.

XX Immobile autem est & quod non potest moueri, sicut sonus est inaspectabilis: & quod multo tempore vix potest moueri: vel quod tardè incipit, quod dicit̃ difficile motu. & id cui à natura quidem est ingenitum vt moueatur & potest moueri, non mouetur autem tunc quando id ei est ingenitum à natura, & vbi, & quomodo. quod quidem ex immobilibus solum, voco quiescere. est enim quies motui contrariũ. quare fuerit priuatio eius quod potest suscipere.

XXII Postquam distinxit motũ à generatione & interitu, & ipsum per se definijt, nempe q̃ sit mutatio à contrario in contrarium, remanente subiecto & mutato: & ostendit in quibusnã ex generibus eius quod est, fit motus, in quibus non: consequens erat vt diceret etiam de quiete quæ opponitur motui, cùm sit eius priuatio: ipse autem ascendens ad id quod est generalius & magis vniuersum, dicit de imobilitate, sub qua quies quoq; collocatur. Immobile autem diuidit quadrifariam, propriè quidem dicēs immobile, cui à natura non est omnino insitum vt moueatur. & exemplum eius cui propriè non est à natura insitum addidit, nempe sonum esse inaspectabilem. non est enim omnino à natura insitum sono vt videatur. Sic autem sunt immobiles etiam poli qui sunt in cœlo, vt quibus non sit à natura insitum vt moueantur. Sed quãuis ij per se non moueantur, mouentur tamen per accidens, q̃ sint in eo quod mouetur. Sunt autem vel in primis propriè immobiles substantiæ quæ sunt à corporibus vndequaq; separabiles. iis enim ne per accidens quidem innatum est vt moueantur. Dicitur autem paulò magis abusiuè immobile, id quod mouetur quidem, sed tardè, vt in multo tempore parum spatij peragat: adeò vt sensui vel nihil omnino mouere videatur, vel minimùm. quemadmodum stellæ inerrantes videntur immobiles motu ad orientem, propterea q̃ in centum annis moueantur vno gradu. Dicitur autem immobile id etiam quod incipit tardè moueri, vel vix. quod quidem est aliud ab eo quod est tardum in motu. quemadmodum græcè dicimus ἀοργήτους, id est, si latinè dici posset, inirascibiles, qui tardè & vix incipiunt irasci. Quartum autem dicit significatum immobilis, id cui natura quidē est ingenitum vt moueatur, & potest moueri, non mouetur autem tunc quando est ei natura ingenitum vt moueatur, & potest. Hanc autem immobilitatem solam vocat quietem, eius accurata vsus descriptione. Est enim quies immobilitas eius, cui ingeneratum est moueri: sed non absolutè, verùm quando est ei à natura ingeneratum. est enim catulo innatum vt videat, sed non cùm primum natus est. & ideo nec tũc in actu videndi dici posset quiescere. neq; est enim cæcus vt qui sit visu priuatus. priuatio enim est etiã quies motus. Sed et si quid non mouetur, vbi nō est ei à natura insitum vt moueatur, vt in aere pedestria animalia, non dici possint quiescere: quoniam non est eis innatũ vt illic moueantur. Sed etsi nō mouentur vt eis à natura insitum est vt moueantur, tunc dicuntur quiescere. Aues enim quiescunt in volatu: pedestria autem in ingressu & reptatu: aquatilia verò in natatu. Nequaquam autem dicant̃ pedestria cessare in volatu. neq; alia alio modo. quoniã nec eis omnino innatum est vt sic mouerētur. Quærere autem oportet, ea quæ non mouentur, quando non est eis à natura innatum vt moueantur, quemadmodum recens natus catulus qui non videt, tunc sub quam imobilis speciem redigentur. Neq; enim sub ea quæ motum omnino non possunt suscipere, neq; sub ea quæ otiosè mouentur,

Immobile q̃t modis dicatur.

ἀοργήτους, qui vix pōt irasci.

Quies cuius modi sit imobilitas.

A neq; sub ea quibus tunc innatum est vt moueantur, nec mouentur: sed vel sunt sub ijs quæ tardè incipiũt, vel sub aliqua alia specie immobilis, cui aliquando solùm q̃dem innatum est vt non moueatur: aliquando verò vt moueatur & non moueatur. In his autem in quibus non est innatum vt mouēatur, non conuenit, inquit Alexāder, id quod est immobile, sed id quod non mouetur. Illud autem, QVIES enim est motui contrarium} dictum est cōmunius. quoniam aliquãdo etiam priuationem, dicit contrarium, & affirmatione significari, vt nudũ. Quamobrem subiunxit etiam, QVARE priuatio fuerit eius quod potest suscipere} sæpe enim cōmutat & alterum pro altero ponit cōtraria & priuationem. Ergo etiam in ijs quæ sunt in confesso contrarijs, id quod est eorum deterius dicit priuationem melioris. quēadmodum nigrũ albi & frigidũ calidi. & rursus opposita quæ sunt per priuationem appellat contraria. quando species oppositionis non accuratè exacteq; considerat. quēadmodum nũc

Contraria et priuationem ponit sæpe Aristoteles alterũ pro altero.

B dicit quietem motui contrariam, nisi fortè dixit contrarium, pro eo quod est oppositum. Sed quare quies quidem est priuatio motus, motus aũt non est priuatio quietis? An q̃ principaliter natura motus est causa eius quæ est operationis: priuationes autem sunt absentiæ habituum & operationum. et quies non est actu status: operatio enim & status & forma in eodem sunt ordine cum motu: quies autem non est operatio, sed solùm absentia motus. Non est enim quies priuatio talis qualis est cæcitas. Illæ enim non sunt solùm absentiæ operationum, sed & habituum, & substantiarum eæ quæ sunt præter naturam affectiones. quamobrem nec reuertuntur, vt quies quæ est priuatio eius quod potest motum suscipere.

Motus cur non sit priuatio quietis.

Quid sit ergo motus, & quid quies, & quot sint mutationes, & quinam motus, clarum est ex ijs quæ dicta sunt.

XXIII Concludit deinceps totam propositam quæstionem, C quæ discreuit motum ab alijs mutationibus, & definijt prædicamenta in quibus est motus, & ostendit quomodo se habeat quies ad motũ. Dixit ergo quid sit motus, eum dicens mutationem ex contrario in cōtrarium, subiecto manente & mutato: & quid sit quies, nempe priuatio eius quod est aptum natura vt moueatur, quando est ei innatum, & vbi est innatum, & vt est inatum: & quot sunt mutationes, q̃ scilicet omnes processus qui sunt ab eo quod est potestate in id quod actu est, manente adhuc eo quod est potestate: & q̃ horum quidē sunt motus qui fiunt vt dictum est à contrario in contrarium: alij autem qui sunt per contradictionem, generationes & interitus. Quòd enim sit motus in tribus prædicamentis, qualitate, quãtitate, & vbi, iam primum conclusit quãdo dixit, Quòd ergo hi tres sint soli motus, ex his patet.

PARS SECVNDA.

CAPVT IIII.

D POst hæc autem dicamus quid sit hoc verbum simul, & seorsum, & quid tangere, et quid id quod intercedit, & quid id quod cohæret, & quid cōtinens & in quibusnam vnicuiq; eorum est natura ingenitum vt insit. XXI

Cùm quinq; primorum librorum auscultationis naturalis hic sit scopus, docere de pricipijs naturalibus, & de ijs quæ res omnes naturales cōmuniter consequunt̃: hic quintus liber imposuit finem ei quod dicitur de mutatione. In tertio enim tradidit id quod est cōmune cuiusuis mutationis, eam motum nominans. Cùm autem hic rursus suscepisset de ea re orationem, diuiso genere mutationis in proprias species, vnum eorum ostendit esse motum, & tradidit in quonã differat ab alijs mutationibus: & in quibusnam generibus sortitus sit eius quod est substantiam. Deinceps autem docet de quibusdam quę ipsa XXIIII

quoq;

quoq; res naturales communiter consequuntur, quæ habent in loco substantiam. Ac mihi quidem videntur ea quæ in his dicta sunt de mutationibus, ea complere quæ in tertio libro de motu dicta sunt: ea autem quę deinceps dicenda sunt, ea sequi quæ de loco tractata sunt. quæ conclusit in principio quarti libri. Habent autem hęc quendam vsum, partim quidem ad ea quæ sunt dicenda in tribus libris de motu: partim autem ad ostendendum nō fieri aliquid continuum ex ijs quæ diuidi nequeūt. Et ideo sextum librum incipiens, his veluti probatis verba facit, dicens, Quoniam autem est continuum, & id quod tangit, & id quod est deinceps. Quòd autem nunc eorū meminerit vt quæ sint naturalia, statim planum est ex ipso simul. In prædicamentis enim vbi agebatur de vocibus significantibus, cùm, simul, vt quod multis modis dicatur, diuisisset in sua significata, alia quidē dixit esse simul, tempore: alia verò ꝙ se inuicem perimāt, & neutrum sit causa vt sit alterum: alia verò, ꝙ ex eodē genere alterum alteri opponatur & à seinuicem distinguantur. Hic autem nullius quidem horum meminit. quænam autem dicantur in loco esse, nunc dicit. corporibus enim naturalibus illud, Simul, maximè inest in loco. Censet aūt quærendum etiam, in quibusnam vnicuiq; eorum innatū sit vt insit. quod quidem ostendetur per hoc ꝙ dicetur quid sit vnumquodq;. Porrò autē ipse quoq; ostendet ipsum quidem simul, & seorsum, & id quod cohæret, & continuum, & id quod intercedit, in ijs considerari quæ habēt posituram: id autem quod deinceps consequitur in ijs ēt quæ non habent posituram, vt in numeris.

Simul. quot modis dicatur.

XXII

Simul ergo dicūtur ea esse in loco, quæ sunt in vno loco primo: seorsum aūt, quæ in alio.

XXV

Simul esse in loco qd sit. Vnus locus quis dicat.

Ea dicit simul esse in loco quę sunt in vno loco primo. Quisnā sit ergo vnus locus, & quis sit primus, est discernendum. Est ergo vnus, vt dicit Alexander, qui non est diuisus sed continuus, eo ꝙ ipsa quoq; quæ in loco simul esse dicuntur, sunt inter se continua, vt partes continui. Non enim ꝙ in loco qui est vnus & idē numero, sint duo vel plura corpora, simul esse dicimus, vt per se inuicē procedant: in præcedenti enim libro ostensum est hoc fieri non posse: sed ꝙ quæ non sunt diuisa, neq; à propria continentur superficie, ea nec habēt locum proprium. est.n. vnum, & continuum, & eius quod cōtinet finis, qui continet ea quę sunt sic inter se vnita. Sic quidem existimat Alexander vnum locum eū qui est continuus: & ea quæ sunt simul in loco, putat esse continua. Atqui quæ simul sunt, magis à seinuicem disiuncta sunt, quàm quæ tangunt. & quæ tangunt, magis quàm quæ sunt continua, vt discemus. Quomodo ergo quæ sunt simul, sunt continua? Sed dicendus est vnus locus eorum quæ simul dicunt esse in loco, is qui ea continet quæ sunt proximè diuisa: ciuitas, si in ciuitate: & ambitus, si in ambitu. Illud autem PRIMO, adijcitur, significans locum proximè proprium eorum quæ simul dicuntur esse in loco. ea enim sunt quæ sunt propriè simul in loco. nam cōmunius simul dicūtur esse in loco ea etiam quæ sunt in eadē domo: & quę sunt in eodem theatro: & quæ sunt in eadē ciuitate: & ea quæ sunt in mūdo. sed nec est vnus propriè qui sic est locus eorum quæ simul dicuntur, nec proximus & proprius; vt qui multa etiā alia in se habeat: sed est primò & propriè locus, qui id proximè continet, quod dicitur in se esse tanquam in loco. ita enim ipse docuit in libro præcedenti. Quinetiam in ijs quæ crasse dicuntur esse simul in loco, vt in domo & ciuitate, ꝓpterea ꝙ vt vnus & propiquus locus sumatur domus vel ciuitas: etsi non propriè, propterea ipsa quoq; simul dicūtur cōmunius. Nam ipsum, simul, cùm cogendi ac congregandi habeat notionem, ea etiam quæ sunt separata congregat, vel accuratè ac perfectè, vel crassius: Accuratè quidem ac perfectè, quādo ipsum quoq;, Simul, accuratè & pfectè dicitur, vnū & planè proximum locum significans: Crassius autem, quando in diuersis quidem, sed quæ ab vno aliquo loco continentur, in quo dicuntur esse simul, vt in domo & ciuitate. magis autem propriè simul dicuntur, quæ sunt in eodem minore. quæ sunt enim in eadem domo, dicunt magis propriè esse simul ijs quæ sunt in eadē ciuitate. & domo, ea quæ sunt in eodem cubiculo. & eodem cubiculo, ea quæ sunt in parte. Et vt semel dicam, ea quę sunt in eodem primo indiuiduo, quod non continet etiam alia corpora solida, etiamsi intercedat aliquid aeris: etiamsi non sint continua, nec tangant, ea sunt simul ꝓpriè. In ijs autem quæ sunt cōmixta & cōfusa. Eudemus dicit hoc maximè inesse. sed nec in ijs perquampropriè. nec enim fieri potest vt sint duo simul corpora in vno loco eoq; indiuiduo. Sed in disputando quidem, inquit, id quod est accuratum & planè perfectum quærendum est: In vsu autem & id quod satis est, & quod ad id proximè accedit, totūm simul dicendum est. Dicuntur autem etiam simul in tempore, quæ sunt in eodem tempore indiuiduo, quod videlicet est & vnum & propinquū. Quod est autem seorsum, manifestum est ex eo quod est simul. quæ sunt enim in tpibus & locis quę sunt à seinuicē disiuncta, ea sunt à seinuicem separata & tempore & loco.

E

In disputando quæritur id qđ est pfectum.

In vsu id qđ satis est.

Simul esse tpe quænam dicantur.

F

Tāgere autem quorum simul sunt extrema.

Extrema quænam dicant.

In his pulchrè quærit Alexāder, quoniam extrema dicuntur duobus modis, hæc quidem vt partes eorum quorum sunt extrema, illa verò vt fines: quænā ergo eorum quæ tangūt dicit esse simul? Quæ autem deinceps consequuntur nescio quomodo subiūgit. Si enim, inquit, ea quæ sunt vt partes, ea non sunt simul: essent enim simul quæ sunt in vno primo loco, quæ quidem sunt continuę: partes autem corporum quæ sunt diuisæ & tanguntur, non sunt in vno primo loco: neq; enim sunt inter se continuę, neq; in oībus proprijs partibus inter se conueniunt, sed ipsæ quoq; seinuicem tāgunt: An extrema quidem, inquit, dicit superficies & fines corporū, per quos se tangunt inuicem: Simul autem dicit, eadem & in eodem loco per accidens, quemadmodum enim superficies alterius ex corporibus, quæ tangunt est in loco per accidens, quòd corpus cuius est finis sit in loco: ita etiam amborum corporum superficies, per quas se inuicem tangūt, sunt in loco per accidens. quoniam in quo tunc erat altera, in eo fit vtraque. inter se enim conueniunt in contactu corporum. Potest autem, nunc, inquit, dicere ea quę simul sunt, pro eo quod est conuenire. quæ enim inter se conueniunt, ea etiam simul sunt. Ea ergo se inuicem tangunt, quorum fines inter se conueniūt. & sic simul sunt. quod enim prius dictū est, simul, non absolutè, sed vt adiecit, per locum. Et fuerit, inquit, hoc aliud significatum eius quod est simul. In his meritò dubitat Alexander, suam eius quod est, simul, seruans expositionē, per quam dicebat ea quæ sunt simul esse cōtinua: quomodo eorum quæ tangunt simul erūt fines. & necesse habet aliud eius quod est simul significatum introducere, nempe ꝙ conueniat. Est autem non aliud, sed aliorum. Illud enim, simul, est corporum quæ sunt in vno loco, qui ea proximè continet. etiamsi, vt puto, fuerint alia quæ ab eodem loco contineantur. nam ipsa quoq; simul erant cum ijs quę prius dicta sunt. In ijs autem quæ tanguntur, non ipsa sola corpora cōtineri dicit ab vno loco, etiamsi sint diuisa, sed eorum etiam cōiunctas esse superficies, & esse in vno loco, vt superficiei à natura insitum est vt sit in loco. est enim tangere progressio eius quod est simul ad continuitatem & vnionem. quæ enim ab vno loco proximo sunt comprehensa, quando sibi inuicem appropinquauerint, vt coniungant superficies, & eas in vno loco faciāt inter se conuenientes, propterea ꝙ carent profunditate: tunc dicuntur se inuicem tangere. quemadmodū quando duę superficies vna factæ fuerint, tunc continuātur. Clarum est autem hoc ita se habere, etiam ex eo quòd quæ tāguntur quidem omnino simul sint: quæ autē simul sunt, non omnino etiam tanguntur.

G

Tāgere quænam dicant.

Simul esse quo intelligat in eo qđ est tangere.

H

Quod

Quod intercedit autem, est in quod primùm
vt veniat ei quod mutatur est à natura insitum,
vel in quod vltimum mutatur secundum na-
turam continenter mutatum. est enim id quod
intercedit in tribus cum minimum. Est enim
XXIII contrarium vltimum mutationis. Continen-
ter autẽ mouetur quod nihil vel minimum in-
termittit rei, vel tẽporis. (nihil enim vetat quo-
minus qui intermittit vel statim post hypaten,
pulset netem) sed rei in qua mouetur. Hoc au-
tem & in mutationibus quæ fiunt per locum,
XXIIII & in alijs clarum est. Contrarium autem est
per locum, id quod rectà abest plurimum. Quę
enim est minima, est finita. Mensura autem est
quæ est finita.

XXVII

Intermediũ quid dicat.

Dicit de eo quod in motu itercedit, ꝙ scilicet id est intermediũ eius ex quo mutatur id quod mutatur, & eius in quod mutatur vltimum. Quocirca id etiam ex hoc significauit, ꝙ primùm ad ipsum veniat id quod mutatur, ꝗ̃ ad illud in quod mutatur vltimum, secundũ naturam continuò mutatum. Et quòd id quidẽ quod intercedit vtrinq; habeat & id ex quo & id ad quod, vel ex nomine clarum est, nempe μεταξὺ. id enim est μεταξὺ, quod est μετάξον, hoc est deducturum per se id quod mouetur ab altero in alterum. quocirca est etiam in tribus cũ minimum. fieri enim non potest vt vtrinq; non sit aliquid quod intercedit. Dixit autem esse in tribus cum minimũ, quoniam possunt etiam esse plura quæ sumũtur inter aliqua.

μεταξὺ, id est id qđ intercedit vnde deriuet.

Extrema quænam dicant. Motus fit à contrario in contrariũ secundum naturam.

Extrema autem sunt, ea ex quo, & ea ad quod, quæ quidem sunt contraria quę habent intermedia. ex contrario enim & in contrarium fit motus qui est ſm naturam. Si enim extremum mutationis in quod desinit mutatio, est contrarium: contrarium autem est contrario cõtrarium: etiam primum ex quo est mutatio, est contrarium: quod intercedit autem inter contraria, in loco quidem naturaliter, is qui est medius inter id quod est supra & id quod infra: in qualitate autem, id quod est intermediũ in vnaquaq; repugnantia ex ijs quæ habẽt intermedia: in quantitate autem, perfectæ magnitudinis & imperfectæ mediũ. ex quibus & in quæ mutatur id quod augetur & minuitur, adhuc conseruatum. sunt enim definitæ vniuscuiusq; magnitudines quæ sunt ſm naturam. Quæ autẽ aliter dicũtur aliquorum media, ea non propriè intercedũt; sed dicuntur ex ea quæ est cum eis similitudine. Illud autem, SECVNDVM naturam continuò mutatum} significat oportere id quod intercedit, quatenus est motus, esse eiusdem speciei cum ijs inter quæ intercedit. tunc.n. continuò mouentur nihil vel parum intermittentia eius ad quod mouentur, vel quatenus mouentur: ea autẽ ex contrario in contrarium. quoniam potest aliquid motum ad id quod est supra ſm naturã, vi rursus moueri deorsum. sed nõ ideo id quod est supra intercedet inter id quod est infra, á quo & ad quod mouetur id quod mouetur. neq; enim ambo sunt secundum naturam, nec continuò. Clarum est autem ex contrarijs alia quidem habere intermedia, alia verò non habere. & in contrarijs quæ habent intermedia esse id quod intercedit. Cùm autẽ dixisset hoc esse id quod intercedit, in quod id quod continuè mouetur ſm naturam, à natura habet insitum vt prius moueatur, quàm ad id quod vltimum: & quid sit extremũ, nempe contrariũ: deinceps dicit cuiusmodi sit hoc continuũ.

Contrariorũ alia habẽt intermedia, alia vero nõ.

Quęnam cõtinuitas requiratur ad id quod intercedat.

Quia enim mutatio habet duplex continuum, hoc quidem à tempore, illud verò à subiecto, in quo fit mutatio, vtpote alterationis, vel augmẽti, vel lationis: & est vtrũque cõtinuum eiusmodi, vt nihil vel minimum intermittat, hoc quidem à tempore in tempore, illud verò à subiecto in subiecto: dicit id quod mutatur nõ opus habere eo

A quod est continuum in tempore, ad hoc vt veniat ad id quod intercedit, priusquam veniat ad finẽ. Dixit enim, REI vel temporis, pro eo quod est Rei aut tẽporis. nam si intermittatur tempus ingressus, adeò vt id quod ingreditur cùm quieuerit rursus ingrediatur, nihil obstat quominus veniat ad id quod intercedit inter ingressum, & subiectam longitudinem. quinetiam si nõ intermittatur tempus, sed sit continuum, contingit id mutari protinus à contrario in contrarium. vt siquis pulsata hypate protinus transiliat ad neten. Hæc ergo temporis continuitas non confert ad id quod intercedit, sed subiecti continuitas. siquidem est in loco mutatio & ipsius loci, & per locum mutationis. Cùm enim sit in his continua mutatio, fieri non potest vt id quod mouetur non veniat ad id primum quod intercedit, & tunc ad vltimum. & si nõ est sic continuum, sed habet magna quædam interualla, nõ omnino venit ad id quod intercedit ante finẽ. Cum prisca autem grauitate ac maiestate illud effatus est, NIHIL.n.
B vetat quominus qui intermittit vel statim post hypaten pulset netem} Cùm autem dixisset per hoc continenter moueri, quòd nihil vel minimum intermittit rei vel temporis, significauit non esse opus tempore: & ex eo quòd si intermittatur tẽpus, nihil vetet esse motũ per id quod intercedit: & si non intermittatur, nihil vetat quominus fiat transitus à contrario in contrarium, non per id quod intercedit. Cùm autem per vtrũq; ostendisset, non esse opus continuitate temporis, ad motũ qui fit per id quod intercedit, subiunxit, SED rei in qua mouetur} adeò vt ea vel nihil vel minimũ intermittatur. Minima autẽ rei intermissio conferenda est tãquam proportio totius motus. si enim ad ipsam intermissionem fuerit exiguũ, manet vnus etiam rei scopus. vt siquis cùm Athenis proficiscatur in piræum, si aliquãtulum substiterit dum componit calceum, non abrupit continuitatem. Sed si nec vnus fuerit eius scopus vt iret in Piræum, quinetiam à via digressus aliquid gesserit eorum quæ ad suum vsum perti-
C nent, non est amplius is motus continuus. Et ea quidem quę cùm est vnum institutum interim eueniunt, quando longo tempore fiunt, motus continuitatem distrahunt: quemadmodum pulsare citharam, quando rupta chorda aliam alligare coacti fuerimus: Si vnum autem non maneat institutum, etiamsi quid quod breuis sit tẽporis inciderit, soluit continuitatem. vt siquis simul statuat & descendere in Piræum, & colloqui cum aliquo eorum qui sunt in via. Postquã autem dixit quoniam cõtinuo opus sit ad id quod intercedit, nempe ꝙ eo quod intercedit: dicit etiam de cõtrario in quod vltimum mutatur id quod mutatur per id quod intercedit, quid sit, & in quibusnam consideretur. & dicit contrarium in loco esse quod in rectà distat plurimum. contraria enim distent plurimũ necesse est. quod autem in recta est propositum definitũ & mensum, facit illud plurimum. est enim recta definita. id autem quod est definitum, omnia dimetitur. Quoniam enim recta est minima earum linearum quæ habent eos-
D dem fines: quæ est autem minima est definita. (hoc.n. significat illud, finita) quæ est autem definita est dimensa: id etiã quod in recta est plurimum, mensum fuerit ac definitum, adeò vt etiam propriè dicatur plurimum. Circũferentiæ enim linea quæ eisdem continetur finibus quibus recta, est indefinita, & aliâs alius mensuræ, hæc quidem magis incurua, illa verò minus. Quare si rotunda seu circunferentiæ linea iudicetur finium distantia, fieri potest vt fines maioris circunferentiæ quæ est magis curua, sint propius, ꝗ̃ fines minoris. & erunt propius quæ linea sunt maiori disiuncta. Et in summa quæ ad eosdem quidem fines porrigitur recta, vna est, & ideo definita: circunferentiæ autem multæ sunt & indefinitæ. Videntur aũt contraria primùm apparuisse in loco, & ab eo esse etiam traducta ad alia. quamobrem contrariorum descriptio ea esse tradit quæ distant plurimùm. Quæ sunt ergo plurimum à seinuicem seiũcta, cuiusmodi sunt ea quæ sunt in

Cõtraria ea sunt quæ distant plurimum.

Circunferentiæ linea est indefinita.

Contraria in loco primũ apparuere.

loco,

loco, sunt contraria, si futurum est vt sic plurimùm distet & determinatè. Quod plurimum enim est, est definitū: & quod minimum, oportet id habere in recta distantiam.

XXV Deinceps autem consequi id dicitur, cuius post principium vt quod solum sit vel natura, vel ex † impositione, vel sit sic aliquo alio definitum: nihil intercedit eorum quæ sunt in eodem genere, & quod deinceps cōsequatur. dico autem quemadmodum linea lineā, vel lineæ: vel vnitatē vnitas vel vnitates, vel domū domus. aliud autem nihil prohibet intercedere. Quod est enim deinceps, aliquid deinceps consequitur, & id aliquid postea. neq; enim vnum est inter duo deinceps, neq; nouam lunā dies secunda deinceps consequtur: sed hęc illā cōsequuntur.

† θέσις & impositionē significat & posituram.

Neomenia, id est nouam lunā vocant græci primū diē mensis.

XXVIII Deinceps cō sequi q̄d dicatur.

Id quod est deinceps, aliquid deinceps consequitur, quod habet ad ipsum rationem principij. Id enim quod post principium est eiusdem generis cum principio, vel potius eiusdem speciei, consequitur deinceps principiū, quando nihil quod sit eiusdem generis vel speciei est inter ipsum & principium. quemadmodum domus deinceps post domū, secunda post primam, quando inter eas non fuerit alia domus. Porrò autem principium quoq; eius quod deinceps sequit̄, & id ipsum quod est deinceps, dicitur multis modis. Aut enim positura, aut ordine, aut specie, aut affectione, aut tempore, aut generatione, aut numero, aut aliquo alio eiusmodi. Positura quidē quæcunq; sunt alicubi: quemadmodū si plures lineas descripserimus, aut plures domus vel vrbes ceperimus: Ordine, sicut procemiū narrationis, & ipsa narratio vehementis dicendi contentionis: Specie autem, vt si colores deinceps ac per seriem singillatim cepimus, incipientes ab albo vsq; ad nigrum, siue ij septē fuerint, siue plures. eos autem enumerat Aristoteles in libro de sensilibus. Affectione autem, si eam quæ fit à frigido certa via mutationem, in lacteum, & tepidum, & calidum & feruens cogitatione diuiserimus: Tempore autem, quando nouam lunam, & secundum & tertium diem, & eos qui deinceps sequuntur nominamus: Generatione autem, quando in animalibus dicimus quidem primum cor constitui: deinde forte pulmonem: deinde splenē: deinde renes: In plantis autem radicem, deinde stipitem, deinde truncum, & quæ deinceps consequuntur: Numero autē, quando vnitatem, binarium, ternariū, deinceps dicimus per seriem. Principiorum autem alia quidē sunt natura, vt quę sunt in numero. Natura enim est vnū prius duobus. & ea tribus. & quæ sunt in generatione animantium & plantarum: præterea autem ea ēt quæ sunt in speciebus, quemadmodum in coloribus: quæ sunt autem principia in affectionibus, sicut in albo & frigido dictum est, vt nos definierimus, ita habebunt secūdum, & id quod deinceps sequitur: siue à frigido, siue à feruenti ceperimus. & in coloribus, siue ab albo, siue à nigro. In tempore autem & ijs quæ fluunt & fiunt, prius est id quod est natura prius: quæ nos autem facimus principia, anni quidē in solstitio æstiuo, vt Athenienses, aut autūnali, vt qui habitant in ea quæ nunc vocatur Asia, vel hyemali, vt Romani, aut verno, vt Arabes et Damasceni: mensis autē, vt quidam principiū dicunt plenilunium, vel nouam lunam: ea erūt ex impositione. In ijs autem quæ sunt in loco, cùm fuerit quidem ordo aliquis eorū quæ sunt posita, & per rectam fuerint definita vel ligna vel colūnę, erūt extrema vtrinque principia. & vt nos posuerimus, sic erit illud finium principiū, & id quod deinceps sumitur. In domibus autem quæ sunt in ciuitatibus, nō sunt amplius aliqua principia: est autē in nostra potestate ab vtrouis incipiamus. & est vniuersum ex impositione, siue sit rotundus, siue quadratus, siue qualiscunq; fuerit ambitus. Similiter au-

Principium in eo qd̄ deinceps sequitur, dicit̄ multis modis.

Principiorū quædā sunt natura, quædam ex impositione.

Anni principia apud diuersas gētes diuersa.

E tem in ipsis quoq; ciuitatibus, id quod deinceps sequitur est ex impositione. His autem definitis illud tenendum est, necesse esse vt quæ deinceps consequuntur sint eiusdem generis. Id autem quod est vnigenū est multiplex. Si enim cùm pueros masculos statuerimus, eos esse deinceps dicimus, dicimus id qd̄ est vnius generis vt in pueris: Si autem viros etiam admiscuerimus: vt masculum dicimus id quod est vnius generis. quòd si etiā fœminas, vt homines. Adiectis autem etiam animātibus rationis expertibus, dicimus ea esse vnius generis, vt animantia, & deiceps. est enim in singulis propinquius & remotius id quod est eiusdem generis. Si enim sunt omnia subsellia: quatenus sunt subsellia, erunt eiusdem generis: Si autem etiam differunt: quatenus sunt cathedræ: Quòd si ēt lecti: quatenus in ipsis quiescemus. Id enim quod est in eis cōmune nominari non potest. Si autem inter quædā quę sunt deinceps fuerint aliqua genere dissimilia, non in ijs quæ deinceps consequuntur putādum est hoc accidere. neq; enim in ijs quæ numero, neq; in ijs quæ tēpore, neq; in ijs quæ mutātur specie vel affectione. In ijs autem quę sunt in generatione, quemadmodum in corde & pulmone, intercedunt etiam quædam quæ gignūtur genere dissimilia. quemadmodum venæ. propterea q; tanquam in visceribus sumpta sint ea quæ sunt deiceps. Clarum est autem q; in ijs quidem quæ habent natura principiū, est etiam id quod est deinceps natura, & q; nō possit dici e conuerso: etenim duo vnum deinceps consequuntur: sed non vnum itidem duo: In ijs autem quæ sunt ex impositione, vt principium definierimus, ita etiam se habet id quod est deinceps, siue frigidum, principium, siue feruēs definierimus. Themistius autem adijcit propriè quidem esse deiceps ea quę sunt eiusdem generis, domū domui, & lineam lineæ. Dicuntur autem quędam etiam esse deinceps, quæ sæpe non sunt eiusdem speciei. Pompam .n. deinceps certamen consequitur, & nymphæum gymnasium. Sciendum est autem q; cum multa exēplaria habeant, Deinceps aūt consequi id dicitur, cuius post principiū, vt quod sit vel ex impositione vel specie} Alexander sic scribit, Cuius post pricipium, vt quod solum sit} adijciens illud Solum. Et exponit illud Solum significare nō omnino propriè accipi principium, sed quomodocunq; sumptum fuerit principium vel natura vel ex impositione, eius quod deinceps consequitur. Deinceps autem cōsequitur, inquit, linea lineam, vel lineæ: & vnitas vnitatem vel vnitates. quoniam fieri potest vt vna linea deinceps primam consequatur, & plures: & vna vnitas primam vnitatem & plures.

Deinceps aliquando dicunt̄ quædam quę nō sunt eiusdem speciei.

XXVI Cohęrēs aūt est, quod tangit cū sit deinceps.

XXIX Cohærens quid dicat̄.

Postquam dixit quid sit id quod tangit, & quid sit id quod est deinceps, subiungit quid sit cohærēs. nempe q; id quod deinceps sequitur, et simul tangit, id est quod cohæret. Neq; enim id quod est deinceps solum sufficit ad cohærendum. Numeri enim qui sunt deinceps ac per seriem, non dicuntur sibi inuicem cohærere, quia nō se tangunt. neq; tangere solum sufficit ad cohærendum. Tunica itaq; quæ tangit corpus, propterea q; non sit deinceps ac per seriem, non dicitur ei cohærere. Domus autē quæ domum deinceps consequitur, quando eę se inuicem attingunt, sunt cohęrētes & catenarum annuli. oportet .n. ea quæ cohærēt esse eiusdē generis, & nihil habere quod intercedat neq; eiusdem generis, neq; genere dissimile. quare nō solùm sunt deinceps, sed etiā se tangunt. quidquid enim cohæret, est deinceps. quod est autē deinceps non cohæret vniuersum, nisi etiam habeat posituram, & tangat. quare nec secundus dies nouæ Lunæ propriè cohærere dicitur, nec quod fit ex albo nigrum, albo cohærere: quoniam ea non habēt posituram, neq; ambo remanent: sed si sit dies secundus, non est amplius noua luna: & si fiat nigrum, perit album. quæ autem neq; habēt posituram, neq; ambo remanent, nō tetigerint. quæ autem

non

non tangunt, non cohæserint. si quis aũt posuerit corpus albũ, & fuscum quod ipsum tangit, & nigrũ quod illud, nihil obstat quominus ea inter se cohæreãt. Ex humidis autẽ ea quæ confunduntur, non cohærẽt inter se. Oleum autem & aqua dici possunt sibi inuicem cohærere.

Quoniam autem est omnis mutatio in oppositis: quæ autem sunt opposita & contraria, sunt etiam per contradictionem: contradictionis autem nihil est intermedium: clarum est in contrarijs id fore quod intercedit.

XXX *Id quod intercedit est contrarius.* Iam quidem dixit quid sit id quod intercedit, quod scilicet id ad quod primum cuilibet quod mutatur est natura insitum vt veniat, priusquam veniat ad finem, hoc adiecto quod cõtrarium est vltimum mutationis. Cùm ergo adiecisset ea quæ sunt illis consequentia, ostẽdit id quod intercedit esse in contrarijs. Hoc autẽ sic probat. Id quod intercedit est in mutatione. Omnis mutatio fit ab opposito in oppositum. Omnis mutatio quę fit ab opposito in oppositum, est vel à contradictione, vel à contrario. est enim priuatio quodammodo contrarium, vt ipse dixit: Et eorum quæ referuntur ad aliquid quædam sunt cõtraria. Si ergo mutatio quæ est per contradictionem, est per generationem & interitum: generationis autem & interitus non est quod intercedit: quoniam id quidem quod intercedit est inter aliqua quę consistunt: In generatione autem & interitu extrema non consistunt: sed in generatione quidem solum est id ad quod: in interitu autem solum est id ex quo: alia enim non sunt subiecta, sed negãt ea quæ significantur: necessario est id quod intercedit in contrarijs. Non dicit autem in omnibus contrarijs: sunt enim quædam contraria quæ nulla habent intermedia: sed in genere contrariorum.

Cõtinuum autem est quidem aliquid quod cohæret. Dico autem esse continuum, quando vnus & idem fuerit vtriusque finis ijs quæ se tangunt, & quemadmodum significat nomẽ, contineatur. Hoc autem non potest esse si sint duo
XXVII extrema. Hoc autem definito, clarũ est in his esse continuum, ex quibus natura est ingeneratum vt aliquid vnum fiat per cõtactum ac coniunctionem. & quemadmodum fit vnũ id quod continet, ita etiam vniuersum erit vnum, perinde ac si clauo, vel conglutinatione, vel cõtactu,
συμφυσις vel †coalescentia. Clarum est autem primum
XXVIII id esse id quod est deinceps. id enim quod tangit, vt sit deinceps necesse est, non aũt vt quidquid est deinceps tangat. Qua de causa in ijs ẽt quę sunt priora ratione est id quod deinceps sequitur: quemadmodum in numeris: non est autem contactus. Et si sit quidem continuum, tangat necesse est: Si autẽ tangit, sic est continuum: non est enim necesse extrema eorũ esse vnum, si simul sint: sed si vnum, simul quoque sint necesse est. Quamobrem coalescẽtia est postrema in generatione. necesse enim est vt se tangant extrema, si coaluerint. Quæ autem tangunt non omnia coaluerũt. In quibus autem non est con
XXIX tactus, videlicet nec est in his coalescẽtia. Quare si est punctus & vnitas, cuiusmodi dicunt separata, fieri non potest vt vnitas & punctus sit idem. His enim inest vt se tangãt: vnitatibus autem inest id quod est deinceps. & horum qui

A dem contingit esse aliquid quod intercedit: omnis enim linea est inter puncta: inter illas verò non est necesse; nihil enim intercedit inter binarium & vnitatem. Quid sit ergo, Simul, & seorsum, & quid tangere, & quid id quod intercedit, & id quod est deinceps, & quid sit cohęrens & continuum, & quibusnam insit eorũ vnumquodque, dictum est. XXX

XXXI *Continuum quid sit.* Quemadmodum ab eo quod deinceps cõsequitur, & ab eo quod est tangere, fit id quod cohæret: ita etiam ab eo quod cohæret fit continuum, quando eorum quæ cohęrent contactus fit vnio. Hoc autem fit, quando eorum quæ tangũt fines qui duo vtique erant, coagmẽtati & coaliti vnũ euaserint. tunc enim non manent amplius se contingentes. Oportet autem ea quoque quæ se sunt cõtactura inuicem esse continua. possunt enim in partes diuidi,
B quoniam quæ carent partibus non se tangent inuicem. Clarum est ergo in ijs esse cõtinuum, ex quibus est natura insitum vt vnum quid fiant per cõtactum. Natura autem insitum est vt vnum fiant, alijs quidem coalescẽtia, vt plantis quæ inseruntur: alijs verò contactu & cõmissura, vt nauis. Horum autem causa est, quod vnum quidem sit amplius quàm per tactum, minus aũt coalescentia, quemadmodum aquę & aeris: his enim dissolutis non sunt partes minus vnitæ, & eandem naturam conseruant cũ vniuerso. *Vnum fieri quot modis dicuntur aliqua.* Alia autem habent vt sint vnum, vinculo, vt fasciculus: Alia autem, cõtextura, vt vestis: Alia verò, implicatione partium, vt catena: Alia consarcinatione, vt calcei: Alia verò conglutinatione, vt charta: Alia autẽ contemperatione, vt mulsum: Alia autem tali cõpositione, vt cumulus: Alia autẽ coordinatione, vt exercitus: Alia autem colligatione, vt quæ non sunt simplices cõiunctiones. Currus autẽ & vehiculum fit vnum multis modis: currus enim, sicut etiam rotæ, fit vnum cõpactione. cau
C sa autem quæ ea vnum inter se efficit, fuerit quædã compositio: Equorum autem vt & inter se, & ad currũ se habeant, coniugatio. Porrò autem vniuersa constitutio est compositio. Sunt autem alij quoque plures modi constitutionis vnius. Atque Aristoteles quidem meminit quatuor, cùm dixit, PERINDE ac si clauo, vel conglutinatione, vel contactu, vel coalescentia fiat vnũ id quod continet. Dicitur autem continens vnum id quod trãscendit, & est supra cõtinuum, & causa continui. etenim continuum quidem, etiam vnum est: nõ autem quidquid est vnum, est continuum. nauis enim & domus & vestis est vnum aliquid, non autem continuum. Clarum est aũt, inquit, quod etiam prius est cogitatione id quod est deinceps eo quod tangit: Id autem quod tangit eo quod est continuum. necesse est enim vt id quod tangit deinceps consequatur. sed non vt quidquid est, deinceps tangat. Quare in ijs etiam quæ sunt priora ratione est id quod deinceps cõsequitur. priores enim & antiquiores sunt numeri ma
D gnitudinibus. In ijs autem est etiam id quod deinceps sequitur. duo enim vnum deinceps consequuntur. non est autem contactus vnitatum. sunt autem numeri & vnitates priores corporibus & magnitudinibus, non substãtia quidem, sed ratione. *Cōtinuum est vltimũ in generandō, quod cogitetur.* Quare in generatione vltimum cogitatione est cõtinuum. primæ enim sunt vnitates in quibus est id quod deinceps consequitur. Vbi autem positu ram ceperint, accedit tangere: cùm autem fuerit conciliatus & coalitus contactus, continuum. & nihil est postea amplius. *Vnitates primum cõsiderantur, deinde cõtactus, deinde continuum.* Atque Eudemus quidem cum id quod est coalitum magis considerasset vnitum quàm continuum, & id esse dixisset principium naturalium, Hoc, inquit, ratione primum est & principium. id enim consequitur cõtinuum, & cohærens, & id quod est deinceps. *Coalitũ est postremũ in generatiōe, vt vult Eudemus.* In generatione autem, inquit, est postremum id quod est coalitũ. Clarum est autem eum id primũ dixisse ratione, vt quod constet ex illis: Aristoteles autem dixit id quod est deinceps esse

prius

prius ratione, quã tangere, vt quod sit generalius & simplicius, & vnà perimat, & vnà inferat. Est ergo in generatione postremum continuum. Quare si sint continua, ea se tangant necesse est. Hoc autem dicit, non q̃ continuum, etiã quando est continuum, tangat. non erit enim vtiq; continuum ex illa parte ex qua est contactus: sed q̃ cùm factum sit continuum, necesse est contactum prius cõstitisse ex pluribus. Si autem aliqua se contingant, non est necesse animo agitare continuitatem. Quare in q̃bus non est contactus, neq; coalescentia est in his, neq; continuitas. Siquidem oportet contactum præcedere cõtinuitatem. neq; tamen in omnibus in quibus est contactus, iam etiam fieri potest vt sit coalescentia. lapis enim tãgit lignum, & vestis animal. sed hæc non coalescunt ad vnionem. Si ergo verum est non esse idem id quod deinceps sequitur, & tãgere, nec inesse eisdem: ex eo colligitur veluti corollarium, q̃ etiamsi fuerint punctus & vnitas separata à rebus: sicut nonnulli ponunt, qui dicũt subiecta mathematum non esse ex abstractione: non fuerit idem punctus & vnitas, vt visum est nonnullis, etiamsi ambo sint eiusmodi vt diuidi nequeant, & sit vtrunque principium quantitatis. siquidem inest punctis quæ habent posituram vt in puncto tangant: vnitatibus autem insit id quod deinceps consequitur. Si ergo nõ est in eisdem tangere & id quod deinceps sequitur: non fuerit idem punctus & vnitas. inest autem punctis vt tangãt non per se: in ea enim non cadit diuisio: quæ autem tangunt, vt possint diuidi necesse est. nisi quòd vel tangere dixit pro eo quod est applicari. signum enim cum signo positum signum facit. (Id autem ita audijt Alexander) vel potius q̃ per puncta lineis inest vt tangant. Non solum autem ex differentia eius quod est tangere, & eius quod est deinceps, signi & vnitatis ostenditur differentia, sed etiam ex eo quod intercedit. siquidem inter aliqua quidẽ puncta contingit aliquid intercedere: inter puncta enim quę inter se applicantur nihil est quod intercedat: inter ea autem quæ non applicantur contingit intercedere lineam, vel lineas. neq; enim necesse est vt inter ea intercedat linea, sed contingit, siquidem per se posita fuerint puncta, & non vt linearum fines quæ sunt in corpore. inter vnitates autem nihil intercedit. inter vnitatem enim & binarium nihil intercedat necesse est. Illud enim {INTER illas autem nõ necesse est esse} dictum est pro eo quod est, inter illas necesse est non esse. numeri enim, vt dicunt Pythagorei, inani à seinuicem separantur, vt qui inter seinuicem nihil habeant. Sciendum est autem q̃ cùm in libris duplex habeatur scriptura: alicubi quidem, {OMNIS enim linea est inter puncta,} alicubi verò, {INTER omnem enim lineam intercedit pũctus} priorem vt quæ sit clarior agnouerunt interpretes. omnis enim finita linea est inter duo puncta, quæ fines eius definiunt. contingit autem lineam quoq; non intercedere, quando pũcta per se mente fuerint cogitata, ab ijs qui ponunt ipsa separabilia. Altera autem, si nõ sit prauè scriptum, sequetur id q̃d ante dictum est. cùm enim dixisset de punctis, {ET inter hoc quidem intercedit aliquid} subiunxit, {INTER omnem enim lineam punctus intercedit} Si enim cõtingit inter omnem lineam esse punctũ qui eam diuidit: & rursus ex vtraq; parte puncti puncto licet vtranq; lineam diuidere: verum est q̃ inter puncta, & extremum vtrunlibet & medium, contingit aliquid intercedere, nempe lineam: ex ijs enim quæ sunt est aliquid, linea: & inter medium & reliquum extremum, aliam lineam. Aliquid autem amplius habet hæc scriptura, quæ dicit, {INTER omnem enim lineam punctus intercedit} nempe q̃ non in sola finita linea verum sit, contingere esse aliquid inter puncta, sed etiam in infinita. Contingit enim eam pũcto diuidere, & ostendere, vt dictum est, q̃ inter puncta contingit esse lineas. Cùm autem dixisset de vnoquoq; eorum quæ sunt proposita, concludit deinde orationem, ordine in memoriam reuocans dictum esse de omnibus, & quid sit vnumquodq;, & in quibusnam insit eorum quæ sunt. Dictum est enim alia quidem omnia inesse ijs omnibus quæ habent posituram: id autem quod deinceps sequitur, ijs etiam quæ non habent posituram. siquidẽ consideratur id quoq; in numeris.

Punctus & vnitas, & si separentur a rebus, nõ sunt idem.

Inter puncta quæ non applicantur potest linea vel lineę intercedere.

Inter vnitates nihil intercedit.

CAPVT V.

VNus autem motus dicitur multis modis; Vnum enim multis modis dicimus. Est igitur genere vnus per figuras prædicamenti: omnis enim latio est cum omni latione vna genere; alteratio autem est genere alia à latione: Vnus autem specie, quãdo cùm sit vnus genere, est ẽt in specie indiuidua. Quemadmodum, coloris quidẽ sunt differentiæ. Est ergo alia specie, denigratio & dealbatio. Omnis ergo dealbatio erit eadem specie cum omni dealbatione: & omnis denigratio cum denigratiõe, sed non vtiq; cum albore. Quamobrem specie vna est dealbatio cũ omni dealbatione. Sin aũt sunt quędam quæ sunt simul genera & species: clarũ est itaq; futurũ vt sit quodãmodo vnus specie. absolutè aũt vnus specie nequaq̃. quẽadmodum disciplina, si scientia est species quidem cõprehensionis, genus autem scientiarum. XXXI

Consequens erat post ea quæ iam de motu dicta sunt, in quibus distinxit motum à generatione & interitu, & prædicamenta tradidit in quibus est motus, ea subiungere quæ nunc sunt dicenda de motu. quis sit vnus motus. & q̃ cùm vnũ dicatur tribus modis, vel genere, vel specie, vel numero, sicut etiam definitum est in alijs, tribus modis dicetur vnus motus. Et quis sit quidem vnus genere, quis verò specie, quis autem numero, qui est proprię vnus, ostẽdetur. Quoniam autem qui vnus est, est continuus, & qui est cõtinuus est vnus, oportebat prius scire quid sit cõtinuum, vt possemus ipsum quoq; in motu cognoscere. Quoniam autem continuum quidem est aliquid quod cohæret: quod autem cohæret est aliquid quod consequitur deinceps, & quod tangit: ea autem simul esse oportet: vnà autem cum his consideratur id etiã quod intercedit: meritò illorum doctrina tradita est ante ea quæ nunc dicenda sunt. Hæc ipsa autem quæstio proposita, quæ ostendit quis sit vnus motus, est quidem per se maximè conueniens naturali cõtemplationi, vt ostendent ea quæ de ipso dicuntur: & conferet etiam ad finem totius op̃is naturalis qui maximè spectatur. ex eo enim ostendetur quis sit vnus & continuus in mundo motus. nẽpe q̃ is qui fertur circulariter. & quid sit propinquũ, quod eum mouet, nempe q̃ causa immobilis, à diuisione aliena, & æterna. Quod autem nunc habet vnum motum, ait dici tribus modis, sicut etiam id quod vnum est, vel genere, vel specie, vel numero. Genere itaq; vnus est motus qui est in eodem prædicamento. quemadmodum omnis latio ad omnem relata lationem est vna genere. in prædicamento enim vbi, quod est vnum genus, sunt omnes, & alteratio relata ad alterationem. est enim in qualitate. Similiter autem etiam augmentum ad augmẽtum, & diminutio ad diminutionẽ. sunt enim omnia in quantitate. Si sunt ergo alij genere motus, non tãquam genus aliquod cõmune prædicatur motus de multis motibus. quare nec fuit eius definitio tanq̃ vnius generis et vnius naturæ. Specie autem sunt plures motus, quando cũ sint in eodem genere & in eodem prædicamento, sunt etiam in eadem specie, quæ est sub eodem genere indiuidua, & non diuiditur in species. Quemadmodum, omnes dealbationes & genere vna sunt: sunt enim colores & qualitates, & vna specie: dealbatio autem & denigratio sunt XXXII

Vnus mot[9] dicitur genere, specie, & numero.

quidem

quidem eædem genere diuersæ autem specie. Cùm autem dixisset coloris quidem per motum esse differētias, dealbationem & denigrationem, & ideo dealbationem quidem & denigrationem esse diuersas specie, dealbationem autem esse eandem specie cum dealbatione, & denigrationem cum denigratione, subiunxit, SED non vtique cum albore. quamobrem specie vna est dealbatio cum omni dealbatione} Dixerit autem esse quidem coloris in specie differentias, quoniam non est color species indiuidua, vt qui ipse quoque diuidatur in species, nempe album & nigrum. Alboris autem non sunt in specie differentiæ, quoniam albor est species indiuidua, vt homo. Et ideo, inquit, specie quodāmodo est eadē dealbatio cum dealbatione. Illud autē, QVOMODO, adijcitur propter dubitationem, quæ est afferenda aduersus motum qui est vnus specie. Sciendum est autem in nōnullis libris non haberi hoc dictum, SED non vtique cum albore. quamobrem specie quodammodo vna est dealbatio cum dealbatione} & id videntur interpretes prætercurrere. Cùm autem dixisset esse vnum specie motum qui est vnus in indiuiduo: quoniam sunt quædam species, quæ nihil obstat quominus sint etiam genera aliarum specierum, propterea quòd nō sint species indiuiduæ, quemadmodum auis cùm sit species animalis, est etiam genus aliquarum specierum, nempe aquilæ & accipitris, dicit eos motus qui sunt ijdem in talibus speciebus, absolutè quidem nō esse eosdem specie: quoniam diuiduntur in diuersas species: quemadmodum color in album & nigrum: sunt autem quodammodo, quoniam sunt in eadem specie, etiāsi non sit species indiuidua. Specierum autē quæ sunt vna sub altera, exemplum adduxit scientiam, quæ est quidem species comprehensionis (idem est autem dicere, cognitionis) genus autem aliarum scientiarum, sicut Geometriæ, Arithmeticæ, Musicæ, Medicinæ, & cæterarum. Si ergo disciplina est apprehensio scientiæ, & motus ex scientia, quemadmodum scientia est quodammodo quidem vt vna species, quoniam diuisa est à genere cognitione: absolutè autem non vna, quoniam non est species indiuidua: ita etiam se habebit disciplina quæ est motus, & scientiæ apprehensio.

Species quædam quæ possunt & esse genera.

Scientia species comprehensionis.

XXXII Dubitauerit autem quispiam an idem sit motus, quando idem ex eodem mutatur in idem, quemadmodum vnus punctus ex hoc loco in hunc locum iterum & iterum. Si autem ita est, idem erit circularis motus cum eo qui rectà fertur: & deuolutio cum ingressu.
XXXIII An definitum est id in quo, si sit aliud specie, esse alium motum: quod circulariter autem fertur, est à recto aliud specie. Genere ergo & specie est vnus motus hoc modo.

XXXIII Postquam dixit motum esse vnum specie, qui perficitur in eadē specie, dubitat an oporteat dicere vnum motum specie, eum qui est eius quod mouetur, & ex eodem ad idem iterum atque iterum sumens quidem punctum, id quod mouetur: vnam autem speciem motus, eam quæ rectà fertur ab eodem in idem. & dicit quod siquis dicat eum motum esse vnū specie, erit circularis motus idem specie cum eo qui rectà fertur. potest enim idem ab eodem in idem, aliquando quidem rectà moueri, aliquando verò circulo. & erit circularis motus idem cum recto specie. Similiter autem & deuolutio cum ingressu. Soluit autem dubitationem, dicens esse definitum vnū specie motum. quando fuerit species indiuidua, per quā fit, vel vt ipse dixit, in qua fit: si hoc autem fit aliud & aliud, esse alium & alium motum. Quod est autem circulare, est à recto aliud specie. siue sumptum fuerit id in quo est motus, vt linea recta & circunferentia: siue modus per quē est motus, vt deuolutio & ingressus. & id magis significauerit illud, IN quo est motus} deuolutio enim & ingressus possunt ambo rectà fieri: & nihil differēt in subiecto. Porrò aūt videtur etiā Aristoteles modos motus aliò transferre, dicens se ponere circularē motum & motum qui rectà fertur, & id quod circūfertur, & rectum, species motus, non autem lineas. Hæc autem dubitatio & solutio videtur esse allata vt accuratius definiatur motus qui est vnus specie. per quam eam quæ sic quidē est vna species vt subalterna, & quæ potest ipsa quoque diuidi in species, ostendit non facere vnum motum specie. hanc enim speciem per quam idem ab eodem in idē rursus & rursus mouetur, siquis propriè dicit vnā speciem, similiter circularē motum & eum qui rectà fertur, propriè dicet vnam speciem. Quoniam autem non est hæc species motus indiuidua, sed in eadem diuiditur, sunt ea quidē specie quodāmodo eadē, sed nō sunt absolutè eadem.

Sit an vnus motus specie, qui est ex eodem ad idem iterum atque iterum.

Absolutè autem est vnus motus, qui est vnus substantia & numero. Quisnam autem sit clarum est ijs qui diuiserint. sunt enim tria numero circa quæ dicimus motum vnum, Quod, & In quo, & Quando. Dico autem quod, quoniam necesse est esse aliquid quod mouetur, vtpote homo, vel aurum. & id moueri in aliquo, vtpote in loco, vel in affectione, & quando. in tempore enim mouetur vniuersum. XXXIIII
Horum autem, esse quidem vnum genere vel specie, est in re in qua mouetur: quod autem cohæret, est in tempore. absolutè autē esse vnum, in his omnibus. Etenim id in quo vnum, esse oportet etiam indiuiduum, quemadmodum speciem: & rursus illud Quando, vtpote tempus, vnum, & non intermittere. & id quod mouetur, vnum esse, non per accidens. quemadmodum album nigrefieri, & Coriscum ingredi. Vnum autem est & Coriscus, & album, sed per accidens. neque commune. possent enim simul duo homines sanari eadem sanatione, vtputa, morbi oculorum. sed ea non est vna, sed vna specie. XXXV
Hoc autem, Socratem alterari quidem alteratione eadem specie, in alio autem tempore, & rursus in alio: siquidem contingit id quod interijt idem rursus fieri numero: fuerit ipse quoque vnus: Sin minus, idem quidem, sed non vnus. XXXVI

Postquam dixit quis sit motus genere vnus, & quis specie, & is qui propriè, & is qui est aliquo quidem modo, aliquo verò non, dicit deinceps quisnam sit vnus motus numero. quem & absolutè & propriè & substantia vnum dicit. Propriè enim vnum est quod est vnum numero. quoniam quod genere & specie vnum est, est potius multa, quàm vnum. Dicit autem vnum numero, qui vnum habet vnūquodque ex tribus circa quæ est motus, vt potest in vnoquoque esse id quod est vnum numero. Tria autem sunt circa quæ est motus. & ipsum quod mouetur, vt Socrates: & id In quo, seu per quā speciem mouetur id quod mouetur, quemadmodum ingressus: & ipsum Quādo, nempe tempus in quo mouetur. quidquid enim mouetur, mouetur in tempore. Horum autem trium id quidem in quo est per se motus, ostendit vnum motum specie: circularis enim motus est vnus genere cum eo qui rectà fertur: quoniam recta quoque est eadem genere cum circunferētia: sunt enim ambæ lineæ: Omnis autem motus qui rectà fertur est idem specie: similiter autem omnis quoque motus circularis: quoniam XXXIIII

Vnus numero motus quisnam sit.

& quæuis recta est eadem specie cũ quauis recta, & quiuis circulus cum quouis circulo: Tempus autem continuum per se diuersos motus facit cohęrẽtes, seu sit idem id quod mouetur, seu diuersum, tempore minimè intermittente: Quando, autem & quod mouetur idem numero vnum est, queãdmodum Socrates, & vna forma motus, quemadmodum ingressus, & tempus vnum & continuum, vt dies: tunc fit vnus numero motus.

Vnum tempus quid sit.

Quomodo autem sumatur vnum tempus, etiamsi distãtia ac spatio disiungatur, significauit per id quòd non intermittat. vnum enim tempus dicitur id quod est continuum, & non intermittitur.

Vnũ numero quod mouetur quõ dicatur.

Quomodo autem vnum numero id quod mouetur, ostendit, nempe quòd id, quod non sumitur vt per accidens. Coriscus enim quando simul denigratur & ingreditur, cùm sit vnus numero, vt videtur duobus motibus simul mouetur. sed per accidens est in albo Corisco vnum. quoniam album Corisco accidit. Quamobrem sunt etiam duo motus, etiamsi fiãt in tempore continuo. quoniam id etiam quod mouetur, non per se vnum sumptum est, sed per accidẽs. non enim per se ambobus motibus mouetur Coriscus, sed vtroque eorum ex alio & alio, nempe quòd sint duo quæ moueantur. Quatenus enim est albus, nigresit Coriscus: quatenus autem est ambulandi potestate pręditus, ingreditur: hoc quidem per se habens, album verò per accidens. Id autem per quod est motus in ijs quæ sunt eiusmodi, non solùm non est vnum numero, sed nec genere, nec specie. siquidem nigrefieri quidem est alterari, ingredi autem, ferri. Cùm autem dixisset oportere esse vnum numero id quod mouetur, non per accidens vnum, subiũgit oportere etiam id per quod fit motus ita esse vnum vt induiduum & numero vnum. sed non vt commune, & vnum specie, sed non numero. euiusmodi est laborantium oculorum, verbi gratia, sanatio. Fieri enim potest vt duo homines simul sanẽtur eadem sanatione doloris oculorum, sed ea vna est & eadem specie & non numero, quando sumitur vt communis. Cùm autem dixisset in motu qui est propriè vnus, & id quod mouetur esse vnum per se, sed non per accidens, & id per quod est motus esse vnum vt induiduum, sed non vt commune, subiungit oportere etiam vnum esse tẽpus in continuitate. quemadmodum si Socrates discat grammaticam in tempore continuo. hic est enim vnus motus, quoniam vnum habet tempus in cõtinuitate, & non in eo quod est propriè vnum numero vt subiectum. Eudemus autem ait, Sicut tempus. Neque enim alterario, inquit, remanet, nec latio, sed quemadmodum tẽpus diffluit, & semper fit alia. quamobrem hoc est vnum dicendum specie sed non numero. Nam si à morbo, inquit Aristoteles, quis alio tempore eandem quam amiserat recepit sanitatem, non amplius dicendum est eandem esse vnam numero, sed potius eandem specie. Necessariam autem ostendit esse rationem per positionem quæ non potest fieri. tunc enim esset vnus numero motus, motus prioris susceptæ disciplinæ, & scientiæ quæ rursus apprehensa est post obliuionem, si contigerit id quod perijt idem numero rursus fieri. Si hoc autem nequit fieri, fieri non potest vt quę fit in alio & alio tẽpore motus sit vnus numero.

Regeneratio ponitur a Stoicis.

Hæc autem quæstio magis conuenit Stoicorum regenerationi. Dicentes enim illi me eundem rursus esse factum regeneratione, iure quærũt vtrum vnus sim nunc numero qui tũc eram, propterea quòd sim idem substãtia: an differor per ordinem qui confertur in aliam & aliam mundi creationem.

Vnus mot⁹ absolute q̃s sit.

Absolutè autem est vnus motus: in quo id quod mouetur per se est vnum & idẽ numero, & id per quod mouetur est vnum specie prædicamenti, quod est induiduum & non commune: & tempus continuũ, & non intermittens. sin autem hæc omnia non cõcurrerint, idem quidem potest esse vnus motus specie, nequaquam autem vnus motus numero.

XXXVII Habet autem etiam huic assimilem dubitationem, vtrum vna sit sanitas, & in summa habitus & affectiones sint substantia in corporibus. moueri enim videntur & fluere quæ ea habent. Si autem eadem est & vna quæ est mane, & nunc sanitas: cur non etiam quando intermissam rursus receperit sanitatem, non & ipsa & illa fuerit vna numero. Eadem est enim ratio. XXXVIII Sed in hoc differt, quòd si sint quidem duæ, propter hoc ipsum tanquam numero vna: & habitus necesse est. est enim vna numero operatio eius quod est vnum numero: Si autem habitus vnus, fortasse non videbitur alicui vna etiam esse operatio. quando enim cessauerit ingredi, non est amplius ingressus. erit autem si rursus ingrediatur. Si ergo vna est & eadem: contigerit idem & vnum & interire & esse sæpius. Hæ sunt ergo dubitationes quæ sunt extra præsentem considerationem.

XXXV Postquam dixit tempore intermittente non posse esse vnum numero motum, nisi id quod interijt & factum est: fuerit vnum specie vel numero: & cum hoc ostendisset eiusmodi vt quod fieri non posset per hoc, Siquidem contingit id quod interijt rursus fieri vnum numero: volens exponere aliquam dubitationẽ, quę videretur ostendere nihil vetare quominus motus qui interit & fit, fiat vnus numero, traducit dubitationem à motibus ad habitus, vt quæ ex illis argumentaretur probabilius.

Vnum motus qui sit & interit possit esse vnus numero.

Vtitur autem Heracliti oratione quæ dicit omnia fluere & nunquam idem esse. & dicit quòd si vna est numero sanitas, quæ est ab aurora vsque ad vesperam, cùm sit tẽpus continuum: etsi & corpora & habitus & affectiones omnes fluant, vt dicit Heraclitus, cur non etiam quando eam intermissam recuperauerit, hoc est, morbo affectus conualuerit, dicetur eandem sumpsisse numero? Socrates enim reuersus à peregrinatione, est vnus et idem numero cum eo qui erat priusquam iret peregre. & sanitas & scientia eius videtur esse eadem. quemadmodum & dissoluti & compacti lectuli ijdem sunt, etiamsi dissoluti sæpe compacti fuerint. An lectuli quidem ijdem, cõpositiones autem & dissolutiones nõ sunt eædem numero? Si ergo habitus vnus, etiãsi tempus intermissum sit, cur non etiam motus seu actus vnus qui proficiscitur ex habitu? Quòd autem in habitu, idem etiam dici potest in affectionibus, quòd si sit vna febris, vel vnus dolor oculorum, vel vnus color ab aurora vsq; ad vesperam, cur non etiam sit vnus si tempus intermittatur? Si autem hæc sunt vnum numero, cur non etiã motus & operationes? Hæc cùm dixisset, attendit transitum qui fit ab operationibus ad habitus. nempe q̃ sit quædam differentia operationum ab habitibus & affectionibus.

Heracli⁹ dicebat omnia fluere, & nũquam in eodẽ statu permanere.

Si est enim vna operatio necesse est etiam vnum esse habitum, et adhuc prius subiectũ. vna enim numero op̃atio, est vnius habitus numero: & vnius habitus numero vnum subiectum. è contrario autem non est vtiq; verũ. neq; enim si sit vnum subiectum, necesse est etiam habitum esse vnum. nec si vnus sit habitus, necesse est vnã esse operationem. subiectũ enim potest habere multos habitus. & etiam si sit vnus habitus, possunt tradi multę operationes, cũ fiant interim multę temporis intermissiones, & sic multiplicentur operationes.

Vn⁹ operationis vnus est habitus.

Vnius subiecti possũt esse multę operationes.

Quæcunq; autẽ de habitibus, ea etiam cõuenit dicere de affectionibus. sunt. n. vtraq; dispositiones animæ & corporis. sed affectio quidem est dispositio quæ facile amitti potest: habitus autem est stabilis. Quomodo autem si est idem habitus vel etiam eadem affectio, non etiam motus seu op̃atio, quæ ab eodem habitu proficiscitur, nõ est vna & eadẽ, etiamsi fiat ex intermissione? idem. n. interire et sępe esse contingit. quod quidẽ prius statutũ est. Hę ergo,

Habitus differt ab affectione, quam vocat dispositionem.

ergo, inquit, dubitationes sunt extra pręsentem cōsiderationem, & in summa extra opus de motu. Quęrere enim de habitibus & affectionibus, quomodo ea sint vnum & non vnum, & si similiter habet vnum, & habitus qui intermittitur, & iterum atque iterum inest, & qui manet quidem, eo autem quód fluat subiectum videatur mutari, vt qui in alio & alio subiecto sit alius numero: hę quęstiones quæ attingunt primum & secundum subiectum, & quærunt quidnam maneat fluentis materiæ, fuerint alius operis. Attingunt enim ad soluendum quoq; difficiles eius quod augetur dubitationes: quid sit quod manet in eo quod per vniuersum mutatur & augetur. non enim similiter quidem atq; vter inflatur, id quod augetur quidem vt vter, latitudinem autem suscipit et magnitudinem: sed est motus intellectu difficilis, quem tradidit in libro de generatione & interitu. quare hæc omnia remouet vt aliena ab opere de motu. Hæc ergo de vniuerso sensu eorum quæ dicta sunt. In dictionis autem contextu, illud. S I quidem duæ} propter hoc ipsum breuiter enuntiatum, attulit obscuritatem. Dicit autem eandem conuenire rationē in habitibus & motibus. Sed tantùm differt ratio habituum à ratione motuum. q; si sint quidem duo habitus qui insunt ex intermissiōe: propter hoc ipsum sunt duæ operationes & motus qui procedūt ex habitibus. quæ quidem non est perfecta oratio. Hoc autem probat ex eo quod cum ipso conuertitur. Quemadmodum enim numero, quando est vna operatio quæ fit iterum atque iterum, etiam habitus qui fiunt iterum atque iterum, vnum esse necesse est: ita si sint duo habitus duæ quoq; sint operationes necesse est. Si enim vna: habitus quoque vnus, et subiectum adhuc magis vnum. Et subiunxit necessitatem, vna est enim numero operatio, quæ est vnius numero operantis, siue sit habitus, siue facultas, siue subiectum. Cùm autē dixisset quód si sint duo habitus, propter hoc ipsum sunt etiam duæ operationes, & ad eius probationem adduxisset id quod conuertitur, quod est etiam per se vtile ijs quæ proponūtur, quod dicit quód quæ est vna numero operatio est ab habitu vno numero: & ea ratione ostēdisset similitudinem rationum quæ sunt inter se habitus & operationis, adijcit etiam differentiam propter quam adduxit similitudinem. Si est enim, inquit, vnus habitus: nō videbitur vtique etiam alicui vna esse operatio, quemadmodum si est vna operatio, necesse est etiam vnum esse habitū. ab eodem enim habitu potest esse vna operatio & plures. Et ideo dixit, NON alicui vtique videbitur esse vna} sed ēt plures scilicet. Quando enim cessauerit ingredi, non erit amplius ingressus. Rursus autē si ingrediatur: erit, cùm vnus sit ingrediendi facultatis habitus. Porrò autem huius quoque dicti dicit Alexander aliam haberi scripturam eiusmodi. SIQVIDEM hi sic sint duo numero, esse quoque habitus necesse est. est enim vna operatio vnius numero} & audit illud, Siquidem sint duo sic numero, nō de habitu, sed de subiecto habitus. quod quidem propter continuum fluxum non manet vnum numero. & ideo habitus quoq; necesse est esse plur[illegible] nūero. Vnus enim est habitus numero vnius numero subiecti: vt autem se habet subiectum ad habitum, ita habitus ad operationem. etenim vnius quidem operationis est vnus habitus: vnius autem habitus possunt esse multæ opationes, si tempus diuidatur intermissionibus.

XXXIX Quoniam autem est continuus omnis motus, eum etiam qui est absolutè vnus, necesse est esse quoque continuum, siquidem potest omnis diuidi. & si continuus, vnus. neque enim fuerit omnis omni continēs. quemadmodum nec vllum aliud quodlibet cuilibet. sed quorum extrema vnum. extrema autem illi quidem non sunt, huic verò sunt: sed specie etiam

A æquiuoca. quomodo enim tetigerit, vel vnum fuerit extremum lineæ & ingressus? XL Cohęrentes ergo fuerint etiam ij qui non sunt ijdem specie nec genere. qui enim cucurrit aliquis, febre statim laborauerit. & veluti lampas ex successione, cohæret latio seu motus per locum. non est autem continuus. ponitur enim continuum eorum quorū extrema vnum. Quare sunt cohærentia & deinceps, quòd tempus sit continuum: Continuū autem, eo quòd motus: Hoc autem, quando vnum extremum fuerit ambobus. XLI Quare necesse est eundem esse specie, & vnius, & in vno tempore eum qui est absolutè motus continuus & vnus. Tempore quidem, ne intercedat immobilitas. in eo enim quod in-
B termittit quiescat necesse est. Sunt ergo multi, & nō vnus motus, inter quos quies intercedit. Quare si quis motus statu intercipitur: neq; est vnus, nec continuus. Intercipitur autem si intercedit tempus. Eius autem qui non est vnus specie, minimè. etiamsi tempus non intermittitur. tempus enim vnum est: speciei autem motus alius. Eum enim qui est vnus, specie quoq; vnum esse necesse est: eum autem absolutè esse vnum non est necesse. Quis sit ergo vnus absolutè motus dictum est.

XXXVI Postqnam ostēdit quis sit vnus motus ex ijs tribus in quibus cōsistit motus, eo quod mouetur, & eo per quod motus, & tempore, quorum vnumquodq; vt natura ei insitum est vnū numero esse oportet, si futurus est vnus
C propriè motus: adijcit quędam alia quæ per se insunt vni motui. quorum primum est, continuum esse motum qui vnus est. Hoc autem probat ex eo, quòd quicunque sumitur motus, ipse etsi sit pars motus, sit continuus secundum naturā. non quòd omnis motus sic omni motui continens, sed quòd vnusquisq; per se. Si autem hoc verum est, quoniam necesse est in omnem motum cadere diuisionem, quod quidem interiecit statim post principium: quod enim diuisionem suscipit est cōtinuum: necesse est motum quem esse vnum absolutè ostensum est, esse sibi ipsi continentem qui vnus est, vt etiam vnamquāq; partem motus. Porrò autem si est continuus, est vnus. adeò vt inter se conuertantur. Quòd autem qui est vnus numero motus sit continuus, & fieri non possit vt qui non sic vnum motum faciunt sint continui, per hoc ostendit, nempe, NON enim oīs motus fuerit omni continens.} Neq; n. qui sunt ijdem specie, sunt inter se similiter continui, neque qui sunt genere. Adhuc autē magis qui sunt
D generum dissimilium, non fuerint cōtinui. non enim potest omnis motus esse omni motui continens, quemadmodum ingressus dealbationi vel disciplinæ susceptioni. Si enim posset, non qui est cōtinuus esset vnus numero. neque enim qui sunt ijdem specie, neque qui sunt genere, neque adhuc magis qui in eis differunt, sunt vnus numero. Iam verò ipse probat non omnē motum esse omni motui continentem, etiamsi fiat in tempore continuo, ex eo quod nec quidquam aliud sit quidlibet cuilibet continens, etiamsi sint eiusdem speciei. neque enim corpus corpori, quoduis cuiuis, neque superficies, nec lineæ, etiamsi sint in eodem tempore. sed illa ex ijs quæ sunt: fiunt inter se continua, quorum extrema possunt vnum fieri. Extrema autem, quædam quidem tinuum: Alia autem habent quidem extrema, sed alia quas non cadit diuisio: quare non fit ex eis aliquid conex ijs quæ sunt non habent: quemadmodum vnitates in

Motus q est vnus, est cōtinuus.

Non quiuis mot⁹ est cuiuis motui cōtinens.

specie ac differentia, & quæ æquiuocè extrema dicuntur vel fines. quod quidem est euidens in ijs quæ sunt diuersi generis. est enim alius finis lineæ, & alius finis ingressus. Quinetiam in motu alius est finis dealbationis, & alius finis ingressus, & alius calefactionis. Meæ quoque dealbationis est alius finis, alius tuæ. & in me est alius finis pilorum dealbationis, & alius cutis. Quamobrem ex his motus non fuerit continuus. sed cohærētes quidem, inquit, fuerint motus ij etiam qui non sunt ijdem specie, nec videlicet genere. Qui enim cucurrerit, statim febricitauerit aliquis. Cohærentia autem hæc, non quòd tangant. quemadmodum cohærens prius definitum est in ijs quæ sunt in positura: non est enim in ijs cōtactus: sed eo quòd tempus est continuum. dixit enim ex temporis quoque continuitate motus qui cohærent iudicari. quemadmodum ex eo quòd idem sit id per quod mouent ij qui sunt ijdem genere vel specie. Etsi ergo quis qui cucurrit, statim febricitauerit, neque quidquam temporis intercesserit, non sunt motus continui. sunt enim fines eorum dissimiles specie, vt non possint vnum effici. Cōtinua autem sunt, quorum fines sunt vnum. Horum autē fines dicuntur æquiuocè, & cùm non eandem naturam participent, non possunt in vnum coalescere. Sed in his quidem clarum est. Porrò autem motuum quoque qui sunt eiusdem speciei, etiamsi eiusdem speciei sint fines, si non vniantur nec coalescant, non faciunt continuitatem. quēadmodum in mea & tua dealbatione, etiamsi fiat in tempore continuo, neque fiat continuus, nec vnus. quoniam eum quidem qui est continuus, & numero vnus, necesse est etiam esse vnum specie: eum autem qui est specie vnus non necesse est esse etiam vnū numero. In motu autem per locum, cùm lampas currendo ex successione alteri post alterum traditur à currentibus, Interpretes quidem vnum et continuum videri dicunt motum currentium, cùm sit eiusdem speciei, nō tamen esse propriè vnū nec continuum, eo quòd nō sit id quod mouetur idem. Sed est, inquit, ipse quoque cohærens. neque enim horum motuum extrema vnum sunt. sed vniuscuiusque currentium est proprius aliquis cursus finis. & non est eius qui præcessit cursus finis, eius qui post ipsum currit principium. Sunt autē motus eiusmodi cohærentes, quòd tēpus in quo fiant sit continuum: Sed non sunt hi motus continui. Num autem non eorum qui currūt motum qui videtur esse vnus, esse coherentem & non cōtinuum dicit Aristoteles, sed lampadis lationem & motum qui videtur esse vnus, vtpote quòd sit vnum quod feratur, & propter lampadis continuitatem, ne ipsum quidem esse vnum & cōtinuum, sed cohærentem. multorū enim cursus non fuerit vnus, cùm multi sint qui currant: Latio autem lampadis quę & vna est, & splendorem habet continuum, cum videatur vna, nec ipsa quidem vna est. quoniam distincti sunt fines, & statu intercipiuntur, nempe successione. Hanc autem scripturam inueni haberi dupliciter: alicubi quidem, QVEMADMODVM lampas quæ fit ex successione lationis, continua autem non} alicubi autem, QVEMADMODVM lampas ex successione cohærens motui, nō autem continua} & videtur in vtroque loco lampas nō dicere facem, sed illustrationem & transcursum luminis. Cohærentes enim, inquit, fuerint motus, & qui non sunt ijdem specie, & qui ijdem. quemadmodum lampas. hoc est trāscursus luminis. motum enim appellauit lampadem, eum qui est in eadem specie, sicut prius dicens de eo qui non est in eadem. Qui enim cucurrit, inquit, quispiam febricitauerit. Fortasse autem meminit lampadis, quæ in Piræo erat in Bendidijs, de qua dicit Plato in principio de republica, lampas, inquit, Deæ erit ex equis. & id quod fiebat interpretans, lampades, inquit, habentes, tradēt alter alteri, equis certātes. Tales ergo motus, inquit, sunt coherentes, sed non continui. cōtinui enim sunt quorum extrema sunt vnum. Quare si continui, sunt etiam cohærentes. cōtinuum enim est, inquit, id quod cohæret: Præterea autem sunt etiam deinceps consequentes. si enim cohęrent, deinceps etiam consequuntur. siquidem id dixit cohærens, quod tangit cùm deinceps consequatur. Sed hoc quidem fit in ijs quæ habent posituram. Motus autem qui sibi inuicem cohærent, sunt etiā protinus continui, inter se commixtis & confusis finibus, quòd tēpus quod motum metitur sit continuum. ipsa enim Nūc quę deinceps consequuntur, vt non habeant tempus quod intercedat, quod est eiusdem generis cū ijs quæ sunt vtrinque, non deinceps consequuntur, sed fiūt continua. nam cùm in ea non cadat diuisio, non se tangunt, sed alterum alteri inter se applicantur: & vnum fiunt, & totum faciūt continuum. Hoc ipsum autem etiam in motu accidit. Si ergo tempus est mēsura motus: & motus per tempus fit continuus: & tempus per motū: & vtrunque per seipsum, quòd habeant extremas partes in vnum concurrētes. Si hęc ergo ita habent, rectè dictum est à principio, necesse esse vt motus qui est absolutè cōtinuus & vnus, hæc tria, nempe & speciem per quam fit motus, & id quod mouetur, & tempus, vnumquodque habeat vnum numero, vt non intercedat immobilitas. non enim fuerint duo vel plura tempora, si non intercedat immobilitas. Si enim non intercedat immobilitas: continuantur etiam inter se tempora, sicut motus: Si intercedat autem immobilitas, fiūt etiam motus plures vno, qui stant ex vtraque parte immobilitatis. & tempora tria, nempe id quod metitur immobilitatem, & ea quæ metiuntur motus qui sunt ex vtraque parte immobilitatis. Effectu ergo & potestate sic ratiocinatur. Motus qui habet plura tempora, statu intercipitur. Qui autem statu intercipitur, non est vnus. Hāc autem posuit primam propositionem, & conclusionem, videlicet. Motus qui habet plura tempora, nō est vnus. Si autem hoc verum est: etiam quod cum contrapositione conuertitur verum est, nempe, vnum tempus vnum motum metitur. Qui non est aūt specie vnus motus, etiamsi fiat in tēpore continuo, non fuerit vnus numero, etiāsi idem habeat id quod mouetur. quemadmodum, si quis qui cucurrit protinus febricitauerit. horum enim motuū non fiunt extrema vnum. est enim alius specie qui est in alia specie. quare ij adhuc sunt magis alij numero. Si est enim vnus numero motus, oportet quoque eandem esse motus speciem: Si est autem vna species, non est omnino vnus motus, nisi etiam vnum fuerit id quod mouetur, & tempus cōtinuum & vnum. hic est enim qui absolutè dictus est motus vnus. & scilicet id quod vni motui adiectum est, quòd & ipse sit continens ei qui est numero vnus & propriè vnus, ei soli conuenit qui neque in genere neque in specie habet vnum. Par est autem attendere quam necessario ante vnius motus probationem, assumpta sit doctrina eius quod cohęret, & eius quod est deinceps, & eius quod est continuum. siquidem per illa ostensum est quis sit quidem vnus & continuus motus, quinam verò qui deinceps cohærent.

Motus qui fit currēdo, cū lāpas vicissim datur, fit ne continuus.

Cohærentes motus differunt a continuis.

Lampadis in currendo traditio I Piræo fiebat in Bēdidijs.

Motus qui sibi cohærēt inuicem sunt continui.

Prætereà autem dicitur vnus etiam qui est perfectus, siue sit in genere, siue in specie, siue etiam in substantia. quemadmodū in alijs quoque id qđ est perfectū & vniuersum, est vnius. Nonnunquam autem, etiamsi sit imperfectus, vnus dicitur, si solùm sit continuus. XLII

Aliquid aliud secundum adijcit motus propriū. nempe id quod est perfectum, nō ei soli qui est numero vnus, qui propriè vnus dicitur, conueniens, sed ei etiam qui vnus dicitur per speciem, & ei qui per genus. Vnum enim, inquit, magis propriè motum dicimus, si etiam sit perfectus, siue est etiam in genere qui sumitur, siue in specie, siue in numero. quod quidem etiam vocauit substantiam. in genere enim motus qui est in loco, is qui est alicunde, aliquò. & quando ipse fuerit perfectus, hoc est quando id quod mouetur venerit ad illud ad quod tendebat, XXXVII

Mot⁹ vnus, siue sit vn⁹ gñe vel specie, perfect⁹ sit oportet, nō solū vn⁹ numero.

debat,& perfectus fuerit motus, tunc ipsum vnum dicimus. In specie autem, is qui à loco qui est infra fit supra, & à loco qui supra infra: In numero autem, motus huius ignis, & huius glebæ. Horum ergo vnusquisque, quando fuerit perfectus, tunc fit vnus propriè. qui sunt enim in genere & specie plures numero, vnus fiunt in genere & specie. Nam & qui alicunde aliquò, eo ipso sunt vnus. & qui à loco qui est supra infra, omnes sunt vnus. & similiter qui à loco qui est infra, supra. & magis vnus, si fuerit vnusquisque perfectus, quàm si imperfectus. Si enim vnumquodque vnum dicimus, ad eius substantiam & formam respicientes, vnus Socrates, vnus homo, vnum animal: quando vnumquodque eorum speciem seu formam non susceperit, sed fuerit imperfectum: quemadmodum speciem nondum suscepit, ita nec vnum per formam & characterem, per quē vnumquodque vnum dicitur. Quemadmodum enim nondum esse dicimus id quod fit & est imperfectum in substantia: ita nec ipsum vnum dici potest. Vnum enim dicimus id etiam quod est imperfectum. quemadmodum semē vnum, & fœtum vnum, sed non vnum vt hominem. sed illud quidem quod est perfectum semen vnum. quoniam perfectum semen. & fœtus similiter. Et in summa, id quod est imperfectum est adhuc potestate. Quod est autem potestate aliquid, plura potest, & non hoc solùm. Clarum est ergo quòd qui est vnus numero motus, quando ad tria illa quæ iam dicta sunt, id quoque quod est perfectum acceperit, tunc dicitur magis propriè vnus. Alexander autem dicit eum in his sequi Pythagoreos & Platonicos. qui quidem vnum optimum existimantes, id perfecto attribuebāt & integro, & ideo ipsum dicebant principium, vtpote quòd etiam cōmunis vsus de perfectis & totis vnum prædicet. Verisimile est autem & Aristotelem & Alexandrum respicere ad ea quæ dicuntur in Parmenide Platonis in secunda positione. in quibus cùm vnum esse totum probasset, id etiam perfectum esse ostendit, & habere medium & finem, ipsum habere principium & medium & finem ratiocinando colligēs, à quibus id quod est perfectum characterem suscipit. Dicit autem de toto concludens. Est ergo totum quod fuerit vnum, & partes habuerit. De perfecto autem. Quid autem si totū non & principium » habeat & medium & finem, an fieri potest vt sit totum absque his tribus? Adijcit autem Aristoteles, quòd magis quidem propriè fuerit motus continuus, cùm fuerit etiam perfectus. iam verò etiam imperfectus, si solùm ipse quoque fuerit numero continuus. Attendēdum est autem, quod continuum quidem dicit ei qui est vnus numero solummodo conuenire, quem etiam dicit propriè esse vnum: Perfectū autem eos etiam qui in genere, & qui in specie vnum habent dicit esse participes, quoniam continui quidem non sunt participes, diuisi in proprias multitudines, quæ non sunt inter se continuæ. neque enim multi homines sunt inter se continui, ex quibus & in quibus est vnus homo: neque animalia. est enim perfecta vnaquæque species & genus, ex eo quod susceperit proprium characterem. Etsi enim sit aliquid cōmune, & non indiuiduum, habet ipsum quoque perfectionem propriam per formam definitam.

Vnum quō dicatur vnū-quodque.

Quod fit nō est.

Imperfectū non est vnū.

Imperfectū est solū potestate.

Vnum optimum.

Vnū est totū & perfectū, ex Platone.

XLIII Præterea autē aliter præter eos qui dicti sunt, dicitur vnus motus, is qui est æquabilis. qui est enim inæqualis, propemodū non videtur vnus: sed magis is qui est æqualis, sicut rectus. is enim qui est inæqualis suscipit diuisionem. Videtur autem differre vt id quod est magis & minus. Est autem in quouis motu id quod est æqualiter, vel non. nam alterabitur æqualiter, & feretur in æquali, nempe circulo, vel recta. & in aug

XLIIII mento similiter & diminutione. Est autē inæ

A qualitatis differentia, & hæc quidem in quo mouetur. neque enim fieri potest vt sit æqualis motus non in æquali magnitudine. quemadmodum fractæ motus vel incuruæ vel alius magnitudinis, quarum non applicatur qualibet pars parti cuilibet. illa verò neque in eo quod est vbi, neque in eo qđ est aliquādo, neque in eo ad quod: sed in eo quod est sic. celeritate enim & grauitate est aliquando definita. Cuius enim est eadem celeritas, est æqualis: cuius autem nō est, est inæqualis. Quare non sunt species motus nec differentiæ, celeritas & tarditas. quoniam sequitur omnes qui specie differunt. Quare neque grauitas & leuitas quæ tendit ad seipsum: quēadmodū terræ ad seipsam. vel ignis ad seipsum. Vnus XLV

B ergo est is qui est inæqualis, eo quòd sit continuus. Minus autem quod motui fractio accidit. Minus autem est semper mixtio contrarij. Si autem contingit omnem qui vnus est esse & æqualem & non: non fuerint qui non sunt cohærentes in specie ipsi quoque vnus & continuus. Quomodo enim fuerit æquabilis, qui ex alteratione componitur & motu? applicetur enim oportet.

Tertium hoc adijcit quod inest vni motui, nēpe æquabilitatem, quæ potest conuenire et ei qui est in genere, et ei qui in specie, & ei qui in numero: quemadmodum et quoque qui ipsi opponitur inæqualitatem. & vbique cū alia sint eadem, is qui est æqualis magis videtur esse vnus quàm is qui est inæqualis. propterea quod qui est inæqualis, XXXVIII

Vnus mot⁹ oportet vt sit æquabilis.

C videtur quodammodo esse diuisus per differentias quæ sunt in æqualitate. Dicit autem primùm quis sit motus æqualis, & quis inæqualis. & ad æqualem motum ostendendum rectam adduxit, vt ait Alexāder. propterea quod motus qui est in recta sunt omnes partes æquales, & omnino conueniant, sicut etiam rectæ lineæ, in qua fit talis motus. Similiter autem, inquit, habet etiam circulus, & motus qui est in circulo. est enim ipse quoque æqualis, propterea quòd vndequaque similiter circumagatur linea circularis. Inæquales autem sunt fractæ lineæ, & quæ non sunt similiter circumactæ, vt pars quælibet cuilibet applicetur, & motus qui sunt in eis. Num autem illud. Sicut recta, non indicat motum in recta linea: sed dicit omnem æqualem motum ita se habere in omni specie motus, non solùm lationis, sed etiam alterationis & augmenti, vt se habet recta. hæc est enim æquabilis, propterea quòd quælibet pars applicetur cuilibet. Omnis ergo motus, siue in recta, siue in circulo, siue in alteratione, siue augmēto,

Mot⁹ æqualis quis sit.

D cùm sit æqualis, ita se habet, vt recta. quandoquidem potest etiam in recta moueri inæqualiter, cùm nō idem motus fuerit atque recta similiter affectus, vt sit quæuis pars cuiuis similis. Dicit autem æqualē differre ab inæquali, per id quod est magis & minus. quēadmodum Alexander quidem dicit, quòd æqualis sit magis vna quàm inæqualis, & illa hac minus. sunt enim ambæ cōtinuæ. Num autem non ad hoc quòd est vnus dicit illud magis & minus, sed ad formā, in qua sunt. si quidem in recta vel circulo æquale vel inæquale: quoniam magis rectus etiam circulo est æqualis inæquali: Sin autem in dealbatione vel calefactione, quoniam est magis dealbatio & magis calefactio æqualis inæquali: etsi per augmentum similiter: quare subiunxit etiam in omni motu esse æqualitatem: Sin autem in eo quod est magis & minus differunt in eadem specie, non est in eorum specie differētia. in ea dē enim specie id quod est minus, tale est mixtione

Motus inæqualis qui dicantur.

contrarij, quale minus album est mixtione nigri. & similiter in alijs. Cùm autem dixisset in omni motu esse id quod est æqualiter & non, etenim alterabitur æqualiter, & feretur super æquale, vel inæquali, vt dicunt Alexander & Porphyrius, vtpote circulo vel rectà: Quoniam enim fieri nõ potest vt aliquid feratur æqualiter, nisi motu æquali feratur in æquali: tradidit in ijs in quibus ipse potest fieri. dicens, QVEMADMODVM circuli vel motus}. Potest enim in his quoque fieri motus inæqualis. cęterum æqualis quidem certè in nullo fit nisi in æquali. Cùm autem dixisset quis sit motus æqualis, quòd scilicet qui est vnus & partium similarium, vt rectus: & quis inæqualis, quòd is scilicet qui in multos diuiditur: & quę sit eorum differentia, nempe quòd non in specie, sed in eo quod est magis & minus: dicit deinceps quænam sint differentiæ motus inęqualis, & per quot & quasnam causas fiat inæqualis motus. nam hæc quoque orationi de motu conueniunt.

Inæqualis motus differentię.

Nonnunquam ergo is ex eo in quo fit efficitur. quemadmodum in fracta. neque enim fieri potest **F** vt æqualis motus fiat in inęquali, cuiusmodi est incurua, vel in summa in tali magnitudine cuius pars quælibet non applicatur cuilibet, etiamsi fiat continuus qui est in ipso motus.

In alteratione, quomõ fit motus inęqualis.

Quærendum est autem an etiam in alteratione ex eo erit æqualis motus & inęqualis, nempe ex eo in quo est motus. Quod enim in ijs quæ feruntur est locus in quo fertur id quod fertur, hoc in alteratiõe est omnino qualitas. Quidquid autem mutatur in qualitate, ex contrario mutatur in contrarium, dum nigrescit vel albescit. nulla autem pars denigrationis vel dealbationis potest applicari alteri parti, non solùm quia non remanet, sed ne cogitatione quidem. non erit enim pars alteri parti similis. sed sicut in die.

In augmẽto et diminutione quo inæqualitas.

In augmento autem & diminutione, quoniam per magnitudinem videntur mutationes rectà fieri & planæ: si est aliqua alia inæqualitas, erit in eo quod augetur. si constiterit quidem aliquando augmentum, dum non est nutrimentum, aliquando etiam mutabitur in interitum, vt in morbis. tunc enim erit inę**G**quale augmentum. quemadmodum si aliquãdo quidem plus, aliquando verò minus creuerit in diminutionem. In alteratione autem, quæ ordinata progressione fit inæqualitas qualitatis, est eius inæqualitas. Quando autem nunc quidem vehementius calefit, rursus verò minus, & rursus intenditur: tunc qualitate inęquale est id in quo fit motus. Quædam autem alia inæqualitas est in omnibus motibus per celeritatem & tarditatem, & in summa per tempus. & est hæc motus propriè inæqualitas: qui neque est in eo in quo mouetur id quod mouetur, vt qui ante dictus est: hoc enim ei significat illud VBI: neque in eo quòd tempus non sit vnum & continuum: quod ei significat illud, QVANDO: neque ex eo in quod fit mutatio, vtpote in id quod est supra vel infra, vel album vel nigrum, vel magnum vel paruum. Contingit enim vt cũ hęc omnia sint eadem & similia, nempe, Id in quo, tempus, Id ad quod: fiat motus inæqualis, præter modum motus & illud sic, Si aliquando quidem celeriter, aliquando verò **H** tardè mouetur. tũc enim fit motus inæqualis sicut ęqualis, quando est motus similis. etenim aliquando, inquit, inæqualitas non ijs quæ prius dicta sunt: sed celeritate & tarditate definita est.

Celeritas & tarditas non sunt species motus.

Cùm autem dixisset esse aliquam æqualitatem & inæqualitatem præter eius quod mouetur celeritatem & tarditatem, subiungit, ea, nempe celeritatem & tarditatem, non esse species motus. neque differre specie celeritatem & tarditatem, per quas inter se differunt motus æquales & inæquales. & id probat ex eo quòd in omnibus speciebus motus sit tarditas & celeritas. ferri enim & augeri & alterari potest vtroque modo. Id autem quod est in omnibus speciebus, nequaquam distinguitur ac secernitur ab illis in quibus est. quod enim ab aliquo distinguitur ac secernitur, debet esse extra illud.

Species alicuius nõ potest esse species eius à quo distinguitur.

Atqui neque vnius alicuius ex speciebus motus sunt species celeritas & tarditas. quod enim est species alicuius, **E** fieri non potest vt sit etiam species eius à quo distinguitur ac secernitur. Propter hanc enim causam, nec fœmina nec mas sunt species animalium quòd sint propemodum in omnibus speciebus. neque ergo potest distingui ac discerni ab his, nempe pedestri & aquatili & volucri, vt sint præter ea mas & fœmina species animalis. in illis enim non sunt.

Mas & fœmina cur nõ sunt species.

Sed neque alicuius eorum fuerint species, vtputa pedestris. sunt enim etiam in alijs. nec fieri potest vt differentium generum sint eædem species. Quamobrem nec mulier & vir sunt species hominis, quoniã sunt in ijs quæ distinguuntur ac secernuntur ab homine. Vir enim & mulier per masculum & fœminam habent differentiam. Leuitas ergo & grauitas inter se differunt specie: Celeritas autem & tarditas sunt operationes in vtraque facultate. etenim quod est leue, fertur sursum tardius & celerius. & id quod est graue, deorsum. Quod est. n. grauius, celerius. quod minus graue, tardius. Quemadmodum ergo id quod est grauius, & id quod est minus gra**F**ue, non differunt inter se specie in inclinatione: ita etiam quæ has potestates consequuntur operationes, celeritas scilicet & tarditas, non sunt agentis motus in specie differentiæ. manent enim in eadem specie, aliquando quidem ignis, quando mouetur celerius & tardius, aliquando verò terræ. neque enim grauitas & leuitas, quæ manent in eadem specie, quando dicimus ignis hoc quidem esse leuius, illud verò tardius, sunt in specie differentiæ. quoniam nec ignis ab igne differt specie, neque terra à terra. Sed nec ipsa terra quę est indiuidua, differt à seipsa in specie, etiamsi ad proprium locum moueatur celerius. Aduertendum est ergo eum nunc dicere celeritatem & tarditatem non differre inter se, quæ considerantur in inæqualitate. Ipsæ autem consistunt in eadem specie per id quod est magis & minus. Id autem quod est magis & minus, cùm sit in eadem specie, nequaquam in specie facit differentiam. Eæ autem sunt quæ considerantur in omnibus speciebus motus, in quibus est etiam inæqualitas. Si **G** sit autem celeritas aliqua & tarditas, quæ non considerantur in eadem specie, neque definiuntur per id quod est magis & minus, vt quãdo dicimus velocem equum, & tardam testudinem, & celeres volucres, & tardas terrestres animantes: talis celeritas & tarditas, neque in omnibus speciebus quæ per locum mouentur, neque ambo in vno, neque per id quod est magis et minus consistunt. nisi fortè est etiam vtique in eis tarditas eo quòd remittatur celeritas, & dum dicuntur per comparationem, habent id quod est magis & minus. equus enim etsi sit testudine velocior, est tamen volucri tardior. Et quamuis consistant in alia & alia specie animantium, consistunt tamen in vna specie motus, nempe lationis. Idem autem modus lationis est etiam in alteratiõe. calefacit enim hoc quidem celerius, illud verò tardius. & nihilominus est in eis id quod est magis & minus, cùm sit eadẽ species motus.

Motus inæqualis est vnus pp continuitatem.

Cùm autem dixisset æquale motum esse vnum, & magis quàm inæqualem propter similitudinẽ, dicit mo**H**tum quoque inæqualem esse vnum propter continuitatem, siquidem fuerit quidem continuum, sed inæquale. à nobis enim positum est continuum esse vnum, quemadmodum vnum quoque continuum. Cõtinuus autem est aliquando etiam inęqualis. sed ipse quoque minus est continuus & vnus quàm æqualis. Si autem minus: id autem quod est minus est in omni mixtione contrarij: habuerit etiam aliquid in se multitudinis is qui est inæqualis. Id autem minus quod fracto motui accidit, idem est ac accidere motui qui fit in fracta. Quicunque enim fit in tali inęquali est minus continuus & vnus. sicut qui est in fracta. etenim minus habet continui & est vnus.

Quinam inęquales mot⁹ nõ possint esse cõtinui & vnus.

Cùm autem dixisset cõtingere vnum esse & æqualem & non, subiungit, quinam inæquales motus non possunt esse continui & vnus. Et dicit quòd motus qui sibi inuicem cohærent, nisi fuerint ijdem specie, non fuerint vnus & continuus. & hoc probat cũ sumpsisset ex ijs quæ prius

dicta

dicta sunt quòd motum qui est vnus & cōtinuus, quemadmodum eum qui sursum fertur vel qui deorsum, vel dealbationem vel calefactionem; vel augmentum, vel diminutionem contingit esse & æqualem & inęqualem. Et cùm assumpsisset q̄ qui componitur ex speciebus dissimilibus, quemadmodum ex alteratione & motu per locum non fuerit æqualis, collegit conclusionem in secunda figura, quam etiam posuit mediam, q̄ motus qui non cohęrēt in specie, non fuerint vnus & continuus. Ex propositionibus autem maiorem quidem primā posuit, quę dicit omnem motum qui est vnus & continuus, contingere ēt esse æqualem & inęqualem: Minorem autem postremā, quæ dicit, QVOMODO enim fuerit æqualis qui ex alteratione cōponitur & latione? hac figura interrogationis sumpta pro enunciatione. subiunxit autem causam. Applicetur enim oportet. est. n. æqualis, cuius partes possunt inter se applicari. Non solū autem fieri nō potest vt sit æqualis qui constat ex diuersis speciebus, sed ēt sic inæqualis vt vnus & continuus. Motus. n. qui est inę- B qualis dictus est esse minus vnus. Quod est autē minus, est mixtione contrarij: non eius quod est omnino speciei dissimilis & excessit, sed eius quod in eadē specie seruat id quod est particeps. Quod est enim fuscum, est minus album. non mixtione lationis, sed nigri. Id ergo quod est inæquale cum continuitate, in eadem specie vel genere habet id quod est magis & minus. Quod ergo ex differentibus constat motus speciebus, nō fuerit inæquale vt continuum & vnum.

CAP. VI.

XLVI PRæterea autem definiendum est quisnam motus sit motui cōtrarius. Quinetiam de mansione eodem modo. Distinguendū est autem primū, vtrum motus qui est ab eodem sit cōtrarius ei qui est ad idem, quemadmodum is qui est ex sanitate ei qui est ad sanitatem: cuiusmodi videtur generatio & interitus: vel qui est ex cōtrarijs, vt is qui est ex sanitate, ei qui est ex morbo: vel qui est in contraria, vt qui est in sanitatem ei qui est in morbum: vel ijs qui est ex contrario ei qui est in contrarium, vt qui est ex sanitate ei qui est in morbū: vel is qui est ex contrario in contrarium, ei qui est ex contrario in contrarium. quemadmodum is qui est ex sanitate in morbum, ei qui est ex morbo in sanitatem. Necesse est enim vel esse vnum aliquem horum modorum, vel plures. non potest enim aliter opponi.

XXXIX Iis quæ de motu & mutatione dictę sunt quęstiōibus, hoc quoq; adijcit necessarium, quisnā motus cuinam motui sit contrarius. Quæret aūt easdem quoq; quæstiones D de mansione seu quiete. Et est proposita quæstio necessaria. ex ea enim probantur ēt motus naturales: & quæ sit elementorū inter se repugnantia: & quęnam ex quibusnam fiant: & alia plurima ex ijs quæ sunt in naturali contemplatione. Qm̄ autem motus est mutatio ex aliquo in aliquid, & ex contrario in contrariū, exponit modos per quos possunt duo motus esse cōtrarij. & discernit quam in his sunt contrarij motus. Qm̄ autem pronunciauit non licere aliter opponere, q̄ per dictos modos, ea quę mutantur ex aliquo in aliquid, tentādum est eos inuenire ex diuisione, qua ipse quoq; videtur vti. Quoniā ergo fit mutatio ex aliquo in aliquid, & ex contrario in contrarium, necesse est vt motus contrarij suscipiāt characterem vel ex vno ex duobus, vel ex duobus cōtrarijs. Aut ergo ambo motus suscipient characterem ex vno & eodē, quando hic quidem fit ex ipso, ille verò in ipsum. quemadmo-

Motus contrarii quinam sint.

Motuum inter se oppositio.

A dum mutatio ex morbo mutationi in morbum, aut mutatio ex sanitate, mutationi in sanitatem. sicut videnť opponi generatio & interitus. Est enim generatio, mutatio in id quod est: Interitus verò ex eo qđ est. Quare qui est in idem eo qui est ex eodem. qui est enim ex eodē ei qui est ex eodem: vel qui in idem ei qui est in idē, ne speciem quidem repugnantiæ susceperint. aut vtrunq; suscipiet ab vtroq; characterem. idq; tribus modis. Aut enim tanquam ex contrario, vt qui ex sanitate, fit per eum qui est ex morbo: Aut tanq̄ in contrarium, vt is qui est ad sanitatem, per eum qui est ad morbum: Aut quando hic quidem ex contrario, ille verò in contrarium, vt qui est ex sanitate per eum qui est ad morbum: Aut ambo ex ambobus suscipient characterem, opposita habentes id ex quo & id ad quod, quando vterque fit ex contrario in contrarium. quemadmodum qui est ex sanitate in morbum, per mutationem ex morbo in sanitatem. Et postquam sic diuisit, subiunxit necesse esse vt vel sit vnus B ex his modis, per quem motus motui aduersatur: vel plures. propterea quòd non possunt aliter opponi oppositæ mutationes.

Est autem qui est quidem ex contrario, non XLVII contrarius ei qui est ad contrarium. quemadmodū qui est in sanitate ei qui est ad morbum. est enim vnus & idem. eis autem non est idem esse. quemadmodum nec idem est ex sanitate mutari & ad morbum. Nec qui ex contra- XLVIII rio ei qui ex cōtrario. simul enim accidit ex contrario, & in contrarium, aut id quod intercedit. Sed de eo quidem dicemus postea. Sed magis id quod in contrarium, videri possit esse causā mutandæ repugnantiæ, q̄ id quod ex contrario. hæc enim est liberatio à repugnantia: illa ve- C rò assumptio. Dicitur autem vnusquisq; potius id in quod mutatur quàm ex quo. quemadmodum sanatio quæ in sanitatem, ægrotatio verò quę ad ęgritudinem. Restat autem vt qui est ad contraria, & qui est ad contraria ex contrarijs, sit contrarius ei qui est ad contraria ex contrarijs. Fortasse ergo accidit vt qui sunt ad contraria sint etiam ex contrarijs. sed non est fortasse idem esse. Dico autem id quod est ad sanitatem ei quod est ex morbo. & id quod est ex sanitate ei quod est ad morbum. Quoniam autem dif- XLIX fert mutatio à motu: quæ est. n. ex aliquo subiecto in aliquod subiectū mutatio est motus: qui est ex contrario in contrarium, ei qui est ex con- D trario in cōtrarium est motus cōtrarius. quemadmodum qui est ex sanitate in morbū, ei qui est ex morbo in sanitatē. Clarum est aūt vel ex L inductione, qualia videntur esse contraria. morbo enim affici ei qđ est sanari, & discere ei quod est decipi, non per se: in contraria enim: sicut. n. scientia, ita etiam deceptio, & per se parari potest & per alium: & motus qui tendit sursum ei qui deorsum: sunt enim hæc contraria in longitudine: Et is qui est ad dexteram ei qui est ad sinistram: hæc enim sunt contraria in latitudine: & is qui est ante ei qui est ponè. nam hęc quoq; sunt contraria in profunditate. Qui est autem LI in contrarium solū, non est motus, sed mutatio.

quemadmodum fieri, album non ex aliquo.

XL Cùm ex diuisione quæ sic prætermitti nõ poterat sum psisset oppositiones, vnanquãq; deinceps tractans, ostendet quinam sint contrarij motus. & primùm quòd quid fit ex contrario, nõ est contrarius ei qui fit in cõtrarium: quemadmodum qui fit ex sanitate, ei qui fit in morbum. est enim vnus & idem. motus enim qui fit ex contrario in contrarium, fit mutatio quæ est ex sanitate in morbũ: & quæ omnino fit in morbum ex sanitate. quare vnus, & neq; contrarij, nec plures. Non est tamen, inquit, eadem ratio ei qui fit ex contrario, & ei qui ad cõtrarium. quoniam qui fit quidem ex contrario, significat illud ex quo fit mutatio: qui verò ad contrarium, id ad quod. Et in vtraq; quidem prolatione præcedit alterum ex contrarijs. significatur autem alterum per accidens. Et ideo dixit, QVEMADMODVM non est idem, mutari ex sanitate, & mutari in morbum} non enim vtrunq; idem significat, quòd in vno quidem id ex quo, in altero verò id ad quod definitum sit. Et in summa ergo non est omnino F idem ei quod est ex contrario id quod est ad contrarium.

Motus qui fit ex contrario, non est cõtrarius ei qui fit ad cõtrarium.

Secundam tractat oppositionem, quę est ex contrario, ei quæ est ex contrario. eo quòd videatur esse contraria ex contrarijs, neq; tamen motus continet contrarios. quoniam omnis motus non solùm habet id ex quo, sed etiam id ad quod. id enim quod mouetur ex sanitate, significat vndenam motus incipiat. sed motum ad quod non indicat. Ipse autem primùm ostendit ipsum eundem esse qui per vtrunque dicitur. simul enim euenit vt fit ex contrario in contrarium, vel id quod intercedit: idq; vt contrarium. vt sit oppositio eius qui est ex contrario in contrarium. in qua sola progressus ostẽdet motuum repugnantiam. quamobrem eam nunc differt. Clarum est autem quòd qui fit in contrarium idem est cum eo qui fit in contrarium. Quod enim fit in contrarium fit omnino ex contrario: vt rursus eadem fiat oppositio, quæ est ex contrario in contrarium, ei quæ fit ex contrario in contrarium. G Siquis autem adeò nudè sumpserit tanquam per diuisionem, eam quæ est ex contrario ei solùm quæ est ex cõtrario, non ad hæc reputans quòd eæ quoq; sunt in contraria: & rursus ei quæ est in contrarium eam quæ est in contrarium, non cogitans quòd quæ sunt in contraria, sunt etiam omnino ex contrarijs: magis videbuntur esse contrariæ mutationes quæ fiunt ex contrarijs. quoniam assumptio cõtrariorum magis habet repugnãtiam, quàm contrariorum mutatio. Quæ enim amittunt contraria, per hoc cessare videntur à repugnantia: quæ autem assumunt, magis fieri contraria. Et mutatio quidem quæ fit in contrarium efformatur ac effingitur ex assumptione contrariorum: quæ ex contrarijs autem, amissione. Prę terea autem motus & mutationes magis suscipiunt formam & characterem ex ijs in quæ fiunt, & non ex ijs ex quibus fiunt, sicut iam quoq; prius dictum est. Aegrotare enim dicimus id quod tendit ad morbum ac ægritudinem: sanari verò quod ad sanitatem. Cùm autem dixisset magis esse contrarias quæ fiũt in contraria, quàm quę H ex contrarijs, & per hoc adhuc magis secreuisset eas quæ fiunt ex contrarijs: quærit deinceps de ijs quæ fiũt in contraria, an ex sint contrariæ, & de ijs quæ sunt ex contrarijs in contraria. Dicit enim has restare cõiugationes ex ijs in quibus possunt fieri motus contrarij. nam prima ẽt relinquitur in diuisione, ea quæ est ex eodem et quæ est ad idem. nondum enim de ea dictum est. ostendet autem hãc oppositionem nequaq̃ esse in motu. Dicit autem de ijs quæ fiunt in cõtraria, euenire ijs quæ in contraria fiũt vt etiam fiant ex contrarijs. quemadmodum dixit etiam in ijs quæ fiunt ex contrarijs, hoc illic adiecto q; sunt motus magis contrarij qui fiunt in contraria, quàm qui ex cõtrarijs. Et quamuis, inquit, eueniat ijs quę fiunt in contraria, vt etiam fiant ex contrarijs, vt idem sit quod fit in contrarium & quod ex contrario in contrarium: quod enim mutatur in sanitatem, simul etiã mutatur ex mor- E bo: esse aũt ipsum & ratio nõ est eadem eius qđ mutatur in sanitatẽ & eius quod ex morbo: & ideo nec sunt eę quidem contrariæ, cũ ad id quod est ad quod, ne habeãt quidẽ id ex quo, sicut ipse dixit, pgrediẽs. Cùm aũt demonstrasset in nulla ex dictis oppositionibus esse repugnantiam motuum, deinceps ostendit quòd ex duabus reliquis, nempe ea quæ est ex ipso in ipsum, & ea quæ est ex contrario in contrarium, hæc est quæ habet repugnantiam motuum. Ostendit autem incipiens ab ipsa causa. Quoniam enim motus in hoc differt à mutatione, quòd fiat ex subiecto in subiectum, & ex contrario in contrarium: contrarium autem est subiectũ: meritò motus qui est ex contrario in contrarium, est contrarius motui qui fit ex contrario in contrarium. fiunt enim mutationes & ex subiectis in non subiecta, & ex non subiectis in subiecta. quemadmodũ interitus & generatio: motus autem fiunt ex subiectis in subiecta, & ex contrarijs in contraria. Quòd autem ita habeat, probauit etiam ex inductione. F Nam cùm accepisset motus qui sunt in confesso, nempe ægrotare & sanum fieri, inuenit eos fieri ex contrarijs in contraria. TALE est autem, inquit, discere & decipi ab alio} Adiecit autem illud AB ALIO, vel quòd fieri potest vt qui à seipso decipitur, non mutetur ex contraria opinione, nec fuerit prius in vera opiniõe de eo quod proponitur, sed statim ab initio falsam cõceperit opinionem. qui est autem eiusmodi, non mutatur ex contrario in contrarium. Qui autem ab alio inducitur, ad id quod est oppositum deducitur, à vero traductus ad falsum. Sic ergo Alexander. Nunquid autem quemadmodum qui discit, aliquãdo quidem traducitur à falso ad veritatem, aliquando autem ne cogitans quidem de eo quod proponitur, neq; an sit verum nec falsum, eius sumit scientiam: ita etiam qui decipitur, vel à vero in falsum mutatur, vel statim falsam tenet opinionem ab eo qui decipit. Cùm autem hæc duo sint, & discere & inuenire, hoc quidem extrinsecus, illud verò intrinsecus præbens sciẽtiam: op- G ponitur autem actui quidem discendi quæ fit ab alio deceptio, inuentioni autem ea quæ à seipso: meritò ergo discendi actus non absolutè deceptionem, sed eam quæ fit ab alio opposuit, nõ vt quæ à vero ad falsum omnino traducat, sed quæ mouetur ex eo quod est falsum opinari, siue quid veri de proposito prius opinabatur is qui decipitur, siue non opinabatur omnino. Oppositio autem eius quod est discere, ei quod est decipi non per se, est oppositio motus qui fit ab ignoratiõe ad cognitionem, ei qui fit à cognitione ad ignorationem. Porrò autem tertiũ quoque subiungit argumẽtum ab ijs quæ in motu sunt repugnantijs, q; sunt motus contrarij qui ex contrarijs fiũt in contraria. Motum enim qui fertur sursum, dicimus contrarium ei qui fertur deorsum, vt in lõgitudine: & is qui est ad dexteram, est contrarius ei qui est ad sinistram, vt in latitudine: & qui fit ad id q; est ante, ei qui fit ad id qđ est ponè, vt in profunditate. Postq; autem vel ex inductione ostendit illos esse motus contrarios qui ex contra- H rijs fiunt in contraria: rursus adnotat quod qui ad contraria solùm dicitur, nõ vnà autem etiam profert id quod fit ex contrarijs, nõ est motus, sed mutatio. quoniam vnum ostendit subiectum, id ad quod solùm: id autem ex quo, non est. quod quidẽ oportet adesse motui, qui fit ex subiecto in subiectum. Etenim album fieri, eo ipso significat quidem mutationem tãquam generationem, sed nõ motum: quoniam non adijcitur ei id ex quo in dictione. quoniam clarum est album fieri ex nigro.

Motus qui fit ex contrario in contrarium, est contrarius ei q fit ex contrario in contrarium.

Decipi põt aliquis à seipso.

Qui discit, de vero vel falso ne cogitãs quidem, quãque sumit scientiam.

Qui decipit, statim falsã quãq; accipit opinionẽ, nõ traductꝰ à vera ad falsam.

Motus qui fit solùm ad cõtraria, nec pfert id qđ fit ex contrarijs, non est motus, sed mutatio.

Porrò aũt quibuscunq; nõ est aliquid contrarijs, quæ fit ex eodẽ mutatio, est cõtraria ei quæ fit in idẽ: Quare generatio est cõtraria interitui, & amissio assumptioni. Ipsę aũt mutationes quidẽ sunt, non aũt motus. Motus autẽ qui fiunt LII ad id quod intercedit, quibuscunq; ex cõtrarijs

est

est aliqd quod intercedit, tanq̃ ad cõtraria quodãmodo ponendi. Vt contrario enim vtitur eo quod intercedit motus in vtrauis muteẽ. vt ex fusco quidẽ in album, vt ex nigro & albo in fuscum, tanq̃ in nigrũ: ex nigro aũt in fuscũ, sicut fuscum in albũ. medium enim dicitur quodam modo ad vtrunq; extremorum, sicut etiã prius dictum est. Motus quidem sic est motui cõtrarius, qui est ex contrario in cõtrarium, ei qui est ex contrario in contrarium.

XLI Vna deinceps quæ ipsa quoq; esse videbatur restabat oppositio, quã primùm enumerauit in diuisione, quę est ex eodẽ ei quę est ad idẽ. Ergo de eo dicit etiam, q̃ quẽad modum quæ sunt ad cõtraria, non habentes opposita ea quę sunt ex quo: sunt qdem mutationes, non aũt motus: ita ẽt quæ ex eodẽ ad idem vnũ solum subiectum sumũt, quod idem est & id ex quo & id ad quod, id aũt quod est ei cõtrarium ꝑtermittunt, sunt mutationes cõtrarię, sed non motus. motus enim fit ex contrario in contrarium. Quod aũt fit ex eodẽ in idem, generationi cõuenit & interitui. ex quo enĩ mutatur interitus, in id ꝓcedit generatio. & ex quo est generatio, in id fit interitus. Similr autẽ se habet quoq; amissio ad assumptionẽ. cuius est enĩ amissio, ęius est assumptio: & cuiꝰ est assumptio eius est amissio. Cùm aũt prius dixisset simul qdem cuenire ex contrario & in cõtrarium vel id quod intercedit: nunc ostendit q̃ ẽt in id quod intercedit & ex ĳs quæ intercedunt, tanq̃ in contraria fiunt & ex cõtrarĳs. qm̃ id quod intercedit habet rõnem cõtrarĳ ad vtrũq; extremũ. mixtione enim contrariorũ ea consistunt quę intercedunt, vt prius dictum est. Quare ẽt eo quod intercedit tanq̃ contrario vtitur motus, in vtrumuis mutetur. quẽadmodum ex fusco qdem, qñ mutatur in albũ, fusco vtitur tanq̃ nigro: & qñ ex albo in fusco. Quando autẽ ex fusco in nigrum: vel qñ ex nigro in fuscum, tunc fusco vtitur tanq̃ albo. Qui fiunt ergo ab eo quod intercedit & ad id quod intercedit, motus ponendi sunt tanq̃ contrarĳ.

Quod intercedit, habet rõnẽ contrarĳ ad vtrũq; extremum.

Motus qui fiũt ab eo qđ intercedit, et ad id qđ intercedit, fiũt contrarĳ.

CAPVT VII.

LIII QVoniam aũt motui non solùm motus videtur esse contrarius, sed etiã quies, hoc est definiendum. est enim absolutè contrarium motus motui: opponitur aũt ẽt quies. est enim priuatio. Aliquã aũt rõne dicitur etiã priuatio contraria: sed talis tali. vtpote ei qui est in loco ea quæ est in loco. Sed hoc quidẽ nunc absolutè dicitẽ. vtrum enim ei quę est hic mãsioni seu quieti opponitur is qui est ex hoc vel ad hoc motus. Clarum est aũt q̃ qm̃ motus est in

LIIII duobus subiectis: ei quidẽ qui est ex hoc in contrariũ, quæ est in eo mansio: ei aũt qui est à contrario in hoc, ea quæ est in cõtrario: simul aũt ĳ quoq; inter se sunt cõtrarĳ. Etenim est absurdũ si motus quidẽ sunt contrarĳ, quietes autẽ non sunt oppositæ. Sunt autẽ quæ sunt in cõtrarĳs. quemadmodum quæ est in sanitate, quieti quę est in morbo: motui autẽ qui est ex sanitate in morbũ. nã vt ei qui est à morbo in sanitatẽ, est alienũ à rõne. Qui est enim ad ipsum motus in quo stat, est potius requies. quã accidit quidem fieri vnà cum motu. Necesse est autẽ vt sit vel hæc vel illa. Non enim quies quæ est in albore, est contraria ei quæ est in sanitate.

A Postq̃ ostendit quinã motus sunt inter se cõtrarĳ: qm̃ quies quoq; motui opponiẽ, & videẽ esse cõtraria, de ea quoq; quærit. primùm qdem quõ quies absolutè motui opponiẽ: Deinde ẽt quænã quies cuinã motui opponiẽ. qñ quidem est ẽt quies ante motũ & post motum. Dicit aũt esse qdem motum ꝓpriè motui contrarium. Sunt.n. ambæ spẽs & inter se mutãtur: Quies aũt motui quidem opponiẽ. opponitur aũt magis vt priuatio, & nõ vt propriè cõtraria. qm̃ ipsa non est forma aliqua sicut motus, sed potius absentia motus. Dicitur aũt, inquit, aliq̃ rõne priuatio contraria, cõiter quidem oĩs priuatio, quatenus formę opponiẽ, vel habitui, vel operationi. cõtrapositio aũt videtur repugnãtia. Priuatio aũt ipsa quæ est in quiete, habet ẽt aliquid aliud, ꝓ quod dicatur magis cõtraria alĳs priuationibus. quę.n. habent alias priuationes, non mutãtur in habitus vel formas. mortuus enim & cæcus nõ mutantur in hoc vt viuant vel videãt. Quæ aũt quiescunt aliqñ, est eis innatũ vt rursus moueanẽ. est.n. quies

B immobilitas eius quod est natura aptum vt moueaẽ. Est aũt hæc priuatio similis priuationi materiæ, quæ cõsiderantur cum ea quę est ad formã aptitudine. in qua ẽt verum est contrariã esse priuationẽ. Qm̃ enim sunt gñationes ex cõtrarĳs: ea qbus à natura insitum est vt muteneẽ, per eã quę in seipsis inest repugnantiã habent hãc aptitudinem. Deinde quærit quęnã quies cuinã motui opponitur in hac media contrapositione earũ quæ dicunẽ propriè priuationũ & contrariorũ. per quã quies motui opponitur. Et primũ dicit quietem quæ est in aliquo genere esse contrariã motui qui est in ipso genere. hoc.n. significauit per vnũ genus motus, dicens, ET qui est in loco is qui est in loco } clarũ est enim in alĳs quoq; motibus, alteratione, inquam, & augmento. non.n. quies quæ est in qualitate est cõtraria motui qui est in loco: sed quies quę est in loco, motui qui est in loco. & quę est in alteratione, ei qui est in alteratione. & ea quæ est in quantitate ei qui est in quãtitate. Sed non satis est hoc dicere, q̃ quies q̃ est

C in loco opponitur motui qui est in loco: & in summa eæ quæ inter se sunt eiusdẽ generis. hoc enim paulò crassius & minus distinctè dictum est. sunt enim plures motus et quietes in vnaquaq; locali distantia. etenim in longitudine, motus hic quidem sursum, ille verò deorsum: & hæc quidẽ quies supernè, illa verò infernè. Quãobrem quærendum est quęnã in his quies cui motui opponatur. Et dicit q̃ qm̃ motus est ex subiecto in subiectum (hoc enĩ significat illud, Esse in duobus subiectis. est enim ex contrario in contrariũ, in quo ẽt differt motus à generatione & interitu) motui qdem qui est ex hoc in contrarium, vtpote ei qui est ex eo quod est infra ad id quod est supra, vel ex albo ad id quod est nigrũ: quę in eo quod est infra & albo sunt quietes ac mansiones sunt cõtrariæ. Rursus aũt motui qui est ex eo q̃ est supra ad inferiora, vel ei qui est ex nigro ad albũ, quę est in eo quod est supra quies, & quę est in albo est cõtraria. adeò vt generaliter quies quę est in eo ex q̃ fit motus, sit contraria motui qui fit ex ipso,

D sed non ei qui ad ipsum. Etenim necesse est illud quidem quod fugit ꝭm naturã esse cõtrarium, id aũt ad quod abit propriũ ac conueniens. Qm̃ autẽ absurdum est, inquit, motus qdem esse inter se cõtrarios, non esse aũt quietes: sciẽdum est quietes ipsas esse inter se cõtrarias, quæ sunt in locis contrarĳs, & contrarĳs qualitatibus vel quãtitatibus. quẽadmodum quies quæ est in loco qui est supnè, ei quæ est in loco qui est infernè. & quies quę est in albo ei quæ est in nigro. & quę est in sanitate, ei qui est in morbo. At motui qui est ex sanitate opponiẽ quies quę est in sanitate, non ea quæ est in morbo, sicut prius dictum est. ei enim qui est ex morbo in sanitatẽ vt ipsa opponaẽ est rõni consentaneum. Et nunc cãm adĳcit euidenter. Qui est enim, inquit, motus ꝭm naturã qui ad illud tendit, in quo ꝭm naturã quiescit id quod moueẽ, cùm scopum habeat illã quietem, & ꝓpter ipsam fiat, est quodãmodo generatio quietis & requies. Quare maxima est cõiunctio & affinitas

XLII

Motus est motui ꝓpriè contrarius.

Quies opponiẽ motui, vt priuatio.

Priuatio q̃ ẽ in quiete, est magis cõtraria quã aliæ priuatiões.

Priuatio q̃ ẽ in quiete, est silis priuationi materię.

Quænã qes cuinã motui opponitur.

Quies quę ẽ in eo ex quo fit motus, est cõtraria motui qui fit ex ipso.

Quietes sũt inter se contrariæ.

& affinitas motui qui est in eo in quo quiescet, cũ quiete quæ in illo est. Si aũt est coniuncta & affinis: non est contraria. non põt enim dici id quod fit ac gignitur esse contrariũ generationi alicuius, aut eius priuationem. Si aũt finis eorũ quæ ad aliqd mouent̃, est quies quæ est in illis: finis alicuius qũo fuerit contrarius, vel eius priuatio? Si ergo necesse est quietẽ, quę est ex quo, vel quæ est ad qd, esse cõtrariam motui: non est enim quies ex alio genere: erit contraria motui qui est in alio genere: fieri autem nõ põt vt quæ sunt ad quod, sint inter se cõtrarię: necesse est quietem quę est in quo, esse contrariam motui qui est ex ipso. etenim si est ſm naturã ei quod mouet̃ is qui est ex hoc motus, quæ est in ipso quies, ei fit p̃ter naturã. Quod est aũt præter naturã est contrarium ei quod est ſm naturam. Si quis aũt dubitat, qũo si vnũ vni contrariũ: motui & motus opponit̃ & quies: & quieti similr̃ & quies & motus dicuntur esse cõtraria: Dicendum est non esse ppriè contraria quietem & motum: sed neq; priuatio est quies eiusmodi, qualẽ dixit in prædicamẽtis, quæ nõ reuertit̃ in spẽm: sed per mediã quandam formã priuationis & repugnãtię videnẽ inter se opponi quies & mot⁹.

Quies et motus non sunt proprie contraria.

Quies qũo sit priuatio.

LV Quibuscunq; autẽ non sunt cõtraria, eorum mutatio quidẽ est opposita, quæ est ex eodẽ, ei quæ ad idem. nõ est aũt motus. queadmodum quę est ex eo quod est, ei quę est ad id quod est. & mansio quidem seu quies nõ est eorum, sed immutabilitas. Et si sit quidẽ aliquod subiectũ quod nõ est; quę est in eo qd' est immutabilitas, est cõtraria ei quę est in eo qd' non est. Sin autẽ non est aliqd quod non sit: dubitauerit quispiã cuinã sit contraria quę est in eo quod est immutabilitas, etiã si sit quies. si hoc aũt ita est: aut nõ oĩs quies est motui contraria, aut generatio & interitus est motus. Clarũ est ergo quietem quidem nõ esse dicendã, si non sint etiam ipsi motus. Simile quid aũt est etiam immutabilitas: contraria autem vel nulli, vel ei quæ est in eo quod non est: vel interitui. ipse enim ex ipsa: generatio autem in illam.

XLIII Cùm dixisset quietem quæ est in altero cõtrariorum, esse contrariã motui qui est ex ipso, quęrit an ẽt in mutationibus, quæ nõ fiunt ex contrario in contrariũ, & ideo nõ sunt motus, vt dicebat̃ in generatione & interitu, est aliqua quies cõtraria his mutationibus, ei quę est ex eodem ad idẽ. erant enim hæ mutationes oppositę vt generatio & interitus: interitus qdem, mutatio quę est ex eo quod est in id quod nõ est: Generatio autẽ, quę est ex eo quod nõ est ad id quod est. An non est eis opposita qes, qm̃ nec ipsę dicunt̃ motus, sed solę mutationes: quies aũt opponit̃ motui. Quid igit̃, an non est finis alicuius generationis quę est in forma mãsio, queadmodum motus qui est ab alto deorsum, mansio seu quies quæ est in eo quod est infra? An est quidẽ, sed non est is motus appellãdus, sed potius ĩmutabilitas? qm̃ absentia quidẽ motus, dicit̃ quies: mutationis verò absentia, ĩmutabilitas. Sed esto, vocet̃ immutabilitas, cuinã fuerit immutabilitas, & cuinam mutationi contraria est hęc ĩmutabilitas? Si est quidẽ aliquod subiectum quod non est, sicut materia: immutabilitas quę est in eo quod est, erit cõtraria immutabilitati quæ est in eo quod nõ est, & ei mutationi quæ est ex eo quod est: Sin autẽ non est, inquit, aliquid quod nõ est, dubitauerit quispiã cuinam immutabilitati est cõtraria quæ est in eo quod est immutabilitas. Dubitauerit autẽ, inquit, etiã quispiam, an quies quæ est in eo quod est, dicenda sit immutabilitas, ppter absurda quæ sequũtur. Si quis enim dicat quietem in gñatione & interitu, eã quæ

Quies sit ne in generatione et interitu.

Gñationis finis est in forma mansio.

Immutabilitas dicẽda ẽ in generatione et interitu, non quies.

E est in eo quod est immutabilitatẽ: duorum alterũ necesse est. aut enim non oĩs quies erit motui cõtraria, siquidem quę est in eo quod est immutabilitas, opponit̃ mutationi quæ est ex eo quod est: ipsa aũt non est motus, sicut ostensum est antea: qm̃ non est ex subiecto in subiectum: aut si oĩs quies opponit̃ motui: erit ẽt interitus motus. Similr̃ aũt etiam gñatio. Ostensum est autẽ eos non esse motus. Vt ergo neutrum ex his absurdis eueniat, non est quidẽ quies vocãda q̃ est in eo quod est mãsio, sed aliqd quieti sile dicẽda est. & dicendũ est ĩmutabilitatẽ esse priuationẽ non motus, sed mutationis. Ipsa autẽ q̃ est in eo quod est ĩmutabilitas, aut nulli est cõtraria: quies.n. & nõ ĩmutabilitas posita ẽ alicui cõtraria, aut si est alicui cõtraria, erit vel ĩmutabilitati q̃ est in eo quod nõ est contraria, si est aliqd quod nõ est: vel interitui, qui est mutatio ex eo quod est. ei enĩ opponet̃ tanq̃ mutationi, ẽt si nõ sit aliqd quod non est. Quãobrem sic dixit, AVT ei quæ est in eo quod non est: aut interitui.} ipse enim, inquit, Interitus F est ex ipsa ĩmutabilitate quæ est in eo quod est. Generatio aũt est via ad illam. Queadmodum enim ostẽsum est in quiete, ita se habet ẽt in immutabilitate. immutabilitas enĩ quæ est ex eo ex quo mutat̃, mutationi, quę fit ex eo ex quo est, opponitur, sed nõ ei quæ est ad ipsa. Quare interitui qdem opponitur vt mutationi quæ est in eo quod est immutabilitas: generationi aũt & immutabilitati quę est in eo quod est, fuerit opposita immutabilitas quæ est in eo quod nõ est, siquidẽ sit aliquid quod nõ est.

Quę est aũt in principio huius dictionis scriptura habet̃ tribus modis. AVT enim sic, QVIBVSCVNQVE autẽ nõ sunt cõtraria, mutatio quidẽ est opposita, q̃ est ex eodem ei quę est ad idẽ, non est aũt motus.} Aut sic. QVIBVSCVNQVE autem nõ sunt contraria, eorũ opposita qui dẽ est mutatio} & ea quæ sequuntur. Eadem aũt significant hæc quoq; quæ priora. Est aũt tertia quoq; hmõi. QVIBVSCVNQVE non sunt contraria, quorũ mutatio quidẽ est opposita, quę est ex eodẽ, ei quæ est ad idẽ, non G est aũt motus.} Hæc aũt magis admittit Alexãder. Dicit enim, tanq̃ significans quorum non sit quies sed immutabilitas: nõ autem tanq̃ ostendens tales mutationes minimè esse motus, neq; sibi inuicem opponi tanq̃ motus, sed tanq̃ mutationes. Hoc enim iam ostensum est.

Dubitauerit aũt quispiam cur in mutatione qdem per locũ sunt & ſm naturã & præter naturã mansiones & motus: in alijs aũt, non. queadmodum alteratio, alia quidẽ ſm naturã, alia verò præter naturã. nihil enim magis ſm naturam, q̃ præter naturã est sanatio vel ægrotatio. nec dealbatio, q̃ nigrefactio. Similiter aũt & in augmento & diminutione. neq; enim ipsę sunt inter se contrariæ, vt natura vel præter naturã. nec augmẽtum augmento. Quinetiã in gene- H ratione & interitu eadẽ est ratio. neq; enim generatio qdem est ſm naturã: interitus aũt præter naturã. senescere enim est ſm naturã. Neq; videmus generationem, hãc quidẽ ſm naturã. illã verò pręter naturam. Si est aũt id quod est vi præter naturã: fuerit ẽt interitus interitui cõtrarius qui est violẽtus, vt qui sit præter naturã, ei qui est ſm naturam. An nõ ergo sunt ẽt violentę generationes & non fatales, qbus sunt cõtrariæ eæ quæ sunt ſm naturã. & augmẽta violenta & diminutiones. queadmodum augmenta eorũ qui propter luxum ac delitias celeriter pubescunt. & frumenta quæ vel non cõstipata abundè & celeriter crescũt. In alteratione aũt,

LVI LVII LVIII

quõ,

quõ, nisi similiter? fuerint enim nõnullę quidẽ violentę, alię verò naturales. quẽadmodum aliqui liberant quidẽ in diebus nõ iudicatorijs, alij verò in iudicatorijs. illi quidẽ liberati sunt pter naturã, hi verò fm naturã. Erunt autẽ interitus sibi inter se cõtrarij, non generationi. Quid aũt obstat? fieri enim põt. nempe si hęc quidem iucunda, illa verò molesta. Quare non absolutè fuerit interitus interitui contrarius: sed quatenus hic quidẽ ex his est talis, ille verò talis.

LXIIII Postq̃ dixit quinam motus & quietes quibusnã motibus & quietibus sunt fm naturã contrarij, nempe q̃ motus qdem motui, qui est ex cõtrario, ei qui est ex contrario: motus aũt mansioni, is qui est ex aliquo ei quę est in ipso: qm̃ non solũ ij qui sunt fm naturã opponunt ijs qui sunt fm naturam, quẽadmodum motus ignis qui à loco inferiori tendit sursum, motui terrę qui à supernis tendit deorsum: dicturus ẽt de his oppositionibus, dubitat primùm cur in mutatione qdem quæ fit per locũ, & motus sunt & mansiones, & fm naturã est pter naturam: quẽadmodum ignis qdem præter naturã motus est is qui tẽdit deorsum: mansio aũt quæ est in eo quod infra: fm naturã autẽ, motus qdem ad id quod est supra, mãsio verò in eo quod est supra: & in alijs simplicibus corporibus & alijs simplicibus motibus eadẽ est ratio, in ijs quidẽ quę sunt in loco: In alteratione aũt & ea mutatione quę fit in quãtitate, nõ videtur vtiq; cerni oppositio eius quod est fm naturã & præter naturã. dealbari enim nõ est magis fm vel præter naturã corporibus, q̃ nigrefieri: nec sanari q̃ ægrotare. vtrunq; enĩ æquè videt̃ posse suscipere corpus animantiũ. Eadem aũt est ratio & de augmento & diminutione. non est.n. augmentũ fm naturã, diminutio verò pręter naturã, neq; contra. Sed neq; augmẽtum videt̃ opponi augmẽto, vt sit hoc qdem fm naturã, illud verò præter naturam. Similr aũt se habet ẽt de alijs mutationibus generationis & interitus. non est.n. alterũ quidem eorum fm naturã, nempe generatio, alterum aũt præter naturã, nempe interitus. senectus enim quæ est mutatio ab eo quod est esse, ad id quod est nõ esse, & interitus, videt̃ ipsa quoq; esse fm naturã. Sed neq; generatio sic videtur opponi generationi, vt sit hęc qdem fm naturã, illa verò præter naturã. Cùm sic ergo dubitasset, ambos qdem oppositos, vtputa dealbationem et nigrefactionẽ, & augmẽtum & diminutionẽ, & generationem & interitum, cõcedit esse fm naturã. In eo.n. qui fit per locũ, is qui fit supra, & is qui infra ambo sunt fm naturã oppositi, etiã si sint in alio & alio. Quòd aũt in eadẽ specie, vtputa augmẽto, vel generatione & interitu; hic fit quidẽ fm naturã, ille verò pręter naturam, quẽadmodum in motu qui tendit sursum & in motu qui deorsum, pbat ex eo q̃ violentũ videatur in oĩbus, violentum aũt fit præter naturam. Ergo interitus quoq; fuerit interitui contrarius, violentus ei qui est fm naturã. sed in interitu qdem violentum manifestũ est. Porrò aũt sunt ẽt violentę generationes, & quæ nõ fiunt per seriem naturę. quas dixit non fatales, qñ generãt aliqua ante ætatem. Ex hoc aũt loco notãt interpretes Peripateticos ponere fatum in ijs quæ sunt fm naturã, siquidem violentos & pręter naturã motus dixit nõ fatales. Quinetiã dicit esse quędã augmenta pter naturam, vt eorũ qui celeriter pubescant per luxum & delitias qui ẽt pręter naturã & vi genuerint. Quinetiã frumẽtum ,ppter caliditatẽ celeriter nascit̃ & augetur in ijs qui vocãtur horti Adonidis, priusq̃ radices egerit & constipatũ fuerit in terra. Iam verò in alteratione quoq; inuenit id quod est fm naturã & pręter naturã. qui enim cessant ęgrotare in diebus iudicatorijs, firmè ac stabiliter fm naturã alterantur: qui aũt non in iudicatorijs, pter naturam & instabiliter. Cùm aũt dixisset gñationem esse

Motus pter naturã sit ne in oĩbus speciebus mot.

Fatum esse i ijs quæ sunt fm naturã.

In hortis Adonidis celeriter nascit̃ frumentum.

A generationi contrariã, & interitum interitui, aduertit interitus fore sibi inuicẽ contrarios. quod si ita est, qm̃ interitui opponit̃ ẽt generatio, erunt duo vni contraria. interitui enim & generatio & interitus erunt cõtraria. Similiter aũt generationi quoq; gñatio & interitus, siquidem generationi quoq; opponit̃ generatio. Cùm ergo paucis hanc indicasset obiectionẽ per hoc, nempe, ERVNT aũt interitus sibi inter se contrarij, si sic sumant̃, & non generationi} si ergo ẽt generationi, duo vni erunt contraria: soluit obiectionẽ, dicens nihil obstare quominus in aliq̃ etiã interitus sit interitui cõtrarius: non quatenus interitus, sed quatenus hic quidẽ est fm naturam, ille verò pręter naturã, quæ accidunt interitibus. Quare nõ sunt duo vni contraria, siquidem quatenus quidem interitus, est cõtrarius soli generationi: quatenus autem fm naturam interitus, ei qui est præter naturam. quẽadmodum si hic quidem habuisset id quod est iucundum per accidẽs, ille verò id quod est molestũ: esset eorum in hoc oppositio.

Interitus sit ne interitui contrarius.

B LIX In summa ergo eo modo qui dictus est sunt motus & quietes contrarij. quemadmodum is qui supra ei qui infra. eæ eni sunt loci repugnãtiæ. motu autem qui supra fertur natura tendit ignis: motu aũt qui infra, terra. Sunt aũt motus eorum cõtrarij. ignis aũt sursum quidẽ natura: deorsum aũt præter naturã. Et est quidẽ contrarius is qui est fm naturã, ei qui est præter naturam. LX Quinetiam mansiones sĩr. quæ est enim superius mansio, est cõtraria motui qui ex alto fit deorsum. Fit aũt terræ illa quidẽ sola mansio præter naturã, motus aũt ipse fm naturã. Quare motui cõtraria est mansio quæ est pter naturam ei quæ est fm naturã eiusdem. etenim motus qui est eiusdẽ sic est cõtrarius. C Hic enim ex ijs erit fm naturam, is qui est supra vel is qui infra: ille autem præter naturam.

XLV Postq̃ ostendit repugnãtiam quæ est fm naturam, & quæ est præter naturã esse in motibus, ostẽdit deinceps, nõ aliquo alio modo repugnantiæ, pter eum qui prius dictus est inesse motibus, qui & fm naturã & pręter naturam sunt motus cõtrarij: sed est idẽ motus repugnantię. Qñ enim idẽ est quod mouet̃ contrarijs motibus, hoc est qui ex cõtrarijs sunt & ad cõtraria: qñ alius est ei fm naturã, tunc ei fit alius pręter naturã. ignis enim natura fertur sursum: terra aũt deorsum. & sunt qdem motus eorũ contrarij. Ignis aũt fertur quidẽ sursum fm naturã, deorsum aũt præter naturam. & est cõtrarius is quidẽ qui est fm suam naturã ei qui est præter naturã, qm̃ ex cõtrarijs sunt & ad cõtraria. Et sil mansiones. Mansio enim quæ est supra, est contraria motui qui à supernis fit deorsum. Fit aũt terræ mansio quidẽ quæ est supra, pręter naturã: D qui est aũt deorsum motus, fm naturã. Quare motui contraria est mãsio quæ est præter naturam eiusdẽ. est enim motus eiusdem cõtrarius. vniuscuiusq; ergo ex elemẽtis motui fm naturã, est ei contrarius motus præter naturã. Qm̃ aũt ex quo quid mouet̃ vel fm naturã vel præter naturã, quę est in illo mãsio, opponit̃ motui qui ex ipso est: simplicibus scilicet corporibus, q̃ sunt in illis mansiones ex qbus mouẽtur fm naturam, eæ sunt præter naturam. Quare quæ sunt pręter naturã, eorundem mansiones & quietes, sunt cõtrariæ motibus eorundẽ qui sunt fm naturã. In nonnullis aũt exemplaribus post finẽ huius dictionis quæ dicit, HIC enim ex ijs erit fm naturã, is qui est supra vel infra, ille verò pręter naturam} hoc adijcit, Generaliter autẽ & primò hæc insunt propriè.} Agnoscunt aũt etiam Interpretes in nõnullis hoc adijci. Dixerit aũt, q̃ hæc, nempe moueri fm naturã & præter naturam, inest propriè simplicibus corporib⁹ naturalibus & oĩbus

Motus fm naturã & pręter naturam, sunt cõtrarij eodẽ modo repugnantię quo alij motus cõtrarij.

ombus & primò in com motu & quiete per locum in aliis autē motibus est ēt in ipsis id quod est fm naturā & pter naturā, vt dixit, nō propriè aūt nec primò, sed per eā quę fit ex ĩis translationē. Videť aūt deesse ei quod est, Generaliter aūt & primò hæc, pprie insunt, illud, His simplicibus corporibus.} quorũ in motu q est supra & infra, artificiosè excogitauit id quod est fm naturā & pter naturā.

E lium corporū, vt ad suum locum & ei proprium feratur. Simul enim factum est, & est actu, et rectà moueť ad proprium locum, tendens ad eā quæ est in hoc perfectionē, nisi qd impediat. quod quidem ostēdit ꝙ sisti dicatur, & sit in motu qui diciť fm naturam. Sic quidē Alexāder, tangens, vt puto, id quod à me dicendum est. Num aūt illud VEL oĩno esse} redditum est ad id quod est, DICI ꝙ videť sisti propriè dici, vel non solū dici, sed etiam esse oĩno in eo quod est fm naturam. ne illud, Dici, ad dicendi cōsuetudinem amandet sisti. sed sisti propriè esse ferri ad suum locū. aut si sisti quidem accipiať pro statu ad quē festinat, ferri aūt de motu, nō esse absolutè sisti idē quod ferri ad suū locum, sed simul euenire, aut tunc euenire vt sistatur, qñ accidit vt aliquid feratur ad suū locum. Hoc autē ipse etiā sic dixit paulò ante, Qui est enim ad ipsum motus, est magis quies. vel accidit qdem vt fiat simul cū motu. Si hoc ergo est absurdum vt aliquid quod non fit quiescens, sit quiescens, quod quidē subiunxit: absurdū

LXI Dubitatur autē, si est cuiuslibet quietis, quæ non est semp, generatio: & ipsa sit sisti, eius quidem quod manet pręter naturam, vtpote terrę supra, fuerit generatio. qñ ergo sursum vi ferebatur, sistebatur. Sed id quidē quod sistitur, videtur semper ferri celerius: id autē quod vi, contra. Non factum ergo quiescens erit quiescēs. Pręterea videtur sisti propriè dici vel oĩno esse in eo qd' est ferri fm naturā, vel simul euenire.

XLVI Nunc dubitat an sit cuiusuis quietis generatio, an nō. fieri enim non pōt vt nō sit generatio cuiuslibet quietis. Causam aūt paucis ostendit cū dixit, QVÆ nō est.} est enim quies priuatio motus in eo quod aliquādo moueť. quę est aūt in eo quod aliqñ mouetur quies, non est semper, siquidem aliqñ mouetur. Quod aūt non est semper, factum est. Quod aūt factum est fiebat. Quod autem fit, habet generationē, per generationem enim generari aliquid & fieri dicitur, quēadmodum id quod moueť, moueri per motum. Ipse autem satis duxit ad hoc ꝙ non fit semper quies, ꝙ quę sunt, vel semper sunt, vel aliquādo fiunt. Cùm aūt ostendisset oportere necessario oēm gētē habere generationē & adiecisset generationē quietis esse sisti, quod quidem est, vt quiescat efficere: quiescere enim est stare: standi aūt generatio est sisti, quēadmodū moueri eius quod est motū esse: subiungit deinceps dubitationē quæ conať perimere ꝙ quęuis quies habeat generationē, per hoc ꝙ ostendit violentā quietem nō habere gñationem. neq; enim habet id quod est sisti. si enim quę est violenta supra quies, & per vim stare supra, habet terræ gñationem: habuerit violenter sisti, hoc est violenter ferri ad id quod est stare. Si ergo oĩno fieri non pōt vt sistatur à motu violēto ad hoc vt stet: nō fuerit scilicet violentę quietis generatio. Quòd aūt non sit sisti in quiete violēta, effectu & potestate sic pbat. Quod sistitur, fm naturā fertur ad illū locum in quo stabit. Quod fm naturam fertur ad aliquē locum in quo stabit, cū est propius illum locum, mouetur celerius adhuc maiorib[9] ab eo acceptis viribus. Est autē conclusio huius orationis, ꝙ id quod sistitur, hoc est quod fertur ad hoc vt stet, celerius mouetur dum appropinquat loco in quo stabit. Assumpta aūt ad hanc alia, ppositione quę dicit. Quod vi fertur nō fertur citius ad locū in quo vi stabit, sed ēt tardius: colligiť in secunda figura, proximè quidē, ꝙ id quod vi fertur nō sistitur, hoc est, non incitať ad standum. Eam autē hoc cōsecutum est, Id quod vi quiescit fieri nō quiescēs, siquidem nō habet sisti & quietum effici. Quod ergo vi

F autem, qm̃ necesse est quod factum est prius fieri: sisti duplex esse dicendū est, hoc quidē propriè fm naturā, illud verò præter naturā metaphoricè æquiuocè. Et ideo fortasse cùm dixisset, sisti dici in eo quod est fm naturā, adiecit illud PROPRIE. reuera enim id quod tendit ad statū diciť sisti, sicut quod ad quietem, quietum reddi. id autē quod vi moueť non tendit ad statū. Si ergo cessauerit gleba à motu qui vi fit sursum, statim fertur deorsum nisi qd vi retinuerit. est enim violenta quies, vis alicuius quod retinet. sicut violētus motus ci[9] quod vi mouet. Et si ergo sisti non dicatur propriè esse ante id quod vi quiescit, sed tñ quia factum est quiscēs: necesse est eius generationem prius esse, & sisti aliquid respondens proportione. Cur ergo est argumentum Sophisticum, productum ab æquiuocatione eius quod est sisti? Num fortè cum orationē quæ sic Sophisticè dubitabatur posuisset, dissoluit per distinctionē eius quod est propriè sisti, ostendens nō dici propriè sisti id quod vi fertur: per abusionem autem

G nihil vetat quominus id quod vi fertur dicatur ipsum quoq; sisti statu violento, qm̃ violentam quietem pcedit aliquid, quod proportionē habet ac conuenientiam cum eo quod est propriè sisti, quod præcedit quietem quæ est fm naturā. quod quidem erat vnà cum motu qui est fm naturam. nisi fortè sicut dixi, motus quidē qui est fm naturam in se habet etiā sisti, quod quidē est properare ad standum: qui est aūt præter naturam, cùm id quod mouetur nō festinet ad standum in eo quod est præter naturā, non habeat oĩno sisti. neq; enim steterit quod vi latū est, nisi vi retineatur. nisi qm̃ fieri non potest vt quod vi alicubi quiescit, nō vi feratur in illum locū, in quo vi quiescit. siquidē id quod fertur fm naturam, fertur in eum locum qui est fm naturam, in quo quiescit fm naturā, violentā quietem pręcedit motus violentus. quēadmodum eam quæ est fm naturā præcedit motus qui est fm naturam. & ea ratione, etsi nō propriè, dicatur id etiam sisti, quod violēter fertur, qñ est vi quieturum. Quod autem

quiescit erit quiescens, cùm nō factum fuerit quiescens. Non est ergo cuiusuis quietis generatio, siquidem nō est violentę. Deinceps aūt videť tanq; aliud argumentum pe hoc inferre, PRÆTEREA videť sisti propriè dici in eo quod est fm naturā} & ea quæ sequunť. vel potius p hoc subindicare quid cōtineat prior ratio. collecta est enĩ illa ratio, vtpote ꝙ sisti ei quod vi fertur minimè possit adesse, sed ei quod fm naturā mouetur ad hoc vt stet. ei enim cuius vis scopusq; ac institutū fertur ad hoc vt stet, ei cōuenit sisti. quēadmodum quietum effici ei quod festinat ad quietē: & dealbari ei quod tendit ad hoc vt fiat album. Cùm aūt dixisset Sisti videri propriè dici de eo quod fm naturā tendit ad locū proprium, nō in eo quod est præter naturā, subiunxit, siquidem, vt Alexāder ait, hoc quoq; scriptū sit, VEL oĩno esse} & significauerit, inquit, Sisti videri oĩno esse operationē vniuscuiusq; natura-

H fertur fm naturam, dicitur propriè sisti, qñ vadit ad statum. Quoniam aūt hoc adducunt oēs tanq; pronunciatum, ꝙ quæ ferūtur fm naturam, cùm fuerint apud propria loca, feruntur celerius, & reddunt causam rationi consentaneam, dicentes id fortius & validius effici quod ad suam summā magis accedit, vt quod in forma tunc magis perficiatur: alĩ autē multitudinem aeris qui intercedit dicunt impedire ea quæ sursum vel deorsum mouentur, donec propriis locis appropinquātia id exiguum relinquunt quod intercedit: probationem autem ꝙ ita habeat, ꝙ quę feruntur fm naturam celerius feruntur cùm fuerint propter loca propria, pauci addūt: nihil fortasse obstat quominus ad scribamus indicia quæ dicta sunt à Stratone Physico. Cùm enim sic dixisset in libro de motu, ꝙ extremi loci cōmutationem in minimo tpe cōmutat id quod mouetur, subiungit, In ĩis ergo quæ pondere " feruntur per aerem, clarum est sic fieri. Nam aqua quæ "

Cuiuslibet generis sit ne gñatio an non.

Sisti quo dicatur.

Quæ feruntur fm naturā, cum fuerint prope sua loca, feruntur celerius.

defluit

defluit à tegulis, si quis eam ab alto cadentem contēpletur, superius videtur fluere cōtinua: inferius autē, diuulsa cadit in solum. Si ergo non semper celerius ferretur ni locum posteriorē, hoc ei nunq̃ accideret. Hoc autē dicit, auelli à continuo id quod est prope solum. Prȩterea autē aliud quoq; adijcit signum, dicens, Si quis lapidem vel aliud pondus habens à terra elatum digiti vnius altitudine, proiecerit, nō vsq; adeò apertum ictum humi faciet: Si autē cùm iugerum vel adhuc plus distans ex alto dimiserit, ictum faciet vehementem. Et nulla, inquit, est alia causa ictus. neq; enim habet maius pondus: neq; maius factum est id quod mouetur: neq; plus loci protrudens, neq; à maiori protrusum: nisi q̃ fertur celerius. ex eo enim & hæc & multa alia eueniunt accidentia. Hoc autem signum significat, vt existimo, quòd cùm parum à terra tollitur, vt quod adhuc sit in terra, est motu difficile: cùm autem procul mouetur ad locum proprium, semper ad hoc magis magisq; validius efficitur. Aspasius autem librum finijt in hac dictione.

LXII Dubitatur autem si contraria est quæ hic est mansio, quò hinc mouebitur? quando enim ex hoc mouetur, vel etiam abijcit, videtur adhuc habere id quod abijcitur. Quare si eadē quies est contraria motui qui hinc fit in contrarium, simul erunt contraria. vel aliqua ratione quiescet, si adhuc manet.

XLVII Cùm prius dixisset, motui qui est ex contrario in contrarium, opponi mansionem quæ in eo est, ei autē qui est à contrario ad id, eam quæ est in cōtrario, de eo nunc dubitat, & dicit quietem quȩ hic est, esse contrariam motui qui est hinc, vt prius dictum est. qm̃ quod incipit hinc moueri, adhuc hic quoq; est, hic aũt cùm sit, quiescit. hoc enim sibi vult ipsum hic esse, accidit vt idē simul & quiescat & moueatur motibus & quietibus inter se cōtrarijs. qui est enim ad quod motus, non est cōtrarius ei quæ est in ipso mansioni. quamobrem de his verba non fecit. vt autem simul circa idem contraria accidant minimè fieri potest. Quòd aũt id quod hinc incipit moueri, adhuc hic sit, probat ex eo quod dicitur q̃ eius quod mouetur, hoc quidem illic est ex quo mouetur, illud verò illic ad quod mouetur. Quēadmodum enim si cogitauerimus aliquid albi nigrefieri, nondum autē esse perfectè nigrefactum, manet adhuc habēs aliquid albi, & quiescens in albo eatenus: ita etiā localis motus qui adhuc habet aliquid eius quæ est in quiete affectionis, dici potest non planè abiecisse quietem. Soluit autem dubitationem, dicens nihil absurdi euenire ex rōne, si sint circa idem contraria, sed non in eodem, verùm in alio & alio. fieri enim potest vt idem sit album vel nigrum in alia & alia parte. quod fit in eo quod motũ incipit. hoc enim eius illic est, illud verò non est. nō est enim id quod mouetur eiusmodi, vt in id non cadat diuisio. ostendetur enim nihil posse moueri quod non suscipiat diuisionē. si quid aũt fuerit in contrarijs in alio & alio, nihil absurdum. Cùm hoc ergo paucis ostendisset, dicendo, AVT aliqua ratione quiescit, si adhuc manet} hoc est, si in aliquo quiescit vel in aliquo manet: infert ne quietem quidē esse motui propriè contrariam. est enim potius priuatio. sed propriè motus motui contrarius, qui est ex contrario in contrarium, ei qui est ex contrario in cōtrarium, vt dictum est. in eiusmodi enim motibus non euenit vt sit idem in contrarijs.

LXIII Et de motu quidem & quiete, & quomodo vterq; est vnus, & quinam quibusnam sint contrarij dictum est.

XLVIII Quomodo motus quidem sit vnus dictum est. sed nō q̃uo vna quies. sed videtur hoc ponere tanq̃ dictum, qm̃ ex ijs quæ de motu dicta sunt clarum sit q̃uo sit etiā vna quies. Si enim quies est priuatio motus in eo cui innatū

A est moueri, videlicet quotcũq; modis dicit̃ motus vnus, tot etiam dicetur quies. Quare eius quoq; hæc quidem erit vna genere, illa verò specie, alia autē numero & substantia. Hucusq; est finis libri in nonnullis exēplaribus. in alijs autem ea etiam adijciuntur quæ deinceps dicenda sunt. quæ quidem nec Porphyrius breuiter explicare, nec Themistius Paraphrasi circumloqui voluit. Alexāder autem cum adnotasset ea non haberi in aliquibus exemplaribus, ea tamen exponit.

Dubitauerit aũt quispiam etiam de eo quod est sisti, si quot sunt motus præter naturam, ijs quies opponitur. Si ergo nō opponetur, absurdum. manet enim, sed vi. Quare quiescens erit aliquid non semper absq; eo quòd factum fuerit. Sed clarum est futurum. quemadmodum enim mouetur præter naturam, quieuerit etiā LXIIII

B aliquid præter naturam.

Si hæc nō temere adijciuntur, dicunt eadē cum ijs quȩ prius dicta sunt. in quibus videt̃ perimere sisti in ijs quæ quiescunt præter naturam, & mouentur præter naturā. Cùm autem prius hoc cōfirmasset per abductionem ad id quod fieri nō potest, qñ collegit, q̃ si non est sisti in ijs quæ vi mouentur & vi quiescunt, erit aliquid quiescens quod non sit quiescens, quandoquidem in illis visus est negare sisti in ijs quæ vi mouentur, propterea q̃ id quod sistitur semper feratur celerius, id autem quod vi mouetur, contra, & ideo sisti dicatur in eo quod ſm naturā vadit ad locum proprium: vult autem vt videtur dubitationem vtrinq; confirmare: ideo nunc alteram eius partem accepit, quæ ostendit q̃ & in violento motu & in violenta quiete quæ ei opponitur, necesse sit esse sisti: si n autem non est, manet autē vi aliquid: erit quiescens aliquid non semper absq; eo q̃ factum sit. quod quidem prius dixit, Non factum ergo quiescens, erit quiescens.} nunc autē XLIX

C ei quod est quiescens adiecit illud, Erit non semper, superuacaneè vt ego existimo. Si enim quiescit id quod est natura aptum vt moueatur: non fuerit quies æterna. CLARVM est autem, inquit, futurum aliquid vi quiescens. quēadmodum enim mouetur aliqd præter naturam, ita etiam quiescit prȩter naturam} adeò vt sit talis syllogismus in secundo modo hypotheticorum. Si sit id quod manet vi, vt ostēdam: si non est sisti in ipso vt etiam in eo quod est ſm naturam: quiescens aliquid erit non semper absq; eo quod factum sit. Si hoc ergo fieri nō potest, est, etiam sisti in eo quod vi manet. Quòd autem sit id quod vi manet etiam præter naturā, clarum est ex eo q̃ est id quod mouetur præter naturam. opponitur aũt ei motui qui est præter naturam nō is solus qui est propriè præter naturam: opponeretur enim motui qui est præter naturam, quēadmodum motui terræ qui fertur sursum, nō ea quæ est præter eius naturā mansio quȩ est in eo quod est supra, sed quæ est ſm naturā in eo quod est infra. Mihi

D autem vidētur facere accuratius, qui hanc dictionem, vt quæ nullo mutato idē dicat cum ea quæ prius dicta est, tanq̃ à quibusdam postea adiectam prætermittant.

Quoniam autem nōnullis est motus ſm naturam & præter naturam: quēadmodum igni, ſm naturam quidem, is qui tendit sursum: qui autem deorsum, præter naturam: vtrum ei fuerit contrarius terræ'ne motus. ipsa enim fertur deorsum ſm naturam. an ambo scilicet, sed nō eodem modo. sed hic quidem tanquam ſm naturam, huius quæ est ſm naturam: eius autem, nempe ignis, is qui tendit sursum, ei qui deorsum, vt qui sit ſm naturam ei qui est præter naturam. Similiter autē etiam mansionibus. Fortasse LXV

tasse autem quieti motus aliqua ratione opponitur. quando enim ab hoc mouetur & abijcit, id adhuc videtur habere quod abijcitur. Quare si eadem quies est contraria motui qui est hinc in contrarium: simul inerunt contraria. aut aliqua ratione quiescit si adhuc manet. Omnino autem eius quod mouetur, hoc quidē est illic, illud verò in quod mutatur. Quocirca est etiā motus magis motui contrarius, quàm quies.

Quisnā ergo sit motus absolutè vnus, dictum est. Et de motu qdē & quiete, quō vterq; vnus, & quinam quibusnā sint contrarij, dictum est.

L Hoc quidē est id quod dicitur. Quoniam igni quidē qui sursum fertur motus est fm naturam, qui verò deorsum, præter naturam: terræ autem, qui deorsum tendit, est fm naturā, qui verò sursum, præter naturam: vtrum motui ignis qui est fm naturam motus eius ipsius ignis qui est præter naturā erit contrarius, an motus terræ qui est fm naturā. & fert sententiam ambos esse contrarios, sed non similiter. sed motum quidē terræ qui est fm naturam, motui ignis qui est fm naturā, vtpote quòd sint ambo fm naturam: Qui est autē ignis fm naturam, motui eius qui est præter naturam, quēadmodum is qui est præter naturā, ei qui est fm naturam. Porrò autem hæc quoq; dictio adiecta est ex redundanti, vt quę iam sic dicta est breuius. Fertur autem natura quidem ignis motu qui tendit sursum, eo autem qui deorsum tendit, terra. et sunt motus eorum cōtrarij. Ignis autem natura quidem sursum: deorsum autem præter naturam. & est quidem eius fm naturam motus contrarius motui qui est præter naturam. Quòd hęc autem superfluè adiecta sint, ostendit rursus idem epilogus qui his subiungitur, dicens, De motu ergo & quiete quomodo vterq; sit vnus, & quinā quibusnam sint contrarij, dictum est. G Postq̃ singillatim ea quæ sunt in hoc libro explicauimus, bene erit, vt existimo, si capita eius breuiter, & nullo quoad eius fieri poterit prętermisso, describamus. Cùm in principio itaque instituisset diuidere mutationē in motum & species motus, & in generationem & interitum: primum ostendit ea quæ mutantur mutari tribus modis: vel per accidens, vel per partē, vel per se & primò: vt eorum faciat diuisionē. Deinde ꝙ non solum ea quæ mutantur & mouentur, sed ea etiam quæ mutant & mouent, diuisa sunt tribus modis. Et deinde ꝙ cùm quinq; sunt ea quæ sunt, si erit motus, Id quod mouet, Id quod mouetur, Tempus, & præterea Id ex quo est motus, & Id ad quod: in eo quod mouetur est motus, & in nullo alio. hoc ipsum autem probat etiā ex definitione motus. Deinde ꝙ forma ad quam mouetur id quod fit ac gignitur: & affectio inquam mouetur id quod alteratur: & locus in quē mouetur id quod fertur, sint immobilia: & etiā magnitudo H inquam crescit id quod mouetur; & in summa illud ad quod est motus. His aūt subiungit talem dubitationem. Si albedo est affectio: affectio autē motus: quæ fit in affectionem mutatio, in motum fuerit per motum. & nō est motus in eo solo quod mouetur sed etiam in eo ad quod. Et soluit dubitationē ex æquiuocatione affectionis, quoniam & album dicitur affectio, & dealbatio. motus autē est non album, sed dealbatio. Cùm autem prius ostēdisset ꝙ & id quod mouet, & id quod mouet, tribus modis dicitur, adijcit ꝙ etiam in alijs, nempe & eo ex quo, et eo ad quod, & eo in quo, hoc est tempore, est triplicitas: id quod est per accidēs, & id quod per aliud, & id quod primò & per se. & sic cùm eam quidem mutationē quæ est per accidens & per aliud, tanq̃ omnium cōmunem & interminatam reiecisset, in ea quæ est per se & primò definita, & scientiæ conueniens, mutationum ostendit differentias, cùm eas diuisisset tripliciter. & vnam quidē dicit

Quinti libri capitum epilogus.

E in contrarijs: alteram verò in ijs quę intercedunt, vt contrarijs: tertiam autem in contradictione. Postquam autē ostendit in quibusnā sit mutatio, ostendit deinceps quot modis fiat, ex diuisione producēs orationem. Quicquid enim mutatur, aut mutat ex subiecto in subiectum, hoc est ex eo quod est ad id quod est: aut ex subiecto in non subiectum, quod quidē est ex eo quod est in id quod non est: vel contra: vel quod restat, ex non subiecto in non subiectum. quod quidē non potest consistere. nihil enim mutatur ex eo quod nō est in id quod non est. Et quæ est quidē ex subiecto in non subiectum, & quę ex non subiecto in subiectum, sunt generatio & interitus: qui nō sunt motus: Quæ est autem ex subiecto in subiectum, sola est motus. subiecta sunt autē vel contraria, vel ea quę intercedunt. Post hæc quærit in quibusnam prædicamentis sit motus. & ostendit ꝙ in prædicamento qualitatis, & quantitatis, & vbi. sed non in substantia, neq; in eo quod refertur ad aliqd, neq; in eo quod est agere & pati. F siquidē non est motionis motus, nec generatio generationis, neq; in summa mutatio mutationis. quę quidem probat multis modis. Et deinceps ostēdit quòd motus qui est in qualitate habet commune nomen alterationem: qui est autem in quantitate non habet nomen cōmune, separatim autem habet augmentum & diminutionem: motus autem per locum qui dicitur latio nec proprium nec cōmune. latio enim dicitur in solis inanimis quæ mouētur. Et ꝙ id quod est magis & minus est in omnibus motibꝰ alteratio. Cùm hæc autem ostēdisset in motu, deinceps diuidit id quod est immobile quadrifariā: & in id quod non potest omnino moueri: & id quod in multo tempore vix mouetur: & id quod tardè incipit: & id cui innatū quidem est vt possit moueri, nō tunc autem mouetur, & vbi ei innatum est, & quomodo. quod quidem ex immobilibus solum dicit quiescere. Hæc autem cùm dixisset de motu & immobilitate, deinceps explicat quid sit Simul: quid Seorsum: quid Tangere: quid sit Id quod inter G cedit: quid sit Id quod deinceps cōsequitur: quid Cohærens: quid Continuum: & quibusnā vnicuiq; eorum inesse innatum est. & his adijcit in quibusnam est id quod intercedit. Cùm ea autem quæ dicta sunt prius sumpsisset vt vtilia ad ea quæ erant dicenda, ostendit tribus modis dici vnum motum. vel genere. vel specie. vel numero. & magis propriè vnū, eum qui est vnus numero. qui vnumquodq; eorum trium circa quæ est motus, nempe & id quod mouetur, & formam per quam mouetur, & tempus in quo mouetur, habet vnū numero. Et subiungit ꝙ motus qui est vnus numero, est etiam cōtinuus. & ꝙ motus qui est vnus genere, & qui specie, & qui numero, tunc magis habet vt sit vnus cùm fuerit perfectus & quòd qui est vnus genere & specie motus, tunc vnus dicitur cùm fuerit perfectus: qui est aūt vnus numero, etsi non sit perfectus, cōtinuus autem solùm, vnus dicitur. et deinceps ꝙ oportet ęqualitatē adesse vni motui: est autē magis vnus æqualis, quā inæqualis. Quòd velox & tar- H dū non sunt species motus, quoniam ea sunt in omnibus speciebus motus. Et diuidit deinceps motuū oppositiones. & distinguit ab alijs eam quę est per repugnantiam. & tunc quęrit quisnam motus cuinam motui sit contrarius. & quisnam motus cuinam quieti cōtrarius: & quæ quietes inter se. Et addit ꝙ quæ est secundū naturam: & præter naturā repugnantia, est in motibus & quietibus, eodē modo, quo etiam in ijs quæ sunt fm naturam. & dubitat an in ea māsione quę est præter naturam præcedat sisti. & argumentatur in vtrāq; partem. & aliam subiungit dubitationem, Si mansio quę hic est, est cōtraria motui qui fit hinc, vt dictum est, id autem quod mouetur etiam quiescit, quomodo non simul inerunt cōtraria. & solutionem vnà comprehendit cum dubitatione, ꝙ non sunt eadem ratione contraria, sed aliqua quidem ratione quiescunt, aliqua verò mouentur.

SIMPLICII COMMENTARIVS IN SEXTVM ARISTOTELIS LIBRVM NATVRALIS AVSCVLTATIONIS.

A VM soleant Peripatetici librorũ ordinem inscribere per ordinem elementorum orationis, α. β. γ, & sic deinceps: meritò sextum naturalis auscultationis librum Ζῆτα inscribũt. quod quidem septimũ significat in numeris: sextum autem ordinem sortitum est in elementis. Dictum est autem prius quoq;, quod qui praecedunt quidem quinq; libros, naturales appellant, qui abhinc autem sequuntur tres, de motu. sic enim Andronicus quoq; ordinat in tertio libro Aristotelis de motu, de primis Theophrasto quoq; ferente testimonium, cùm Eudemus ad eum scripsisset de aliquo exemplari quod peccabat in quinto libro. De quibus, inquit, ad me scripsisti, iubens ad te scribere & mittere ex naturalibus, aut ego non intelligo, aut parum quid omnino habet intermedij eius quod ego appello quiescere eorum quae sunt solùm immobilia. est enim quies cõtrarium motui. quare priuatio fuerit eius quod potest suscipere. Quare quintum quoq; librum Theophrastus existimat ex naturalibus. Ipse autem Aristoteles in octauo dicit in principio, Incipiamus autem primum ex ijs quae sunt à nobis definita prius in naturalibus. Dicimus itaq; motum esse operationem eius quod est mobile, quatenus mobile. hoc autem dixit in tertio. Et rursus. Positum quidem est in naturalibus naturam esse motus principium & quietis. hoc autem dixit in secundo. Dicit autem in fine octaui. Infinitam quidem non contingere esse magnitudinem ostensum est prius in naturalibus. dixit autem de hoc quoque in tertio. Et quòd quinq; quidem naturales vocarent, per haec clarum est. Quòd autem postremos, de motu, apertè ostendit Aristoteles, dicens in primo de coelo. Sed illud quidem clarum est quòd fieri non potest vt peruadat infinitam infinito tempore. ergo in infinito. hoc enim in libris de motu ostensum est. Et rursus. Ratio est in libris de motu, quòd nihil habet infinitam potestatẽ eorum quae sunt finita, neq; eorum quae sunt infinita finitam. de his autem dictum est in tribus. Quòd autẽ tres sint de motu, & quinq; naturales, testatur Damas quoq; qui vitã Eudemi scripsit, dicens. Et eorum qui sunt ex opere Aristotelis de natura, tres sunt de motu. Naturales autem appellabant non octo solos, sed etiam libros de coelo & de anima, & alios plurimos. sunt autem propriè quinq; naturalis auscultationis. Quòd autem liber qui nunc proponitur est in ordine post quintum, & Eudemus quidem significat, id quod ab Aristotele sic dictum est, ijs cõiungens quae in quinto libro dicta sunt, quòd nihil eorum quae sunt continua, componatur ex ijs quę non possunt diuidi: & Andronicus his libris tribuit hunc ordinem. Quinetiam Aristoteles quoque, ijs quae in quinto libro prius tractata fuerant, nempe cõtinuo, & eo quod tangit, et eo quod est deinceps, statim in principio huius libri vsus est. Quòd autem hic sit etiam ante septimum, patet ex eo quòd cùm in fine huius libri ostẽdisset, nihil moueri quod non possit diuidi, & mutationem nullam esse infinitam: in eo qui deinceps sequitur qui est septimus, his vtitur tanquàm probatis. Similiter autẽ non esse etiam motum infinitum in tpe finito, cùm neq; sit quod mouetur infinitum, nec finitum, hic quidem probat eo autem in illo vtitur tanquam probato.

Quinq; primi libri sunt naturales, tres posteriores de motu.

Damas quid dicat de naturalibus libris Aristotelis.

CAPVT I.

1 A QVoniam autem est Continuum & Tangens & Deinceps cõsequens, quẽadmodum prius definitum est continua quidem esse, quorum extrema vnum sunt, tangentia verò quorum simul, deinceps autem consequentia, inter quae nihil cognatum seu quod sit eiusdem generis intercedit. fieri nõ potest vt sit aliquid cõtinuum ex ijs quae diuidi nequeunt, quẽadmodum lineam ex punctis. siquidem linea quidẽ est cõtinua, punctus verò res in quã non cadit diuisio. neq; enim extrema punctorum sunt vnum. B non est enim hoc quidem extremum, illud verò aliqua alia pars eius quod nequit diuidi. Neq; simul sunt extrema. nihil ẽ enim extremũ eius quod non põt diuidi. aliud enim est extremum, & id cuius est extremum.

1 Cùm sint quinq; in ijs quae sunt magnitudines, linea, superficies, corpus, & praeterea motus, & tempus: cõponi quidem vnũquodq; ex illis partibus in quas etiã diuiditur, videbatur quidem cõis oĩbus notio. Seorsum autẽ deinceps existimant quidem alij quãuis in infinitũ sumptam magnitudinẽ diuidi in magnitudines, vtpote, nunquã desinente magnitudine in ea quae diuidi nequeunt, & ideo dicunt etiã magnitudines cõponi ex partibus, & non ex ijs quae partes non habẽt & diuidi nequeunt. Alij C aũt cùm desperassent sectionẽ in infinitum, vtpote q̃ in infinitum secare non possimus & ex eo probare quę non potest desinere sectionẽ, dicebant corpora consistere ex ijs quae diuidi nõ possunt, & diuidi in ea quae nõ possunt diuidi, nisi q̃ Leucippus quidẽ & Democritus non solũ existimant impatibilitatem esse causam primis corporibus vt non diuidantur, sed etiã paruitatem & q̃ careant partibus: Epicurus aũt postea existimat ea quidem non carere partibus, sed ea dicit esse insecabilia propter impatibilitatem. Et saepe quidẽ Democriti & Leucippi opinionem confutauit Aristoteles. & fortasse propter illas confutationes quae contendunt aduersus id q̃ careat partibus, Epicurus qui fuit posterior, affectus in Democriti & Leucippi opinionẽ de primis corporibus, ea quidem seruat impatibilia: q̃ autẽ partibus careant ab eis abstulit, vt quae ab Aristotele propterea refellerentur. D Nunc aũt Aristoteles statuit generaliter probare, magnitudines quae habent dimensionẽ ac distantiam continuã non constare ex ijs quae carent partibus. Et primùm quidem hoc ostendit in magnitudinibus corporis: & deinde in motu & tempore. Quoniam aũt sunt quaedam magnitudines quę constant ex quibusdã tangentibus, vt domus, vt cumulus, q̃ ne fieri quidem possit vt ea cõstent ex ijs quae nullas partes habent simul ostendit. Si ergo quęuis magnitudo componitur vel tanquã ex partibus cõtinuis, vel tanquã ex tangentibus: quę aũt nullas habent partes, nec possunt inter se esse cõtinua nec se inuicem tangere: nulla magnitudo fuerit composita ex ijs quae partes non habent. Et primùm ostẽdit in linea & punctis, fieri non posse vt linea cùm sit continua constet ex punctis. Hoc autem sic ostendit. Linea quae est continua, est ex partibus continuis. Continua aũt sunt quorum extrema vnũ sunt, Puncti aũt extrema vnum non habent. Linea ergo non

De diuisione, magnitudine, varia veterum sententia.

Atomi cur diuidi nequeant.

Magnitudines non constant ex ijs quae carent partibus.

Linea nõ cõstat ex punctis.

non fuerint ex punctis, per secũdæ figuræ collectionem. Ergo sit linea quidem continua, & ex partibus cõtinuis, quorum sunt extrema vnum, clarum est. Quòd autem punctorũ extrema non sint vnum, ex hoc probat ꝙ quorum est extremum, aliud quidẽ sit esse extremum, aliud verò id cuius est extremũ. Si ergo punctus nullas habet partes: non est eius aliquid extremũ. Quòd si hoc ita est, duorum punctorũ non fuerint extrema, adeò vt aliquod vnum possit ex eis fieri. Non potest ergo ex punctis fieri aliquid continuum. Si quis aũt dicat finem nõ esse partẽ, & ideo nihil vetare quominus eius quod nullã habet partem sit finis: ipse quoq; fatetur nõ esse idem totum & partem. est ergo etiã aliquid aliud præter finem. in puncto aũt non est. Omnino aũt id quod habet finem, habet etiã principium & medium. quare etiã partem. Ostensum est ergo fieri nõ posse vt ex ijs quæ nullã habent partem sit continuũ. quę enim de linea dicta sunt, dicta sunt etiam de alijs continuis. non enim quia puncti, sed quia nullam habent partem, vera sunt quę de ipsis dicta sunt: nullam aũt habent partem &, Nunc, & vnitates. Quare siquis etiam dicat copora nullam habere partem, vt Diodorus se putat ostẽdere, eadem in illis quoq; dicentur.

Punctorum extrema nõ sunt vnum.

Ex punctis non fit aliqd continuum. Finis nõ est pars.

Diodor⁹ putabat se ostẽdere corpora nullã habere partẽ.

II Præterea necesse est puncta vel esse continua, vel se inuicem tangere, ex quibus est continuum. Eadem autẽ ratio est etiam in omnibus quæ non possunt diuidi. Ac continua quidem non fuerint propter dictam rationem. Tangit aũt quicquid tangit, vel totum totum, vel pars partem, vel pars totum. Quoniam autẽ nullas habet partes id quod non potest diuidi, necesse est vt totum tãgat totum. Totum aũt, quod tangit totum, nõ erit continuũ. quod est enim cõtinuum, habet quod quidem aliã, illud verò aliã partẽ: & diuidit in sic alia & loco separata.

II Quoniam videntur quædã magnitudines fieri etiam continuæ, ex ijs quæ non sunt cõtinua, sed quæ tangunt, quẽadmodum paries ex lateribus: ꝙ ne sic quidem ex signis, vel ex ijs omnino quæ nullam habẽt partem, possit aliqua fieri magnitudo, probat, cùm prius sumpsisset ꝙ si quid fit ex punctis, necesse est vel ex continentibus id fiat, vel ex tangentibus: & quod non fiant continua propter ea quæ prius ostensa sunt. Et deinceps subiungit ꝙ ne tangentia quidem puncta faciunt aliquid continui. Et expeditum quidẽ erat ostendere puncta se inuicẽ non tangere, siquidem illa tangunt quorum sunt simul fines, puncta aũt cùm sint fines, finem nõ habent: Aristoteles aũt cùm ex diuisione exposuisset modos quibus dicãtur aliqua se inuicẽ tangere, & dixisset vel totum totum tangere, vt signum signum: vel inter se aptari vt lineas: vel hoc quidem per partem, illud verò per totum, vt linea signum: vel per partes, vt linea lineã per punctum, signũ enim est pars quodãmodo totius: subiungit ꝙ cùm puncta nullam habeant partem, nec per partes neq; per totũ & partem se attingẽt: Sed si vtiq; tangunt, totum tangit totum, vt inter se adaptentur: hæc aũt non propriè dicantur tangere. siquidem ea dicuntur tangentia quorũ fines inter se aptantur & applicantur, non tota totis. Quòd si quis etiam concesserit hæc vocare tangentia, vel alio modo inter se appropinquare, non fiet ex eis aliqua magnitudo. nam & magnitudo quæ fit ex continuis, & quæ ex tangentibus, habet partes, hæc quidem aliam, illa verò aliam: quod aũt fit ex ijs quę partibus carent, non habet. quare nec ex signis quæ tangunt fiat aliqua magnitudo. Et prima quidem probatio processit ex eo ꝙ signa fines non habeant: hęc verò ex eo ꝙ non habeãt partes. Aliud autem est finis, & aliud pars: etiam si ipse nunc videatur sine vsus esse tanq̃ parte. Cùm autem dixisset continuum, hoc quidem habere aliam, illud verò aliam partẽ, subiũxit, ET diuiditur in sic alia & loco separata] Continuum enim, quoniam neq; cõponitur ex ijs quæ nullas habent partes, nec in ea diuiditur, diuiditur in continua. adeò vt non totum solùm sed etiam vnaquæq; pars earũ quæ ex ipso diuisæ sunt, hæc quidem aliam habeat partem, illa verò aliam, non solùm ratione separatas, quẽadmodum pomi qualitates, verũ etiam loco.

Ex signis, ne si se tãgãt quidẽ, potest fieri magnitudo.

Tãgere quõ se inuicẽ dicant aliqua.

E F G H

Atqui nec punctus punctum deinceps consequetur, neq;, Nunc, ipsa Nunc, adeo vt ex ijs sit longitudo, vel tempus. Ea enim deinceps cõsequuntur, inter quæ nihil quod sit cognatum eiusdem'ue generis intercedit: Inter puncta autem semper intercedit linea, & tp̃s inter Nunc.

III Postq̃ ostendit fieri non posse vt ex punctis cõtinuis, aut ex ipsis Nunc, neq; ex ijs quæ tãgunt fiat vna aliqua magnitudo: ostendit ex abundantia, ꝙ si quis ex punctis vel ex ipsis Nunc deinceps cõsequentibus existimet aliquam fieri magnitudinẽ vel tempus, nõ rectè existimat. Primùm quidem etiamsi ea deinceps se inuicẽ consequerentur, non facerent aliquid vnum, cùm aliquid intercedat quod sit dissimilis generis: Deinde ꝙ non solùm fieri potest vt puncta sint inter se continua & se inuicem tangant: sed nec fieri potest vt deinceps se inuicẽ consequantur. Est aũt argumentum ab eo quod est magis. Si enim fieri non potest vt puncta se inuicẽ consequantur: multo magis fieri nõ potest vt se inuicem tangant. siquidem ea quæ tangunt præter id ꝙ deinceps consequuntur, simul etiã habent fines. Et adhuc magis fieri nequit vt sint cõtinua, si necesse est fines eorũ in vnum cõcurrere, cùm alia ex partibus sit alibi ꝑ locũ interuallo diuisa ac disiuncta. Quòd aũt puncta non se inuicem deinceps consequanť, probat eo vtens, quod deinceps cõsequitur, & rursus in secunda figura sic ratiocinans. Ea deinceps consequuntur, inter quæ nihil cognatum eiusdem'ue generis intercedit. quẽadmodum domus se inuicem deinceps consequuntur, inter quas domus aliqua nõ intercedit, etiamsi arbor vel aliqd aliud intercedit, vel locus vacuus. Inter puncta autẽ intercedit aliquid eiusdẽ generis, nempe linea, & inter ipsa Nunc, tẽpus. Colligitur ergo neq; puncta neq; ipsa Nunc deinceps cõsequi. Et quòd inter duo quidem puncta sit semper linea, & inter duo Nunc tempus, clarum est. Quomodo autẽ est linea eiusdẽ generis cum punctis? An tanq̃ finis illi, cuius est finis. quẽadmodum in Moralibus ostẽdit voluptatem esse eiusdẽ generis cum operatione cuius est finis. At si signum quidẽ est eiusdẽ generis cum linea: Nunc, autem cum tp̃e: sunt autem linea & tempus quanta: quãta fuerint & signum & Nunc. nisi vtiq; ea quoq; subsunt quãto vt fines quanti. sub quo enim alio fuerint prędicamento? siquidẽ oportet quicquid consistit reduci ad aliquod ex decem prædicamẽtis. Et si in omni tp̃e est Nunc, & in quauis linea signum: inter quæ intercedit linea & tẽpus, inter ea intercedit signum & Nunc, nisi forte potestate & nõ actu est punctus in linea, & Nunc in tp̃e. aut id quod est potestate potest etiã actu fieri. Eudemus autem sic argumento vsus est. Si enim, inquit, deinceps consequuntur ea quę partes non habent: oportet oĩno inter ea aliquid intercedere quod non sit eiusdẽ generis: quare non fuerit quidẽ punctus. Inter puncta autẽ intercedit linea vel inane in longitudine: Si linea quidẽ, non erit ex punctis linea: nõ sunt enim in ea puncta quę deinceps consequunť: Si autem inane: erit plus inanis in cõtinuis eorum ex quibus, hoc est punctorum quæ dicuntur deinceps consequi: aut ne erit quidem oĩno magnitudo. Quemadmodum enim duo puncta tangentia, nullam faciunt longitudinem, ita nec puncta & inane. Num ergo videtur Eudemus rectè intellexisse id quod dictum est ab Aristotele, ꝙ non absolutè perimit quominus punctus punctum deinceps consequatur, aut Nunc ipsum Nunc, sed ꝙ ita deinceps

Ex punctis vel Nũc cõsequentibus nulla fit magnitudo.

Linea quo sit eiusdẽ generis cũ punctis.

consequantur

consequantur vt ex ĳs sit longitudo vel tempus. Si enim inter puncta & Nunc intercedit linea & tēpus: quomodo fuerit linea cōposita ex punctis quæ deinceps consequuntur. siquidē lineæ quæ deinceps consequuntur sunt solùm eius fines. Alexāder autem sic quoq; id quod hic dicitur tractauit. Lineam, inquit, dixit eiusdem generis cum punctis, & tēps cum ipsis Nunc ex eorum sententia. siquidem vnūquodq; eorum cōponitur ex ĳs quæ carēt partibus, vt ipse dicit, linea quidē ex signis, tempus verò ex ipsis Nunc. Quare ex illorū sententia signa non consequuntur deinceps. siquidem quod fit ex eis, ex ipsorū sententia, inter ipsa intercedit, cùm sit eiusdē cum eis generis. Videtur aūt Alexander vbiq; existimare Aristotelem perimere id quod deinceps consequitur, sed non sic deinceps consequi vt ex ĳs sit longitudo vel tēpus, quod apertè significauit Aristoteles per ipsas dictiones.

III Præterea diuidenť in ea quę diuidi nequeūt, siquidem diuiduntť in ea ex quibus est vtrunq;. Sed nihil ex continuis diuidi poterat in ea quæ nullas habent partes. Fieri autem nō potest vt vllū aliud genus sit inter puncta, & ipsa Nunc. Si enim fuerit: clarum est quòd vel diuidi poterit, vel non poterit. Et si poterit, vel in ea quæ diuidi non poterunt, vel in ea quæ semper poterunt diuidi. Hoc autem est continuum.

IIII Hoc argumētum, vt arbitror, idem probat, quòd quę nullas habent partes non sunt deinceps, vt ex ĳs sit longitudo vel tēpus. Significat aūt illud quoq; PRÆTEREA adiectum, hoc quod dicitur, esse eiusdē corollarium. Est autē huiusmodi. Si ex ĳs quę nullas habent partes deinceps cōsequentibus est continuum, hoc est linea & tēps, de quibus vtrunq; dictum est, illa quidē ex punctis, hoc verò ex ipsis Nunc: diuidentur etiā in ea quæ diuidi non possunt quæ deinceps sequuntur. ex quibus enim vnumquodq; cōponitur, in ea etiam diuiditur. Et est hæc connexi pbatio. Assumptio aūt est deinde ex peremptione cōsequentis. Atqui nihil ex continuis diuidi potest in ea quæ nullas habent partes. Conclusio aūt seu illatio tanq̄ aperta prętermittitur, nempe q̄ continuum non componitur ex ĳs quæ nullas habent partes quæ deinceps cōsequuntur. Assumptionem autem quæ dicit nihil ex continuis diuidi posse in ea quæ nullas habent partes, probat, translato cōtinuo in id quod intercedit. quod enim intercedit est linea & tempus. Dicit aūt non posse esse aliud genus inter ea quæ nō possunt diuidi. neq; enim fieri potest vt inter ea intercedat fuscum uel tepidū: nisi id quod diuidi potest vel quod non potest diuidi. & maximè si id quod intercedit dicatur constare ex ĳs quæ non possunt diuidi. est enim cōtradictoria diuisio in hoc genere, eius quod diuidi potest & eius quod nō potest diuidi. Si ergo continuum quod intercedit non est eiusmodi vt non possit diuidi, siquidem dicitur esse cōpositum ex ĳs quæ nullas habent partes: quod autem est compositum, diuiditur: necesse est ipsum posse diuidi, & vel in ea quæ diuidi nequeunt, vel in ea quę semper possunt diuidi. Sed quòd in ea quæ diuidi non possunt diuidi nequeat, id deinceps adĳcit quo nos admoneat. Si enim diuidať in ea quæ non possunt diuidi: id quod diuidi nequit tanget id quod nō potest diuidi, vt ex eis aliquid fiat. quod quidem ostensum est minimè fieri posse. Quærit autem Alexander quomodo bona sit probatio, si propterea quòd non diuidatur cōtinuum in ea quæ nullas habēt partes, quoniam nec ex ĳs quę nullas habent partes cōponuntur, quando dixit, Sed nihil ex continuis diuidi poterat in ea quę nullas habent partes} hoc autē probat non diuidi in ea quæ carent partibus, propterea q̄ quæ nullas habent partes non se tangant inuicem, hoc est, non componantur inter se, per id quod iam ostendit nō posse componi magnitudinem ex ĳs quæ nullas habent partes. Soluit autē obie-

Continuum non cōponiť ex ĳs q̄ nullas hūt partes quę deinceps consequuntur.

A ctionem, dicens, aliud esse argumentum quod fit ex eo quod intercedit, quod dicit vel diuidi posse vel non posse diuidi. & si diuidi possit, vel diuidi in ea quæ non possunt diuidi, vel in ea quæ diuidi semper possunt. Si ergo continuum neq; est eiusmodi vt non possit diuidi, nec diuidi potest in ea quæ nō possunt diuidi: necesse est vt possit diuidi in ea quæ semper diuidi possunt. Hoc autem, inquit, ex eo probatur. Si diuiditur in ea quæ non possunt diuidi: id quod diuidi non potest tanget id quod nō potest diuidi, vt fiat continuum. Num aūt nec, vt prius dictum est, est mutua probatio quæ probat alterū per alterum: sed ex eo quidē q̄ quæ nullas habent partes nō se inuicē tangunt, primū quidem ostendit non cōponi continua ex ĳs quę nullas habēt partes: non q̄ idē sit tangere & cōponi seu continuari, sed q̄ tangere semp̄ oīno præcedat cōtinuari: Nunc aūt ex eodē rursus ostendit continua nō diuidi in ea quæ nullas habent partes. ex eo autē, q̄ nec componantur ex ĳs quę carent partibus. Quare si B ambo quidē probanť ex eo quod est non tangere: non cōponi autē, etiam ex eo quod est nō diuidi: nō est hęc mutua probatio, & quę alterum probat per alterum. Num autē in ĳs quæ sunt eiusmodi ne est quidem absurda mutua probatio? si enim non diuiditur in ea quæ carent partibus: non cōponitur ex ĳs quæ nullas habent partes. & si non componitur ex ĳs quæ nullas habent partes, non diuiditur in ea quæ carent partibus, et sic in oībus quę se inuicem cōsequuntur. si enim peperit: habet lac. & si lac habet: peperit. Porrò aūt adĳcit etiam Alexander quędam huiusmodi argumenta, ab Eudemo accepta. Si est magnitudo ex ĳs quæ nullas habent partes: linea erit linea maior puncto. Sed si ita est: vel non diuidetur omnis linea in duas partes: vel si diuidetur: ea etiam quæ cōstat ex imparibus. ita autem signum quoq; diuidetur. Præterea si est omnino linea linea maior signo: fuerit etiam circulus circulo. quare hic quidem ex paribus, ille verò ex imparibus. Aut ergo eum qui constat ex imparibus C non diuidemus in semicirculos: aut signum bifariā diuidemus. Fecit autem diuisionē eius quod potest diuidi, in ea quæ non possunt diuidi, vel in ea quæ possunt semper diuidi: vt id quod est continuum in eo quod pōt diuidi ĳs circūscribat quæ diuidi semper possunt.

Mutua probatio nō est semper reĳcienda.

Clarum est autem etiam quòd quicquid est continuum diuidi potest in ea quæ semper possunt diuidi. Si enim in ea quæ non possunt diuidi: id quod diuidi non potest tanget id quod nequit diuidi. vnum enim est id quod est extremum, & tangit continua.

V Postq̄ ostendit in prioribus argumentis, q̄ continuū non constat ex ĳs quæ nullas habent partes: ostēdit nunc nec ea diuidi in ea quæ carent partibus. Quòd enim diuiditur continuū quod est prędìtum magnitudine, clarum est: & quòd necesse est id quod diuiditur, diuidi vel in ea D quæ non possunt diuidi, vel in ea quæ diuidi possunt, vt prius dictum est. non est enī contradictionis aliqd quod intercedat. Quòd aūt non diuidatur cōtinuum in ea quę non possunt diuidi, probat ex eo q̄ accidat vt quod diuidi non potest tangat id quod non pōt diuidi. Si enim extrema eorum quę faciunt cōtinuum fiant vnum, necesse est vt ea prius se inuicem tangant, & sic in vnum cogantur. Quare si fit vnum, omnino etiam tangit. Si autē tangit: non est omnino vnum. Quare tanq̄ finalem tangēdi causam vnū fieri dixit. neq; enim fieri potest vt quę non tetigerunt, vnum fiant magnitudines. Quòd autē fieri nō possit vt ex tangētibus partibus fiat aliquid cōtinuū, hoc est magnitudo, prius ostēdit ex eorum quæ tangunt diuisione. neq; enim fieri potest vt quæ carent partibus parte tāgant: neq; totū toto tangentes partes, & sibi inuicem applicatę, faciunt aliquid continuum. quoniam cōtinuum aliam alibi habet partem. Communius autē ait Alexan-

Continuum nō diuidit in ea quæ carēt partibus.

Cōtinua magnitudo quō dicat ex ijs quæ tāgunt.

Alexander dici continuam magnitudinem quę cōponitur ex ijs quæ tangunt. & ita audit dicentē Aristotelem, vnum enim sunt ea quæ sunt extrema. vel ea quæ extrema sunt tangunt cōtinua. Num aūt non dixit Aristoteles id continuū quod constat ex ijs quę tangunt. sed quia extremū continuoꝝ quæ maius aliquod ex seipsis faciūt continuū, vnum est. Quòd si vnū, tangat etiā necesse est vt dictum est. non enim fit vnū nisi prius tetigerint.

IIII Est autem eiusdem rōnis, & magnitudinē &
tempus & motum ex ijs cōponi quæ diuidi ne
queunt, vel diuidi in ea quæ nō possunt diuidi,
V vel nihil. Patet aūt ex his. Si enim magnitudo
cōstat ex ijs quæ nō possunt diuidi; eius quoq;
motus erit ex æqualibus motibus qui nō pos-
sunt diuidi. Quemadmodum si magnitudo est
A B C, ex A B C quæ diuidi minimè possunt est
motus. in quo D E F quo motus est O in motu
A B C, habet vnāquanq; partē quæ non pōt di-
VI uidi. Siquidē pręsente motu necesse est moue
ri aliqd; & si mouet̃ aliquid, necesse est vt adsit
motus: etiā moueri erit ex ijs quæ non possunt
diuidi. Per A quidem, motū est O motu D: per B
VII aūt motu E, & per C siłr motu F. Siquidē ne-
cesse est id quod alicunde aliquò mouetur, nō
simul moueri & motum esse quo mouebat̃ vbi
mouebatur. (quēadmodum siquid vadit Thebas, fieri non pōt vt simul vadat Thebas & Thebas iuisse.) Per A itaq; quod nullas habet partes mouebat̃ O, cui aderat motus D. Quare siquidē postea transiit vel peruadebat, eiusmodi fuerit vt possit diuidi. qn̄ enim ꝑuadebat, neq; quiescebat, neq; peruaserat, sed erat in intermedio. Sin autē simul peruadit & peruasit id quod vadit qn̄ vadit: illuc iā euaserit & motum fuerit
VIII quò mouet̃. Si autē per totum A B C mouetur
aliqd, & motus quo mouet̃ est D E F: per A autē quod nullas habet ꝑtes nihil mouet̃ sed motū est; fuerit motus nō ex motibus sed ex momentis, & motū esse aliquid quod non mouet̃. per A enim peruasit non ꝑuadens. Quare fiet vt aliquid euaserit quod nondū vadit. per hāc enim
IX euasit cùm per hāc non vaderet. Si ergo neces
se est vniuersum vel quiescere vel moueri: quiescit autē in vnoquoq; eorum nempe A B C: erit itaq; aliquid qd' simul assiduè quiescit & mouetur. per totum enim A B C mouebatur & quiescebat pars quęlibet. Quare etiā per quodlibet. Et si motus quidem D E F nullas partes habeāt, motu p̄sente cōtigerit non moueri sed qescere: si aūt non sunt motus, motū nō esse ex motib⁹.

VI

Magnitudo motus, & tēpus siłr non cōponuntur ex ijs q̄ non possunt diuidi. nec diuiduntur in ea quę nō possunt diuidi.

Postq; ostendit cōiter nihil continuum cōponi ex ijs quæ non possunt diuidi, nec diuidi in ea quæ diuidi nequeunt: qm̄ continuorum, vt semel dicam, tria sunt, magnitudo, motus, tempus: nunc ostēdit esse eandē in ipsis rationē, & similiter vel semper cōponi ex ijs quæ diuidi nequeunt, & diuidi in ea quę non possunt diuidi, vel nullum eorū. Et primùm ostēdit motum similiter se habere atq; magnitudinē. & tunc tempus quoq; habere eādem cum eis rōnem. Quòd autē si magnitudo cōponitur ex ijs quę diuidi nequeunt, motus quoq; qui in eo est ex tot cōstabit motibus qui nō possunt diuidi, ostendit primū,

E per expositionē, vt dictum est, propositam qōnem explicans. Si fuerit enim magnitudo A B C, cōposita ex trib⁹ quæ non possunt diuidi A B C. & fuerit aliquid quod mouetur in magnitudine A B C, nempe O, motu D E F: ipse quoq; cōponetur ex aliqbus quæ nō possunt diuidi. Et expositio qdem propositæ qōnis, quę exhibet similitudinem, ea est: Demōstratio aūt fit per secundum hypotheticorum ex peremptione cōsequentis. Est aūt syllogismus eiusmodi. Si magnitudo est ex ijs quę nō possunt diuidi. motus quoq; est ex ijs q̄ diuidi non possunt. Atqui motus nō est ex ijs quæ non possunt diuidi, vt ostendet̃. Nec ergo magnitudo. Et connexum quidē posuit ex ijs q̄ prius ostensa sunt: si enī motus consequit̃ magnitudinē in qua fit, vt ostensum est: meritò si cōponet̃ magnitudo ex ijs quæ diuidi nequeunt, motus quoq; qui in ipsa est: Assumptionem aūt quæ dicit. Atqui motus nō est ex ijs q̄ diuidi nequeunt, ꝓbat per alium hmōi syllogismū. Si motus est ex ijs q̄ diuidi nequeunt: moueri q̄q; est ex ijs
F q̄ non possunt diuidi. Atqui hoc fieri non pōt. Ergo etiā antecedēs. Et rursus cōnexum quod dicit, Si motus est ex ijs q̄ diuidi nequeunt, moueri quoq; est ex ijs quę non possunt diuidi, probat per secundū indemonstrabilē sic ratiocinans, cū hoc sumpsisset tanq; quod cōuertatur, Si adsit motus, moueri aliqd, & si mouet̃ aliquid adesse motum. ex quo colligit̃, q̄ quēadmodum se habet motus, se habet ēt moueri. Coniungit aūt consequens, faciens tale connexū. Si motus est ex ijs quæ nō possunt diuidi: moueri quoq; est ex ijs q̄ diuidi nō possunt. Atqui ostendet̃ hoc fieri non posse. Seqnet̃ ergo vt ne motus quidē sit ex ijs quæ diuidi nequeunt. Quo posito vnà ēt probabit̃ ne magnitudinē quidem esse ex ijs quæ non possunt diuidi. quod ēt prius per se ostēsum est. nunc aūt pręter id ostensum est motum se siłr habere atq; magnitudinē, q̄ non sic ex ijs quę diuidi nequeant. Ac cōuersionem quidē eius quod est adesse motū, & eius quod est moueri, assumpsit vt euidentē. non pōt enim fieri vt moueatur aliqd si non
G adsit motus. vel si adsit motus, non moueat̃. Transit autē à motu ad id quod est moueri, qm̄ in eo est manifestius absurdum quod consequit̃, eo q̄ sit ex ijs quæ diuidi nequeant, q̄ in ipso motu. ex differētia enim eius quod est moueri & motū esse, fit demonstratio, vt discemus, quæ perimit motum cōponi ex ijs quæ diuidi nequeūt. Cùm enim sumpsisset in expositione, q̄ O quod mouetur per magnitudinē A, motū est motu qui habuit inscriptū D: & q̄ fieri non possit vt quod mouet̃ aliq horum motuū nequeat diuidi ostendit: cū prius sumpsisse nō posse fieri vt qd mouet̃ alicunde aliquó, simul & moueat̃ ad quod mouetur & motū sit, & sit illic ad quod mouebat̃. Quod enī vadit Thebas, fieri non pōt vt & simul vadat Thebas, et sit Thebis qn̄ vadit. sed prius est ire Thebas, q̄ esse Thebis. Cùm hoc prius sumpsisset, transit rursus ad expositionem. & dicit q̄ per lineam seu spatium A quod nullas habet partes, cui aderat motus D, quo mouebat̃ O: motu enim D, positum est O moueri in spatio A: necesse est
H vel prius quidem peruadat, postea aūt peruaserit: vel simul peruadat & peruaserit. nō enim intercedit aliquid. Sed si prius peruadat, postea autē peruaserit, fuerit eiusmodi motus, vt possit diuidi. Quod quidem per hoc probat, q̄ qn̄ peruadebat, neq; quiesceret, vt quod nondum cepisset moueri: nō est enim in eo ex quo mouebat̃: neq; iam peruaserit: nō amplius enim moueretur ad aliquid: Sed est inter id ex quo, & id ad quod. Si est ergo in intermedio motus, & nondum totus factus est: in partes secari & diuidi poterit. Et hoc quidem id consequitur, quòd prius peruadens postea peruaserit. quandoquidem omnis motus qui est alicunde aliquò habet partes, & eius quidem aliquid factum est, aliquid verò futurum est. Si quis autem dicat id simul peruadere & peruasisse: id quod vadit quando vadit iam euaserit & motum fuerit, & est in illo ad quod mouetur. quo quid est quod minus fieri possit? Deinde adijcit aliquid, quod erat verisimile

dicere

dicere aliquem, in tota quidem magnitudine A B C quæ
componitur ex ijs quæ nullas habent partes, non caret
autem ipsa partibus, O moueatur motu D E F, non mo-
ueatur aūt vnoquoq; eorum qui nullas habēt partes sed
iam motū sit. sic enim nō amplius videbitur consequi vt
simul moueatur & motum sit. mouebitur enim in toto:
sed nō per vnamquanq; ex partibus quæ diuidi minimè
possunt mouebitur. Cùm hoc ergo posuisset, subiungit
absurda quæ hanc cōsequuntur coniecturā. Nam & mo
tus erit cōpositus non ex motibus sed ex momentis, hoc
est, ex finibus motus, & ex eo quod est motum esse. Mo
tus enim F, nō habet partes, motus scilicet qui sunt D &
E & F. motas enim eas esse positū est non moueri. Simi-
liter aūt eius quoq; quod est moueri partes nō licebit mo
ueri, sed motas esse. & diuidet̄ moueri in partes quas nō
licet moueri, sed esse motas. Subiungit autē aliud quoq;
absurdū sequens hanc positionem, vt motum sit aliquid
quod non prius motum est. quēadmodum iuisse aliquid
quod nō prius iuerat. positum est enim moueri O motu
D E F in magnitudine A B C. Sed neq; mouet̄ in A: in ipso
enim motū est: neq; in B. Similiter aūt nec in C. Toto er
go motu motum erit, cùm in ipso prius non moueretur.
Quòd aūt non oīno improbabilē posuerit hanc obiectio
nem, ostendit ꝙ cùm & ipse eā posuerit & soluerit, Epi-
curei tñ qui postea fuerunt sic dicant motū fieri. Nam cū
& motum & magnitudinē & tp̄s dicant ex ijs esse quæ
nullas habēt partes, in tota q̄dem magnitudine quæ con
stat ex ijs quæ nullas habēt partes, moueri dicūt id quod
mouet̄, in vnoquoq; aūt eorum quę in ipsa insunt carētia
partibus, nō moueri, sed mota esse. propterea ꝙ si positū
fuerit in his quoq; moueri id quod in toto mouet̄, futurū
sit vt ea possint diuidi. Infert aūt aliud quoq; absurdū ei
quod dicit̄, in magnitudine q̄dem A B C, quæ cōponitur
q̄dem ex ijs quæ nullas habēt partes, non caret aūt parti-
bus, moueri O motu D E F, non vtiq; aūt moueri ēt aliq̄d
in vnoquoq; eorū quæ nullas habēt partes A B C, sed mo-
tum esse. & est euidens confutatio. Si enim, inquit, quod
natura aptū est vt moueat̄, q̄ñ id ei innatū est, necesse est
vt quiescat vel moueatur: q̄ñ autē per spatiū A B C, quod
pōt in partes diuidi, cōtinenter mouetur O: & neq; in A,
neq; in B, neq; in C mouet̄, vt dicunt: quieuerit. Sed posi
tum est moueri assiduè in magnitudine A B C. Atqui si
in oībus partibus A B C assiduè quiescit: ēt in ipso vniuer
so quieuerit. quare simul ēt idem eadem rōne mouebit̄,
& assiduè quiescet. quo quidē quid est quod minus pos-
sit fieri? Porrò autē quartum quoq; infert ei quod dicit̄
absurdū, quod sparsim quidē dictum est in ijs quæ prius
ostensa sunt, nunc aūt ad propriū argumētum redactum
est. Quæ enim diuidi non possunt D E F, aut motus sunt,
aut non motus. Sed si motus q̄dem: erit aliq̄d, quod cùm
adest ei motus, non mouet̄, sed quiescit. O enim, q̄ñ erat
in A, aderat ei motus D: q̄ñ autē in B, motus E: q̄ñ autē
in C, motus F. Si autem nō sunt motus D E F, motus erit
non cōpositus ex motu, neq; suas partes habens motus.
Atq; is scilicet, qui dicit magnitudinem, motum, & tem
pus esse cōposita ex ijs quę nullas habent partes, hoc nō
tanq̄ absurdum admiserit. sed tanq̄ ex alijs ostensum es-
set, motum non cōponi ex ijs quæ nullas habēt partes, ei
qui dicit in magnitudine A & B & C nō moueri sed mo
tum esse, meritò illatum est hoc quoq; argumentum.

X Simiter autem atq; lōgitudinem & motum
necesse est tp̄s non posse diuidi & compositum
esse ex ipsis Nunc quæ diuidi nequeunt. Si eni
tota potest diuidi: in minori autem id quod est
pari velocitate minus peruadit: poterit etiam
tempus diuidi. Si autē poterit tempus diuidi in
quo fertur aliq̄d per A: poterit A quoq; diuidi.

VII Cùm instituisset ostendere silr se habere magnitudinē
& motum & tp̄s, ad hoc ꝙ sint ex ijs quę diuidi possunt,
A vel nō possunt diuidi: & ostēdisset primùm ꝙ quēadmo
dum se habet magnitudo, ita ēt motus, & ꝙ est vtrunq;
ex partibus q̄ possunt diuidi: nūc adijcit ꝙ silr ac magni-
tudinē in qua est motus, & motum, tp̄s quoq; se habere
necesse est, ad hoc ꝙ sint vel nō sint ex ijs quę nō possunt
diuidi. Si enim illa sunt ex ijs quę non possunt diuidi: tp̄s
quoq; erit ex ipsis Nunc q̄ diuidi nequeunt. Et alterū sci
licet verū est, quod quidē nunc non addidit tanq̄ euidēs,
ꝙ si illa ēt sunt ex ijs quę diuidi possunt, tp̄s quoq; est ex
ijs quæ possunt diuidi. Hoc ipsum aūt ostendens ꝙ si ma
gnitudo vel motus est ex ijs q̄ diuidi nequeunt, tp̄s quo-
que erit ex ijs quę non possunt diuidi, ex eo ēt ostendit id
quod nunc est ꝓpositum, ꝙ silr ēt se habeat ad hoc vt sint
ex ijs q̄ possunt diuidi. per scripturam quidem quę dicit,
SI enim tota pōt diuidi} hoc est si diuidi potest oīs linea
vel spatiū. solet enim Aristoteles magnitudines vocare
in fœminino genere, propterea ꝙ lineā exponat pro ma-
gnitudine. Si ergo diuidi pōt linea vel motus: q̄m quod
B pari celeritate mouet̄, minorem magnitudinem vel mi
norem partem motus in minori tp̄e peruadit: non enim
in eodē tp̄e & id quod est maius & minus vel magnitu-
dinis vel motus mouebitur id quod est paris velocitatis:
vnà cum motu vel magnitudine tp̄s quoq; diuidet̄. quo
enim pōt minus aliq̄d sumi, poterit id diuidi. Meritò er-
go subiunxit, Tempus quoq; poterit diuidi. Cùm autē
sic ex magnitudine ostendisset tp̄s posse diuidi, eadē via
ac rōne ex tp̄e ostendit posse diuidi magnitudinē. Fortas
se aūt, vt ēt illud TOTA, nequaq̄ vi detortum audiamus
in motu, dicendū est ex motu quidem ostensum esse tp̄s
posse diuidi, à tp̄e autem magnitudinem. si enim omne
tp̄s potest diuidi: illud quoq; in quo mouetur aliqua ma-
gnitudo, nempe A, quę videtur nō posse diuidi, eiusmo-
di erit vt possit diuidi. Quare in eo quod est minus toto,
id quod mouetur æquali celeritate, peruadet id quod est
minus A. Potest ergo spatium A diuidi. siquidem potest
eius pars aliqua minor sumi. Sed si fuerit scriptum vt in
C nōnullis inuenitur exēplaribus, SI enim totum pōt diui
di} exponit Alexāder, ꝙ si pōt totum tēpus diuidi: vnà
cum tp̄e quod diuiditur diuidetur ēt magnitudo. Atqui
non hoc infert Aristoteles: sed ꝙ poterit tp̄s q̄q; diuidi.
idq; cùm postea aduertisset Alexāder, dicit ꝙ cùm osten
disset ꝙ si magnitudo pōt omnino diuidi, tempus quoq;
diuidi poterit, infert rursus id quod cōuertitur, per hoc,
nempe, Si tp̄s potest diuidi in quo fertur aliq̄d per A: po-
terit A quoq; diuidi. Aspasius aūt nouit etiā aliam talis
scripturæ distinctionē. Si enim totū. Deinde subiungit,
Non pōt diuidi. Et exponit ꝙ si positū fuerit omne tp̄s
non posse diuidi: in minori aūt id quod est æqualis celeri
tatis minus peruadit: poterit etiam diuidi tp̄s, quod posi
tum est minimè posse diuidi. Pulchrè autē hic subdistin-
xit Aspasius, ꝙ nō solùm probat consecutionē, ꝙ si alte-
rum possit diuidi, alterum quoq; erit eiusmodi, sed præ-
terea cogit necessariò vt tēpus & magnitudo possint di-
uidi, sicut motus. Demonstratio enim quę sumitur ex ijs
D quæ sunt paris celeritatis, necessario infert diuisionē, vt
deinceps sciemus. Ostenduntur autem eadē etiam per
expositionem hoc modo. Sit enim O æqualis celeritatis:
magnitudo aūt A E quæ pōt diuidi, in qua mouet̄. & po-
natur id quod est æqualis celeritatis in minori tempore
minus peruadere. peruadat spatium A E in tempore F G.
Si ergo minus ꝑuaserit spatij A E, nempe A B, ipsum per-
uadet in minori tēpore, nempe F H. erit ergo tp̄s quoq;
sectum. Similiter aūt si secuerimus A B magnitudinē mi
norem procedentis O, rursus etiam vnà secabimus tem-
pus F H. semper enim cum magnitudine tp̄s quoq; seca-
bitur. Quòd autē si tempus quoq; possit diuidi, poterit
etiā diuidi magnitudo, si rursus ponat̄ id quod est æqua-
lis celeritatis in minori tp̄e minus moueri, hoc quoq; est
manifestū. esto enim posse diuidi tempus in quo est F G:
& O pari celeritate moueatur per spatium A E, in tēpo-
re F G. In minori ergo tp̄e, nempe F H, minus mouebit̄

Epicurei dicūt id quod mouetur moueri in tota magnitudine, sed in vnoquoq; eiꝰ nō moueri, sed motum esse.

Tempus est

ex ijs q̄ non possunt diuidi.

Lineā solet Aristoteles vocare magnitudinem vel spatiū.

per magnitudinem AB. Similiter ergo atq; tempus FO secabitur spatium AE & quæuis magnitudo. Cùm sic autem ex motu æqualis celeritatis eius quod mouetur ostẽdisset, similiter diuidi & tempus & magnitudinem, hoc ipsum etiã ostendit ex celeriori et tardiori motu. docens ab eo quidem quod tardius mouetur diuidi magnitudines: ab eo autem quod celerius, tempus.

CAPVT II.

XI QVoniam autẽ quæuis magnitudo diui-
di potest in magnitudines: ostensum est
enim fieri non posse vt ex indiuiduis. sit
aliquid continuum: est autẽ omnis magnitudo
cõtinua: necesse est id quod est celerius in æqua
li tpe magis, & in minori æqualiter, & in mino-
ri moueri amplius. quemadmodum definiunt
nonnulli id quod est celerius. sit enim id in quo
est A eius in quo est B, celerius. Quoniam ergo
est celerius id quod prius mutatur: in quo tem-
pore A mutatum est à C in D, quemadmodum
in FG: in eo B nõdum erit apud D, sed ab eo di-
XII stabit. Quare in æquali tempore peruadit am-
plius id quod est celerius. quinetiam in minori
eo amplius. in quo enim A fuit apud D, sit B qđ
est tardius apud E. Quoniam ergo A fuit apud
D in tempore FG, apud H erit in minore eo. &
sit in FK. CH ergo quod peruasit A, est maius
CE: tps autẽ FK est minus vniuerso FG. quare
XIII maius peruadit in minori. Ex his autem ma-
nifestum est etiam, quod id quod est celerius,
peruadit id quod est æquale in minori tempo-
re. Quoniam enim in minori peruadit maius
spatium quàm id quod est tardius: ipsum autẽ
si per se sumatur, in maiori tẽpore spatium ma-
ius minori. quemadmodum spatium LM, spa-
tio LX: fuerit amplius tempus PR in quo per-
uadit spatium LM, quàm tempus PS, in quo
peruadit LX. Quare si tempus FR erit minus
tempore PV. in quo id quod est tardius perua-
dit spatium LX. etiam tempus PS erit minus eo
in quo est PV. est enim minus tempore PR.
quod autẽ est minus minore, est ipsum quoq;
minus. Quare id quod est æquale mouebitur
XIIII in minori. Præterea autẽ si necesse est vniuer-
sum quidem moueri vel in æquali tempore, vel
in minori, vel in ampliori: & quod in ampliori
quidem, tardius: quod autem in æquali, æquali
celeritate: quod verò celerius, neq; est æqualis
celeritatis, neq; tardius: neq; in æquali neq; in
ampliori mouetur id quod est celerius. Restat
ergo vt in minori. Quare necesse est etiam vt id
quod est celerius, peruadat æqualem magnitu
dinem in minori tempore.

VIII Alexander quidẽ in his dicit, q postq̃ ostendit, vt se habet magnitudo & motus ad hoc vt sint vel non sint ex ĳs quæ nullas habẽt partes, ita etiam se habere tps: nunc ostendit tps non cõponi ex ĳs quæ nullas habent partes, neq; ex ipsis Nunc. Num aũt hoc quoq; iam ostensum est qñ dicebat, ET poterit tps diuidi, hoc est, oĩs pars tẽporis} est enim tps pars tpis. Sed vt dictum est postquã ostendit ex ęqualis celeritatis motu eius quod mouet, &

Tempus & magnitudinẽ

E q tempus & magnitudo diuidi possint in infinitũ, ac vi-
delicet etiã motus, & q ex quadam inter se proportione
diuidantur: nunc eadẽ ostendit ex eo quod est celerius et
tardius. non solum enim posse tps diuidi sed etiã magni-
tudinem. id aũt ipse quoq; fatetur Alexander. Quinetiã
ipse Aristoteles dicit in fine cõtextus dictionis, q id qui
dem quod est celerius diuidit tempus, quod aũt tardius,
etiam lõgitudinem. Cęterum principaliter quidẽ in his
ostẽdit tempus posse diuidi, & vnà cum tpe magnitudi-
nem, ad quam etiam respexit Alexander. Quamobrem
subiũxit etiam Aristoteles, Simul etiam clarum est oẽm
magnitudinẽ esse continuam. In expositione aũt osten-
dit ambo ex æquo distare & idem valere. Ad hoc autem
ostendendum prius assumit, quod necesse sit id quod est
celerius magis moueri in æquali tempore, & in minori
amplius. Hęc autem probat quidem etiam per definitio
nem eius quod est celerius. Celerius enim dicimus quod
in æquali tpe magis mouetur, & in minori amplius. Pro
F bat aũt etiam ex eo q ad hoc q omnis magnitudo diuidi
potest consequatur, id quod celerius mouetur in æquali
tempore plus moueri, & id quod est tardius, minus. Si
enim non posset omnis magnitudo diuidi, fieri non pos-
set vt id quod est tardius semper in æquali tẽpore minus
moueretur eo quod est celerius. id enim quod est indiui-
duum, & quod nullas habet partes, in eodem tempore
& id quod est celerius peruadit, & id quod est tardius. si
enim in ampliori: in æquali tempore peruadet aliquid
minus eo quod nullas habet partes. quocirca Epicureis
quoq; placet oĩa æquali celeritate moueri per ea quę nul
las habent partes, ne si eorũ atoma, hoc est, corpora inse-
cabilia, diuidantur, nõ sint amplius atoma. Ex definitio-
ne aũt celerioris, clarum est necesse esse oẽm magnitudi-
nẽ diuidi in magnitudines, ex eo q id quod est celerius
& tardius sint eiusmodi, si quidem hæc est eorũ definitio.
nisi fortè propterea sunt eiusmodi id quod est celerius &
tardius, qm̃ oĩs magnitudo semper diuidi põt in ea quæ
G possunt diuidi. Cùm sic ergo breuiter ostendisset q id
quod est celerius in æquali tpe magis mouetur deinceps
idipsũ ostẽdit per expositionẽ. Cùm enim posuisset id qđ
celerius quidẽ mouet, A. quod tardius verò, B: & prius
sumpsisset tanq̃ euidens, id esse celerius quod mutatur
prius, q̃ id quod est tardius, exponit tps quidem in quo
mutat id quod est celerius, FO: magnitudinem aũt quæ
mutatur in tpe FO, CD. Qm̃ ergo in quo tpe A quod est
celerius mutatum est à C in D: id autẽ quod est tardius,
nempe, B, nondũ venit ad D, sed ab eo abest, siquidẽ hoc
est tardius, postea mutare: videlicet id quod est celerius
in ęquali tpe plus peruasit, q̃ id quod est tardius. siquidẽ
illud quidem peruasit totum CD, hoc vero ab eo distat.
Deinde ostẽdit q etiam in minori tẽpore id quod est ce-
lerius maius peruadit. non quatenus maius: hoc est enim
falsum: sed q maius aliquid. Iisdem enim expositis, qm̃
A in tempore FG fuit apud D, id autẽ quod est tardius,
nempe B, relictum est citra D, verbi gratia in E, est autẽ
H aliqua magnitudo inter D & E quę ipsa quoq; põt diui-
di, diuidatur in H. Est aũt magnitudo CH maior magni-
tudine CE, minor verò magnitudine CD. Quoniã ergo
A in toto tẽpore FO motum est per magnitudinẽ CD, in
minori motum erit per magnitudinẽ CH. ea enim est mi
nor tota CD. Et sit tps FK minus tpe FO. Atqui B quo-
que positũ fuerat in toto tpe FO motum esse per magni
tudinẽ CE, quæ erat minor magnitudine CH. In maiori
ergo tpe B peruasit minorem magnitudinem magnitu-
dine CH, quam A motum est in tempore FK minori tẽ-
pore FG. Ostensum est itaq; quartũ quoq;, q id quod
est celerius peruadit in minori tpe maius spatiũ. Sic aũt
expeditè ostendi potuerit. Si enim id quod est celerius
in tripla ratione habet celeritatẽ ad id quod est tardius:
si id quod est celerius, moueat magnitudinem tripedalẽ
id quod est tardius, mouet vnius pedis magnitudinem.
quare id quod est celerius, mouebit bipedalem in minori
tempore

posse diuidi in infinitum probatur ex eo qđ est celerius & tardius.

tempore, vt quæ sit maior vnius pedis magnitudine. Hoc autem videtur Aristoteles ex abundantia ostẽdere ad hoc vt sumat quòd si id quod est celerius, amplius moueaꝭ in minori tpe, multo magis id quod est æquale mouebitur in minori. hoc enim etiã præterea vtetur ad diuisionem. quod ipsum quoq; ostẽdi tertium per expositionem, dicens id quoque fuisse manifestum ex ĳs quę iam ostẽsa sunt. Et poterat quidẽ hoc quoq; ostendi per eandem expositionem: ipse autem cõmutatis elementis, vt multis modis, vt arbitror, exerceret eos qui hæc legunt, orationẽ reddidit obscuriorem. Pro magnitudine enim CH sumit magnitudinẽ LM. & pro magnitudine CK magnitudinem LX: Tempus aũt in quo A, hoc est id quod celerius moueꝭ maius spatium mouetur, LM scilicet seu CH: tempus, inquã, sumit PR, quod habet proportionẽ cum FK: In quo aũt id quod est spatio LM, minus spatiũ moueꝭ, nempe LX seu CK, tẽpus sumit PS, quod est scilicet minus tempore PR. Sumit autẽ tempus quoq; PV, in quo id quod est tardius, nempe B, positum est motum esse magnitudinẽ CK, quam nunc dixit LX. Hoc autem erat tempus FG, maius tempore PR, siquidem tempus PR habet proportionẽ cum tpe FK. Dicit ergo in tali expositione, ꝙ qm̃ ostensum est, id quod est celerius, maiorem magnitudinẽ, hoc est LM, seu magnitudinẽ CH, in minori tpe nempe PR seu FH, peruadere, quã id quod est tardius in maiori ꝑuadebat, nempe FG: si aũt id quod est celerius ipsum per se sumatur, æquali celeritate motũ in maiori tpe peruadit maiorem minore magnitudinẽ, nempe magnitudinẽ LM magnitudine LX: maius fuerit tempus PR in quo peruadit magnitudinẽ LM, quàm tpe PS, in quo peruadit magnitudinem LX. Si ergo magnitudinem LX peruadit id quod est tardius in tpe PV, id autem quod est celerius in tempore PS, tempus autẽ PS est minus tempore PR: tempus quoq; PR est minus tpe PV: quod autem est minore minus, est ipsum quoq; minus: videlicet id quod est celerius, in minori tempore peruadit id quod est idẽ cum LM, hoc est æquale, quàm id quod est tardius. Hoc autẽ quod celerius mouetur eo quod tardius, in minori tpe æquale spatium mouebitur. Quinetiam sic aliter ostendit ex diuisione. Si quodcũq; alicui æquale spatium mouetur, vel in tpe æquali mouetur, vel in maiori, vel in minori, & non est ꝓter hæc: ergo & id quod est celerius quod mouetur æquale spatium ei quod est tardius, in maiori tpe mouebitur, vel in æquali, vel in minori. Sed quod in maiori quidem tpe mouetur ęquale vel idem spatiũ, est tardius: hęc est enim definitio tardioris: quod est aũt celerius, neq; est paris cum illo celeritatis quo est celerius, neq; adhuc tardius: quare neq; in æquali neq; in maiori tpe æqualẽ peruadit magnitudinem. Ergo in minori. Oportet aũt eius quoq; quod tardius mouetur definitiones traducere ab eo quod est celerius, qm̃ Aristoteles nõ vtetur solùm definitione celerioris, sed & tardiori. Si est ergo celerius quod in æquali tpe plus moueꝭ: tardius est quod minus moueꝭ in ęquali tpe. Et si est celerius quod in minori tpe plus mouetur spatĳ: tardius est quod minus in maiori tẽpore. Similiter si est celerius quod in minori tẽpore plus mouetur spatĳ, tardius est quod mouetur æquale in maiori tempore.

XV Quoniam aũt omnis quidẽ motus est in tpe,
& fieri põt vt in omni tpe moueatur: quicquid
autem mouetur, cõtingit & celerius moueri &
tardius: in omni tpe erit celerius moueri & tar-
dius. Hæc autem cùm sint, necesse est etiam tp̃s
esse continuum. Dico autem continuum quod
diuidi potest in ea quæ semper possunt diuidi.
hoc enim posito continuo, necesse est tempus
XVI esse cõtinuum. Quoniã enim ostensum est id
quod est celerius peruadere in minori tẽpore
A id quod est æquale: sit id quidẽ in quo est A, celerius. id autem in quo est B, tardius: & motũ sit id quod est tardius, magnitudinẽ in qua est CD in tpe FG: clarũ est ergo ꝙ id quod est celerius, in minori eo tpe mouebit eandem magnitudinẽ. & motum sit in tempore FH. Rursus aũt quoniam id quod est celerius, in tẽpore FH peruasit totam CD: id quod est tardius, in eodẽ tempore peruadit minorem. Sit ergo ea in qua est CK. Quoniam autem id quod est tardius, nempe B, in tempore FH peruasit magnitudinem CK: id quod est celerius peruadit in minori. quare diuidetur rursus tempus FH. Cùm id autem diuidatur, magnitudo quoq; CK diuidetur eadem ratione. Si autem magnitudo, etiam
B tempus. Et hoc semper erit si ex eo quod est celerius assumamus id quod est tardius, & ex eo quod est tardius id quod est celerius, & vtamur eo quod demonstratum est. diuidet enim tempus id quod est celerius: longitudinem autem id quod est tardius. Si ergo semper quidem cõuerti verum est, dum autem cõuertitur semper fit diuisio: clarum est omne tempus esse conti-
nuum. Simul aũt clarũ quoq; est magnitudinẽ XVII
omnẽ esse continuam. ĳsdẽ enim & æqualibus diuisionibus diuiditur & tẽpus & magnitudo.

Postq̃ ostẽdit id quod est celerius moueri ęquale spa- IX
tium in minori tpe, & id quod est tardius minus in ęquali his vtens, probat tp̃s non cõponi ex ipsis Nunc q̃ nullas habẽt partes, sed esse continuũ, & diuidi posse in ea q̃
C semp possunt diuidi. similiter autẽ etiam magnitudinẽ. & id quidẽ quod est celerius diuidere tp̃s, id aũt quod est tardius magnitudinẽ. Ne quis aũt diceret non oẽm motum esse in tpe, neq; in omni motu id quod est celerius et id quod est tardius: si aũt ita est, non omne tempus diuisum iri ab eo quod est celerius: hæc vt prius ꝓbata & pro confessis habita nobis reuocat in memoriã, ꝙ omnis motus fiat in tempore, & sit motus in omni tempore, siquidem ostẽsum est tẽpus esse aliquid motus. Quare vbi est motus, est etiam tempus, & vbi tempus, est etiã illic motus. Ad hoc assumit quicquid moueꝭ posse celerius moueri & tardius. Pulchrè aũt dubitat Alexander, quõ in corpore quod fertur motu circulari, quod quidem mouetur æquabiliter, verum sit moueri celerius & tardius. Et primùm quidẽ infirmè soluit, vt existimo, dicens non dixisse Aristotelem idẽ moueri celerius & tardius, sed posse moueri. quod dicit inesse etiam ei corpori quod fertur motu circulari, propterea ꝙ sic motu proprio moueaꝭ, et
D non vlla adductum necessitate, nec vt prohibeaꝭ ab aliq̃ quo minus aliter quoq; moueatur. nam nec boni bona faciunt adducti necessitate, etiam si ea semper faciant, sed est in eorũ potestate facere ea quæ sunt contraria. Oportebat autem, vt existimo, mente reputare, primòm quidem quod boni dicũtur habere potestatẽ contrarĳ, quiã etiam aliquando ex eo operãtur: cœlestia autem & quæ sunt æterna, quomodo habuerint potestatem quę nunq; exit in actum? Deinde quòd duplex est necessitas, vna quidem diuinior, ex qua necesse est vt Deus sit bonus: et quæ pollui non possunt animæ nunquã malę fiant: Violenta autem altera, per quam coguntur etiam improbi à legibus nõ peccare. Atq; etiam potestas similiter est duplex: vna quidẽ perfecta, altera verò imperfecta, & magis potestate. Cœlestia ergo & necessitatem habent diuiniorem, vt semper similiter & eodem modo moueantur: & volũtatem in bono definitam, & perfectissimam

Tẽpus esse continuũ, & nõ componi ex ipsis nũc
Magnitudo est cõtinua, nec cõponiꝭ ex ĳs q̃ nullas hñt partes.

Corpus quod fertur motu circulari, verũ ne sit moueri celerius & tardius.

Boni quõ dicanꝭ habere potestatẽ cõtrariorum.

Necessitas duplex diuinior & violenta.

Potestas duplex vna ꝑfecta altera iꝑfecta.

Bonū diuinarum & humanarū animarū non est idem.

& à potestate dubia planè mundam. noo enim diuinę alę boonum habeoт fiſr ac humanæ, ſed hæ quidē finitum & quod aliqñ mutatur in contrariū: illæ verò booū infinitę potestatis, & quod in eo quod eſt idem, eſt ſemper collocatum. Deinceps aūt rectè ſoluit, effectu ac poteſtate dicens, ꝙ motus habet idem ſpatium cum magnitudine in qua fit. Spatium ergo motus qui fit in ſtadio, vel in vno gradu Zodiaci, & id pōt tranſigere quod celerius mouetur, & id quod tardius, ſed illud quidē in maiori, hoc verò in mioori tpe. Et adducit Eudemum quoq; in ſecūdo Naturalium ſic demonſtrātem id quod dictum eſt. dicit enim ipſe quoq;, Quooiam quicquid mouetur, eſt in tēpore: & in omni tpe eſt motus: oēm autem motum ſequitur celeritas & tarditas: oeceſſe eſt omnia quæ dicta ſunt diuidi. poteſt enim in eadem magnitudine ſumi aliquid quod celerius mouetur & tardius, etiā ſi noo idem poſſit aliqñ quidem citius, aliqñ verò tardius moueri. Còm aūt ſumpſiſſet per hoc ꝙ io omni tpe ſit motus, omnem quoq; motū habere id quod eſt tardius & quod celerius, ſubiungit ꝙ cùm hæc ita ſint, neceſſe ſit tempus quoque

Continuum quid ſit.

eſſe cōtinuum. & definit cootinuum id quod diuidi pōt in ea quæ poſſunt ſemper diuidi. Et ſubiuogit deioceps ꝙ cùm tale ſit continuum, neceſſe eſt tempus eſſe cootinuum. ſiquidē in omni tpe eſt motus celerior & tardior. Et oſtēdit ſemper diuidi tempus & magnitudinē. Et ab eo quidem quod eſt celerius, diuidi tempus: ab eo verò quod eſt tardius, magnitudinem. Còm autē ſumpſiſſet ea quæ prius dicta ſunt, ꝙ id quod eſt celerius peruadit æquale ſpatium in minori tpe, q̃ id quod eſt tardius: id aūt quod eſt tardius, in æquali tempore minus ſpatium, q̃ id quod eſt celerius: & cùm rurſus expoſuiſſet id quod celerius quidē mouetur, A, quod tardius autem, B, magnitudinē verò CD per quā mouetur id quod eſt tardius in tpe FG: dicit fore vt id quod celerius mouet̃, in mioori tempore, q̃ FG, moueatur magnitudinem CD, & ſit hoc FH. Qm̃ ergo id quod eſt celerius, in tpe FH peruaſit magnitudioem CD, clarum eſt fore vt id quod eſt tardius, minus peruadat in eodem tpe, propterea ꝙ in quouis quidem tpe fiat motus, poſſit aūt in quo mouetur id quod eſt celerius, in eo etiā moueri id quod eſt tardius. Sit ergo quam peruaſit id quod eſt tardius, nempe B, in tpe FH, magnitudo CK. Rurſus autem qm̃ id quod eſt tardius in tpe FH peruaſit magnitudinē CK, id quod eſt celerius eādem peruadet in minori. Diuidet̃ ergo rurſus tēpus FH. Sed in quo rurſus tpe peruaſit id quod eſt celerius magnitudinem CK, in eo id quod eſt tardius rurſus peruadet mioorē magnitudine CK magnitudinē. Et ſic ſemper tempus quidē diuidetur ab eo quod eſt celerius, magnitudo verò ab eo quod eſt tardius. propterea ꝙ in omoi tpe fiat motus, & oīs motus fieri poſſit & celerior & tardior. His enim poſitis, neceſſariò ſequuntur ea quę ſuot oſtenſa per quæ clarum eſt omne tp̄s poſſe diuidi. in quocunq; enim quod ſumptum fuerit, id quod mouetur tardius, peruadet aliquā magnitudioem: quam id quod mouetur celerius, peruadit in minori tpe. in quo tempore id quod tardius mouetur, minorē peruadit magnitudinem. Et ſic dum ſemper coouertitur id quod eſt celerius & id quod eſt tardius, ab eo quidē quod eſt celerius diuiditur tempus in infinitum, ab eo autē quod eſt tardius, magnitudo. Coouerſio autē nunc ſeu mutua aſſumptio, quæ fit ab eo quod eſt celerius ad id quod eſt tardius, & ea quæ fit ab eo quod eſt tardius ad id quod eſt celerius, pōt talis accipi. Si id quod eſt celerius, diuidit tempus: id etiam quod eſt tardius, magnitudinem. & ſi id quod eſt tardius, magnitudinem: id etiam quod eſt celerius, tempus. Oſtenſa aūt ſunt hæc ex illis quæ prius oſtenſa ſunt, quòd et id quod eſt celerius in minori tempore mouetur æquale, & ꝙ id quod eſt tardius, minus in æquali tempore. Meritò autem poſtq̃ oſteodit de tempore, ſubiunxit ex ijs quæ dicta ſunt planū factum eſſe, magnitudinē quoq; ſimul eſſe continuam, idem eſt autē dicere, diuidi

E poſſe in infinitū. qm̃ eaſdem & numero pares diuiſiones diuidit tp̄s & magnitudo. Eſt aūt veriſimile nōnullos hic quoq; reprehendere probationē, vt & quæ alterū alternis ꝓbet per alterū, & idem probet per idē. ſiquidem ex eo q̄dem ꝙ oīs magnitudo diuidi poſſit in magnitudines, probat, id quod eſt celerius in ęquali tpe maius, et in minori amplius moueri, & in ęquali minus: ex eo aūt diuidi poſſe tp̄s, & ex eo talē eſſe magnitudinē. videbitur enim dicere, qm̃ magnitudo ſemper pōt diuidi, tp̄s quoque ſemper diuidi pōt. & qm̃ tp̄s, etiam magnitudo. & vt in ſumma dicam, qm̃ magnitudo ſemꝑ poteſt diuidi, ſemꝑ pōt diuidi magnitudo. Sed dicēdum eſt, quod primòm q̄dem etiā abſq; eo ꝙ prius ſumpſerit oēm magnitudinē diuidi poſſe in magnitudioes, ex defioitione eius quod eſt celerius, & ex expoſitione, probat ea quæ ſunt ꝓpoſita: Deinde ꝙ principal̃r ouoc oſtēdi tp̄s poſſe diuidi, cum quo vnà etiā probatur magnitudinē: Tertio aūt rurſus diceodū eſt, ꝙ per talem demonſtrationem oſtendit Ariſtoteles, ꝙ còm magnitudo & tēpus ſiot ex vna

Motus, temporis, & longitudinis cōtinuitas à ſe inuicem probantur.

F & eadē natura continua, ſe quoq; inuicē ſic demonſtrāt, vt videantur alter alteri eſſe cauſa diuiſionis in infinitū. Nuoquid autē hoc modo deducitur oratio. Còm prius oſtēdiſſet ex eius quod mouetur motu paris celeritatis, noo cōponi ex ijs quæ oullas habent partes, oeq; magnitudinem, neq; motum, nec tēpus, ſed eſſe continua, & diuidi poſſe in ea quæ ſemper poſſunt diuidi: & hoc ipſum inſtituiſſet oſtēdere etiam ex eo quod mouetur celerius & eo quod tardius: primū quidem hoc breuiter ſic ꝓbat, effectu & poteſtate ſic dicēs, ꝙ ſi quæuis magnitudo oō poſſet diuidi in magnitudines, & tpis, & loogitudinis & motus, nō eſſent id quod eſt celerius & quod tardius eiuſmodi, cuiuſmodi nos ea eſſe definientes dicimus, dicētes id eſſe celerius, quod in æquali tpe, maius, & in minore mouet̃ amplius. Qm̃ autē diuidi poſſuot magnitudines, ideo eas etiam diuidunt id quod eſt celerius & id quod eſt tardius: id quod eſt celerius quidē, temporis, id verò

G quod eſt tardius, longitudiois. Et eſt ꝓbatio veluti ex ijs quæ referunt̃ ad aliquid. Còm enī ſit euidens id quod eſt celerius, & id quod eſt tardius, eſſe & in ijs quę ſunt, & diuidere tp̄s & magnitudinem, qm̃ neceſſe eſt eſſe quod diuidat, ſi eſt quod diuidat̃: eſt aūt id quod diuidit: quare ēt id quod pōt diuidi, queādmodum oſtenſum eſt: deinde cùm cōfirmaſſet per expoſitiooē talia eſſe id quod eſt celerius & tardius qualia dicunt̃: vtitur eis deinceps ad diuiſionē tpis & loogitudinis, oſtēdens per expoſitionē modū diuiſioois in infinitum. Aduertendum eſt aūt, ꝙ nunc per motū oſtendit poſſe diuidi tēpus & magnitudinem, id eō quod eſt celerius & tardius ſuot motus differentię. qm̃ quicquid mouet̃ cootingit moueri celerius & tardius, vt ipſe dixit, idē ſcilicet ſpatiū motus, quod quidem ſumit̃ ex ſpaoo in quo mouet̃. oon poſſet autē idem ſpatiū motus & celerius quid moueri & tardius, niſi magnitudo quoq; motus poſſet diuidi. Tres ergo magnitudines, nempe motus, tpis, & longitudinis in qua eſt mo-

H tus, cùm ſint ſimiliter cōtinuę, & diuidi poſſint in ea quę ſemper poſſunt diuidi, à ſe inuicem probātur. oeceſſe eſt enim ſi vnum poſſit diuidi, etiam diuidi reliqua. Si enim poteſt diuidi longitudo, oeceſſe eſt motum quoq; qui eſt in ipſo, poſſe diuidi, & tempus quod ipſum metitur. & ſi pōt diuidi motus, etiā longitudinem in qua fit, & tēpus quod eā metitur oeceſſe eſt poſſe diuidi. & ſi tp̄s poteſt diuidi, motum quoq; quē ipſum meotur neceſſe eſt poſſe diuidi, & magnitudinem in qua eſt motus. queādmodum enim id in quo eſt motus, ſi diuidatur, motum diuidit, ita etiam motus longitudioem in qua fit.

Præterea autem ex ijs quoq; quæ conſueuerunt dici rationibus, clarum eſt quòd ſi tempus eſt continuum, eſt etiam magnitudo, ſiquidem in dimidio tempore peruadit dimidium, & vt ſemel dicam in minori tempore minus. erunt

enim

A enim eædem diuisiones temporis & magnitu-
XVIII dinis. Et si vtrumuis est infinitum, est etiam alterum. & sicut alterum, etiam alterum. Quemadmodum, si extremis quidem est tempus infinitum, longitudo quoq; extremis: sin autem diuisione, diuisione quoq; est longitudo: sin autē ambobus tps, ambobus quoq; est magnitudo.

X Postquam ostendit per expositionē, vnà cum diuisione temporis diuidi quoq; magnitudinē, dicit hoc ipsum probari ex alijs rationibus, quę tunc in vsu erant vt videtur apud eos qui de ijs disserebāt. Sumpta autem lucrat eiusmodi ratio ex ijs quæ mouentur pari celeritate. Si id quod mouetur pari celeritate, in dimidio tēporē peruadit dimidium, & semper minus in eo quod est minus, & eadem ratione minus: sequitur vt si tempus diuidi possit in infinitum, similiter etiā magnitudo in qua est motus, possit in infinitum diuidi: eædem enim sunt ambo͂ diui- B siones: Sin autē se habent inter se similiter, videlicet si est infinitum alterum, erit etiam alterum infinitum. Cùm autem duplex sit infinitum in ijs quæ sunt continua, seu possit cogitatione cōcipi dupliciter: aut extremis: est aūt infinitum extremis, quod non habet extrema, sed peruadi non potest: aut diuisione, ꝙ semper pars quæ sumitur possit diuidi: aut per vtrūq;: vt tempus, inquit, habuerit infinitum, ita etiā ipsum habebit magnitudo. Sed quòd vt tempus quidem quod est continuum diuidi potest in infinitum, ita etiā magnitudo, clarum est. qm̄ ipsa quoq; est continua: quicquid autē est continuum, diuidi potest in infinitum. Quoniam autē tempus quoq; est extremis infinitum, vt quod neq; habeat principium nec finem: ostenditur in vltimo huius operis, quomodo verum sit magnitudinem quoq; sic esse infinitam. eius enim cōtrarium in tertio huius operis ostenditur, ne esse quidē magnitudinem infinitam extremis. Num ergo, quēadmodum tempus est duplex, vnum quidem infinitum extre- C mis, quod metitur circularē motum qui caret principio & fine: alterū verò extremis quidem finitū, in diuisione autē sola habens infinitum, quēadmodum tps singulare quod metitur motus qui rectà fiunt: ita ēt duplex est magnitudo: vna qdem infinita extremis, non vt quę nō possit terminari, qualē reprobauit in libro tertio, sed vt quæ sit circularis, & quæ neq; habeat principiū nec finem: altera verò quæ habet & principiū & finē, qualia sunt quę sunt in gñatione, possunt aūt diuidi in infinitū eo ꝙ sunt cōtinua. Ambarum aūt infinitatum & totum tps est particeps, & tps quod circulari motu circūagitur. nam cùm principio & fine careāt & sint cōtinua, diuidi possunt in infinitū. Mihi itaq; venit in mentē hanc sic & mouere dubitationem, & eàm dissoluere, cùm eam apud nullam inuenissem interpretem. Si quis autem aliquid coniectarit probabilius, vincet nō solùm citra vllam mei offensionem, sed etiā eo nomine iusta apud me gratia. Clarum est autem ꝙ etiam si ipse temporis & magnitudinis solū D in his meminit, necesse est etiàm eadem audire de motu. Quemadmodum enim se habet tempus, ita etiam motus cuius pars est tempus.

Tempus duplex infinitū

Magnitudo duplex infinita.

XIX Quocirca Zenonis quoque ratio falsum sumit, non contingere infinita peruadere, vel tangere infinita singillatim in tempore finito. duobus enim modis dicitur & longitudo & tēpus infinitum, & in summa quicquid est continuū: vel per diuisionem: vel extremis. Infinita ergo quæ sunt in quāto, non contingit tāgere in tpe finito: cōtingit autē ea quę sunt in diuisione. nā ipsum quoq; tēpus sic est infinitum. Quare in infinito & nō in finito accidit peruadere infinitum. & tangere infinita infinitis non finitis.

A Cùm ostēdisset similiter esse infinitum in tempore & XI in magnitudine, eo vtens, soluit quandam ex rationibus quæ adductæ sunt à Zenone Eleate ad probandum non esse motum. Est autem ratio Zenonis huiusmodi. Si est motus, contingit in tēpore finito infinita peruadere, tangens vnumquodq; eorum. Atqui hoc non potest fieri. Non est ergo motus. Et connexum quidē probat, vtens diuisione magnitudinum in infinitum. Si enim quæuis magnitudo diuidi potest in infinita, fuerit etiam composita ex infinitis. Quare etiam id quod mouetur & peruadit quāuis magnitudinem, mouebitur & peruadet infinitum, & tanget infinita in tempore finito, in quo peruadit totum finitum. Dicit autem singillatim tetigisse infinita, quoniam possunt infinita videri aliquid peruasisse eo quod ea transiliant. Et sic quidem probabat connexum: Assumptionem autem quæ dicit, Atqui fieri non potest vt infinita peruadantur & tangantur infinito tempore, probat ex eo quòd non possit peruadi infinitum, et B ex eo quòd non possint infinita tangi in tempore finito: siquidem in alio & alio tempore tāgit id quod mouetur partes subiecti. Dixit autē fieri non posse vt tangat vnūquodq; infinitorum, quoniam is qui tangit, veluti numerat. numerari autem nō possunt infinita. Aristoteles autem reprehendit assumptionem. non est enim eiusmodi vt fieri nō possit, nempe vt tempore finito peruadantur infinita. Nam cùm infinitū dicatur duobus modis, vnū quidem per extrema, alterum verò per diuisionem: infinitum quidem quod est in quantitate, cuius partes sunt actu numero infinitæ, quoniā magnitudo quoq; est infinita, fieri non potest vt aliquid peruadat in tempore finito: id autē quod est infinitum diuisione & potestate, non autem actu, cōtingit vt peruadat. etenim tempus quod sumitur finitum, id est infinitum diuisione. Non est ergo in finito infinitum, sed in eo quod est similiter infinitum. Tanget ergo ea quę sunt potestate infinita, sed nō singillatim diuisas subiecti partes, id quod mouetur in partib9 C temporis quę sunt similiter infinitę, vel in suis. etenim id quoq; quod mouetur cùm sit cōtinuum, diuidi potest in infinitū. Factum est ergo sophisma Zenonis ex æquiuocatione infiniti, & ꝙ sumeret id quod est infinitum diuisione pro eo quod est infinitū extremis. neq; enim potest hoc infinitum peruadi in finito tempore, & sic tangere infinita. infinitam autem diuisione magnitudinē in tempore diuisione infinito peruadere non est absurdum. Zeno autem magnitudinem quidem in infinita actu diuisam sumebat, tempus autem non itidem, & si se similiter haberet ac magnitudo. Sed hic quidem sic soluit Zenonis dubitationem, dicens non esse absurdum in tempore similiter infinito ea quæ sunt similiter infinita peruadere: In vltimo autem huius operis, hāc solutionem aduersus eum quidem qui rogat dicit sufficere: rogat enim an in finito contingat infinita peruadere: ad rem autē ipsam & veritatem non sufficere. neq; enim tempus habet infinitum actu, sed potestate. Quocirca illic soluit accura- D tius, ostendens in continuis non esse actu infinita, sed potestate. Ei ergo qui rogat, inquit, an contingat infinita peruadere, vel in tempore, vel in longitudine, dicēdum est posse esse vt cōtingat, & posse esse vt non contingat. quæ actu quidem sunt infinita, non contingit. potestate autem contingit.

Infinita non cōtingere peruadere, quæ est Zenonis ratio, reiicitur.

Infinitū dicitur duobus modis, p extrema & per diuisionem.

Tempus nō habet infinitum actu, sed potestate.

Neque ergo fieri pōt vt infinitum peruadat in tpe finito, neq; id quod est finitum in infinito. Sed & si tempus sit infinitum, erit etiam magnitudo infinita; & si magnitudo etiam tēpus.

Sit enim finita magnitudo in qua sit A B: tem- XX pus aūt infinitum in quo C. Sumatur aūt temporis quid finitum, in quo C D. In eo ergo peruadit aliquid magnitudinis. & esto peruaserit, in quo sit B E. Hoc autē vel dimetietur id in quo

est A B, vel deficiet, vel superabit. Nihil enim refert. E Si enim semper æquale ei quod est B E, peruadit magnitudinem inæquali tempore: ea autem dimetitur totum: finitum erit vniuersum tẽpus in quo peruasit. Diuidetur enim in ęqualia, sicut etiam magnitudo.

XII Cùm ostendisset similiter esse continuum tempus & magnitudinem: & similiter diuidi posse in infinitum: & Zenonis dissoluisset orationẽ ex hac similitudine: adijcit his quæ prius ostẽsa sunt, vt & cõsequens & quod ex illis probatur, neq; infinitum spatium, etiã si positum fuerit esse in tpe finito, posse moueri aliquid. neq; in tpe infinito finitum. Infinitum autẽ nunc accipit quod propriè est infinitũ, id quod est actu. quod quidẽ dixit infinitũ extremis. Affert aũt probationẽ per id quod fieri non põt per expositionem, acceptẽs quidem finitam magnitudinẽ in qua est A B: tempus autẽ infinitum in quo est C. & à tpe F subducens aliquid finitum in quo est C D. in quo id quod mouetur peruadit aliquid magnitudinis A B, vtpote B E: aliqua enim pars eius mouebitur in tempore C D. siquidem totum A B mouebatur in infinito tempore C: Quam autem proportionem habet magnitudo A B ad propriã partem B E, eam habebit etiam totum tempus, in quo id quod mouetur, ęquabiliter pariq; celeritate peruadit totam magnitudinem A B, ad tempus in quo mouetur magnitudo B E. Est autẽ finitum tempus C D. Est ergo tempus quoq; C finitũ, in quo peruadit magnitudinem A B, finitam & non infinitam. in quot enim partes diuiditur magnitudo A B æquales magnitudini B E, in tot etiã diuiditur tempus C, æquales C D. Finita autẽ erat magnitudo A B, & tẽpus C D. Quare si & magnitudine finita sunt & numero, sicut magnitudo, ita etiam diuidentur numero. Et talis quidem est demonstratio. Interim autẽ soluit obiectionem, quę dicit magnitudinem B E nõ omnino metiri totum A B. vt etiam verè dicatur magnitudinem A B esse, verbi gratia, triplum vel quadruplum vel G quãcunq; aliam proportionem magnitudinis B E. potest enim in dimẽsione & deficere & exuperare. Dicit ergo nihil referre seu deficiat seu exuperet: si modo æquale spatium magnitudini B E peruadat in tempore ęquali tempori C D. Quemadmodum enim magnitudo B E consumit magnitudinem A B, seu exuperet seu deficiat: nam et quod defectum est, aliqua eius parte defectũ est, & quod exuperat, similiter aliqua quãtitate exuperat: Ita etiam tempus C D finitum cõsumet tempus C, seu desit seu redundet, eam habens ad ipsum proportionem, quàm magnitudo B E ad magnitudinẽ A B, siue sit perfectum, siue aliqua sui parte defectum vel redundans. Simul enim & magnitudo B E dimetietur magnitudinem A B, & tẽpus C D tempus C. eo quòd diuidantur in numero æqualia.

Dimetiri qd sit proprie.

Dimetiri pro consumere, impropriè.

Aduertendum est autem quid quãdo dicit, HOC autem vel dimetietur id in quo est A B, vel deficiet, vel superabit} propriè vtitur dimensione. hoc enim est metiri, id quod est perfectè multiplicatum exequari ei quod H suscipit dimẽsionem. Quando autem dicit, Ea autem dimetitur totum, vsus est, Dimetitur, pro eo quod est consumit. & si enim deficiat vel redundet, in quot partes diuisa est magnitudo & id quod est finitũ, in numero ęqualia, hoc est in tot, diuidetur quoq; tempus C. in quo tota A B magnitudo mota est. ita autem consequetur ipsum esse finitum. quacunq; enim fuerit proportione ad finitum, siue perfectè, siue cum parte aliqua, erit finitum.

Cùm autem duplex feratur scriptura, quæ est in fine huius dictionis, si sic quidem scriptum sit, IN ęqualia enim diuidetur, & magnitudo} est obscurius. Dixerit autem, In æqualia enim diuidetur, in quot etiam magnitudo. Si autem vt Alexander & Themistius & Aspasius scribunt, IN æqualia enim diuidetur, sicut etiam magnitudo} apertum fuerit id quod dicitur, q̃ tempus quoq; diuidetur in numero æqualia in quot etiam magnitudo. E de tempore enim dicit, ostendens id non esse infinitum.

Præterea autem si non quãcunq; magnitudinem peruadit in tempore infinito: sed cõtingit aliquam peruadere etiã in infinito. vtpote B E: ea autem dimetitur vniuersam: etiam id quod est æquale peruadit in æquali. Quare tempus quoq; erit finitum. Quòd autẽ non peruadat magnitudinem B E in infinito, clarum est, si sumptum fuerit tempus vtrinq; finitum. si in minori enim partem peruadit, ea finita sit necesse est, cum alterutra sit finis. XXI

XXII Eadem est autẽ demonstratio, & si longitudo quidem sit infinita: tempus autem finitum.

XIII Cùm accepisset magnitudinẽ B E paulo indistinctius, F & vt quę nõ omnino dimetiatur magnitudinem A B, sed etiam nonnunq; superet vel deficiat, & notum qui est in ipsa metiatur finitum tempus C D, quæ vtraq; videbãtur habere aliquas obiectiones: per hoc argumentum id aufert à B E, vt dimetiatur totum. & sumit ex positione, in finito tpe eam peruadere id quod per ipsam mouetur. & ostendit q̃ etiam si posita fuerit ab initio magnitudo B E dimetiens, cùm sumptum sit tempus C D finitum, totum quoq; tempus ostendetur. si enim decima pars magnitudinis B A sumpta fuerit magnitudo B E, quæ pari celeritate mouetur in decem temporibus æqualibus tẽpori C D, mouebũtur decem partes æquales magnitudini B E: quę sunt aũt finitæ decem partes tẽporis, si fuerint simul positæ, totũ faciunt finitum. Deinde ostendit fieri nõ posse vt B E magnitudo finita, & quæ est pars magnitudinis A B, in tpe infinito peruadat. siquidem totum A B peruasit in infinito. Cùm enim posuisset vtrinq; tempus finitum, némpe C: & sumpsisset tanq̃ euidens, in minori tpe partem moueri aliquid q̃ totum, q̃ finitum sit vtrinq; tempus, in quo magnitudinem B E aliquid mouetur, ostẽdit. G Nam cùm ab eodem principio quod est finitum ceperit, ipsum concludet etiam in altero. Si enim non ita sit, non vtiq; in minori tpe partẽ peruadet q̃ totum, sed in ęquali. In alterutro aũt sumpsit tempus finitum, vt in vtrisq; auferat illud finitum, in quo peruadit magnitudinẽ B E. et aũt hoc facile concedetur. Si enim in infinito quod est in alterutro non põt peruadi B E, multo magis id fieri nõ potest in eo quod in vtroq; est infinito. Sed si sumpsit vt euidens, partem peruadere in minori: id aũt quod est minus infinito, finitum esse necesse est: quoniã adhuc opus habet oratio ad hoc vt in finito tpe peruadat magnitudinem B E? nisi fortè eo quod est vtrinq; infinitum minus sit id quod ex alterutra parte est infinitum, quod ipsum quoq; est infinitum. Sed si ita est: cur posuit tẽpus ex altera parte infinitum, in quo id quod mouetur peruadit magnitudinem A B? Si enim id posuisset vtrinq; infinitum, H nihil obstitisset quominus in minori eo quod est vtrinq; infinitum in quo peruadit magnitudinem A B, peruaderet magnitudinem B E quæ est pars magnitudinis A B, in eo quod est infinitũ ex altera parte, quod ipsum quoq; est pars eius quod est vtrinq; infinitũ. Aut si necesse est quẽadmodum magnitudinem B A dimetitur magnitudo B E, ita etiã tempus dimetiri tempus: fieri non potest vt hoc quidem sit vtrinq; infinitum, illud verò ex altera tantùm parte. neq; enim dimetitur tempus quod est infinitum, cùm sit interminabile, & neq; numerum habeat nec mensuram. Cùm ergo posuisset magnitudinem B E metiri magnitudinem B A, & sumpsisset diuidendũ esse tempus & magnitudinẽ in æqualia numero, tales declinauit obiectiones. Quod enim id quod est finitum dimetitur, finitum sit necesse est: quemadmodum magnitudo B E metiens magnitudinẽ B E. & quod ęqualiter id quod est finitum dimetitur, vtputa decies vel vicies, ne ex al-

tera

Infinitũ spatium nõ põt moueri aliquid tpe finito, nec tẽpore infinito finitum.

tera quidem parte potest esse infinitum. Si enim id quod est eius vigecuplum, est finitum, & terminatum, ac numeratum molto magis vigecupli vicelima. Postquã autem sic ostendit fieri non posse vt in tempore infinito finita magnitudo moueatur, dicit eisdem vteteres posse osten dere ne infinitum quidem posse peruadi in finito tempore. posito enim tẽpore finito, auferatur pars eius aliqua, quæ totum dimetietur: auferatur autem ex infinita quoque magnitudine magnitudo aliqua, in qua mota est in tempore ablato: Quoniam ergo in æquali tempore ęquale mouetur, tempus ęqualiter dimetietur tempus, & magnitudo magnitudinem. Quod autem compositum est ex finitis, erit etiam magnitudine & numero finitũ, sed nõ infinitum. Rectè autem aduertit Themistius, quòd etsi non in æquali tempore mouetur ęquale spatium. sed aliquando quidem æquale in maiori, aliquaodo verò in minori, sic quoq; diuiso finito spatio in partes æquales, vnà etiam tempus diuidetur in tot partes, sed non vtiq; inter se æquales. Sed ad ipsum quidem ostendendum finitum, sufficit ipsum ostendere esse ex partibus finitis & numero & magnitudine, etiamsi ipsæ partes sint inæquales. quod est enim ex finitis & numero & magnitudine partibus, sit finitum necesse est. Similiter autem etiã contra, si tempus quidem est finitum, infinitum autem ponitur spatium. Solòm ergo contingit in tempore infinito finitum moueri spatium, si circulo idem iterum mouetur atq; iterum, sicut diuina corpora. motus enim qui reflectuntur in recta, statu intercipiuntur, vt ostendetur in vltimo huius operis. Si autem corpus finitum non peruadit spatium infinitum in finito tempore: clarum est quòd nec corpus infinitum, si id moueri posuerimus, peruaserit spatium finitum in tempore finito. Quando enim corpus infinitum peruadit lineam finitam, etiã finita linea pertransit corpus infinitum. Ostensum est autem hoc fieri non posse. Quinetiam, etiamsi spatium infinitum posuerimus, & corpus quod mouetur: solum autem tẽpus finitum, necesse est etiam reliqua apparere finita.

In tẽpore in finito finitũ moueri spatium contingit sola corpora infinita.

Ex ijs ergo quæ dicta sunt clarum est, nec lineam, nec superficiem, neq; omnino ex continuis quidquam esse insecabile. non solùm propter id quod nunc dictum est, sed etiã quoniam

XXIII eueniet vt diuidatur id quod est insecabile. Quoniam enim in omni tempore est id quod est celerius & id quod tardius: id autem quod est celerius. plus peruadit in æquali tempore: contingit & duplam & sesquialteram peruadere magnitudinem. hæc enim fuerit ratio celeritatis. Latum sit ergo id quod est celerius sesquialteram in eodem tempore: & diuisæ sint magnitudines, hæ quidem eius quod est celerius, in quo sint AB. BC. CD, in tria insecabilia: illæ verò eius quod est tardius, in duo in quibus sint EF. FG. Ergo tempus quoq; diuidetur in tria insecabilia. æquale enim peruadit in æquali tempore. Diuisum sit ergo tempus in KL. LM. MN. Rursus autem quoniam id quod est tardius latum est lineam EF. FG. ergo tempus quoq; secabitur bifariam. Diuidetur ergo id quod est insecabile. & quod nullas habet partes, non peruadit in insecabili, sed in maiori. Clarum est ergo nihil esse ex continuis quod careat partibus.

XIIII Postquam ostendit nihil ex continuis componi posse ex ijs quæ nullas habent partes, non magnitudinem, non mòtum, non tempus, & omnem magnitudinem continuam diuidi posse in ea quæ semper possunt diuidi (aut enim ipsam necesse est esse eiusmodi vt diuidi non possit: aut vt diuidi. et si diuidi põt, vel in ea quæ diuidi non possunt, vel in ea quę semper possunt diuidi. sed neq; est eiusmodi vt diuidi non possit, cùm sit magnitudo, neque vt diuidi possit in ea quæ non possunt diuidi: erit enim id quod diuidi non potest tangens id quod non potest diuidi: quare diuidetur in ea quæ semper possunt diuidi) & postquam etiam ostendit similiter tempus & magnitudinem & infinitum habere & finitum, ex quo etiam à Zenone rogatam dissoluit rationem de eo q non sit motus: nunc dicit q cùm sit nobis ostensum ea quæ sunt cõtinua non diuidi in insecabilia, ex eo clarum est nullam continuorum pártem esse insecabilem, & eiusmodi vt diuidi non possit, siquidem continua in insecabilia minimè possunt diuidi. Ostendet autem in ipsis quoq; partibus oratio, fieri non posse vt sint ipsæ insecabiles, primòm quidem magnitudinis, deinde etiam temporis. Inter priorem autem demonstrationem & hanc interfuerit, q illa quidem ostendebat ea non esse eiusmodi vt non possent diuidi: hæc autem ostendit principaliter ea posse diuidi, & ostendit pręterea necessitatem diuisionis. Quo etiam prius quidem ex natura continui ostensum est eius partes posse diuidi: nunc autem ipsæ per se partes ostenduntur esse tales. Lineam autem dixit partem lineæ: & superficiem partem superficiei: & tempus partem temporis: & in summa continuum partem cõtinui. de partibus enim quæ sunt in continuis nunc ab eo agitur, eas non esse eiusmodi vt non possint diuidi. Quod ostẽdit primum quidem in magnitudine: deinde etiam in tẽpore, ad hoc eo vtens, q inter se similiter se habeãt tempus & magnitudo in qua est motus. Hoc autem probat per deductionem ad id quod fieri non potest, in secundo hypotheticorum sic potestate & effectu ratiocinans. Si pars magnitudinis est insecabilis, diuidetur id quod est insecabile. magnitudinis enim pars diuiditur. Atqui fieri nõ potest vt diuidatur insecabile. Ergo etiam fieri non potest antecedens, q insecabilis sit pars magnitudinis. Et connexum quidẽ probat, eo vtens quod est & euidens & prius sumptum, quòd sit in omni tempore id quod est celerius & id quod est tardius. siquidem motus quidem est in omni tempore, in omni autem motu est id quod est tardius & id quod est celerius. & præterea eo etiam q id quod in æquali tempore mouetur celerius, moueatur maius spatium, q̃ id quod mouetur tardius. His autem positis, tertium sumit q in ratiõe aliqua possint sumi motus, et eius quod est celerius, & eius quod est tardius. vt in eodẽ tempore id quod est celerius moueatur duplũ eius quod est tardius, vel sesquialterum. Hæc ergo cùm prius sumpsisse, ostendit id quod est propositum per expositionem, sesqalterο eius quod est celerius motu posito ad motum eius quod est tardius. adeo vt in quo tẽpore id quod est tardius mouetur aliquam magnitudinem, in eo id quod est celerius moueatur vnum & dimidium. Diuisæ sint ergo, inquit, hæ duæ magnitudines: quæ mouetur quidem celerius, nẽpe AD, in tres partes, AB. BC. CD: quæ autem tardius, nẽpe E, in duas, EF. FG. ita enim est ratio sesquialtera. Tempus quoq; quod similiter se habet ac magnitudo in qua est motus, diuidetur ipsum quoq; per positionem. tempus KN, in quo id quod celerius quidem mouetur lineam AD, in tria tempora KL. LM. MN. æquale enim in æquali tempore peruadit id quod mouetur æquali celeritate. Quia ergo id quod tardius mouetur, in eodem tempore mouetur lineã EF. FG, quæ est ex duobus quæ nullas habent partes, lineam ergo EF mouebitur in dimidio tempore. Diuidetur ergo tempus quoq; in duas partes, quemadmodum magnitudo in qua id quod est tardius mouetur. Si autem quod constat ex tribus insecabilibus, diuisum fuerit in duas partes, diuidetur eius medium insecabile. neque enim aliter fieri potest vt in duo æqualia diuidatur quod constat ex tribus æqualibus. ęquales autem sunt quæ sunt insecabiles, & non hæc quidem

Continuorũ nulla pars põt esse insecabilis.

maior

A Sinautem est vtrunq; seorsum: tempus inter ea intercedet. Quidquid enim estcontinuum, est eiusmodi, vt inter fines intercedat aliqd vniuocum. Atqui si est tempus id quod intercedit, id poterit diuidi. ostensum est enim omne tempus posse diuidi. quare Nunc quoq; diuidi potest. Si autem potest Nunc diuidi: erit aliquid eius quod fuit, in futuro, & futuri in eo quod fuit. in quo enim diuisum fuerit id distinguet, tempus præteritum & futurum.

Nõ possunt esse duo extrema tẽporis separata. Quod inter cõtinui fines itercedit, est vniuocũ illi cuiꝰ est finis.

XVI Postq; ostendit extrema non posse esse aliud & aliud, vt quæ seinuicem tangant: ostendit deinceps ꝙ nec vt separata & á seinuicem remota erũt omnino duo extrema tẽporis. si enim duo fuerint, necesse est vt tempus intercedat. in quouis enim continuo, id quod intercedit inter fines, est vniuocum illis quorum sunt fines. si enim linearum fines in ipsis fuerint, id quod intercedit est linea. B inter omnia enim puncta intercedit linea. lineę autem sunt inter se inuicem vniuocæ. sinautem fines fuerint lineę: id quod inter lineas intercedit est superficies. supficierum enim fines sunt lineæ. Quod ergo intercedit inter duas lineas separatas quę sumuntur in continuitate superficiei, id est omnino supficies. & quod intercedit inter duas superficies quæ sunt in corpore, id est corpus. In eo autem etsi separatorum corporum sumpserimus superficies, id quod intercedit, corpus sit necesse est, propterea ꝙ nihil sit inane. In motu autem eadem quoq; est ratio. inter fines enim motus quos momenta appellãt, qui sunt in continuitate motus, motus sit necesse est. Similiter autem ẽt in tempore. est enim hoc quoq; continuum. & sunt ipsa Nunc eius fines. & ideo tẽpus sit necesse est inter ea Nũc quæ spatijs ac interuallis disiuncta sunt: Habet enim eximium quid tempus præter alia cõtinua, ꝙ totum sit continuum, & non auellatur á seipso vt linea á linea, et super C ficies á superficie, quæ sunt in diuersis corporibus. Inter omnes ergo fines temporis tempus est id quod intercedit. Potest autem omne tẽpus diuidi, quoniam tempus est continuum: quidquid autem est continuum potest diuidi. Si ergo diuisum fuerit hoc tempus quod intercedit inter præteriti finem & principium futuri, quod nũc vocauit tanquam pręsens, quoniam est inter præteritum et futurum: Si hoc ergo diuisum fuerit, diuidetur inter pręteritum & futurum. quidquid enim est præsens sic diuiditur. His autem prius sumptis, quoniam hoc tempus quod intercedit, quatenus quidem est finis præteriti, est futurum: quatenus autem ante principiũ futuri, est pręteritum: quando quidem vt futurum totum sumptũ fuerit id quod intercedit, tũc erit aliquid præteriti, quod fit ex diuisione in eo quod futurum est: quando autẽ vt pręteritum rursus sumptum fuerit, futurum erit in præterito id quod fit ex diuisione. Potest autem etiam in vtraque parte diuisionis absurdum colligi, vt collegit Aspa D sius. Quoniã enim diuisio eius quod intercedit, hęc quidem facit præteritum, illa verò futurũ, si præsentis vtraque pars diuisa fuerit, rursus in præteritum diuidetur & futurum. & in præterito erit etiam aliquid futuri, & in futuro præteriti.

Momẽta vocantur fines motus.

Tempus est totum continuum, & nõ auellitũ a seipso.

XXVII Simul autem etiam Nunc, non per se fuerit, sed per aliud. Diuisio enim est non eius quod per se est.

XVII Hoc secundum argumentum, soluit, vt existimo, obiectionem aliquã quæ dicit nihil esse absurdi si inter præteritum & futurum sit nunc quod est vt præsens. & dicit id quod intercedit nõ esse ipsum per se Nũc. per se enim nullas habet partes. hoc autem diuidi potest, quoniã est tempus. Etsi ergo dicatur Nunc, non dicitur ꝙ nomẽ ei per se insit, sed quod per aliud. quoniã in ipso est id quod per se est. Quòd autem hoc Nunc nõ per se sit, quale esse A oportet id quod propriè intercedit inter præteritũ & futurum, clarum est ex eo ꝙ diuidatur. Diuisio enim non est eius Nunc quod per se est, sed eius quod largè & per aliud dicitur. Est autem alia quoq; eiusmodi scriptura, diuisio enim per se est. & dixerit ꝙ id quod itercedit, est Nunc per aliud. diuisio enim est id Nunc quod per se est, sed non id quod diuiditur.

Accedit his ꝙ huius Nunc hoc quidem erit id quod fuit, illud verò erit futurum. Sed neq; est idem Nunc. multifariam enim potest tempus diuidi. Quare si fieri non potest vt ea adsint ipsi Nunc, necesse est idem Nunc quod est in vtroque. XXVIII

XVIII Cùm prius ostendisset, apud eos qui dicũt neq; vnum & eundem numero esse finem præteriti & principiũ futuri, sed habere tẽpus quod intercedit, sequi vt futurum sit aliquid futuri temporis in præterito, & præteriti in fu B turo: nunc ostendit ꝙ huius ipsius Nunc, quod ponitur esse inter præteritum & futurum, hoc quidem erit præterirum, illud verò futurũ. Quod inter fines enim intercedit tempus quod videtur esse Nunc, quoniam neque est præteritum, nec futurum, hoc si diuisum fuerit, videlicet eius quoq; partes erũt Nunc. totum enim erat Nũc. sed diuisio vniuersa temporis, hoc quidem facit præteritum, illud verò futurũ, vtrunq; discernens ac distinguẽs. Quare ipsius Nunc pars aliqua quæ ipsa quoq; est Nũc, hæc quidem erit aliquid præteritum, illa verò futurum. Absurdum est autem huius Nunc quod est præsens, dicere hoc quidem præterijsse, illud verò esse futurum. Sequitur tamen eum qui definit id Nunc quod largè accipitur, vt aliquid quidem eius sit hoc præteritum, illud verò futurum. cùm etiam id quod est propriè Nunc, nullas habens partes, distinguat præteritum & futurum. Sinautem rursus id quod intercedit per aliud sectum fuerit, & C non per id per quod prius sectum est, sed vel prope principium futuri, vel prope finem præteriti: si quidem prope principiũ futuri, erit tunc vt in præterito cùm sit eius pars: sinautẽ propè finem præteriti, erit vt in futuro. Et sic rursus ipsius Nũc eadem pars erit id quod fuit, vel futurum erit. & idem inciderit, vnaquaq; diuisione faciente eius quod diuiditur hoc quidem quod fuit, illud verò quod futurum est. Postquam autem ostendit non semper idipsum quod fuit etiam futurum esse, subiungit nec Nunc semper idem esse futurum. Causa autem est quòd cùm hoc sit tempus quod intercedit, diuidi potest in ea quæ semper possunt diuidi. & omnes quæ sunt in eo sectiones, erunt in ipsa Nunc præsentia. quandoquidem hoc quoq; totum tempus in quo sectiones sunt, est Nũc: & diuisiones, Nunc, quæ aliàs fuerunt aliæ. Eueniet ergo vt si tempus quod intercedit, est Nunc, ea quæ in ipso Nunc fiunt non sint æqualis tẽporis, propter multa Nũc quæ largè accipiuntur. Si ergo neq; extrema ita duo sint D vt seinuicem tangant, neque ita duo vt sint separata, necesse est vnum & idem esse Nunc & finem præteriti & principium futuri.

Atqui si idem est, clarum est id quoque non posse diuidi. Si enim diuidi potest: eadẽ rursus eueniẽt in quæ in eo quod prius. Quòd ergo sit aliquid in tempore quod non potest diuidi, qđ diximus esse Nunc, patet ex ijs q̃ dicta sunt.

Id quod demonstratum est, vnum & eundem esse finem præteriti, & principium futuri, sequitur, inquit, ipsum quoq; non posse diuidi. Si enim posset diuidi: sequerentur rursus eius diuisionem absurda quæ prius dicta sunt. Erit enim ipsius Nunc hoc quidem præteritum, illud verò futurum. & non idem semper præteritum, neq; idẽ semper futurũ: Sed neq; Nũc semper idem. Quòd autem diuidi non possit, clarum etiam ex eo ꝙ sit finis qui- XXIX XIX

dem

dem præteriti, & principium futuri, diuidi autem non possint & finis & principium. Sed hoc quidem sumpsit vt quod sit in confesso, quando dixit non esse cõtinuum ex ijs quæ nullas habent partes. Nunc autẽ ostendit, non q vtrunq; diuidi non possit, finis & principiũ, sed q ambo sint vnum & idẽ, & ita vnum vt quod diuidi non possit. vnum quid enim est etiam dies, sed non vt quod non possit diuidi: hæc autem Nũc, ambo sunt vnum & idem inuẽta sunt subiecto, & ita vnũ vt quæ diuidi nõ possint.

Quod autem in ipso Nũc nihil moueatur ex his clarum est. Si enim ita est: contingit in ipso & celerius moueri & tardius. Sit enim Nũc in quo sit N. motum autem sit id quod est in eo celerius lineã A B. Id ergo quod est in ipso tardius, mouebitur minorem linea A B, vtpote linea A C. Quoniam autẽ id quod est tardius, in toto Nũc motum est lineã A C, id quod est celerius in minori eo mouebitur. quare Nũc diuidetur. Atqui non potest diuidi. Nõ licet ergo moueri in ipso Nunc. Atqui nec quiescere. quiescere. n.

XXX diximus id cui est natura ingeneratum vt moueatur, quod non mouetur, quando id ei innatum est, & vbi: & quomodo. Quare quoniam nulli rei innatum est vt moueatur in Nunc, clarum est nec vt quiescat.

XX Postquam ostendit vnum esse & idem & diuidi non posse id quod sumitur simul vt principium & finis, subiungit adhuc mirabilius. quòd nihil in eo neq; moueatur nec quiescat. idq; probat pluribus argumentis, quorũ primum est eiusmodi. Si mouetur aliqd in ipso Nunc, Nũc diuidi poterit. Atqui hoc fieri non potest. ostensum est enim id non posse diuidi. Non mouetur ergo aliquid in Nunc. Et clara quidem est assumptio, Nunc non posse diuidi. Connexum autem probat, cùm prius sumpsisset id quod iam fuerat in confesso, q in quo potest aliqd moueri tardius, in eo potest etiam moueri celerius. per quæ ostẽdit per expositionem, q si moueatur aliquid in Nũc, necesse est Nunc diuidi. Sit enim Nũc in quo moueri aliquid dicitur N. & id quod celerius mouetur in N, moueatur lineam A B. Ergo id quod est tardius in ipso N, lineę A B minus mouebitur, vtpote A C. Quoniam ergo id quod est tardius, in N motum est lineã A C, id quod est celerius, in minori quàm N, lineam A C mouebitur. Diuidetur ergo N. Ostensum est autem non posse diuidi. Deinceps autẽ probat nec quiescere aliquid, breuiter vtens eodem modo demonstrationis. Si enim non mouetur aliquid in Nunc: nec quiescit. Et rursus manifesta quidẽ est assumptio, vt quæ proximè ostensa sit. Connexum autẽ in memoriam reuocat ex definitione eius quod est quiescere. Quiescere enim dicimus nõ quidquid est immobile, sed id cui ingeneratum quidem est natura vt moueatur, non mouetur autem quando ei innatum est vt moueaẽ. Quocirca nuper natum catulum non dicimus in visu quiescere, quandoquidem nec ei innatum est vt tunc per ipsum moueaẽ. ET vbi innatũ est} non enim quiescũt aquatilia quæ non mouentur in terra. ET quomodo ei innatum est} non enim qescunt natatilia, quæ non ingrediuntur. sic enim definijt quiescere. Si ergo nulli rei innatum est vt moueatur in Nunc, videlicet nec vt quiescat.

In Nunc nihil mouetur nec quiescit.

Quiescere quid dicaẽ.

XXXI Præterea autem si ipsum quidem Nunc est in ambobus temporibus: contingit autem hoc quidẽ moueri, illud verò totũ quiescere: quod autem toto tẽpore mouetur, in quolibet ex ijs quæ sunt huius mouebitur, quatenus ei innatũ est moueri: & id quod quiescit similiter quiescet. amborũ n. temporũ idẽ extremũ est Nũc.

E

XXI Secundum est argumentum, quod probat in eo quod est propriè, neq; moueri aliquid posse nec quiescere. probat autem hoc quoq; per secundum modum hypotheticorum, ad id deducens quod fieri non potest, nempe vt idem simul moueatur & quiescat. Cùm enim sumpsisset id quod prius ostensum est, quòd Nũc quod est numero vnum & idem, est quidem finis prę̄teriti, principium verò futuri, dicit q si sumptum fuerit aliquid moueri toto tempore præterito, mouebitur etiam in quolibet eius ex ijs in quibus ei inatum est moueri. Si ergo etiam in Nũc, quod est eius finis, ei innatum est vt moueatur, vt ponit oratio: videlicet etiam in eo mouebitur: si idẽ sumptum fuerit toto futuro tempore quiescere: sic enim potest fingi: quiescet etiam in quolibet ex ijs, in quo ei insitum est natura vt quiescat. Si ergo ei natura insitum est vt quiescat in Nunc quod est in principio futuri, quiescet etiam in ipso id quod qescit in toto futuro. In eodẽ ergo Nunc, quod est finis quidem præteriti, principium verò futuri, aliquid simul in eodẽ mouebitur et quiescet. Nunc enim est eiusmodi vt diuidi non possit. Quare non in hac quidem eius parte mouebitur, in illa verò quiescet. Hoc autem, IN quo ei innatũ est vt moueaẽ} adiecit, quoniam in partibus quidem temporis, ijs quæ mouentur, inatum est vt moueantur: in rebus autem non inatum est. Siquis tamen posuerit etiam in ijs moueri, id quod ostensum est absurdum consequetur.

F

Præterea autem quiescere quidem dicimus id quod similiter habet & ipsum, & partes nũc & prius. In ipso autem Nunc nõ est prius. quare nec quiescere. Necesse est ergo vt & moueatur id quod mouetur in tempore, & quiescat id quod quiescit. XXXII

XXII Tertium colligit q in ipso Nunc nõ sit quiescere. Syllogismus autem fuerit categoricus in secunda figura eiusmodi. Quiescere est similiter habere & ipsum & partes ipsius & nunc & prius. In ipso Nunc autem, quod nõ potest diuidi, non est nunc & prius. In Nunc ergo non est quiescere. Cùm autem propositum tam apertè demonstrasset, meritò subiunxit necesse esse vt id quod mouetur moueatur in tpe, et quiescat id quod quiescit, siqdem fieri non potest vt in Nunc moueatur nec quiescat.

G

Quidquid autẽ mutatur, vt possit diuidi necesse est. Quoniam enim omnis mutatio est ex aliquo in aliquid: & cùm fuerit quidem in eo in quod mutatum est, non amplius mutatur: cùm autem ex quo mutatum est, & ipsum & partes non mutantur: necesse est itaque vt hoc qdem eius quod mutatur sit in hoc, illud verò in alio. neque enim fieri potest vt sint in ambobus, nec in neutro. Dico autem in quod mutatur quod primum est in mutatione, vt fuscum ex albo, non nigrũ: non enim necesse est vt id quod mutatur sit in alterutro extremorum. Clarũ est fore vt quidquid mutatur possit diuidi.

H

XXIII Cùm prius ostẽdisset magnitudinem quoq; in qua est motus posse diuidi in ea quæ semper possint diuidi, & motum ipsum, & tempus: nũc probat id etiam quod mouetur fieri non posse vt careat magnitudine, & non possit diuidi. Porrò autem consequẽter ijs quæ prius dicta sunt allata sunt ea quæ nunc dicuntur. Cùm enim ostendisset in Nunc, quod est expers temporis, nihil moueri, nec quiescere, in tempore autem quod potest diuidi ea etiam moueri quæ mouentur, & quiescere quę quiescũt: nunc ostendit non solùm tempus in quo est motus posse diuidi, sed ipsum etiam quod mouetur: & motũ, & moueri,

Quod mouetur, necesse est vt sit magnitudine præditum, & fieri nõ potest vt non possit diuidi.

ueri, & magnitudinẽ io qua eſt motus, omnia ſe habere ſimiliter. quoniam ſi vnum diuidatur, diuidentur etiam alia. Nunc autem interim probat id quod mouetur poſſe diuidi, cùm prius vt quod ſit in cõfeſſo ſumpſiſſet, mutatiooem omnem eſſe ex aliquo io aliquid. & tanquam verba faciens in hac diuiſiooe, dicit, Quoniam id quod mutatur mutatur ex aliquo in aliquid, neceſſe eſt ipſum dum mutatur, vel adhuc eſſe in illo ex quo mutatur & ipſum & partes eius, vel io eo quod mutatur, vel in vtriſque, vel io neutro ipſum rurſus & partes eius: vel rurſus hoc quidem eius eſſe in illo ex quo mutatur, illud verò in illo in quod mutatur. & præter hæc non videtur eſſe aliqua pars diuiſionis. Si ergo oſtẽſum fuerit oullam aliam partem ſe rectè habere, & relicta fuerit ea quæ dicit, eius quidem eſſe hoc aliquid in eo ex quo mutatur, illud verò in eo in quod mutatur: clarè ſcilicet videbitur diuidi poſſe id quod mutatur. Sed ꝙ quãdo quidem fuerit in eo ex quo mutatur, ooo mutatur, clarum eſt. tunc enim quieſcit, & non mutatᷣ. Sed oeque quando in illo, in quod mutatur. Tunc enim mutatum fuerit, & non mutatur. Sed neq; poteſt ipſum totum eſſe in vtriſq;, nempe in eo ex quo mutatur, & eo io quod mutatur. erit enim ipſum à ſeipſo ſeparatum: & ſimul etiam mutatum erit abſq; eo quod mutetur. Sed neque ſic ſe habebit vt in neutro ſit nec ipſum oec eius partes. Io neutro autem ita dicitur vt ne in eo quidem quod intercedat, vt planom fiat. & eſt hoc ex omnibus quod mioimè poteſt fieri. Reſtat ergo vt eius quod mutatur hoc quidem ſit in eo ex quo mutatur, illud verò in eo in quod mutatur. Si autem ita eſt: poterit diuidi. oon ꝙ quando ex albo in nigrum mutatur, hoc quidem erit in albo, illud verò in nigro. neceſſe eſt enim ſit primum in fuſco. Quamobrem adiecit illud, DICO autem in quod mutatur. quod primum eſt in mutatione. quẽadmodum ex albo fuſcum nõ nigrũ.} Quamobrem oon neceſſe eſt id quod mutatur vel eſſe in eo ex quo, vel in eo ad quod, ſed in eo quod eſt primum in mutatione. Primum autem eius ad quod tãquam ad finem, eſt id quod intercedit, & nigri id quod eſt fuſcum. per id enim ab albo procedit ad oigrum. Quare quando dicit non poſſe eſſe in eo in quod mutatur, non audiendum eſt in quod primũ mutatur, ſed ad quod properat tanquam ad finem. Similiter autem etiam quando dicit, Neque in neutro, noo dicit vt quod poſſit eſſe in eo quod intercedit: ſed quaſi diceret, Neq; io albo, neq; in nigro, oeq; in aliquo quod intercedit. CLARVM eſt ergo, ioquit, quòd quidquid mutatur poterit diuidi} ex partibus autẽ nulla per ſe mutatur. ſed quæcunq; ex ijs mutantur, mutantur per accidens. cùm enim corpus mouetur, mouentur etiam quæ in ipſo ſunt, quemadmodũ ſuperficies, linea, punctus. Ex hoc autem argumento ſolui poteſt ea quæ motum perimit oratio: ex eo ꝙ oporteat id quod mouetur, aut eſſe io eo ex quo eſt motus, aut io eo ad quod eſt motus, oeutrum autẽ poſſit fieri. In eo enim ex quo eſt, noodum mouetur: & in eo ad quod eſt non mouetur amplius, ſed quieſcit. oſtenſum eſt eoim in oeutro eſſe totũ, ſed eius hoc quidem eſſe in hoc, illud verò in illo. Io his autem Alexander trahens omnia ad ſuam de anima poſitiooem, quæ dicit animam noo poſſe ſeparari à corpore, dicit etiam hoc eſſe clarum ex ijs quæ nunc dicuntur. ſiquidem anima eſt & incorporea & carẽs partibus, quod autem caret partibus non mouetᷣ, ſi neceſſe eſt eius quod mouetur hoc quidem eſſe ex quo mouetur, illud verò ad quod mouetur. Id autem quod non mouetur non ſeparatur. Hoc autem abſurdum, inquit, nonnulli fugientes, ei vehiculum aliquod corpus adhibent. nec animaduertunt ſe per hoc dicere vel corpus per corpus procedere. ſiquidem aoima in toto corpore inſeritur ac commiſcetur quando fuerit cum corpore: vel etiam eam ab eo ſeparare, & per ſe mouere io ea in corpora infuſione. Dicendum eſt autem, vt exiſtimo, aduerſus hoc quidem quòd mouetur anima quæ nullas habet partes, eam motu non

Eius quod mutatᷣ, hoc quidẽ eſt in eo, ex quo, illud vero in eo in quo mutatur.

Motum perimens oratio refellitᷣ.

Aſam non poſſe ſeparari a corpore vult Alexander.

Vehiculum animæ cur aſſimilis, vt dicit Alexãder.

Anima quo moueatur.

A mouerí corporeo: mouetur autem dum conſultat, & cogitat. & iudicat, & contemplatur, motionibus quæ animæ conueniunt. Et poſſet quidem, vt exiſtimo, data motus definitio cõuenire animæ motibus, vel omnibus, vel quidem certè plurimis qui habent id quod eſt poteſtate in eo quod eſt moueri. Sin autem noo conuenit, & eſt ſeparata: per aliquam aliam motus ſpeciem ſunt definiendæ. Hæc autem placent etiam ſummo Ariſtotelis familiarium Theophraſto, qui dicit io primo ſuo libro de motu, ꝙ appetitiones quidem & cupiditates & iræ ſunt motus corporei, & ab eo ducunt principium. iudicia autem & contemplationes nõ poſſunt ad aliud reduci, ſed ſunt in ipſa anima & operatio & finis. Sin autem ita eſt: mens quoq; melior quædam pars & diuinior, vt quæ extrinſecus ingrediatur, & ſit omni ex parte perfecta. Et his ſubiungit. De his ergo eſt cooſiderandũ an à definitiooe aliquam habeant ſeparationem. nam hos quoq; eſſe motus eſt in confeſſo. Porrò autem Strato quoque Lampſacenus
B qui fuit Theophraſti auditor, & inter optimos numeratur Peripateticos fatetur moueri animam, noo ſolùm eam quæ caret ratione, ſed eam etiam quæ eſt rationis particeps, motus eſſe dicens operationes animæ. Dicit ergo in libro de motu hæc quoque præter multa alia. Semper enim qui mente agitat mouetur, ſicut etiam qui videt, & audit, & odoratᷣ. Agitatio enim mentis eſt operatio cogitationis, ſicut etiam viſio viſus. Quio etiã ſcripſit ante hoc dictũ. Quòd ergo ſunt plurimę cauſæ motus quibus anima per ſe mouetur cogitans, & quibus à ſenſibus prius mota ſit, clarum eſt. quæ enim oon prius vidit, ea mẽte agitare non poteſt, quemadmodum loca, vel portus, vel picturas, vel ſtatuas, vel homines, vel aliquid aliorum eiuſmodi. Sed ꝙ anima quidem moueatur ex ſententia præſtãtiſſimorum Peripateticorum, etſi non corporeo motu, ex his clarum eſt. Porrò autem ipſe quoq; Ariſtoteles in poſtremo libro huius operis, Viſum enim, inquit, & opinio videtur eſſe quidam motus.
C Ad id autem quod de vehiculo dicitur dicendum eſt, ꝙ non propterea ꝙ anima ſeparetur ab hoc corpore, vehiculum illud ab ea pendere dicimus. etenim cùm in ipſo ſit, ab eo ſubſtantia ſeparatur. ſi enim habet operationes ab eo ſeparabiles: multo magis habet ſubſtantiam ſeparatam, vt ſtatuit Ariſtoteles io libris de anima. Sed nec in hoc corpore dicitur eſſe anima localiter tanq̃ in vaſe, ſed per relationem & habitudinem. Quare ad hoc vt ab eo ſeparetur, non opus habet alio corpore quod moueatur localiter. ſufficit enim corpus noo eſſe aptum, ad hoc vt non ſuſcipiat aoimæ illuminatiooem. & hoc eſt ſeparari animam. Sed demonſtratur illud vehiculum dependere ab anima, quoniam cùm ſit mũdana, & verſetur in diuerſis mundi partibus, habet omoioo vehiculũ illi parti conueniens & accõmodatum, io qua verſatur, ab ipſa animatũ. Quãdo ergo in aere verſatur, ſpiritale eſt quod eſt ei adiunctum, quemadmodum hic hoc teſtaceum. Si autem hæc cauſa eſt diuerſorum vehiculorum: non eſt
D fortaſſe oeceſſe vt dum eſt in hoc habeat etiam ſpiritale. Sin autem habet: non neceſſe eſt vt io hoc ſit illud, vt corpus per corpus procedat. quando ne hoc quidẽ puto eſſe abſurdum, vt quæ ſuperiora ſunt, & ſubtiliora, & nõ eiuſdem naturæ, procedant per craſſiora & magis materialia. Lumen enim Solis ex eorum ſententia qui id corpus eſſe dicunt, dicitur per totum aerem procedere. & cœleſtes ſphæræ quæ ſunt perfectæ, & oon apſides ſolũ, ſiquidem ſunt cum centro cootinentes, peruadunt per ea tota quæ deinceps conſequuntᷣ. Hæc ergo, quæ, vt ipſe quoque dixit Alexander, ſunt extra rem, hanc à me habeant diiudicationem. Nonnulli autem rectè dubitaot ad hoc quod dictum eſt ab Ariſtotele, ꝙ id quod mouetᷣ habet hoc quidẽ in eo ex quo mouetᷣ, illud verò in eo ad quod, vel in eo quod intercedit. ſi enim hoc verum eſt, quomodo in primo huius operis, cùm ipſe repreheoderet Meliſſum vt qui diceret principium alteratiooıs, ſubiunxit,

Quaſi

Appetitiones, iræ, & cupiditates ſũt motᵘ corporei.

Iudicia & contemplationes ſunt ĩ anima, operatio & finis.

Mens quæ extrinſecus ingreditᷣ, poteſt ſeparari.

Motus aĩæ ſunt oꝑationes, ex ſententia Stratõis.

Vehiculum aĩæ cur def.

Aĩa non eſt ĩ corpore tã quã in vaſe.

Animã ſeparari quid ſit.

Corpa ſubtiliora poſſunt ꝓcedere per craſſiora.

Sphæræ procedunt ꝑ ea tota quæ deinceps conſequuntur.

De mutatione q̃ ſit aceruatim & tota ſimul.

Quasi non aceruatim & tota simul fiat mutatio. quasi.n. possit aliquid totum simul alterari, & nō singillarim, hoc dicit. Lac enim quod concrescit, & aqua, & aliqd quod calefit, videtur totum aceruatim & simul alteratum mutari & non per partes. Si autem sic fit alteratio, etiamsi sit corpus id quod mouetur, nō necesse est vt eius quod mutatur hoc quidem sit in illo ex quo fit mutatio, illud verò in illo in quod primum mutatur. quod enim totū simul mutatur, totum est in alio in quod mutatum est. Cùm autem sit talis dubitatio, dicit Alexander hanc dubitationem non obsistere ei quod nunc dicitur. nunc enim agitur de eo quod mutatur, id autem est quod nondū est mutatum, sed adhuc mutatur, in quo omnino necesse est vt hoc quidem sit in eo ex quo mutatur, illud verò in eo in quod primum est mutatio. Sed si ita est: fuerit dubitatio ad hoc, ꝙ non quidquid mutatum est quod per id quod est mutare mutatū fuit, absq; eo ꝙ prius mutaretur fuerit mutatum. Mouetur autem dubitatio nō aduersus id quod mouetur, sed aduersus id quod mutatum est: an fieri possit vt mutatum sit aliquid quod non prius mutabatur. etenim Aristoteles in ijs quæ prius dicta sunt, veluti ad absurdum deducit orationem, quando dicebat, Quare poterit esse vt aliquid ingressum fuerit quod nō ingrediebatur. Propter hanc autem dubitationem, dicūt nonnulli eum nunc fecisse demonstrationem in eo quod per locum mouetur. in eo enim rectè habere videtur vt eius quod mouetur hoc quidē debeat esse in eo ex quo, illud autem in eo in quod primum est mutatio. & hoc probat per id ꝙ acceperit id quod mouetur in magnitudine. id enim mouetur localiter. Alij autem dicunt demonstrationem facere de omni quod mouetur, & nō solùm de eo quod mouetur, sed etiam de omni quod mutatur. Dicit enim, Quidquid autem mutatur, vt possit diuidi necesse est. non ergo verba fiunt solùm de eo, quod mouetur per locum. Præterea autem id per quod ostendit diuidi posse id quod mutatur, non solùm inest ijs quæ mouentur per locum, sed similiter omnibus quæ mutantur. Omnis.n. mutatio est ex aliquo in aliquid, vt ipse etiam dixit. Si ergo propterea ꝙ mutatio fiat ex aliquo in aliquid, ideo id quod mutatur potest diuidi: quod autem mouetur ex aliquo in aliquid, non solùm habet ea quæ mouētur per locum, sed vt semel dicam omnia quæ mouentur: aut poterunt omnia diuidi similiter mutata, vt quæ eius quod est alicunde aliquò effecta sint participia: vel nihil. Quòd autem non solùm loquatur de ijs quæ mouentur localiter, sed de omnibus, significauit etiam per exemplum quod adiecit. accepit enim fuscum, album, & nigrum: per quæ efficitur alteratio, nō autem motus localis. Respiciēs autem ad alterationem in primo huius operis, dixit illud, Quasi nō aceruatim & tota simul fiat mutatio. Fieri autem posset vt albo & fusco & nigro vteretur nunc ad exemplum, non dicens tanquam de alteratione, sed vt ostēdat quid sit id quod deinceps consequitur in quod fit mutatio. In ijs autem quæ deinceps cōsequuntur, in omnibus quæ mutantur, vtitur illo ꝙ ea possint diuidi, tanq̄ generaliter & vniuersè probato: in fine autem libri etiam de ijs quæ mutantur per contradictionem, ea autem sunt illa quæ oriuntur & intereunt: dicit eorum quoq; esse partem in vtraq; parte contradictionis, vt qui probato haberet nō id solùm quod mouetur posse diuidi, sed etiam quidquid mutatur. Par est autem aduertere, ꝙ in ijs quidem quæ mouentur per locum necesse est hoc quidē esse in eo ex quo, illud verò in eo ad quod. ita enim est in eis illud Alicunde aliquò. In alteratione autem, augmento, & diminutione non videtur esse necesse, vt ita habeat. sed potest in his & alteratio tota simul repenteq; fieri, & aceruatim augeri. cuilibet enim parti eius quod augetur videtur simul fieri additio, fit autem similiter quoque repente & simul diminutio. Fieri autem potest, inquit Alexander, motus etiam in ijs quæ repente & aceruatim mutantur, ꝙ in eis quoq; omnino aliquid intercedat per quod

Mutatū ne possit eē aliquid quod non prius mutabatur.

E fiet mutatio, & non possit id quod mutatur in ijs ex hoc in illud mutari nisi per id quod intercedit. magnitudo enim in quam mutatur id quod augetur, & quidquid ei additur vt augeatur, potest diuidi. similiter autem etiā quantitas vt diminuatur. porrò autem in qualitatibus quoque in quas fit per alterationem mutatio sunt quædam quæ intercedunt, per quæ ad hoc vt sit tale, mutatur id quod alteratur, etiāsi totum simul mutetur. in quod enim mutatur erit illius aliquid primum, quod est inter id ex quo mutatur, & id in quod mutatum est. quocirca est etiā omnis motus in tempore. Oportet autem, inquit Alexander, de eo amplius quærere. paulopost enim ostendens posse etiam diuidi qualitatem per quam fit alteratio, dicit eam diuidi per accidens. Vnà enim diuiditur cum diuisione eius quod alteratur, vtpote ꝙ id quoq; mutetur per partes. Num autem, inquit, melius est audire illud, Quasi non aceruatim & simul fiat mutatio, non vt quod dictum sit in toto eo quod mouetur, sed ꝙ pars quæ mu-

F tatur, repente & aceruatim mutetur, non itidem autē totum. pars enim lactis quod concrescit tota simul mutatur, sed non totum. cuius signum est ꝙ non fiat similiter concretio in eo quod est amplius, et in eo quod minus. in re enim qualibet mutatur celerius id quod est patibilius, vel natura, vel ꝙ ad id quod efficit accedat propius. Et pars eius quæ à Sole torretur, tota mutatur. quæ enim ad Solem versa est superficies, prima. erat autem nō ea quæ mouebatur. erat ergo alia. Id autē quod augetur, etsi totum augetur, sed non simul. aliæ enim aliorū partes sunt propius nutrimentum, quod eis augmētum suppeditat. Hæc quidem Alexander in hunc locum cōtulit. Disertus autem Themistius non admittit illud Alexandri, ꝙ in ijs quæ videntur simul & aceruatim mutari, quemadmodum in lacte quod concrescit, & in corpore quod nigrescit, hæc quidē pars prior mutetur, illa verò posterior. Dicit enim sensum ostendere, fieri aliquas corporū mutationes & alterationes. Num autem in his non est tu-

G tum quod ex sensu sumitur testimonium. Sensum enim effugerint & lactis & corporis quod nigrescit paruæ partes, quæ non simul alterantur cum reliquis. Sed magis dicendum est, ꝙ si est omnino pars aliqua vel exigua, quæ simul aceruatimq; mutetur, quod quidem concedit Alexāder; quoniam illa quoque potest in partes diuidi: siquidem totum simul alteratur: non est verum id quod nunc dictum est ab Aristotele, ꝙ quidquid mutatur, hāc quidem ex suis partibus habet in eo ex quo mutatur, illam verò in eo in quod mutatur. Si autem non pars tota simul alteratur, superuacaneum fuerit quod in primo libro dictum est aduersus Melissum, Quasi non simul & aceruatim fiat mutatio} adeò vt adhuc maneat dubitatio. Themistius autem, quæ nobis, inquit, in mentem venerunt, vt ei quod dicit opem feramus, hæc sunt. Putamus Aristotelem de ijs quæ aceruatim ac simul mutantur, ꝙ ea possint diuidi, ne existimasse quidem egere oratione. Si.n. aceruatim & tota simul illa mutari dicimus,

H quorum omnes simul partes, & vno tempore alterantur vel augentur: clarum est hanc mutationem esse in ijs quę aliquas habent partes: quæ autem nullas habent partes, quomodo alterari poterunt simul in vniuersis partibus? Aut ergo hoc non est aceruatim & totum simul mutari, simul mutari in omnibus partibus: aut si hoc est aceruatim & totum simul, ridiculum est quærere an ea possint diuidi. quoniam Aristoteles quidem de eis omnino verba non fecit, sed de ijs quæ mutantur alijs modis.

CAP. IIII.

Motus autem potest diuidi duobus modis, Vno quidem modo, tempore: Alio XXXIII
autem per motus partiū eius quod mouetur. quemadmodum si A C totū mouetur, A B quoq; mouebitur, & B C. Sit autem eius quod est A B

motus

motus D E, eius verò quod est B C, motus E F mo A tus partium: necesse est totũ in quo est D F, eius quod est A C, esse motum. Per eum enim mouebitur. Quoniam enim vtraque pars mouetur per vtrunque: nihil autem mouetur per motum alterius: quare totus motus est motus totius magnitudinis.

XXIIII Postquam ostendit quidquid mouetur posse diuidi: nunc diuidi quoq; posse motum ostendit, & fore vt duobus modis possit diuidi. Vno quidem modo, tempore. quoniam totus quidem motus est in tempore, potest autem omne tempus diuidi: & ostensum est in minori tempore minus moueri id quod mouetur similiter, & quod in maiori amplius: quod autem habet plus & minus, id potest per tẽpus diuidi. habet enim illud id quod est plus & minus, quoniam potest diuidi. Sed de diuisione quidem motus qui fit per tempus, & iam plura dixit, & rursus dicet paulopost. Cùm autem proximè ostendisset id B quod mouetur posse diuidi, nunc deinceps ostendit alterum modum diuisiõis per motum, quæ fit per eius quod mouetur diuisionem. Quoniam enim id quod mouetur, cùm possit diuidi, spatiũ habet aliquod et longitudinem: necesse est motum quoq; eius, qui est in toto spatio eius quod mouetur, habere idem spatium cum eo quod mouetur. Si ergo spatium motus est ęquale spatio eius quod mouetur, diuiso in partes, ipse quoq; diuidetur eodẽ modo quo partes eius quod mouetur. adeò vt sit vniuersa ratio eiusmodi. Si est idem motus totius, qui est etiam partium simul positus, diuidetur motus per eam quæ mouetur magnitudinem. Cùm autem sit connexum euidens, si verum est antecedens, erit quoque verum desinẽs seu consequens. Quòd autem verum sit antecedens, ostẽdit per talem expositionem. Sit magnitudo quæ mouetur A C. Partes autem eius A B. B C. Sit A B quidem motus D E. D C verò, motus E F. Totius enim quod mouet̃ partes quoque C mouea͂tur necesse est. Dico ergo ꝙ etiam totius magnitudinis A C totus motus erit motus D F. hoc autẽ pluribus ostendit. Eo autem demõstrato, diuidetur videlicet motus per magnitudinem. Hoc aũt probat per primum argumentum, cùm sumpsisset tanquam quid euidens, ꝙ nihil eorum quæ mouentur mouetur motu alterius. clarum est autem hoc considerantibus in speciebus & partibus motus. Neq; enim quod mouetur per locum, mouebitur motu eius quod alteratur: neq; quod mouetur motu A B, mouebitur motu B C. sed vtrũq; suo motu. Si ergo totum A C mouetur, clarum est ꝙ mouetur per eius partes, nempe A B. & B C. ita enim totum quoq; mouebitur. & eius quidẽ quod est A B motus erit D E, eius autẽ quod est B C motus E F, qui ipsi quoq; sunt partes totius motus D F. Etsi enim non per se moueantur partes eius quod est continuum in motu totius, mouentur tamen in toto. propterea enim potest quoq; motus diuidi, sed nõ diuiditur. D diuisus enim esset, si vnaquæq; ex partibus totius per se moueretur. Si ergo D E quidem est motus A B, E F autem est motus B C: totum quoq; D F necesse est esse motum totius A C. Alius enim esse non potest, propter id quod ponitur vniuersè ac generaliter, per alterius motũ nihil moueri. hoc enim posito, neq; alicuius ex partibus magnitudinis A C erit totus motus D F, neq; alicuius alterius præter eas. ita ergo vno modo ostensum est propositũ. id autem erat, ꝙ partium totus motus compositus, est motus totius magnitudinis quæ constat ex partibus. Ergo id ẽt quod conuertitur verum est, ꝙ si totius totus, etiam partium partes. Quod necessariò consequitur, vt diuidatur motus per magnitudinem quæ mouetur. Sed cur non, cùm magnitudinis A C motum aliquem sumpsisset D F, sic etiam magnitudinis A B motum D E, magnitudinis autem B C motum E F: collegit motum diuidi per magnitudinem? Num quoniam id erat sumere id quod est in prin A cipio, sed non per alia demonstrare propositum. Quinetiam si totius A C totus ab initio sumptus esset motus D F, non omnino sequerentur partes quoq; partium. quid enim si motus esset huiusmodi vt non posset diuidi? Sed si partium partes, necesse esset totũ quoq; totius. potest enim esse vt totum diuidi possit, & non diuidi.

Motus duplex diuisio, vna per tempus, altera per partes.

Nihil quod mouetur, alterius motu mouetur.

Præterea autem si omnis quidem motus est alicuius: totus autem motus in quo est D F, neq; est neutrius ex partibus, sunt enim vtraque partis: neq; vllius alterius. vbi enim totus totius, partes quoq; partium. partes autem motus D F, sunt motuum A B C, & non aliorum. plurium enim nõ erat vnus motus, etiamsi sit totus motus magnitudinis A B C. XXXIIII

XXV Hoc est secundum argumentum, quod probat totum motum D E F esse totius magnitudinis A B C. Probatur au B tem ex eo quod prius sumptum est, ꝙ motus quidem D E sit magnitudinis A B, motus autem E F magnitudinis B C, & ex pronunciato quod dicit omnem motum esse alicuius quod mouetur. Talis autem demonstratio procedit ex quadam diuisione hoc modo. Totus motus D F, vel est alterutrius ex partibus magnitudinis A C, vel totius A C, vel alicuius alterius præter hæc. estq; perfecta & cui nihil deest diuisio. Si ergo neq; est neutrius ex partibus totus, est enim vtriusq; partis, motus quidẽ D E magnitudinis A B, motus verò E F magnitudinis B C: quare neutrius eorum est totus. Sed neq; alicuius alterius erit motus D F. Si enim esset totus alicuius alterius, eius quoque partes essent partium illius: neq; enim moueretur si careret partibus: hoc autem sumit tanquam euidens, & vt quod iam fuerat ab ipso probatum in præcedẽti argumento. Atqui motus D F, partes D E, E F, sunt partiũ magnitudinis A C, & magnitudinis A B, & magnitudinis B C: & non possunt hæ partes motus aliarum quoq; esse par C tium: non potest enim fieri vt vnus & idem numero motus sit plurium: Restat ergo vt totus motus D F, sit totius magnitudinis A C.

Præterea autem si est quidem alius motus totius, quemadmodum in quo est H I, ab eo auferetur motus vtrarunq; partiũ. Ipsi autem erunt æquales motibus D E E F. est enim vnus vnius motus. Quare si totus quidem motus H I diuidetur in motus partium: motus H I erit æqualis motui D F. Si autem deest aliquid, vt puta K I: ipse nullius erit motus. neq; enim totius, neq; partium, propterea ꝙ sit vnus totius: neq; vllius alterius. continuus enim motus est aliquorũ con D tinentium. Similiter autem etiã si superat in diuisione. Quare si hoc fieri non potest, necesse est esse eundem & æqualem. Hæc est ergo diuisio per motus partium. & necesse est eã esse cuiuslibet quod potest in partes diuidi. XXXV

XXVI Postquam ostendit totum motum D F esse totius magnitudinis A C, propterea ꝙ non posset esse alicuius alterius magnitudinis: nunc hoc ipsum ostendit, propterea ꝙ non possit esse aliquis alius motus magnitudinis præter motum D F. Si enim potest, sit totius magnitudinis A C aliquis alius præter motũ D F, nempe motus H I. Partes autem motus H I, erunt partium magnitudinis A C. Et si partes quidẽ motus H I, vtpote H K. K I, sunt æquales partibus motus D F, nempe D E, E F: ea ipsa quoque necesse est, & totum motum H I toti motui D F, esse æqualem & eundem. est enim vniuscuiusq; motus vnus & neq; possunt partium magnitudinis A C aliqui alij esse motus cum motibus D E E F, neq; totius cum motu D F.

Sed

E Sed si motus quidem H I diuisus fuerit in motus partiũ: idem erit cum motu D F. diuiditur enim in partes illius. Ipse autem pro eo quod erat dicendũ. Idem erit cum motu D F, siquidem in partes illius diuidetur, dixit, motus H I erit equalis motui D F. Si autem dum á motu H I auferuntur ĳ qui sunt ęquales motui D E E F, relicta fuerit aliqua alia pars, vtpote K I: hęc pars motus H I, nullius erit motus magnitudinis A C. neq; enim totius: motus enim H I totus erat totius: neq; alicuius partis ipsorum. neq; enim habet aliquã aliam partẽ, pręter partem A B & partem B C, quarum erat motus motus H I, diuisus in duo æqualia motibus D E E F. Cùm autem dixisset, Neq; alicuius ex partibus, prætermisit quidem adĳcere, Quoniam neque aliam habet partem, vtpote quòd sit manifestum. Quòd autem nullius sit earum in quas est diuisus, ostendit, dicens, Propterea quòd sit vnius vnius } neq; enim potest eadem pars simul esse alicuius ex partibus D E E F, & totius. Sed neq; erit etiam extrinsecùs F alicuius alterius. cuius causam hanc adiecit, Est enim continuus motus alicuius & vnius. Nulla est autem alia pars in magnitudine A C ei continens præter A B & B C. Quæ enim sumitur extrinsecùs, & non est pars magnitudinis A C, non est ei continens. Eadem est autem ratio, etiam si eius quod mouetur partium motus superent diuisionem motus H I. adeò vt partium A C motus, motibus partium A B B C, motus autem D E E F sint maiores partibus motus H I. quo ponitur moueri magnitudinẽ A C. Cuius enim erit exuperatio? neq; enim totius: huius enim erat totus: neq; alicuius ex partibus. hi enim sunt alĳ ab exuperatione. Si ergo necesse est motũ esse alicuius, sed qui deficit vel exuperat: non erit autem alicuius defectus vel exuperatio: videlicet neq; deficit, nec exuperat, sed par euadit. & est ęqualis is qui est ex partibus, toti. si autem est æqualis, idem. sunt enim partes omnes eędem cum toto. Cum sic ergo ostendisset diuisionem motus fieri per diuisionẽ magnitudinis quæ mouetur, si G quidem & totus totius, & partes sunt partium, concludit ea quæ dicta sunt. Dixit autem, Cuiuslibet quod potest I partes diuidi } aut pro eo quod mouetur. ostendit enim quidquid mouetur posse diuidi: Aut dixit, Cuiuslibet quod potest in partes diuidi, pro eo quod est, Omniũ partium eius quod mouetur. Si autem omnium partiũ eius quod mouetur est motus: diuidetur etiam p partes eius quod mouetur. Eudemus autem sic quoq; ostendit id quod est propositũ. Si est enim totius motus: est autem etiam vniuscuiusq; partis: ipsi autẽ sunt alĳ, & vnusquisq; pars totius: partium motus erũt partes totius, vnaquæq; tanta quanta ipsa quoq; est pars eius quod mouetur. Quare si partes eius quod mouetur exequantur toti, etiam motus eius quod mouetur erunt æquales toti.

Partes quomodo dicatur moueri.

Porrò autem Eudemus quoq; dicit quandam exotiri dubitationem in ĳs quę dicta sunt, quomodo oporteat dicere partes moueri. non sunt enim actu. aut oĩa erunt quæ diuidi poterunt multa & infinita: nulla autem vna. H Si autem oportet partes mente concipere: in alteratione quidem apparet quomodo oporteat accipi id quod dictum est. dealbatur enim & tibia & vnumquodq; aliorũ & eorum uidentur propriæ numero alterationes. contingit enim hoc quidem dealbari, illud verò non. Sine autem eædem specie. Fit ergo etiam omnium motus idem cum motu totius. quid enim refert an vniuscuiusq; motum singillatim dicas, an simul omnium. In ĳs autem quæ feruntur seu per locum mouentur, quomodo dicemus vnumquodq;? vnaquæq; enim ex partibus æquali motu lata est, & ea quæ prima sumpta est & quæ vltima, & qualiscunq;. Sed sunt partes infinitæ. Vtrum ergo dicendus est motus totius vnius stadĳ, an multorum stadiorum. sic enim totum infinita stadia peruaserit. Augmentum autem videtur habere maiorem cum alteratione consensionem. Quare eorum quidem motus per partium motus simul quodammodo E diuidentur. De motu autem qui fit per locum est considerandum. Hæc ergo his verbis dubitat Eudemus.

Ad ea ergo, vt ęxistimo, dicendum est id quod paulò ante dictum est, quod & si non per se moueantur per locum partes continui, at in in toto quidem certe mouentur. Et ideo motus & magnitudo dicuntur posse diuidi, sed non esse diuisa, Essent enim diuisa, si vnaquæq; ex partibus totius per se moueretur.

Partes continui, & si per se non moueantur, in toto tamen mouentur.

Alia autem tempore. Quia enim omnis motus est in tempore: omne autem tempus potest diuidi: in minori autem minor motus: necesse est omnem motum diuidi per tempus. XXXVI

Cùm dixisset omnem motum posse diuidi duobus modis. vno quidem modo, tempore: Alio autem, per eam quæ mouetur magnitudinem: & ostendisset enim tribus modis posse diuidi per eam quæ mouetur magnitudinem: breuiter & dilucidè ostendit motum quoq; posse F per tempus diuidi. omnis enim motus est in tempore. omne autem tempus potest diuidi. Et in dimidio quidẽ temporis mouetur dimidium id quod mouetur æqualiter: in tertia autem parte tertiam. & omnino in maiori quidem, amplius: in minori verò minus. Si autẽ in maiori quidem tempore est amplior motus: in minori autem minor, & eadem ratione: omnis ergo motus diuiditur per tempus. Fuerit autem, inquit Alexander, motus quidem quæ fit per tempus diuisio, tanq; per longitudinem: Quę autem fit per partes eius quod mouetur, fuerit veluti per latitudinem. etenim tempus quidem procedit per lineam, nullam ostendens latitudinem: Id autem quod mouetur habens latitudinem, mouetur tanq; in superficie, sed non tanq; in linea. XXVII

Diuisio motus per tempus, est tanq; per longitudinem: Diuisio motus p partes, est veluti per latitudinem.

Quoniam autem quidquid mouetur in aliquo mouetur, & aliquo tempore, & post Vniuersi adĳciunt nonnulli, Quod mouetur uniG uersi est motus: necesse est easdem esse diuisiones & tẽporis & motus, & eius quod est moueri, & eius quod mouetur, & ĩ quo est motus. sed non omniũ similiter in quibus est motus: sed p eo quod est, Loci, nõnulli legũt Quãti, inter græca enim uocabula τόπου καὶ ποσοῦ quædam est similitudo loci quidem per se: qualitatis verò, per accidens. Sumatur enim tempus in quo mouetur in quo sit A. & motus in quo B. si ergo motum est totũ in vniuerso tẽpore: in dimidio, minorẽ. & rursus eo diuiso, eo minorẽ. & sic semper. Similiter autem si motus potest diuidi poterit etiam diuidi tẽpus. si enim totũ I vniuerso, dimidiũ in dimidio. & rursus minorẽ ĩ minori. XXXVII

Postquam ostẽdit oĩa esse continua, & magnitudinem H quæ mouetur, & id in quo est motus, siue in loco, siue in qualitate vel quãtitate: & motũ, & moueri: & tẽpus posse diuidi in ea quę diuidi semper possunt, & nullũ ex ĳs q̃ diuidi nõ possunt: nũc ostẽdit horũ oĩum easdem esse diuisiones, & oĩa similiter simul inter se diuidi. Illud autẽ, Et vniuersi ẽ motus, aut deest, Quod mouetur, vt sit, vniuersi quod mouetur est motus: quod qdẽ prius dixit, omnẽ motũ esse alicuius, eius qđ mouet scilicet: huius enim est & id p quod est motus, & tẽpus in quo mouetur. Aut motus est vniuersi, q̃m id quod mouetur per se quod totũ est & uniuersũ mouetur. Porrò aũt illud, In aliquo, significat id in quo est motus, & id quod est in loco, & id quod est in quãto, & id quod in qualitate. Cũ autẽ dixisset esse eandẽ oĩum horũ diuisionẽ, q̃m qualitas videtur nõ p se diuidi ea q̃ est in partes diuisione, q̃m ne est quidẽ quantũ, propterea adiecit nõ esse oĩa similiter diuidẽda p q̃ fit motus. Locus enim ĩ quo est motus qui fit p locũ, & XXVIII

Temporis, motus, moueri, eius qđ mouetur, & in quo eędẽ sunt diuisiones.

Qualitas p se non diuiditur.

magnitudo in qua est augmentũ & diminutio, per se, cũ sint quãta diuidentur: Qualitas aũt in qua est alteratio, non vtrũq; diuiditur per se, sed per accidẽs. eo enim quòd diuidatur corpus in quo est qualitas, ideo etiã ipsa qualitas diuidetur. Cùm autem posuisset loci per se esse diuisionẽ, non amplius adiecit illud, Et magnitudinis} in qua est motus qui fit per augmẽtũ & diminutionẽ. Sed cùm hoc tanq̃ notũ p̃termisisset, subiunxit, QVALITATIS autẽ, per accidens} Aut, inquit Alexander, scriptũ esse oportet pro eo quod est, LOCI quidem per se} QVANTI quidẽ per se}. sic.n. dixit de loco & de magnitudine. est enim vtrunq; quãtũ. Hæc ergo cùm prius posuisset, post hæc ea probat. & primũ quòd motus vnà cũ tempore diuidatur: & contrà, quòd tẽpus cũ motu. si quid.n. in tempore A mouetur totũ B: clarũ est quòd id quod æqualiter mouetur in dimidio temporis A, mouebitur dimidiũ motus B. & semper vnà cũ diuisione temporis motus quoq; diuidetur eadem ratione. Cõtrà aũt si motus põt diuidi, B sic quoq; diuidi potest. hoc.n. nũc maximè ostenditur necesse esse tempus sic posse diuidi. Si enim totũ motũ B in vniuerso tempore A motum est aliquid: & dimidium in dimidio: & minorẽ semper in minori tẽpore mouebitur.

XXXVIII Eodem autem modo moueri quoq; diuidetur. Si.n. moueri, in quo sit C: in dimidio quidẽ motu erit minus toto. & rursus in motu dimidij, dimidio. & si semper, hoc modo. Dici etiam potest, cùm exposueris moueri per vtrunq; motum, quemadmodũ per motum DC & motum CE, quòd totũ erit per totum. Si est enim aliud: poterunt plura moueri in eodem motu. quemadmodum ostendimus motum quoq; posse diuidi in motus partium. Si enim sumptũ fuerit moueri in vtroq;, erit totum continuum.

XXIX *Moueri diuiditur similiter atq; motus.* C Postquam ostendit tempus & motũ inter se similiter diuidi, ostendit quòd etiã moueri, quod est actio vel affectio p motũ, diuiditur similiter atq; motus. Si.n. moueri est p̃sentia motus: amplioris quidẽ motus videlicet præsentia est amplius moueri, minoris aũt præsentia, minus. Quare moueri vnà cũ motu diuidetur cuius est p̃sentia. Si enim C est moueri totũ, AD aũt motus, cuius præsentia adest C vt moueatur motu AB qui est dimidius motus AD, minus erit moueri. est.n. ipsius C dimidiũ. Similiter et si sumpserimus dimidiũ motus AB, per eũ poterit moueri dimidiũ dimidij. & semper sic motũ diuidentes, eadẽ diuisione moueri quoq; diuidemus. Sic ergo ostendit. Si totũ moueri sit præsentia totius motus: partes quoq; eius quod est moueri diuiduntur per easdem partes motus. D Deinceps autem per expositionem ostendit id quod est è contrario. quòd si partes eius quod est moueri vnà diuisæ sint cũ præsentia partiũ motus: vt totũ quoq; moueatur fiet totius motus præsentia. Sit enim totus motus DE, diuisus per C. & ipsius quidẽ partis CD, operario & moueri sit FG: alterius autẽ partis motus, nempe CE, moueri sit GH. adeo vt totũ moueri FH fiat per totũ motum DE. Si quis autem dicat totius motus DE nõ FH esse moueri. sed vel FG vel GH, vel aliquid aliud præter hæc, nõ rectè dicet. eius.n. quod est moueri FG, erat motus DC: eius autem quod est moueri GH, motus CE. neuter aũt est totus motus DE. Si autem alicuius alterius, poterunt plura moueri in eodem motu. quod quidem non potest fieri. vnius enim numero motus, vnum est moueri. Illud autem, SICVT ostendimus} motum quoq; posse diuidi dixit in motus partium, quoniam cùm paulò ante ostenderet motum vnà diuidi cum partibus eius quod per ipsum mouetur, illic etiam dixit, quòd si nõ motus qui est compositus ex partibus totius, fuerit totius eius quod mouetur, sed aliquis alius, sequetur absurdum, esse plures eiusdem motus. partes enim motus qui primus A sumptus est, erunt eiusdem motus, & partes eius qui est positus secundus, si sit alius. & ita simul motum fuerit duos motus. Postquam autem ostẽdit absurdum quod sequitur, si quis non dicat fieri præsentia totius motus vt totum moueatur, cuius quidem motus partium præsentia ponebantur fieri partes eius quod est moueri: dicit quomodo totum moueri poterit præsentia totius motus. Si enim in vtraq; parte motus qui est continuus sumptum fuerit moueri: hoc quoq; similiter atq; motus ostẽdi potest per ipsum fieri continuum.

Similiter autem ostendetur longitudinem quoq; posse diuidi: & in summa, vniuersum in quo est mutatio. sed nonnulla per accidẽs. quoniam id quod mutatur potest diuidi. Si vnum enim diuidatur, omnia diuidentur. & ad hoc vt sint finita vel infinita similiter se habebunt B n omnibus. XXXIX

XXX *Id in quo fit motus, vna diuiditur cũ tempore & motu.* Quemadmodum, inquit, ostensum est tempus & motum & moueri diuidi eisdem diuisionibus: ita ijs quę prius dicta sunt ostendetur id vnà diuidi in quo fit motus. Si in loco quidem fiat motus: lõgitudinem: Si autem in quantitate vt augmentũ & diminutio: magnitudinem. si vero in qualitate: qualitatem. Quidquid.n. horũ diuisum fuerit, alia etiam omnia vnà diuidentur eadem diuisione. Si enim in toto aliquo tempore toto aliquo motu moueatur aliquid, vel in qualitate, vel in quantitate, vel in loco, diuiso tempore in dimidium, vel tertiam, vel aliquam aliam partem: motus quoq;, & id in quo est motus, diuidetur in easdem partes. Qualitas autem, *Qualitas p se non diuiditur.* etiam si motus fuerit in qualitate, non diuidetur per se, sed per accidens. non enim quatenus qualitas: sed quatenus id quod alteratur & mutatur in qualitate, est quantitas. eo enim quòd eius dimidium alteratur in tempore dimidio, id etiam in quo fit alteratio diuiditur in dimi- C dium. eius enim quæ est in toto qualitatis dimidium, est id quod est in dimidio totius. Iam verò id quoq; quod mouetur, similiter diuidetur, ac ea quæ dicta sunt, sicut dixit in primis. si enim totum in toto tempore: mouebitur eius dimidium in tempore dimidio. Cæterum in ijs quidem quæ vi mouentur per locum, tempus vnà cum tempore diuiditur. maior enim magnitudo idem spatium vi mouetur in maiori tempore: & minus in minori. In motu autem qui fit secundum naturam, quomodo hoc rectè habet? Contrà enim in ijs quæ mouẽtur secundum naturam, pars mouetur in maiori tempore, quàm totum: id quod est minus, quàm id quod est amplius. Aut etiam in his seruatur quidem proportio ac conuenientia, eo quòd magnitudo tempore diuidatur, & tem- D pus magnitudine, sed è contrario, ac non similiter facta proportione. Diuisio enim magnitudinis eius quod mouetur secundum naturam, augebit tempus per proportionem diuisionis. Quo enim minus fuerit id quod mouetur secundum naturam, tanto est maius tempus in quo mouetur. Temporis autem rursus diuisio, augebit magnitudinem per proportionem propriæ diuisionis. Quo est enim minus tempus, eo est maior magnitudo quæ mouetur secundum naturam eodem motu cum minori: adeò vt è contrario se habeat proportio & in ijs quę secundum naturam, & in ijs quæ præter naturam mouentur in loco. Cùm autem ostendisset omnia quæ dicta sunt inter se similiter diuidi, similiter etiam dicit se habere in eo quod partes quæ fiunt ex eorum diuisione, sint finitæ vel infinitæ. Quomodo autem est in eis infinitum, & quod per id quod est in infinitum, ipse explicabit in ijs quæ deinceps consequuntur.

Consecutum est autem maximè diuidi omnia & esse infinita, ex eo quod mutatur. ei enim quod mutatur, statim inest id quod potest diui-

di, & id quod est infinitum. Et quòd diuidi quidem possit prius ostensum est. infinitum autẽ erit apertum in ijs quæ consequuntur.

XXXI Cùm restaret ostendere quòd etiam id quod mouetur, quod quidem iam posse diuidi ostẽsum est, similiter diuidatur atq; alia: hoc probat ex abundantia, quod etiã alia omnia quæ diuiduntur, diuiduntur per eam quæ est ad id quod mouetur consequentiam. Neque enim tempus neq; motus, neq; moueri, neq; locus, aut magnitudo, vel qualitas, sunt æqualia & totius quod mouetur, & eius partis. Meritò autem ex eo inest alijs diuisio, quoniam reliqua sunt vel eius, vel eorum quæ sunt eius. Longitudo enim, corporis, & motus, & magnitudo, & qualitas: Tempus autẽ motus: Qualitas autem habet euidentius quòd possit diuidi à magnitudine eius quod mouetur. Qualitas enim per se neq; est continua, neq; potest diuidi. Cùm autem adiecisset omnia similiter habere infinitum, vt quæ ab eius quod mouetur magnitudine cœperint: quòd posse quidem diuidi omnia similiter habeant, dicit esse ostensum. id enim est quod ostendit proximè. Quomodo autẽ sit in eis infinitum, & quomodo similiter in omnibus, postea ostendetur. Quærit autem rursus Alexãder, quomodo motus qui est per alterationem, habeat diuisionem per diuisionem eius quæ mouetur magnitudinis, siquidem nonnulla vel tota simul & aceruatim mutatur, sicut ipse dicit contendẽs aduersus Melissum, in primo huius operis. Hic autem etiam obseruat Alexander, quòd etsi nõ vniuersum, sed aliqua pars eius tota simul mutatur: non vtiq; diuidetur vnà cum eius partis diuisione, neq; motus, neq; tempus. Et suam his adiungit sententiam, dicens, An non cũ omnibus eius partibus vnà diuiditur, sed cum eis quæ sunt vt eius quod mouetur, quatenus mouetur.

Per consequentiã quæ ẽ ad id quod mouetur, diuidũtur alia quæ diuidũtur.

Motus q̃ fit per alterationem, quomodo habeat diuisionem p̃ diuisionẽ ei9 quæ mouetur magnitudinis.

CAP. V.

XL QVoniam autem quidquid mutatur, ex aliquo mutatur in aliquid: necesse est quod mutatum est, quando primum mutatum est, esse in eo in quo mutatum est. Quod enim mutaẽ, ex eo ex quo mutatur excedit, vel ipsum relinquit. & vel idem est mutare & relinquere: vel id quod est mutare consequitur relinquere: id autem quod est mutatum esse, reliquisse. similiter enim vtrunq; se habet ad

XLI vtrunq;. Quoniam ergo vna ex mutationibus quæ est per contradictionem, quando mutata est ex eo quod non est in id quod est, reliquit id quod nõ est: erit ergo ĩ eo quod est. quidquid enim est, vel esse vel non esse necesse est. Clarum est ergo quòd in mutatione quæ est p̃ contradictionẽ, id quod mutatum est erit in eo in quo mutatum est. Si autem in ea: etiã in alijs. similiter enim in vno & in alijs.

XXXII Eius est institutũ ostẽdere, quòd id quod mutatũ est, quãdo primũ mutatũ est in id ĩ quod mutatũ est, necesse est vt sit in eo in quod mutatũ est. Non.n. absolutè id quod mutatũ est necesse est iam esse in eo in quod mutatũ est. Si quid.n. quod mutatur ex nigro in albũ, fuerit in fusco: id mutatũ quidẽ erit ex nigro, nondũ tamen mutatũ erit in albũ in quod mutabatur, quare nec adhuc est in albo ĩ quod mutabatur. Illud autem, Primum, adiectũ est ei quod est, Mutatũ est, qm̃ sic vera sit oratio. eum.n. qui venit Athenas, quando primùm venit, Athenis esse necesse est: eum autem qui superiore anno venit Athenas, nequaq̃ nunc esse Athenis necesse est: tunc autem erat quãdo primò venit. Est ergo eiusmodi quæstio proposita. Cùm prius ergo sumpsisset tanq̃ euidẽs, q̃ quidquid mutatur ex aliquo mutatur ĩ aliquid, probat id qd' est propositũ, & ex mutua nominũ transumptione, quæ dicitur metalepsis, & ex mutatione quæ hoc habet euidẽter in generatione & interitu. Facta est ergo metalepsis seu mutua nominum transumptio, eius quod est † mutare in † relinquere. Aut enim idem est mutare & relinquere: aut id quod est mutare sequitur relinquere. Si hæc autem ita se habent inter se, vt vel sint eadem, vel alteru consequatur alterm: videlicet mutatum quoque esse & reliquisse ita se habebunt inter se, vt vel sint eadẽ, vel id quod est esse mutatũ, consequatur reliquisse. Eo autem prius sumpto, clarũ est quòd qm̃ & in generatione & interitu mutatio est ex eo quod nõ est ĩ id quod est: generatũ ergo esse est mutatũ esse ex eo quod nõ est; mutatũ aũt esse, est reliquisse id quod nõ est. Reliquisse aũt id quod nõ est, est oĩno in eo quod est. Nihil.n. intercedit inter esse & non esse & contradictionẽ. Porrò aũt mutatio ei fuit in id quod est. Cùm autem in generatione ostendisset propositũ, subiũxit, quòd si ita habet ĩ hac mutatione, generaliter quoq; & vniuersè verũ est in omnibus, quòd quidquid mutatũ est quando primũ mutatũ est, est in eo in quod mutatũ est. Hoc aũt verum est ex positione q̃ dicit id quod dictũ est similiter se habere, & ĩ vna, quæcunq; ea sit mutatione, & in alijs.

Quod mutatũ est, quãdo sit in eo in quod mutatum est.

Metalepsis quid sit

† μεταβάλλειν

† Ἀπολείπειν

Præterea aũt etiã singillatim vnamquãq; accipiẽtibus clarũ est, siquidẽ necesse est id quod mutatũ est esse alicubi, ex quo mutatũ est, aut in aliquo. Quoniã.n. reliquit id ex quo mutatum est, necesse est aũt vt sit alicubi: aut in eo erit, aut in alio. Si ergo in alio, vt verbi gratia in C id qd' mutatũ est in B, rursus ex C mutaẽ in B. non erat enim coherẽs ipsi B. mutatio enim est cõtinua. Quare vt id quod mutatũ est quãdo fuit mutatũ, mutetur ĩ id in quod mutatũ est, hoc nõ põt fieri. necesse est ergo id quod mutatũ est esse in eo in quod mutatũ est. Clarum est ergo quòd etiã id quod est generatũ, quando generatũ est, erit: & id quod interijt, non erit. uniuersè enim dictum est de omni mutatione. & maxime clarum est in ea quæ est per cõtradictionẽ. Quod ergo id quod mutatum est, quando fuit mutatum, primum in illo sit, clarum est. XLII

XLIII

Cum vt se habet ĩ generatiõe, ita ẽt se habere cẽsuisset id quod mutatũ est in alijs mutationibus. esse.n. id quod mutatũ est ĩ illo ĩ quod mutabaẽ: nũc ẽt in vnaquaq; mutione conaẽ ostẽdere hoc ipsum ita se habere. & vniuersa ac generali demõstratiõe vtitur, q̃ põt cõuenire in oĩ mutatione. Simul aũt p̃ hãc demõstrationẽ soluit etiã obiectionẽ, q̃ afferẽ aduersus oriorẽ demonstrationẽ. Dixerit .n. qspiã, q̃ etsi id qd' mutatũ est reliquerit illud ex quo mutaẽ, põt nõ p̃cul esse ĩ ijs in q̃ mutaẽ, sed ĩ aliquo quod intercedit. est.n. id quod ĩtercedit ĩ plurimis mutationib9. & nõ oportebat ex mutatiõibus q̃ sunt p̃ cõtradictionẽ, q̃ nõ habẽt id qd' intercedit, alias ẽt † metiri mutationes in qbus est id quod intercedit. soluit ergo hãc quoq; obiectionẽ p̃ hoc argumẽtũ. Si.n. necesse est id qd' mutatũ est esse alicubi } id.n. est græcè πού. Deinde ne qs audierit illud πού de aliqua affectione vt dictũ est, sed de loco, quod qdẽ videẽ significare illud πού, adiecit AVT ĩ aliquo } quod videẽ esse cõmunius. Si ergo id quod mutatũ est, necesse est esse ĩ aliquo vel loco vel magnitudine, vel affectiõe, vel alia parte cõtradictiõis, reliqt aũt id ex quo mutatũ est: aut erit ĩ eo in qd' mutabaẽ: aut si ĩ aliquo alio quod erat ante id ĩ qd' mutatũ est, mutabiẽ adhuc in id in quod dicebatur esse mutatũ, & non fuerit mutatũ. nõ.n.

XXXII Quod mutatum est, est ĩ illo ĩ qd' mutabatur ĩ vnaquaq; mutatione.

† παραμετρεῖν

absque mutatione ab eo in quo esse ponitur, erit in illo in quod positum est mutari. erit enim omnino aliqua ab eo ad illud distantia. non enim ea partibus carentia posita sunt alterum prope alterum, vt possint ab hoc in illud esse mutata absque eo quod mutetur. Si est enim continua mutatio, quæ fit ab A in B in quod mutabatur: necesse est vt id quod nondum est in B, mutetur in ipsum: in id enim positum erat mutari: Sin autem non est continua quæ fit in B mutatio: nec in id quidem omnino mutabatur, sed in illud in quo primum cessauit à mutatione. Quare si nondum est id quod mutatum est in B, adhuc mutabitur in ipsum in quod mutatum est. quod quidem fieri non potest. Non potest ergo fieri vt id quod mutatum est sit in aliquo alio, quàm in illo, in quod mutatum est. Potest autem, inquit Alexander, ostendi per hoc, CONTINVA autem est mutatio } quòd ne in alio quidem aliquo erit id quod mutatum est ab A in B, quod quidem est extra mutationem A B, & ab ea separatum est. Si est enim mutatio continua: quæ est autem continua, est in continuo, & non intermittitur: non fuerit mutationi A B continens id quod ab ea separatum est. Cùm ergo dictam quoque soluisset obiectionem, infert nunc quoque euasisse manifestum, verum esse id quod dictum est etiam in mutatione per contradictionem. Quod enim est generatum, quando fuerit generatum, tunc erit: & quando interierit, tunc non erit. Et vniuersè ac generaliter verè dictum est id quod dictum est de omni mutatione, & si maximè in ea quæ fit per contradictionem id sit euidentius. quoniam necesse quidem est vt sit in altera parte contradictionis, id quod mutatur per aliquam harum mutationem. Fieri autem non potest vt adhuc sit in eo ex quo mutatum est, & quod reliquit. necesse est ergo vt sit in alio.

XLIIII In quo autem primo nunc primum mutatum est id quod mutatum est, necesse est id sit insecabile. Dico autem primum, quòd eo quòd non sit aliquid aliud eius primum, tale est. Sit enim quod diuidi potest A C, & diuisum sit in B. Si ergo mutatum est in A B, aut rursus in B C: in primo A C non fuerit mutatum. Si autem mutatum est in vtroque (necesse est enim vt vel sit mutatum vel mutetur in vtroque) etiam in toto mutabitur. Sed erat mutatum. Eadem autem est ratio, etiam si in hoc quidem mutatur, in illo verò mutatum est. erit enim aliquid primo prius. Quare non poterit primum diuidi in eo in

XLV quod mutatum est. Clarum est ergo quòd & id quod interijt, & id quod est generatũ in insecabili illud quidẽ interijt, hoc vero est generatũ.

XXXIII Postquam ostẽdit necesse esse vt id quod mutatũ est, quando primum mutatum est, sit in illo in quod mutabatur: nunc ostendit quod id in quo primum mutatum est id quod fuit mutatum, nõ est tempus, sed insecabile quidam finis temporis, quem quidem Nũc vocamus. quod Plato appellat Repente. Cùm autem exposuisset quid primum, significet, ita procedit ad demõstrandũ id quod est propositum. Primum enim vniuersè ac generaliter dici ait esse hoc quidpiam, vel tale, vel tantum, & in omnibus similiter, quod eo quòd non sit aliquid aliud ante ipsum tale, ipsum quoque tale dicitur. Opponitur autem primo id quod per aliud. Per aliud autem dicitur, quod vel quòd pars eius aliqua sit eiusmodi, totũ tale dicitur: quẽadmodũ videre dicimus inesse homini, non primò: quoniam primis oculis: & Athenis esse dicimur, quoniam pars Athenarũ est locus in quo sumus: vel quòd genus eius & cui subest est eiusmodi, ipsum quoque tale dicitur. Quemadmodum triangulus æquilaterus dicitur habere tres angulos æquales duobus rectis, non primũ. sed quia

Id in quo primum mutatum est id quod fuit mutatũ, nõ est tẽpus, sed finis tẽporis, Nunc dicimus.

Primo esse, & esse per aliud opponuntur.

A omnis triangulus. Quoniam ergo potest dici aliquid esse mutatum in aliquo tempore, quoniam in eius aliquo mutatum est, nempe in fine eius, propterea adiecit illud, primo. Probat autem esse insecabile id in quo primo mutatum est id quod fuit mutatum, per deductionem ad id quod fieri non potest. Si enim potest fieri: esto diuidi possit id in quo primo mutatum est. & sit A C. & diuisum sit in B. Necesse est ergo aut in vtroque A B, B C mutatum esse id quod in A C primo positum est esse mutatum: aut mutari in vtroque: aut in altero quidem mutari, in altero verò esse mutatum. Sed si in vtroque quidem ipsorũ nempe A B B C, mutatum est, non vtique in A C primum mutatum est, siquidem in eius parte prima A B mutatum est. Quomodo autem in vtrisque primis dici possit esse mutatum, siquidem quando in prima quidem parte mutatum est, nondum in secunda: quando autem in secunda, non amplius in prima. Sin autem in ambabus partibus eius quod est A C, nempe in parte A B & parte B C

B mutatur, etiam in toto A C erit in actu mutandi, non mutatum. positum autem fuerat mutatum esse in A C primo. Quod enim mutatur in omnibus alicuius partibus, etiam in toto ipso mutabitur. Si autem in altera quidem parte ipsius A C adhuc mutatur, in altera autem mutatum est: absurdũ quid euenit, nempe vt primo sit prius. positum enim fuerat in A C primo esse mutatum. Si ergo in vtrauis eius parte mutatum est: in ea prima fuerit mutatum, & tunc in toto. quare eo quod est primum prius accipietur. Absurdum est autem hoc quoque per se esse aliquid primò. non est enim vtique illud primum quo est aliquid prius. Quinetiam quòd illud dicebatur in primo, quod non est in eius parte, sed in toto. Si ergo in parte ipsius A C erat mutatum esse, non vtique erat A C primum in quo fuit mutatum. Postquam ergo ostendit, quòd ei qui ponit diuidi posse id in quo primo mutatum est aliquid, aliquid consequitur quod fieri non potest in vnaquaque parte diuisionis, rationem meritò cõclusit, dicens,

C QVARE non poterit diuidi in quo mutatum est } primo scilicet, etiam si hoc tanquam apertum prætermisit. Quoniam autem in præcedenti argumento ostendit, quòd id quod mutatum est quando fuit primum mutatum, est in illo in quo mutatum est: & quòd hoc cernitur euidentissimè in mutatione quæ fit in generatione & interitu: meritò nunc quoque subiunxit, esse apertum quòd & id quod est generatum, & id quod interijt, hoc quidẽ in insecabili interijt, illud verò est generatum. Si enim id quod interijt, & id quod est gñatũ, in quo primũ mutata sunt, illud qdẽ iterijt, hoc verò est generatũ: id autẽ ĩ quo primo partim interijt & partim est generatũ, in insecabili illud quidem interijt, hoc verò est generatum: Id quod interijt, & quod est genitum in insecabili, vnum quidẽ interijt, alterum verò est genitũ. Per hoc autem, inquit Alexander, nobis quoque ostendit solutionem eius orationis quæ rogatur à Sophistis, Quo tempore mortuus est

D Dion. Aut enim quando viuebat, aut quando est mortuus. Sed neque in quo viuebat: in illo enim viuebat: neque in quo est mortuus: in toto enim eo fuerat mortuus. Si ergo neque in tempore quo viuebat, neque in tempore, quo fuit mortuus, mortuus est Dion, non est mortuus. Significat autem illud quidem, Est mortuus, primam ab eo quod est viuere mutationem: hoc autem, Quando est mortuus, tempus in quo fuit mortuus. Quoniam ergo non in tempore mutatum est id quod est mutatum, non est timẽdũ illud, Nunq̃ mortuus est Dion. Nunq̃.n. vt ĩ tpe, siquidẽ in ĩsecabili mutatus ẽ ab eo quod est viuere.

Sophisticæ orationis solutio, Quando mortuus est Dion.

Dicitur autẽ illud, In quo primo mutatũ est, duobus modis, Vno qdẽ ĩ quo primo pfecta est mutatio: tunc.n. verũ est dicere, mutatũ est: Altero autẽ in quo primo cœpit mutari. Quod ergo in mutationis fine primũ dicimus & cõsistit XLVI

E & est contingit enim perfici mutationem. & est finis mutationis. quod quidem ostensum est etiam nõ posse diuidi, quoniam est finis. Quod est autem in principio, non est omnino. non est enim principium mutationis: neq; in quo primo temporis mutatum est, Sit enim primũ, in quo sit A D. Hoc quidem non est eiusmodi vt non posit diuidi. eueniet enim vt sint ipsa, Nũc cohærentia. Præterea autem si in toto tempore C A quiescit ponatur enim quiescere. in A quoq; quiescet, Quare si A D nullas habet partes simul quiescet & erit mutatum. In A enim quiescit: in D autem mutatum est. Quoniam autem non

XLVII caret partibus necesse est vt diuidi posit, & in vnaquaq; eius parte sit mutatum. Diuiso enim A D, si in neutra quidem mutatum est, ne in toto quidem: Sin autẽ mutatur in ambabus: etiã in vniuerso. Si autem in alterutra mutatum est: non in toto primo, Quare necesse est in quolibet mutatũ sit. Clarũ est ergo quod nõ est ĩ quo primo mutatũ est Infinitum. n. sunt diuisiones.

XXXIIII Postquã ostendit id quod mutatum est, quãdo primũ mutatũ est, esse in illo in quod mutatũ est, & id in quo primo mutatũ est esse insecabile, non enim in tempore, sed ĩ ipso Nunc: his cõsequẽter subiungit, primum in quo mutatum est aliquid, dici duobus modis nempe & id ĩ quod mutatum est id quod mutatur, in quo etiam cessauit ab eo quod est mutare & in ipso mutatum est. Dicitur etiã id in quo primo inchoauit mutationem & mutare. Id enim dicitur quoq; in quo primo mutatum est, propterea quòd vt opinor, transiit ab eo quod est non mutari, G Cùm sic ergo duobus modis dicatur & audiatur id in quo primo mutatum est, id quod primum quidem dicitur, inquit, in fine mutationis, & est & dicitur propriè: perfecta est enim mutatio, & est aliquid in quo primo perfecta est, vt ostensum est, nempe Nunc: non est enim mutatio finis mutationis: Quod autem in principio mutationis, quæ ipsa quoq; est principium mutationis, dicitur primum temporis, in quo est principium mutationis: id, inquit, omnino non consistit, sed inaniter dicitur & auditur, quoniam non potest accipi primũ temporis, in quo id quod mutatur inchoauit mutationem. ne. p. n. mutationis, neq; temporis sumi potest principium, in quo primũ quid mutatũ est q̃m principium mutationis est ipsa quoq; mutatio. Sed nõ extra id quod est mutare est id quod in ipsa est tanq̃ in fine, quando fuit mutatũ. Et fuerit id quod dicitur, quod nõ est principium principij, quoniam temporis quod positũ fuerit vt principiũ, hoc inuenietur habere aliud principium. Ipsum autem H sic etiam ostendit per expositionem. Sumptus sit enim aliquid primum temporis, in quo id quod mutatur inchoauit mutationem, & id sit. A D. Id autem A D non fuerit eiusmodi vt non posit diuidi. erit enim tempus ex ijs quæ non possunt diuidi. principiũ enim mutationis est mutatio. omnis autem mutatio est in tempore. Quare si A D erit eiusmodi vt nõ posit diuidi: per positionem erit tempus. & erit tempus compositum ex ijs quæ non possunt diuidi, quod quidẽ significauit per hoc, EVENIET enim vt sint ipsa Nunc cohærentia. Aut hoc dixit euenire ijs qui A D, in quo motum inchoauit, ponunt non posse diuidi: quoniam eueniet vt motus fiat in ipso Nunc, siquidem A D, cum non posit diuidi, est Nunc, in eo autem cœpit moueri, principium autem motus est motus. Si autem in ipso Nunc moueatur aliquid, quoniam quidquid mouetur mouetur in tempore, fuerint Nunc par-

Primum in quo mutatũ est, dicitur duobus modis.

Principium mutationis nõ esse primũ tẽporis.

E tes temporis. & fuerit tempus diuisum in ipsa Nunc, & compositum ex ipsis Nunc. in quo enim potest motus fieri id est pars temporis. Quod autem A D non careat partibus, probat etiam per aliud eiusmodi argumentum. Quod incipit moueri in A D, ex quiete omnino mutatum incipit moueri. Erit ergo in A C quiescens, & in A D incipiens moueri. Si ergo in vniuerso A C quiescet, videlicet quiescet etiam A quod est ipsius A D. si ergo A D nullas habet partes, idem erit A D cum A. & in A D vtiq; quieuerit quod ĩ ipso inchoat mutationem. Quod autem in ipso inchoat mutationem, in ipso mouetur. In eodem ergo quiescet & mouebitur. quod quidem nõ potest fieri. Accepit autem in A moueri vt æquale ei quod est non moueri. positum enim fuerat in eo quod nullas habet partes non posse aliquid moueri nec quiescere. Consequitur ergo re vera, non simul in eodem Nunc quiescere & moueri, sed simul non moueri & moueri, quod quidem minus fieri potest propter pronun-F ciatum contradictionis. Postquam autem ostendit non esse huiusmodi vt non posit, sed vt posit diuidi tempus quod est in principio mutationis, ostendit deinceps propositum, quòd nihil in eo sumi posit in quo primo mutatur id quod mutatur. Si enim non est A D eiusmodi vt nullas habeat partes: necesse est vt ipsum possit diuidi, & non in ipso primo mutetur. Si enim in A D primo mutatur: aut in qualibet eius parte mutabitur: aut in neutra: aut in altera. Sed si in vtrisq; quidẽ aut in altera, non in toto primò mutatur: Sin autem in neutra mutatur: ne in toto quidem vllo modo mutabitur. Si ergo mutatur in toto: in qualibet eius parte mutatur. Multæ autem erunt partes, siquidem totum est continuum: quidquid autem est continuum, diuidi potest in infinitum. Quare non potest sumi in quo primo mutatur. in vniuerso enim quod sumitur similiter. & nõ est primum in ea diuisione quæ fit in infinitum. Et differitur quidem de eo quod est primò mutari. principium enim motus G est motus. Ipse autem pro eo quod est mutari, vtitur eo quod est mutatum esse. quoniam id quod mutatur, veniens ad finem eius quod est mutari, mutatum est. In his autem soluit dubium, quomodo dicitur quidem esse finis & motus & temporis, in quo id quod mutatur dicitur esse mutatum, non autem esse principium. Theophrastus enim in primo de motu. Mirabilia, inquit, videntur ea quæ sunt in ipsa natura motus. quemadmodum si non est eius principium, est autem finis. Quomodo autem finem quidem sumimus qui diuidi non potest, principium autem quod diuidi potest in infinitum? Potest enim eisdem vtendo rationibus & finis sumi continui qui posit diuidi in infinitum, & principium quod non posit diuidi. Videtur ergo & finis esse duplex, & principium duplex motus & temporis, & cuiuslibet continui: vnum quidem vt prima vel vltima pars continui, alterum autem vt principium & finis, quæ non sunt amplius partes, nec toti similia: I ijs enim quæ sunt H eiusmodi est etiam pronunciatum non esse idem principium, & id cuius est principium, neq; finem & id cuius est finis. quemadmodum signum est principium & finis lineæ, cum ipsum non sit linea, similiter autẽ Nunc quoq; temporis, & momentum motus. Sic enim finem motus appellant. Et primum quidem mutatum esse dixit in tali fine qui est post totam mutationem: Nunc autem sumit principium & temporis & motus, id quod est vt pars. Clarum est autem ex eo quòd hoc dixerit principium, in quo cœpit primũ mutari, hoc est moueri. Quidquid autem mouetur, in tempore mouetur, & non in fine temporis. Eiusmodi autem principium, cùm sit pars continui & continuũ, potest diuidi in ea quæ semper possunt diuidi. Quod est autem eiusmodi non habet principium. quoniam quodcunq; ceperis potest illud diuidi. nam principium quidem quod non potest diuidi, quod opponitur fini, in quod mutatum esse dicitur, est huius-

modi

Cur motus & temporis dicatur esse finis in quo mutatum est, quod mutatum est, non autem principium.

Duplex finis & duplex principium motus & temporis

Signum Nunc Momentum principium & finis Lineæ temporis, motus.

modi vt in eo nõ mutetur aliquid, quemadmodum nec in fine. sed sit ante mutationem, & ante se nõ habet aliud principium. Ipse autem cùm principium motus & primum motum sumpserit, qui est in eo quod est mutari, vt qui sit pars motus & in tempore, finem autem id in quo primùm mutatum est id quod mutatur, id quidem dicit esse & sumi posse: contingit enim perfici mutationem: illud autem non esse, nec sumi posse. quoniam totius in illo principij est aliud principium. quemadmodum etiam ĩ fine, qui est vt finis cuiuslibet partis, potest sumi alius finis. & scilicet quemadmodum cõtinuo toto quidem sumpto finito, & fines qui nullas habent partes, & ij qui sunt vt partes vltimæ possunt sumi: Quando autem sumptum fuerit vt quod diuidi potest in infinitum, neq; fines qui nullas habent partes, neq; qui diuidi possint in partes possunt comprehendi. ante quemuis enim sumptum qui possit diuidi est alius & post quemuis est alius. & si sumpta fuerit aliqua pars prima vel vltima, quoniam ea potest diuidi, necesse est in quacũq; eius parte mutata sit. Quare rursus erit aliquid ea prius & si semper diuidatur id quod sumptum fuerit, solum primũ erit id quod vt in secabile est principium vel finis.

XLVIII Neque verò eius quod mutatum est, est aliquid primum quod mutatum est. Sit enim DF, quod primum mutatum est eius quod est DE: quidquid enim mutatur, ostensum est posse diuidi: tempus autem in quo DF mutatum est, sit in quo sit HI. Si ergo DF mutatum est in vniuerso, in dimidio minus erit id quod mutatum est & prius DF, & rursus eo aliud, & illo aliud. & semper hoc modo.
XLIX Quare eius quod mutatur nihil erit primum quod mutatũ est. Quòd ergo neq; eius quod mutatur, neq; in quo tempore mutatur, primum nihil sit, clarum est ex ijs quæ dicta sunt.

XXXV

Eius quod mutatur nihil pōt primũ sumi, tanquam pars.

Cum ostendisset nihil posse sumi temporis, in quo primo id quod mutatur inchoauit mutationem: nunc ostendit ne eius quidem ipsius quod mutatur aliquid primum posse sumi vt partem. eiusmodi enim primũ nunc quoq; sumit, sed non id quod nullas habet partes, quod opponitur fini qui caret partibus. quod quidem dixit in tempore id in quo mutatum est. Et ipsum quoque ostendit per expositionẽ, vtens deductione ad id quod fieri non pōt. Quoniam enim quidquid mutatur potest diuidi, sit FE totũ quod mutatur. & diuisum sit in partes FD. DE. Et sit FD prius mutatũ q̃ DE: tẽpus aũt in quo FD mutatũ est, sit HI. est enim omnis mutatio in tempore: & vide quòd nunc tempus posuit HI in quo mutatum est FD, nõ tanquã finem sumens illud, Mutatum est, sed ponens pro eo quod est Mutabatur: Si ergo in vniuerso tempore HI illud DF mutatum est: in dimidio temporis HI quoniam vniuersum quoq; tempus potest diuidi: aliquid minus DF erit mutatum. & videlicet etiam ante totum FD, & rursus huius partis aliquid aliud primum per diuisionẽ eius temporis quod sumitur. Sic autem erit semper primo aliud prius. & nihil erit eius quod mutatur quod primum mutatum sit. In his itaq; concludit quòd neq; eius quod mutatur, neq; temporis in quo mutatur id quod mutatur potest aliquid primum sumi.

Ipsum autem quod mutatur. vel per quod mutatur, non amplius se habebit similiter. Tria enim sunt quæ dicuntur per mutationem: & Id quod mutatur, & In quo, & Per quod mutatur. vt homo & tempus & album. Homo ergo & tempus sunt eiusmodi vt possint diuidi. De albo autem alia ratio. Verumenimuero per accidens quidem possunt omnia diuidi. cui enim accidit qualitas vel album, illud potest diuidi. Nam quæcunq; dicuntur per se esse eiusmodi vt possint diuidi, & non per accidens, ne in eis quidem est id quod est primum. quemadmodum in magnitudinibus. Sit enim in qua est AB magnitudo. & moueatur ex B in C primũ. Ergo si non poterit quidem diuidi BC, id quod nullas habet partes, ei quod nullas habet partes cohærebit. Sin autem poterit diuidi: erit aliquid prius C in quod mutatum est. & illo rursus, aliud: & sic semper. quoniam nunquam deficiat diuisio. Quare non erit primum in quod mutatum est. Similiter autem etiam in mutatione quanti. ea enim est in continuo. Clarum est ergo quod in solo motu qui est per qualitatem, contingit per se non posse diuidi.

XXXVI Postquam ostendit nec temporis esse aliquid primũ, in quo id quod mutatum est inchoauit mutationẽ, neq; eius quod mutatur esse aliquid primum quod mutatum est: quoniam omnis mutatio est alicuius quod mutatur, & in aliquo, in tempore enim: & per aliquid. aut enim p locum, aut per quantum, aut per qualitatem, aut per contradictionem: transit ad hoc tertium per quod fit mutatio, quærens etiam in eo an sit aliquid primũ eius p quod fit mutatio. Cùm autẽ de eo dixisset ab initio, Ipsum aũt quod mutatur }id transmutauit in id quod est apertius; nẽpe hoc, Per quod mutatur. hoc enim adiecit vt quod illud exponeret. & dicit non similiter se habere id quod q̃ritur in quolibet p quod fit mutatio atq; in eo ipso qđ mutatur & tempore. ea enim sua qdẽ ipsorũ natura possunt diuidi: & ideo nihil pōt in eo primũ sumi, in quo sit principiũ mutationis: sed nõ vtiq; quodcunq; p quod fit mutatio pōt p se diuidi. Qualitas. n. per quã fit mutatio, quæ est p alterationem, nõ pōt vtiq; sua ipsius natura diuidi. qm̃ nec est quantitas. per accidẽs aũt pōt ipsa quoq; diuidi, quoniam id quod ei subijcitur & alteratur, pōt diuidi. cum eo enim potest qualitas quoq; vnà diuidi, vt q̃ ipsa quoq; sit quanta per accidens. est enim quanti diuidi. Dixit autem posse oïa diuidi per accidens, non quòd locus & magnitudo diuidãtur per accidens: ea enim per se possunt diuidi: Sed vel omnes qualitates per quas est alteratio dixit posse diuidi per accidens: vel quòd cũ vnà cũ eis quæ possunt diuidi cõnumeretur quoq; id quod diuiditur per accidens, oïa per quæ est mutatio fiunt eiusmodi vt possint diuidi. & in his omnibus verũ est nõ posse primum sumi propter diuisionem quæ fit in infinitũ.

Eius per qđ fit mutatio fit ne aliqđ primum.

Qualitas nõ potest diuidi, nisi p accidens.

D Deinde cũ eorum per quæ fit mutatio ea sumpsisset q̃ per se possunt diuidi, locũ in eo primũ ostendit, quod nõ possit sumi id quod est primũ cũ exposuisset quæ mouetur quidem magnitudinem AB, locũ autem in quo mouetur qui ipse quoq; habet principium B, finem autem C. quoniam id quod suo mouetur principio vel fine principij, locũ tangens sic motũ incipit. Quamobrem commune cepit B, cum cepisset loci aliquã partem BC, quã quidẽ vel diuidi posse vel nõ posse diuidi necesse est. Et si diuidi quidem nõ possint B & C cum etiam ĩter se cohæreãt, erit locus BC qui est continuus, & magnitudine præditus, compositus ex ijs quæ non possunt diuidi: & inter se cohærebũt ea quæ nullas habent partes & nõ possunt diuidi: quod quidẽ ostensum est nõ posse fieri: Si autem loci fines à se inuicem sunt diuisi, nempe B e C, erit aliquid ante C, vtpote D, in quod primumum mutar est id quod per locum mouetur à B in C, et D rursus aliud prius, vtpote E. & illo rursus aliud prius. & sic semper. adeò vt loci nihil possit sumi primũ, in quod mutatũ est id quod mouetur, propterea quòd nunquã deficiat diuisio. Simi-

In loco per quẽ fit motus non potest sumi id quod est primum.

In mutatione quàm nõ potest simul id quod est primum.

lis autem erit ratio etiam io mutatione quanti, quæ fit p augmeotũ & diminutionem. Et adiecit causam similitudinis, quoniã ea quoq; quæ augetur magnitudo est cõtinua, & quæ diuidi potest in ea quæ possunt semper diuidi. quæ enim tantum in tanto tẽpore augetur magnitudo, minus etiã augebitur io minori, & io ea rursus quæ est ea minor, minus, Quòd autem I loco priorẽ fecerit demonstratiooẽ, illic ostendit, cùm aliam quidem sumpserit quæ mouetur magnitudinem A B, aliam autem in qua mouetur B C quod mouetur à B in C. Quæ autẽ augetur & minuitur magnitudo est in eodem. Cùm autem ostendisset nee loci nee magnitudiois posse aliquid primum sumi, propterea quòd siot cõtinua, et quòd diuidi possint in ea quæ semper possunt diuidi: subiunxit eorũ per quæ fit motus solummodo qualitatem cõtingere esse eiusmodi vt per se posit diuidi, clarũ est autem eam posse etiã diuidi per accidẽs. Quòd si suapte sit natura eiusmodi vt oõ posit diuidi, ne in ipso quidẽ erit aliquid primũ. est enim primũ in eo, quod diuiditur & habet partes. Quinetiam quatenus subiecti, eum quo simul diuiditur, non est aliquid primũ: nec eius quidem ipsius quod simul diuiditur fuerit primum aliquid. Simul autem diuiditur alteratio, nisi fiat tota simul mutatio, quam ipse fieri censuit in primo libro, disserens aduersus Melissũ quando dixit, Quasi oon sit quæ aceruatim & tota simul fiat mutatio. Eudemus autem cautius de ea re statuit, sic scribens

Alteratio diuiditur simul cũ subiecto, nisi tota fiat simul mutatio.

» in secundo naturalium. Ea autem quæ alterantur quo» modo oportet accipere? vt quæ muteotur? Si enim cor» pus alteratur quatenus est quantum, & non vniuersum » simul calefit & exiccatur: in lineis est id quod primũ est, » Sinautem aliquo alio modo afficiuntur: alia est ratio.

CAPVT VI.

L Voniam autem quidquid mutatur, mutatur in tempore: dicitur autem mutari in tempore, & vt in primo, & vt p aliud: quemadmodum in anno, quoniam mutatur in die: in quo primum tempore mutatur id quod mutatur, in qualibet eius parte mutetur necesse est. Patet autem hoc vel ex definitione. Pri-

LI mum enim sic dicebamus: Verum ex his etiam fit manifestum. Sit enim in quo primo moueatur id quod mouetur, in quo sit X R. & diuisum sit per K. omne enim tempus diuidi potest. In tempore autem X K vel mouetur vel nõ mouetur. Et rursus in tempore X R, similiter. Si ergo in neutro mouetur, quieuerit in vniuerso. Fieri enim nõ potest vt moueatur quod in nullo eorum mouetur. Sinautem in altero solo mouetur: non mouebitur in primo X R. per aliud enim est motus. Necesse est ergo vt moueatur in qualibet parte X R.

XXXVII Postquam ostendit non posse sumi primum in tempore in quo aliquid mouetur: quoniam dicitur aliquid mutari in primo tempore, quod non mutatur in aliqua parte eius temporis quod dicitur, sed in eo quod est proxime: instituit ostendere quod hoc quoq; primum quod potest diuidi, non permittit vt id quod est primum accipiatur. Cùm enim duobus modis dicatur mutari in tempore, vel vt in primo, vel vt per aliud: per aliud quidem est quod mutatur in aliqua harum partium: in hoc enim anno est certamen, quoniam in hoc eius die: primo autem, quòd io hoc die vel hac hora. Primum ergo quomodo dicitur hoc tempus, si non potest sumi primum tempus, & ostendit nec hoc quidem esse primum propriè siquidem hoc quoq; potest in partes diuidi cùm sit tempus, & oecesse est id quod mutatur mutari in qualibet

In eo primo quod diuiditur in tempore nõ potest sumi primũ.

Mutari i tẽpore & primo, & per aliud.

E eius parte: vt non possit dicere in quonam primo motũ inchoarit id quod mouetur, eo enim quod primum sumptum est potest aliquid aliud prius sumi: & illo aliud: & sic semper. Ostendit autem ex definitione quoq; eius, quod est huiusmodi primum, quod cùm sit pars aliqua totius, potest ipsum quoq; diuidi. in primo enim tempore dicebatur esse aliquid vel moueri. quod non erat vel mouebatur in aliquo eorum quæ sunt dicti temporis. ei enim quod est per partem aliquam, vel ei quod est per aliud, primum opponitur. Vt quod ergo diuidi posit, hoc quoq; tempus sumptum est, siquidem propterea est primum, quòd non sit in aliqua ex suis partibus. Tertiam autem rursus demonstrationem facit per expositionem, & per deductionem ad id quod oõ potest fieri, nempe quòd nec in eo quidem verum est primum esse tempus propriè in quo mouetur aliquid. Sumit autem tempus in quo primo mouetur id quod mouetur, tempus X R. & quoniam potest omne tempus diuidi, diuidit ipsum

F in K. Quod itaq; mouetur in primo tempore X R, in eius parte X K vel mouetur vel non mouetur. & similiter in parte K R. Et si in neutra quidem mouetur, ne in vniuerso quidem tempore X R mouebitur, sed quiescet. Quod enim in nulla ex partibus alicuius mouetur, hoc fieri nõ potest vt in toto ipso moueatur: Sinautem in altera eius parte, nempe X K vel K R mouetur, in altera autem non mouetur: non mouebitur in primo X R. fit enim vt moueatur in aliquo eorum quæ sunt eius. quod quidem nõ est moueri in primo tempore X R. id enim est in primo, quod non est in aliquo eorum quæ sunt eius, sed in vniuerso. Non est ergo primum tempus, tempus X R, siquidem potest omne tempus diuidi. Sed si id est in primo tempore, quod non est in aliquo eorum quæ sunt eius, sed in vniuerso: fieri potest vt quod mouetur in vniuerso tempore X R, moueatur in ipso primo. Etsi enim possit diuidi tempus X R, quod nõ in aliqua eius parte mouetur, sed in vniuerso, in eo primo dici posit moueri. Sed prin-

G cipium quidem temporis, & sic primum sumi non potest, quam enim partẽ temporis ceperis tanq̃ primam, seipsa habet prius aliquid, propter diuisionem temporis in infinitũ: Tempus autem aliquod primũ sumi potest, si totum simul sumatur. in toto enim aliquid vniuersum mutatur, & non in parte eius, vt vnà cum motu eius extendatur mutatio. Certamen enim peragitur in hoc mẽse, sed oõ primo, sed primo hoc die. & huius diei in horis omnibus quibus peragitur similiter. Et est hoc primum tempus, noo quòd non sit aliud tempus ante ipsum, sed quòd non sit aliud ante ipsum in quo certamen peragitur. & quòd non in qualibet eius parte, vt introducatur diuisio in infinitũ: sed in toto ipso totum certamen peragitur. & mutatio eius extẽditur vnà cũ motu temporis. Aristoteles autem in expositis demonstrationibus ostendit non posse sic sumi primum temporis vt principium temporis. quocirca vsus est etiam diuisione temporis in infinitum, nunq̃ ipsum in toto accipiens. Deinceps autẽ

Tempus primũ sumi potest, sed non id quod est primũ tẽporis.

H ipsum quoq; vt totum sumens, primum tempus ipsum vocat, quando dicit, Si enim in primo tempore X R motum est K L. Quoniam autem est quæstio necessaria, nõ est alienum vt existimo, ea quoq; quæ de ea ab Eudemo scripta sunt adducere, qui ex omnibus iterpretibus, Aristotelis sententiam magis nouit. Hæc autem scribit Eudemus in secũdo naturaliũ. Quomodo erit primũ in » eo in quo mutatum est? in eo enim in quo perfectũ fuit, est. finis enim in eo est. Finis autẽ vel Primũ dicitur multis modis, Voo quidem modo, in insecabili. id autem est in eo quidem quod est mutatum esse, quoniam est » mutatum esse in insecabili: In eo autem qnod est quiescere & mutari non est, quoniã nec mouetur nec quiescitur » in insecabili. In quo autem primo mouetur, est vt dictũ » est: non tamen in aliquo. sed similiter in vniuerso. dicimus enim in mense Olympico defecisse solem, quoniã in noua luna. Porrò autem in noua luna, quoniam

Eudemus maxime ex omnibus interpretibus nouit mentẽ Aristotelis.

Finis & principium vno modo dicuntur in insecabili.

Mensis Olympicus.

in

in aliqua eius parte. In hac autem eius parte, non vtiq; quod in alia, sed quòd ī qualibet eius parte. sed ea potest in partes diuidi. Quare prior est ī priori. prior.o.pars est in parte. sed tota in toto tēpore. quamobrē in eo primo defecit vt in tempore. Tempus ergo non est primū. quoniam potest totum in partes diuidi. In quo autem primo mouebatur, vel aliquo alio modo afficiebatur, est, quoniam hæc sunt in tempore: & sic in aliquo, vt fiant in aliqua eius parte. Hoc autem dicit illud, In primo.

LII Hoc autem ostenso, clarum est quòd quidquid mouetur, prius motum sit necesse est. Si enim in X R tempore primo motū est K L magnitudo in dimidio quæ æquali celeritate mouetur, & simul cœpit: dimidium erit motum. Si quid autem eiusdem celeritatis motū est in eodem tempore: alterum quoq; necesse est eandem esse motam magnitudinem. Quare motū erit id quod mouetur.

XXXVIII Cùm ostensum sit omne tempus, & omnem magnitudinem, & id quod primum dicitur, diuidi posse in infinitum: ei dicit esse cōsequens, ut quidquid mouetur, prius necessario motū sit. Non tanquā autem à motu cessasse, dicitur motum esse id quod mouetur, sed tanq; iam aliquid peruasisse quod peruadit. Quoniam enim id quod mouetur, quando mouetur, mutatum est ex aliquo in aliquid: si in eodem enim esset, non moueretur: quod autē mutatum est, motum est: clarum est quòd id quod mouetur motum esse necesse est. Ipse autem hoc sic ostendit.

Quidquid mouetur necessario prius motū est.

Sumit K L, quod mouetur in X R tempore primo. mouetur ergo in oī eius parte. illud enim, Motum est, vt dixi sumit, non tanq̄ dicatur motum esse quod iam cessauit, à motu, sed vt quod in mouendo iam aliquid peruasit. Quoniam ergo est aliquod tēpus X R, in quo primo mutatur id quod mouetur K L, eo quód in ipso vniuerso mutetur: si quid sumptum fuerit quod moueatur æquali celeritate cum K L, quod simul cum K L incipiat moueri: in dimidio tempore temporis X R, nempe tempore X B, peruadet dimidium. In eodem autem tempore etiam K L, quod est æquali cum eo celeritate, & simul cum eo incepit, idem transibit. in qualibet enim temporis parte motum est, quod in eo vniuerso mouetur. Quod ergo totū mouetur, dimidium prius motū est. Quoniam autem K L in primo tempore X R motum esse positum est: propterea sumpsit aliquid aliud pari celeritate cum K L, in dimidio tempore temporis X R moueri dimidium eius quod motū est K L in toto tempore X R. ut per illud ostendat quoq; K L, antequam totū motū sit, motū quoq; esse dimidiū. Si enim ipsum K L per se sumpsisset, in dimidio temporis X R, nempe tempore X K, motum esse: videretur pati posse aliquam obiectionem, quoniam in primo tempore X R positum est K L motum esse.

LIII Præterea autem si in vniuerso tempore X R, vel omnino, vel in quolibet tempore, quod ipsius Nunc extremū cœperit: id enim est quod terminat, & id quod inter ipsa Nunc intercedit est tempus: etiam in alijs similiter dicatur motū esse. Est autem dimidij extremum diuisio. Quare etiam motum erit in dimidio: & omnino & in qualibet parte. semper enim simul cū sectione tempus erit definitum ab ipsis Nunc. si ergo vniuersum quidem tempus potest diuidi, tempus, inquam, quod inter ipsa Nunc intercedit: vniuersum mutatum erit infinita.

XXXIX Hoc est secundum argumentū, quòd ostendit necesse esse quidquid mouetur prius esse motum. si enim quidquid motum est, motū esse dicimus ī quolibet tempore, quod acceperit extremū Nunc terminās præteritū tempus in quo mouebatur: ante quoduis eorum Nunc est tempus, propterea quòd ipsa Nunc inter se non cohæreant: quoduis autem uel minimum tempus per ipsum Nūc diuiditur: videlicet etiam in illo Nunc quod præteritum tempus diuidit in dimidium, motum erit. Quare id qđ mouetur ad ipsum Nunc, quod est extremum temporis, antequam hoc motu moueatur, motum erit, quando peruasit dimidium. erat enim etiam dimidij extremum aliquod Nunc. & non solùm dimidij, sed etiam cuiuslibet partis & maioris & minoris: quoniam quoduis vel minimum tempus potest diuidi & diuiditur per ipsum Nūc. & per vnumquodq; Nunc motum est, quemadmodum mouetur per vnumquodq; tempus. Si autem hoc ita habet & quoduis etiam tempus ab ipsis Nunc in infinitum diuiditur, & inter omnia Nunc intercedit tempus, ne ea Nunc inter se cohæreant: non solùm id quod mouetur in infinitum motum est antequam moueretur, sed etiā motum est infinitis partibus. quoties enim sumi pōt Nunc in tēpore in quo mouetur id quod mouetur, toties de eo potest prædicari motū esse. Nunc autem toties sumi potest, quoties potest tempus diuidi. tempus autem in infinitum diuidi potest vt ostendetur. Infinita ergo motum erit id quod mouetur. Si enim potest quoduis tempus diuidi: inter diuisiones autem tempus quoq; intercedit, propterea quòd ipsa Nunc inter se non cohæreant: poterit ipsum quoq; diuidi. Quare si potest quidem diuidi quoduis tempus, post quamuis autē diuisionem restat tempus: nunquam deficiet diuisio, quod nunquam deficiat in sectionibus id quod potest diuidi: id autem est tempus: est ergo diuisio in infinitum. Quantum autem procedit diuisio, tantum etiam ipsa Nunc. fit enim per ea diuisio. Quantisper autem ipsa Nunc: tantisper etiam motum esse prædicatur de eo quod mouetur. Infinitis ergo partibus mutatum erit id quod mouetur.

Clarum est ergo esse potestate infinita sed non actu. quemadmodum diuisio quoq; habet potestate id quod est infinitum quòd id quod diuiditur diuidatur in infinitum: sed non quòd actu vnquam diuidatur in infinita.

Præterea autem si id quod continenter mutatur, & non interijt, neq; cessauit à mutatione, vt vel mutetur vel mutatum sit in qualibet necesse est: in ipso Nunc autem non licet mutari: necesse est in vno, quoq; ipsorū Nunc esse mutatum. Quare si sunt ipsa Nunc infinita, quidquid mutatur erit mutatum infinita. LIIII

Hoc est tertium argumentū, quod probat, quòd quidquid mutatur mutatum est prius in infinitum. Quod enim continenter mouetur, & neq; interijt, & neq; à motu vel tantillū cessauit, necesse est vt in quo tempore dicitur moueri, in eo vel mutetur, vel mutatum sit. Atqui ostensum est in ipso Nunc non licere moueri. ergo mutatū esse. Quare in vnoquoq; ipsorū Nūc q̄ sumūtur ī tp̄e, in quo mouet̄ id quod mouetur cōtinēter, motū erit & mutatū. Sunt autem ipsa Nunc infinita vt in infinitū. Erit ergo infinita mutatum id quod mutatur. XL

Non solùm autem id quod mutatur, mutatū esse necesse est, sed etiam id quod mutatū est, necesse est prius mutari. quidquid enim ex aliquo in aliquid mutatum est, mutatum est in tēpore. sit enim in ipso Nunc mutatum ex A in B. Ergo in eo ipso Nunc in quo est in A, non mutatum est. simul enim fuerit in A & in B. Quòd enim id quod mutatum est, quando mutatum est in eo non sit, prius ostensum est. Si autem LV

in alio intercedit tẽpus. non erant. n. ipsa. Nunc E
LVI cohærentia. Quoniã ergo mutatum est in tempore, quod uis autẽ tempus potest diuidi: in dimidio erit aliud mutatũ, & rursus in illius dimidio, aliud. & semper sic vt prius mutetur.

XLI Quidquid mutatur necesse est prius mutari.

Postquam ostendit necesse esse vt quidquid mutatur prius fuerit mutatum, ostendit id etiam quod est eorum cõuersum verũ esse, nẽpe quòd quidquid mutatũ est prius mutari necesse sit. Hoc autem ostendit, cũ prius ostendisset quidquid ex aliquo in aliquid mutatum est, mutatum esse in tempore. Hoc autem ostendit per deductionem ad id quod non potest fieri. si enim non in tempore, sed in eodẽ Nunc, mutatum est ab A in B: simul erit in A & in B. quod non potest fieri. neq; enim fieri potest, vt id quod mutatum, est, quando fuit mutatũ, sit in eo in quod fuit mutatum. sicut prius ostendit quando dicebat, Mutare & relinquere vel idem est, vel id quod est mutare, F relinquere consequitur. Clarior autem esset dictio, si cum ei quod est, simul enim fuerit in A & in B, intulisset id quod fieri non potest, tunc in memoriam reuocasset causam eius quod fieri non potest, dicens, Quòd enim id quod mutatum est, quando mutatum est in eo non sit, prius ostensum est. Si ergo non in eodem Nune ab A in B mutatum est, sed in alio & in alio: inter quæuis autem Nunc tempus intercedit, siquidem non sunt ipsa Nunc cohærentia: in tempore scilicet sustinuit mutationem. Id enim significat Nunc quod est in tempore mutatum esse, sed non illud quod est finis eius quod est mutari.} Si ergo mutatum est in tempore: potest autem quoduis tempus diuidi: videlicet etiam in dimidio temporis mutatum est dimidium. & prius quidem dimidium antequam totum. & in dimidio dimidij temporis dimidium rursus dimidij magnitudinis mutatum est. & sic semper, propter diuisionem temporis in infinitũ. Quod autem per partes mutatum est, fieri non potest vt totum G simul aceruatim mutatum sit. sed per id quod est mutari, procedit ad id quod est esse mutatum. solum modo enim esset id quod est mutatum, non mutatum per id quod est mutare, si expers temporis fieret mutatio. & esset ex in secabilibus composita magnitudo. Cùm autem in tempore fiat omnis mutatio, necesse est quidquid mutatũ est ex aliquo in aliquid, per id quod est mutare prius esse mutatum.

Præterea autem id quod dictum est, clarius
LVII est in magnitudine. propterea quòd sit magnitudo continua, in qua mutatur id quod mutatur. sit enim id quod mutatũ est ex C in D. ergo si non potest quidem diuidi C D: id quod nullas habet partes, ei quod nullas habet partes cohærebit. Quoniam autem hoc fieri non potest, necesse est id quod intercedit esse magnitudi- H nem, & diuidi posse in infinita. Quare in illa prius mutatur. Necesse est ergo quidquid muta-
LVIII tum est, prius mutari. Eadem est enim demonstratio etiam in non continuis: quemadmodũ & in contrarijs & in contradictione. Sumemus enim tempus in quo mutatum est. & rursus dicemus eadem, adeò vt necesse sit id quod mutatum est mutari, & id quod mutatur mutatum esse. & eo quidem quod est mutari prius est mutatum esse. eo autem quod est mutatum esse mutari. & nunquam sumetur primum. Eius autem causa est, quòd id quod nullas habet partes, ei quod nullas habet partes non cohæreat.

E est enim diuisio in infinitum. quemadmodum in lineis quæ augentur & detrahuntur.

XLII Mutari esse ante mutatum esse euidentius cernitur in magnitudine.

Cùm ex tempore in quo est mutatio, ostendisset mutari esse ante mutatum esse, hoc dicit esse euidentius ex magnitudine in qua fit mutatio in ijs scilicet quæ mutantur per magnitudinem. ea autem sunt & quæ per locum mutantur, & quæ per augmentum & diminutionem. quæ enim mutantur per qualitatem, non subijciuntur illi demonstrationi quæ fit ex magnitudine. quemadmodum nec ea quæ fiunt & intereunt. non est enim eorum mutatio per quantitatem. Quare non sunt per continuitatem, & eiusmodi vt semper possint diuidi, ex quibus facta est demonstratio. Quòd autem propositum sit manifestus in magnitudine quàm in tempore, clarum est, si quidem in demonstratione quidẽ quæ fit a tempore usus est etiã magnitudine, quando dixit, In dimidio erit aliud mutatũ, & rursus in illius dimidio aliud} in demõstratio F ne autem quę fit à magnitudine, nõ opus est tempore. Ipsum autẽ ostendit duabus sumptis magnitudinibus: vel loci, vt in mutatione per locũ: vel per quam est augmentũ & diminutio. & hoc quidem sumpto ex quo mutatur, illo verò in quo mutatur primũ, hoc quidem C, illo verò D. in quibus necesse est vel non posse diuidi totũ. C D, vel posse diuidi. sed vt nõ possit diuidi nequit fieri: id enim quod nullas habet partes, ei quod nullas habet partes cohęreret, & id ex quo, & id in quod: Sin autem põt diuidi, intercedit magnitudo. cuius hoc quidẽ est ex quo, principium: illud verò in quod finis. magnitudo autem põt diuidi in ea quæ semper possunt diuidi. Quare prius mutantur in partes & in partes partium. Hæc autem cum dixisset, communẽ infert cõclusionẽ, quòd necesse sit id quod mutatũ est, prius mutari. Et quoniã propinqua demonstratio quæ fit à magnitudine seu continuo, non conuenit ijs quæ mutantur per qualitatem, quæ quidem dixit contraria, nec ijs quæ per generationẽ mutantur & in- G teritũ, quæ uocat in cõtradictione, in ijs dicit eandem esse demõstrationẽ quæ à tempore in quo mutata sunt sumitur. talis autem erat quę hanc præcessit demonstratio, quæ vsa est continuo, & eo ex tempore quod semper potest diuidi, in omni mutatione. Meritò ergo ambo simul deinceps vniuersẽ conclusit & generaliter quòd & id quod mutatum est necesse est prius mutari, & id quod mutatur, mutatum esse, & vtrunq; semper ante alterum. Non potest enim sumi primum, & principium mutationis, propterea quod cõtinua diuidi possint in infinitum, nec sint ea composita ex ijs quæ nullas habent partes. est enim infinita diuisio in continuis. Et quemadmodum, inquit, hoc est clarum in lineis quæ augentur & detrahuntur. si enim sumpserimus aliquam lineam, & eam in duas partes diuiserimus, & dimidium quidem seruauerimus indiuisum, eius autem dimidium, cùm rursus diuiserimus in duas partes, alteram eius adiecerimus dimidio quod diuisum non est à principio, & semper id H quod est indiuisum ab initio auxerimus additamento dimidiorum eius quod diuiditur: in infinitum videbitur detractio & augmentum.

Continua diuidi posse in finita, perspicuum est ex lineis quæ augentur & minuuntur.

Clarum est autem quòd etiam id quod fa- LIX ctum est necesse est prius fieri, & id quod fit factum esse, quæcunq; diuidi possunt & sunt continua. non tamen semper id quod fit, sed aliud nonnunquam quemadmodum eorum quæ sunt eius aliquid. sicut fundamentum domus. Similiter autem etiam in eo quod interit & interijt. statim enim inest ei quod fit, & ei quod interit, aliquid infinitum, cùm sit quidem continuum: nec fieri potest vt fiat quod non factum sit aliquid, neq; factum esse quod non fiat ali-

quid

quid. Similiter autem & in eo quod est interire & interijsse. semper enim interijsse erit prius quam interire. & interire quàm interijsse. Clarum est ergo quòd etiam id quod factum est prius fieri necesse est, & id quod fit factum esse. quæuis enim magnitudo & quoduis tempus semper possunt diuidi. Quare in qualicunque fuerit, non fuerit vt primo.

XLIII Cùm prius dixisset quòd eadem demonstratio quę ostendit mutari esse ante mutatum esse, conuenit etiã non continuis, & contrarijs, & ijs quæ sunt per cõtradictionem, quoniam á tempore sumpta fuerit demõstratio: nunc ostendit quòd etiam in ijs quæ mutantur per contradictionẽ, hoc est in ijs quæ mutantur ex eo quod nõ est in id quod est, vel ex eo quod est in id quod nõ est, hoc est, in ijs quæ oriuntur & intereunt, quæcunque diuidi possunt & sunt continua, non solũ quæ fit ex tpe conueniet demonstratio, sed etiam quæ sumitur ex magnitudine. Quocirca eam quæ facta est magnitudinẽ prius fieri necesse est, & eam quæ fit factam esse. Et non solùm in ijs quæ fiunt vera est oratio, sed etiam in oĩbus quæ quomodocunque mutantur. nõ tñ semper quod fit id quoque prius factum est, sed aliqua ex illius partibus. cùm enim adhuc fiat domus, aliquid eius iam factum est, nempe fundamentum, quoniam fiunt parietes & tegulæ. Quinetiã in ipso fundamento fortè verum est dicere, quòd ante id quod fit, semper aliquid factum est, propter diuisionẽ in partes quæ fit in infinitum. Quare autẽ cùm dixit, SED aliquid aliud} adiecit, NONNVNQVAM. semper enim in eo quod adhuc fit, eius pars aliqua prius facta est. An quòd illud, Nonnunquam, adijcitur, nõ in ijs quibus factum esse pręcedit fieri, sed in quibus fieri factum esse. nonnunquam enim hoc ipsum dicębatur fieri, quod nũc dicitur factum esse: quẽadmodum domus vel fundamentum: nonnunquam autem quod prius fiebat nõ erat id quod nunc factum est, sed aliquid aliud & pars eius. si enim domus facta est, prius fiebat. sed fiebat quidẽ etiam quoniam tota domus perficiebatur. Quinetiã quoniam eius fiebat fundamẽtum, erat domus aliquid quod fiebat. Similiter autẽ habet, inquit, etiã in eo quod interijt, sicut in eo quod fit. interijsse enim præcedit interire, & interire pcedit interijsse. Et in his nõ necesse est id quod interijt id esse quod prius interibat, neque id quod interit, id quod interijt, sed potest etiam pars totius esse id quod præcedit. quẽadmodum enim se habet in generatione, ita etiã in interitu se habeat necesse est. Porrò aũt causam adiecit, cur ea se inuicem præcedãt in generatione & interitu, quòd sit aliquid infinitum in his quæ fiunt & intereunt. Corporum enim per se est & propriè generatio et interitus, Corpora aũt possunt diuidi in infinitum. Iam verò huius quoque causa est quòd ea sint continua: Quicquid enim est continuum, potest diuidi in infinitum, quoniam non constant cõtinua ex ijs quæ nullas habent partes. Quinetiam tempus quoque in quo est generatio & interitus, cũ sit continuum, ipsum quoque potest diuidi in infinitum. Quare etiã propter eam quę fit á tpe demonstrationem, & propter eam quæ á magnitudine, etiã in generatione & interitu alterum semper præcedet alterum. Id autẽ quod in principio dictionis dictum est, Quæcunque diuidi possunt & sunt continua, dicit Alexander adijci, quòd sunt quædã de quibus facta esse pręedicamus, cùm per generationem id quod sunt nõ habeant. contactus enim factos eẽ dicimus, non autẽ gigni ac fieri. Et in ijs scilicet q̃ sunt hmõi factum esse non præcedit fieri, neque fieri factũ esse, siquidem nec oĩno quidem est in his fieri. In summa aũt quòd mutari quidẽ semper præcedat mutatũ esse, mutatum aũt esse mutari, in mutatione quidẽ quę fit per locum est notius, propterea quòd loci spatiũ sit continuum, & diuidatur similiter ac tẽpus: In alijs autẽ mutationibus cautius est distinguere, quòd si oĩs quidem mutatio est in tpe, verũ est quòd mutari in tpe præcedit mutatum esse, & mutatum esse mutari: Si aliquæ autẽ aceruatim & totæ simul fiant mutationes, nõ est hoc vtique fortasse cõcedendum. Aceruatim aũt & totas simul dico, non quòd vniuersè partes solùm, quẽadmodum in concretione, sed quòd non in tpe. in his enim non pręcedit inuicem mutari & mutatum esse. quoniam ne est quidẽ omnino in eis mutari. Videtur autem Theophrastus dubitare an sit oĩs mutatio in tpe, suspectas fortasse habẽs mutationes quæ fiunt in lucẽ ex tenebris, quoniam lucerna in domũculam illata, tota simul domus luce repente impleta sit absque tempore. Tactus autem, si id quod est non habet per generationem, nec generatus quidem seu factus esse dicitur, sed esse sine generatione. Quamobrem in primo libro de Cœlo, vnum ex significatis ingeniti seu non facti dicit Aristoteles esse id quod est per tactum.

Magnitudo q̃ facta est, prius fieret necesse est, & ea quæ fit facta sit.

Interijsse pcedit interire, & interire pcedit interijsse.

Quę facta eẽ dicimus, cũ p generationẽ id qđ sũt nõ habeant, in iis fieri nõ præcedit factum eẽ: nec factum eẽ fieri.

Mutationes q̃ fiunt aceruatim, non fiunt in tpe.

An mutatio oĩs fiat in tẽpore dubitat Theophrastus.

Tactus nõ dicit factus

CAPVT VII.

LX QVoniam autem quicquid mouetur, mouetur in tempore, & maior magnitudo in ampliori: fieri nõ potest vt finita magnitudo moueatur in tempore infinito, non ea quæ est semper eadem, & ex ijs quæ sunt eius quod mouetur aliquid, sed vniuersa in vniuerso. Quòd ergo si quid pari celeritate moueatur, necesse sit finitum moueri in finito, clarum est. sumpta enim parte quæ totum metietur, in tot paribus temporibus quot sunt partes, totã mota est. Quamobrem quoniam eæ sunt finitæ, & vnaquæque est quantum, & oẽs quoties: tẽpus quoque fuerit finitum. est enim tantum toties, quãtum est tempus partis, multiplicatum multitudine partium.

LXI Quinetiam etiam si non pari celeritate, nihil refert. Sit enim in qua A & B spatium infinitum quod motum est in infinito: & tempus infinitum in quo sit C D. Si quidem necesse est alterum altero prius motũ esse: hoc aũt clarum est, quòd in eo quod est prius & posterius temporis, alterũ motum est: semper enim ampliori motum erit alterum, seu pari celeritate, seu non pari mutetur, & siue intendatur seu remittatur motus, seu maneat, nihilominus: sumatur autẽ spatij A B aliquid, nempe A E, quod dimetietur A B: hoc vtique infiniti in aliquo tpe factum est. vt in infinito enim non potest fieri. vniuersum enim est in infinito. Et rursus alterũ si sumpsero quãtum est A E, necesse est id sit in tpe finito: est enim vniuersum in infinito. Et sic sumẽdo, quoniam infiniti quidem nulla est pars quã dimetietur, fieri enim non potest vt sit infinitũ ex finitis & æqualibus & inæqualibus, propterea quòd quæ sunt finita multitudine & magnitudine aliquod vnum sit dimensurum, seu sint æqualia seu inæqualia: definita autẽ nihilo secius magnitudine: spatium autẽ finitum quanta A E metiuntur; in tempore finito spatium A B moueatur.

Eius quidem est institutum ostendere, quòd neque in infinito tpe moueri potest linea finita vel motus, neque infinita infinito. & primũ id quod prius dictum est. Quomodo aũt sumpta linea finita & motu verũ est fieri non posse vt finita moueatur in tpe infinito, prius definit. nempe quòd XLIIII

Linea finita vel mot⁹ nõ põt moueri i tpe infinito.

pe ꝙ eam dicat totã quæ est finita, semel in vniuerso infinito peruadere, & non eandẽ sæpe. queadmodum videmus fieri in corpore quod circulari motu circumagitur. vel eiusdẽ aliquid rursus & rursus. sic enim contingit. & ꝙ fieri non possit vt eadem semel moueatur in tpe infinito. Et iam ante quidem ostẽdit, ꝙ nec in infinito tpe possint peruadi quæ sunt finita neq; in finito infinita, qñ ei obstitit quod dicitur à Zenone. hoc ipsum autem nũc ostẽdit, primùm quidem in magnitudine: deinde etiã in ipso, magis generali & magis vniuersa vtens demonstratione. Prius autẽ sumit quædam eorum quæ iam sunt in cõfesso, nempe ꝙ quicquid mouetur, mouetur in tpe. & ꝙ idem in maiori tpe maiorem mouetur magnitudinẽ, & videlicet etiam ampliori motu. Cùm aũt id quod mouetur aut æquali aut inæquali celeritate moueatur in eo primo quod æquali celeritate mouetur: ostendit id quod est propositum. in quo quidem est etiam expeditior demõstratio. sumpta enĩ aliqua totius lineæ vel totius motus parte, quæ totã cùm sit finita dimetietur, erit etiam tẽporis finitum aliquid, in quo lineę vel motus quę sumpta est pars mouebať. Si enim totam in tpe infinito mouebatur, partẽ scilicet mouebitur in finito, propter prius sumptum pronuntiatũ quod dicit, Idem in ampliori tpe maiorem moueri magnitudinem. In tpibus ergo æqualibus numero finitis, quæcũq; sunt partes lineæ & motus, totam motum est id quod mouetur. Si ergo partes lineæ & motus sunt & numero & magnitudine finitę, hoc enĩ ei significat illud, Vnaquæq; est quãtum, & illud Quoties: temporis quoq; partes & numero & magnitudine fuerint similiter finitę. Cuius aũt partes & magnitudine sunt & numero finitæ, ipsum quoq; totũ fuerit finitum. Infinitum ergo non est tps sed finitum, in quo finitam lineam & motu finito transmittit id quod moueť. Porrò autem, inquit, & si id quod mouetur nõ moueatur æquali celeritate, nihil refert ad ostendendum ꝙ finitã magnitudinem & motu finito, non in tempore infinito sed finito, peruadit id quod mouetur, si vnum solũ seruetur, vt in maiori tpe aliud assumat spatium, siue æquali moueať celeritate, siue motum vicissim intẽdat & remittat, siue semper maneat in altero eorum: vel remissione, vt solũ remittat: vel intensione vt semper intendat. Si adĳciatur enim aliquod tẽpus in quo motum est aliquid eius quod quomodocunq; mouetur: adĳcietur etiam oĩno aliquod spatium vel magnitudinis vel motus, spatio quod prius motum est in tpe prius sumpto. & diuiditur rursus tempus & si in linea & motu inæqualia, at in numero quidẽ certè & magnitudine finita. Hoc aũt ostendit cùm prius sumpsisset id quod iam est ostẽsum, ꝙ quicquid moueť, aliam ea priorem partẽ motum est, in parte totius tpis. Ex partibus enim magnitudinis & motus, quę mouentur, alia alia prior mota est, cùm per partes tpis priores & posteriores ordinẽ motus faciat ea quę mouetur. non enim omne spatium simul mota est. Sed cùm sic fiat motus, si tanto tpe tanto aliquo motu mota fuerit, siue ęquali siue inæquali celeritate moueatur: adiecto aliquo tpe in maiori tpe amplius mouebitur. nõ enim eandem mouebitur magnitudinẽ & in maiori & in minori, siquidẽ verum est illud pronuntiatum, quod dicit in maiori tpe maius moueri spatium, & non idẽ in maiori & in minori, cùm ad adiectionem tpis adĳciantur & motus & magnitudo. Quamobrẽ assumpsit primas partes magnitudinis vel motus, per primas partes tpis, moueri id quod mouetur. Si ergo partes habeant spatiũ & motus, vt puta A B, quarum has quidẽ priores, illas verò posteriores motum est id quod mouetur: si abstulerimus aliquã partem, nempe A E, quæ totam A B finitã dimetietur: & ab infinito tpe C D abstulerimus, in quã partem illã inæqualiter motum est id quod mouetur: erit videlicet finita & pars vniuersi. Et si rursus spatĳ & motus aliam abstulerimus, & id quod est tpis finitum sumpserimus, etiã si primo ablato tempori non fuerit æquale, est tñ finitum. qm̃

E totum finitum spatiũ mouebatur id quod mouebatur in tempore infinito. Fieri aũt non potest vt in eodẽ moueatur pars & totum. Si autẽ semper auferentes à finito spatio vel magnitudinis vel motus, ęquali ei quod primum ablatũ est, ipsum consumpserimus, & singillatim ab infinito tempore C D finitum abstulerimus, in quo mouetur id quod mouetur inæquali celeritate: tot erunt partes numeri, quot etiam magnitudinis. Sunt aũt numero finitæ partes magnitudinis. quicquid enim est finitum, diuidiť in numero finita inter se æqualia. Ergo etiam tpa erunt numero finita, in quibus id quod mouetur peruadet vniuersum spatium. Ex numero aũt & spatio finitis tempus cõpositum, erit ipsum quoq; finitum. In tpe ergo finito finitam lineam & motum mouebitur id quod mouetur, & nõ in infinito. Et si enim non sint tpis partes æquales, propterea ꝙ sit motus inęqualis celeritatis, cùm sint tñ finitæ numero, & vnaquęq; finita magnitudine, faciunt totum finitum, seu sint æquales, seu inæquales. Fuerit

F aũt talis syllogismus in secunda figura. Tempus in quo mouetur id quod mouetur seu finitam lineam seu motu finito, perficitur à partibus, quæ ipsum dimetiuntur, finitis numero & magnitudine. Infinitum tẽpus non perficitur à talibus partibus. Tempus ergo in quo id quod mouetur peruadit finitam, nõ est infinitum. Quoniam aũt infiniti tpis non poterat sumi pars aliqua, quæ ipsum sit dimensura: in vnaquaq; aũt parte magnitudinis quã mouetur id quod mouetur, vel motus, põt sumi aliqua finita pars tpis: & simul cum partibus magnitudinis vel motus perficiunť partes tpis, seu inter se fuerint æquales seu inæquales: tempus aũt quod constat ex finitis & magnitudine & numero, est finitum & non infinitum: ideo demonstrationem hoc modo aggressus est.

Similiter autem etiam in quiete. Quare nec fieri nec interire semper potest aliquid quod est vnum & idem.

G Si vocabulum ἠρέμησις ei nunc significat requiem quę motui opponitur, qm̃ id etiam quod quiescit, quiescit in tpe: dixerit, ꝙ queadmodum fieri nõ potest vt sit motus finitus in tpe infinito, ita etiam quies. Sin autem ἠρέμησις significat etiam motum quietum reddi qui est in requie, quod quidẽ in ĳs quæ deinceps sequuntur vocat sisti, vt quod tendat ad statum: eadẽ meritò censet de quiete quę de motu. Cùm enim motum in duas partes diuisisset, id quidẽ quod refertur ad id ex quo mouetur id quod mouetur, vocat moueri: quod aũt refertur ad id ad quod, sisti & quietum reddi. Hoc autem, QVARE nec fieri nec interire semper potest aliquid quod est vnum & idem, est corollariũ collectum ex ĳs quæ dicta sunt, nempe nec gigni nec interire semper vnum & idem. hoc est finitum in tpe infinito. hoc enim significat illud, SEMPER. Si enim omnis motus & omnis mutatio finita fit in finito tpe: fieri aũt seu generari & interire est mutari. omnis generatio & interitus finitus fit in tpe finito. Finiti aũt ge-

H neratio & interitus est finitus. Quare ea quoq; fit in tempore finito. Quemadmodum enim fieri non potest vt finita linea moueatur in tẽpore infinito, nisi rursus & rursus: sic etiam fieri non potest vt finitum fiat vel intereat in tempore infinito.

XLV Quies finita non põt esse in tẽpore infinito.

Motus duæ sunt partes, a quo, moueri: ad quẽ, sisti.

Nec gigni nec interire potest finitũ in tẽpore infinito.

Eadem est autem etiam ratio ꝙ nec in tpe finito potest moueri infinitũ, nec quiescere, neq; si æqualiter moueatur, nec si inæqualiter. Sumpta enim aliqua parte quę dimetietur totũ tempus, in ea quantum aliqua magnitudinis peruadit, & non totam. in vniuerso enim totũ, & rursus inæquali aliud. & in vnaquaq; similiter. seu sit æqualis seu inæqualis ei quæ erat ab initio, nihil enim refert modo sit vnaquæq; finita. cla- LXII

rum enim

rum enim est ꝙ si perimatur tempus non perimetur infinitũ, cùm finita fiat ablatio, & quãto, & eo quod est quoties. Quare in tpe finito non peruadit infinitũ. nec quicq̃ refert an ex altera parte tantùm an ex vtraq; sit infinita magnitudo. est enim eadem ratio.

XLVI Postq̃ ostendit non posse fieri vt in infinito tpe finita aliqua transmittatur magnitudo, aut sit motus finitus: nunc probat id quod illi cõuertitur, nec posse infinitum transmitti, nec esse motũ infinitum in tpe finito. sed neq; infinita quiesci quiete in tpe finito. Et si ἠρεμίζεσθαι quidem significat id quod est oppositum ei quod est moueri, dixerit ꝙ nec infinita quiete potest quid quiescere in tpe infinito. Illud autem, NEQVE si æqualiter moueatur, neq; si inæqualiter} si cõiter quidem inductum est ad id quod est moueri & id quod est grecè ἠρεμίζεσθαι, fuerit ἠρεμίζεσθαι tendere ad quietem: sin autẽ inductum est solùm ad id quod est moueri, ἠρεμίζεσθαι magis significarit quiescere. Eadem aũt nunc quoq; vtitur demonstratione, hic quoq; finitũ diuidens, & vnà cum eo diuidens infinitum. nisi quòd cùm prius quidẽ diuisisset magnitudinem: ea enim posita fuerat finita: vnà etiã diuisit tp̃s quod positum fuit infinitum: nunc autẽ cùm tp̃s posuisset finitum, & partẽ aliquam ab eo abstulisset, quæ totũ dimetitur. q̃m in vnoquoq; horum tẽporum aliquid finitum mouetur id quod mouetur, ęqualia quidem, q̃n mouetur æquali celeritate, inęqualia autem q̃n non æquali, semper aũt finita. non enim in parte totius tpis mouebit infinitam. in toto enim tpe infinitam positum est moueri. vnà ergo consumetur cum tpe finito, etiã quæ infinita posita est magnitudo, siue sint æquales partes, siue inæquales. Cùm sit autem finita diuisio in tpe quod est finitum, similiter etiã vnà finietur diuisio quæ est in magnitudine & quãto & eo quod est quoties. hoc est & magnitudine & numero. Quod est autem ex ĳs quæ sunt finita magnitudine & numero, nõ est infinitum. Quare in tpe finito nõ transmittit infinitum. Adĳcit aũt nihil referre ad demonstrationẽ, an ex altera, an ex vtraq; parte sumamus infinitam magnitudinẽ. Clarum est aũt quòd prius quoq; tempus. Et si enim ad vtrunq; sumpta fuerit, eadẽ procedit demõstratio. infiniti enim tpis parte finita, necesse est partem aliquã magnitudinis quæ vtrinq; posita est infinita sumi finitã. & toties sumpta pars finita, quoties etiam in tpe quod est finitum, seu sint partes ęquales seu inæquales, finitam ostendet magnitudinẽ quæ posita est infinita. Quinetiam cùm prius sumpsisset tempus ex altera parte finitum, ostendit ꝙ partẽ infinitę magnitudinis in tempore finito mouebitur id quod mouetur, etiam si possit totum moueri in infinito.

LXIII His autẽ demonstratis, clarum est ꝙ nec finitam magnitudinem infinitum contingit peruadare in finito tpe propter eandẽ causam. in parte enim tpis peruadit finitum, & in vnaquaq; similiter. quamobrem finitum in vniuerso.

LXIIII Quoniam ergo finitum non peruadit infinitũ in finito tpe, clarum est ꝙ nec infinitũ finitum. Si infinitum enim peruadit finitum: necesse est vt etiã finitum peruadat infinitum. nihil enim refert vtrũ sit id quod mouetur. Vtroq; enim modo finitũ peruadit infinitum. Quãdo enim mouetur infinitum in quo est A, erit etiam eius aliquid finitum in B, vtpote CD: & rursus aliud & aliud: & sic semper. Quare simul continget infinitum motũ esse finitum, & finitum peruasisse infinitum. neque enim fortasse fieri potest

A vt infinitum aliter motum sit per finitum, q̃ ꝙ finitum peruaserit infinitũ, dum vel fertur, vel dimetitur. Quare q̃m hoc fieri non potest, infinitum non peruaserit finitum. Sed neq; infinitum in finito tpe peruadit infinitũ. si enim infinitum: peruadit ẽt finitum. infinito enim inest etiam finitum. Præterea aũt si etiam sumptum fuerit tempus: eadem erit demonstratio. LXV

XLVII Cùm prius ostendisset, & iterum proximè, ꝙ id quod mouetur, neq; finitam magnitudinem, neq; motu finito mouebitur in tpe infinito, similiter autẽ etiam id quod est è contrario, ꝙ neq; magnitudinẽ infinitam, neq; motu infinito mouebitur infinito tpe: his subiungit tanquã corollarium ea quæ sequuntur quæ accidunt in eo quod mouetur, quod nõ sumitur amplius indistinctè vt prius, sed distinguitur, & aliq̃n quidem infinitum, aliq̃n verò B finitum positum est. Demonstratis enim, inquit, ĳs quæ dicta sunt, ex eadem demõstratione clarũ est in eo quod mouetur, ꝙ siue positum fuerit finitum, fieri non potest vt id infinitam aliquam magnitudinem peruadat in tpe finito: siue positum fuerit infinitum, si mouetur omnino infinitum, neq; peruadet finitum infinito tempore, neq; adhuc magis infinitum. Et ꝙ aliquid quidẽ quod sit finitum, non peruadet aliquã infinitam magnitudinem in finito tpe, ostendit per eandẽ, per quam etiam prius, demonstrationem. Si enim tp̃s finitum diuidatur in partes finitas: in vnaquaq; finitum quid peruadens pars magnitudinis, id quod mouetur, totum cõficit: adeò vt finitum quid peruadat & non infinitum in finito tpe: Sin autem infinitum positum fuerit id quod mouetur, spatium aũt per quod mouetur, finitum: nõ mouebitur infinitum in tpe finito per finitũ. nihil enim refert, inquit, an id quod mouetur facias infinitum, finitum aũt spatium: an cõtra. Si enim A infinitum moueatur per B finitũ, erit aliqua C pars infiniti in B. vtputa CD: & rursus alia: & sic semper donec infiniti quod mouetur partes omnes trãsierint B. Quare simul eueniet vt & id quod mouetur quod est infinitum, per B peruaserit, & B quod est finitum peruaserit infinitum. Neq; enim aliter dici potest finitum peruadere, quàm ꝙ finitum vadat per totum infinitũ. magnitudo enim infinita, siquidem sit infinita, cùm sit vbiq;, ipsa quidem nõ habet quò transeat. ita demum aũt dicatur moueri per aliqd finitum, si oẽs eius partes peruadat finitum. quod quidẽ si fiat, finitum dimetietur infinitũ. neq; enim fieri põt vt ipsum aliter peruadat. Si ergo hoc quoq; est absurdũ, & rursus finitum videtur nunc quoq; peruadere per infinitũ, quod quidẽ non posse fieri ostensum est: per finitum scilicet non peruaserit infinitum in finito tpe. Rectè ergo dixit, nihil referre vtrumuis sit id quod mouetur. Postq̃ autem ostendit ꝙ nec finita magnitudo peruadit spatiũ infinitum in tpe finito, neq; infinita magnitudo finitum spatium finito: nunc ostendit ꝙ D nec infinita magnitudo peruadit infinitũ spatium in tpe finito. Si enim totum infinitum sit peruasurum finitum, oportet aliquã eius partem prius finitam ipsum peruadere. nec potest dici infinitum non habere partẽ finitam. in infinito enim inest finitum. Si ergo ostensum est fieri nõ posse vt finitum peruadat in tempore infinito: videlicet nec infinitum peruadet in finito. Quinetiam si à tempore, inquit, inceperimus, idem ostendemus. prius enim ostensum est non posse infinitum peruadi in tempore finito. si enim à toto partem aliquã abstulerimus, quę totum quod est finitum dimetiatur, in eo mouebitur pars aliqua infiniti. quoniã infinitum totum positum est moueri in toto tempore finito. Si ergo in vnaquaq; parte temporis finiti, infiniti partem aliquam sumpserimus: quoniam quæ sunt temporis quod est finitum, sunt finitę, simul etiam perficientur eæ quæ sunt infiniti: & non erit amplius infinitum peruadens.

Quoniam

Margin notes:

Infinitũ non põt transmitti, nec mot⁹ esse infinitus in tpe finito.

Infinita quiete quiesci nõ potest in tpe finito.

ἠρεμίζεσθαι qd significet

Finitum nõ p̃uadit infinitũ magnitudinẽ tempore finito.

Infinita magnitudo non p̃uadit infinitum spatium in tpe finito.

LXVI Quoniam autẽ nec finitum peruadit infini-
tum, nec infinitum finitum, neq; infinitum mo-
uetur in tpe finito: clarum est nec motum futu-
rum infinitum in finito tpe. Quid enim refert
an infinitum facias motum, an magnitudinẽ?
necesse est enim vtrumlibet, & alterum sit infi-
nitum. est enim omnis latio in loco.

XLVIII Iam quidem prius ostensum est cum magnitudine in qua est motus, q nec moto infinito in tpe finito mouebitur id quod mouetur, nec finito in infinito. erat enim cõmunis demõstratio. quãtum enim est spatium per quod est motus, tãtus est etiam motus. Quamobrẽ ego quoq; motum in demonstratione vnà cepi cum magnitudine. Cùm aũt ipse quidem dixisset in principio theorematis seu contẽplationis, in infinito tpe non posse moueri finitam, id quod non semper eandem & aliquid eorum quæ sunt illius moueatur: fortasse quidẽ dicens tanq̃ de linea per quam fit motus, posuit nomen fœmininum, fortasse autẽ etiam motum intelligẽs qui est etiã grecè fœminini generis. Si aũt eadem quoq; censuit de quiete quæ opponitur motui: scilicet de motu quoq; erãt quæ prius fuere demonstrata. eò enim tendebat id quod ab eo dicebatur. Nunc quidem ex ĳs quę ostẽsa sunt de magnitudine per quæ motus perficitur, colligit nec motum quidẽ esse infinitum in tpe finito. Magnitudo enim per quam est motus, est localis. ex qua habet spatiũ motus qui est per locum. Quoniam enim, inquit, neq; infinita magnitudo, nec finita quę mouetur motu per locum, peruadit spatiũ infinitum in finito tpe: clarum est nec motum futurum infinitũ in finito tpe, nisi in eodẽ fiat iterum atq; iterum. Quiuis enim motus infinitus qui fit per lationẽ, fit in locali spatio infinito. Quæuis enim latio per locum est motus. & quæ est infinita, vna est in loco infinito, nisi sit eadem iterum atq; iterum. Si ergo ostensum est non posse infinitũ spatium moueri in tpe finito: videlicet nec fieri potest vt sit motus infinitus. esset enim etiã spatium infinitum per quod motus. Sed quod attinet ad ostendendum non esse infinitum, quẽnam vsum attulit q neq; id quod mouetur sit infinitum? Num q si sit infinita magnitudo, & omnino vel quantocunq; tpe moueatur, erit motus infinitus, vt qui vnà extẽdatur cum eius cuius est magnitudine. ostensum est enim motum sic vnà extẽdi cum magnitudine eius cuius est motus, quẽadmodum etiã cum spatio per quod peruadit id quod mouetur. Rectè ergo non solũ per infinitatẽ spatĳ, vnà etiam peremit motus infinitatem quæ est in tempore finito, sed etiam per infinitatem magnitudinis quę mouetur. Si enim motus extenditur vnà cum his ambobus, cùm neutrum eorum sit infinitum ei quod mouetur in tempore finito: ne motus quidem ei fuerit infinitus.

Motus non est infinitus in tpe finito.

CAPVT VIII.

LXVII QVoniam autem nihil est quod non mo-
ueatur vel quiescat, cui innatum est &
vbi & quomodo, necesse est id quod
sistitur quando sistitur moueri. si enim nõ mo-
uetur: quiescet. sed non contingit id fieri quie-
LXVIII tum quod quiescit. Hoc aũt demonstrato, cla-
rum est quod etiam sisti in tempore necesse est.
Quod enim mouetur, in tpe mouetur: quod au-
tem sistitur, moueri ostensum est. quare stare in
LXIX tpe necesse est. Præterea autem si celerius qui-
dem & tardius in tpe dicimus: sisti autem licet
celerius & tardius: in quo autem tpe sistitur pri-
mo id quod sistitur: in qualibet eius parte sista-
LXX tur necesse est. Diuiso enim tpe, si in neutra
quidem sistatur ex partibus, nec in toto quidẽ
sistitur. quare nõ sistitur id quod sistitur: si nau-
tem in altera parte: non in primo toto steterit.
per vtrũq; enim sistitur in eo. sicut etiam prius
dictum in eo quod mouetur. Quemadmodum
autem id quod mouetur non est in quo primo
mouetur: ita nec in quo sistitur id quod sistitur.
Neq; enim eius quod est mouere neque sisti LXXI
est aliquid primum. Sit enim in quo primo si-
stitur, in quo sit A B. Hoc autem non contingit
quidẽ esse eiusmodi vt nullas habeat partes. In
eo enim quod nullas habet partes non est mo-
tus, propterea q aliquid eius motum sit. Id aũt
quod sistitur ostensum est moueri. Atqui si põt
diuidi, sistitur in qualibet eius parte. Hoc enim
prius ostensum est, quòd in quo primũ sistitur,
sistitur in qualibet ex illius partibus. Quoniam
autẽ tempus est in quo primum sistitur, & nõ
insecabile: omne autẽ tempus potest diuidi in
infinita: non erit in quo primò sistitur.

XLIX Eius quidẽ est institutum, etsi admirabile quid & præter opinionem videatur dicere in eo quod apparet, ostendere id quod sistitur idem esse cum eo quod mouetur, & quæcunq; insunt in eo quod mouetur, ea inesse etiã in eo quod sistitur. Cùm autem sumpsisset aliud quidẽ esse id quod quiescit, quod opponitur ei quod mouetur & manet in eodem, aliud aũt id quod fit quietum, quod tendit ad quiescẽdum. quẽadmodum id quod dealbatur ad hoc vt sit album: cum eo quidẽ quod quiescit dicit idem esse id quod stat, cum eo autẽ quod fit quietum id quod sistitur, quod quidẽ tendit ad statum. Et primũ quidem ostẽdit moueri id quod sistitur, cùm prius quandam necessariam sumpsisset diuisionẽ, nihil esse quod nõ vel moueatur vel quiescat, cui innatum est scilicet. Quod enim est natura immobile, nec mouetur nec quiescit. Sed id cui innatum est vt moueatur, ei etiã innatum est vt quiescat, quandoquidẽ eius quod est moueri priuatio est quiescere. Priuatum est aũt id cui innatum est vt haberet, si non habeat qñ id ei innatum est. non enim nuper natus catulus dicetur quiescere in non videndo, qm̃ tunc non est ei innatum vt videat. Sed nec homo qui non habet oculos in pectore, dicatur priuatus esse eo q nõ habeat in pectore. qui enim vbi innatum ei vt habeat nõ habet, dicatur esse priuatus. Sed neq; pisces dicantur esse priuati motu qui fit in aere, qm̃ nec eis innatum est vt illic moueãtur. Sed nec pisces priuati sunt motu qui est in ingrediendo, eis enim innatum est vt natent nõ vt ambulent. necesse est ergo vt cuicunq; innatum est moueri, si nõ moueatur qñ ei innatum est, & vbi innatum est, & quẽadmodum innatũ est, cũ sit in priuatione eius quod est moueri, ipsum quiescat. Id ergo quod sistitur, hoc est, quod tendit ad statum, qm̃ est ei innatum vt moueatur, necesse est vt vel moueatur vel quiescat. Atqui non quiescit: quod enim iam quiescit, non amplius fit quietum: ad quietem enim via est, quemadmodum quietum fieri, ita etiam sisti. vtrũq; enim idem est: Quãobrem quietum fieri vsurpauit pro eo quod est sisti. Si ergo id quod sistitur mouetur: quod autem mouetur, in tpe mouetur: clarũ est ex ĳs quę sunt ostensa, q id quod sistitur, sistitur in tpe: si quidẽ id quod sistitur, cui innatum est moueri & quiescere, nõ quiescit sed mouetur: id aũt quod mouetur, mouetur in tpe. Hoc aũt probat etiã aliter. Si enim licet sisti & celerius & tardius. Quod enim it ad statum, ad eum abit vel celerius vel tardius. Quicquid est autem celerius & tardius est in tẽpore. Sisti ergo est in tpe. Cùm autem ostendisset q id quod sistitur etiã est id quod mouetur, & est in tempore

Id quod sistitur idẽ est cũ eo quod mouetur.

Id quod stat idẽ est cũ eo qđ quiescit. Id quod sistitur idẽ est cũ eo quod fit quietum.

Priuatũ esse quid sit.

deinceps

Primũ sumi non põt in quo sistat id quod sistitur.

deinceps ostendit id quoq; inesse ei quod sistitur sicut ei quod mouetur, q nõ possit primum sumi in quo sistatur id quod sistitur, qm̃ ante quodlibet quod primum fuerit positum, est aliquid prius, vt etiã in motu ostendebatur, propter temporis & spatij quod mouetur sectionem in infinitum, & ipsius etiã motus, & eius per quod mouet̃ id quod mouetur, qñ mouetur per quantitatem. Quòd aũt non liceat primũ sumere in quo sistatur id quod sistitur, sed quodcunq; quis tempus tanq̃ primum sumpserit, ante ipsum aliud inuenietur, ostendit, cùm prius ostẽdisset q in quo tpe primo sistatur, in qualibet eius parte sistatur necesse est.

In quo tẽpore primũ sisti tur, in qualibet ei⁹ parte sistat̃ necesse est.

Diuiso enim tpe in quo primo dicitur sisti id quod sistitur, si quidem in neutra ex partibus sisti dicas, neq; in toto: quare nõ sistetur id quod sistitur: Si autem sistatur in altera, & prima scilicet in prima: non in primo toto sistetur. In toto enim ita sistebatur, vt quod sisteretur in altera ex partibus. sicut prius dictum est in eo quod mouetur. Similiter enim se habet id quod mouetur & id quod sistitur, q etiã id quod sistitur est id B quod mouetur. Quẽadmodum ergo id quod mouetur, in quo primo positũ fuerit moueri, necesse est vt moueatur in aliquo eorũ quæ sunt eius: ita etiã se habet id quod sistitur. Cùm hoc ergo prius ostendisset, deinceps ex eo ostendit, q quẽadmodum eius quod est moueri nõ licet primũ sumere in quo mouetur aliquid, ita nec eius quod est sisti. Hoc aũt probat ẽt per deductionem ad id quod fieri non potest. Sit enim, inquit, in quo primo dicit̃ sisti id in quo est A B, quod prius quidem statim diuisit, nunc autẽ ostendit primum id posse diuidi, ex eo q nõ sit eiusmodi vt habeat partes. Quòd autem non sit eiusmodi vt nullas habeat partes, probat ex eo q non sit motus in eo quod nullas habet partes. quare neq; sisti, siquidem sisti est moueri aliquid. Quòd autem motus nõ sit in eo quod nullas habet partes, per ea quę iã ostensa sunt admonuit. Si enim id quod mouetur prius motũ fuisse necesse est, non est motus in eo quod nullas habet partes. non enim fieri potest vt in eodem moueatur aliquid & motum sit. C Id aũt quod sistitur ostensum est moueri. Quoniã ergo diuidi potest A B, in quo primo dicitur sisti id quod sistitur, in qualibet eius parte sistitur. hoc enim prius ostensum est, q in quo primo dicitur sisti aliquid, in qualibet ex illius partibus sisti necesse est. Si ergo tẽpus est in quo dicitur primùm sisti, & non aliquid insecabile: omne aũt tempus diuidi potest in infinitum: non erit ergo aliquid eius primũ. Ergo nec eius quod est sisti erit aliquod principium in quo primũ sisti dicatur id quod sistitur. Quẽadmodum enim se habet tempus in quo est sisti, ita etiã in ipso sisti. Ex eo ergo q earum quę sunt in quolibet partium sisti diuidatur in infinitum, ostẽdit non esse primũ in quo sistatur. non est enim aliquid primũ eius quod diuiditur in infinitũ. Sed si sisti est mouere: in eo autẽ quod est moueri ostensum est non posse aliqd sumi, in quo primo mouet̃ id quod mouetur: videlicet nec eius quod est sisti põt aliquid primũ sumi. Quis ergo vsus est eius q̃ est in hoc demõstrationis ei qui dicẽdi breuitate vtitur? D An cũ primòm qdem vellet ostendere, quod hoc sisti est aliqd moueri, etiã si id quod dicit̃ sit p̃ter consuetudinẽ, meritò adductus est ut ostenderet, q q̃cunq; insunt ei qd est moueri, ea etiã insunt ei quod est sisti, q̃tenus aliquod moueri est cõsistere. Deinde si immutabiliter qdẽ idem eẽt moueri & sisti, superuacaneũ esset loqui de eo quod est sistere. Qm̃ aũt hoc sisti nõ est moueri absolutè, sed ad statum moueri, cũ sit, vt dictum est, idẽ quod quietũ fieri, meritò ẽt propter hæc fecit demonstrationem eius quod est moueri. vt in omni motu verã habeat rõnem, & eius qui refert̃ ad id ex quo, & eius qui ad id ad quod. Et q hæc fuerit sententia Aristotelis, coniicio ex eo q de quiete eadẽ statim subiungat, quæ toti motui opponitur.

LXXII Neq; verò id quod quiescit, est qñ primum quieuit. In eo enim quod nullas habet partes A non quieuit, ppterea q non sit motus in insecabili: In quo aũt est quiescere, est etiã moueri. tunc enim diximus quiescere, qñ etiam in eo in quo innatum est moueri non mouetur id cui innatum est. Præterea autem tunc quoq; dicimus LXXIII quiescere, qñ similiter habet nunc & prius, vt pote nõ vno aliquo iudicantes, sed duobus minimis. Quare nõ erit in quo quiescit carens partibus. Si autẽ potest in partes diuidi, fuerit tempus: & quiescet etiã in quauis ex eius partibus. eodẽ enim modo ostendetur quo etiã in prioribus. Quare nihil erit primum. Huius aũt causa est, q quiescit quidem & mouetur quicquid est in tpe: Tempus aũt non est primum, nec magnitudo, nec omnino quicquã continuum. vni B uersum enim potest diuidi in infinita.

Postq̃ ostendit in omni motu & absoluto & eo qui dicitur per id quod est sisti, nõ posse eius primum sumi, sed quod quid vt primum sumpserit, est eo etiã prius aliqd; nunc eadẽ etiam ostẽdit de quiete quæ toti motui opponitur. Eadem est aũt etiam causa in quiete quæ est in motu. Quamobrem eadem etiam vtitur demõstratione. Si quies enim est priuatio motus: priuatur aũt id cui innatum est moueri, si in eo in quo ei innatum est moueri nõ moueatur: in tpe etiam quiescere innatum est, & non in insecabili, quẽadmodum neq; moueri in insecabili. Prętereа aũt aliter quoq; probat quiescere esse in tpe, & non in insecabili, in memoriã nobis reuocãs id quod de quiete dictum est, q quiescere dicitur quod sir̃ habet ipsum Nunc & eius partes, & prius. adeò vt quies definiatur à duobus Nunc, ab eo quod nunc est, & ab eo quod prius. Inter quæuis aũt duo Nunc tempus intercedit. Est ergo C in tpe quęuis quies. sunt enim Nunc & quod fuit prius partes temporis. temporis autẽ in quo quiescere inchoauit quietem, non potest aliquid primum sumi. est enim tempus continuum & quod diuidi potest in infinitum, nihil est autem primum in continuo.

L In quiete nõ potest aliqd primũ sumi.

Quoniam autem quicquid mouetur, moue LXXIII tur in tpe, & ex aliquo mutatur in aliqd: in quo tpe mouetur per se, & nõ eo quod est in aliquo illius, fieri nõ potest vt tunc in aliquo sit primũ id quod mouetur. est enim quiescere, in eodem esse, aliquo tpe, & ipsum & vnãquanq; ex partibus. sic enim dicimus quiescere, quando in alio & alio Nunc verum sit dicere, q in eodẽ sit & ipsum & partes. Si hoc autem est quiescere: nõ cõtingit id quod mutatur in aliquo, esse totum in primo tpe. tempus enim potest totum diuidi. D Quare in alia & alia eius parte verum erit dicere, in eodem esse & ipsum & partes. Si enim non sic, sed in vno solo Nunc, nõ erit vllo tempore in aliquo. sed in fine temporis. In Nunc autem est semper quidem manens in aliquo: non tamen quiescit. neq; enim moueri, neque quiescere licet in Nunc. Sed non moueri quidẽ verum est in ipso Nunc: & esse in aliquo: In tpe aũt non cõtingit esse quatenus quiescit. accidit enim vt id quod fertur quiescat.

Admirabiles & ab omniũ opinione remotas de motu LI contemplationes, quas nec quis facilè mente conceperit nec crediderit, eas cum demõstratione in his tradit Aristoteles. Et erant quidẽ illa quoq; admirabilia quæ pro-

ximè

ximè sunt demonstrata, nempe quod non possit sumi principium nec motus nec quietis: clarum est autē quod nec finis propter eandē causam: Adhuc aūt videtur minus probabile quod nunc ostenditur. quod quidē etiam vt solueret id quod de motu à Zenone dictum est, videtur in his tradere. Quia enim, inquit, in tpe mouetur id quod mouetur: in quo tpe per se mouetur (hoc est in quo toto & non in aliquo eorum quæ sunt illius mouetur, quod quidem prius dixit, In primo, hæc enim idem ei in tpe significāt, In primo, & per se, & nō in aliquo illius) fieri non potest vt in eo tpe sit in aliqua parte spatij in quo mouetur, ita vt & ipsum quod mouetur, & vnaquæq; ex eius partib9 sit in codē spatio & æquali sibi ipsis. Hoc autē sic ostendit. Si id quod mouet in tpe aliquo primo, est in aliquo eodem & ipsum & partes eius: qm̄ omne tempus diuiditur in tēpus prius & posterius: erit in eodē aliquo Nunc & prius, & ipsum & partes eius. Quod est autē in ipso tpe aliquo, & partes eius, quiescit. Quod ergo mouetur in tpe aliquo primo, si sit in aliquo eodem & partes eius, quiescit. Atqui fieri non potest vt qn̄ mouetur aliquid ipsum quiescat. Non ergo quod in tpe primo mouet, est in aliquo eodem & ipsum & partes eius. Quòd aūt hoc sit quiescere, per hoc ostendit, Sic enim dicimus quiescere, qn̄ in alio & alio Nunc verum sit dicere, quod sit in eodē & ipsum & partes eius. Ostensum est ergo id quod est propositum, quod non contingit id quod mutatur in primo tpe, esse in aliquo in quo mutat ipsum & eius partes. hoc enim significat totum. Causa autē est quod potest omne tps diuidi. Quare in alia & alia eius parte priore & posteriore verū est dicere, in eodē esse & totum & partes. id autē erat quiescere, sed non moueri. Quare non in primo tpe mutabitur aliquid in aliquo ipsum et partes. Sed si in nullo tpe id quod mouet, est in aliquo eius spatij in quo mouetur: si per locum mouetur, neq; obtinet locū sibi æqualem, qūo totum spatium in eo tpe peragit & ipsum peruadit? An quod in ipso ounc est in aliquo spatij. id aūt est finis tpis. Quare si dicitur in tpe, non primo, neq; per se, sed quatenus in aliquo tpis, nō parte, sed fine. Quocirca dixit ipse in principio orationis, ET nō in aliquo eorum quæ sunt eius} ad finem eius, nempe Nunc respiciēs. In ipso Nunc aūt solum obtinet locum sibi ęqualem, in quo potest etiam quiescere. nec tn̄ in ipso tunc quiescit. quicquid enim quiescit, in tpe quiescit nō in ipso Nunc. sicut etiam mouetur in tpe. in quo enim mouetur tn̄ eo etiam quiescit. Quocirca non moueri quidem aliquid in ipso Nunc verè potest quis dicere, fieri autē non potest vt in ipso Nunc quiescatur. Illud autem, IN tempore aūt non cōtingit esse in eo quod quiescit} dictum est de eo quod mouetur. qm̄ id quod mouetur est quidē in eo quod est sibi æquale, in quo pōt etiam quiescere: quiescit enim in eo quod est sibi æquale: non tn̄ in tempore est in eo quod est sibi æquale id quod mouetur, sed in ipso Nunc. Si esset in tpe, esset quiescens. quod enim in tpe aliquo, ipsum, & partes eius, est in aliquo, id ostēsum est quiescere. Erit ergo idem & quiescens & quod mouetur.

In quo tēpore mouet aliquid, in eo tēpore nō pōt esse in aliqua parte spatij i quo mouet.

In Nunc nō mouet aliqd nec quiescit.

CAPVT IX.

LXXV ZEno autem fallaci vtitur ratiocinatione. Si enim semper, inquit, quicquid est, quiescit & mouetur qn̄ fuerit in eo quod est æquale: est autē semper id quod fertur in ipso Nunc in eo quod est in æquali esse immobilem quæ
LXXVI fertur sagittam. Id aūt est falsum. non cōponitur enim tps ex ipsis Nunc quæ nō possunt diuidi. quēadmodum nec vlla alia magnitudo.

LII Diuini Zenonis Eleatis dubitationes, de quo dixit Syllographus,

Zeno Eleates laudat.

Vis magna ancipitis linguæ constansq; potensq;.

Zenonis, harum admirabiliū de motu contemplationū causæ fuerunt Aristoteli. Tanq; enim vtile ad soluendas

E Zenonis rōnes, id quod ante dictum est nobis de motu tradidit. Quocirca etiā dubitationis Zenonis statim meminit. & eā soluit ex eo quod proximè dictum est. Zenonis autē oratio, cùm prius sumpsisset, quod quicquid est, mouetur vel quiescit qn̄ fuerit in eo quod est sibi æquale: & quod nihil mouetur in ipso Nunc: & quod id quod fertur, semper est in eo quod est sibi ęquale in vnoquoq; Nunc: visus est sic ratiocinari. Telum quod fertur in vnoquoque Nunc est in eo quod est sibi æquale. quare etiam in vnoquoq; tēpore. Quod est aūt in ipso Nunc, in eo quod est sibi æquale non mouetur. quiescit ergo, qm̄ nihil in ipso Nunc mouetur. Quod autē non mouetur, quiescit. qm̄ quicquid est, mouet vel quiescit. Telum ergo quod fertur, quādiu fertur, quiescit in toto tpe lationis. quo qd potest esse admirabilius & magis incredibile? Cùm aūt dixisset quod quicquid est mouetur, vel quiescit, qn̄ fuerit in eo quod est æquale, subiunxit, EST autē id quod fertur semper in ipso Nunc.} Quòd autem sit in æquali id
F quod fertur in Nunc, clarum est. Dubitationum aūt solutionem ipse subiūxit, illi obsistens, EST semper id quod fertur io eo quod est sibi æquale.} non enim si Nunc est in omni tpe, in ipso aūt Nunc est in eo quod est sibi ęquale, iam est etiam in tpe & semper, qm̄ Nunc non est pars tpis sed finis. in quo ostēsum est id quod mouetur esse in eo quod est sibi ipsi æquale, in ea quæ hanc præcedit contemplatione. Si ergo tēpus non cōponitur ex ipsis Nunc quæ non possunt diuidi: hoc aūt adiecit, qm̄ tēpus quoq; aliquod tanq; præsens Nunc vocamus: neq; telum quod fertur in tēpore quo fertur, est in eo quod est sibi ęquale. quare neq; quiescit in illo tpe. Porrò aūt illud quoq; nō verè sumptum est, quod quicquid est, vel mouetur vel quiescit. ostēsum est enim in ipso Nunc nihil moueri vel quiescere. non enim si quid non mouetur, id quiescat necesse est. Quare ex prius dicta contēplatione, quę ostēdit nullo tpe futurum in aliquo id quod mouetur, sed in fine tēporis, soluit illud, Semper id quod fertur esse in eo quod
G est sibi ipsi æquale. non enim semper, sed in ipso Nunc; qn̄ accidit ei neq; moueri neq; quiescere. Illud Nunc autem, in quo id quod mouetur obtinet id quod est sibi æquale, vt quod potestate solòm sit, cogitādum est, quēadmodum punctus qui est in linea. Si enim vbiq; in tempore actu sumptum fuerit: diuidetur tempus in ea quæ nullas habēt partes, & ex eis componetur. & erunt actu infinita. Zenonis autem oratio mouit dubitationē tanquam tempus sit cōpositum ex ipsis Nunc. Nam si hoc non fuerit ei cōcessum, non est verum semp esse id quod fertur in eo quod est æquale.

Zenonis de motu ratiocinatio.

Quicquid ē, moueri vel quiescere, verum non est.

Sunt aūt quatuor Zenonis de motu rōnes, quæ ijs qui eas soluunt exhibent dubitationes. Prima quidē, quæ est de eo quod non moueat, ppterea quòd oporteat id quod fertur venire prius ad dimidium, q̄ ad finem. de quo distinctè diximus in ijs quæ prius dicta sunt. LXXVII

H Dicit esse quatuor Zenonis de motu rōnes, per quas eos qui audiebāt exercens, videbatur id perimere, quod est in ijs quæ sunt euidentissimum, nempe motum: adeò vt etiam Diogenes canis cum has aliqn̄ audijsset dubitationes, aduersus eas quidē nihil dixerit, sed surgēs ambulauerit, & per ipsam euidentiā callida rationum cōmenta dissoluerit. Quatuor aūt dicit esse rationes, quæ exhibent difficultates ijs qui eas conātur soluere. vel quod quatuor sint oēs de motu rōnes, in quas est difficile intueri: vel quod ex pluribus erant quatuor difficiliores & maioris negotij. Par aūt erat vt qui de motu scribebat, solueret oēs rationes quę ipsum conātur de medio tollere, & maximè eas quæ argumentantur ex principijs naturalibus, cuiusmodi erant Zenonis rōnes, quę vtebantur magnitudinum sectione in infinitum, & eo quod quicquid est moueatur vel quiescat, & quæ sunt hmōi. Earum autē ra- LIII

Diogenes ambulādo refellit argumēta Zenonis de motu

Motũ perimens Zenonis prima ratio.

tionum quæ probant quędã quæ fieri non possunt sequi A si sit motus, prima est hmõi. Si est motus: necesse est vt quod mouetur, peruadat infinita in tpe finito. Hoc autẽ non potest fieri. Non est ergo motus. Probat autem cõnexum ex eo ꝙ id quod mouetur moueatur aliquo spatio. Cũm autem quoduis spatium possit diuidi in infinitum, necesse est vt id quod mouetur peruadat primum dimidiũ spatij per quod mouetur, & tunc totum. sed etiã ante dimidium totius, illius dimidiũ: & huius rursus dimidium: Si ergo sunt infinita dimidia, ꝙ cuiuslibet sumpti possit sumi dimidium: infinita autẽ non possunt transmitti tempore finito (hoc autem sumpsit Zeno tanq̃ euidens) Fieri ergo non potest vt sit motus. Huius autẽ rationis prius meminit Aristoteles, dicens fieri non posse vt infinita transmittantur in tempore finito, & tangant infinita. Atqui quæuis magnitudo habet infinitas diuisiones. Fieri ergo non potest vt aliqua magnitudo transmittatur in tẽpore finito. Eam autẽ soluit dicens, infinita non esse actu in magnitudine, sed potestate. Quæ sunt B ergo actu infinita dimidia, quatenus infinita, nõ possunt transmitti in tempore finito: quæ sunt autẽ potestate infinita, nihil vetat, neq; enim id quod mouetur diuidens dimidia in infinita, peruadit spatium, sed tanquã vnum & continuum. Quamobrẽ nihil vetat quominus transmittantur quæ sic sunt infinita. Si enim diuident in dimidia: non vtiq; mouebuntur tanq̃ in vno & cõtinuo. nec motus erit continuus. Sic ergo soluit rationem per infiniti distinctionẽ. Præterea aũt etiam ex eo ꝙ sit similis infinitas in tpe & spatio. Quare non infinito tpe infinitum, sed in similiter infinito peruadit. nam tempus quoq; potest diuidi in infinitum. sed potestate est & non actu infinitum. Quæ sunt ergo potestate infinita magnitudinis, in ijs quæ sunt temporis infinita potestate peruadit.

Infinita q̃dã actu q̃dã potestate.

Infinita potestate transmitti possit in tpe finito.

Est similis infinitas in tpe & spatio.

LXXVIII Secunda autẽ, quæ vocatur Achilles. Ea est autem, ꝙ id quod est tardius, currẽs nunquam cõprehendetur ab eo quod est celerrimũ. Prius enim venerit necesse est id quod persequitur vnde impulsum est id quod fugit. Quare semp aliqd necesse est antecedat id quod est tardius.

LXXIX Est autem hæc quoq; eadẽ ratio cum eo quod est secare in duas partes. Differt autem in eo ꝙ diuidat nõ in duas partes eam quę assumit magnitudinem. Quòd ergo nõ comprehendat id quod est tardius, euenit ex ratione. fit aũt ex eo quòd sit idem cum diuisione in duas partes. In vtrisq; enim euenit vt non veniatur ad finem, cûm diuidatur quodammodo magnitudo. Sed in hac adijcitur, ꝙ ne id quidem quod est celerrimũ tragicè iactatum in persequẽdo eo quod est tardius. Quare necesse est etiam eãdem esse solutionem. Censere autem nõ comprehendi id quod antecedit, falsum est. Quãdo enim antecedit non cõprehenditur, sed tamen comprehenditur, siquidẽ dabit vt transmittatur finita. Hæ sunt ergo duæ rationes.

LIIII Hæc quoq; ratio in argumentum redacta est ex diuisione in infinitum per aliam formam ac cõstructionem. Et fuerit eiusmodi. Si est motus: id quod est tardius nũquam comprehẽdetur ab eo quod est celerrimũ. Atqui hoc fieri nõ potest. Non est ergo motus. Et est quidem euidens assumptio. Connexum aũt probauit quod dicit, ꝙ si est motus fieri nõ potest vt id quod est tardissimum cõprehendatur ab eo quod est celerrimum. tardissimum quidem sumens testudinem, quam etiam fabula accepit vt natura tardam si cum equo comparetur: celerrimum autem Achillem, qui adeò pedibus visus est pernicissi-

Motũ perimens secunda Zenonis ratio.

A mus, vt ποδάρκης, hoc est sufficiẽs pedibus, videatur eius propriũ nomen apud Homerum. propterea ꝙ ei & eius socijs pedũ sufficeret celeritas. Achilles ergo ratio dicta est, ab Achille qui in ea sumptus est, quẽ dicit oratio non posse persequendo cõprehendere testudinem. Necesse est enim id quod est cõprehensurum, antequam comprehendat, peruenire primùm ad finem vnde impulsum est id quod fugit. Interim autẽ dum id quod persequitur ad eum accedit, id quod fugit aliquid spatij procedit. etiam si minus eo quod processit id quod persequitur, eo ꝙ sit tardius, procedit tamẽ. non enim quiescit. Et in quo rursus tẽpore illud peruadit in quod persequitur quod præcessit id quod fugit, in eo rursus tẽpore peruadit aliquid id quod fugit tanto minus eo quod prius motũ est, quanto est id tardius eo quod persequitur. Et sic in omni tempore in quo peruadit id quod persequitur, id quod præcessit id quod fugit quod est tardius, in eo procedit etiã aliquid id quod fugit. & si enim semper minus, peruadit B tamen etiã ipsum aliquid dum omnino mouetur. Eo aũt ꝙ in infinitum alio aliud spatium minus sumat propter magnitudinũ sectionem in infinitum, nõ solùm Hector ab Achille nõ comprehendetur, sed ne testudo quidem. Ponatur enim subiectum esse stadium, & progredi testudinem dimidium stadij, & duplum testudinis in eodem tempore moueri Achillem. Si ergo cœperit Achilles à principio stadij persequi testudinẽ, interim dum procedit dimidium stadij vt veniat ad dimidiũ vnde profecta est testudo, peruaserit testudo decimam partẽ semistadij quod restat. Rursum interim dum Achilles pduadit decimam partem huius semistadij, decimæ partis semistadij testudo peruadit partem decimam. Si ergo ad omnẽ quę sumitur decimam alicuius spatij, ipsam quoq; habet decimam: & semper testudo aliquid præcedet Achillem, & nunquã neutrum eorum peruadet stadium. Ratio ergo est hæc quoq; eiusmodi. Eam autẽ dicit esse eandẽ cum ea quæ præcessit. quoniã eius quoq; probabilitas pendet C à diuisione magnitudinis in infinitum. videtur aũt ab illa differre, ꝙ nõ per sectionem in duas partes & in dimidium semper diuidat. sed aliqua alia ratione per quã motus eius quod est celerrimum, superat motum eius quod est tardissimũ, siue sit decupla, vel aliqua alia ratio. Tragicè autem se hæc iactauit oratio in eo quòd ne id quidẽ quod est celerrimum, comprehẽdet persequens id quod est tardissimum: & in eo ꝙ Achilles & testudo tanquam in tragœdia vel comœdia personæ introducantur. Hic autem ipsa quoq; est solutio ex distinctione diuisionis in infinitũ. Non enim actu sunt infinita in continuo & continuo motu qui in ipso est. non enim adhuc continua manent si diuidantur. quatenus enim ipsa diuiditur, aliquid sistitur, & non seruat id quod est cõtinuum magnitudo. Id autem quod est tardius, quando pręcedit quidem, nõ comprehenditur. & tamen comprehẽditur. Si enim dat oratio vt trãsmittat finitam, quẽadmodum semistadium D & decimam semistadij: videlicet totum quoq; peruadet stadium. & id quod est celerius eo quod tardius mouetur in eo tempore, id quod peruasit id quod est tardius apprehendet, & ita ipsum comprehendet. id enim quod in decem horis mouetur id quod est tardius, in vna hora peruadet id quod est celerius, & ad idem perueniet ad quod id quod est tardius. Fuit autem ex eo quoq; dubitatio quòd infinita actu sumeret. quod quidem non est verum, & maximè cùm continua seruẽtur motus & magnitudo. Et si enim necesse est aliquam partem moueri primam quæ mouetur, & sic totum: attamen nõ necesse est hoc esse definitum. vel potius necesse est non esse definitum, vt non diuidatur continuum.

Achilles cur ποδάρκης dict⁹ ab Homero.

Tertia autem, quę nunc dicta est, ꝙ consistit LXXX telum quod fertur. Euenit autẽ ex eo quod sumat tempus cõpositum ex ipsis Nunc. Si enim hoc non detur, non erit syllogismus.

Tertiam

LV Motū perimens Zenonis tertia ratio.

Tertiam dicit esse Zenonis rationē quam pauloante E dissoluit, quæ dicit quod telum quod fertur, dum fertur, sistitur. si quidē necesse est quicquid est, moueri vel quiescere, id autem quod fertur, semper est in eo quod est sibi æquale. Quod semper est autem in eo quod est sibi æquale, non mouetur. Quiescit ergo. Falsum autē sumit hæc oratio, ꝙ semꝑ sit in eo quod est sibi æquale id quod fertur. ostensum est enim ꝙ in solo Nunc est in eo quod est sibi æquale. Et hoc quidem concedit, sed nō animaduertit ꝙ in ipso Nunc nihil mouetur nec quiescit. Quoniam autem ipsa Nunc non deficiunt, propterea existimat ipsum sisti à motu per locum in tempore, ex hoc nihil colligens, si quidē non sunt inter se continua ipsa Nunc, neq; ex eis fit tempus.

LXXXI Quarta est autem de æqualibus magnitudinibus, quæ in stadio mouētur ex aduerso æqualium, hæ quidem à fine stadij, illę verò à medio, æquali celeritate. in qua existimat euenire vt sit F
LXXXII æquale tempus duplo dimidium. Est autē in eo falsa ratiocinatio, ꝙ hāc quidem in eo quod mouetur, illā verò in eo quod quiescit, æqualē magnitudinem censeat æquali celeritate ferri æquali tempore. Hoc autem est falsum. Quemadmodum, Stent eæ quæ stant æquales magnitudines, in quibus sunt A A A A: illæ verò in quibus sunt B, incipiētes à medio ipsorum A, quæ & numero eis sunt & magnitudine æquales: aliæ verò in qbus sunt C ab extremo, quæ sunt his B & numero & magnitudine ęquales & pari celeritate: euenit vtiq; vt primum B simul sit in extremo & primum C, dum inter se inuicem æqualibus interuallis mouentur: euenit autem vt ipsa C omnia A transierint, ipsa B verò transierint dimidia. adeò vt sit etiam tempus dimidium. est enim vtrunq; in vnoquoq; æquale. Simul autem euenit vt ipsa B, omnia C trāsmiserint. Simul enim erit primum C & primum B in cōtrarijs extremis, vt quod in vnoquoq; ex B sit æquali tempore, quāto in vnoquoq; ex A, vt ait, eo ꝙ ambo sint æquali tp̄e in A. Hæc est ergo ratio. fit aūt ex falso quod dictum est.

LVI Motū perimens Zenonis quarta ratio.

Quarta quoq; Zenonis de motu ratio, quę ipsa etiam eò deducebat vt fieri nō posset vt sit motus, talis erat. Si est motus: ex æqualibus magnitudinibus & quæ sunt pari celeritate, altera duplo alterius motu mouebit̄, & non æquali. Et est hoc quidem etiā absurdum: absurdum est autē id quoq; quod sequitur, ꝙ idem & æquale tempus simul sit duplum & dimidium. Hoc autem ostēdit cùm pro confesso sumpsisset, quod quæ sunt æqualia & paris celeritatis, in æquali tempore ęquale spatium mota sint. Quinetiam ꝙ eorum quæ sunt æqualia & paris celeritatis, si hoc quidem, dimidium, illud verò duplum motū fuerit, in dimidio quidem tempore dimidium, in duplo autem tempore duplum fuerit motum. His prius sumptis, ponit stadiū in quo D E: & quatuor magnitudines, vel quotcunq;, modo pares, ita vt habeant dimidia, magnitudine ęquales. vel vt ait Eudemus, cubos. in quibus sint A A A A. adeò vt medium stadij spatium hæc stantia obtineant. Quorum stantium, primū definit id quod est in principio stadij quod est in D. extremum autem in E. Et sumit alias quatuor magnitudines vel cubos, eis quæ stant magnitudine & numero æquales, in quibus sint B B B B, incipientes quidem à principio stadij, desinentes autē in medio quatuor A A A A, quæ ipsa mouentur ad E

E tanq; ad extremum stadij. Quamobrem primum quoq; dicit eum qui est in medio ipsorum A A A A, vt qui sit ante reliquos in motu qui est ad E. Propterea autē pares accepit magnitudines, vt habeāt dimidia. eis enim opus habet, vt discemus. Quocirca primum quoq; B ponit in medio eorum quę stant A A A A. deinde etiā alios magnitudine & numero æquales, ipsis B B B B & ipsis A A A A scilicet, sumit, in quibus sunt C C C C, ipsis B B B B oppositos. Nam cùm ipsi B B B B, à medio stadij, in quo erat etiā ipsorum A A A A medium, ad extremum stadij, nempe E moueant̄, cubi C C C C ab extrema parte in qua est E mouentur ad D quod est in principio stadij: & ex quatuor C C C C scilicet primum quod vergit ad D, ad quod ipsis C C C C est motus. ponit autem primum C in primo B. Cùm talis sit ergo quæ ab initio posita ē positura, si ipsis A A A A stantibus, ea quidem B B B B moueantur, veluti à medio ipsorum A A A A & stadio, ad finē stadij, nempe E, ipsa verò C C C C tanq; ab extremo stadio ad principium
F scilicet (non enim tanq; ab extremo ꝗ. quod quidē cùm, vt est verisimile, in nonnullis exemplaribus inuenisset Alexander, necesse habuit dicere, ꝙ id quod prius dixit primum B, hoc nunc vocauit extremū) euenit vt primū B simul sit in extremo sui motus, & primum C, cùm ea inter se moueantur paribus interuallis, & æquali celeritate, in eo quod est extremum eorum inter se inuicem. Nam cùm primum C sit ab initio in primo B, & ea ex aduerso moueantur, & se inuicem pertransierint, primū quidem B erit in extremo C: primum autem C in extremo B. & hoc fuerit illud, SIMVL primū contingere esse in extremo, & primum C, dum inter se inuicem paribus interuallis mouētur.} Paribus enim interuallis inter se distans motus, facit vt sint in extremis alterum alterius. Euenit autē vt & C, primum scilicet, omnia A peruaserit, B autem dimidia A. Et quòd B quidē quod incipit à medio ipsorum A, motum sit per duo A A, vel per dimidia, quotquot fuerint paria in quanto C dupla B peruadit, clarum est. primum enim B à medio ipsorum A ince-
G pit. & in quāto B mouetur pręter duo A A quæ stant extrema, C quod primum mouetur ex aduerso ipsorum B, peruadit per quatuor B B B B. Duo enim motus eorū quę ex aduerso mouentur, peragunt duplum vnius spatium, quo mouetur B præter A quæ sunt stantia. Et hoc quidem clarum est. Quomodo autem C omnia A pertransiit? neq; enim præter hęc mouebatur, sed pręter B. neq; mouebatur ab initio ipsorum A, sed ab initio ipsorum B, quod erat in medio ipsorum A. Quomodo ergo motum est C præter omnia A? num ꝙ ipsa quoq; B erant æqualia ipsis A. In quo ergo tēpore motum est C ꝑter ipsa B, fuerit etiam motum præter A quæ sunt ipsis B æqualia. Et hic est falsa ratiocinatio, ꝙ accepit absolutè moueri in æquali tempore id quod præter æqualia mouet̄, non prætera reputans ꝙ eorum quæ sunt æqualia, hæc quidē ex aduerso mouentur, illa verò stant. Et tn̄ cùm sumpsisset ꝙ in æquali tempore, C peruadit ipsa B & A: qm̄ in quo
H tempore primum B trāsmittit duo A A, in tanto C quatuor B seu quatuor A: collegit ꝙ B, & si sit æquali celeritate cum C, in eodem tēpore moueatur dimidium eius quod mouetur C. quod quidem est præter id quod prius fuit in confesso & quod est euidens. quæ enim sunt æqualis celeritatis, æquale spatium mouentur in æquali tēpore: verùm qm̄ similiter se habēt, vt vel ambo moueantur præter ea quæ stant, vel ambo præter ea quæ mouentur: & non qō hoc quidē præter ea quæ stant, vt B, illud verò præter ea quæ ex aduerso mouentur, vt C. Præterea aūt tempus quoq; in quo mouetur B per duo A A, est dimidium tēporis in quo mouetur C per quatuor A, siquidē ipsa A sunt æqualia ipsis B, & æquali celeritate B & C. videbatur aūt tempus quoq; esse æquale, seu idē, in quo B mouebatur per duo A A, & in quo C per quatuor B. Eueniet ergo vt magnitudo quoq; sit eadē dupla & dimidia. siquidem in eodem tp̄e, ex ijs quæ sunt æqualis celeritatis,

ritatis, B quidẽ peruadit duo A A: C autem quatuor B, cùm ipsa B sint ęqualia ipsis A, & idem tempus duplum & dimidiũ. siquidem dimidium quoq; erat tp̃s in quo B peruasit duo A A, temporis in quo C peruasit per quatuor B, & idem. Illud autẽ, ÆQVALE est enim vtrunque in vnoquoq; } significat q̃ & B & C cùm sint eiusdem celeritatis, faciunt tempus æquale in vnoquoq; eorum per quæ mouẽtur, nempe B & A. Si aũt æquale, videlicet duplum est tẽpus, in quo C peruadit quatuor B: dimidium autem in quo B duo A A. aut potius in quo C pertransit quatuor A, eius in quo B, quod est ęqualis cũ eo celeritatis, duo A A. dictum est enim q̃ in quo C peruadit quatuor B, in eo etiã ipsa A. Cùm autem dixisset euenire vt C omnia A transierit, qm̃ omnia B transit, his quæ consequuntur absurdis interiectis, nempe q̃ & dimidium spatium sit idem cum duplo, & dimidium tempus cum tempore duplum: subiunxit quòd simul euenit vt ipsa B quoq; omnia C pertrãsierint, quemadmodum ipsa C pertransierunt ipsa B. simul enim erit primum C & primum B in contrarijs extremis: C quidem in principio stadij B autem in fine. quæ quidẽ sunt ambo extrema. Nam cùm ex aduerso moueantur æquali celeritate, & sint æqualia, & cœperunt à principio alterum alterius, alterum alterius fines simul comprehẽdunt, cùm C sit æquali tempore in vnoquoq; ipsorum B, quanto in vnoquoq; ipsorum A, etiam si non moueantur C præter A. propterea q̃ ambo ipsa C & ipsa B, cũ sint æqualia & eiusdem celeritatis, sint æquali tempore in ipsis A. Per hoc autem simul quidem ostẽdit, cur sumpserit ipsa C mota esse pręter ipsa A, & si mota non fuerint. nempe quòd propter ęqualitatem & æqualem celeritatem cum ipsis B. Simul autem etiã ostendit quòd ex eo facta fuit falsa ratiocinatio, per hoc quòd adiecit, vt ait. NON est enim C æquali tẽpore in vnoquoq; eorum quæ ex aduerso mouentur, & eorum A quæ stant. Potest autem, inquit Alexander, id quod est, EVENIT autem vt C omnia A transierit } deinceps consequi illud, VT quod sit æquali tempore in vnoquoq; ex B, quanto in vnoquoq; ex A. } Deinde verò, B autem præter dimidia } vsq; ad illud, SIMVL enim erit primum C & primum B in contrarijs extremis } ea autem deinceps hoc sequi, nempe, PROPTEREA quòd ambo sint æquali tempore in A. }

Quartam rationẽ Zenonis dicit Eudemus esse stultissimã.

Talis est ergo ratio, quæ est stultissima, vt ait Eudemus, propterea quòd habeat manifestam falsam ratiocinationem. siquidem censet ea quæ sunt æqualia & eiusdem celeritatis, siquidem hoc quidem moueatur propter id quod mouetur, illud verò ꝓpter id quod quiescit, æquale spatium moueri in æquali tp̃e. quod quidem est euidenter absurdum. Quę enim ex aduerso mouentur, & sunt sibi inuicẽ æqualis celeritatis, duplex spatium in eo tp̃e abscedunt, in quo id quod mouetur ꝓp id quod quiescit, dimidiũ spatium abscedit, ẽt si sit cũ illis pari celeritate.

LXXXIII Sed neq; in mutatione quę est in cõtradictione erit nobis aliqd eiusmodi vt fieri non possit. Quemadmodum si ex non albo mutetur in album, est etiã in neutro. Sic ergo neq; erit albũ, neq; non albũ. non enim si non est totũ in vtrolibet, non dicetur albũ vel non album. Album enim dicimus, vel nõ album, non q̃ totũ sit tale, sed q̃ plurimę, vel quæ sunt partes maximè principales. Non est aũt idem non esse in eo, & in eo nõ esse totum. Similiter aũt & in eo quod est, & in eo quod non est, & alijs quę sunt ꝑ contradictionem. nõ enim necessario in altero oppositorum. in neutro autem totum semper.

LVII Postq̃ dissoluit rõnes Zenonis quę videbantur motum de medio tollere, adducit alias quoq; rõnes quæ ad idipsum rogabant Sophisticè, vt callida & Sophistica earum

Motũ perimens ex mutatione ꝑ cõtradictionem refellit oratio.

A cõmenta dissoluat. quarũ prima quæ ex mutatione per contradictionẽ motum conatur soluere, est eiusmodi. Qm̃ id quod mouetur, mouetur dum ex aliquo in aliqd mutatur, in neutro aũt est qm̃ mouetur: neq; in eo ex quo: non mouetur enim amplius: neq; in eo ad quod: hoc enim nondum mouetur, sicut etiã in hoc libro docet Aristoteles: est aũt etiam mutatio per contradictionẽ: id quod mutatur per contradictionẽ in nulla erit parte cõtradictionis, sed in eo quod intercedit, quod quidẽ est absurdum. non enim intercedit aliqd inter contradictionem. Aut si hoc nõ ita habet: non est verũ q̃ id quod mutatur, neq; est in eo ex quo mutatur, neq; in eo in quod mutatur in tp̃e in quo mutatur. mutatio enim quæ fit per contradictionẽ, hoc quidem habet ex quo, illud verò in quod. ex albo enim in non albũ, & ex non albo in albũ mutatur: & ex eo quod est in id quod non est, & ex eo quod nõ est in id quod est. Si ergo cũ sit mutatio, necesse est id quod mutatur esse in neutro cõtradictionis: hoc aũt non põt fieri, qm̃ nihil effugiet oppositionẽ contradictionis: non fuerit mutatio. B Hanc aũt soluens rõnem, dicit totum qdem quod mutatur per contradictionem, in neutra esse parte cõtradictionis, sed partem aliquam in vtroq;. Et hoc prius ostẽsum est qm̃ dicebat, q̃ eius quod mutatur necesse est hoc quidẽ esse in eo ex quo, illud verò in eo in quod. Si autẽ hoc ita habet: neq; in altera parte cõtradictionis est totũ quod mutatur: neq; inter cõtradictionẽ aliquid intercedet, in quo ipsum esse oportebit: sed est in vtrisq;. Quid ergo dicetur, album'ne an non albũ? necesse est enim vt alterum propter pronuntiatũ contradictionis. Siue autẽ album, siue non albũ, non est in vtrisq;. Hanc aũt soluens obiectionem, dicit nõ esse necesse vt totum sit in vtrolibet, vt album dicatur vel non albũ. etenim album dicitur nõ solum quod totũ tale est, sed ẽt quod habet plurimas partes vel maximè principales hmõi. Simil'r etiam non albũ, quod plurimas uel maximè principales partes nõ habet albas.

Album dicitur qđ albi habet plurimas partes.

Quare in quo est id quod est amplius vel principalius, ex eo dicetur. C Totum autẽ in neutro est in quo erit mutari. Qũo ergo est idẽ album & non albũ? An primum quidẽ hæc enuntiata est distinctio, ꝓpter firmitatẽ contradictionis, q̃ nõ in alio & alio: Deinde absolutè qdem nõ esse in albo, non põt vnà verũ esse cum eo quod est esse in albo. Non esse autẽ totũ in albo, põt simul esse verũ cum albo quod est in parte. Et dicitur album quod non est totũ albũ.

Denominatio fit ex eo quod est amplius in aliq̃.

qm̃ non idẽ est id quod non est absolutè albũ, & id quod nõ est totum album. Cùm aũt sumpsisset in albo & non albo mutationẽ quę fit per contractionem, & in ea soluisset dubitationẽ per adiectionem totius: nõ est enim verũ in neutra parte contractionis absolutè non esse id quod mutatur, vt is volebat qui dubitabat: sed verum est nõ esse totũ: non est aũt idem non esse totum & nõ esse:

Non est absolute albũ, & non totũ albũ differũt.

Cùm sic ergo in albo & nõ albo soluisset, subiunxit simil'r habere D etiam in eo quod est & eo quod non est. in quibus magis propriè põt videri mutatio quæ est per contradictionẽ.

Non esse totum, & nõ esse differunt.

Album enim etiã in id quod est propriè contrariũ mutatur, nempe nigrum, & in id quod intercedit: Id autem quod est, in id quod non est solũ: & id quod non est, in id quod est. Cùm ergo adiecisset etiã id quod est & id quod non est, cõiter subiunxit dubitationẽ sic esse soluendã in omni contradictione. Erit enim id quod mutatur, sicut etiam alia omnia, necessariò in altera parte contradictionis, sed non semper totum. in mutando enim nõ totum. Quamobrem cùm absolutè quidẽ dicatur contradictio, hæc est solutio dubitationis, quæ ab eo quod est non esse distinguit nõ esse totum. Si aũt cum adiectione totius dicatur ꝓpositio, Album est totũ, vera est in his negatio q̃ habet, Non totũ. Sed q̃ id quidẽ quod fit & interit, possit aliquo quidẽ modo dici esse, aliquo verò nõ esse, quatenus simul accedit & ad id quod est & ad id quod non est, clarum est.

Quod fit & interit, aliq̃ modo ẽ, aliq̃ modo nõ ẽ.

Quænam autem alia sunt per cõtradictionem? num oĩa quæ sunt, qm̃ diuiduntur per affirmationem & negationem quæ opponitur contradictoriè?

Esse ꝑ contradictionẽ quæ dicantur.

LXXXIIII Rursus in circulo & sphæra & in ijs omnino E
quæ in seipsis mouentur, ꝙ eueniet vt ea quie-
scant. in eodē enim loco erunt tempore aliquo
& ipsa & partes. Quare quiescent simul & mo
LXXXV uebuntur. Primùm enim partes nullo tēpore
sunt in eodem: Deinde etiā totum semper mu-
tatur in aliud. non est enim eadē quæ ab A sumi
tur circūferentia, & quæ à B & quæ à C & alijs
signis vniuscuiusq;. nisi quemadmodum Musi
cus homo etiā homo est quia accidit. quare mu
tatur semper alia in aliam, & nunquā quiescet.
Eodem autem modo etiam in sphæra & in ijs
quæ in seipsis mutantur.

LVIII Quòd aduersus quidem aliquā contendat rōnem ex ijs quæ motū tollunt, clarum est ex eo ꝙ etiam quod præcedit argumentū, tanq̃ consequens ijs quæ aduersus Ze- F nonē dicta sunt, sic inceperit, sed neq; in mutatione quæ est in contradictione erit nobis aliquid eiusmodi vt fieri non possit, ad hoc vt sit motus. Clarum est ergo ꝙ nunc quoq; tanquā de eo dicens, RVRSVS, inquit, in circulo & sphæra & ijs quæ in eis mouenī, ꝙ eueniet vt ea quiescant} vt Sophistæ existimant, ne infert quidem aliquid quominus possit esse motus. Porrò autem hunc quoq; scopum habet Aspasius & hanc dicit rōnem. & ante ipsum Eudemus. Alexander aūt existimat id quod nunc dicitur, dici aduersus eos qui perimunt definitionē motus quæ est ab ipso posita. Quoniam enim dixit quiescere id quod in eodem est aliquo tēpore, & ipsum & eius partes: ostēdit ne hoc quidem perimi per ea quæ in eodē loco mouentur, vt quidā existimant. talia autem sunt ea quæ circūferuntur. quæ quidē videntur aliquo tempore esse in eodem & ipsa & partes, licet moueātur. Ostendit ergo hæc, inquit, nō obstare definitioni quietis. & quòd hoc quidem ostendat clarum est. Ostendit aūt non con- G firmans definitionē quietis, sed ꝙ ne ex hac quidem dubitatione interimatur motus. Visa est autē esse huiusmodi dubitatio. Si ea quæ videntur moueri primo & maximè proprio motu, nempe circulari, ea videntur nō moueri sed quiescere: non fuerit motus. Cùm autē connexum facile admitti posset (quis enim nō fatetur, quòd si primus & maximè principalis ex motibus non est motus sed quies, non fuerit motus?) assumptionem videbā tur probare, sumentes quidem id quod est in confesso ex ijs quæ ostensa sunt, ꝙ quæ in ipso loco sunt aliquo tēpore, & ipsa & partes quiescant: assumentes autem ꝙ quæ in orbem & sphæricè mouentur, in eodē loco sint aliquo tempore, & ipsa & partes: & per hæc colligentes, ꝙ quæ in orbem & sphæricè videntur moueri, quiescant. Sol- uit autem hanc quoq; rationem, ostendens quòd quæ sic mouentur, neq; ipsa neq; eorum partes in eodē loco sint vllo tempore. Et primùm dicit partes nullo tempore esse in eodem. vnaquæq; enim pars est aliàs in alia & alia H parte eius quod continet. si enim partes non eandē semper seruant positurā: videlicet est vnaquæq; aliàs in alio loco. Quiescit autem id quod se similiter habet & ipsum & partes eius aliquo tempore. Sed neq; totum manet in eodem. si enim partes omnes: totum quoq; mouetur per partes. Ipse autem ex abūdantia potius non ex partibus ostēdit totum moueri, sed per se totum. Etenim totum, inquit, semper mutatur, in alterum scilicet locum. quod quidem videtur mirabile. Si est enim alia circunferentia quæ sumitur ab A vsq; ad A, & alia quæ à B vsq; ad B, & sic in vnoquoq; signo: localis quoq; circunferentia similiter est diuisa in eas quæ cum eis proportionē habent & conuenientiam. & est vnaquæq; circunferentia tota alia, & eius quod est in loco, & loci. Quoniam autem signa quoq; mouentur: totum semper mutatur in locum alterius & alterius totius. siquidem non est eadem quæ E est ab A ad A circunferentia, cùm ea quæ est à B ad C, neq; in loco, neq; in eo quod est in loco, nisi per accidens. quoniam tota est eiusdem circūferentiæ. quemadmodū Musicus homo, quoniam accidit Aristoxeno vt sit etiā musicus, cùm sit homo. Quare semper mutabitur alia in aliam. altera enim alterius posituram semper inuicem accipiunt. vbi enim nunc est circunferentia quæ est ab A ad A, illic erit paulopost circūferentia quæ est à B ad B. Cum mutantur autem nō erunt partes in eodem, aliquo tempore: neq; totum. Ergo non quiescent. Postquam autem ostēdit in circulo neq; totum neq; partes quiescere: neq; enim manere in eodem: dicit eandem etiam fore rationem & in sphæra seu globo, & in alijs quæ in seipsis mouētur, & à suo ipsorum loco non excedunt, cuiusmodi sunt turbines, & si quid aliud circumuoluitur. Sciendum est autem, quòd cùm dixerit Aristoteles non eandem esse circunferentiā primùm quæ ab A sumitur cum ea quæ est à B, veri amicus Eudemus, Vtrum, inquit, F dicendum est esse eandem circunferentiam totam quæ vndecunq; inceperit, an aliam habet quæstionem?

Motū perimētis oratio, ex eo quod quæ circulari motu moueni, videantur quiescere, refellit.

Quæ in orbē moueni, nec eorū partes, nec ipsa tota, sunt vllo tēpore in eodem loco.

In motu eorum quæ mouentur in orbē mutai circunferentia.

Eudem⁹ veri amicus.

His autem demonstratis, dicimus ꝙ id quod LXXXVI
nullas habet partes non cōtingit moueri nisi ꝑ
accidens. vtputa dum mouetur corpus vel ma
gnitudo in qua inest, queādmodum si à motu
nauigij moueaī id quod est in nauigio, vel pars
motu totius. Dico autem id quod nullas habet
partes, id quod non potest diuidi in quātitate.
motus enim partium sunt alij per ipsas partes
& per motum totius. Viderit autem quispiam
etiam in sphæra quoq; maximè differentiam.
non est enim eadem celeritas eorum quæ sunt
ad centrum, & eorum quæ sunt extra, & totius:
vtpote ꝙ non sit vnus motus. Queādmodum
G ergo diximus, sic cōtingit moueri id quod nul-
las habet partes: sicut qui sedet in nauigio dum
currit nauigium: per se autem non contingit.
Mutetur enim ex AB in BC: deinde ex magni LXXXVII
tudine in magnitudinem: deinde ex forma in
formam, siue per contradictionem: Sit autem
tempus in eo in quo primo mutatur, in quo sit
D: Necesse est ergo vt ipsum in quo tempore
mutatur, sit vel in A B vel in B C. vel hoc quidē
eius sit in hoc, illud verò in altero. ita enim se ha
buit quicquid mutatur. In vtroq; ergo non erit
eius aliquid. Sic enim potuerit in partes diuidi.
Sed neq; in BC. mutatum enim fuerit. ponitur
autem mutari. Restat ergo vt ipsum sit in AB:
H tempore quo mutatur. Quiescet ergo. in eodē
enim esse aliquo tempore, est quiescere. Qua- LXXXVIII
re non contingit id quod nullas habet partes
moueri, neq; omnino mutari. sic enim vno solo
modo esset eius motus, si ex ipsis Nunc esset
motus. in ipso Nunc enim semper esset motū
& mutatum: adeò vt moueatur quidem nun-
quam, semper autem motum sit. Quòd autem
hoc fieri non possit prius quoq; ostensum est.
neq; enim tempus est ex ipsis Nunc, neq; linea
ex punctis, neq; motus ex momētis. nihil enim
aliud facit qui hoc dicit, nisi motum ex ijs quæ
nullas habent partes: perinde ac si tempus ex
ipsis Nunc, vel magnitudinem ex punctis.

Cùm prius

LIX Cùm prius ostendisset, quòd in eo quod nullas habet partes nihil mouetur, nec quiescit, sed nõ moueri quidẽ verum fuisse dicere in eo quod nullas habet partes, non autẽ quiescere: & ideo Zenonis meminisset rationes vt quæ falsa vteret ratiocinatione, quando censet quicquid est vel quiescere, vel moueri, cùm fuerit in eo quod est æquale: & ex eo dissoluisset rationem quę conatur motũ tollere, deinde adduxisset etiam alias Zenonis rationes, quæ ipsæ quoq; sophisticè motum conãtur perimere, & eas dissoluisset, & duarum aliarum meminisset rõnum quarum est idẽ scopus, & illas quoq; dissoluisset: His, inquit, demonstratis & quæ proximè de motu dicta sunt, & quæ prius, de eo ꝙ nõ moueatur aliquid nec quiescat in eo quod nullas habet partes, illis cõsequenter dicimus id quod nullas habet partes non contingere moueri, nisi per accidens, eo ꝙ sit in corpore quod mouet̃, vel in magnitudine. Quomodo autem dicatur, ostendit in exẽplo eius quod est in nauigio. Quę enim in ipso sunt, cùm per se non moueantur, eo ꝙ sint in nauigio quod mouetur, ipsa quoq; feruntur per accidens. Corpori autẽ adiecit magnitudinem, vt Alexander quidem dicit, magnitudinem dicens lineam & superficiem, quę quidem nõ sunt corpora, neq; à corpore separabilia. Aspasius aũt ait hęc dicta in παραλλήλας, hoc est ex eo quod idem valeant. non enim mouetur per se aliqua alia magnitudo, præter corpus. linea enim & superficies mouentur per accidens, ꝙ sint in corpore quod mouetur. Num autẽ cum aggressus esset dicere, vtpote dum corpus mouet̃ in quo inest, aduertit ꝙ non in corpore primo insit id quod nullas habet partes, sed in linea. Qua de causa adiecit, vel magnitudo, eo ꝙ insit quidem in magnitudine lineę quę mouetur. quæ ipsa quoq; mouet̃ per accidens, ꝙ insit in superficie. quæ ipsa etiam mouetur per accidens, ꝙ in corpore insit quod per se mouetur. Hęc ergo oĩa indicauit, adijciens illud, Vel magnitudo. Cùm aũt dixisset id quod quiescit in nauigio moueri per accidens, ꝙ sit in nauigio quod mouetur, adiecit, VEL pars motu totius.} nam pars quoq; mouetur per accidens, quando totum mouetur, ꝙ sit in toto quod mouetur. Ostensurus autem non posse per se moueri id quod nullas habet partes, quid id sit primum definit, nempe id quod non potest diuidi in quantitate. Et cùm hanc interiecisset definitionem, consequenter ei quod est, Vel pars motu totius, subiungit, Motus enim partium sunt alij ꝓ ipsas partes, & per motum totius, soluens quandam obiectionem quæ affertur aduersus id quod partes moueantur per accidens. Quando enim ostendebat motum quidem posse diuidi, non solùm per tempus, sed etiam per partes eius quod mouet̃, tunc sumebatur etiã ipsarum partium per se motus: nũc aũt per accidens dicit moueri partes, ꝙ sint in toto quod mouetur. Dicit autem esse duplices partium motus. hos quidẽ ipsarum quæ per se mouentur partium: illos verò per motum totius. Simul autem per hoc quoq; ostendit differentiam motus partium in toto, & motus partis in magnitudine. Quia enim dixit non cõtingere id moueri quod nullas habet partes nisi per accidens, ꝙ insit in corpore quod mouetur: quẽadmodum pars quoq; dicit̃ moueri motu totius: subiũxit esse duplicem motum partis. In hoc ergo differt ab eo quod nullas habet partes, quòd id quidẽ quod nullas habet partes mouetur solũ per accidens: pars autem per se et per accidens. Quòd autem in motu totius sunt etiã vniuscuiusq; ex partibus per se motus, apertè ostẽdit etiam in sphæra quæ circũfertur. Alia est enim velocitas partium eius quæ sunt ad centrum: & alia earum quæ sunt æquales ijs quæ sunt ad externã superficiẽ. Si enim non essent multo velociores partes quæ sunt ad externam superficiem, ijs quæ sunt ad centrum; non tanto maius spatium in eodem tẽpore peruaderent, in sphæræ circũuectione. Simul enim restituuntur, hæc quidem in maximo, illa verò in minimo circulo circumactæ. Potest autem, inquit Alexander, illud de ijs quæ

Non mouet̃ nisi per accidens quod nullas habet partes.

Corp⁹ & magnitudinem non dixisse Aristotelem in παραλλήλας, vt volebat Aspasi⁹.

Partium duplex est motus, per se, et per accidẽs.

Partium motus in sphæra inter se inuicem differunt.

A sunt ad centrum & de ijs quæ sunt extrinsecùs, dicere ẽt de maximis circulis qui describũtur per centrum, nempe æquinoctiali & Zodiaco, & de ijs qui circa polos. Hi enim sunt extra centrum sphæræ. & scilicet in his è contrario sunt quidem celeriores vtpote maiores, ij qui sunt ad centrum: tardiores autem qui extrinsecùs. siquidẽ in eodem tempore simul restituuntur quę sunt in eis signa. Sic ergo inter se differunt motus partium. Porrò autem à toto quo tota sphæra mouetur differunt. si quidem ille quidem in eodem tempore peruadit oĩa spatia quæ sunt in sphæra, partium autem vnamquanq; quæ per se est. & nullius partis motus est idem cum toto. & partes mouẽtur per se quodam motu præter motum totius. & nõ est solùm motus earum per accidens, quẽadmodum est motus eorum quæ nullas habẽt partes. Hæc cùm ostendisset de partibus, transit deinceps ad id quod nullas habet partes, nempe ꝙ id contingit solũmodo moueri per accidens, vt qui sedet in nauigio cùm currit nauigium, per se B autem non contingit. Hoc aũt ostendit in omnibus speciebus mutationis, per magnitudinẽ quidem dicens mutari id quod augetur & minuitur, & id quod per locum mutatur. magnitudo enim est aliqua etiam locus. Quare nec loci meminit, vt qui comprehensus sit in magnitudine. Ex forma autem in formam, dicit, mutationem quę est in qualitate. forma enim est qualitas. Per cõtradictionem autem, generationem & interitum. Ii enim sunt ex eo quod non est in id quod, & ex eo quod est in id quod non est. Hoc autem probat per deductionem ad id quod fieri non potest, vtens ijs quæ prius ostensa sunt, nempe quòd quicquid mouetur, potest diuidi. Quãobrem illic quoq; generaliorẽ & magis vniuersam in omnibus quæ mouentur visus est facere demõstrationem, & non in ijs solùm quæ mouentur per locum. Cùm autẽ sumpsisset quòd id quod mutatur, alicunde aliquò mutatur, & in tẽpore, vi & potestate sic ratiocinatur. Si id quod nullas habet partes per se mutatur: id autem quod mutatur, dum C mutatur, necesse est vel sit totum in illo in quod mutat̃; vel totum in illo ex quo mutatur: vel eius quidem aliqd sit in hoc, aliquid verò in illo: quod in neutro enim sit vt euidenter absurdum prætermisit: fieri aũt non põt vt in aliquo eorũ sit id quod nullas habet partes: fieri non potuerit vt ipm per se mutetur. Et cõnexum quidẽ assumpsit, vt vel ex ea q̃ prius dicta est diuisione euidens: Assumptionẽ autẽ probat singillatim. Et primũ quidem ꝙ si eius aliqd in hoc fuerit, aliqd verò in illo, ꝓbauit fieri non posse, ex eo ꝙ id quod est eiusmodi, põt in partes diuidi: Deinde ꝙ neq; est in eo in quod mutat̃. quod enim est in illo, mutatum est: hoc aũt ponitur mutari. Deinde etiam id quod restat, ꝙ neq; est in eo ex quo mutat̃, tpe quo mutatur. nã cum sit in eo ex quo mutatur, quiescit & non mutatur. In eodem enim esse, aliquo tpe, dicitur quiescere. Quare non cõtingit id quod nullas habet partes moueri, neq; oĩno per se mutari. Cùm aũt sic ostendisset fieri nõ posse vt motus sit eius quod nõ potest diui D di, accuratius subiungit cogitatũ, dicens ita demum futurum esse eius motum si tẽpus sit ex ipsis Nunc. Esset aũt tunc quoq; eius motus, nõ vt eius quod mouetur, sed vt eius quod motum est. Vnumquodq; enim in ipso Nunc motum est, non mouetur. Si enim moueretur: oporteret eius aliqd quidem esse in vno, aliquid verò in alio, sicut prius ostensum est. Quod est autẽ tale, non est eiusmodi vt careat partibus. Si autem ex ipsis Nunc componetur tps: sequitur vt etiam motus componatur ex momẽtis, quæ sunt fines motus qui carent partibus. Si enim per vnumquodq; ipsorum, Nunc, motum est id quod nullas habet partes: ex ipsis Nunc autem est tempus: erit etiam motus compositus ex tot momentis & finibus motus, ex quot Nunc est cõpositum tempus, in quo tpe dicitur motũ esse id quod nullas habet partes. Quòd autẽ fieri nõ possit vt continuum quid cõponatur ex ijs quę nullas habent partes, pluribus ostensum est. neq; enim tps, nec

Æquinoctialis circul⁹ et Zodiacus.

In oĩbus mutationis speciebus, id quod nullas habet partes, contingit moueri p accidẽs.

magnitudo, nec motus potest componi ex ijs quæ nullas habẽt partes. Quare nec sic habuerit motum id quod caret partibus, vt quod motum sit in tpe. etenim nõ potest hoc aliter fieri. ostẽsum enim est necesse esse id quod motum est, prius moueri, sicut etiã id quod mouetur prius esse motum. Si autẽ esset motus in ipso Nunc, fieret aliquid in ipso motum quod non venisset ad ipsum per id quod est moueri. moueri enim nõ esset in ipso Nunc, sed solũm motum esse. Finis enim in fine.

LXXXIX Præterea autem ex his quoq; clarum est, ꝙ neq; punctum, neq; quicq; aliud quod non potest diuidi contingat moueri. Quicquid enim mouetur, fieri non potest vt seipso prius maius motum sit, anteq; vel æquale vel minus. Si aũt hoc ita est; clarum est ꝙ punctus quoq; primũ minus vel æquale. Quoniam autem nõ potest diuidi, fieri non potest vt prius minus motum sit. Ergo sibiipsi æqualem. Quare erit linea ex punctis. Semper enim dum mouet̃ æqualem, punctus omnem dimetietur lineam. Si autem hoc fieri non põt: fieri quoq; non potest vt moueatur id quod non potest diuidi.

LX Non mouet̃ id qđ nullas habet ptes. Aliter quoq; ostendit fieri non posse vt id moueatur quod nullas habet partes. Ipsa autẽ demonstratio ostendit id non moueri per lationẽ. & propter hæc fit vt prius sit in confesso ꝙ id quod mouetur, vel locale aliquod spatium peruadie maius propria magnitudine, vel æquale, vel minus. nam etiam seipso minus spatium motum esse non est eiusmodi vt fieri non possit. Quod est enim cubitale, potest etiam seipso minus seu quã cubitale spatium moueri. Vt enim sibi æquale semp obtineat necesse est: moueatur autẽ quandoq; quidem æquale, quãdoq; verò maius, quãdoq; autẽ minus. Quando enim locum quidẽ reliquerit in quo erat ipsum solum totũ, qui est sibi æqualis, & eum qui est illi cõtinens sibi ęqualem apprehenderit, tunc æquale sibi motum est: Si autem nõ totum eum qui est ęqualis locũ reliquerit: minus seipso mouetur spatium: Si autẽ non eum solùm reliquerit qui est sibi æqualis, sed etiam alium ei continentem: tunc mouetur seipsõ maius spatium. Et hoc ergo prius sumptũ esse oportuit, & etiam ꝙ fieri nõ possit vt quod mouetur, aliquod maius seipso locale spatium peruaserit, priusquã peruaserit sibi æquale vel minus. His ergo prius sumptis, clarum est ꝙ punctus quoq; anteq̃ seipso maius motus sit, vel sibi semper æquale, vel se minus spatiũ mouebitur. Quoniam autem fieri non potest vt minus: eo enim quod nullas habet partes nihil est minus: videlicet semper mouetur punctus spatium sibi æquale, si quidem mouetur. & si motum fuerit maius, maius scilicet mouetur vt quod sit compositum ex multis æqualibus: Si autem semper mouebitur per id quod est sibi ęquale, cùm peruaserit lineam, seipsam dimensa fuerit. Si autem ita est: erit linea composita ex tot punctis quę carent partibus, quoties id quod nullas habet partes quod in ipsa mouetur fuit in ijs quæ sunt sibi æqualia. quicquid enim est quod ab aliquo suscipit dimensionem, habet aliquam sui partem quę ipsum dimetitur, vt quod tot habeat eius partes, quoties ipsum dimetitur. Fieri autem nõ potest vt linea componatur ex ijs quæ diuidi nequeunt: fieri ergo nõ potest vt moueatur id quod nullas habet partes. Et est tota rationis cõpositio quæ ipsa quoq; abducit ad id quod fieri nõ potest, huiusmodi. Si mouetur punctus per lationem seu per motum localem: semp motus per id quod est sibi æquale, dimetietur lineã: & erit linea ex punctis. Atqui hoc non potest fieri. Non mouetur ergo punctus.

XC Prẹterea autem, si quicquid mouetur, mouetur in tempore, nihil autẽ in ipso Nunc, potest aũt omne tempus diuidi: fuerit aliquod tp̃s minus quolibet eorũ quę mouentur, quo mouet̃ quantũ ipsum est. hoc enim erit tp̃s in quo mouet̃, propterea quod moueat̃ in tpe. Ostensum est autem prius quoduis tempus posse diuidi. Si autem mouetur pũctus: erit aliquod minus tempus in quo ipse motus est. Sed hoc nõ potest fieri: in eo enim quod est minus necesse est minus moueri: Quare diuidi poterit in id quod est minus id quod nõ potest diuidi. sicut etiam tempus in tempus. Vno enim modo moueret̃ id quod nullas habet partes & non potest diuidi, si moueri posset in ipso Nunc quod est insecabile. Est enim eiusdẽ rationis, moueri in ipso Nunc & moueri aliqd quod non potest diuidi.

LXI Si mouetur quod nõ põt diuidi: erit aliqd minus eo quod nõ põt diuidi. Hæc est tertia ratio quę ostendit id quod nullas habet partes non posse moueri. Et procedit quidem hęc quoq; tanq; in punctis. demonstratio aũt conuenit omni mutationi, prius sumens id quod est ante demõstratum, nempe ꝙ quicquid mouetur, mouetur in tpe, in ipso Nunc autem nihil mouetur: & deducẽs itidem ad id quod fieri non potest, nempe vt diuidi possit id quod non potest diuidi, si id mouetur quod nullas habet partes. Est autẽ ratio huiusmodi. Si mouetur id quod nullas habet partes, mouetur in tempore: omne aũt tempus potest diuidi: in quouis quod mouetur, seu diuidi possit in partes, seu nullas partes habeat, fuerit aliquod minus tẽpus eo in quo id quod mouetur, mouetur id spatiũ quod est sibi æquale: & in ipso necesse est aliquid minus moueri: quare erit aliquid minus eo quod non potest diuidi: & diuidetur id quod diuidi non põt, et in id quod est minus, et in exuperationem. Quare diuidi poterit id quod non potest diuidi. diuidetur enim id quod mouetur & in aliquid minus quod ipsum quoq; mouetur. sicut etiam tempus in minus tempus in quo mouetur id quod est minus. Quẽadmodum autem prius subiunxit demonstrationi, ꝙ vno modo sic esset motus eius quod nullas habet partes, si fieri posset vt id moueretur in ipso Nunc: ita nunc dicit ꝙ vno modo moueretur id quod nullas habet partes, si posset ipsum moueri in ipso Nunc. Si enim fieri posset vt aliquid moueretur in ipso Nunc: id quod nullas habet partes esset id quod in ipso moueretur, & nõ aliud. Clarum est aũt ex ijs quæ dicta sunt fieri nõ posse vt quid moueatur in ipso Nunc, sed tantùm motum sit.

Mutatio autẽ nulla est infinita. est enim omnis mutatio ex aliquo in aliquid, & ea quæ est in contradictione, & ea quę in contrarijs. Quocirca earum quidem quæ sunt per contradictionem finis est affirmatio & negatio (quẽadmodum, generationis quidẽ, id quod est: interitus autem id quod nõ est:) Earum aũt quæ sunt in contrarijs, cõtraria. ea enim sunt extrema mutationis. quare etiam cuiusuis alterationis. est enim alteratio ex aliquibus cõtrarijs. Similiter autem & augmenti & diminutionis. Augmenti enim est finis, perfectę magnitudinis quæ est sm̃ propriã naturam: Diminutionis verò, quæ est ab eo excessus. Latio autem non erit quidẽ sic finita: nõ est enim tota in contrarijs. Sed qm̃ id quod fieri non põt vt secetur, ꝙ non contingat secari, (multis enim modis dicitur id quod fieri non potest) non cõtingit secari id quod sic fieri non potest vt secetur: neq; omnino gigni XCI XCII

id quod fieri nõ potest vt gignatur: neq; quod fieri non potest vt mutetur. Quare si id quod fertur mutatur in aliquid: fieri etiam poterit vt mutetur. Quare nõ est motus finitus: neq; motu feretur infinito. fieri enim nõ potest vt ipse peruadat. Quòd ergo mutatio non sic sit infinita, vt non finibus distinguatur, clarum est.

LXII Quoniam prius ostensum est q motum esse præcedat moueri, & moueri motum esse, & hoc videbatur ijs qui leuiter audiunt, vnamquãq; infinitam ponere mutationem: propterea hanc adijcit cõtẽplationem quæ ostendit fieri nõ posse vt sit infinita mutatio. Ostendit autem ex eo q omnis mutatio fit ex aliquo in aliquid. ea autem sunt definita. Ea enim quæ est per contradictionem, & si non sit ex subiecto in subiectum, est tñ ipsa quoq; ex aliquo in aliquid. ex eo enim quod non est in id quod est, & ex eo quod est in id quod non est. & id quod non est, est omnino aliquid quod significatur. Et mutatio quidem quæ est per contradictionẽ, habet fines & terminos partes cõtradictionis, nempe esse & non esse: Alteratio aũt cùm sit motus, est ex cõtrario in contrarium. Contraria aũt sunt definita, quemadmodum album & nigrum. calidum & frigidum. sanitas & morbus. bonum & malum. Contraria enim plurimum distant. Quæ aũt plurimum distant, definita sunt. Porrò aũt augmentum quoq; & diminutio habent fines, illa quidẽ perfectam magnitudinẽ sm propriam naturã: hęc verò ab eo excessum. In latione autẽ non sunt fines vbiq; definiti. in eo enim qui rectã fertur, id quod est supra & id quod infra, sunt cõtraria & definita. nõ itidem autem motus quoq; animalium, quo transmittendo ac transeundo mouentur, habet fines terminatos. Quinetiam circularis motus non mouet à contrario in cõtrarium. motui enim qui fit circulariter nihil est contrarium. ab eodem enim ad idem fertur motus circularis. sed non à contrario in contrarium. neq; enim est idem sibi ipsi contrarium. Si non est ergo tẽpognantia in quauis latione: per eam quidem ostendi non potest finiũ definitio: Ostendit aũt per aliam viam ac rationem quæ conuenit cuiuis definitioni, cùm prius sumpsisset quòd id quod fieri non potest vt secetur, non contingit secari. Cùm aũem tribus modis dicatur id quod fieri non potest: est enim & id quod vix, & id quod difficiliter, vt didicimus in diuisione eius quod fieri non potest, & eius quod potest fieri, & id quod non contingit omnino: seligit nũc hoc significatũ eius quod potest fieri. & dicit q id quod sic fieri non potest vt secetur, vt non contingat secari, id secari non contingit. neq; id quod fieri non põt vt gignatur seu fiat, id gigni seu fieri cõtingit. temere enim fieret si fieri nõ posset vt ipsum fieret. nihil autem facit temere nec Deus nec natura. Fortasse autem accuratius & exactius Aristoteles, ne omnino quidẽ dicit gigni aut fieri, quod non contingit fieri. Et si enim illi Ossam Olympo imposuerunt, & Ossę pelion, nõ erat hoc in cœlum ascensus generatio. si quidem ne vt ille quidẽ gigneretur fieret ue fieri poterat. Quod enim gignitur ac fit, habet etiã à natura vt gignatur ac fiat. Si autẽ hæc vera sunt: neq; id quod fieri non potest vt mutetur, contingit mutari in illud in quod non potest mutari. Quare etiam id quod eis est è contrario, verum est, q si quid mutatur in aliquid, hoc etiã fieri potest vt mutetur seu in illud mutatum sit. Quod autẽ potest in aliquid mutari, hoc est mutatũ esse, non mouebitur spatium infinitum, neq; motui infinito. in motu enim infinito nihil est extremũ in quo id quod mutatur possit mutari. Finitus est ergo omnis quoq; motus qui est per locũ. circularis enim motus est aliqs finis, nempe idipsum à quo cœpit. Cùm hæc ergo ostẽdisset, cõclusit orationẽ, clarum esse ostendens q infinita nõ sit mutatio ita vt nõ terminata sit finibus. si quidẽ fieri non põt vt id quod mutetur non mutetur in id quod mutat.

Mutatio vt sit infinita nõ potest fieri.

Quæ mutatiões habeãt fines determinatos, & quæ non.

Lationis nõ sunt semp fines determinati.

Eius qđ fieri non potest multa sunt significata.

Non fit omnino qđ non contingit fieri.

A Sed an sic contingat vt tempore sit infinita cum sit vna & eadem, cõsiderandum est. Nam si non sit vna, nihil fortasse prohibet. quẽadmodum, si post lationẽ fuerit alteratio, & augmentum post alterationem, & rursus generatio. Sic enim semper quidem erit tempore motus, sed non vnus. propterea q non sit vnus ex oĩbus. Vt aũt fiat vnus, non contingit esse tpe infinitũ præter vnum. Is vnus aũt est circularis motus. XCIIII

LXIII Postquã ostendit nullum motum sic esse infinitum, vt non habeat fines, id ex quo, & id ad quod: post hæc quærit an contingat motum fieri tempore infinitũ, qui vnus & idem specie fiat iterum atq; iterum, quãdoquidẽ eum qui rectã est, infinitum non posse fieri ostẽsum est. Nunquid ergo fieri põt vt cõtinuus motus sit numero vnus, eo q fiat idẽ iterum atq; iterum? Et rectè aduertit nihil B obstare quominus qui non est vnus & idem sit tempore infinitus, si alius alium excipiat, quẽadmodum si post lationem fuerit alteratio, & post ipsam, augmẽtum: & rursus generatio. Sed nõ fit qui est ex eis, vnus, nec numero nec specie, vt ipse ostẽdet. Communius enim dici possit etiam qui sic fit, vnus: propriè autẽ non est vnus nec continuus. Nos autem quærimus an possit fieri vnus & continuus motus in infinitũ, eo q rursus & rursus idem, non interceptus ab aliquibus qui intercedant stantibus, nec cõpositus ex ijs qui sunt formarum dissimilium, sed qui sit idem specie. Vnum autẽ solum dicit posse talem fieri qui est circulo. qm̃ in alijs motibus, qui est iterum atque iterum ad eadem reditus, intercipitur statibus. Is ergo qui fit circulo, qui est solus vnus & cõtinuus, potest fieri tempore infinitus. Rectè autem adiecit, tempore, quoniam nõ magnitudine, neq; motus quæ est ad vnũ extensione. Sed hæc quidem nũc est prius elocutus, eam quæ est in ipsis veritatẽ iam parturiens: posteà aũt ea demon C strabit. Atq; singulorum quidem quę sunt in hoc libro, quoad eius à me fieri potuit, explicatio sic habeat: compendiosa autẽ capitum pertractatio & expositio talis sit,

Motus vn° & continuus & statib° nõ interceptus, est solus circularis.

Cùm ex ijs quæ prius definita fuerant sumpsisset quidnam sit continuũ, & esse continuam magnitudinẽ: ostendit primum vtpote in linea, eam nõ componi ex ijs quæ nullas habẽt partes, hoc est, ex punctis: neq; in ea diuidi. Deinde q etiam motus & tempus cùm sint similiter cõtinua atq; magnitudo, similiter etiam se habent in hoc q neq; cõponantur ex ijs quæ nullas habent partes, neq; in ea diuiduntur. Cùm autẽ ostendisset primum similitudinem magnitudinis & motus, tunc tempus adijcit. Cùm autem vellet etiam ostẽdere ea quæ prius dicta sunt, per expositionem, prius ostẽdit quod id quod est celerius, in D æquali tempore maius spatium peruadit, q id quod est tardius. & in minori, & æquale & amplius. Hoc autem ostẽdit & per definitionem eius quod est celerius, & per expositionem. His autem vtens, colligit per expositionem, q & magnitudo & tempus diuiduntur in infinitũ. & id quidem quod est celerius, diuidit tempus: id autem quod est tardius, magnitudinem. Eadem autem ostẽdit etiã ex eo q id quod est æqualis celeritatis semper in dimidio tempore peruadat dimidium: & vt semel dicam, minus in minori. nã cùm fiant eædem diuisiones, si vnũ diuidi potest in infinitum, erit etiam alterum eiusmodi. Cùm aũt ostendisset sic fieri diuisionem in ea quæ semp possunt diuidi, soluit rationem Zenonis quæ motum cõnatur perimere, per diuisionem magnitudinum quæ fit in infinitum. Si est enim, inquit, motus: necesse est vt peruadat infinita in tẽpore finito. Ostendit ergo nõ esse infinita in finito, sed in tẽpore quod habet similiter infinitum. etenim quemadmodum magnitudo, ita etiam tempus, non actu, sed per diuisionẽ in infinitum, habet infinitum. Postquam autem ostẽdit partes magnitudinis, & temporis, & videlicet etiã motus, posse diuidi, deinceps

Sexti libri capitũ epilogus.

ostendit ꝙ id Nunc quod est propriè, etiam si videatur esse pars, non est pars temporis, sed finis & principiū. & quod est vnū & idem numero, finis præteriti, & principium futuri. Hoc añt probat per hoc ꝙ ostendit nō posse hæc duo esse, neq; vt tangentia: non tangunt enim ea q̄ nullas habent partes: neq; vt separata. habuerint enim tp̄s quod intercedit. Ei autē quod sit nunc vnum & idē, subiungit tanq̄ consequens, ipsum quoq; non posse diuidi. Et his vtens quæ ostensa sunt, ostendit in eo quod est Nūc nihil posse moueri nec quiescere. sed & id quod mouetur moueri in tempore, & quod quiescit quiescere in tempore. Deinceps autē rursus ostendit non solùm motum & tempus posse diuidi, sed etiam ipsam quæ mouetur magnitudinē, hoc argumento. Si necesse est id quod mouetur ex aliquo in aliquid, vnam quidem sui partem habere in eo ex quo mouetur, alterā verò in eo ad quod mouetᷣ, diuidi poterit id quod mouetur. Et motum ostēdit posse diuidi, non solùm per tempus, vt prius, sed etiā per magnitudinem quam continenter ac proximè ostensum est posse diuidi. Et cùm sic etiā id per quod est motus, siue per locum, siue per quantum, siue per qualitatē, & motum, & moueri, & tempus ostēdisset posse diuidi, dicit deinceps horum omnium easdem esse diuisiones. & similiter omnia simul inter se diuidi. et primum tēpus & motum: deinde motum & moueri: deinde etiā ea per quæ est motus. Cùm autē proposuisset deinceps ostendere, ꝙ id quod mutatum est, nō est mutatum in tēpore, sed in ipso Nunc quod est expers temporis et insecabile, primū ostendit ꝙ id quod mutatum est, est in illo in quo primo mutatum est. & sic ꝙ id in quo primo mutatum est aliquid, est insecabile, & non tempus. Diuiditur autē id in quo primum mutatum est, bifariam, in principium mutationis & in finē. & ostendit finem quidem esse, non esse autem principiū. neq; esse principium mutationis, sed neq; eius quod mutatum esse aliquid primum quod mutatum est. Eorum autem per quæ fit mutatio, in loco quidem & quantitate non potest aliquid primum sumi, quoniam sunt continua: in qualitate autem, per se quidē non potest, sed potest per accidens. Sed neq; in tempore in quo est mutatio potest id quod est primum sumi. Iis autem quæ dicta sunt infert tanq̄ consequens, quicquid mouetur, prius esse motum, & id quod motum est prius moueri. & ostendit eandem etiam esse quadraturam rationem in generatione & interitu. Et cōcludit deinceps, fore vt eadem ratio etiam cōueniat in omni mutatione, His autem subiungit, fieri nō posse vt in infinito tempore lineam finitā vel motu finito moueatur aliquid, nisi eādem aut eodem iterum & iterum, quemadmodum in motu circulari. sed neq; vt gignatur & intereat. Huic autē est consequens, ꝙ neq; vt infinito tēpore infinita moueatur vel quiescat magnitudo, aut motus, aut quies fieri possit. Et deinceps ostēdit, quod nec infinita magnitudo peruadit spatium finitum in tempore finito. Et cùm sic de perfectis & absolutis motibus ea quæ eis inerant ex arte exposuisset, deinceps id quod vadit ad statum, & ideo sisti dicitur, tradit. ostendens ꝙ etiam si hoc dicatur sisti, idem est quod id quod mouetur. & quęcunq; insunt ei quod mouetur, tot etiam inerunt ei quod sic sisti dicitᷣ. quare etiam sisti in tempore. & non posse primum sumi in eo quod est sisti, quēadmodum neq; in eo quod est moueri. Cùm hæc autē ostendisset & in motu qui est absolutè, & in eo qui per id quod est sisti dicitᷣ, ostendit quòd etiam in quiete quę toti motui opponitur, est & id quod

E est in tempore: & non potest sumi id quod est primum. Adhuc admirabilius autem his deinceps ostendit, quòd id quod mouetur, in quo tempore primo mouetur, fieri non potest vt sit in aliqua parte spatij in qua mouetur, vt in toto tempore & ipsum & vnaquæq; pars eius sit in eodem & sibi ęquali spatio: sed est in solo Nunc in spatio ei æquali. Ex hoc autem, Zenonis quoq; soluit rationē quæ dicit, Si telum quod fertur est semper in eo quod est sibi æquale: Quod est autem in eo quod est sibi æquale, quiescit aliquo tempore: telum quod fertur, donec mouetur quiescit. Soluit autem per hoc ꝙ nō sit in tempore in eo quod est sibi æquale, sed in ipso Nunc, in quo neq; mouetur aliquid nec quiescit. Cùm autē sint quatuor Zenonis de motu rationes, prima quidē dicebat, Si est motus, necesse est id quod mouetur in finito tēpore infinita peruadere, quam iam soluit. Secunda est quæ vocatur Achilles, quæ ipsa quoq; dicit, Si est motus: id quod est tardissimum, non comprehendetur ab eo quod est ce-

F lerrimum, propter sectionem magnitudinum quæ fit in infinitum. eadem autem ab eisdem profecta, capietur ab eisdem. Tertia est ratio Zenonis quæ sumitur ex telo quod fertur. Quarta verò à magnitudinibus quæ sunt in stadio æquales & æqualis celeritatis, quarum aliæ quidem mouentur propter ea quæ stant, aliæ verò propter ea quæ contra mouentur, & ea ratione videntur aliquid absurdi efficere, nempe quod ex ęqualibus magnitudinibus quæ sunt æquales & æqualis celeritatis, altera in eodem tempore moueatur duplo motu alterius, & idem et æquale tempus simul sit duplum & dimidium. eius autē est apertior solutio. Cùm autē esset omnino adortus soluere rationes quæ obsistunt motui, post rationes Zenonis, alias quoq; adducit & soluit. Quarum prima est ea quæ est ex contradictione, quæ dicit, Si enim id quod mutatur, neq; est in eo ex quo mutatur: nondū enim mutaretur: neq; in eo in quod mutatur: non amplius enim mutaretur: erit in eo quod intercedit. Si est autem muta-

G tio, intercedet aliquid inter contradictionem, nempe id quod est, & id quod non est, & album & non albū. quod quidē non potest fieri. non erit ergo mutatio. Soluit autē hanc quoq; rationē ex eo ꝙ totum quidem in neutra sit earum, sed eius quidem aliquid in eo ex quo, aliquid verò in eo in quod mutatur. Secundo autem dissoluit aliā quandam rationem quæ sic aduersus motum videtur insistere. Si ea quæ primò & maximè principali videntur motu moueri, nempe circulus & sphæra, non mouentur sed quiescunt, siquidem sunt in eodē loco, non fuerit motus. Soluit autem, ostendens ꝙ quæ sic mouentur, neq; ipsa, neq; partes eorum, sunt in eodem loco vllo tempore. Post hæc autem, ostēdit ꝙ id quod nullas habet partes non mouetur nisi per accidens, eo quòd sit in corpore quod mouetur, vel magnitudine. ostendit autem tribus argumentis. Probat postea nullam esse mutationē infinitam, etiam si necesse sit ante moueri semper esse motū esse, & ante motum esse, moueri. Id autem ostendit in

H vnaquaq; specie mutationis, cùm sit ex definito trāsitus in definitum. Et quærit in fine, an contingat motum esse tempore infinitum, qui sit vnus & idem specie iterum atq; iterum. Et dicit ꝙ qui fit circulo solus potest eē talis, vtpote quòd id quod est in eo iterum atq; iterum, statu minimè intercipiatᷣ. hoc aūt postea demonstrabit

SIMPLICII COMMENTARIVS IN SEPTIMVM ARISTOTELIS LIBRVM NATVRALIS AVSCVLTATIONIS.

Septimus liber habetur duobus modis.

ST quidem hic liber septimus naturalis auscultationis, quē Peripatetici H solent inscribere. Habetur autē duobus modis, cùm in dictione solùm habeant exiguam quādam differentiā. Quæstiones enim & earū demonstrationes in eodē ordine in vtrisq; eodē modo habentur. Quod aūt in vtrisq; Aristotelis explicant interpretes, hoc ego quoque nunc tractare aggressus sum. Sciendum est aūt q ex quōibus quæ sitæ sunt in hoc libro septimo, eæ q̄ sunt magis principales & operi proposito magis conuenientes, in libro qui sequitur qui est vltimus totius operis ponūtur cum firmioribus demonstrationibus. Quāobrem nōnullis ēt visus hic liber esse supuacaneus in hoc opere, vt qui vtatur mollioribus, vel, vt ait Alexāder, pauló magis logicis demonstrationibus.

Septimus liber paulo magis logicis vtitur demōstrationibus.

B Porró aūt Eudemus quoq;, qui hucusq; totius ferè operis capita est secutus, hoc prætermisso tanq̄ superfluo, transiit ad capita quæ sunt in vltimo libro. Quinetiam Themistius qui in totum opus scribit paraphrasim, cum ad hunc librum peruenisset, multa capita ex ijs quę sunt in eo habuit pro adulterinis. Sed quoniā is quoq; videtur non multum discrepare à cognatione & affinitate quę ei intercedit cum alijs libris huius operis, neq; indignus ingenio & solertia Aristotelis: dixerim hūc quidem fortasse fuisse prius scriptum ab Aristotele, cùm autem postea quæ in eo sunt capita fuissent in vltimo libro diligentius & accuratius explicata, eum coniunxisse aliquos, tanquam qui operi conueniret.

Eudemus septimū librū prætermittit.

Themistius multa septimi libri capita habet pro adulterinis.

Septimus liber nō indignus igenio Aristotelis.

Et fuerit quidem, vt existimo, non leuis nec contemnendæ vtilitatis, vt qui nos præexerceat & assuefaciat ad mente concipiendas eas quæ verè magnæ sunt & naturæ totius rationem continent contemplationes, quas in vltimo libro tradit Aristoteles. C Iam enim quod in hoc primū est ab eo propositum, q quicquid mouetur, mouetur ab aliquo, exactius & accuratius illic demonstratum est. Sed ea quidem quæ hic hucusq; tradita sunt cōsequentes, eorum sensum, quoad eius fieri poterit, inuestigemus.

Septimus liber ad quid conferat.

CAPVT I.

I QVicquid mouetur necesse est moueatur ab aliquo. Si enim nō habet in se principium motus: clarū est id moueri ab alio. Sin autē in seipso: sumatur in quo sit A B, quod mouetur, non quod aliquid eius moueatur. Primùm ergo existimare A B à seipso moueri propterea q totum moueaẽ, et à nullo extrinsecùs, D perinde est ac siqs cū DE moueat EF, & ipsum moueatur, existimet DEF moueri à seipso, propterea q nō videant vtrum ab vtro moueatur: vtrum DE ab EF an EF à DE.

I Id quod proponitur quidē, est, q quicquid moueẽ, ab aliquo moueẽ. ex quo oēs quæ deinceps sequunẽ naturales pendent contēplationes. In ijs aūt quæ mouētur, alia quidē mouentur extrinsecùs: alia verò non extrinsecùs. Extrinsecùs quidē, ea quę vi mouentur: non extrinsecùs aūt & corpora quæ moueñ ſm naturam, & quæ per appetitionem & impulsionē animæ. Et q ea quidem quę extrinsecùs mouentur, moueantur ab aliquo, nō est ostendendum, cùm clarum sit id quod mouet, vel eo q trudat, vel eo q trahat, vel eo q vehat, vel eo q circum-

Quæ mouentur, aut extrinsecùs mouenẽ, aut nō extrinsecùs.

A uoluat: In eo aūt quod videtur ex seipso & non extrinsecùs moueri, ostendit, cùm prius distinxisset id quod per se & primitus mouetur, ab ijs quæ mouētur per aliud & oīno per accidēs. eiusmodi sunt etiā ea quæ per partem mouētur, vt in principio quinti libri definitū est. etenim qui mouet manū, ipse dicẽ moueri: sed eo q aliqd eius moueatur, ipse moueri dicitur. Quod aūt per se & primitus à seipso moueẽ, quod neq; per accidens, neq; eo quòd aliqd eius moueatur mouetur, cùm sumpsisset, in eo quod sic mouetur: ostendit aliud quidē esse id quod mouetur, aliud verò id quod mouet. Primùm autē nostram dirigit intelligētiam, docens nō propterea existimare id quod totū à seipso mouetur non moueri à nullo, quòd id quod ipsum mouet non videaẽ extrinsecùs. potest enim non esse manifestum id quod mouet, sicut id quod mouetur, etiā in ijs in quibus manifestò est aliud quod mouet, B & aliud quod ab eo mouetur. sicut ipse quoq; ostendit in exēplo quod exponitur. Si enim totius K M quod mouetur, pars quidē eius K L mouet, quę ipsa quoq; mouetur: pars aūt eius quæ restat nempe L M mouetur à K L, non iure dixerit quispiā K M non moueri ab aliquo, propterea q nō sit manifestum vtrum sit in ipso id quod mouet, & vtrū id quod moueẽ. etenim in animātibus qdem videẽ totum aīal moueri, in confesso est autē corpus moueri ab aīa. quæ eo q moueaẽ corpus, moueẽ vnà cum ipso. Quare etiā si non videatur, corpus ab ea moueri dicimus. Ita ergo etiā totius A B quod moueẽ, etiam si nō appareat id quod mouet, nō ideo dicendū est id à nullo moueri. Si ergo & id quod extrinsecùs moueẽ, apertè moueẽ ab aliq, & id quod à seipso, etiam si nō appareat id quod mouet, nihil obstat quominus moueaẽ ab aliquo: colligiẽ q quicquid moueẽ, mouetur ab aliq, nec si nō appareat id quod C mouet, id obstat quominus verū sit quod diciẽ. Clarum est aūt q ex hoc argumento non ostensum qdem sit q id quod ex se videtur moueri, necessariò moueatur ab aliq. Nouimus aūt q & si non appareat id quod mouet, nihil vetat ab aliquo moueri id quod mouetur. Id autē quod deinceps sequitur, sic ostendit id quod est propositum.

In eo quod a seipso mouetur, aliud est qđ mouet, aliud qđ mouetur.

Et si nō appareat id qđ mouet, verū tñ est quod moueat.

Præterea quod à seipso mouetur, nunq̄ cessabit moueri, propterea q aliqd aliud quod mouetur stet. Necesse est ergo si quid cesset moueri, propterea q aliquid aliud stet, id moueri ab alio. necesse est enim si hoc apertū fuerit, quicquid mouetur moueri ab aliquo. Quoniam .n. sumptum est A B quod mouetur, id poterit diuidi. D quicqd enim mouetur est eiusmodi vt cadat in ipsum diuisio. Diuisum sit ergo ea parte qua est C. Necesse est ergo vt quiescente C B ēt A B quiescat. Nam si non: sumatur moueri. B C ergo quiescēte, mouebitur A C. Non ergo per se mouetur A B. Sed positum erat primùm per se moueri. Clarum est ergo quòd C B quiescēte quiescet etiam A B, & tunc cessabit moueri. Sed si quid eo quòd aliud quiescat, sistitur & cessat moueri: id ab alio mouetur. Clarum est autem, quòd quoniā quicquid mouetur, mouetur ab aliquo: potest enim diuidi quicquid mouetur: parte etiam quiescente quiescet totum. II

D Postq̃ ostendit non esse necesse vt si non appareat id quod mouet, à nullo moueatur id quod mouetur, & explicauit assumptionem quæ sumitur ex eo quod appareat: ostendit deinceps id quod est propositũ, ꝙ quicquid mouetur, mouetur ab aliquo. Id autem ostendit, cum prius sumpsisset ꝙ si qiud quiescit, eo ꝙ aliud cessarit moueri, necesse sit id moueri ab aliquo. Quod enim nõ mouetur ab aliquo, nõ necesse est vt cessarit moueri cùm cessauit aliquid aliud. Fortuitò enim aliqñ etiam quod nõ mouetur ab aliquo, si cessauerit illius motus, ipsum quoq; cessauerit moueri, sed nõ necessariò. Si ergo id quod nõ mouetur ab aliquo, nõ necesse est vt cessauerit si cessauit aliquod aliud: id quod necessariò cessauit cùm cessauit aliquod aliud, necesse est vt moueaẽ ab aliquo. Cùm hoc ergo collegisset in secũdo hypotheticorũ, & assumpsisset ꝙ quicquid mouetur, põt diuidi, quod quidem ostendit in fine libri præcedentis, exponit A B quod mouetur, & potest diuidi, quia moueẽ. & diuidit ipsum in C. Et dicet ꝙ cùm C B non moueatur quod est pars A C B, neq; A B C totum vtiq; mouebitur. Si quis enim dicat A B moueri, cùm C B non moueatur, sed A C tantùm: non vtiq; mouebitur A B totum per se neq; primò sed eo ꝙ pars eius moueatur A C. Sed non sic positum fuerat moueri, sed per se & primò A B. Si ergo non moueatur C B: nec A B totum primò mouebitur. Si autẽ non mouetur amplius A B, cũ C B quiescat: à quonã mouebitur? Id enim positum erat ab alio moueri, quod cessat moueri eo quòd stet aliquid.

Galenus diligẽtissimus et laboriosissimus.

Hanc demonstrationẽ reprehendit quidẽ & diligentissimus laboriosissimusq; Galenus, reprehẽdunt aũt etiam alij, vt quæ vtatur positione quæ non possit fieri, quæ dicit, cum A B primò & per se moueatur, C B non moueri. Alexander aũt & si multis in locis suspectam habeat demonstrationẽ, maluit dicere nõ esse positione tale vt fieri nõ possit, ꝙ eius quod per se & primò mouetur positũ sit partẽ sisti. Sola enim, inquit, ea sunt positione talia vt fieri non possint, quæ se inuicẽ perimunt. quẽadmodum nauigare per petram. Num aũt hoc quoq; est eiusmodi.

Quænã positiões sint eiusmodi ut fieri nequeant.

Si enim id quod per se & primò moueẽ, id est quod totũ ipsum mouetur, & non quod mouetur eo ꝙ aliqua pars eius moueatur: qũo et quod per se & primò mouetur simul inest vt aliqua quidẽ eius pars moueatur, alia verò non? Sed recta est quidẽ consecutio. Si enim steterit pars aliqua eius quod per se mouetur, totũ quoq; stabit. & nõ vtiq; totum mouebitur per se & primitus. Hoc autem, nempe vt eius quod per se moueẽ stet pars aliqua, donec totum ponitur per se moueri, non potest fieri. Mihi aũt hoc quoq; videtur esse infinitum, qũo sumptum sit A C B quod mouetur. Si enim vt corpus solũ: quid in eo fuerit id quod mouet? sin autẽ vt animal: cùm C B quidem moueatur solũ vt quod sit corpus, in aĩalis aũt anima A C sit collocatũ, & proprerea simul moueat & moueatur, qũo totũ dicitur per se & primò moueri? siquidẽ A C, hoc est anima, mouetur per accidens, ꝙ sit in corpore quod mouetur. Quomodo aũt omnino A C moueatur, si quiescat C B? si quidem aĩa quidem per se est immobilis, mouetur aũt ꝙ sit in corpore quod mouetur. Quare nec per partẽ A B dicatur moueri, vtpote quòd A C in ea moueatur. Si enim quiescit C B quod est in corpore collocatum, A C quoq; quieuerit, quod pro anima sumptum est. Reprehendunt autẽ etiam orationem vt quæ postulet id quod est in principio, siquidem per hoc ꝙ pars nõ moueatur, ostendit totum nõ per se moueri. Qui enim ponit partẽ non moueri, eo ipso ponit neq; totũ per se moueri & primitus.

Positionẽ & demõstrationẽ Aristotelis, quã reprehendit Galenus, defendit Simplicius.

Quoniam aũt neq; cogitatorũ Aristotelis mihi videtur quicq̃ esse rejciendum: neq; Alexander, & si se in omnẽ partem versauerit, videtur ita et exisse orationẽ vt ea nõ labet: nihil fortasse prohibet meam quoq; de eo coniecturam ijs proponere examinandã qui in hæc inciderint. Num ergo Aristoteles cùm instituisset ostendere, ꝙ id quod per se & primò moueẽ, cùm sit corpus, non ex se habet principium ut moueatur, sed mouetur ab aliquo,

E hoc ostendit, cùm prius sumpsisset ꝙ id quod quiescit eo ꝙ aliquid aliud moueri cessauerit, mouetur ab aliquo. & nec ex seipso habet motum, neq; mouet seipsum. Hoc autẽ ostendit per id quod est sibi oppositũ quod est euidentius, cum oppositione facta conuersione. Si enim id quod non moueẽ ab aliquo, non necesse est cessare moueri eo ꝙ aliquid quiescat: id quod à motu cesset necesse est eo ꝙ aliquid aliud quiescat, mouetur ab aliquo. Illud autem ALIVD, accepit pro parte, qua cessante, cessat totum per se & primò moueri. Quocirca subiunxit etiã in fine orationis, SI pars autẽ non moueatur: totum etiam quiescat necesse est. Non ergo tanq̃ mouens accepit illud, quo cessante cessat totum moueri, sed tanquã quod ipsum quoq; moueatur in toto, & suo ipsius motu compleat motũ totius. Atqui si totum à seipso moueretur, et non ab aliquo alio, sed esset ipm & quod mouet & quod mouetur: necesse esset totum toti sibi applicari, & nullas habere partes, & nõ posse diuidi, adijciam etiam semper

F moueri. vt quod enim à seipso non recedat, nunq̃ cessat moueri. Sin autem potest diuidi: qm̃ non totum toti sibi applicatur, non vbiq; sibi inuicem adest id quod mouet & id quod mouetur. vel potius nusquã adest in eodem. Quamobrem pars quoq; aliqua quæ non mouetur in eo sumi potest, & propterea quod pars, & ꝙ totũ quiescat. Meritò ergo ipse quoq; ꝙ diuidi possit id quod moueẽ, dixit esse causam ꝙ totum quiescat partis quę nõ mouetur. adeò vt tota ratio ex Alexandri sententia sic colligi possit ĩ prima figura. Quicquid per se & primò moueẽ, necessariò non mouetur quãdo à motu cessauit aliquid. Quod necessario non mouetur quando à motu cessauit aliquid, id ab aliquo mouetur. Quod necessariò non mouetur quando aliquid cessauit à motu, id mouetur ab aliquo. Fortasse autem melius est, sic colligere in secunda figura. Id quod per se & primò mouetur cùm possit diuidi, quiescente parte totum quiescit. Quod à seipso mouetur, totum non quiescit parte quiescente: quod enim est

G tale non habet partem. Quod ergo per se & primò mouetur cùm possit diuidi, nõ mouetur à seipso. Quod quidem trãsmotum in id quod est, Ab aliquo moueri, fecit vt Alexander sumeret conclusionẽ affirmatiuam in prima figura. Quòd autẽ ita vt dixi collectum sit, coniicio ex eo ꝙ ipse totam minorẽ posuerit propositionẽ in fine orationis, dicens, Semp enim poterit diuidi id quod mouetur. Si pars autẽ non moueatur, necesse est totũ quoq; quiescere. quod idẽ est, vt existimo, cum eo, Id quod mouetur cùm possit diuidi, quiescẽte parte totum quiescit. Si aũt ego vtcunq; attigi scopum eorum quæ dicta sunt, non arbitror fieri non posse vt eius quod per se & primò mouetur ponatur pars quæ non mouetur. Per se enim et primò moueri est positũ quod diuidi quidẽ potest, nondum aũt est diuisum. Quod diuidi aũt potest ponere diuisum, nõ est ex ijs quæ fieri non possunt. Et ideo Aristoteles quoq; cũ posuisset posse diuidi id quod per se mouetur, ipsum diuisit. & diuisionẽ quę actu facta est consecu

H tum est nõ per se moueri. Porrò aũt ad meam quoq; dico dubitationẽ, ꝙ A B est corpus quod moueẽ. quod quidem ostendit nõ moueri à seipso, ex eo ꝙ sit diuisum. & cùm positum sit partem in eo quiescere, quiescit totum. quod quidẽ nõ inest ei quod à se mouetur, eo ꝙ ne partẽ qdem habeat. Sic aũt sumpta oratio ne petere qdẽ dicetur id quod est in principio. sumptũ est enim A B, donec fuerit eiusmodi vt possit diuidi, & nõ sit diuisum, p se & primò moueri. Diuiso aũt eo quod põt diuidi per quietẽ partis, totũ quiescere ostẽsum est. adeò vt nec ipm per se & primò amplius moueaẽ, postq̃ diuisum sit actu. Siue eni mouenẽ quæ factę sunt actu ptes, nõ vtiq; primò totum mouetur: Siue quiescit aliqua ex partibus, nõ vtiq; totũ per se mouetur, nisi fortè eo ꝙ pars aliqua moueaẽ. Sciendum est aũt ꝙ in libro qui deinceps sequitur instituitur rursus hoc ostendere, ꝙ quicquid mouetur, mouetur ab aliquo. idq; accuratius probat & efficacius.

Quoniam

III Quoniam autem quidquid mouetur, ab aliquo mouet: necesse est etiam quidquid mouetur in loco, moueri ab alio. & id ergo quod mouet, ab alio: quoniam ipsum quoque mouetur,

IIII & id rursus ab alio, non procedit in infinitum, sed consistet alicubi, & erit aliquid quod erit primò causa vt moueatur. Nam si non ita, sed procedit in infinitum: sit A quidem quod mouetur à B, B autem à C, C autē à D. & hoc modo procedat in infinitū. Quoniam ergo id quod mouet, ipsum quoq; simul mouetur: clarum est q; simul mouebitur A & B. Dum mouetur enim B, A quoq; mouebitur. & dum B mouetur, C. & dū C, D. Simul ergo erit & motus A, & motus B, & motus C, & vniuscuiusq; ex reliquis. Ergo etiā vnumquodq; eorū sumere poterimus. Et si.n. vnumquodq; ab vnoquoq; mouetur, nihilominus est vnus numero vniuscuiusq; motus. & nō infinitus extremis, quandoquidē quidquid mo-

V uetur, mouetur ab aliquo in aliquid. Aut.n. numero euenit eundē esse motum, aut genere, aut specie. Numero ergo dico eundem esse motum, qui ex eodem in idem numero fit in tempore eodem numero. quemadmodum ex hoc albo quod est vnū numero, in hoc nigrū, quod est idem numero. Si enim i alio: nō erit amplius vnus numero, sed specie. Genere autem est idē motus, qui est in eodē prædicamento substātiæ vel generis: Specie aūt, qui est ex eodem specie, in idem specie. quemadmodū ex albo in nigrū, vel ex bono in malum: non diuersum in specie.

VI Hæc autem prius quoq; dicta sunt. Sumatur ergo motus eius quod est A, & sit id in quo est E. & motus B, in quo F. & motus C D, in quo G H. & tempus in quo mouetur A, nempe K. Cū sit motus A definitus, erit quoq; tempus K definitum & non infinitū. Sed in eodem tempore mouebatur A & B: & vnumquodq; reliquorū. Euenit ergo vt motus E F G H, cùm sit infinitus, moueatur in tēpore definito K. In quo.n. mouebatur A, quæ A quoq; deinceps consequūtur mouebantur oia vt quæ sint infinita. Quare mouentur in eodē. Etenim vel æqualis erit motus A motui F, & aliorū, vel maior. nihil enim refert. Omnino enim motum infinitū contingit moueri in tempore finito. hoc verò fieri nō potest.

III Quod primum mouet est aliqd nec mouet vnū aliud in infinitum.

Cùm sumpsisset tanq̃ ostensum, quòd quidquid mouetur, mouetur ab aliquo: hoc posito ostendit esse aliqd quod primum mouet, & non in infinitum aliud mouet aliud. sed est aliquid quod mouet, quod nō mouetur ab alio. Id autem ostēdit in motu per locum, qm̃ ipse est primus ex motibus, quòd si ipse non sit, nec sit vllus alius motus, vt discemus in libro qui deinceps sequitor. Illud aūt, A B alio mouetur} rectè dictū est, ne si dixisset solùm ab alio, videreť sumere id quod est in principio, esse aliquid quod primū mouet. quod ostēdit p hoc quòd ostenderit quòd non in infinitū aliud ante aliud motū mouet. Si ergo in motu p locū ostensum fuerit esse aliquid quod primū mouet: fuerit ēt vniuersē ac generaliter ostensum. Procedit autē demōstratio p deductionē ad id quod fieri non pōt.

A Cū.n. posuisset aliud ab alio moueri in infinitū, ostendit ei esse consequēs vt infinitus fiat motus in tēpore finito, quod quidē fieri non posse in libro præcedenti ostensum est. In hoc ergo quòd id quod ab alio moueť semper moueatur, facit demonstrationē, eius tollens id quod est in infinitū, & ostendēs esse aliqd quod primum mouet, quod nō mouetur ab alio. Cùm ergo posuisset id quod mouetur ab alio quod semper mouetur, ipsū quoq; ab alio moueri, idq; in infinitū: ostendit id quod fieri non potest sequi positionē. Quoniam.n. ponitur id quod mouet ab aliquo motū mouere: videlicet simul & ipsum mouebitur ab eo quod ipsum mouet, & id quod mouet qđ à seipso mouetur, siquidem mouet eo quòd moueatur ab alio. In eodē ergo tempore, & i eodē: & eius quod mouet motus & eius quod mouetur peragitur. qñ enim mouetur id quod mouet, tunc mouet. Quare simul erit motus oium, & eorū quæ mouent & eorū q̃ mouentur. Si enim A quidē moueatur à B, B aūt à C, id autē à D, & semper id

B quod est proximū à pximo: clarū est semper futurū motū A, & motum B, & motū C, & vnūquenq; eorū quæ mouent & mouētur. qm̃ vnūquodq; eorū quę mouēt & mouētur est vnū numero: eius aūt quod est vnum numero vnus quoq; est numero motus. Et si.n. qui est ex oībus, est vnus & cōtinuus, ipse tñ vnus componitur ex tot numero quot sunt ea q̃ mouēt & quæ mouentur. Et si enim oia simul mouēātur, vnūquodq; tñ eorū mouetur motu proprio, vt quæ sint distincta numero. eius enim quod est vnū numero, vnus est numero motus, & vno definitus. Est enim, inquit, oīs motus ex aliquo i aliquid. Hoc.n. est esse motū & in sūma mutationē, Esse ex aliquo in aliquid, & esse definitū eo ex quo & eo ad quod. Cùm autē dixisset vniuscuiusq; eorū quæ mouent & mouentur esse vnū numero motū, ostēdit quòd q est ex eodē in idē numero, fit ēt in tēpore eodem numero. Ex eodē autem, dicit id ex quo, & in idem, id ad quod. siue idem sit, siue aliud, id ex quo & id ad quod. Quinetiam si nō sit vnum

Eius quod est vnū numero ē vnus numero motus.

Vnus numero motus fit in tēpore eodē numero.

C tēpus & cōtinuū eius motus qui est ex aliquo in aliquid, Sed intermittitur, nō est vtiq; vnus motus. Si enim mutetur ex hoc albo in hoc nigrū, nō in tpe vno numero & cōtinuo, sed in alio & alio: & si maximè sit vnū numero id ex quo & id ad quod, & quod mutatur vnū sit, nō erit numero vnus motus qui fuit interruptus. Sed siquidem sit vnus, est vnus specie. Postq̃ aūt dixit de motu q est vnus numero, subiungit quòd motus quoq; sicut alia, tribus modis habet vt sit vnū. Aut enim numero, vt dictū est, aut genere, aut specie. Et quisnam sit quidē is q est numero vnus, dictū est. Est aūt genere vnus motus qui est eiusdem prædicamēti: quemadmodū substātiæ, vt generatio & interitus: vel qualitatis, vt alteratio: vel quātitatis, vt augmentū & diminutio: vel eius quod est vbi, vt qui est per locū: solet.n. hæc genera vocare prædicamenta: Specie autē ijdem sunt motus, qui fiūt ex ijs quæ sunt eadem specie, in ea quę sunt rursus eadem inter se specie. quemadmodū ij qui fiūt ex albis in nigra. eiusdem enim

Motus dicitur vnus tribus modis.

D speciei sunt alba, & eiusdem nigra. Siue ergo fiant simul plures motus ex albis in nigra, siue in alio & alio tempore, sunt ijdem specie. Cùm aūt dixisset, Aut ex bono in malū, subiunxit, si non sit diuersum specie} bonum.s. & malū, quemadmodū temperātia & intēperantia. Sin aūt bona specie differūt, & ea ex qbus, & rursus ea in quæ fit mutatio, quēadmodū tēperātia à magni & excelsi animi virtute, & intemperātia à vitio pusilli & abiecti animi, non sunt eiusdem speciei q̃ sunt in eis mutationes. sed si vtraq; sunt, sunt eiusdē generis in bono & malo. De motu aūt qui est vnus numero prius dixi. & oportet ijs solum hoc addere, quòd oportet etiam esse id quod moueť vnū numero si futurus est vnus numero motus. Dictū est aūt de vno motu in quinto ēt libro huius operis, ad quæ nos remittēs, dixit dictū esse prius. Postquam aūt cōfirmauit vnūquodq; eorū quæ mouēt & quæ mouētur, moueri motu vno numero, sumit tēpus in quo mouetur vnum

Bona & mala possunt esse eiusdē & diuersarum specierum.

corum

eorum quæ mouentur, vtpore A, esse finitum, quoniam
vniuscuiusq; etiã motus positus est finitus, vt qui sit ex
aliquo in aliquid. Ostensum est autem motum finitum
esse in tempore finito. & ponit motus A tempus finitum
K. Quoniam autem ea sunt infinita quæ mouent & quæ
mouentur, etiamsi sit motus vniuscuiusque finitus: qui
est tamen ex omnibus qui sunt infiniti, erit infinitus. ma
gnitudo enim quæ est composita ex compositione ma-
gnitudinum quæ sunt numero infinitæ, infinita sit ne-
cesse est, etiamsi sit finita vnaquæq; earum quæ compo-
nunt. Est ergo infinitus, vt vno verbo dicam, motus E F
G H, qui cõstat ex motibus qui sunt infiniti multitudine.
Quia ergo in quo tempore mouetur A, hoc est, in tempo
re K, in eo etiam vnumquodq; aliorum quæ mouent quæ
sunt infinita multitudine, mouetur, eueniet vt etiam to-
tus motus E F G H qui est infinitus, fiat in finito tempore
K. Consecutum est ergo aliquid quod fieri non põt, nem
pe vt in tempore finito motus moueatur infinitus: hoc
enim fieri non posse ostensum est in libro præcedẽte: con
secutum est autem, eo q; posita sint infinita multitudine
ea quæ mouent & quæ mouentur. Fieri ergo non potest
vt ea sint ĩfinita. Est ergo primum quid qd mouet, quod
non vtiq; mouetur ab alio. Quoniam autem id quod con
stat ex magnitudinibus infinitis multitudine, seu æqua-
les seu inæquales fuerint magnitudines, est infinitum:
est autem magnitudo aliqua motus quoque: meritò ad-
iecit quòd siue sint inter se æquales motus qui sunt infi-
niti multitudine, siue alij alijs maiores, vtroq; modo to-
tus est infinitus.

VII Sic ergo videri quidem possit ostẽdi id quod
est à principio. Sed non ostẽditur, quoniam ni-
hil eueniat absurdi. In tempore enim finito mo
tum contingit esse infinitum: sed non eundem,
verùm alium & alium cùm multa moueant infi
nita. quod quidem ipsis quoq; Nunc accidit.

IIII Cùm in prius dicta demonstratione indistinctè sum-
ptum sit, esse infinita multitudine ea quę mouent & quę
mouentur: rectè aduertit q; non habens oratio eã quam
par est habere distinctionem, videtur quidẽ demonstra-
re id quod est à principio propositũ, esse aliquid primum
mouens, propterea q; ostenderit aliquid quod fieri non po
test sequi oppositum ei, qui dicit in infinitum aliud ante
aliud semp mouere & moueri, & ideo motus posuit infi-
nitos, & cõstituit vnum infinitum magnitudine qui con
stat ex infinitis, & collegit aliquid quod fieri non potest,
vt is infinitus moueatur in tempore finito. Ostendit er-
go ex his positis non colligi aliquid quod fieri nõ possit.
Quod positum enim est, erat, Eorũ quę sunt infinita mul
titudine, motus quoq; sunt infiniti multitudine. Contin-
git autem hos motus infinitos multitudine fieri tempo-
re finito si simul fiant, nempe motum A & B & aliorum.
& nihil sequitur quod non possit fieri. sed id consecutum
esset quod fieri non posset, si motus infinitus moueretur
in tempore finito. nam vt plures multitudine & infiniti
fiant in tẽpore finito, id non est eiusmodi vt fieri non pos
sit. Si ergo futurum est vt sequatur id quod fieri non po-
test: oportet ostendere quomodo motus qui sunt infiniti
multitudine, componuntur in vnum motum infinitum
magnitudine, qui simul fit in tẽpore finito, in quo etiam
fit vnus ex finitis. Sic enim esset consecutum id quod fie
ri non potest, nempe vt in tempore finito sit motus infi-
nitus. Hoc ergo deinceps facit, ostendẽs quomodo vnus
infinitus, qui talis est, motus efficitur.

VIII Sed si id quod primò mouetur per locum &
motu corporeo, necesse est vt tãgat vel sit con-
tinens ei quod mouet, quemadmodum hoc vi-
demus euenire in omnibus: erit enim vniuer-
sum ex omnibus vnum, quatenus continuum:

E sumatur id quod cõtingit. & sit magnitudo qui
dem vel continuũ, in quo sit A B C D, eius autem
motus E F G H. nihil autem refert an finitum an
infinitum. similiter enim in K finito mouebitur.
an infinitum an finitum. vtrunq; autem eorum
est ex ijs quæ fieri nequeunt. Clarum est ergo IX
q; si stetur aliquando. & non procedit in infini-
tum, id quod semp ab alio, sed erit aliquid quod
primum mouebitur. nihil autem referat q; posi
to aliquo hoc ostendatur. eo enim quod cõtin-
git posito, nihil absurdi oporteret euenire.

V Cùm multa sint, eaq; infinita multitudine ea quæ mo-
uent & quæ mouentur, nihil consequitur quod fieri non
possit, si infiniti motus simul fiant in tempore finito. sed
vnum quid, inquit, fit id quod constat ex omnibus quæ
mouent & mouẽtur. Quod enim mouet aliquid in loco
primitus, hoc est, pximè seu continenter, et non per aliũ,
& mouet motu corporeo, necesse est vt moueat cùm sit
cõtinens ei quod mouet, vel ipsum tangẽs sic ipsum mo-
ueat. Corporeum autem dicit motum eum qui contra ni
titur. mouet enim etiã id quod primò mouet, & id quod
est amabile. & etiamsi ea per locum moueant, nõ tamen
corporeè. corporeè enim mouet, id quod trudit, vel tra-
hit, vel circũuoluit, vel vehit. Hæc autem tangant neces
se est ea quę ab ipsis mouent̃, & eis per tactum quodam-
modo vniantur. Et si plura ergo sint, etsi infinita, ea quæ
mouent & mouentur ex successione: nam ea quoq; erũt
vnum per tactum: seu autem sit, inquit, vnum infinitum
seu finitum, nihil refert. non q; fieri non possit vt ex infi-
nitis multitudine magnitudinibus seinuicem tangenti-
bus, etiamsi atomis Democriti sint magnitudine breuio
ra, non fiat aliquid vnum finitum. nam etiã siquis ipsum
posuerit finitũ, cùm sit motus infinitus & vnus qui com
G ponitur ex motibus qui sunt infiniti multitudine, seque-
tur id quod fieri nõ potest, vt in tempore finito motu in-
finito motum sit, siue sit magnitudo infinita siue finita.
vtroq; enim modo sequetur id quod non potest fieri, vt
ostensum est in libro præcedẽti. Porrò autem nos quo-
que nũc admonuit, q; quomodocũq; sumpti fuerint mo-
tus qui sunt infiniti multitudine, siue sint æquales, siue
inæquales magnitudine, faciunt magnitudine infinitum
& totum, hoc quoq; nunc adiecto, q; fit vnus motus, per
contactum eorum quæ mouent & quæ mouentur, qui
vnum facit id quod mouetur. qui est enim vnius motus,
est vnus. Illud autem, Quod enim contingit sumemus
vt quod sit, dixit de eo quod est sumere æquales vel inæ-
quales. Quoniam enim vtraq; contingunt: quodcunque
positum fuerit, ei habebimus consequens id quod nõ po
test fieri. Cùm autem infinitã posuisset magnitudinem
quæ constat ex A B C D, cùm sint multitudine infinitæ ma
gnitudines, dixit in colligẽda ratione, AN finitum an infi
H nitũ, } vtpote quod in vtroq; id sequatur quod fieri non
potest. Infinitam enim & finitam magnitudinem infini-
to motu moueri in tempore finito, in præcedenti libro si
militer ostẽsum est esse eiusmodi vt fieri nõ possit. Post-
quam autem dissoluit obiectionem quæ ex eo fit quod ci
tra vllam positum est distinctionem, concludit deinceps
orationem. Cùm enim ostensum esset fieri non posse vt
sint in infinitum ea quæ mouent & quæ mouentur, siqui
dem quod fieri non potest aliquid, id est consecutum: ne-
cesse est vt id quod est ei oppositum verum sit, sisti hunc
progressum & non ire in infinitum: sed esse aliquid quod
primò mouet, quod non vtiq; ipsum mouet̃ ab alio. Quo
niam autem non demonstratiuè sed ex positione ei pro-
cessit oratio, quæ multitudine posuit infinita ea quæ mo
uent & quæ mouentur: & ei subiunxit id quod nõ potest
fieri: ne quis dicat nihil esse ostensum, siquidem secutum
est ex positione id quod nequit fieri: rectè subiũxit sum-
ptam

Infiniti motus multitudine possunt fieri in tẽpore finito.

Motus corporeus quis dicatur.

Infiniti motus multitudine faciunt motum infinitũ magnitudine, p cõtactum eorũ quæ mouent & quę mouentur.

ptam esse positionem vt quam esse contingat. qui enim non concedit esse aliquid primum mouens, vtpote quòd contingat posse sumi in infinitum aliud quod ante aliud mouet & mouetur, sic illud non concedit. Cùm autẽ positum sit contingere, nihil sequitur quod fieri non possit. sed id quidem quod fieri non potest id quod nõ potest fieri, id autem quod potest fieri, id quod fieri non potest, vt didicimus in Analyticis. Quare etiamsi positum fuerit vt contingens, non est contingens. Quando autem dicit, Sumpta est enim contingens positio, audiendum est pro eo quod est vt contingens. Quare etiãsi ex positione id euenerit quod fieri nõ potest, euenit ex positione quæ sumpta est vt contingens. & si esset contingens, nõ oporteret eam aliquid consequi quod fieri non posset.

CAPVT II.

X ID autem quod primum mouet, nõ vt id cuius gratia, sed vnde est principium motus, simul est cum eo quod mouetur. Simul autem dico, quoniam nihil inter ea intercedit. Hoc enim est cõmune in quocunq; quod mouetur & mouet. Quoniam aũt sunt tres motus, is qui per locum, & per qualitatem, & per quantitatẽ: necesse est etiam esse tria quæ mouentur. Qui est ergo per locum, est latio: Qui per quantitatem verò, alteratio: Qui autem per quantitatẽ, augmentum & diminutio. Dicamus ergo primum de latione seu motu per locum. is est enim primus ex motibus.

VI Vt ostenderet fieri vnum numero motum, eũ qui est ex positione eorum quæ mouent & mouentur in infinitum, & ei inferret id quod fieri nõ potest, nempe in tempore finito motu moueri infinito, eo vsus est ꝙ id quod proximè & continenter mouet, debeat tangere id quod mouetur, vel ei esse continuum. Hoc autem tũc quidem probauit ex inductione, dicens, sicut videmus in omnibus: nunc autem instituit id ostẽdere in vnaquaq; specie motus, ꝙ necesse sit id quod proximè mouet ac cõtinenter simul esse cum eo quod mouetur. Quoniam aũt duobus modis est id quod mouet: vnum quidem, vt id vnde est principium motus, hoc est, efficiens: alterum autẽ vt id cuius gratia, hoc est finale: de efficiẽti ab eo nũc fit demonstratio. Quod enim mouet vt finis, & in summa id quod est appetendum, non est simul cum eo quod mouetur. appetitio enim nõn præsentis, est maximè extensio quæ tendit ad ipsum. Primum autem mouẽs dicitur quidem id etiam quod dat causam motus, vel etiam per aliquos alios motus qui intercedũt. sicut is qui fune trahit, vel virga trudit. Ita autem omnium quoq; prima causa motus id quod est imobile, ea quæ hic sunt dicitur etiam mouere vt efficiens. Primum autem mouens dicitur ẽt id quod mouet proximè ac continenter. sicut nunc nomine vsus est: id quod primum sic mouet dicens simul cum eo quod mouetur. Quomodo autẽ hoc simul dicat, ipse quoq; exposuit, dicens, DICO autem simul, inter quæ nihil intercedit} quod idem est quod tãgere. Illa enim tangere dicebantur, quorum extrema sunt simul vt nihil habeant quod sit intermedium. Postquam autẽ dixit hoc esse cõmune in quolibet quod mouetur & mouet, videlicet quod sic mouet vt dictum est efficienter, diuidit deinceps species motus in motũ per locum, & qualitatem, & quantitatem. Et cùm sumpsisset tria quæ mouent, id quod fert, & id quod alterat, & id quod auget vel diminuit: de prima latione seu motu per locum, vt qui sit primus motuum, quemadmodum in libro sequenti ostendit, verba facit.

Quod proxime mouet, simul est cum eo quod mouetur.

Id quod mouet est duplex, efficiẽs & finale.

Primum mouens quid dicatur.

Quidquid autem fertur, vel à seipso mouetur, vel ab alio. Atq; quæcunq; quidẽ ipsa à se-

A ipsis mouẽtur, clarũ est in ijs simul esse id quod mouetur et mouet. eis enim id quod primò mouet inest. Quare nec est intermediũ. Quęcunq; autem mouentur ab alio, ea quatuor modis fieri necesse est. sunt enim quatuor species lationis seu motus qui fit ab alio, Attractio: Trusio: Vectio: Circũuolutio. omnes enim qui fiũt per locum motus, ad hos reducuntur. Intrusio enim est quædam trusio, quando id quod ex seipso mouet sequẽs trudit: Extrusio autem, quando id quod mouit non sequitur: Iactus verò, cùm eum qui est ex ipso motum fecerit vehementiorem ea latione quæ est s̃m naturam, & tãdiu feratur donec inualuerit motus. Rursus protrusio & contrusio sunt extrusio & attractio. pro-B trusio enim est extrusio: aut. n. à se, aut ab alio est extrusio: Cõtrusio autem attractio. nam ad se & ad aliud est attractio. Quare etiam eorum species. quemadmodum σπάθησις, id est, telę contrusio, & κέρκισις, quę fit radio impulsio. est enim hæc contrusio, illa verò protrusio. Similiter autem aliæ quoq; concretiones seu congregationes, & excretiones seu segregationes. erunt. n. omnes protrusiones vel contrusiones. præterquam eæ quæ sunt in generatione & interitu.

VII Id quod fertur quidem dicit id quod mouetur per locum, & à latione sic dicitur: Quòd autẽ cum sit id quod mouetur, necesse sit etiam esse id quod mouet, clarũ est. siquidem ostensum est quidquid mouetur, moueri ab aliquo. Cùm autem diuisisset ea quæ per locum mouẽtur, C & in ea quæ à seipsis mouent, & in se habent id quod mouet, quemadmodum animalia in se habent animam quæ mouet corpus, & in ea quæ mouentur extrinsecùs & ab alio: præter hos enim modos nõ licet moueri: quæ à seipsis quidem mouentur, clarum est, inquit, ꝙ simul habent in seipsis id quod mouet cum eo quod mouetur, ab ipso non separatum, neq; aliquo quod intercedat interceptũ: ita enim anima vna est cum corpore, ipsum mouens etsi non moueat corporeè: Qui autem ab aliquo extrinsecùs mouente fit motus, cùm sit violentus scilicet, & non s̃m naturam, habet quatuor supremas differentias. aut enim trahit id quod mouet: aut trudit: aut vehit: aut circũuoluit. Quòd autem hi soli sint modi violenti motus qui fit extrinsecùs & ab alio, ostẽdit ex eo ꝙ omnes qui ab alio fiunt violenti motus, harum differentiarum reducantur ad aliquam. intrusionẽ enim & extrusionem reducit sub trusionem. Si est enim trusio, vt ipse paulopost definit, D vel à se ad aliud, vel ab alio ad aliud: intrusio autem est, quando à seipso aliqd quod mouetur sequente ipsum trudit: extrusio autem, quando à seipso vel ab alio extruditur aliquid ab eo quod mouet non sequente id quod mouetur: vtriq; fuerit cõmunis trusio. Differunt autem intrusio & extrusio, in sequendo aut non. Porrò autem iactum quoq; dicit reduci ad trusionem. tantisper enim dicitur aliquid iaci, donec vehementia trusionis potentior fuerit proprio motu eius quod truditur: Quando autem illa soluta ipse dominatum obtinuerit, vtputa si fuerit lapis, nõ amplius fertur per tactum, obliquè, verbi gratia, vel sursum: sed per proprium motum deorsum. Est ergo iactus quoq; aliqua trusio. nã et siquis deorsum lapidem iecerit, donec eius quidem quod iecit trusio fuerit potentior motu qui est s̃m naturã, iactus est motus. illo autem soluto, & eo inualescente qui est s̃m naturam, non est amplius iactus nec trusio. Porrò autem in iactu, etiamsi id quod iecit nõ amplius tãgit id quod iactũ est, aer tamen

Motus violenti per locũ sunt quatuor sũmæ differentiæ.

Intrusio qd sit.

Extrusio qd sit.

Iactus est quædam trusio.

qui ipsum mouet proximè & continenter, sumpto principio ab eo quod primum mouit, cùm naturalem habeat aptitudinem ad id quod mouetur in obliquum, propterea quod non sit absolutè grauis nec leuis, trudit id quod iactum est, ipsum attingens. quemadmodũ qui ipsum primo mouit, homo fortasse, vel qui ab illo accepit mouendi potestatem aër propter continuitatem. sic enim in libro sequenti tradit ipse causam iactus, non admittẽs antiperistasim seu obsistentiam. Quinetiam protrusionem & contrusionem sub trusionem deducit & tractionem. est enim protrusio, extrusio quæ fit inuicẽ alterius ab altero: Extrusio autem est trusio: Contrusio autem, attractio: Attractio autem est vel ad se vel ad aliud. Videtur autem contrusio quoque significare aliquam trusionẽ, sed nequaquã separabilẽ vt protrusio, sed quæ cogat potius & constipet. Quinetiam species quoque, inquit, contrusionis & protrusionis sub trusionem reducẽtur, & attractionem. Species autem protrusionis quidem telę cum radio impulsio, & excreatio & expiratio, et omnis excernendi facultas: Contrusionis autem σπάθησις, id est telæ contrusio. & inspiratio, & cibi & potus attractio, & vt semel dicam, omnis cogendi aggregãdi ue facultas. ne enim singula persequens, simul quidem prolixiorem faceret orationem, simul etiam suspecta redderet ea quæ relinquerentur, cùm omnes qui sunt eiusmodi ad concretionẽ reduxisset & excretionem: excretionem quidem dicit esse quandam trusionem, concretionem verò attractionem. Cùm autem duxisset concretiones omnes & excretiones futuras esse contrusionem & protrusionem, subiunxit, PRÆTERQVAM ea quæ sunt in generatione & interitu.} Quoniam enim Anaxagoræ Leucippo & Democrito omnis ortus & interitus videbatur fieri concretione & excretione, hoc quidem ei non placet. Sed si omnino, inquit, fiunt aliqua & intereunt per concretionem & excretionem, hæc concretio & excretio non reducẽ ad cõtrusionem & protrusionem: neque per hæc ad attractionem & trusionem. quæ enim protruduntur & cõtruduntur, cùm sint & maneant ea quæ sunt substantia, dicũtur protrudi & cõtrudi. & in summa trudi & attrahi: quę autem fiunt & intereunt, non manentia in propria substantia, per generationem mutantur & interitum. quoniam sunt eiusmodi mutationes in substantia. Quare cõcretiones eiusmodi & excretiones non sunt trusiones nec attractiones. Neque enim sunt omnino motus generationes & interitus. neque fieri potest vt trahatur vel trudatur id quod adhuc fit & nondum est. Quoniam autem Alexãder in altero septimo libro qui ab hoc parum quid differt in dictione, dicit σπάθησιν καὶ κέρκισιν deduci sub trusionẽ: sciendum est quod in ijs quos noui ita inueni scriptũ καὶ ἡ σπάθησις καὶ ἡ κέρκισις. Alterum enim eorum est cõcretio seu aggregatio, alterum verò secretio. Sciendum est autem quod Themistius in ijs quos ego legi libris, ab hac dictione quæ dicit, Quidquid autem fertur, vel ipsum à seipso mouet, vel ab alio, cœpit huius libri scribere paraphrasim, ijs neglectis quæ in eo hucusque dicta sunt. & neque in ijs quæ deinceps sequuntur seruat continuitatem.

Protrusio quid. Detrusio quid.

Concretio.

Excretio, trusio, attractio.

Anaxagoræ concretio & discretio.

Simul aũt clarum est non esse aliquod aliud genus motus, nisi concretionẽ & secretionem, omnes enim diuiduntur in aliquos ex ijs qui dicti sunt. Præterea autem inspiratio quidem est attractio: expiratio autem trusio. Similiter autem & expuitio, & quicũque sunt alij per corpus vel excernendi vel assumẽdi motus, hi quidem sunt attractiones, illi verò extrusiões seu expulsiones. Oportet autem alios quoque qui fiũt per locum reducere. Oẽs.n.cadũt in hos quatuor.

VIII Cùm dixisset cõcretiones & secretiones, illas quidem esse cõtrusiones, has verò protrusiones, et ideo illas qui-

E dem trusiones, has verò attractiones: quoniam nonnulli ex Philosophis naturalibus, non solùm motuum per locum, sed etiam omnium ponebant principia concretionem & secretionem, & non solùm motuum, sed etiã omnium mutationum, ipse non hoc solùm videtur perimere quòd sint ipsa omnium motuum principia, sed nec prima sunt, inquit, principia. sed neque hoc est aliquod omnino genus motus præter quatuor quæ dicta sunt, sed hæc quoque sub illa reducuntur, & eorum species. Etenim Inspiratio quidem cum sit concretio seu conciliatio, est attractio: Expiratio verò cum sit secretio, est trusio seu pulsio. Similiter autem & expuitio. Et quicunque sunt, inquit, alij per corpus vel excernendi vel assumendi motus, illi quidem segregantes, hi verò aggregantes, illi quidẽ reducuntur sub trusionem, hi verò sub attractionem. Sic quidem principium exposuit Alexander, concretionem & secretionem dicens ostensum esse nõ esse aliud genus motus, sed eas reduci sub prædicta quatuor, vt quæ sint illorum partes. F Deinceps autem cùm rursus à capite inchoasset orationem, seu propter aliam quæ postea adscripta est impulsionem, seu nescio quonam modo, dicit generalissimos motus ab ipso vocari, cõcretionem & secretionẽ. Omnes enim, inquit, species motus sub eas reducentur. Si enim omnia quidẽ sunt sub protrusione & contrusione: eorum autem vnus quidem est concretio, alter verò secretio: reducentur omnia ad concretionem & secretionem. Hæc scripsit Alexander his verbis, etsi dixerit Aristoteles, SIMILITER autem aliæ quoque cõcretiones & secretiones} erũt enim omnes protrusiones & cõtrusiones, præterquam ea quæ sunt in generatione & interitu. Quare non est contrusio quædã concretio, neque protrusio secretio quædam, vt dicit Alexander. Sed contra concretiones & secretiones sunt contrusiones & protrusiones. Quomodo autem ad cõcretionem & secretionem reduci potuerint omnes motus ex ijs quæ nũc dicta sunt: siquidẽ dicit Aristoteles omnes cadere sub hos quatuor, G & duos rursus ex quatuor vectionem & circumuolutionem reducit ad duos reliquos, attractionẽ & trusionem: & in his collegit tãquam cõmunem quæ est proposita rationem, dicẽs, Quare si id quod trudit & trahit est simul cum eo quod trahitur: clarum est quod inter id quod per locũ mouetur & mouet nihil est intermedium. non dixit autem, quare si id quod cogit & quod secernit. In altero autem libro sic his verbis scriptum est, Atque omnis quidem motus qui est in loco, est concretio & secretio. Et fortè ex hac dictione adiecit Alexander ea quę posterius dicta sunt, quæ non conueniũt ijs quæ hic scripta sunt, vt videtur. Potest autem fortasse ostendi has orationes Aristotelis inter se conuenire, qui concretionem & secretionem non absolutè reducit sub cõtrusionem & protrusionem, seu attractionem & trusionem, tanquam sub magis vniuersas ac generales, sed eas dicit esse easdem cum illis. Sic enim postea statuit Alexander dicens, Omnes reducẽtur sub has duas, attractionem & trusionem. H quarum illa quidem est concretio, hæc verò secretio. Et ita fuerit motus maximè generales, cõcretio, & secretio.

Cõcretio & secretio sunt motus maxime gñales.

Ex his autem rursus, vectio & circumuolutio, ad attractionem & trusionem. Vectio enim est per aliquem ex his tribus modis. id. n. quod vehitur, mouet per accidens, quia est in eo quod mouetur, vel super aliqd quod mouetur. Id autem quod trudit vehit, dum vel trahitur, vel truditur, vel circumuoluitur. Quare vectio est omnium trium cõmunis. Circumuolutio aũt componitur ex attractione & trusione. necesse est enim vt id quod circumuoluit, partim quidem trahat, partim verò trudat. Partim enim à seipso, partim verò ad seducit. Quare si id qđ tru-

dit & id quod trahit simul est cum eo quod truditur & eo quod trahitur: clarum est quod inter id quod per locũ mouetur, & quod mouet, nihil est intermedium. Sed hoc quidem clarũ est vel ex definitionibus. Trusio enim est motus qui est à seipso vel ab alio ad aliud: Attractio autem quæ ab alio ad seipsum, vel ad aliud, quando celerior fuerit motus eius quod trahit, qui à seinuicem seiungit ea quæ sunt continua. Sic enim simul trahitur alterum.

IX Postquam ostendit ꝙ ad quatuor qui dicti sunt, omnes reducuntur motus qui fiunt per locum, duos rursus, nempe vectionem & circũuolutionem, reducit ad duos reliquos, trusionem & attractionẽ. ostendit enim vectionem quidem fieri vel per attractionẽ, vel per trusionem, vel per circumuolutionem: circũuolutionem autẽ componi ex trusione & attractione. Et ꝙ vectio quidem fit sub aliquo trium, ostendit, sumens id quidem quod vehitur non per se moueri, sed per accidens. Ideo enim quòd id quod vehit moueatur, mouetur id quod vehitur. & quẽadmodum illud per se mouetur, ita hoc per accidẽs. Quamobrem quærendum est quot modis moueãtur ea quæ vehunt. per eos enim mouebitur etiam id quod vehitur. Eorum autem quæ vehunt, alia quidẽ à seipsis mota vehunt, sicut equus equitem, & in summa ea quę sunt animata: Alia autem, ipsa quoq; mota extrinsecùs. Sed de animatis quidem, & ijs quæ mouentur à seipsis, prius ostensum est, simul esse in seipsis id quod mouet & id q̃d mouetur. Inanimata autem, & quæ extrinsecùs mouentur, in quibus sunt quædam quæ vehunt, mouentur tribus modis. aut enim dum trahuntur, vt nauis quæ vehit vectores: aut dum truduntur, vt quæ vẽto acta nauigat: aut dum circumuoluuntur, vt trochi & lapides molares. qui quidem vehunt etiam nonnunq; quædam eis imposita. Quare vectio est cõmunis tribus modis. Aut enim attractione, aut trusione, aut circumuolutione mouetur id quod vehitur. Sic quidem vectio. Circũuolutio autem, inquit, componitur ex attractione & trusione. Qui enim circũagit, aliquãdo quidem ad se trahit id quod circumagitur: aliquando verò à se extrudit. quẽadmodum ij qui molunt manibus. Molam enim à se trudens, & rursus trahens, facit circũuolutionem. Si quatuor ergo motus reducuntur ad attractionem & trusionem: id autem quod trahit & trudit simul est cum eo quod trahitur & truditur: clarum est ꝙ quæ per locum mouẽt, sunt simul cum eis quæ ab ipsis mouentur per locum, & nihil inter ea intercedit. Restat igitur vt ostendat ꝙ id quod trudit, & quod trahit, est simul cum ijs quæ ab ipsis mouentur. Hoc autem ostẽdit ex definitionibus trusionis & attractionis. Est autem vel maximè præcipuus modus demonstrationum ex definitionibus. Est autẽ trusionis quidem definitio, motus qui est à seipso ad aliud, vel ab alio ad aliud: Attractionis autem, motus ab alio, vel ad seipsum, vel ad aliud. Quando enim, inq̃t, fuerit celerior motus eius qui separat à seinuicẽ ea quę sunt continua, tunc, inquit, trahit id quod trahit alterum vel ad se vel aliud, quando id quod trahit est potentius proprio motu eius quod trahitur, eo quod sit celerior motus eius quod trahit, q̃ eius quod trahitur. qui quoad eius à se fieri potest, separat à seinuicem ea quæ sunt continua, hoc est ea quæ trahuntur, ad hoc vt tangant, et ea fiant ratione cõtinua. proprius enim vniuscuiusq; motus, quantum in se est, separat & auellit ea quæ à trahente vi sibi inuicem coniunguntur & se simul tangunt. multis enim in locis Aristoteles. ea quæ se tangunt solitus est vocare cõtinua. Quando autẽ eius quod trahit motus, fuerit celerior motu eius quod trahitur, qui à seinuicẽ separat & auellit ea quæ ab attractione futura sunt continua, tunc fit attractio: & id

Vectio quid sit, & sub q̃d genus reducantur.

Vehere q̃t modis dicatur aliquid.

Circumuolutio q̃uo fiat.

Quod trudit & trahit est simul cũ iis quę mouentur.

Trusio quid sit.

Attractio q̃d sit.

A quod mouetur, vnà trahitur ab eo quod mouet: vel potius dicẽdum est, quãdo fuerit celerior motus eius quod vi trahit ad id quod est dissimile, & auellit id quod tunc est continuum ad id quod est simile, ab eius quod trahitur motu qui est s̃m naturam, qui à seinuicẽ separat continua quæ sunt dissimilia. Quæ sunt enim s̃m naturã facultates, singula similibus continua facientes, seruant in locis proprijs. quemadmodum qui vi trahunt, auellẽtes ea quę tũc sunt continua, trahũt ad loca dissimilia. Quòd si etiam ad similia, vt si quis deorsum trahat lapidem, vel ignẽ sursum, velociorem tamẽ motum esse oportet eius quod trahit, motu eius quod trahitur, etiamsi fiat ad eadem, si sit peragenda attractio. Sciendum est autẽ Alexandrum dicere hanc dictionẽ quæ dicit, QVANDO fuerit celerior motus eius quod continua à seinuicem separat} non haberi in aliquibus exemplaribus. Quomodo autem fuerit hoc rationi cõsentaneum, siquidem ex hac adiectione statim obiectionem infert Aristoteles? In B altero autem libro septimo sic habet hæc dictio. Attractio autem, q̃n vel ad se vel ad aliud fuerit celerior motus eius q̃d trahit, non separatus à motu eius q̃d trahitur.

Forte autẽ videri possit esse aliqua attractio etiam aliter. Lignum enim trahit ignẽ non hoc modo. Hoc autẽ nihil refert, an moto eo quod trahit, an manente trahat. aliquando enim trahit eò vbi est, aliquando verò eo vbi erat. Fieri autem non potest vt à se ad aliud, vel ab alio ad seipsum moueat si non tangat. Quamobrẽ clarum est, ꝙ inter id quod per locum mouetur, & quod mouet, nihil est intermedium.

Cùm tradidisset rationem attractionis, et motum eius quod trahit, in ea esse ostendisset celeriorem naturali motu eius quod trahitur, aduertit ꝙ quædam eorum quæ trahunt, videntur trahere, etsi ipsa non moueant. quem- X C admodum videtur lignum ignem ad seipsum trahere. & adhuc magis magnes ferrum & electrum paleam, etsi ipsa non moueãtur. Quomodo ergo fuerit celerior eorum motus naturali motu eorum quę trahuntur? Num ẽt in his naturalem illam quę vi trahit facultatem oportet esse validiorem facultate eorum quæ trahuntur, etiãsi ea quę trahunt non moueãtur. Et ideo dicit, Nihil refert an moto eò quod trahit an manẽte fiat attractio. Illud autem, Aliquando enim trahit vbi est, aliquando verò vbi erat, exponens Alexander, illud quidem, vbi est, inquit, significat Ex quo est: vbi autem erat, Ex quo erat. & dicit, Id quidẽ quod à seipso trahit ad aliud, ex quo est ipsum q̃d trahit, ab eo ducit id quod trahitur: Id autẽ quod ab alio ad se, ex quo erat id quod trahit̃ ipsum abducit ad se adducens. Sed mihi non videtur probabilis illa transmutatio eius quod est vbi in id Ex quo. Melius ergo, vt opinor, progressus id exposuit, ꝙ cùm dixisset, Nihil refert an moto eo quod trahit, an manente, trahat, subiunxit ꝙ D id quidem quod manet trahit vbi est ipsum: id aũt quod mouetur cum venerit ad id quod trahit̃, ducit ipsum in suum locum in quo erat antequã moueretur ad id quod trahitur. Rectè autem quærit Alexander, quomodo ea quæ trahunt naturaliter, sicut magnes & ea quæ sunt huiusmodi tangentia ea quæ trahuntur ipsa trahunt. Et dicit ꝙ etsi ipsa non tangant, illa tamen per quam ipsa trahit facultate ea tangit. Sed non erat hoc institutum Aristotelis, ostendere ꝙ id quod trahit, tangit id quod trahitur, incorporea facultate, sed corporea, adeò vt nullum corpus intercedat. Melius est ergo id quod ab ipso deinceps dicitur. Aut enim sunt quædam corporeæ effluxiones ex ijs quæ quiescunt & sic trahunt, per quas tangentes & implicantes, vt quidam dicunt, trahuntur ea quæ trahuntur. Aut de ijs quæ sic trahuntur ab eo nõ agebatur. non est enim clarum id quod fit in illis. Sed dixit de lignis, quæ manentia, ignem apud se continent, ipsum

Si non mota quædam trahant, q̃uo est celerior motus eorũ iis quæ trahuntur.

Quę trahunt naturaliter, vt magnes, q̃uo tangẽtia attrahant.

quodammodo

quodammodo trahētia, & eius motui qui sursum fertur vim afferentia, propterea ꝙ ex ipsis pēdeat. Notauit autem Alexander ꝙ in hac dictione adiecit Aristoteles et quod est, A se ad aliud, A seipso ad aliud. quod qdem est proprium munus trusionis & protrusionis. Nū autem non dixit vtrūq; de eo quod trahit, id quod à se ad aliud, vel ab alio ad seipsum, sed A seipso quidem ad aliud, de eo quod trudit: Ab alio autē ad seipsum, de eo quod trahit. Quare cùm quatuor motus reduxisset ad trusionem & attractionem, deinceps conclusit cōmuniter. ꝙ inter id quod per locum mouetur & mouet nihil intercedit. Post hanc autem dictionem dicit Alexander huiusmodi verba esse scripta in quibusdam exemplaribus, Similiter aūt etsi quid est generans vel efficiens eius quod est qualitate præditum id quoq; necesse est faciat tangens graue vel leue.} Deinceps autem post hoc positum esse dicit, non illud, SED neq; eius quod alteratur } quod quidem post ea quæ prius dicta sunt scriptum est in plurimis. sed id quod sequitur paulopost. Euenit enim vt sit simul in omnibus extremum quod alterat, & primum quod alteratur.} Et per hæc verba, inquit, dixerit, ꝙ nō solùm ea quæ propriè mouent & mouentur sunt simul, quemadmodum sunt ea quæ per locum & quantitatem & qualitatem mutant & mutantur: sed ea etiā quæ per formam, hoc est per substantiam, quæ quidē sunt generatio & interitus. Nam etiam in his est id quod mutat simul cū eo quod mutatur, sicut se habet in ĳs quæ fiunt grauia & leuia: hoc est, in elementis corporeis. Ea ergo quæ faciunt & gignunt, generant aliquid qualitate præditum. sunt enim graue & leue qualitate ꝑdita. Etenim in libro qui deinceps seqtur ostendit ea quoq; ab aliquo moueri qđ ea fecerit, quod nunc dicit, SIQVID est generans & efficiens grauis & leuis, id quoq; tangens faciat necesse est} Quod enim deinceps sequitur, EVENIT vt simul sit in omnibus vltimum quod alterat, & primum quod alteratur} ex hoc superuacaneum videtur & transpositū, quoniam deinceps agitur de eo quod alteratur & quod alterat. & in omnibus exemplaribus scripta est dictio quæ est deinceps dicenda.

Quæ generant, & quæ generātur, simul sunt.

XI Sed neque inter id quod alteratur & alterat. Hoc autem clarum est ex inductione. *Euenit enim vt in omnibus simul sit vltimum quod alterat, & quod alteratur ab eis quæ dicta sunt. hę sunt enim affectiones qualitatis quæ subĳcitur. Aut enim quod calefit, aut quod dulce euadit, aut quod densatur, vel exiccatur, vel albefit, dicimus alterari, inanimatum & animatum similiter dicentes. Et rursus animatorum, & eas partes quæ non sunt præditæ sentiendi facultate,

XII & ipsos sensus. Nam sensus quoq; quodāmodo alterantur. Sensus enim qui est actu, est motus per corpus, sensu aliquid patiēte. In quibuscunq; ergo alteratur id quod est inanimatum, alteratur etiam animatum. In quibuscunq; autem animatum, nō in eis omnibus inanimum. non enim alterātur in sensibus. Et hoc quidem imprudens & insciens patitur, illud verò sciens ac prudēs. Nihil autem vetat quominus etiam insciens patiatur animatum, quando nō fit per sensus alteratio. Si ergo id quod alteratur, alteratur à sensilibus: in his quidem certè omnibus clarum est, simul esse vltimum quod alterat, & primum quod alteratur. Ei enim est aer continēs: aeri verò corpus. Rursus autem color quidem luci: lux verò visui. Eodem autē modo & auditus & odoratus. Primum enim mouens, si referatur ad id quod mouet, est aer. Et in gustu similiter. simul enim cū gustu est sapor. Similiter autē & in inanimis & insensilibus. Quamobrem inter id quod alteratur, & id quod alterat, nihil est intermedium. XIII

Legitur etiam hoc modo. & hanc lecturam videtur sequi Simplicius.

*Euenit enim vt in omnibus simul sit vltimum quod alterat, & primum quod alteratur. Nobis enim positum est ꝙ quæ alterantur per eas quæ dicuntur patibiles qualitates patientia alterātur: id autem quod agit, alteratur eo ꝙ sit sensile. Sensilia autem sunt quibus corpora inter se differunt. quemadmodum grauitas, leuitas, durities, mollities, sonus, soni defectus, albedo, nigredo, densitas, raritas, & quæ inter ea intercedunt. Similiter autem alia quoque quæ cadunt sub sensus, ex quibus est etiam caliditas et frigiditas, & leuitas & asperitas. Hæ sunt.n. affectiones qualitatis quę subĳcitur. In his enim differunt sensilia à corporibus, vel ꝙ horum sit id quod est magis & id quod minus, et ꝙ eo quod horum aliquid patiatur, (aut enim dum calefit, aut dum frigefit, aut dum dulce aut amarū redditur, vel per aliquid aliud eorum quæ prius dicta sunt) alterari dicimus, inanimatū & animatum similiter dicentes. Et rursus.

Post ea quæ per locum mouent & mouentur, & forte post ea quæ sunt specie eadem, īstituit dicere de eo quod alteratur & alterat, & ꝙ in his nihil intercedat. quod quidem dicit esse notum per inductionem. in omni enim alteratione simul inuenitur vltimum quod alterat, & primum quod alteratur. Dicit aūt vltimum alterans, quod hucusq; primum vocauit, quod proximè & continenter mouet & mutat. Primū autem quod alteratur, dicit id quod per se alteratur, & non per accidens. neq; eò quod eius aliquid alteretur. Cùm eo enim quod sic alteratur, simul est etiam id quod alterat & mutat. Id autem aliqua quidem ratione primum est, vt quod ei quod mouet sit propinquum ac continens: aliqua autē ratione vltimum eorum quæ mouent quando per quædam media mouet id quod primò ac propriè mouet. Primum autem quod alteratur, dicit id quod alteratur per se & nō per accidēs. neq; eo ꝙ eius aliquid alteretur. cùm eo enim quod sic alteratur simul est id quod alterat. Cùm autē dixisset clarum esse ex inductiōe, ꝙ inter id quod alterat & id quod alteratur nihil est intermedium, deinceps ea adducit per quæ sumi potest ex inductione id quod est propositum. & cùm ratione ostendisset primum à quibusnam alterentur ea quæ alterātur, ea subĳcit oculis per inductionem, vnā ostendens, ꝙ cùm ea simul sint ĳs quæ ab ipsis alterantur, fit alteratio. NOBIS enim, inquit, positum est } hoc est, nobis est in confesso, ꝙ quæ alterantur, per patibiles quæ dicuntur qualitates patientia alterātur. Quandam autem qualitatis speciem in prædicamentis cognouimus, quæ est per patibiles qualitates, hanc quartā quę est post habitum & potestatem & figuram. Sunt autem patibiles qualitates, quarum fit apprehensio patiēdo, ĳs quæ sentiunt. quemadmodum caliditates, frigiditates, siccitates, dulcedines, amaritudines, & quæ sunt huiusmodi, & quæ sunt per colores affectiones quæ versantur pauló magis in superficie, & speciē minimè constituunt. Quas omnes dicit patibiles appellari qualitates, non ꝙ afficiant

Inter id quod alterat & alteratur, nihil est intermedium.

Patibiles qualitates, cur dicantur.

afficiant & vt patiãtur efficiant ea quæ appteheodũt, sed ꝙ eæ ex affectione ijs insint quę ea suscipiunt. ignis enim caliditas eos quidem afficit qui sunt eius participes. noo tamen dicitur patibilis, qa non facta est per affectionem, ita vt sit quædam affectio, seu, vt dicunt, dispositio quæ versatur in superficie, & facile mutari potest. sed est substantialis. Si ergo quæ alterantur patiuntur: quæ autẽ patiuntur, patiuntur à sensilibus (quæ has enim affectiones afferunt sunt sensilia) quæ ergo alterantur, alterantur patientia seu affecta à sensilibus. Ea autem dicit esse sensilia quibus corpus differt à corpore. Differt autem per qualitates. sunt enim qualitates quodãmodo qualitates. Quæ ergo cõmune habent corpus, differunt qualitatibus vel pluribus vel paucioribus. vel quòd easdẽ qualitates vel plus vel minus participent. Si sunt ergo corpora quę pee patibiles qualitates alteranr & alterantur: necesse est vt sibi inuicem appropinquantia alterentur & alterent. neque enim corpus agit aliquid in aliud corpus separatum: neq; potest qualitas separari à corpote: neq; operatur separatum. B Illud autem, Hæ enim sunt affectiones qualitatis quæ subijcitur, dixit, significans quartæ subiectæ speciei qualitatis, quæ dicitur patibilis, has esse affectiooes. Qualitatem autem quæ subijcitur dicit sensilem, de qua agebatur, ꝙ hæ sint eius affectiones. Deinceps autem diuidit corpora quæ alterantur, in animata & inanima. & animatorum partes, & in eas quæ sunt sentiendi potestare prædita, quemadmodũ carnes, neruos, & ea quæ sunr huiusmodi: & in eas quę sunt īsensiles: & in ipsos sensus, quibus etiam visus est eas cõprehendere partes quę sunr sentiendi facultate præditæ, dicens, ANIMATORVM & eas partes quæ non sunt sentiẽdi facultate præditæ, & ipsos sensus } Nam ipsi quoq; sensus, inquit, quodãmodo alterantur, & non solæ partes quæ sunt sentiendi facultare præditæ. non tamen alterantur vt corpora. Quòd autem sensus quoq; alterentur, ostendit dicens, QVODAMMODO enim fiũt sensus qui actu sunt. } Est enim triplex sensus. vnus quidem substantialis: Alius verò, talis sub- C stantiæ potestas: Alius verò substantiæ actus seu operatio per potestatem. Hic ergo, inquir, actu sensus, quemadmodum videre & audire, est motus per corporis partem sentiendi facultate præditam quæ cogitur vel segregatur. Sed hoc nondum est sensus. Coguntur enim ac secernuntur etiam corpora insensilia. sed quando is qoi est substantia sensus affectus fuerit aliqua propria affectione, tunc sensus qui est actu, perficitur. Quę sit autem affectio dicit in libro de sensu, nempe apprehẽsio sensilis formæ absq; materia. Apptehensio autem non purè agens, vt mentis appprehensio quæ est tota intrinsecùs, sed habens etiam aliquid patibile sub eo quod est sentiendi facultate præditum. Quamobrem fit etiam cum alteratione. & dicuntur alterati etiam sensus substantiales. Cùm autem dixisset quomodo sensus alterentur, nempe quòd eorum operatio habeat aliquid patibile, tradit deinceps differentiam alterationis animatorum corporum & ina- D nimatorum. Et primòm quidem dicit, ꝙ in quibuscunq; alterantur corpora inanimata, in his etiam animata. Frigesiunt enim & calesiunt & humectantur et exiccantur. & omnes huiusmodi alterationes vtraq; suscipiunt. nec tamen in quibuscunq; alteratur animatum, in eis etiã alteratur inanimatũ. ea enim quæ est per sensus alteratione nihil alteratur inanimum. Animatum autem nunc dicit alterari per sensus, sed ooo omoia: neq; enim plantæ, etsi ipsæ quoq; sint animatæ, alterãtur per sensus: Sed animantia nunc dicit animata quæ ex sensu & motu per locum characterem suscipiunt. Secundam autem dicit differentiam alterationis animatorum ab alteratione inanimatorum. ꝙ inanimata quidem non cognoscunt, nec se vnquam pati sentiunt: animata autem, hoc est animalia, aliquando quidem se pati sentiunt, quando patiũtur per sensus, adeò vt videant vel audiant vel alio sensu sentiãt: aliquando autẽ, etsi sint sentiendi potestate prædita, non

Sensus quo alterantur.

Sẽsus est triplex, substãtialis, substãtię potestas, substantię actus.

Alterationis aĩatorum & inanimatorũ differentia.

A sentiunt. albefiunt enim & nigrefiunt animantia, & augentur & minuuntur, etsi non ea sentiãt. Postquam autem dixit has differẽtias, reuertitur ad propositum, subijciens oculis ꝙ quæ à sensilibus alterant̃ simul sint. Io omnibus enim, inquit, clarum est simul esse vltimum quod alterat, & primum quod alteratur. Et ostendit id esse manifestum per adiectionem eorum quæ in vnoquoq; sensu alterant & alterantur. & primum eorum quę in tactu. Sensili enim, inquit, quod alterat est aer continuus. aeri autem corpus quod alteratur } Si enim ioter id quod alteratur nihil esset intermedium: clarum esset quod fuit à principio. Iam verò etiam io ijs in quibus aer intercedit, ostendit ꝙ is quoq; cùm sit vltimum & proximè seu continenter alterãs, simul est cum eo quod primò alteratur, & est ei continuus. Continuum autem rursus cum vocasset id quod tãgit, quoniam id quod est tactile est sensile, tactum quoq; adiecit, qui noo est in separato aliquo sensus instrumento, sed in toto corpote. Et ideo dixit, AERI B autem corpus } Sic enim frigiditatem sentimus & caliditatem & quæ sunt huiusmodi, quãdo noo citra medium, sed cùm intercedente medio, seu per aerẽ intermedium appropinquat id quod alterat. Similiter autem etiam in eo quod est aspectabile. Color enim qui est aspectabilis, appropinquat luci, hoc est, aeri illuminato. neq; enim fieri potest vt absq; luce sentias aliquid aspectabile. Lux autem sentitur visu, hoc est instrumento videndi. Est enim color præditus facultate mouendi pspicui quod actu est. quod quidem proximè ac continenter mouet visum. Eodem autem modo auditus quoq; & odoratus appropinquat ei quod primum mouet. Primum autem mouens rursus dicit id quod proximè mouet & continẽter, quod paulò ante appellauit vltimum, adiecta nunc quoq; causa cur id primum dicatur, AD id enim, inquit, quod mouetur relatum, primum dicitur, vt quod sit ei proximum & cohærẽs } Quòd autem fiat per aerem auditus & odoratus, ostensum est in libris de anima. In gustu autem si- C mul cum gustu est sapor gustabilis, vt nõ opus habeat artificio intermedij. Cùm autem ostendisset in alteratione eorum quæ sunt sentiendi facultate prædita, simul esse id quod primum mouet, & id quod mouetur. Similiter, inquit, ostẽdetur etiam in alteratione eorum quæ sunt inanima, simul esse id quod est primũ, & quod proximè ac continenter mouet, cum eo quod mouetur. neq; enim calesit aliquod corpus inanimum, neq; frigesit, neq; exiccatur, neq; humectatur, neq; omnino aliquid patitur & alteratur, nisi ipsum tangat id quod alterat. Si autem in animatis & ijs quæ sunt inanima fit alteratio, cùm id quod proximè ac continẽter alterat sit cum eo quod alteratur: tutò dici potest vniuersè ac generaliter, nihil intercedere inter id quod alterat & alteratur. Cùm autem dixisset INANIMIS, adiecit & sensu carentibus, } vel de ijsdem dicens: sunt enim inanima etiam sensus expertia: vel dicẽs in sensilia, eas partes quæ in aĩatis non sentiũt. Quin D etiã plantæ quidẽ sunt sensus expertes, sed non inaĩatæ.

Quę a sensilibus alterãtur, simul sũt cum iis quæ alterant.

Aspectabile visui appropinquat.

Auditui appropinquat audibile. Odoratui odorabile.

Sapor est simul cum gustu.

Sed nec quidem inter id quod augetur & auget. Auget enim id quod primum auget accidens: adeò vt quod totum est fiat vnum. Et rursus diminuitur id quod diminuitur dum recedit aliquid eorum quæ sunt eius quod diminuitur. necesse est ergo esse continens id quod auget & id quod diminuit. inter continentia aũt nihil est intermedium. Clarum est ergo ꝙ inter id quod mouetur & quod mouet primum & vltimum si referatur ad id quod mouetur, nihil est intermedium. XII

Post ea quæ per alterationem mouent & mouentur, ostendit quòd etiam inter id quod auget et augetur nihil est intermedium, neq; inter id quod minuit & minuitur.

Inter id quod auget & auget nihil est intermediũ.

Et sunt

Et sunt hæc euidentiora, siquidē id quod proximè ac continēter auget, ei quod augetur adijcitur, & sic ei vnitum auget. & id quod minuitur, eo φ eius aliquid effluat decrescit & fit minus. Id autem quod effluit, erat continēs ei quod diminuitur priusquam efflueret. Si ergo id quod auget quidē & diminuit, est id quod additur & id quod effluit: erant autem ea propriè continentia ei quod augetur & minuitur: inter continua autem nihil est intermedium: Inter id ergo quod auget & id quod augetur, & id quod minuit & minuitur nihil est intermedium. Cùm autem separatim ostendisset in vnaquaq; specie motus, deinceps quoq; cōmuniter cōclusit in omnibus: φ inter id quod mouetur & mouet primum & vltimum si referatur ad id quod mouetur, nihil est intermedium. Proximè autem ac continenter mouens, & primò mouens, dicitur, vt quod referatur ad illud quod mouet: quoniā est illi cohærens ac continens. Quinetiam vltimum dicitur si ad ipsum referatur, qm̄ omnium quæ mouent est vltimū id quod ei quod mouet est propinquum et cōtinens. E F

Inter id qđ diminuit & diminuit nihil est intermedium.

CAP. III.

XIIII QVòd autem quidquid alteratur, alteratur à sensilibus, & in his solis dicitur alteratio quæ ab eis per se patiuntur, ex

XV his considerandum est. Ex alijs enim maximè quis existimauerit, in figuris & formis & habitibus, earumq; susceptionibus & amissionibus esse alterationem. Sed est in neutris. Id.n. quod figuratur, cùm perfectum fuerit, non dicimus illud ex quo est, quemadmodum statuam, ęs: vel pyramidem, ceram: vel lectum, lignum. sed denominātes, illam quidem æream, hanc verò ceream, lectum autē ligneum dicimus. id autem quod est passum etiam alteratum, appellamus. Siccum enim & humidum & durū & calidum æs dicimus & ceram. & non solùm hoc modo, sed etiam id quod est humidum & calidum, æs dicimus, ęquiuocè & eodem nomine materiam appellantes cum affectione. Quare si per figuram quidem ac formam non dicitur id quod factum est, in quo est figura: per affectiones autem dicitur & alterationes: clarum est ipsas generationes non esse alterationes. G

XIII Ostendens φ motus qui fit per alterationem, fit cùm simul sunt id quod alterat & id quod alteratur, simul ēt eo vsus est φ patiendo fiat alteratio, patiātur autem quæ patiuntur ab ijs quæ sunt sensilia, adeò vt quæ alterātur, alterentur à sensilibus. Hoc ergo tunc vsus, nunc ipsum probat. Quòd enim, inquit, in ijs solis dicatur alteratio quę per se patiuntur à sensilibus (per se quidem dicens ea quæ non patiuntur per accidens. est enim Socrates per accidens aspectabilis per se autem color) ex sensilibus autem, inquit, patibilibus qualitatibus clarum est, ex eo φ per nullam aliam qualitatem fiat alteratio. Quòd.n. per patibiles qualitates fiat alteratio, est euidens & in confesso. Quòd autem per has solas & per nullam aliam qualitatem fiat alteratio, id cùm non sit euidēs, probat ex eo φ neq; mutationes quæ fiunt per figuram, neq; quæ per habitum, sint alterationes. Habitus autem sunt & scientiæ & virtutes & sanitates & morbi, & quæ sunt huiusmodi. Cùm autem dixisset existimare posse quēpiam esse aliquam alterationē in figuris, formis, & habitibus, adiecit, VEL earum susceptionibus & amissiōibus} non est enim idem, habere qualitatem, quod alterari. in mutationibus enim est alteratio. Ostendit ergo, φ neq; in figuris, vel habitibus vel in earum susceptionibus & amis- H

Alteratio est in iis quæ p se patiunt à sensilibus.

Mutationes quæ fiūt per figurā & habitū nō sunt alterationes.

E sionibus est alteratio. Et primum de figura verba facit. ostendens figurari vel per formam mutari non esse alterari. ex alijs enim maximè, inquit, quis existimauerit figuram & habitum suscipere alterationē: vel ex alijs omnibus dicens, vel ijs maximè quæ sunt in qualitate. est.n. etiā alia species qualitatis potestas & aptitudo, per quā græcè πυκτικοὶ ἢ δρομικοί, hoc est apti vt pugiles vel vt cursores euadamus, dicimur. De hac autem specie verba non fecit, φ neque cognoscatur an eæ sint qualitates, earumq; susceptiones & amissiones sint adhuc magis incertæ. Quòd autem id quod figuratur non alteretur, probat sic in secunda figura ratiocinans. Id quod figuratur, quando figuram susceperit & per eam perfectum fuerit, nō amplius dicitur nomine quo dicebatur subiectum & id quod figurabatur: Statua enim nō amplius dicitur ęs, sed denominatiuè ęnea: & lectus non dicitur lignum, sed ligneus. & quæ ex cera facta est, nō cera, sed cerea. Quod autem alteratur, cùm factum fuerit frigidum vel calidū, F vel alicuius huiusmodi qualitatis factū fuerit particeps, vocatur adhuc eodem nomine, siue ęs siue lignum fuerit id quod calefit, vel frigefit, vel albefit vel nigrefit, vel qd eiusmodi patitur: adhuc enim æs & lignum dicitur, vel postquam passum est: ęs enim humidum vel durum & lignum dicitur: nec hoc solum, sed etiam è contrario, hoc humidum, æs dicimus, si fuerit fusum, & calidū lignum. Quare vndecunque inceperimus, id quod est alteratum idem esse dicitur quod erat prius. Adiecit autem cōuersionem, vt etiam siquis vrgeat, à subiecto incipiens, in figuratis, eodem dicens posse vocari nomine, quemadmodum cera est triangulus, vel æs circulus, non vtiq; possit seruare idem nomen si incipiat à figura. non potest enim dici triangulus est cera: vel statua est æs. Æquiuocè autem & eodē nomine cum affectione dicit appellare materiam, φ humidum & affectionem & æs dicimus, & calidum affectionem & lignū. Cùm autem propositiones pluribus confirmasset, deinde eas in pauca contractas ex G posuisset, & primam minorem, quando dicit, QVARE si per figuram quidem & habitus} deinde maiorem, quando dicit, PER affectiones autem dicitur & alterationes} sic infert conclusionem. Et erat quidem ei propositum dicere, φ figurationes non sunt alterationes. ipse autem intulit, φ generationes non sunt alterationes, ostendens vndenam vim habeat ratio, nempe ex eo φ transfigurationes iam sunt quædam generationes. Ostensum est autem in quinto libro generationes non esse motus. quare nec alterationes. alterationes enim sunt quidam motus. nobis autem reuocat in memoriam ea quæ illic ostensa sunt. Etenim id quidem quod alteratur, alteratur manēs id quod est: vt ostendit φ idem nomen seruet: Id autem quod gignitur, non solum mutat id quod erat: sed neque id quod figuratur, manet perfectè id quod erat: vt ostendit φ non eodem nomine appelletur, etiamsi non sit perfectè id quod fit seu gignitur. videtur enim id quod figuratur habere mediam quandā naturam inter ea quæ fiūt H seu gignuntur, & ea quæ alterantur. ad id autem quod gignitur magis videtur inclinare. quoniam nec eodem nomine appellatur. quod quidem inest ijs quæ gignūtur ac fiunt. Quòd autem denominetur, id significat ipsum recedere ab ijs quæ perfectè fiunt ac gignuntur. Dubitauerit autem fortasse quispiam, num subiectum magis apprehendant patibiles qualitates, & ipsum magis muteot per profundum procedentes, quàm figura, quæ solam afficit superficiem. Num etiamsi per profundū quodammodo procedant patibiles qualitates: sunt tamen aduentitiæ & extrinsecùs introductæ & accidentia, exilē quandā, & quæ facile amitti potest, facientes incrustationem. per eas enim quæ sunt tales fit alteratio. Alteratur itaque ferrum quod calefit tantùm in superficie. Si autem candens & ignitum fiat: non est hoc amplius alteratio, sed transitus in aliam speciem. Tunc ergo habet etiam igneas operationes.

Potestas & aptitudo ignorat an sit qualitas.

Quod figuratur, non alteratur.

Transfigurationes sunt quędam generationes.

Quod figuratur, habet quandā mediam naturā inter generationem, & alterationem.

Subiectum quo d magis apprehēdāt, qualitatene patibiles, an figura.

Præterea

Præterea autem ſic quoq; dictu viſum fuerit abſurdū, vel alteratum eſſe hoīem, vel domum, vel aliquid aliud ex ijs quę genita, factáue ſunt. Sed genitū quidem ac factū eſſe fortaſſe vnūquodq; neceſſe eſt, ſi aliquid alteretur. vtputa ſi materia dēſetur aut rareſiat, aut caleſiat aut refrigeretur. non tamen ea quæ gignunt̃ ac fiunt alterantur. neq; eſt eorum generatio alteratio.

XIIII Poſtquam oſtendit nō ſimiliter dici in murationibus quæ fiūt per figurā, ſubiectum & id quod eſt figuratum, & ea ratione ijs quæ gignuntur ac fiūt aſſimilauit ea quæ figurantur: in generatione nſtendit generationē non eſſe alteratinnem. vt qui haberet id reliquum ꝙ nec trāſfiguratio ſit alteratio. Abſutdum eſt enim, inquit, genitū hominem, vel domū factam dicere eſſe alteratā. ſunt enim quædam alia, & non dtuerſa aut alterata. per ſubſtātiam enim; & noo per aliquid quod eis acciderit, facta eſt mutatm. Id enim quod alteratur, manēs id quod erat etiam poſtq̃ eſt alteratum, ſic alteratur: Quod auεem fit ac gignitur, fit ac gignitur, cùm nondum eſſet. nec enim erat adhuc homn nec domus. Cùm autem dixiſſet eſſe abſurdum dicere id eſſe alteratum quod factum eſt ac genitū, qunniā apparet alteratio in generatione, & neq; fiat aut gignatur aliquid niſi ſit alteratio: hoc pulchrè definit, dicens, fieri quidem ac gigni vnumquodq; enrum quæ gignuntur ac fiunt ſi ſubiecta altereur materia. Illa. n. manens id quod eſt, ſuſcipit mutationes. non tñ eius quod fit ac gignit̃ generatio eſt alteratin. Nō poſſet. n. alterari id quod noodum eſt. Quod fit. n. ac gignit̃, nondum eſt.

Gn̄atio non eſt alteratio.

XVI Sed neq; habitus ſunt alterationes: neq; habitus animi, nec corporis. Sunt enim ex habitibus, alij quidē virtutes, alij verò vitia. nō eſt autem alteratio nec virtus nec vitiū. Sed eſt virtus quidē perfectio aliqua. Cùm. n. ſuam acceperit virtutem, tunc dicitur vnūquodq; perfectum. tūc enim eſt maximè id quod eſt ſm naturam. Quemadmodum perfectus circulus, cùm maxime factus fuerit circulus optimus. Vitium autem eſt eius interitus & ab eo exceſſus. Quēadmodū ergo neq; domus perfectionē dicimus alterationem: abſurdum enim ſi lorica & tegula ſit alteratio: aut ſi loricata & tegulis tecta domus alteretur, & non perficiatur: eodē modo et in virtutibus & vitijs, & ijs quæ ea habent vel ſuſcipiunt. Illæ enim ſunt perfectiones, hæc verò exceſſus. Quāobrem non ſunt alterationes.

XV Poſtquā oſtendit eam quæ per figuram ac formam fit mutationem non eſſe alterarionem, ſed porius generationem: oſtēdit ꝙ nec ea quæ eſt per habitum mutatio, quæ eſt prima ſpecies qualitatis, eſt alteratio, ſed potius generatio. Diuidit aūt habitus, & in habitus animę, vt virtutem & vitiū: & in habitus corporis, vt ſanitatem & morbum, quotum nullus eſt ſenſilis: vt cùm oſtenderit hos quoq; non eſſe alterationes, confirmer alteratinnes fieri ſolū per patibiles & ſenſiles qualitates. quod quidē erat propoſitum. Sed neq; habitus, inquit, ſunt alterationes. hoc eſt mutationes quæ fiunt per habitus. aut ꝙ oon accedunt habitus per alterationē. Quòd autem non ſint alterationes, oſtendit reducens oēs ad virtutem et vitium. Sanitas. n. & morbus ſunt ēt virtus & vitium corporis. Si id ergo q̃d mutatur in ſuā virtutem, mutat̃ in id quod eſt ſm ſuam naturā: Quod mutatur aūt in ſuam naturā, tunc propriā recipit pfectionem: Cùm aūt propriā perfectiooem vnūquodq; recepit, tunc eſt id quod eſt: Cū autem ad id pceſſerit vt ſit id quod eſt, tunc factū ſuit non

Mutatio per habitū, non eſt alteratio.

Habitus nō ſunt alterationes.

A autem alteratum eſt, clara eſt vtiq; cooclusio. Ipſe autem hoc dixit, cōcluſinnem, Cùm ſuā acceperit virtutē, tunc eſt maximè ſm naturam. Cùm autem eſt maximè ſecundum naturam, tūc dicitur vnumquodq; perfectū. Quod autem ſuam accipit perfectionem, nnn dici poteſt alterari. quemadmodū nec domus quæ tegitur tegulis alterari dicitur, ſed fieri. Quēadmodum autem vnius cuiusq; io propriam virtutem mutatio, eſt quædam generatin: ita etiam in vitium, interitus. Admirabiliter autem adiecit exemplum circuli, nſtendens ꝙ quemadmodum dicuntur quidam aliqui circuli, non ſunt tamen circuli niſi perfectionem habeāt: ita etiam io alijs omnibus formis, onn eſt propriè id quod dicitur quod non habet ſuam ipſius perfectionē. neq; enim formæ ſuſcipit definitionem, quod eſt in fnrma imperfectum. Si quæ autem in virtutes quidem fiunt murationes, ſunt perfectiones: quæ autem in vitia, interitus, & exceſſus à perfectiooe: generatinnes fuerint potius & interitus quæ fiūt in habitus mu

Virt⁹ eſt naturę pfectio.

Circulus nō eſt, niſi ſit pfectus.

Forma non eſt quod dicitur, niſi habeat ſuā perfectionem.

B ratinnes, ſed nnn alteratinnes. Abſurdum enim fuerit loricę ambitum, vel tegularum impoſitinnem, vncare alterationem, cùm nondum ſit dnmus, ſed fiat. Similiter autem, mutatio qunq; quæ fit in virtutē, eſt perfectio. perfectin autem confert ad generationē. Sed quæſierit quiſpiam, vt exiſtimn, quomodo virtus & viuum poſſit dici generatin & interitus animæ, ſiquidem qui habet humanæ animæ formam, & remanens in eodem, virtute quidem aliquando, aliquando verò vitio afficitur. quo fit vt idem aliquando quidem malus, aliquando verò ſit probus. Qunmodo autem eſt ſuſceptio virtutis, ſimilis ſuſceptioni tegulæ vel loricæ ambitus? hæc enim ſunt partes dnmus & non habitus. illæ verò non ſunt partes. ſi enim eſſet virtus pars animæ, perijſſet ea quę virtutem amiſit. In ſumma autem, duplex eſt perfectin, vna quidem quæ eſt ipſius ſubſtantiæ, per quam primis medijs & vltimis ſuis partibus eſt completa, cùm ipſa non ſit habitus: quid enim eſt quod habeat, cùm nnn ſit vtiq; forma abſq; tali

Mutatio in virtutē eſt pfectio in vitium, interitus.

Virtus & vitiū ſit ne aīæ generatio & interitus, ſi quod habet aīam moralē a virtute in vitiū, & contra.

Perfectio eſt duplex, ſubſtātiæ, & aduentitia.

C perfectione? Quæ eſt autem per virtutem & vitium, & in ſumma per habitum, eſt tnti ſpeciei aduentitia & accidens. eæ enim & accedunt & recedūt abſq; interitu ſubiecti. Quomodo ergo ad exemplum habitus eam quę eſt per partes adduxit perfectionem: quemadmodum in dnmo? Num ergn vnaquæq; forma quę ſe habet ſecūdum naturam, non ſolùm cōpleta eſt perfectinne propriarum partium, ſed etiā propria virtute? Se enim habere ſecundum naturam, nihil eſt aliud quàm habere perfectionem & propriam virtutem, ita vt peragant operationes quæ ſunt ſm naturā. Et ideo collegit Ariſtotelis pfectiouem ex eo quod eſt ſm naturam. Quemadmodū ergo corpus quod ęgrotat non eſt pfectum, quia nō poteſt edere operationes quæ ſunt ſm naturam, etſi habeat omnes partes

Secundū naturam ſe habere q̃d ſit.

D corporis: habet enim ea mortua & priuata eo quod eſt ſecundum naturam: & ſunt ſimilia cadaueri: ita etiam anima ratione prædita, amittens virtutem quæ ei conuenit ſm naturam, & quæ non poteſt perfungi eis nperationibus quæ ei ſm naturam conueniunt, non eſt propriè anima, neq; vita rationis particeps ſe habens ſm naturam, ſed quædam vita morte affecta. Tanquam ergo totius vniuſcuiuſq; ſubſtētiæ pars pręcipua, quę ei ſm naturam conuenit, virtus eſt reputāda: ſine qua mnrtuum eſt reliquū, & quod dicitur æquocè. Significat aūt id, ꝙ formæ conuenientes non edat opationes. Rectè ergo Ariſtoteles, eā quæ eſt per habitū perfectinnē, vt quæ ſit pars vel maximè principalis, domus partibus cōparauit. neq; n. eſt reuera accidēs habitus & virtus: recedens. n. ſubiectū interimit. quēadmodū nec aīa eſt accidens aīato corpori.

Anima amittens virtutē, non eſt propriè anima.

Præterea autem oēs quoq; virtutes eſſe dicimus in eo ꝙ quodāmodo ita ſe habeant vt referantur ad aliquid. Corporis. n. virtutes, vtpote ſanitatem & bonā habitudinem, in tēperatura, & calidorū ac frigidorum ponimus ſymmetria XVII

vel ipsorum vel relatorū ad ea quæ sunt intrinsecùs, vel ad id quod continet. Similiter aūt pulchritudinem ac vires: & alias virtutes, & vitia: vnaquæq;.n.est in eo ꝙ aliquo modo se habeat relata ad aliquid. er circa proprias affectiones id quod habet bene vel malè afficit: proprias aūt, in eo in quo aptæ sunt natura vt fiant vel intereant. Qm̄ ergo ea quę referunt̄ ad aliqd, neq; sunt ipsa alterationes, neq; ipsorū est alteratio nec generatio, neque vlla est oīno mutatio: clarum est ꝙ nec habitus, neq; habituū amissiones & susceptiones, sunt alterationes: sed vt ipsi quidem fiant & intereant dū aliqua alterantur necesse est. quēadmodum forma ac figura, vtputa dum alterant̄ calida & frigida vel sicca & humida. vel ea in ꝗbus sunt primis. in ijs.n. dicitur vitium vnūquodq; & virtus, à ꝗbus vt alteretur ei quod habet est natura insitū. Virtus.n. facit impatibile, vel † hoc modo patibile: Vitium aūt, patibile quidē contrario modo vel impatibile.

† Legit Simplici⁹ ὡδὶ, id est sic, vel hoc modo.

XVI Quòd alterationes non sint mutationes quæ fiunt per virtutes & vitia, probat ex eo quod eæ ne sint quidē qualitates, sed reducant̄ ad ea quæ referuntur ad aliqd. in ijs aūt quæ referuntur ad aliqd, ostendit ipse in libro ꝗnto, neq; fieri alterationē neq; oīno mutationem. Quòd aūt virtutes & vitia reducant̄ sub ea quæ referūtur ad aliqd, ostendit ꝗdem, primum verba faciens in ijs quæ sunt corporis, deinde ab his transiens ad virtutes alæ. Sanitas.n. inquit, & bona habitudo, cū sint virtutes corporis, sunt in symmetria qualitatum corporearum, & primarum facultatum, caliditatū, frigiditatum, humiditatum, siccitatum, quæ vel ipsæ habēt inter se symmetriam, vel etiam cum eo quod cōtinet, adeò vt propter eam symmetriam non possint corpora facile mutari & affici ab eo quod ambit & continet. Quinetiā pulchritudo cū sit virtus corporis, est in symmetria partiū dissimilarium maximè & coloris. Iā verò vires cùm sint ipsæ quoq; virtus corporis, sunt maximè in symmetria partiū similarium neruorum & ossium. symmetria aūt est ex ijs quæ referuntur ad aliquid. Vnaquæq; ergo ex virtutibus corporeis est in eo ꝙ quodāmodo se habeat relata ad aliqd, siquidē est symmetria. Similiter aūt vitia quoq; quæ opponunt̄ virtutibus. sunt.n. in defectiōe symmetriæ ipsarū affectionum. in excessu.n. & defectu. Et vnaquæq; quidē virtus eum qui eā habet rectè afficit in ꝓprijs affectionibus. Propriæ aūt sunt affectiones, à ꝗbus se ea quæ conuenit symmetria habentibus, fit & rectè se gerit calidū, frigidum, siccum, humidū, & quæ sunt hmōi: non ea aūt qua cōuenit se habentibus pereunt & malè afficiunt̄ corpora, vt quæ fiant patibiliora & mutabiliora à proprijs affectionibus, & ab eo quod ambit ac cōtinet, & à seipsis inuicē. Si ergo virtutes & vitia corporis in eo sunt ꝙ aliquo modo se habeāt relatæ ad aliquid: ostensum est aūt in libro † septimo, in eo quod referī ad aliquid non esse per se motum, neq; oīno mutationē: videlicet neq; fuerit alteratio. Ostēsum est.n. omnē mutationem vel fieri in substātia, vt generationem & interitū: vel in quantitate, vt augmētum & diminutionem: vel in qualitate, vt alterationē: vel in eo quod est vbi, vt lationē seu motum localē. Si ergo virtutes ꝗdem & vitia corporū sunt in eo quod est ad aliqd, vt symmetriæ, & earū defectus: quæ aūt referunt̄ ad aliquid nō sunt in qualitāte: eorum autē quæ nō sunt in qualitate non fit mutatio per alterationē: quæ est scilicet per virtutes & vitia mutatio, non est alteratio. Cùm autem ostendisset ꝙ virtutes & vitia, & in summa habitus corporei, sunt in eo quod referī ad aliquid: subiūgit ꝙ ne ea

Alii legunt ὡς δεῖ, id est, v. oportet.

Virtutes & vitia referuntur ad aliqd.

Sanitas i symmetria consistit corporearū qualitatū.

Pulchritudo est in symmetria partium dissimilariū.

Vires constant in symmetria partiū similariū.

Vitia cōstāt in asymmetria.

† Leg. forte est. libro ꝗnto.

Quæ ad aliquid referūtur, non sunt alterationes.

E ipsa ꝗdem quæ referunt̄ ad aliquid, sunt alterationes, sicut calefactio, ita vt quod fit eorū particeps alteretur. Id enim quod calefit vel frigefit, dicimus alterari: Quod autem fit duplū, vel dexterum, vel symmetria conueniens vel simile, vel æquale, non dicimus alterari. Sed neq; eorū quæ referunt̄ ad aliquid est alteratio, neq; generatio, quēadmodum substantiæ, ita vt cū ea fiant quæ referuntur ad aliqd, & habitudines ac relationes ad aliquid suscipiant, dicamus vnq̄ alterari. non.n. dupla magnitudo si fiat æqualis alterat̄, sicut ea quæ calefit. Differt aūt esse alterationem ab eo quod alteratur, ꝙ alterationis ꝗdem sit particeps id quod alterat̄, sicut calefactionis id quod calefit: id aūt quod alteratur alteratur cū sit particeps alterationis. Quod ergo ad aliqd refertur, inꝗt, neq; est alteratio, neq; alterat̄. Ostendit aūt in libro septimo, ꝙ neq; generatio, neq; motus, neque oīno mutatio est in ijs quæ referunt̄ ad aliquid, ex eo ꝙ aliqd ipsum nihil mutatum, si aliqd aliud mutetur, aliqn̄ sit duplum, aliqn̄ verò non.

Eorū quę ad aliquid referūtur nō est alteratio.

In iis quæ referūtur ad aliqd nec est ḡratio, nec motus, nec mutatio.

F Clarū est ergo ex ijs quæ prius dicta sunt, ꝙ quæ fit per figuram mutatio non est alteratio: ex ijs aūt quæ nunc, ꝙ nec ea quæ per virtutes & vitia corporis fit mutatio, & in sūma, habituum amissiones & susceptiones, nō sunt alterationes. Deinceps aūt docet causam propter quā videntur alterari ea quæ per ipsas mutantur. & dicit ꝙ ipsas fieri & interire necesse est dū aliqua mutantur. Fit.n. sanitas dū aliqua quæ sunt corporis calefiūt & frigefiūt, hoc est, alterant̄. Sed neq; alteratio est sanitas, neq; sanitas alteratio. sed alterationi accedit symmetria eorū quę alterantur, in qua cōsideratur sanitas. Eadē autem ratio est & in viribus & in pulchritudine. Si.n. cùm quædam alterant̄ hæc accedunt, nōo dici potest ea quæ accedunt & nōdum sunt alterari: non.n. ꝙ mutatur in sanitatē, eo ipso alteratur: sed eo ꝙ alterat̄ mutatur. Si.n. in eo quod est esse calidū vel frigidum, esset esse sanū: quæ fit in sanitatem mutatio, esset alteratio: Sed qm̄ nihil horum est sanitas, id quod est aūt habet in eorū symmetria: clarū quidem est ꝙ nō sit alteratio mutatio quæ fit in sanitatē, sed

Quę per virtutes & vitia mutātur, cur videātur alterari.

Alterationi accedit symmetria.

G accedit ac fit per alterationē. Illud aūt, QVEMADMODVM forma ac figura} dixit significans, ꝙ sicut generatio (ea est.n. mutatio in formā ac figurā) per formæ susceptionē & amissionē non est quidem alteratio, fit autem dū quædam alterantur: ita ēt se habet in ea quæ fit per habitū mutatione. nam ipsa ꝗdem non est alteratio. accedit aūt ac fit dum quædā alterantur. Aut formā dixit ac figuram, significans figurā, & quę per eā fit mutationem. Dixit.n. in illa quoq; fortasse fieri vnumquodq;, dum alteratur aliqd, vtputa dū materia densatur vel rarefit. Cū autem dixisset gigni ac inasci habitus dū quædam alterant̄, nempe frigida, calida, humida, sicca, subiūxit, Vel ea in quibus sunt primis. vtpote ꝙ nō sit eius nunc institutum quęrere, circa quasnā affectiones, & per quasnā mutationes primas & alterationes fiāt ac ingenerentur habitus; an per affectiones partiū similarium, vt Anaxagoras, an atomorum seu insecabiliū corpusculorum, vt Democritus, seu qualitatum, vt Aristoteles: ꝙ.n. dum quædā alterantur ingenerent̄ clarum est: sed quęnā ea sint quęratur.

Alterationi accedit habitus.

H Quod aūt dicit, confirmat ex eo ēt ꝙ vitium ac virtus dicant̄ in affectionibus, à ꝗbus ei quod ea habet innatum est vt alteretur. Quæ.n. ingeneratur virtus, vel planè facit impatibile, hoc est ab oībus animi perturbationibus liberum ac solutum (siqdem græcè πάθη, hoc est si dici latinè possit passiones seu affectiones, eas demū quæ malæ sunt vocamus:) vel hoc modo patibile, hoc est moderatè, si non in impatibilitate, sed in animi motuum ac perturbationum moderatione virtutem consideramus. Tales enim sunt in anima morales ac ciuiles virtutes, quæ animæ irā ac cupiditatem non penitus excindūt, sed motus earū moderantur. Quinetiā in corpore, non facit corpus impatibile à calidis & frigidis, sed eorum affectiones virtus moderatur corporea, nempe sanitas. sicut vitium & morbus est eorū immoderatio. Si ergo in his versant̄ virtutes

Virtus consistit i moderatione affectuū, virtus inquam moralis.

Sanitas, quæ est virt⁹ corporea, ī moderatio affectionum corporis.

tutes & vitia, à qbus & per quæ ei quod eas habet vt alteretur est à natura insitum: per patibiles autem qualitates sunt alterationes: in affectionibus & patibilibus corporis qualitatibus fuerit virtutes & vitia corporis. adeò vt dum illa alterantur eæ ingenerenẽ. In quibusnam autem affectionibus versẽẽ vnaquæq; virtus corporis, quẽadmodum sanitas, vires, et pulchritudo, cũ non esset hoc eius institutum, nunc prætermisit quęrere. Quemadmodum aũt virtus ab improbis quidẽ affectionibus seu animi perturbationibus efficit impatibiles, à moderatis autem, quas ne affectiones quidem seu perturbationes nonnulli censent vocandas, patibiles: ita vitiũ ab improbis quidẽ affectionibus facit patibiles, à moderatis verò impatibiles. Versãẽ itaq; virtus & vitium in affectionibus. & ea quæ fit per ipsas alteratione ingenerantur: earũ quidem symmetria, virtus: Immoderatione autem vitiũ. Quare neq; sunt habitus alterationes: neque quæ per habitus fiunt mutationes. Qm̃ autem in his quoq; dicit Aristoteles, q̄ eorum quæ referuntur ad aliquid nõ est alteratio, B neq; generatio, neq; vlla omnino mutatio: aduertendum est q̄ cũ dixisset virtutes & vitia esse ex ĳs quæ referuntur ad aliqd, VNAQVÆQVE enim est, inquit, q̄ aliquo modo se habeat relata ad aliquid} eas gigni dicit & interire dum alterantur aliqua. Q̃uo ergo non est generatio eorum quæ referũtur ad aliquid, neq; omnino mutatio? num omnino quidem gignũtur & intereunt ea etiã quæ referuntur ad aliquid? Quod.n. non erat prius duplum, est posterius, & rursus non est: quod autem cum nõ esset prius est postea, hoc fit ac gignitur: & quod cũ prius esset postea non est, id interit. Sed non per se fiunt & intereũt, sed, vt hic definĳt, dũ quædam alterantur, & in sũma mutantur, ea fiunt & intereunt. Contingit enim, inquit, in libro quinto, vno mutato verũ esse alterum nihil mutari. Quare est motus eorum per accidẽs. eam aũt quæ fit per accidens mutationem, dimisit in illis vt quæ fit indefinita. In omnibus enim, inquit, est, & semper, & omnium. Si ergo quæ ad aliquid referunẽ, non sunt per se, sed quod C sunt habent in alĳs: illis mutatis, ea etiam mutantur quæ referuntur ad aliquid, non per se, sed per accidens.

Eorũ q̃ referũtur ad aliquid q̃uo n õ sit gñatio.

XVIII Similiter autem etiam in habitibus aĩæ. nam ĳ quoq; omnes sunt, q̄ aliquo modo se habeãt relati ad aliquid. Et sunt virtutes quidem, perfectiones: vitia verò, ab eis excessus. Præterea autem virtus quidem rectè afficit ad proprias affectiones: vitium aũt malè. Quare neq; ipsæ erũt alterationes: sed neq; ipsarũ amissiones & susceptiones. Fieri aũt eas necesse est dum alteratur pars sentiendi potestate prædita: alterabitur autem à sensilibus. Omnis.n. virtus moralis versatur in voluptatibus & molestĳs corporeis. Eæ autem sunt vel in agendo, vel in recordãdo, vel in sperando. Quæ itaq; versanẽ in actione, sunt D per sensum, adeò vt moueantur ab aliquo sensili: Quę in memoria aũt & spe versantur, ab eo sunt. Aut.n. eorum qbus affecti sunt recordantes, voluptate afficiuntur, aut ea quæ expectãt sperãtes. Quare omnis eiusmodi voluptas fiat necesse est à sensilibus. Quoniã autem si voluptas & molestia ingenerañ, ingeneratur ẽt virtus et vitiũ, in eis.n. consistunt: sunt aũt voluptates & molestiæ alterationes eius quod est sentiendi potestate preditũ: manifestum est q̄ dum alteratur aliquid, eas & amittere & suscipe necesse est. Quare est quidem earũ generatio cum alteratione: ipsa verò non est alteratio.

XVII A Postq̃ ostẽdit virtutes & vitia corporis, & in sũma habitus quoq; corporeos, nõ prouenire & abire per alterationẽ. siquidem virtutes qdem sunt pfectiones fm naturam: vitia aũt præter naturã: quę aũt tendunt ad id q̃d est fm naturã, fiunt, sed non alteranẽ: & quæ tendunt ad id quod est præter naturã, intereunt, siqdem sunt in eo q̃d refertur ad aliqd: transit deinceps ad habitus aĩę. & ostendit q̄ ne eę quidẽ quę per eas fiunt mutationes sint alterationes. siquidẽ ĳ quoq;, sicut corporei, sunt pfectiones animę, & substantiã habent in eo q̄ aliquo modo referantur ad aliqd. Tanq̃ ergo qui sint pfectiones, sunt eorũ susceptiones potius generatiões, & amissiones interitus, non alterationes. vnũquodq;.n. eorũ quæ sunt, qñ fuerit perfectum & fm naturã, tunc est maximè id quod esse dicitur. est.n. equus maxime, qui habet equi virtutẽ: & vnũquodq; ex alĳs. Quód aũt animę quoq; virtutes sint ex ĳs quę ad aliqd referuntur, clarum est. siqdem illæ quoq; sunt symmetriæ illorũ in quibus insunt, irarũ, & cupiditatum, & eorũ quæ sunt hmõi, sicut corporeæ, calidorũ; frigidorum, et hmõi. Ipse aũt quid sit earum quod ad aliquid referẽ, per hæc ostendit, VIRTVS quidẽ rectè afficit ad proprias affectiones: vitia aũt male.} Queadmodum enim habitibus corporeis, qui referunẽ ad aliquid, inest, vt vnusq;q; eorũ, in proprias affectiones, id quod ipsum habet, bene vel malè afficiat: virtus quidem per symmetriam: vitium aũt per eius defectionẽ, vel impatibile, vel sic faciẽdo patibile: Ita ẽt animæ virtutes ea quæ ipsas habent bene afficiunt ad pprias affectiones: vitia verò malè. Quare ipsa quoq; sunt ex ĳs quæ referunẽ ad aliqd, vt quæ sint symmetriæ & earũ defectus. Si ea ergo quæ referuntur ad aliqd, neq; sunt ipsa alterationes, neq; est eorũ alteratio: neq; aĩæ habitus sunt alterationes: neq; amissiones earũ & susceptiones: vt tñ ĳ quoq; gignanẽ necesse est dũ alteratur aliquid, sicut ẽt corporei. Corporei.n. habitus fiunt, dũ ea alterantur in qbus sunt primitus calida & frigida, & quę sunt hmõi: Animę aũt habitus, dum C pars alteratur quæ est sentiẽdi facultate prædita. Alterabitur aũt ea scilicet à sensilibus, ad quæ vt referatur, est ei natura insitũ. Dixit aũt, dum alteratur pars sentiẽdi potestate prædita, vtpote patibilis. Affectiones.n. seu passiones, vt ait Plotinus, vel sunt sensus, vel nõ sine sensibus. Cum autẽ prius cõiter dixisset de habitibus aĩæ, eos esse perfectiones, & in eo quod referẽ ad aliqd esse quasdam symmetrias & earũ defectiones, & fieri dũ alteratur id quod est sentiẽdi potestate preditũ: diuidit deinceps aĩæ virtutes, in morales, & eas quæ versanẽ in cogitatione. & ostẽdit in vtrisq; q̃uo sint in eo q̃d referẽ ad aliquid. & q̃uo neutra quidẽ est alteratio, neq; est alteratio ipsarũ: fit aũt dum quędã alterantur. Et q̄ fiat quidẽ virtus moralis, dũ id alteraẽ quod est sentiẽdi potestate preditum, ostendit ex eo q̄ oĩs virtus moralis versẽ in voluptatibus & molestĳs corporeis, vt ostẽsum est in moralibus. Voluptates aũt & molestiæ corporeæ fiunt dũ à sensilibus alteraẽ id quod est sentiẽdi potestate preditũ. Quare D virtus moralis dũ alteratur id quod est sentiẽdi potestatẽ preditum fit à sensilibus. Quód autem voluptates & molestiæ fiant dum alteratur id quod est sensile, ostendit ex diuisione. voluptate enim vel molestia afficimur, vel in agendo, vel in recordando. voluptate enim afficit rerum iucundarum ac suauium memoria, & molestarum ægritudine ac molestia. VEL in sperando} Etenim spes quoq;, eæ quidem quæ sunt eorum iucundarum, voluptatem: quę verò molestarum, tristitiam afferunt. Si ergo et in agendo sunt voluptates & molestiæ, & fiunt à sensilibus: & quæ in recordando & sperando fiunt, fiunt à sensilibus. Aut enim eorum quibus affecti sumus & quæ sensimus recordantes, vel voluptate, vel molestia afficimur, aut quæ passuri ac sensuri sumus animo agitantes: voluptates scilicet & molestiæ nobis accidunt, dum id quod est sensile alteratur à sensilibus. Quód autẽ virtus moralis consistat in voluptatibus & molestĳs, pluribus

Mutationes quæ fiũt per habitus aĩę, non sunt alterationes.

Aĩæ habitus q̃uo fiant.

Affectiones vel sunt sensus, vel non sine sensib[9], inquit Plotinus.

Virtus moralis quomodo fiat.

Voluptates q̃uo generẽtur.

Virtus moralis cõsistit in voluptatibus & molestĳs.

rationes: alteratio aũt est affectio, non fuerit affectio operationis quatenus est operatio. Similiter aũt etiam quę est ex non operando ex scientia ad operandũ mutatio, nõ fit per generationem, neq; per alterationem.

Quæ est aũt ab initio scientiæ susceptio, non est quidem generatio, neq; alteratio. Eo enim quod quieuerit & steterit cogitatio, scire & prudentes esse dicimur. Ad quiescendum enim nõ est quidem generatio. In summa enim nullius est mutationis, sicut prius dictum est.

XX

Sciẽtię susceptio non est gñatio, nec alteratio.

Non solùm vsus & operatio quæ est ex sciẽtia quę inest per habitum, nõ per generationem, nec per alterationem à non operando mutatur ad operandum, sed ẽt quæ est ab initio susceptio scientiæ. Ea autem est quæ à prima facultate seu potẽtia fit in habitum mutatio, qui põt deinde operari. per quem cùm nondum possemus habere scientiam, in hoc mutamur vt deinceps possimus habere sciẽtiã. Talis autem fit cõstitutio post primam ætatem, quiescente mente ac cogitatione à multa perturbatione, quam sustinet propter aggregationes & excretiões corporis, quæ fiunt propter nutrimentũ, & augmentũ, cùm sit adhuc paulò imbecillior & minus firma natura. Ergo talem quoq; mutationem dicit nec alterationem esse nec generationem. Requies. n. quę græcè est ἠρέμησις, hoc est mutatio ad quietem, est motus, vt prius ostẽsum est. non est autem motionis motus, neq; generatio generationis, neq; in sũma mutatio mutationis. sicut hæc prius quoq; ostensa, & nunc in memoriam reuocatá sunt per hoc, Generatiõis enim nulla est mutatio, sicut prius dictum est. Pulchrè autem ex eo quod stet cogitatio, dat Aristoteles huius quod est scire, quod græcè est ἐπίστασθαι, veram nominis rationem, ea quoq; hic dicẽs quæ cum suo Præceptore conueniunt. Plato enim in Timæo, has dicit esse causas eius quæ fuit ab initio humanarum animarum ignorationis, & talem scientiæ susceptionem. Post eorũ enim quæ sunt æterna fabricationem, qui res mortales administrabant, immortalis, inquit, animæ ambitus alligabant corpori quod affluit & effluit. Eæ verò multo flumine implicatæ ac illigatæ, neq; dominatum obtinebãt, neq; omnino parebant imperio. vi autem ferebantur ac ferebãt. Et cũ multa dixisset de tali constitutione, subiungit. Propter has omnes affectiones nũc & ab initio fit anima primùm amens, cũ fuerit mortali illigata corpori: cùm aũt augmenti & nutrimenti minus fluentũ inuaserit, & rursus ambitus accepta tranquillitate suam viã inierint, & succedente tẽpore magis sedati fuerint, tũc singulorum circulorum ad id quod est secundum naturam euntium dirigũtur circuitus. Si enim vel perfectis causæ sunt insipiẽtię, corporis & ratione carẽtium motus appetitionum: multo magis adolescentibus, in quibus sunt & vehementiores corporis motiões, & natura infirmior, et ratio inexercitata & imperita. Porrò autem hæc quoq; adijcit Plato. Si ergo vnà eum exceperit recta aliqua educatio, planè integer & sanus omnino efficitur, vt qui à morbo maximo euaserit. Sed si fuerit neglectus, cùm claudicans vitæ iter obierit, imperfectus amens ac insipiẽs ad inferos regreditur. Tota autem ratio sic collecta est ab Aristotele. Quæ fit ab initio susceptio sciẽtiæ, fit per id quod est quietum reddi. Eius autem quod est quietum reddi non est motus nec mutatio (quãdoquidem quietum reddi est mutatio: mutationis autem non est mutatio. esset. n. aliquid quod simul mutaretur in opposita, et simul fieret in oppositis: præterea autem erit progressus in infinitũ mutationis & generationis, vt prius ostẽsum est) Propterea nec eius quod est quietum effici fuerit mutatio. Illud autem, NON est quidem generatio} dixit quidem tanquam aliquid redditurus, sed nõ videtur aliquid reddere. Nisi forte ad id quod multo post dictum est, nempe Cũ in vtrisq; autem quædam alterentur in corpore, redditum est, vt di-

Scientię, quod græce est, ἐπιστήμη, etymologia.

Ignorantiæ causa apud Platonem in Timæo.

Eius quod est quietum reddi nõ est mutatio.

A cit Alexander. Num autem cùm inuenisset Alexãder sic scriptum, EO enim quod quieuerit & steterit cogitatio} existimauit aliquid deesse orationi, vtpote, quod, Autẽ non esset redditum ad quidem. Sed primũm quidem coniunctio, Enim, quę reddit causam, quodãmodo, vt existimo, redditur ad Quidẽ: deinde in nõnullis exẽplaribus scriptũ est, EO aũt quod quieuerit & steterit} et fuerit redditũ.

Præterea autem quando ex eo quod est esse ebrium vel dormire vel ęgrotare traductus fuerit quis ad contraria, nõ dicimus eum rursus factum esse scientẽ. etsi non posset prius vti scientia. Ita nec quãdo habitum suscipit à principio. Eo enim quod sedata ac tranquilla fiat anima à virtute morali, dicitur aliquid prudens & sciẽs. Quare nec pueri quoq; possũt discere, nec sensibus similiter iudicare, atq; ij qui sunt ætate prouectiores. Est enim multa conturbatio & motus.

B

XXI

Postq; ostendit eam quoq; quæ fit ab initio scientię susceptionem, hoc est vt possit habere scientiam, & esse in eius habitu, non fieri per generationem sciẽtiæ, neq; per eius alterationem quod sciens futurum est, siquidem accedit ex eo quod sedetur & quieta reddatur quæ est in corpore perturbatio: Quietum aũt reddi non fit per motum, siquidẽ quietum quidem reddi est motus, nõ est aũt motionis motus: nũc quoq; per exemplũ eius qui est ebrius vel dormit vel ægrotat, ostendit quod cùm sciens nihil alteretur, neq; fiat sciens, fit mutatio in scientiæ vsum & operationem. etiamsi non posset sciens vti scientia dũ dormiret vel esset ebrius vel ægrotaret. Sufficit. n. eius quod affert impedimentum ablatio. Sic ergo, inquit, neq; in eo qui mutatur ex inscientia ad sapiendum, aut ad hoc vt fit prudens, ingeneratur aliquid quod prius nõ inerat: neq; mens alteratur, sed naturalis tantum turbationis fit sedatio ac tranquillitas. & hoc sufficit ad hoc vt possit sapere & scire. Propter hanc. n. inquit, conturbationem pueri quoq; non possunt discere, nec similiter, atque ij qui sunt perfecti, sentire & sensilia accuratè exacteq; iudicare. est enim, inquit, multa conturbatio & motus in pueris, propter nutrimentum & augmentũ. Quemadmodum ergo fiunt quidem pueri apti ad sentiendum, si cesset perturbatio: ita ẽt ad discendum, sapiendũ, & sciẽdum, si sit sufficiens sedatio eorũ quæ conturbant. Sed ij quidem qui sunt ebrij & qui dormiunt & qui ęgrotant, cùm habeant habitum, et solùm impediuntur quominus exerceãt operationem, meritò neq; dicuntur fieri sciẽtes, nec in scientes alterari: pueri autem si aliquando suscipiant habitum scientiæ & prudentiæ, cùm prius non haberent, quõo non fiunt scientes ex inscientibus? aut quõo est simile quod ab ebrio & dormiẽte & ægroto sumitur exemplum, ijs qui suscipiunt habitum quem non habebant? Num ergo si is qui suscipit habitũ ab initio, est similis ei qui est ebrius & dormit, anima semper habet habitum. & sic disciplinę & ipsi discendi actus sunt reminiscentiæ, vt vult id quod à Platone dicitur. Sed potest, inquit Plotinus, etiam id habere quod nõ est promptum ac paratum vt habeat. & eius quod est promptum ac paratũ, & eius quod non est eiusmodi, multæ sunt differentiæ. Et pueri quidẽ sic habent sciæ & sapientiæ habitũ, vt qui sit in substantia tũc immobilis: & ij videntur opus habere susceptione sciæ: & eos dicimus discere, cũ ipse discẽdi actus, sit quædã simulatio, & susceptio, motus tã & pręparatio ad operationẽ: quę quidem nec ipsa insunt pueris, nisi quũ iam cessauerit conturbatio corporis, vtpote quod prius adhuc esset magis obrutus habitus, & ad hoc vt appareret, magno egeret auxilio: Qui est autem ebrius & qui dormit grammaticus, promptum quidem & quodammodo ad manum habet habitum: sed illa promptitudo est quodammodo impedita: Qui est autem sobrius, & vigilat, & est sanus,

C

D

Fit mutatio in sciæ vsum & operationem, citra alterationem.

Ablato impedimento ab inscientia, ad sciẽtiam fit mutatio.

Scientia fit ne reminiscẽtia.

Inter ebrios dormientes, & pueros, quod ad ignorationem attinet, differẽtia.

habet quidem prōptiorem & paratiorem habitum, sed is quoq; adhuc habet eum qui quodāmodo sustinetur ac reprimit habitum, si in eo quidē sit parata facultas, ipse autē sit in alijs, aut nondum adsit id quod pōt cognosci. queādmodum is qui ex habitu operatur, ipsum iā perfectè promptū habet ac paratum ad opationem. Aristoteles aūt incepit quidem ab eo qui prōptum ac paratū habet habitum, propterea aūt q nō adsit sensui id quod cognosci possit, minimè opatur. Deinde subiunxit eū qui vtitur & operaē. Deinde eum qui suscipit scientiā. Et fortasse incepit ab eo quod est euidentius. Qui enim eo q factū sit id quod sciri pōt, scit, ipse nihil motus, sed eo q aliquid aliud factum sit, fit actu sciens: porrò autem operatio quoq; quæ fit ex scientia, non est alteratio sciētis, nec generatio. Sed neq; quæ esse videtur susceptio scientiæ, fit dum id quod suscipit alteratur.

E

Sedatur autem & quietus redditur, quod ad nōnulla quidē attinet, à natura: quod ad nōnulla verò, ab alijs. in vtrisq; aūt dum alterātur quędā quę sunt in corpe, queādmodū in vsu & operatione, cū sobrius euaserit & excitatus fuerit.

F

XXII Cum dixisset q sedata perturbatione eorum quæ impediunt, fiunt & sentientes, & prudentes, & sciētes: subiungit q quod ad nōnulla quidem attinet, sedanē à natura, hoe est, ad hoc vt sensus perfectius operētur: quod autem ad nōnulla, à moribus et doctrina, queādmodum ad appetitiones, ad eas quoq; npem ferente natura. Nā autem quod ad motus quidē attinet naturales, & sentiendi & appetendi motus, sedantur à natura: ad artificiales autem & eos qui ratione fiunt, à ratione. Sedantur autem, inquit, in vtrisq; dum quædā alterantur. In vtrisque aūt dixerit, & ijs qui intrinsecùs sedantur à natura, & qui extrinsecùs à moribus & doctrina. Aut dixit Io vtrisq;, & ijs qui habitum suscipiunt ab initio, & ijs qui post ebrietatem somnum, vel morbō restituontur. Dum aūt quædam alterantur in corpore, ambo sedantur & qui intrinsecùs sedātur, & qui extrinsecùs. dum.n. humidiora, vel

Perturbationes quę sciæ ac prudentię impedimentum afferūt, sedantur partim a natura, partim a ratione.

G

siccciora, vel calidiora, vel frigidiora fiunt corpora. queādmodum habet in eo qui ex ebrietate mutatur ad sobrietatem, ex humiditate & caliditate immoderata, in id quod est sm naturam restituto spiritu, & ideo rursus vtiē scientia qui prius vti non poterat, propter ebrietatem, & quę ex ea proficiscebatur intēperiem. Quemadmodum ergo in eo non rursus suscipitur habitus qñ fuerit sobrius, sed cū cessauerit id quod interturbabat, propter aliquorum in corpore alterationem, promptus est vsus: ita etiam in eo qui habitum videtur suscipere ab initio.

In ebrietate ignorantiæ quæ sit causa.

Ex ijs ergo quæ dicta sunt manifestum est, q alterari & alteratio fit in sensilibus & in parte animæ quæ est sentiendi potestate prædita, in nullo autem alio, nisi per accidens.

XXIII Nobis deinceps reuocat in memoriam quanā de causa dicta sint ea quæ prius dicta sunt. Eius.n. erat institutum ostēdere q fiat alteratio per qualitates patibiles. Eę aūt sunt quę sunt sensiles à quibus alteratur sensus, adeò vt ea sola pars aīæ quæ est sentiēdi potestate prædita, per se alteretur seu id quod habet animā, alteratur per eā partem quæ est sentiēdi potestate prædita. non tñ intelligentia, nec contēplari, & sapere perficitur per alterationem, nisi per accidens: nēpe dum quædam alterantur in corpore, vt dictum est in eo qui est sobrius post ebrietatē: quin etiam q sit in eo quod sentit & alteratur. Per ipsam aūt scientiam nō est alteratio, & q est perfectio: quæ est aūt mutatio in perfectionem, videtur potius esse generatio & non alteratio: & q scientia sit id quod refertur ad aliquid: in ijs aūt quæ referuntur ad aliqd non est per se motus. Quærit aūt Alexander, si quæ fit per qualitatē mutatio est alteratio: qualitatis aūt prima quidem species in prædicamentis enumerata est, habitus & affectio seu di-

H

Alteratio fit per qualitates patibiles.

Si per qualitatem mutatio est alteratio, cur non

E spositio: quartū aūt genus qualitatis est figura & quę est vniuscuiusq; forma: quō quæ fit per habitum & figuram mutatio non est alteratio. Pulchrè aūt soluit ex ijs quæ dicit Aristoteles. Per solas.n. patibiles qualitates dicit Aristoteles fieri alterationem: refellit aūt primū & quartum modū qualitatis, vt qui non faciāt alterationē. Quęcunq; enim qualitates ad substantiā conferunt & perfectionem, & fiunt forma eius quod participat, eæ non faciunt diuersa ea quæ per ipsas mutantur, sed potius alia. Eæ aūt sunt & habitus, qui sunt perfectiones, & qui faciunt id esse quod dicitur: & figuræ. Quāobrem id quod est figuratum non amplius dicitur noīe materiæ lignum vel ęs. Sed neq; quę per caliditatē & frigiditatē & siccitatem & humiditatem fit mutatio, semper est alteratio. Cū itaq; fuerit ex aqua factus ignis, humiditate & frigiditate mutata in siccitatē & caliditatē, talis mutatio non dicitur alteratio. qm̄ est substantialis, & quæ formam tribuit, speciemq; constituit, mutatio. Ergo ēt quæ per virtutes fiunt mutationes, subiectum perficiētes, & quæ ad id quod est quid sit conferunt, nō sunt alterationes. neq; eæ quæ fiunt per figuras & formas. sed illæ solæ quæ fiūt per qualitates quæ accidunt, quæ affectiones tantū afferunt ijs quę eas participant, sed nec eis prębēt essentiam, neq; formam tribuunt, speciem ue constituunt.

per figuram et habitū fiat alteratio.

Mutatio substantialis nō est alteratio.

F

CAPVT IIII.

XXI DVbitauerit autem quispiam, vtrum erit quiuis motus cū quouis cōparabilis, an non? Si est quidem quiuis comparabilis, & est eiusdē celeritatis quod in æquali tēpore ęquali spatio mouetur: erit aliqua circunferentia rectę æqualis, & maior vtiq; & minor. Præterea alteratio & latio est aliqua æqualis, quorūcunq; in æquali tempore vnum quidē fuerit alteratum, alterū verò latum seu motū per locum. Erit ergo affectio æqualis longitudini. Sed hoc nō potest fieri. Sed qñ in æquali tempore æquale spatium motū fuerit, tūc est ęqualis celeritatis. non est autē affectio ęqualis lōgitudini. Quare non est alteratio æqualis lationi. neq; minor. Quare non est quęuis comparabilis.

G

XXIIII Postq; conclusit eam quę ab initio instituta est orationem, quę ostendit q id quod primum mouet, nō vt id cuius gratia, sed id vnde est principiū motus, & id quod pximè ac continenter ab eo mouenē, simul est in omni specie motus, & nihil intercedit: & vnāquanq; speciem motus hucusq; per se considerauit, & ea quæ ei insunt tradidit: dehinc dubitat & quærit, an quiuis motus est cum quouis motu cōparabilis in proprijs motus differentijs, nempe & in eo quod est celerius, & eo quod est tardius. vt non solū eæ quæ sunt eiusdem speciei possint inter se conferri, queādmodum alteratio cū alteratione: ita vt sit ex eis vna quidē celerior aliqua alteratione, alia verò tardior, alia autem æqualis: sed an ēt possit alteratio conferri cum latione, vel augmento & diminutione, ita vt eos dicamus vel paris celeritatis, vel vnū quidem celeriorē, alterum verò tardiorem. Sciendum est aūt q comparare, quod græcè est συμβάλλειν, idē est quod cōferre, quod græcè itidem παραβάλλειν, & συγκρίνειν, & in sūma συντάξειν, id est componere, dicitur. Sed veteres quidē inter se conferre dicebant παραβάλλεσθαι, recentiores aūt συγκρίνεσθαι, cū veteres Physici vsi sint noīe συγκρίσεως, pro eo qd simul cogit ac conciliat ea quæ sunt separata. Cū hoc autem dubitasset, ostendit nō esse quemuis motum cuiuis cōparabilem. non est.n. quorumlibet quædā communis mensura, sed earū demum quę sunt eiusdem inter se speciei. Hoc autē ostendit per id quod fieri non pōt, in duabus primum lationibus, ea quę rectà fertur, & ea quę

An quis motus sit cum quouis motu comparabilis.

H

Cōferre sit comparare, quot modis grçce dicat.

circulo:

A circulo: cùm prius sumpsisset id quod iam ab eo ostēsum est, ea esse eiusdem celeritatis, quę in ęquali tempore mouentur æquali spatio, & inferret ad id quod est esse cōparabiles, id quod fieri non pōt, fore vt recta linea sit ęqualis circūferentię. Si sint enim aliqua paris celeritatis: vnū quidem quod mouetur in aliqua recta: alterū verò in circunferentia: ea autem sunt paris celeritatis quæ mouentur in æquali tpe: æqualis erit recta circūferentiæ. Hoc aūt adhuc quidem quærebatur, an fieri possit vt sit recta æqualis circunferentiæ. sed res erat potius desperata. & ideo necdū quidē erat inuenta circuli quadratura. Quinetiam nunc quoq; etsi videatur esse inuenta, inuenta est cum quibusdam quæ contradicunt positionibus. Quòd autem etsi nondum inuenta, adhuc quæratur circuli quadratura, & an sit recta æqualis circūferentiæ, causa est q nondum inuentum sit hæc non posse fieri, quemadmodum Diametrum nullam habere cū latere symmetriā. quocirca hoc quidem non quæritur amplius.

Sit ne recta æqualis circunferentię.

Circuli quadratura inuēta est cū quibusdam quæ contradicūt positiōibus.

B Cùm autem ostēdisset motus qui fiunt in his lineis non posse conferri, propterea q videatur aliquid sequi quod fieri non possit eum qui ponit ipsos comparabiles: deinceps ostendit in motibus qui sunt dissimilis speciei, nempe in alteratione & latione, q ij quoq; adhuc sint magis incomparabiles. ostendit autem hoc quoq; per id quod fieri non potest. si quis enim dicat alterationem esse æqualem lationi, hoc est æqualis celeritatis: cùm in æquali tempore vnum quidem alteratum, alterū verò latum fuerit, eueniet vt affectio quæ est in alteratione, sit æqualis longitudini, quæ est in latione. sunt enim æqualis celeritatis, quę in æquali tēpore mouentur æquali spatio. Sed fieri nō potest vt affectio sit æqualis longitudini. comparari enim non possunt quantitas & qualitas: qm̄ de illa quidē æquale, de hac verò simile prædicetur: & clarum est q nō possit prædicari æquale, nec si ea quidem quæ per ea mouentur dici possint æqualis celeritatis: quēadmodum enim fieri potest vt caliditas vel albor dicatur æqualis longitudini? C Si ergo non est affectio æqualis longitudini, nec ea inter se conferri possunt: neq; qui per ea fiunt motus erūt æquales, nec conferri poterunt. si enim illi, hæc quoq;, q sint æqualis celeritatis quæ in æquali tempore mouētur æquali spatio. Cùm aūt dixisset, Erit ergo affectio ęqualis longitudini, subiunxit causam cur hoc nō possit fieri. Tunc enim dicimus æqualis celeritatis, qn̄ in ęquali tempore æquale motū fuerit. Illud autem Vel minor, additum, eas esse oīno comparabiles perimit, si neq; est ęqualis, neq; minor. clarum est.n. q neq; minor. vbi enim est maior, est ēt minor. Cùm autē ostendisset q nec quæuis latio est cuiuis comparabilis, neq; lationi oīno alteratio, meritò cōclusit q nō quis motus est cuiuis cōparabilis.

XXII In circulo autē & recta quomodo eueniet?
Absurdum enim est si hoc non poterit circulo
similiter moueri, & hoc in recta. sed statim ne-
cesse est vel celerius vel tardius, quēadmodum
XXIII si vnum decliue, alterum accliue. Præterea ni- D
hil ne in ratione, quidem differt, si quis dixerit
protinus necesse esse celerius vel tardius moue-
ri. Erit enim circunferentia maior & minor re-
cta. quare etiam æqualis. Si enim in tempore A
vnum quidem peruasit lineam B, alterum verò
lineam C; linea B fuerit maior linea C. Sic enim
dicebatur id quod est celerius. Ergo etiamsi in
minori æquale, celerius. Quare erit aliqua pars
temporis A, in qua B circuli quod est ęquale per
XXIIII uadit. et C in toto A lineā C. Atqui si sunt com-
parabilia, euenit id quod nuper dictum est, re-
ctam esse æqualem circulo. Sed non sunt com-
parabilia. Ergo nec motus.

A Cùm ostēdisset q nec motus circularis comparari potest cum eo, qui fit in recta: nec alteratio cum latione: dubitat cur motus circularis nō possit conferri cum eo, qui recta fit: & ipsa recta cum circunferentia. Primòm quidem dicit esse absurdū existimare fieri non posse, vt similiter & pari celeritate vnū quidem moueatur in recta, alterum verò in circulo: sed protinus opinari necesse esse celerius moueri quod mouetur in altero eorum, vt quod ex subiecto scilicet accipiat differentiam: vt si vnum quidem moueretur in decliui, alterum verò in accliui. in ijs enim quæ sic habent, nihil est absurdum eorum etiā quæ sunt paris celeritatis fieri motū imparem propter subiectorum differentiam. Circulus autem & recta quānam habent talē inter se differentiam? & maximè si nō stet rectus circulus, vt videatur id quod mouetur ascendere & descēdere: sed supinus in solo situs sit. Deinceps autem conatur ostēdere, q etiāsi positum fuerit in altera ex his semper fieri motum celeriorem: siue propter subiectas li- B neas: siue propter aliam causam: & siue fuerit idem quod mouetur in vtraq;: siue aliud & aliud: ne sic quidem euenit vt ij sint incōparabiles. Erit.n. vna quidem ex ijs maior, in qua positū est celerius moueri id quod mouetur in æquali tēpore: Altera aūt minor, in qua id quod tardius. In quibus autē est id quod est maius & id quod minus, in ijs etiā potest sumi id quod est æquale. Quare erit aliqua circunferentia rectæ lineæ æqualis. Illud autē, Erit enim circunferentia maior & minor recta, dixit, pro eo quod est, Erit enim aliqn̄ maior, aliquando verò minor. Maior quidē, si quod in ipsa mouetur, positū fuerit moueri celerius: minor aūt, si tardius. Quod.n. mouetur celerius, in æquali tēpore plus mouebitur. & quod est tardius, minus. Hoc autem ostendit ēt per expositionem. Si enim in eodē tempore, nempe A, id quidē quod celerius mouetur, peruasit circūferentiam quæ est B, id aūt quod est tardius, rectam C: clarum est fore vt circunferentia B sit maior recta C. siquidem prius definiimus celerius, Id C quod in æquali tpe plus mouetur. Sed.n. id quoq; est celerius, quod in minori tpe mouet æquale spatiū. Quamobrem id quod est celerius, in aliqua parte tēporis A, mouebitur aliquam partē circunferentiæ B, quæ est æqualis rectæ C. quam in toto tpe A motum est id quod mouetur tardius, Erit ergo sic quoq; recta æqualis circunferentię. quod significauit per hoc, ERIT aliqua pars temporis A in qua B circuli peruadit} Accipit aūt B partem circuli, quæ est æqualis lineæ C. Hoc aūt, ET C in toto A lineam C} habuit obscuritatem. qm̄ id etiam, quod in recta mouetur, vocauit C, cū non vocasset prius. Cū sic autem defendisset orationē, quæ dicit esse cōparabilia, & rectā circunferentię, & motus qui sunt in eis: vtrunq;.n. sequitur alterū: nunc quidem fallacē defensionis ratiocinationem prætermisit defendere, vt qui esset perfectius allaturus causam quæ discernit ea quæ possunt & nō possunt comparari: cùm aūt rursus abduxisset ad id quod fieri nō potest, motus esse comparabiles & lineas interimit, rectam D inquam circūferentiæ. Si sunt.n. inquit, lineæ comparabiles, euenit id quod fieri non pōt quod nuper dictū est, q recta sit æqualis circulo. Si ergo hoc fieri non pōt: non sunt comparabiles recta & circūferentia. Quòd si eę non sunt cōparabiles, ne qui fiunt quidē in eis motus. ea.n. se inuicē consequuntur. vt ēt ostendit definitio eorum quæ sunt æqualis celeritatis. siquidē ea sunt æqualis celeritatis, quæ in æquali tpe mouentur æquale spatiū. Nam siue sunt motus cōparabiles, & spatia in quibus motus cōparari possunt, & sunt ęqualia: siue ea sunt ęqualia q̄ mouent in ęquali tpe: sunt etiam motus æqualis celeritatis.

XXIIII *Circularis motus possit ne conferri cū eo, qui recta fit.*

Sed quæcunq; non sunt æquiuoca, sunt omnia comparabilia. Quemadmodum cur nō est comparabile, vtrum stylus an vinū sit acutius, an nete? Quia æquiuoca non sunt comparabilia. Sed Nete cōparari potest cum paranete, qa

in ambabus idem ſignificat acutum. Nũ ergo non idem eſt id quod eſt hic velox & illic. In alteratione autẽ adhuc multo minus & latione. E

XXV Cùm in vtriſq; dubitaſſet, ſint ne cõparabiles an non, lineæ & recta & circunferentia, & qui ſiũt in eis motus, vult deinceps philoſophicè aliquam inuenire regulã, per quam diſcerni poterunt motus qui ſunt, & qui non ſunt comparabiles, etiãſi velociter & tardè in omnibus motibus prædicet. Et primum dicit, ꝙ quæ non habẽt idem nomen ęquiuocè, velox & tardum, ſed vniuocè ſcilicet, ea ſunt cõparabilia. Quæ autem dicuntur ęquiuocè, non ſunt comparabilia. Quemadmodũ † acutum acuto quod æquiuocè dicitur non eſt comparabile. Non poſſunt.n. comparari acutũ quod eſt in ſaporibus, quod aliter acre dicitur, et acutũ quod eſt in magnitudinibus et ſonis. neque conferendo dici poteſt, vtrũ eſt acutior ſtilus, an acetum, an nete. Sed acutũ ſcilicet quod eſt in ſonis, cum eo quod eſt in ſonis conferri põt. & Nete eſt paranete acutior. Acutum.n. idem in vtriſq; ſignificat. Et quæ ſunt in magnitudinibus ſimiliter cõparari poſſunt, & quę in ſuccis ac ſaporibus. Velox ergo & tardũ etſi de vtriſq; prædicetur motibus, & de eo qui eſt in recta, & de eo qui eſt in circulo: non erunt comparabilia, propterea ꝙ ea prędicẽtur æquiuocè. in motibus.n. qui ſunt ſpecie diſſimiles prædicatur velox, alteratio enim velox dicitur & latio. ſed non ideo velox poteſt conferri cum veloci. velox.n. eſt in eis ęquiuocum. ſiquidem etiam ea in quibus dicuntur, non ſunt inter ſe cõparabilia. non eſt.n. qualitas comparabilis cum eo quod eſt vbi. Si ergo & recta & circulus, etiamſi magis, ꝗ̃ illa habeãt aliquid cõmune, ſunt tamen incomparabilia (hoc.n. ſumit vt pronuntiatum) qui etiam ſunt in eis motus, non potuerint cõparari, vtpote ꝙ hoc velox & tardũ dicatur æquocè. Cùm aũt dixiſſet Netem poſſe cõferri cũ paranete, quĩ idem ſignificat acutum in ambobus, ſubiũxit, NVM ergo nõ idem eſt q̃d eſt hic velox & illic } hoc eſt in motu qui fit i recta, & in motu qui fit in circulo. MVLTO aũt minus, inquit, idẽ eſt velox in alteratione & latione } eſt.n. hic maior differẽtia, ſiquidem alteratio quidem, qualitatis: latio autẽ eſt prædicamenti, vbi: Recta autem & circunferentia ſunt ambę quantitates, & ambę quantitates continuæ, & ambæ lineæ. Hoc aũt adiecit propter id quod eſt dicendũ paulo poſt, ꝙ ex æquocationibus ſunt aliæ quidem quę ſunt valde remotæ: aliæ verò quæ habent aliquam ſimilitudinem. Sciendum eſt aũt haberi variam huius dictionis ſcripturam: Aliçubi qdem, ſed quęcunq; non ſunt æquiuoca, ſunt omnia comparabilia } vt etiã ſcripſit Alexander: Alicubi aũt, SED quæcunq; non ſunt vniuoca, ſunt omnia incomparabilia } Aliĩ aũt huc traduxerunt ſcripturam, quę habetur in alio libro ſeptimo, quę ſic habet, Sed nunquid quæcunq; ſunt non ęquiuoca, ſunt oĩa comparabilia. Clarũ eſt autem ꝙ oĩa habent eundẽ ſenſum. F G

Quæ idẽ nomen non habent æquiuoce, ſunt comparabilia.

† ὀξὺ, dicit & acutum et acre.

Velox & tardum in diuerſis motibus prædicãtur æquoce.

XXV An primum quidem hoc non eſt verum, ꝙ ſi non ſint ęquiuoca, ſunt cõparabilia. Multum enim idem ſignificat in aqua & aere. & nõ ſunt cõparabilia. Sin minus duplũ quidẽ certè idem, ſunt.n. duo ad vnum, & non ſunt cõparabilia. H

XXVI Cùm dixiſſet, ꝙ quæ non ſunt quidem ęquiuoca, ſunt comparabilia, quæ aũt æquiuoca, nequaquam: aduerſus hoc contẽdit, adducens multum quod videtur prædicari æquiuocè in aqua & aere. non enim quemadmodũ acuti, alia quidem erat ratio eius quod eſt in ſaporibus, alia autem eius quod in magnitudinibus, & alia eius quod in ſonis: ita etiam multi, alia quidem eſt ratio eius quod eſt in aqua, & alia eius quod eſt in aere. ſed idem multum ſignificat in vtroq;. & tamen non ſunt comparabilia multum quod eſt in aqua, & quod eſt in aere. Hoc autem dicit, ꝙ non eorum magnitudines conſequuntur etiam potentiæ ſeu facultates. ſed tantæ aquæ potentia, eſt multis

Multũ prædicat, ne vniuoce i aqua & aere.

E partibus maior potentia tanti aeris. Si ergo tantum aquę multum erat, ꝙ multum poſſet cum tanta magnitudine: in potentia enim cum magnitudine aquę eſt id quod eſt: non vtique tantum aeris erit multum, etiamſi ſit maior aqua quæ minuitur in magnitudine, eo ꝙ ſit ea minor in potentia. Sunt ergo incomparabilia multum quod eſt in aqua, & id quod eſt in aere. Aer enim qui videbatur eſſe maior magnitudine, erit minor poteſtate. etiamſi multum videatur dici de vtroq; vniuocè. An dixerit quiſpiam oportere multa inter ſe conuenienter conferre, magnitudinem quidem conferendo cum magnitudine, poteſtatem autem cum poteſtate. Hac autem abuſus imutatione, oſtendit aliquid incomparabile. etſi ſumpta ſit vniuoca nominis ſignificatio in multo & pauco quod eſt in magnitudinibus. Cùm autẽ oriri poſſet ſuſpitio propter ea quæ dicta ſunt, ne multum non prędicetur vniuocè de aqua & aere: Sin minus, inquit, multum prædicatur vniuocè: verba ſunt facienda de duplo. nã & in aqua

F & in aere idem ſignificat quod eſt duplũ vtriq;. Si enim duplum habet rationem ſeu proportionem duorum ad vnum, adeò, vt in ambobus eadem ſit ratio dupli: & tamen aqua et aer non poſſunt in duplo conferri. non enim tanti aeris duplus aer erit etiam duplus tantę aquę. Hoc autem rurſus propter poteſtates in quibus aqua vel aer habet id quod eſt. Si enim duplus aer dimidiĩ magnitudine aeris, præter magnitudinem habet etiam duplam poteſtatem: inſunt etiam duo in ratione. non itidem autem aqua quæ eſt magnitudine dimidium tãti aeris, eſt etiam dimidiũ poteſtate, neq; fortaſſe minus: ſed nõnunquam etiam ſuperat poteſtatem, quæ eſt in duplo aeris. Nũ fuerint ergo comparabilia duplum quod eſt in aere & duplum quod eſt in aqua. Si enim rurſus in poteſtate ſumptum fuerit alterum alterius duplum, non vtiq; erit duplũ in magnitudine. Erit ergo aliquod aliud duplũ quando aer & aqua comparantur. ſed nõ quod prædicatur de altero eorum. Atqui videbatur idem ſignificare in vtro-

G que eorũ. Quare nec quæ vniuocè prædicantur ſunt omnia cõparabilia. hoc enim vult addere ĩis quæ dicta ſunt de æquiuocis: vt etiamſi videatur velox vniuocè prædicari in motu circulari & eo qui rectà fertur, non iam conſequatur hos quoq; motus eſſe comparabiles.

Duplum prędicat ne vniuoce i aqua & aere.

An etiam in his eadem eſt ratio. eſt.n. multum æquiuocum. ſed ſunt nõnullorum ẽt æquiuocę rationes, Quemadmodũ ſi quis dicat multum quod eſt tantũ, & amplius. & aliud tãtum, & æquale æquiuocum. Porrò aũt vnum quoq; ſi contigit, protinus ęquiuocum: Si hoc autem, duo quoq;. Nã cur illa quidem ſunt comparabilia, hęc verò non, ſiquidẽ vna erat natura? An ꝙ in alio primo quod ea ſuſcipit? Equus itaq; & canis ſunt comparabilia, vtrum albius. In quo enim primo idẽ, nempe ſuperficies. Et ſimiliter in magnitudine. Aqua autẽ & vox minimè. in alio enim. An clarum ꝙ ſic quidem licebit oĩa vnum facere, in alio autẽ vnumquodq; eſſe dicere. & erit idem æquale & dulce & album, ſed in alio. Et præterea id qd' ſuſcipit, nõ eſt quodlibet: ſed vnum vnius id quod primum eſt. Sed non ſolùm ergo oportet ea quæ ſunt comparabilia non eſſe æquiuoca, ſed ẽt non habere differentiam, neq; id quod, neq; in quo. Dico autẽ, quemadmodum color habet differentiam. non eſt ergo in hoc cõparabilis. vtpote vtrum eſt coloratus potius, non per aliquem colorem (niſi quatenus colorem) ſed per album. XXVI XXVII H XXVIII XXIX

Cùm

Multũ & duplum in aere & aqua sint vniuoca.

XXVII Cùm duas cõmisisset & examinasset orationes, & eã quæ dicit oĩa æquiuoca non esse cõparabilia: & eam, quę vniuoca comparari posse dicit: & ostẽdisset ꝙ in aere & aqua Multum, & si vniuocè videãt prædicari de ambobus, non est tñ comparabile: Sin minus hoc ita habet: at duplum quidẽ certè euidentius & eãdẽ habet in vtrisq; rationẽ, non est tñ comparabile propter cõmutationem magnitudinis cum potestatibus: & cùm sic orationem fecisset magis dubiam, dicit etiam in aere rectè se habere prius traditam distinctionẽ, ꝙ æquiuoca quidẽ non sunt cõparabilia, possint aũt cõparari vniuoca. Etenim multum & duplum comparari non possunt in aqua & aere; qm̃ ipsa quoq; reuera prędicantur æquiuocè: non videñt autem, qm̃ ratio quoq; eorum quæ est æquiuoca dicitĩ de vtrisq;, de quibus etiam nomen. Ratio enim Multi quę dicit, quòd Multum est id, quod tãtum & amplius, ipsa quoq; est æquiuoca. aliud est enim specie id quod est in aqua tantum & amplius: & aliud id quod in aere. Porrò aũt ratio quoq; æqualium est id quod est earũdem mensurarum vel eorũdem numerorum. Sed de his & nomen & ratio æquiuocè prædicatur de quibus prędicatĩ. Quare nec in æqualẽ quidẽ sunt cõparabilia aer, & aqua. neq; enim si sunt æqualia magnitudinibus, sunt etiã æqualia potestatibus. Quinetiam ratio dupli, quæ dicit, duo ad vnum, est æquiuoca. Etenim ipsum quoq; vnũ est æquiuocum, siquidẽ aliter quidem prædicatur de substantia: aliter verò de qualitate. Si aũt vnum est ęquiuocum, etiã duo. Quæ aũt ex æquiuocis cõposita est ratio, ipsa quoq; est æquiuoca. Vt qui ergo ea iure quoq; dixisset prædicari æquiuocè, subiunxit, NAM cur illa quidẽ sunt cõparabilia, hęc verò non, siquidẽ erat vna natura? } Si enim idem quidẽ est duplum in aere & aqua, vt est in aere & aere, & aqua & aqua: cur est quidẽ aer duplum & dimidium aeris, & possunt cõparari, & aqua aquæ: aer autem nequaq̃; conferri possit cum aqua, ita vt tantus aer sit duplum tantæ aquæ, siquidẽ est vna natura dupli in aere & aqua, sicut in aere & aere, & aqua & aqua? Cùm autẽ sic dubitasset de vniuoca quæ esse dicta est multi & dupli prædicatione in aere & aqua, & ideo eã esse dixisset vniuocam: subiungit aliã causam cur etiam si prędicenĩ vniuocè, ea tñ non sint comparabilia, ꝙ scilicet sint aliud & aliud prima quæ ea suscepere corpora. aliud est enĩ aqua & aliud aer, etiam si multum & duplum idem significet in vtroq;, vt quæ significent vniuocè. Nam vbi id quod primum suscepit ea quæ prædicantur vniuocè, est idem specie, etiam si ea in quibus sunt differant, illa sunt cõparabilia. Et clarum est ex eo ꝙ equus & canis & si specie differant, sint tamen in albo cõparabilia. Dicimus enim, vtrum est albius, equus an canis, quærẽtes in indiuiduis. vel cerusam & niuem cõparamus, qm̃ id quod albũ primò in vtrisq; suscepit, idem est, nempe superficies. Similiter autem etiã in magnitudine cõparari possunt equus & canis, quæ vniuocè de eis prædicatur, & habet eãdem in vtroq; naturã. qm̃ quod primum in eis suscipit magnitudinẽ, idem est specie, nempe corpus. Aqua aũt & vox non sunt cõparabilia, neq; in albore, neq; in magnitudine. quoniã in aqua quidem, est alboris susceptrix superficies, corpus verò, magnitudinis: In voce verò neq; est superficies, nec corpus. Quo fit vt si multũ quidem & duplum nõ prædicarentur primò de aqua & aere, quorum vtrunq; & ex magnitudine simul & potestate formã suscipit; sed vel de amborũ magnitudine vel de potestate dicereẽ multum & duplum, cõferri possent, vtra sit amplior aut maior magnitudo aquæ an aeris: & pręterea duplum & dimidium similiter in potestate. Cæterum præclarum Aristotelis ingenium aduersus hanc quoq; rationẽ cautè cõtendit. Dicit enim fieri posse, vt qui ea veraĩ, æquiuocorũ naturam ex ĩjs quæ sunt tollat de medio, dicendo ẽt ea q̃ est in cõfertio esse æquiuoca nõ esse ęquiuoca, sed vnũ quid & idẽ significare: inter se aũt non conferri, ꝑpterea ꝙ idẽ sit in diuersis quę ea suscipiunt. quéad-

Ea demum vniuoca sint cõparabilia, in quibus id qđ primũ suscepit, est idẽ specie.

A modum † candidum quidẽ idem & in voce & in corpore significat: cõparabilia aũt non esse vocem & corpus, qm̃ vtrũq; eorum quæ susceperunt est aliud specie. est enim vox aliud specie, & aliud corpus. Similiter autem dulce quoq;, aiet quispiã, idem significat in voce & in sapore: non conferri aũt vocem & saporẽ in dulcedine, qm̃ quæ ea suscipiunt sunt diuersa inter se natura. Similiter autẽ æquale quoq; idem est in aqua & aere: non sunt autẽ aer & aqua in æquali cõparabilia, quòd cùm sint differentia idem susceperunt. Adĩjcit autem aliud quoq; argumentum, quod idem probat, nempe ꝙ non rectè dicit qui dicit ea quæ sunt eadem natura nunq̃; conferri, propterea ꝙ sint in diuersis speciebus. & dicit nõ quodlibet quodlibet temere suscipere. & maximè primum. sed vnum esse aptum natura vt vnum suscipiat et quod sit idem specie. quẽadmodum superficies colores, succi sapores. & fieri non potest vt quæ sunt eadem, sint primò in diuersis, vel quæ differunt in eodem. Quare quãdo fuerit aliquid pri- **B** mò in ĩjs quæ differunt, est æquiuocũ, & non ex eo quòd aliud sit aqua & aliud aer, aliud erit multum & duplum quod est in vtroq; eorum, cùm sint eadem natura, vt dicit qui dubitauit. sed ipsa quoq; sunt differentia natura, & æquiuoca, propterea ꝙ sunt ingenerata in ĩjs quæ ea suscipiunt, specie differẽtibus. Cautè autem hic quoq;, Primum, adiecit, dicens, Sed vnum vnius id quod primum est. } Aliqua enim quæ aliquid secundò suscipiũt, & si sint specie differentia, possunt inter se per illud comparari quod secundò susceperunt. propterea ꝙ id quod ipsum primò suscepit, cùm sit ipsum unum natura, est ex differentibus. etenim homo & equus, cùm sint diuersa specie, cõferuntur per album quod est in ipsis. quoniam quod ipsum primum suscepit, est in vtrisq; vnũ natura, nempe superficies. Cùm autem dixisset vnum suscipere vnum id quod primum est, & ideo inter se cõferri, vtpote ꝙ non sint æquiuoca ea quæ sunt vnius speciei, adnotauit non sufficere quòd nõ sint æquiuoca, ad hoc vt pos- **C** sint conferri. Superficies enim est susceptrix colorum, primò albi & nigri: sed non colorum qui dicuntur æquiuocè: non enim etiam eorum qui sunt in musica. & tamẽ nõ potest album comparari cum nigro in colore. non dicit enim aliquis colorem esse magis vel minus colorem alium alio. sed oportet præter hoc ꝙ quæ sunt comparabilia non sunt æquiuoca enim sint eiusdẽ generis, non habere etiam in specie differentiã. sed etiam esse vnum specie quæ est indiuidua, & non solùm genere. & in vna specie quæ suscipit. hoc enim significat illud, NON habere differẽtiam, neq; quod, neq; in quo } Illud enim, Quod, significat ipsam speciem quę confertur. quemadmodum Multum vel Duplum: illud autem, in quo, id in quo fit comparatio. quemadmodum aquam, vel aerem, vel magnitudinem, vel potestatẽ. quæ enim sunt eadem genere, & sic vniuoca, habent autem differentiam, non sunt cõparabilia. quemadmodum vtrum magis est color album an nigrum an fuscum: aut vtrum ex ĩjs quæ ipsa ha- **D** bent magis est coloratum. Quæ autem album colorem participant, inter se comparantur, vtrum eorum est magis album, nix, an olor.

† Λευκὴ φωνὴ vox clara, quæ alba a Gręcis dicitur, seu cãdida.

Ita etiam in motu est ęqualis celeritatis id qđ in æquali tempore tantum æquale motum est. Si quidem longitudinis in hoc tẽpore vna quidem pars est alterata, altera vero lata. est ergo æqualis hæc alteratio, & paris cum latione celeritatis. Sed est absurdum. Causa est autẽ, quòd motus habet species. Quare si quæ in æquali tempore lata sunt æqualem magnitudinem, erunt æqualia: erit æqualis recta & circũferentia. Vtra ergo est causa, quòd latio genus, vel ꝙ linea genus? Tempus enim quod est idem, est XXX

semper

semper specie indiuiduum. Sinautem sunt alia specie, illa quoq; specie differunt. etenim latio habet spēs, si illud habet species in quo mouet.

XXVIII Postquam sic distinctè & articulatè explicauit orationem, & ostendit quòd si sint aliqua comparanda, non solùm oportet ea non esse æquiuoca, sed neq; in specie habere differentiā: neq; ipsa in quibus fit cōparatio, quemadmodum alba: neq; in quibus ea sunt, quemadmodum superficies quæ in albis comparantur: sed vnum esse specie & album & superficiem: reuertitur rursus ad institutam de motu orationem, cuius causa motæ fuerant quæ prius dictæ sunt quæstiones. Cùm enim instituisset ostēdere non quemuis motum esse cuiuis motui comparabilem: neq; enim quisquis est eiusdem speciei: non enim latio quæ fit circulo, lationi quę rectà fit: ne consequeretur aliquid quod fieri non posset, nempe esse rectam circunferentiæ æqualē: & in alijs exemplis distinxisset id quod quæritur: dicit se sic habere etiam in motibus. eo enim quòd sunt plures species motus, non solùm communes, quemadmodum latio, alteratio, augmētum, diminutio, sed etiam in vnoquoq; eorum, non est quiuis cuiuis comparabilis, sed ij demum qui sunt in ipsa vltima specie quę non est amplius genus. Id autē certa via ac ratione progrediens explicat. Quæ enim in æquali tempore æquales mota sunt magnitudines, dicētur æqualis celeritatis, & erunt comparabilia. sunt enim longitudines vna species, vt quę dicantur in rectis: nō habet autem recta plures species, nec motus qui rectà fit. quemadmodum nec color albus si sit vltima species, & superficies. sed si in eodem tempore subiectum quidē vnum fuerit, nempe recta, motus autem diuersi, ita vt in medio quidem longitudinis, hoc est, rectę, porrectum quidpiam vel ipsum dimidium longitudinis alteretur, in reliquo autem feratur aliquid quod mouetur per locum: non vtiq; dicetur alteratio eiusdem celeritatis cum latione. & si sint ambo motus. & si in eodē tempore. quoniam motus qui fit rectà, habet diuersas species. aliud est enim alteratio, & aliud latio. Et si ergo sit eadem lōgitudo vel æqualis in qua est motus, oportet tamen motū quoq; qui fit in rectis æqualibus in eodem tempore habere eādem speciem motus, si futura sint quæ mouentur eiusdem celeritatis. Vt autē motus specie differentes qui fiunt in eodem subiecto, nō sunt comparabiles: ita nec motus qui non differunt specie erunt comparabiles, si sint eis subiecta specie differentia. Quare quæ in æquali tempore æqualem magnitudinem ambo latione mota sunt, fuerint eiusdem celeritatis & comparabilia. Si quis ergo dicat esse æqualis celeritatis ea quæ mouentur in recta, & quæ in circunferentia, erit recta æqualis circunferentiæ. Si ergo hoc non potest fieri: quænam causa est quòd id quod fieri non potest cōsecutum sit apud eum qui dicit hos motus esse comparabiles? Num q; latio non sit vltima species, sed est adhuc genus, adeò vt diuidat in species, nempe eum qui rectà fit, & eum qui circulo? An est linea genus quod diuiditur in rectam & circunferentiam? siue enim ipsi motus sunt diuersi specie, etiā si sint ambo lationes: siue sint differentia ea in quibus fit motus, & si sint ambo lineæ: non fuerint motus comparabiles. oportet enim in comparabilibus & motum esse eiusdē speciei, & ea in quibus est motus. Sed ipse quærit, Vtrum ergo est alteri causa differentiæ, vel latio quæ est adhuc genus, vel linea quæ est genus? Tempus enim quod est idem, & nō solùm idem specie, sed etiam numero, non fuerit causa huius differentiæ. sed videtur motuum differentię causam linearum adscribere differentiæ. Cùm enim dixisset, Sinautem sunt alia specie, loquens de lineis, subiunxit, Illa quoq; specie differunt, nempe & latio quæ rectà fertur, & quæ circulo. vt ea ostendunt quę deinceps sequuntur. Latio enim, inquit, habet species, si illud habet species in quo mouetur. Alexander autem cùm inuenisset scriptum, Sinau- E tem sint specie: illa quoq; specie differunt, dicit ei quod est, Sinautem sint specie, deesse hoc vocabulum, Altera. Ego autem sic inueni scriptum in diuersis exēplaribus, Sinautem specie sunt alia: illa quoque specie differunt. Porrò autem Alexander quoq; aliam dicit ferri scripturam, quæ sic habet. Tempus enim quod semper est idē, est specie indiuiduum. An simul etiam illa specie differunt? Sed hanc quidem scripturam ex altero libro septimo huc transtulisse quispiam. & non est nunc de illa quærendum curiosius: quemadmodum neq; de alijs quę illic scripta sunt. Sed quoniam sunt obscurè prolata, nihil vetat quominus Alexandri in eam adscribamus expositionem. Cùm enim, inquit, interiectum sit illud, OMNE tēpus in quo mouentur ea quæ simul mouētur} esse idem numero & indiuiduum, ei quod est, Vtrum ergo causa est, q; sit latio genus, an quòd linea genus} hoc coniungendum est, An simul illa quoq; specie differūt, hoc est, alterum sequitur alterum. Videnam autem incipiente F differentia, sequit alterius differentia, significauit adijciens, Latio enim habet species, si illud habet species in quo mouetur. Si fuerint enim subiecta specie differētia, necesse est vt etiam motus qui in ipsis sunt, specie differant. Sed non contra, inquit Alexāder, verum est in omnibus. nō enim motus qui differunt specie, fiunt semper in subiectis specie differentibus. Quæ itaq; in coloribus fiunt mutationes, quæ specie differunt, fiunt in subiecto eiusdem speciei, nempe superficie. Similiter autem & si lineæ specie differunt, sequitur vt etiam qui est in eis motus specie differat. Num autem, inquit Alexander, conuertitur etiam in latione. Nam si specie differāt lationes, subiecta quoq; different specie? An eadem est, inquit, ratio & in alteratione & in latione? Quam enim rationem habent in latione subiecta per quæ est latio: eam colores in alteratione, per quos fit mutatio quæ fit per alterationem, quæ est in superficie. sicut etiā in latione per subiecta per quæ fit latio. Nam etiam in latione est recta & cir G cunferentia in superficie. sicut illic nigrum & album. Dicet autem ipse quoq; de eo paulopost. reuera enim quēadmodum quæ alterantur habent differentiam in differentia colorum, per quos alterantur: ita etiam quæ feruntur differunt per differentiam distantiarum per quas feruntur. In hac autem dictione illud mihi videtur habere aliquam obscuritatem, Siquidem longitudinis in hoc tempore hæc quidem pars alterata, illa verò lata est. Quomodo enim dicitur esse aliquid alteratū in medio, verbi gratia, rectę, nisi vtiq; id quod fertur, in dimidio quidem rectę simul feratur & alteretur, in dimidio autē feratur tantum vel ipsum vel aliud. aut si quod corpus simul extensum cum dimidio longitudinis, per tantā quidem alteratum sit longitudinem: per alterum verò dimidium vtrunq; latum sit in æquali tempore. Non potest enim tūc dici quòd alteratio sit eiusdem celeritatis cum latione: & si sit tēpus æquale: & si sint æqualia spatia longitudinis, & id per quod alteratur, & id per quod fertur. H Et propterea fortasse dixit lōgitudinis in hoc tpe vnam quidem partem esse alteratā, illam verò latam, vt ostenderet q; etiam si quid alterationis ponatur æquale longitudini, ne sic quidem possunt conferri motus.

Præterea autem si per quod. vt si pedes, ingressus. si alæ, volatus. vel non. sed figuris alia est latio. Quare quæ in æquali tempore eādem mouentur magnitudinem, sunt æqualis celeritatis. eandem autem, specie nō differentem, & motu non differenti specie. Quare hoc est cō- XXXI
siderandum quæ sit differentia motus.

XXIX Cùm dixisset lationis fieri in specie differentiā, quando id in quo est latio fuerit diuersum specie: adijcit quòd etiam si id per quod fit latio fuerit diuersum specie, erit etiam latio diuersa specie. quēadmodum si vnum quidem

Margin notes: Quinā motus sint inter se cōparabiles. — Si id p quod fit latio, fuerit specie diuersum, erit

etiã latio diuersa specie

dem moueatur pedibus, aliud verò alis, ea quoq; erunt differẽtia. Qui enim fit pedibus, ingressus: qui verò alis, volatus. et si fieri possit vt ambo recta fiãt. Cùm autẽ hoc dixisset, infert, VEL non, sed figuris alia est latio} cũ nollet motũ fieri specie diuersum, si instrumenta per q̃ fit motus specie differant, sed non etiã ea in q̃bus fiunt. Figura enim, inquit, sola alij sunt motus volatus & ĩgressus, etiam in specie, cùm ambo recta fiunt. Quocirca possunt etiam comparari. Etenim dicimus id quod volat celerius moueri eo quod ingreditur, & nauem quæ secũdo cursu fertur.

Volatus differat ne specie ab incessu.

Sed qũo non magis differt specie volatus ab ingressu, q̃ ingressus qui rectà fit, ab eo qui fit circulo? Num in alio quidẽ fortasse magis differt, non differt aũt in ea quæ nunc est distinctione? si enim quę specie differunt lationes dicebantur differre, si ea in quibus fit latio sunt species linee differentes, vna quidẽ recta, altera verò circulus: videlicet si non sint differẽtia ea in quibus fit latio, nec erit quidẽ diuersa latio: per eam quæ nunc quęritur differẽtiam, per quam sunt motus incomparabiles. Cùm enim in initio instituisset quærere, quinam motus possint cõferri in eo quod est celerius & tardius & æquale, & qui non: eas quæ specie differunt dixit nõ esse comparabiles: specie aũt differre eos qui fiunt in ijs quæ specie differunt. Volatus autẽ & ingressus non fit in ijs quæ differunt specie. possunt enim ambo rectà fieri, & ambo fieri circulo. Concludit ergo deinceps quænam sunt ea quæ sunt æqualis celeritatis, & quę sunt omnino cõparabilia: q̃ ea quæ in æquali tempore idem spatium latione mouentur, ea sunt videlicet æqualis celeritatis. Eandem autẽ magnitudinem non omnino numero, sed specie. ita vt id specie nõ differat. Tale est aũt rectum, si cum recto conferatur, & circunferentia si conferatur cum circunferentia. Rectum quidem certè quod in magnitudine non differt specie, in motu quoq; specie minimè differt. Cũ autem prius quidem dixisset, q̃ si habet species id in quo mouetur, latio quoq; habet species, hoc est, in specie differentias, nunc autem quòd si subiectum sit specie non differens, non differens quoq; est motus, compendiosiorem faciens contemplationem.

Cũ an sit motus cõparabilis quęrit, cõsiderandũ est tñ an habeat in specie dr̃ias.

Cùm, inquit, quærimus qui motus sint cõparabiles, & qui non cõparabiles, non necesse est considerare subiectum, sed sufficit ipsum motum de quo quærimus, sit ne comparabilis an non, cum sit nobis in promptu, cõsiderare an habeat in specie differentias. Omnino enim se quoque habet similiter subiectum. & minimè opus habemus ad vtrunque respicere. Quare etiam quãdo quærebamus vtrum sit causa quòd habeat differẽtias, an quòd latio sit genus, an quod linea genus, frustra quærebamus. non enim discrepat subiectum per motum qui in ipso est, vt pars quidem habeat differentias, pars verò non differat. etenim dictum est q̃ non quoduis potest quiduis suscipere, sed vnum vnum quod est primum. Aut illud, Quare est cõsiderandum quæ sit differentia motus, subiũxit, vtpote quòd oporteat eum qui est cogniturus quis sit motus cõparabilis, et quis non, differentias motuum prius apud se diuisisse. Linearum enim differentiæ ijs etiam claræ sunt qui sunt ignari & rudes. Dicit autem Alexander eum plura dixisse de motu qui non potest comparari, quoniam nondum ostensum est non esse rectam æqualem circunferentiæ: sed mansit id quod quæritur. Quare vniuersè dicit ac generaliter motuum in specie differentiam consequi linearum differentiam in specie.

Et significat quidem hęc ratio, q̃ genus non vnum aliquod, sed ex hoc multa latent: & sunt ex æquiuocationibus aliæ quidem multum remotæ: aliæ verò quæ habent quandam similitudinem: aliæ aũt propè sunt vel genere, vel analogia seu proportione ac conuenientia. Quare non videntur esse cùm sint ęquiuocationes.

A Postquã ostendit q̃ motus quidem qui sunt eiusdem speciei, quorum species nõ amplius diuiditur in alias species, propterea q̃ sit vna natura, sunt comparabiles, qui autem differunt specie, sunt incõparabiles: ex ijs quæ dicta sunt colligit veluti corollarium, q̃ quæ sunt eiusdem generis non sunt comparabilia. quoniam non sunt in specie sed genere. genus autem non est vna aliqua species. quemadmodum vltima species quæ non amplius diuiditur in species. Genus enim est quod in plures diuidit̃ species. Quare quę sunt eiusdem generis, & nõ eiusdem speciei, non sunt cõparabilia. Et ex hoc, inquit, multa latent quæ non sunt quidem, existimantur autem esse cõparabilia. vt recta & circunferentia q̃ lineam cùm sit genus, & in eas diuidatur, tanq̃ genus quod vnam habet naturam sumentes: & rectam & circunferentiam, vt quę sint eiusdem naturæ existimant cõparabiles. XXX

Quæ sit eiusdẽ generis, non sunt cõparabilia.

Cùm aũt dixisset causam cur ea quæ sunt eiusdẽ generis existimant quidam cõparabilia, quod genus vnum quid putent, subiũ-

B git etiam errorem qui accidit in æquiuocis. propter quẽ etiam si oĩa æquiuoca sint diuersæ naturæ, siquidem solũ nomen habent cõe, diuersam autẽ substantiam, & sint incomparabilia, quędam tñ ex ijs videntur posse conferri. Æquiuocationum enim, inquit, magna est differentia. Aliæ enim sunt multum remotæ vt quæ sunt à fortuna: Aliæ verò habent aliquã similitudinem, vt imagines cũ exemplaribus: Aliæ aũt propè sunt, vel genere, vel analogia seu proportione ac conuenientia.

Æquiuocationũ multæ sunt differentiæ.

Genere quidem quæ ab vno dicuntur & ad vnũ: est enim eis aliquid cõe id à quo, & id ad quod, quod generis fert prę se speciem: Analogia aũt seu proportione ac cõuenientia sunt æquiuoca, quæ eam quæ est in rõne & vsu seruant similitudinem. vt principium. Nam & fons, & cor, & vnitas, & signũ, & id quod præest ciuitati, nempe magistratus, ἀρχὴ græcè id est principiũ dicitur, cùm tñ natura tantũ inter se differant. Quæ ergo propè sunt & similia, vt quæ eiusdem sunt naturę, sumentes, existimant cõparabilia. sicut

C multum & duplũ in aqua & aere. Potest autẽ illud ET significat hæc ratio q̃ genus hoc non vnũ quid} dictum esse de motu. Etenim prius dixit q̃ causa cur non sint cõparabiles, latio & alteratio, cùm sint motus, est quod motus habeat species, & nõ sit ipse vna aliqua spẽs, neq; vna natura. queadmodum nec linea. Qui aũt motum existimat vnã aliquam spẽm indiuiduã, & si reuera sit genus, eiusdẽ naturæ statuens oẽs motus, existimat oẽs cõparabiles. etiam ea quæ censentur mente cõparabilia. Videtur aũt sic genus motum accipere vt cõmunitatem quæ æquiuocè prædicatur de diuersis motibus. qm̃ alius quidem est is qui fit per locum: alius aũt qui per qualitatem: alius verò qui per quantitatẽ. eo q̃ hæc etiam genera inter se differant. & ideo infert differentiam æquiuocationum, dicẽs causam erroris circa motus cõparabiles & nõ cõparabiles, quod nõnulli ex motibus æquiuocis videãtur eiusdẽ naturę pp̃ similitudinem, & ideo cõparabiles.

Motus ẽ genus cõtinẽs sub se multas species.

D Quando est ergo alia species: si idẽ sit in alio: an si aliud in alio? & quę definitio? aut quonã iudicabimus idẽ esse album & dulce, vel aliud: q̃d in alio videtur diuersum, an q̃ omnino non est idẽ? De alteratione aũt, q̃uo est alia alij celeritate æqualis. XXXII siquidem sanum fieri est alterari: fieri aũt potest vt alius quidẽ citò, alius verò tardè curetur. & simul aliqui. Quãobrem est alteratio æqualis celeritatis. alteratum enim est in ęquali tempore. Sed quid est alteratum? Æquale enim non erit quod hic dicit̃. sed sicut in quãtitate æqualitas, hic est similitudo. Sed sit idẽ q̃d mutatur in æquali tempore ęqualis celeritatis. vtrum ergo id in quo est affectio, an affectio est

conferenda

conferenda? Hic quidem ꝙ sumi potest sanitas quæ est eadẽ. an ꝙ neq; magis neq; minus, sed est similiter? Sinautem sit alia affectio, quẽadmodum alteratur id quod albefit & quod sanatur, eis nihil est idem nec ęquale nec simile. quatenus has iã faciunt species alterationis. & non est vna, quẽadmodum nec latio. Quare sumendum est quot sunt species alterationis, & quot lationis. Si ergo ea quæ mouẽtur differunt specie ab ijs quorum sunt motus per se & non per accidens: motus quoq; specie different: Sinautem genere, genere: Si verò numero, numero.

XXXIII Sed vtrum respiciendum est ad affectionem an sit eadem vel similis, si sint alterationes eiusdẽ celeritatis: an ad id quod alteratur, vtpote si vnius quidem tale est dealbatum, alterius verò tantum: an ad vtrunq;, & an eadem sit vel alia affectione, si idem. ęqualis autem an inæqualis, si illud inæquale.

XXXI Cùm dixisset ea quæ specie differunt non posse cõferri, quę autem non differunt, posse: quęrit deinceps qñ est alia species & diuersa, an qñ subiecta differunt, & alia est species quæ est in diuersis subiectis: quemadmodum album quod est in equo & in homine, est ne diuersum specie propter differentiã subiectorum: an nõ sufficit solum subiectum habere differentiã, sed præter subiecti differẽtiam oportet ipsam quoq; esse diuersam speciẽ. adeò vt aliam spẽm in alio subiecto habeant ea quę dicuntur differre specie. Etenim iam dictum est vnũ posse vnum suscipere, & ꝙ se mutuò consequũtur subiecta, & quę sunt in eis formæ seu spẽs. & si sint alia quæ suscipiunt, etiam quæ sunt in eis sunt alia. & si subiecta sunt eiusdẽ speciei, etiam quæ sunt in eis sunt eiusdẽ naturæ. Quorum enim superficies, cùm sit eiusdem speciei, est primorum susceptrix, ea eiusdem sunt inter se naturę, etiã si non sint eiusdem speciei sicut colores. Quęrit ergo quę sit definitio, & quonam iudicabimus, quando idem significet album vel dulce, vt quod habeat vnã & eandem naturam: quẽadmodum quando in equo & cane album consideratur: vel aliud & aliud, quando in supficie & in voce: & dulce quod est in sapore & in voce. Ne ergo in singulis aberremus: quæ est definitio, & quid est quo iudicare possimus talem distinctionem? nunquid quẽadmodum videbatur Protagoræ, ad hæc iudicanda sufficit sensus, adeò vt quod vnicuiq; apparet in sensu, id etiam verum existimet, siue idem, siue aliud sensus renunciet. an non oportet sensui & quæ ex eo proficiscitur phantasiæ & visioni iudicium permittere, quæ sæpe mentiuntur: sed ratione naturam & rerum quærere substantiam? nam sensus id quod est velox & tardũ motus, iudicat in recta & in circulo, tanq̃ quæ sint eiusdem naturę. Cùm hæc dubitasset in ea quæ est in latione mentis conceptione & intelligentia, & si non nominet lationem, sed albi & dulcis meminit: extendit quæstionem ad alios quoq; motus & mutationes, quærens quomodo in illis inuenire oporteat ea quæ sunt cõparabilia & quæ incomparabilia, distinguendo id quod est idem & non idem. & cum alterationis primum fecisset mentionem, ostẽdit etiam alterationes esse cõparabiles. potest enim alius quidẽ citò sanari, alius verò tardè, aliqui autẽ simul. Si est ergo sanari alterari: erit alteratio æqualis celeritatis quę fit in eodem tẽpore. Sed nõ sunt absolutè æqualis celeritatis in latione ea quę mouentur in æquali tẽpore, sed cùm id quod est æquale mouetur in æquali. Æqualia autem sunt spatia quæ sunt earũdem mensurarum. Cęterum in alteratione quid fuerit id per quod alteratur id quod alteratur? Qualitas scili-

E cet. quæ sit eoi in qualitate mutatio est alteratio. Æquale autem non est quod dicitur in qualitate. sed quẽadmodum in quantitate dicitur æqualitas, ita in qualitate similitudo. sicut definitum est in prædicamentis. Hæc ergo cùm rectè aduertisset, sit, inquit, esse æqualis celeritatis in alteratione, idem mutari in æquali tempore, cõmuni eiusdem nomine inuento & ęqualitatis & similitudinis. & dubitat deinceps vtrum idem quod est in alterationibus quæ possunt comparari, quærendum sit in subiecto in quo est affectio, an in eadem affectione. hoc est, vtræ affectiones dicẽdæ sint æqualis celeritatis, quæ in æquali tempore habent eadẽ subiecta. an eæ quę in æquali tempore mutatæ sunt per easdẽ affectiones. Et dicit ꝙ in proposito quidem exemplo sanitatis, sanatio est æqualis celeritatis: ꝙ affectio, hoc est sanitas, per quam fit ijs qui sanantur mutatio, sit eadem specie. quẽadmodum, verbi gratia dicamus, oculorum, & non alterius partis. aut ꝙ sit absolutè sanitas, sed nõ alia affectio. Porrò autem hoc

F quoque oportet adesse sanitatibus quæ sunt æqualis celeritatis, vt neq; sint magis nec minus sed sint similiter. Quod enim est in lationibus quę non sunt æqualis celeritatis, vt aliquando quidẽ celerius, aliquãdo verò ferantur tardius, hoc videt in alterationibus quę non sunt ęqualis celeritatis, vt aliquando quidem magis alterentur, aliqñ verò minus. Sinautem non sit eadẽ affectio, sed vna quidem sit alia, altera verò alia, adeò vt vnum quidẽ dealbetur, alterum verò sanetur, nihil est in his in quo comparabuntur. neq; enim est ęquale, vt in quãtitatibus: neq; simile, vt in qualitatibus: neq; idem, quod quidem dicitur cõmuniter in ambobus. Et subiũxit causam. nempe quatenus affectionum differentia per quas est alteratio, protinus facit diuersas species alterationis. etiã si fiant in eodem subiecto. Oportet autẽ in eo quod est, QVATENVS has iam faciunt} in græco aspirare ꝗ quod vertitur quatenus. dictum est enim etiã in latione, ꝙ motus qui sunt specie dissimiles, non sunt comparabiles. quare nec

G in alteratione qui fiunt per affectiones specie differentes sunt comparabiles. Si ergo quæ sunt in specie differentię lationis & alterationis, sunt causę eius quod est incomparabile: oportet apud se diuidere quot sunt species lationis & alterationis, vt eas quę proponũtur cognoscamus quanam inter se ratione differunt & quanã non differũt. Sed diuisionem quidem vniuscuiusq; motus, quę in indiuiduas fit species, nunc prętermittit: tradit autem cõmunem quandam viam ac rõnem, quę methodus dicitur, à differentiarum cõmunitate sumptã. quę enim differunt, vt ipse docuit, vel genere differunt, vel specie, vel numero. Per quam ergo differentiam inter se differunt ea quę mouentur, non in aliquo alio, sed in q̃bus mouentur (ea enim dixit, Quorum sunt motus) si ea quidem fuerit in genere: inter se motus quoq; different genere. quẽadmodum si vnum quidem augetur, alterum verò dealbatur, augmentum etiam genere differet à dealbatione. illud enim est in quanto, hoc verò in qualitate. quę quidẽ sunt

Quę differũt vel genere, vel specie, vel numero differunt.

Motuũ cõparatiõis inter se methodus.

H eius quod est, genera differentia. Sinautem specie differunt ea quę mouentur in quo mouẽtur: specie quoq; motus differẽt. quemadmodum dealbatio à nigrefactione. Si verò non specie, sed numero solùm est ijs quę mouentur differentia in eo in quo mouẽtur: ipsi quoq; motus numero inter se different. & ij soli erunt cõparabiles, qui solo numero differunt, eiusdẽ speciei & eiusdẽ generis motus. Quãobrem quod non expressit in latione, hoc nunc fecit apertius, ꝙ ex eo quod sunt diuersa vel eadem ea in q̃bus fit motus, iudicãda sunt ea quę cõparari possunt, & quę non possunt cõparari. Illud aũt Quorum sunt motus, dixit oportere differre specie in ijs quę per se mouentur, & non per accidens: vt ea quę mouẽtur, in illis in quibus mouẽtur specie differant, dum vnũ quidem fortasse dealbatur, illud verò sanatur. eorũ enim sunt motus alboris & sanitatis. Et per se in his specie differũt, hoc est, per dealbationẽ & sanationem: sed non per accidens, ꝙ vnæ

quidem

Nũm sit aliqd, sensu ne cognoscatur an ratione.

quidem ſit, verbi gratia, equi, altera verò hominis. hoc enim nō eſt, In quo mouentur ſpecie differre: ſed in quo ſunt. Quocirca ſæpe etiam videtur, eo ꝙ ſubiecta per ea in quibus fit motus differāt ſpecie, ipſe quoq; motus ſpecie differre, cùm non differat, eo ꝙ ne illa quidē differant in quibus fit motus. Cùm ſic ex eo ꝙ affectio eadē ſit & differat, cōparabilis & incomparabilis characterem expreſſiſſet in alterationibus, vtpote ꝙ alteratio fiat vel ꝑ affectionem: & vellet addere eam quę eſt per ſubiectum differentiā: rurſus rogat vtrum ſi alterationes ſint æqualis celeritatis, cauſa eius tribuenda ſit ſolę affectioni ꝙ ſit eadē, vel potius ꝙ ſimilis: hoc enim nomen magis cōuenit qualitati & alterationi, ſicut idem ſubſtantiæ: an etiā ſubiecto & ei quod alteratur, cùm in vnoquoq; eorꝫ quæ alterantur æquale fuerit id quod alteratur. vtputa ſi ſuperficiei id quod mutatum eſt in album, ſit æquale in ęquali tempore. Porrò autem cùm hoc paulo ante dubitaſſet, cùm dicebat, Vtrum ergo in quo eſt affectionem, vel affectionem conferre oportet: & affectioni cauſam adſcripſiſſet: nunc adijcit id in quo eſt affectio, dicens eſſe ad vtrunq; reſpiciēdum, & ad affectionem an eadem ſit vel ſimilis: & ad ſubiectum, an ſit æqualis: & cēſendum quidem ambo eſſe comparabilia: ſed per affectionē quidem ſimilia vel diſſimilia, vel eadē, uel alia: per ſubiectum aūt æqualia vel inęqualia. Sic ergo erit alteratio aliqua, eadē quidē ſi ſit per eandē affectionem: inæqualis autē, ſi quæ affectionē ſuſceperunt ſint inęqualia. & è cōtrario, ęqualis quidem aliqua, nō eadem autem, vel non ſimilis.

XXXIIII Porrò autē in generatione quoq; & interitu hoc ipſum eſt cōſiderandum, quomodo ſit generatio æqualis celeritatis. ſi in æquali tpe idem & indiuiduum, vt homo, ſed non animal: celerior autē, ſi in æquali aliud. non habemus enim duo aliqua in quibus eſt diuerſitas vt diſſimilitudo. & ſi eſt ſubſtantia numerus maior vel minor, numerus eſt eiuſdē ſpeciei. ſed id quod eſt cōe caret noie. & vtrunq; ſicut maior affectio, vel potius q̄ exuperat, quantitas aūt eſt maior.

XXXII Cùm comparabilium & incōparabilium mutationū tradidiſſet cauſam in latione & alteratione, prætermiſſo augmento & diminutione, ad generationē tranſit & interitum. vt quod ex ijs aūt quæ prius dicta ſunt cognitū eſſet, prætermiſit augmētum & diminutionē. quæ enim in ijs quæ ſunt eiuſdē ſpeciei in æquali tpe fit oīno æqualis additio, eſt augmentum ęqualis celeritatis. & quę eſt hmōi ablatio, eſt celeritatis æqualis diminutio. æquale enim ſic dicitur in augmento & diminutione, ſicut in latione. Sed hoc quidem vt apertum prætermiſit. In generatione autem quæris & interitu, qūo generatio dicitur ęqualis celeritatis cum generatione, & interitus cum interitu. & veluti dubitans & interrogans, nunqd, inquit, generatio dicitur ęqualis celeritatis, ſi in ęquali tpe, quæ ſunt ſpecie eadem & ſpecie indiuidua, oriantur ac fiant: vtputa homo: ſed non idē genere, vt animal. celerior aūt generatio, qñ in eodem ęquali tempore non idem fuerit quod factum eſt ac genitum. quemadmodum ſi cùm gignātur homines, alius quidē iam factus fuerit homo in ęquali vel eodem tempore, alius autem nondum: ſed aliqua quidē pars eorum quæ in ipſo ſunt facta fuerit, ipſe autem nōdum. Cùm aūt dixiſſet celeriorem, ſi in ęquali tempore aliquid aliud factum fuerit, & non ipſum: ſe excuſat ꝙ aliud dixerit, & non propriū nomen impoſuerit. Nō enim, inquit, habemus duo aliqua, quę ſignificet diuerſitas mutationis quę fit in ſubſtātia. quēadmodum diſſimilitudo quæ eſt in mutatione per qualitatē magis & minus ſignificat: & in mutatione quę eſt per quātum cōe quidem eſt inæqualitas: duo autē ſignificat id quod eſt magis & id quod eſt minus: non ſic, inquit, quę in ge- A neratione cōiter ſumitur diuerſitas habemus quænam duo ſignificet. Cùm autē vellet etiam in mutatione per ſubſtantiā propria inuenire noīa, Quoniam, inquit, ſubſtātia cuius eſt generatio, cōponitur ex numeris: gñatio dicenda eſt celerior & tardior, & in ſumma inęqualis celeritatis, qñ in eodem vel ęquali tempore, vnius quidem maior, alterius verò minor numerus, qui eſt eiuſdē ſpeciei, factus fuerit. Quēadmodum cùm fiunt homines, in eodem vel ęquali tempore, vnius quidē maior numerus factus fuerit: vtpote plures numero partes: alterius verò, minor. cùm autem cōpleti fuerint, erit hic quidē qui citius factus eſt, ille uerò qui tardius, ambo compoſiti ex humanis ęqualibus numeris. Sed in mutatione quidem quę fit per affectionē, & cōe nomen comparationis eorꝫ quę ſunt inęqualis celeritatis nominatum eſt, quod dicitē diſſimilitudo: & vtrunq; eorum quę ſunt ſub cōi, vnum quidem eſt maius, illud verò minus. Ipſe aūt & ſi vtrūq; inſtituiſſet dicere, ſatis habuit exuperantia nominare id B quod eſt magis & id quod eſt minus. Sed quomodo cōmune etiam reliquit ſine nomine in generatione, ſiquidem alterum ſeu diuerſum ei conuenit? An quòd commune eſt alterū. nam & diſſimile & inęquale ſunt diuerſa ſeu altera. Numerum aūt dixit ſubſtantiā, vel ſequens Pythagoricos, qui dicunt numeros eſſe rerū principia:

(O numere inſignis diuorum, hominumq; creator,
Audi.)

porrò autem ſunt omnia numero ſimilia: vel quod aliquibus numeris definitis, elementorum & partium omnium generationes perficiuntur & conſtitutiones. Quamobrem neq; ex humanis artibus quę totū imitantur artificium poteſt vlla abſq; numero cōſiſtere.

Generatio quō dicat eē æqualis celeritatis cū generatione.

In generatione ſignū duo ſignificet diuerſitas non habemus.

Numerū ſubſtantiā vocat Ariſtoteles.

Numeros principia dicunt Pythagorici.

CAPVT V.

Quoniam autem id quod mouet, mouet ſemꝑ aliquid, & in aliquo, & aliquouſq;: dico autē in aliquo quidem, qm̄ in tempore: aliquouſq; autē, qm̄ eſt aliqua longitudo C quanta: ſemper enim ſimul mouet & motū eſt: Quare erit aliquid quantum quod motum eſt. & in quanto. Si quidē eſt A quidem quod mouet: B verò quod mouetur: quanta autē mota eſt longitudo C: in quanto autem, tempus in quo D: in ęquali tpe æqualis potentia ſeu facultas quæ eſt in eo in quo eſt A: quod eſt ipſius B dimidium, duplam mouebit ipſius C: lineam autem C in dimidio ipſius D. Ita enim erit proportio ac conuenientia ſi eadē facultas idem in hoc tempore tantam mouet longitudinem & dimidium in dimidio. XXXV

XXXIII Hoc quoq; quod dicitur, cōuenit ei orationi quę agit de cōparatione & collatione motuū. Hic enim conferēs id quod mouet & id quod mouet, quærit eorum inter ſe D ꝓportiones ac conuenientias in latione & alteratione & augmento & diminutione. Quęrit enim an quemadmodum multiplex facultas, aliqua mouente aliqd facultate multiplicatas illius mouet partes: ita aliquota pars aliqd mouentis facultatis aliquotā mouebit partem eius quod ab illa mouetur. Quēadmodum, ſi centum hoīes mouēt nauem, an ēt vnus mouebit centeſimam partem nauis. Confert aūt & cum tpe & cum ſpatio motus, & eā facultatē quę mouet, & id quod mouet. Quēadmodum ſi facultas quę mouit hoc quidpiam. vtputa nauem, in tanto tpe tantum ſpatiū: dimidium nauis in eodē tpe duplum mouebit ſpatium. & ſi dimidia facultas idem ſpatium in eodē tpe: eius quod motum eſt à tota mouebit dimidiū. Præterea aūt ſi quēadmodum tota facultas dimidiū eius quod ab ipſa motū eſt in aliquo tpe aliquod ſpatiū, in dimidio tpis mouet idē ſpatium: ita ēt dimidiū facultatis, totū quod à tota motū eſt in aliquo tpe, mouebit in du-

De eorū quę mouēt & mouent inter ſe ꝓportione.

plo

plo huius tpis. Hæc enim ſpēm quandā exhibent vt quę ſeruent proportionē ac conuenientiam. Sed non ita ſe habet vt videt. Primum aūt verba facit de latione. & ſic ea quę in ipſa oſtenduntur cōmunicabit etiā in alijs motibus. Prius aūt ſumit tanq; euidētia, quod quicqd mouet, mouet aliquid. neq; enim fieri pōt vt moueat quidem, nihil aūt moueat. ſed quēadmodum quicqd mouet, mouetur ab aliquo: ita ēt quicqd mouet, mouet aliquid. Et q mouet in tpe id quod mouet. nō poteſt enim fieri vt motus fiat abſq; tpe. Quinetiam mouet aliquouſq;. tantā enim mouet longitudinē id quod mouetur per lationē. Et alia qdem aſſumpſit vt euidentia: huius aūt ſubiunxit ēt demonſtrationē, ex ijs quę prius ab eo oſtēſa ſunt in memoriam reuocās. Si enim quicqd mouet, iam motum eſt, & id quod mouet iā mouit, eo q ſi motus ſcindat in infinitū, nō poſſit ſumi principiū motus: ſi id quod mouet mouit: quod mouit autem, aliquāto ſpatio mouit: quicquid mouet, motum fuerit aliquātum ſpatium. non pōt enim motū eſſe aliqd, non aūt tantum. Quare quicqd mouet: & mouet aliqd, & in tpe aliquo, & ſpatio. Hęc cū prius ſumpſiſſet tanq; pronuntiata, deinceps venit ad pportiones ac conuenientias, & eius quod mouet per lationē, & eius quod ab eo mouet, & tpis, & ſpatij. Sumit aūt facultatē quidem quæ mouet, A: pondus aūt quod ab ea mouetur B: longitudinē aūt et ſpatium motus quod mouit facultas A pondus B, ponit C: tps aūt in quo, D. His aūt poſitis, diuiſo primò pondere, ait ęqualē vel eandem facultatē dimidium ponderis duplū ſpatium mouere in eodē tpe. Deinde etiā diuiſo tpe, In dimidio tpis, inquit, dimidiū ponderis, idem ſpatium lōgitudinis quod fuit à principio, nempe C, mouebit ab eadē facultate. Sic enim ſeruat proportio ac cōuenientia. ſi ſit enim aliquod pondus decē taleotorum, quod vnius ſtadij ſpatiom in hora moueat: hoc pondus quinq; talētotum mouebit in hora duo ſtadia. in ſemihora aūt vnum ſtadiū. Deinde diuiſo ſpatio ponderis quod manet à principio, tps quoq; ſimul diuidit. eiſdē enim poſitis, facultas A, pondus B, mouebit dimidiū ſpatij C, in dimidio tpis D. Si enim facultas aliqua, rurſus pondus decē talentorum, mouet ſpatiū ſtadij, in hora vna: idē onus mouebit ſemiſtadiū in ſemihora. Hæ autē tres ſic ſeruātur proportiones. In eodē tpe eadē facultas minus onus mouet maius ſpatiū. et tanto maius quanto eſt minus onus. Vt ſe habet ergo dimidium ponderis ad totum pōdus: ita duo ſtadia ad vnum. ſiquidē tanto eſt maius ſpatiū quanto eſt minus pondus. Ergo ēt viciſſim, vt ſe habet totū pondus ad ſtadium, ita dimidiū ponderis ad duplū ſpatij. Secunda aūt proportio quæ dicit dimidiū ponderis moueri ſtadij ſpatium in tpe dimidio, ſic habet id quod eſt neceſſariū. Vt totum pondus ſe habet ad dimidiū: ita totum tps ad dimidium. Et permutando, Vt ſe habent decē talenta ad horam: ita quinq; ad dimidiū horę. Hanc Alexander primā poſuit pportionem, prima, vt puto, prętermiſſa. Secundam aūt poſuit eam quæ dicit, Si tota facultas dimidium pōderis in dimidio tpis mouit ſpatiū ſtadij: in toto tpe mouebit duplū ſpatij ſtadij. Et clara eſt proportio. Nam vt ſe habet ſemihora ad horā, ita ſtadium ad duo. Et pmutando, Vt ſemihora ſe habet ad ſtadium, ita duo ſtadia ad horā. Et eſt quidem hæc ei quæ præcedit quodammodo conſequens, idem quidē ſeruans ſpatium, tempus autem diuidens, puto tamen eam non eſſe ſitam apud Ariſtotelem. Tertia autem proportio quæ diuidit ſpatium ponderis quod manet ab initio, dicit quòd ſicut ſe habet ſpatium ſtadij ad ſemiſtadium: ita hora ad horę dimidium. Et permutando, vt ſe habet hora ad ſtadium, ita ſemihora ad ſemiſtadium. Quare ſi tota facultas totum pondus in hora mouit ſtadium: in ſemihora mouebit ſemiſtadium.

Quicqd mouet, mouet aliquid.

Quod mouet, mouet i tempore.

Quicqd mouet, mouet aliquouſq;.

Proportiones motuum & eorū quæ mouentur.

XXXVI Et vis dimidia dimidium mouerit ęquali tpe æquale ſpatiū. vtpote, facultatis A ſit dimidia E: & oneris B dimidiū F, ſisr vtiq; & cōuenienter ex pportione ſe habēt vis ad onus. Quare ęquale mouebūt in ęquali tpe. Et ſi E mouet F in D lineā C: nō neceſſe eſt vt inæquali tpe id in quo eſt E, moueat duplū ipſius F, dimidium lineę C. XXXVII

XXXIIII Quartam nonc inducit proportionē, primò diuidens facultatē, & ſimul etiā pondus, & oſtendit q dimidia facultas totum pondus in toto tpe, quo tota facultas mouebat totū pondus, mouebit æquale ſpatiū ei quod erat ab initio. Manet enim eadē proportio facultatis ad pōdus, quod ipſe etiam eſt cauſatus. vt enim ſe habet vis ad pondus B: ita dimidiū ad dimidium. Quare mouebūt æquale in tpe æquali. Deinde adijcit etiam quintam, in qua facultatis rurſus ſumit dimidium: pondus aūt quod fuit ab initio: & tps illud & D. & dicit longitudinis C moturum eſſe dimidiū. ſi enim tota facultas totum pondus in hoc aliquo tpe tantum mouit ſpatiū: dimidium facultatis, in eodem tpe, idem pōdus mouebit dimidium ſpatij. vt tota enim facultas ſe habet ad totū ſpatium, dimidiū quoq; ſe habet ad dimidium. & permutando. io eodē enim tpe mioor facultas mouet minus ſpatiū: & tanto mious quāto ipſa eſt minor. Cūm autē idem ſpatium relatum ſit ad tps, proportionem habet oppoſitā facultas. minor enim facultas mouet idem ſpatium in maiori tpe, q minor: & tanto maiore quanto ipſa eſt minor. Eam autē quæ nunc eſt propoſita proportionē, in qua oſtendit ſpatiū, ex proportione ac conuenientia quæ eſt ei cū facultate, minui, progrediens refellet per eam quę deinceps ſequit dictionē, vt quę nō ſemper habeat id quod adaptatur. eſt enim aliqua pars facultatis quæ mouet nauem, ſi centum viri eam trahunt ſpatiū ſtadij, facultas & vis vnius hominis. quæ non ſolùm milleſimā ſtadij partem non poteſt nauē trahere, ſed ne quaotulameunq; quidem vel minimam. Fertur autēm etiā huius dictionis quędam hmōi ſcriptura, Et ſi E mouet F in tempore D lineam C, non neceſſe eſt vt io æquali tempore id in quó eſt E moueat duplum ponderis F dimidiū lineę C. } Et id quod ab hac ſcriptura dicitur eſt verius, & ijs quę inferuntur congruens.

Si verò A mouebit B in D quantū C: dimidiū ipſius A in quo eſt E, nō mouebit B in tpe in quo eſt D: neq; in aliquo ipſius D aliqd lineę C: vel ex pportione ac cōuenientia quę eſt ei cum tota linea C, vt A ſe habęt ad E. oino enim ſi ita cōtigerit nihil mouebit. Si enim tota vis tm̄ mouit, dimidium eius nō mouebit, neq; aliquantā, neq; in quātocūq;. Vnus. n. mouerit nauigium, ſi ēt vis eorū qui nauē trahunt ſcinditur, & in numerum, & in longitudinē, quam oēs mouerunt.

Nō ſi vis tota totum mouit, dimidiū mouebit.

XXXV Per eam quidē quæ hanc pręceſſit dictionē, oſtendit, q ſi vis dimidia dimidiū ponderis aliquod ſpatium moueat in aliquo tpe, duplum quoq; pondus motura ſit vis eadē in eodem tpe: Per hanc aūt perimit, vim dimidiam poſſe totū pondus mouere, in eodem tpe, dimidium ſpatij. Videtur ergo id quod prius dictum eſt, dictum eſſe in illis ſolis in quibus conceditur alia qdem mouere, alia verò moueri. Sunt enim quędam quæ ſic ſe habent inter ſe, vt & totum ſit totius mouēdi poteſtate præditum, & dimidiū dimidij ex proportione ac cōuenientia, vel dimidium totius vel dum minuitur ſpatium, vel creſcit tēpus. Et clarum eſt, quòd in ijs quæ ſunt huiuſmodi, verū eſt dicere q io quo tempore tota facultas tantum pōdus mouet tantum ſpatij: in eo tempore dimidium ponderis à dimidia facultate mouebit idem ſpatium, & idem pondus à dimidia facultate in eodē tempore dimidiū ſpatij, vel totum ſpatium in duplo tempore. non enim illud dictum eſt q ſit oino moturum: ſed q ſi moueat moturum ſit ex poſita proportione. non enim dimidium facultatis erit omnino prędıtum poteſtate mouendi duplum pondus.

dus. præterea autẽ quod magis est, non quælibet pars facultatis quodlibet quãtuncunq; pondus minimũ mouebit spatium in quãtocunq; vel plurimo tempore. Dicit ergo ꝙ si tota facultas, vtputa A, moueat aliquod põdus B, aliquod spatium C in aliquo tẽpore D: non vtiq; dimidium facultatis A, nempe E, totum poodus B in tẽpore D, vel in aliqua eius parte mouebit partẽ aliquam spatij C, quæ quidẽ erit in eadem rõne ad totum C, in qua tota facultas A ad sui partem quam nosauit F. positum enim erat esse E eius dimidium. Non vult aũt verba facere in solo dimidio, sed in quacũq; parte. Quocirca nõ est vsus E, sed F. vt sit, Quẽadmodum tota facultas A se habet ad quamlibet sui partem F: ita totum spatium C, ad aliquã partẽ eorum quæ io ipso sunt. Neq; E ergo, inquit, quod est dimidium facultatis A, mouebit pondus B in tempore D: neq; in aliqua parte tẽporis D, partem spatij C. quæ eandem habebit rõnem ad totum spatium C, quã habet pars quæ sumpta est facultatis A ad totam A. neq; enim pars facultatis A, mouebit totum B partẽ ipsius C, neq; in tempore D, neq; in eius parte. contingit enim partem facultatis A nec omnino quidem mouere B, neq; in tẽpore multis partibus maiore tempore D, quodlibet spatiũ. Si enim vis quę mouet, diuideretur cõuenienter proportiooi spatij io quo est motus: quẽadmodum tota totum pondus totum mouit spatium, vis etiam dimidium, idẽ pondus dimidium mouet spatium, & tertiam tertium: nauis etiam quæ à centum viris tantum trahitur spatij, vel ab vno traheretur ceotesimã partem spatij, quod centum traxerũt qui nauem trahunt. quod quidem videtur non posse fieri. Ex exemplo autẽ clarum est, ꝙ posuit A & F in ea quæ mouet facultate. A quidẽ pro tota: F autem pro quantacunq; quam quidem accepit pro E. quoniam E significabat defioitè dimidium. Sentẽtiam autem fecit obscurã cùm dixit. Quẽadmodum enim pars lineę C se habet ad totã ipsam: ita F ad A. sed non A ad F. Si autẽ non accepit F vt partem quantãcunq; facultatis, sed vt dimidium ponderis, sicut prius quãdo dicebat, Et C ponderis B dimidium F: quoniam facultas A pondus B in tempore D mouit spatio C: videlicet in eodem tempore dimidium ponderis B, hoc est F, duplum spatij C mouebit spatium. Pro eo ergo quod erat dicturus, ꝙ quam habebit rõnem pars spatij C ad totum C, vel totum C ad eius duplum, dixit, vt A ad F. Sic Alexander volens non nouo modo hic sumptum esse illud F, neq; intempestiuè dictum esse illud vt F ad A, pro eo quod est, vt A ad F, excogitauit expositionẽ vt sentio paulò obscuriorem. Noo enim dixit Aristoteles, ꝙ non in aliqua parte temporis D lineam C vel eius duplum mouebit dimidiũ facultatis A. si enim spatium C non potest mouere pondus B, dimidia facultas ipsius A, nempe E, io tẽpore D: multo magis non mouerit duplum longitudinis C. Melius est ergo illud, VEL ex proportione ac conuenientia quæ est ei cum tota C} audire in parte lineæ C, vt prius dictum est.

D Propterea ergo non est verũ quod dicit Zeno, quod sonet quælibet pars milij: nihil enim vetat quominus non moueat aer in nullo tpe, is quẽ mouit totus modius qui incidit. sed neq; tantã partem quãtam mouerit cum toto, si fuerit per se, hoc nõ mouet. neq; enim nihil est, sed vel in toto potẽtia. Sin autem sit, duo. Vtrunq; aũt eorum vtrunq; mouet tantum. & in tanto. & quæ componunt facultates compositum, ex grauibus compositam mouebunt longitudinem: & in æquali tẽpore. Habet enim proportionem ac conuenientiam.

XXXVI Postq; dixit ꝙ non si tota facultas totum pondus moueret in aliquo tempore aliquod spatium, iam etiã dimi-

A dium facultatis totum pondus in eodem tempore mouebit dimidium, vel aliquam partem spatij: neq; enim pars aliqua facultatis quæ mouet totum pondus, erit prædita facultate mouendi totius, ne in quantocunq; quidem tẽpore, neq; quantũcunq; spatium: Quãobrem soluit etiã rõoem Zenonis Eleatę, quam rogauit Protagoram Sophistã. Dic enim mihi, inquit, O protagora, num vnũ milij granum si ceciderit edit sonum, an millesima pars grani milij? Cùm is autem dixisset non edere, Modius autem, inquit, milij edit ne sonum, an oon? Cùm is autẽ dixisset edere sonum modium. Quid ergo, inquit Zeno noo est ratio granorum milij ad vnum & millesimã partem vnius? Cùm autem esse dixisset, Quid ergo, inquit Zeno, noo erunt etiam sonotum eædem inter se rõnes? Quemadmodum enim sunt quæ sonant, ita etiam soni. Cùm hoc aũt ita se habeat: si sonitum edit modius milij, sonitum etiã edet granum milij, & millesima pars grani milij. Sic ergo Zenn rogauit rationem. Soluit autem

Zenõis oratio de sono grani milij cõfutatur.

B Aristoteles, dicens non quãuis facultatem esse mouẽdæ cuiuslibet magnitudinis potestate præditã, neq; in quantocũq; tempore. Etsi ergo modius moueat tantũ aerem, quãtus dum mouetur edit sonum: non necesse est vt etiã pars modij possit mouere tantum aerem quãtus edet sonitum. Sed etiã tanta pars aeris vel cuiuslibet ponderis, quãtum mouerit pars facultatis si sit cum tota facultate: si fuerit per se pars facultatis, non mouebit tantã partem ponderis. quemadmodum si centesimam partem nauis, vnus ex centum, cùm alijs qui ipsi quoque mouent suas centesimas, mouebat: oon iam etiam vnus ex ijs qui trahebat nauem, ceotesimam partem oauis mouebit per se diuisam. etiã si videretur tanta pars ponderis moueri ab vnaquaq; parte facultatis quę tota simul erat. Huius aũt cãm tradidit, ꝙ partes non sint actu in toto sed potentia, quando est totum. Quare nec tunc partes centesimæ facultatis mouebant centesimas ponderis. quod enim non est actu, hoc nec actu moueat nec moueatur. Sed si diuisa

Non quęuis facultas ẽ cuiuslibet magnitudĩs mouendę ptãte prædita.

C fuerit, inquit, facultas, nõ seruatur proportio. sed si cõponatur, seruatur. Si enim duo, inquit, aliqua à se inuicẽ separata, vtrunq; ipsorum vtrunq; pondus moueat: sunt etiam ipsa à se inuicẽ separata spatio in aliquo tempore: & quæ componuntur facultates duorum quæ mouẽt ea quæ componũt duo pondera, idem spatium mouebunt. Nam vt vtrunq; eorum quę mouent habet proportionẽ ac conuenientiam cum vtroq; eorum quæ mouentur: ita etiam ambo quæ mouent cum ambobus quæ mouẽtur. Quare etiam vtrunq; eorum simul in eodẽ tempore mouebit tantum spatij. Sed ꝙ neq; vnum granũ milij, neq; millesima pars milij edet sonum, neq; vnus trahens nauẽ totam nauem mouebit quantumlibet minimo spatio in quantocunq; vel maximo tempore, clarum est. Operę pretium est autem causam quærere, propter quã in dimidio quidem, si ita contigerit, facultatis & ponderis seruatur proportio, sed non ad totũ vsq; procedit. nam ꝙ partes

D sint in toto potentia & oon actu, non reddit causam, vt opinor, quæ quęritur. sed hoc tantùm dicit, ꝙ cùm potentia essent in toto, neque mouebant, nec mouebantur. quare ex partibus continuis non efficitur necessariò, vt etiam diuisæ moueant & moueantur. sed modum clarũ est cur non ad totum vsq; sit firma ac valida proportio. Quòd siquis dicat eam valere etiam vsq; ad totũ, occurret eo maius dubium, ꝙ vnus homo moueret Atho, si esset à terra diuisus. Si enim vnum lapidem montis Atho mouet tantum spatium in tanto tempore: cur non etiam totum in longè maiori tẽpore minimum aliquod mouebit spatium? Hac aũt proportione eius quod mouet, & eius quod mouetur, & spatij, cùm instrumentũ ad librandа & mouenda põdera accommodatum, quod vocatur Charistion, cõposuisset Archimedes, ita vt ad totũ vsq; procederet proportio, illud iactauit, Quò ibo, & terram mouebo? Dicendum est ergo id quod etiã prius breuiter dictum est, ꝙ non cuiuis facultati natura insitũ est vt

Charistion machina Archimedis ad mouẽda põdera.

quoduis

quoduis pōdus moueat, neq; quātulocunq; vel minimo spatio, nec quàtocunq; vel maximo tpe. Sed neq; cuiuis magnitudini innatum est vt edat sonitum. sed est quidā terminus vel minimæ facultatis, quæ si diuidatur nō potest amplius mouere, nec quantumcunq; spatium, neq; quoduis pondus: & eius quod mouetur ponderis maximi, quod quidē si crescat, non pōt nec quantulocūq; quidem amplius moueri spatio, nec ab vlla quidē ex facultatibus quæ mouent corporeē. In medio autē sunt termini facultatum ad pondera, spatia, & tempora. in quibus & diuisio & cōpositio fieri potest cōuenienti proportione. tantæ enim facultatis partes oēs, vsq; ad id quod est ad id minimum, vnūquodq; & totū pondus possunt mouere quod tota mouebat, si minuaẗ spatium, vel augeaẗ tps iusta proportione. Clarum est aūt q; & earum quæ possunt mouere facultatum, & pōderum quæ apta sunt natura vt moueātur, & spatiorum, & tēporum, sunt quędam inter se symmetriæ & earū defectus. Hæc enim facultas, hoc pondus, tantū spatium, in tanto tpe habet innatum vt moueat: & maius aliquod pondus, minus spatium in maiori tpe. Hoc aūt pondus nō id habet insitum à natura, neq; quantulocunq; spatio, nec in quantocunq; tpe. Præter has ergo differētias, alia quidē habent inter se proportionē & conuenientiam: alia verò non. Eadem autē causa, soni quoq; ad ea quæ sonant cogit aliquousq; procedere proportionem. non enim quæuis magnitudo pōt tantum pulsare vt etiam sonum efficiat, sed deficit sonus magnitudinē. adeò vt magnitudines quidē habeant inter se proportionem & cōuenientiam, quantulūcunq; sit id quod est minimum, non itidem aūt soni magnitudinum. Sed hæc quidem habent per se aliquam contēplationem, & inquisitionem non parui faciēdā. Sed pergendum est ad ea quæ deinceps sequuntur.

Soni ad ea q̄ sonāt aliquousq; ꝓcedit ꝓportio.

XXXIX An non ergo sic ēt in alteratione et in augmēto? Aliquid enim quod auget, aliqd verò quod augeẗ, & tanto tpe, & tantum, illud quidem auget, hoc verò augetur. & id quod alterat, & id quod alteratur similiter, & aliquid & aliquantū per id quod est magis & id quod est minus alterata sunt, & in aliquanto tpe: in duplo duplum, & duplum in duplo, dimidium aūt in tpe dimidio. vel in dimidio dimidium. vel in æquali duplum. Si aūt id quod alterat vel auget, tm̄ in tanto vel auget vel alterat: nō necesse est etiā dimidium in dimidio, & dimidium. sed nihil forsitan alterabit vel augebit, sicut etiam in pondere.

XXXVII Postq; ostendit in latione, eorum quę mouenẗ, & eorum quæ mouenẗ proportiones aliquousq; procedere, sed nō ad totū vsq;: quærit deinceps an sic etiā habebunt in alijs motibus. hoc est, in alteratione & augmento. Et ostendit q; cùm alia sint eadē, necesse est etiam symmetrias & proportiones in his quoq; aliquousq; procedere. Quēadmodū enim in latione, erat vnū quidem quod mouebat: alterum verò quod mouebaẗ: ita etiam vnum quidē alterat: alterū verò alteraẗ. & vnum quidem auget: alterū verò augeẗ. quinetiam in tpe alterat quidē id quod alterat, & auget id quod auget. & aliquātum quid vnum quidē auget, alterū verò augeẗ. & vnum quidē alterat, alterum verò alteratur. Sed huius quātitas suscipit dimensionem per id quod est magis & minus. quando id quod alterat est plus vel minus facultate per quā alterat. Si sunt ergo etiā in his eadem pronuntiata quę in motu qui fit per locum: ea etiā quæ ex pronunciatis procedunt erunt eadē. Si enim ab A alteratur B quantum C in tpe D: in duplo tpe duplum alterabitur idem ab eodē quod est alterandi potestate præditū. & duplum in duplo & dimidium in dimidio tpe. & in dimidio dimidium. vel si aucta fuerit facultas in æquali tpe: alterabit duplum duplorum facul-

In alteratiōe & in augmēto symmetrię & ꝓportiōes procedunt aliquousq;.

E tas. Similiter aūt etiam in augmento. sic enim ostensum est etiā in motu qui fit per locū. Neq; tn̄ si vtiq; tantum à tanto est alteratū hac quapiam alteratione, vel auctum hoc augmento, necesse est etiā dimidium in dimidio, vel in dimidio dimidium, alterari vel augeri à dimidia facultate: aut à dimidia totum in duplo tpe alterabitur. neq; enim dimidia facultas est alterandi totius potestate prædita. sed tāta est fortè dimidia facultas, vt nō habeat omnino amplius vim alterandi vel augendi. Sed in quibuscunq; quidē in latione seruabaẗ proportio, in eis etiā in his seruabitur motibus: in quibuscunq; aūt ostensum est ꝓportionem in illa non procedere, in ijs etiam in hac nō procedet. Hic ergo sit quidem finis huius libri septimi, quoad eius à nobis fieri potuit, interpretationis. Satius aūt fortasse fuerit eum quoq; per capita ꝓcurrere ac persequi. Ostendit ergo statim in principio, q; quicqd mouetur, ab aliquo alio ꝓter seipsum moueẗ, siue aīatum sit, siue inanimum. Deinde q; est aliquid quod primo mouet: & nō in infinitum aliud mouet aliud, sed est aliquid

Libri septimi capitum epilogus.

F quod mouet nec ipsum mouetur ab alio. Hoc aūt ostendit ex eo, q; si sint infinita quæ mouent & mouent simul & in eodē, euenit vt infinitorum motus fiat in tpe finito, quod qdem fieri non posse ostensum est in libro ꝓcedente. Deinde aduertit id quod dictum est, q; nihil obstat quominus motus infinitorū simul fiant in tpe finito. sed ostendēdum est vnum motum fieri infinitum qui est ex oībus. Sic enim colligeẗ id quod non pōt fieri. Ostendit ergo q; id quod proximè ac continenter per locū mouet motu corporeo, & non per aliud, necesse est vt moueat cùm sit cōtinens ei quod moueẗ, vel ipsum tangat. adeò vt sint vnū quodāmodo oīa, & vnus motus vnius. Qm̄ aūt eam positionē quæ dicit ea esse infinita quæ mouent & quę moueẗ, id consecutum est quod fieri non pōt: neq; dicat nihil esse ostēsum si positionem cōsecutum sit id quod fieri non pōt, rectè subiunxit sumptam esse positionem vt cōtingentem: eo aūt posito quod esse contingit,

G non oportebat sequi aliquid quod nō possit fieri. Si ergo id cōsecutum est quod fieri non pōt, non erat cōtingens ea esse infinita quæ mouēt & quæ moueẗ. Eo aūt vsus q; id quod proximè ac continenter mouet motu corporeo, vel tangit id quod mouetur, vel est ei continens: & ex eo sumpsisset vnū esse quodāmodo ea quę mouent & quæ mouentur, & ideo motū vnum & infinitum, quod consequebatur id quod fieri non pōt: in tribus speciebus motus hoc deinceps ostendit, simul esse id quod mouet & quod moueẗ, adeò vt nihil inter ea intercedat, Et primùm in latione. Eorum enim quæ per locū mouentur, alia quidē mouentur à seipsis: alia verò ab alijs. Et ea quidem quæ à seipsis mouentur, vt animata, euidēter simul habent id quod mouet & id quod mouetur. nihil enim intercedit inter corpus & aīam: Quę autē extrinsecùs vi mouent: vel trudunt, vel trahunt, vel vehunt vel circūagunt, & oēs alij motus ad hos reducuntur. Et cùm ex his quatuor vecturam & circumuectionē subtrusionem

H redegisset & attractionē, in eis ostendit q; inter id quod per locum mouet & id quod mouetur nihil intercedit, extrusionis & tractionis definitione id demonstrans. Deinde etiam q; inter id quod alterat & id quod alteraẗ nihil intercedat ostēditur. Si enim sunt corpora quæ per patibiles qualitates alterant & alterantur: neq; verò corpus agit in corp⁹ separatum: neq; operatur qualitas sine corpore: nihil fuerit inter ea quæ alterant & ea quæ alterātur. Nam & si aer intercedat, is est id quod mouet proximè. Deinceps autem, quòd inter id quod primò auget & id quod augetur nihil intercedit, neq; inter id quod minuit & id quod minuitur. si quidem primò auget id quod additur, & minuit id quod aufertur. Ea autem sunt continentia ei quod augetur & minuitur. inter continua autem nihil est intermedium. Vsus autē eo q; id quod alteratur, alteratur à sensilibus per qualitates patibiles, hoc ostēdit ex eo q; per nullā aliam qualitatē fiat alteratio. neq;

tio. neq; enim quæ fit per figuram mutatio, neq; quę per habitum, sunt alterationes, sed potius generationes. Pręterea autem aliter quoq; ostendit eam quæ fit per habitũ mutationem non esse alterationem. Virtutes enim & vitia sunt moderationes & immoderationes. Ea autem referuntur ad aliquid. Eorum autem quæ referuntur ad aliquid, nõ est alteratio, neq; omnino motus vel per se mutatio. Quãobrem non est alteratio per habitus. dum autem quædã alterantur, accedunt, & vltra ea fiunt. Cùm hęc autem primùm ostendisset in corporea virtute & vitio, transit etiam ad habitus animæ, & ostendit eos quoque referri ad aliquid, & fieri, dum alterãt sensile, & morales virtutes, & eas q̃ sunt partis intelligentis. & deinde cõcludit ꝙ alteratio fit à sensilibꝰ, in parte alę quæ est sentiendi potestate prædita, per qualitates patibiles. Cùm autẽ sic ostendisset nihil intercedere inter id quod mouet & id quod mouetur, & in latione, & in augmento & diminutione, & alteratione, deinceps quęrit an quiuis motus sit cum quouis cõparabilis, per proprias motus differentias, nẽpe id quod est celerius, & id quod est tardius. Et ostendit non oẽs esse cõparabiles, sed eos qui sunt eiusdẽ speciei in specie indiuidua, qui quidẽ solo numero differunt. Hoc autẽ ostendit in vnoquoq; motu & mutatione. & primùm in latione, eam quæ fit circulo, non posse conferri cum ea quæ recta fit. quoniã erit recta æqualis circũferentiæ. quod nõ potest fieri. Adhuc autẽ magis latio cum alteratione non erit cõparabilis. erit nanq; affectio æqualis longitudini. Deinde obijcit aduersus hoc ꝙ non sint lationes cõparabiles, & ea quę recta fit & ea quę in circũferentia, neq; ipsę lineę. Et soluit obiectionem cùm ad id deduxisset quod nõ potest fieri, nempe rectam futuram esse æqualem circũferentię. Cùm autẽ in vtrisq; dubitasset, sint ne cõparabiles an non, lineę, recta & circũferentia, et qui fiunt in eis motus: tradit regulam generalẽ per quam possunt discerni motus cõparabiles & incomparabiles. eos quidẽ qui habẽt æquiuocum id quod est velox & id quod tardum, dicens esse incomparabiles: eos autẽ qui non æquiuocum sed vniuocum, cõparabiles. Deinde aduersus hanc regulam contendit, adducens multum & duplum quæ vniuocè dicuntur in aqua & aere, & si aqua & aer in his nequeant cõparari, quoniam qui videbatur esse amplior aer & duplus magnitudine, est minor potestate. Et notat ꝙ multũ & duplum æquiuocè & nõ vniuocè de aere & de aqua prædicantur: non videntur autẽ æquiuoca, quoniã ipsorũ quoq; definitiones cõstant ex ęquiuocis. Deinde subiungit etiã aliam cõparabilium distinctionem, nempe ꝙ oporteat id quod primũ suscepit ea quæ prædicãtur vniuocè, idem esse specie. ita enim equũ cane dicimus albiorem, & si specie differãt, quoniam id quod album primò suscepit, nempe superficies, est idem specie in vtrisq;. Porrò autẽ etiam aduersus hoc dictum contendit, dicens sic posse oĩa expelli æquiuoca, si ꝓpter differentiã eorum quæ suscipiunt, fiant diuersa ea quæ insunt quę natura sunt eadem. Et aduertit ꝙ ne fieri quidẽ potest vt quæ sunt eadẽ natura sint in diuersis speciebus. Vnum enim vni inest primitus. quẽadmodum inest color in superficie. Deinde docet non sufficere ꝙ non sint æquiuoca ad hoc vt sint comparabilia. sed oportere esse eiusdem speciei vltimæ, & ipsa, & ea in quibus sunt. Album enim & nigrum nõ sunt colores æquiuocè, sed vniuocè. & tamẽ non comparantur vtrum eorum sit magis color. quoniã non sunt eiusdẽ speciei, sed tantùm eiusdem generis. Quare, inquit, etiam in motu ij demum sunt cõparabiles qui in eadem specie vltima, quæ nõ est amplius genus, fiunt in subiecto quod est idẽ specie. Quinetiam causam adijcit propter quã quædam ex æquiuocis videntur esse cõparabilia, quẽadmodum multũ & duplum. Quoniam enim, inquit, ex æquiuocis alia quidẽ longè absunt ab eo vt sint natura eadẽ: vt ea quæ à fortuna dicuntur, & ꝓ ꝓportionẽ ac conueniẽtiam: alia verò sunt ꝓprius. Quia autẽ dixit motus cõparabiles eorũ quæ inæquali tpe mo-

A uentur ęqualiter: in alteratione autẽ quę fit per qualitatẽ, nõ potest dici æquale cõparationis: quærit quõ in ijs dici possint ij qui sunt comparabiles. Et dicit pro eo quod est æquale vel inæquale sumendum esse, idẽ & aliud & simile & dissimile. adeò vt quæ eodẽ modo vel similr mutantur in æquali tpe, dicantur alterari æquali celeritate. cùm autẽ affectio quidem fuerit similis, quẽadmodum dealbatio: quę dealbantur autẽ superficies, ęquales vel inęquales: tunc euenit vt alteratio quidẽ sit in affectione similis vel dissimilis: in subiecto autẽ æqualis vel inæqualis. Cùm motus autẽ cõparabiles sic tradidisset & explicasset in latione & alteratione, & augmentũ & diminutionẽ, vt quę sint ex eis clara, pręetermisisset: q̃ enim ijs quę sunt eiusdẽ speciei inæquali tpe fit æqualis per totũ additio æqualis celeritatis, est augmentũ, & ablatio talis diminutio æqualis celeritatis: his ergo prætermissis venit ad generationẽ & interitũ. & quærit quænã generatio sit æqualis vel inæqualis celeritatis cum gñatione. Et dicit eas esse inęqualis ce-

B leritatis, cùm in eodẽ æquali tpe, vnius quidẽ maior, alterius verò minor partiũ numerus fit in ijs quæ sunt eiusdẽ speciei. Post hæc autẽ aliam quoq; adijcit cõtemplationẽ, quæ cõuenit ei quod dicitur de cõparatione motuũ. Comparat enim id quod mouet & id quod mouetur, & tẽpus & spatium, & inquirit eorum quæ inter se inuicem fiunt proportiones. an quemadmodum multiplex facultas alicuius facultatis quæ mouet aliquid, illius mouet partes multiplices: ita etiam aliquota pars eius quę mouet aliquid facultatis, mouebit aliquotam partẽ eius quod ab illa mouetur. & si centum homines mouent nauem, an ẽt vnus nauis mouebit centesimam in eodem tempore idẽ spatium: vel totam nauem centesimã partem spatij. verba autẽ facit primò in latione, cùm prius sumpsisset tanq̃ pronunciata, ꝙ quicquid mouet, mouet aliquid, & in tẽpore, & eousq;. Cùm autem pondus primum diuisisset, eãdem facultatem dimidium ponderis in eodem tpe duplum dicit mouere spatium. Deinde cùm diuisisset tem-

C pus diuiso pondere, dimidium ponderis in dimidio tpe ab eadem facultate dimidiũ spatij dicit motum iri. Deinde cùm diuisisset spatium, manẽte pondere quod fuit ab initio, tempus vnà diuidit. & tunc subiungit quartã proportionem, diuidens facultatem & pondus. & dicit fore vt dimidia facultas dimidium ponderis in eo tpe, quod fuit ab initio, moueat id quod à principio fuit spatium. Deinde sumit quidem facultatis dimidium: pondus autẽ quod fuit ab initio: & illud tempus. et dicit id esse moturum dimidium spatij. hanc proportionem autem statim perimit. Si enim pars àliqua facultatis totum pondus in quantocũq; tempore aliquod mouebit spatiũ: nauis quæ tantum spatium trahitur à centum viris, vel ab vno traheretur in eodem tpe centesimam partem spatij, quod mouerunt centum, qui nauem trahebãt: vel etiam idem spatium in tempore centum partibus maiore. Cùm autẽ dixisset nõ cuiusuis facultatis dimidium posse idem pondus mouere quod totam, vel in summa mouere pondus

D aliquod: per hoc Zenonis quoq; soluit rõnem de milio. Si enim, inquit, milij modius qui cecidit sonum edit: sonabit etiam vnum granum milij. Soluit autem hanc rationem, dicens non quãuis facultatẽ posse mouere quoduis pondus, ne in quãtocunq; quidem tempore. sic autẽ neq; vniuersam sonum edere magnitudinem. Et orationem in pauca contrahens, dicit ꝙ diuisa quidẽ facultate non conseruatur proportio. quoniam non quæuis facultas, vel minima potest mouere vel sonum edere. sed si cõponatur facultas, seruatur proportio. Cùm hæc autem ostendisset in latione, dicit ꝙ etiam in alijs motibus, quoniam eadem sunt principia, id quod mouet, & id quod mouetur, & tempus & spatium: ea etiam quæ ex ijs eueniunt erunt eadem. Quare in quibuscunq; quidem seruatur proportio in latione, in his seruabitur in alijs quoque motibus: in quibuscunq; autem in illa non processit proportio, in his etiam in eis non procedet.

SIMPLICII COMMENTARIVS
IN OCTAVVM ARISTOTELIS LIBRVM
NATVRALIS AVSCVLTATIONIS.

ATVRALIS auscultationis Aristotelis liber vltimus, qui totius quidẽ operis est numero octauus, solent autem Peripatetici per ordinem elementorum eum θ inscribere, est refertus multis hisque præclaris contemplationibus. Nam & operi de principiis naturalibus optimum finem imponit, qui esse æternum primum motum naturalem demõstrat, & per æternum motũ præclarè prędicat vniuersi æternitatẽ: & quod est maximũ, naturalem oẽm contẽplationem, primæ philosophiæ, vt quæ ab ea dependeat, applicat, & naturalem oẽm substãtiam ab illa suprema & quæ oẽm naturam superat, cã, pẽdere demonstrat. cùm et oẽ corpus naturale moueri, pbau erit. & quicquid mouetur moueri ab aliquo. & id quod primò & propriè mouet ostenderit esse immobilis & quę semper sit & eodẽ modo se habet essentiæ. Hoc ergo libri cùm sit institutum ac scopus, is meritò omni alacritate & promptitudine animi est suscipiendus. Qm̃ aũt ex iis qui nostris fuere tpibus, quidã furore percitus demon, nequaquam esse iuuenile & gloriosum existimans solis inuidere hoibus eosque fascinare, & ideo aduersus cœlum ipm & totum mundum suã extendens inuidiã & fascinationẽ, eorum ęternitatẽ esse grauẽ & minimè ferendã arbitratur: & cùm nõnullorum quæ ex philosophia perperã audierat, nec feliciter nec satis grato aĩo fuisset particeps, aduersus ea quæ in opere de cœlo de eius æternitate ostensa sunt quinque prolixos scripsit libros, qui qm̃ sint imbecilli et qm̃ nihil sit temeraria eorum audacia præterquam apud imperitos solos auditores, conatus sum ostẽdere, cùm primũ librum operis de cœlo exponerem: sextum aũt suum librum aduersus æternum qui hic ostẽsus est motum & æternũ tempus accinxit & comparauit: qm̃ si hæc manerent non confutata, necesse esset id quoque esse æternũ, quod ppetuo motu moueret in æterno tpe: mihi visum est dum hunc librũ persequor, quęnã ẽt aduersus ipm fiant contradictiones, & à quonã habitu proficiscant, studiosis ostendere. Conabor aũt hic quoque post expositionem verborum Aristotelis, quæ aduersus ipsa fiunt obiectiones adducens, ita eas examinare.

Octaui libri scopus.

Ioãnes Grãmaticus philoponus sex libros scripsit ynque aduersus mundi ęternitatẽ & vltimum aduersus motũ ęternum.

CAPVT I.

1 VTrum autẽ factus est aliqñ motus cùm prius nõ esset, & sic rursus interit vt nihil moueatur. an neque factus est nec interit, sed semp fuit & semp erit. idque est immortale & quod nõ põt iis quæ sunt desinere, vt qui sit veluti quædam vita iis quæ constant natura.

1 Quòd necesse quidẽ sit Physico de motu dicere, permulta tã prius ostensum est. Quòd aũt ei qui dicit de motu conueniat q̃rere vtrum sit æternus motus, an ita se habeat quod aliqñ quidem factus fuerit cũ prius non esset, & rursus intereat vt nõ sit amplius motus, nemo dubitauerit. Clarum est aũt quod non quęrit de aliquo ex singularibus motibus qui sunt sub luna: vnusquisque enim eorum habet principium & finẽ: neque an vnus & continuus motus sit æternus nunc quærit: quod quidẽ postea inueniet: sed vniuersè ac gñaliter de motu. an fuit aliquod tps qñ non erat vllus oĩno motus, neque oĩno mouebatur aliquid eorum quę sunt: aut erit aliquod tempus qñ nihil mouebit. aut si hæc quidẽ fieri non posse videbuntur, semp fuit & erit motus. adeò vt hoc, hoc est motus, sit immortalis &

Cum motus num sit ęternus q̃rit, nõ de singularibus motib⁹, sed vniuersè quæritur de motu.

E qui nõ possit in iis quæ sunt desinere. Motus enim nõ est ex iis quæ per se consistunt, sed ex iis quę insunt aliis, hoc est, substantiis. quę quidẽ sunt magis propriè, quam quæ habent in eis id quod sunt. Quãobrem dicit eis quæ sunt in esse motum, nõ quod non sit id quod est motus. sed quòd ea quæ sunt propriè sint substantiæ. & per ipsas accidentia ipsam essentiã participent. Illud autem, VT qui sit veluti quædam vita omnibus quæ constant natura} accuratè & exactè dictum est ab Aristotele cõuenienter Platoni. illa enim viuere dicimus, quæ à seipsis mouẽtur intrinsecis. Si ergo naturalia quoque oĩa motus principium habent in seipsis, naturam: ea quoque viuere meritò dici possint per eam quæ est intrinsecus ad motum aptitudinem. est enim vltima animãtium natura. Quare habent etiam id quod sunt in subiecto corpore naturali. et est potius veluti viuẽs vel vita propriè. & qui per eam est F motus, est ad motum aptitudo, vt discemus in hoc libro. Quòd autẽ hoc quoque Platoni dixerit conuenienter Aristoteles, veluti vitam dicens internum motum qui est vt naturalis, audi ea quæ scripta sunt in decimo de legibus, de motu qui fit intrinsecus. Si eum quidem viderimus fieri alicubi in terreno vel aqueo vel igneo separato, vel etiam mixto, quãnam in eo dicemus esse affectionem? Nunquid me rogas an id dicemus viuere, quãdo ipsum seipsum mouet? Sed hæc quidem dicta sunt de vita animali, quæ est propriè per se mobilis. Quamobrem rectè Aristoteles, veluti vitam dixit motum naturalẽ, & non absolutè vitam. quoniam quam habet rationẽ anima ad naturam, eam habet rationem ea quæ propriè est vita ad motum naturalem. Alexander autem illud, vt qui sit veluti quædam vita omnibus quæ constant natura, ait di-G ctum esse motum vt qui possit suscipere id quod est immortale & minimè desiturum. Si enĩ ita se habet motus ad naturalia, vt vita ad animata: quẽadmodum fieri non potest vt sint animata absque vita, ita etiã naturalia absque motu. Si æterna ergo sunt ea quæ sunt naturalia, quatenus naturalia (neque enim vnquã cœperunt: neque ad id vt nõ sint interibunt: siquidẽ rerum naturaliũ interitus est mutatio in aliqd aliud naturale: si aqua enim interierit, fit aer) videlicet motus quoque per quẽ sunt naturalia, est æternus. Num aũt Aristoteles non ostendit æternitatẽ motus ex ęternitate rerũ naturalium? Neque enim vsquã hucusque ostẽsum est æternas esse res naturales. sed ex ipsa naturalis motus definitione naturalẽ motũ ostendet esse ęternũ, vt discemus: & ex eo corpus naturale. Dixit aũt, Oĩbus quę cõstant natura, qm̃ non vt aquę vel aeris vita est motus, sed vt naturaliũ oĩum, quatenus sunt natura-H lia, & quatenus in seipsis habẽt principiũ motus. Quare est ẽt ęternus motus qui sumitur in eo quod est eõe.

Motus per substãtias participat essentiam.

Motus est quædã vita reb⁹ naturalib⁹.

Plato de interno motu quid dicat in decimo de legibus.

Aliq ad naturã, quę vita ad motũ naturalẽ, est eadẽ ppomo.

Ex naturalis motus definitione naturalẽ motũ esse ęternum ostendit Aristoteles.

Motum itaque esse quidẽ oẽs dicunt qui de natura dicunt aliqd, ppterea quod mundũ faciant, & de gñatione & interitu sit eis oĩbus contemplatio. quæ qdẽ fieri non põt vt sit si nõ sit motus.

Quoniam æternum esse motum, quale quid sit significat, in qõnibus autem, qõnem Quale quid sit præcedit quæstio Quid sit, & quæstio An sit oĩno: & quid sit quidem motus ostendit in tertio: An sit aũt non videt osten- 11 disse: ideo cùm nunc quale quid sit demonstrare instituisset: meritò docet causam cur pro confesso acceperit quod sit motus. Si enim in eo quod sit motus oẽs Physici inter se consentiunt, & si de eo an sit æternus vel non dissentiant: nõ fuerit absurdũ pro confesso sumere, quòd sit motus. Eos

Esse motum apud omnes Physicos ẽ in confesso.

enim

enim qui motum interimunt, ostẽdit oẽ esse quidem naturales Philosophos: neq; cõuenire naturali Philosopho cum eis disserere, vt qui naturalia perimant principia. Causa autem q omnes Physici de motu dicãt, est, quód mũdum faciant: & de generatione & interitu sit eis omnibus cõtemplatio. Facere aũt mundum dicit Physicos, nõ vt qui dicant mundũ esse natiuum factum ue ex tpe, sed vt qui per motũ tradant eius constitutionẽ. Sic enim mundũ facit Democritus & Empedocles & Anaxagoras, illi qdem dicentes cõciliari seu cogi & secerni corpa insecabilia q̃ atomos vocãt, & quatuor elemẽta: Anaxagoras aũt, dicens similares partes excerni ex massa cõmixta ac cõfusa. porró aũt concretio seu conciliatio & secretio ac excretio sunt quidã motus. Quinetiã de generatione & interitu oẽs disserunt. quę & si nõ fiot motus, tñ nõ fiunt sine motu. Etenim motus per locũ, & alterationes, & augmẽta, & diminutiones, pcedunt ortus & iteritus.

Facere mundũ quo dicã tur Physici.

Sed quicunq; quidem & mũdos dicunt esse infinitos, & alios quidẽ gigni, alios veró ex mũdis interire, semper dicunt esse motum. Necesse est enim vt generationes & interitus sint cũ motu ipsorum. Qui autẽ vnum, vel non semp, motum ponunt rationi conuenienter.

III Quód motum vt qui sit sumpserit, cũm sibi parasset defensionem ex eo quód Physici in eo cõsentiunt: ex eorum dissensione de motus æternitate, quęstionẽ de æternitate rursus ostẽdit esse necessariã, dicens. Nonnulli quidẽ ex Physicis posuerunt motũ æternum: noooulli veró non æternũ, vt qui suis positionibus motũ quoq; adaptarint. Qui enim posuerũt mundos multitudioe infinitos, vt Anaximander, Leucippus & Democritus, & postea Epicurus, posuerũt eos gigni & interire in infinitũ, cũm alij qdem semper fiant, alij veró intereant: & motũ dicebant esse æternũ. absq; motu enim oon est generatio aut interitus. Eorum aũt qui vnũ mundũ esse dicunt, ij qdẽ qui eũ dicunt esse tpe ingenitũ & ab interitu alienũ, motum quoq; æternum posuerunt. quẽadmodum Plato & Aristoteles. Genitum aũt & interitui obnoxium faciũt vnũ mundum, qui mundũ quidem semp esse dicunt, nõ tñ semper eundẽ, sed aliás alium fieri qbusdã temporum curriculis. vt Anaximenes & Heraclitus & Diogenes, & postea Stoici. & clarũ est eos quoq; habere eãdem de motu opinionem. qñ enim est mũdus, tunc etiã motum esse necesse est. Empedocles aũt, si quis vt verborũ spẽs præ se fert audiat quod ab eo dicitur, vt qui aliqñ quidẽ sphęrum, aliqñ veró mundũ dicat, videlicet cũm in ortu mundi motũ semper cõsideraret, fieri & interire semper posuit. qm̃ & sphærũ vult & mũdum esse semper, motũ quoq; esse in motu existimabat. A principio aũt tpis videntur dicere mundũ fuisse factũ Anaxagoras & Archelaus & Metrodorus Chius. Ii aũt dicunt motũ quoq; cœpisse. Cũm enĩ in eo quod ante fuit tpe ea quæ sunt quiescerent, dicunt fuisse motum á mente ingeneratũ, á quo mundũ fuisse factum. Videnť aũt hi quoq;, ordinis in docendo gratia, mundi creationis posuisse principiũ. Atq; ipse qdẽ certé Anaxagoras aperté dicit, mentẽ, mundanam sustinuisse discretionẽ ab vniooe quæ pcipitur intelligentia, in qua, vt inquit, simul erant res oẽs. Alexander aũt dicit Platonẽ quoq; mundum constituere á principio tpis. nisi q etiam ante mundi generationẽ dicebat fuisse in ijs quæ sunt errantem motum & inordinatum. Cũm enim, inquit, sumpsisset Deus quicquid erat aspectabile, quod non quiescebat, sed mouebatur errabundé & inordinaté, id abduxit ab inordinatione. Sed q non sic quidem á temporis principio, tanq; prius esset tẽpus, dicit Plato mundũ fuisse factum, satis ostẽdit, cũm aperté dixerit tempus cum mundo esse genitum. Quare nec id quod erat errãs & inordinatum fuisse ante tempus ex eius sententia putãdum est. sed vt & generationis opificem ostenderet errorem, qui consistit per eam quę est ex eo quod est submissionem, & qui ab opifice proficiscitur ordinẽ ipsum semper ornantẽ ac distribuentem, vtrunq; seorsum sua ostẽdit oratione quod quidem fecit in Polytico, cũm á mundo opificem sua separasset oratione, & eum esset contemplatu, ecũm deorsum ferretur in pontum dissimilitudinis. Cũm sit ergo talis diuisio earum quæ suot de mundo opioionum: qui ita quidem dicebãt infinitos, vt cũm alij semper fierent, alij interirent: motũ dicebant æternum. Qui autem vnum semper eundem, aut vnum quidem, sed noo semper eundem: ij conueniẽter suæ de mundo sentẽtiæ motum quoq; posuerunt. Nã & qui vnum eum qui est semper idẽ dicunt, motũ quoq; dicunt æternum. Similiter aũt etiam qui aliás alium vnũ esse dicunt, quando vnius generationem sequitur generatio alterius, ij quoq; dicunt æternum esse motum. Semper enim dum est mũdus, necesse est etiam vt sit motus. Si autem qui vnũ dicunt, dicunt eum esse factum á principio alicuius temporis, adeó vt verum sit dicere quód fuit quando non fuit mundus: & intereuntem non amplius fieri in aliquo tempore: videlicet motus quoq; habebit principium & finẽ. Sed factum quidem esse vnũ, multi dicunt, mundum facientes, & opificij ordinem tradere sua oratione volentes: fieri autem & interire mundum qui vnus est ita vt nullus amplius sit mundus, scimus nullum dicere ex Physicis. Videtur autem orationi aliquid deesse propter breuitatem, cum dicit, QVI autem vel vnum & semper eundem, vel vnum quidem sed noo semper.} Ei enim quod est, Vnum, videtur deesse, Et semper. ei aũt quod est Non semper, illud quoq;, Et vnum. vt sit id quod est pfectum hoc modo. Qui aũt vel vnum & semper eundem, vel vnum quidem, sed nõ semper. Hoc autẽ potuerit duobus modis diuidi. Aut enim vt q non semper quidem sit idem, sit tamẽ semper mundus: vel vt q nec sit quidem semper. Quod autem deerat cauta suppleuit inductio. NAM vt de mundo, inquit, pronuntiauerint, eadem ratione de motu quoq; statuunt.} Nam si sit quidem mundus & gignatur & intereat: necesse est vt sit motus: Si autem nõ sit, neq; gignatur nec intereat, necesse est non sit motus.

Mũdos multitudine infinitos ponebant Anaximãder, Leucippus, Democritus, et Epicurus.

Mundũ vnũ tpe ingenitũ & ab interitu alienum ponũt Plato & Aristoteles.

Mundũ vnũ & alias aliũ fieri censent Anaximenes, Heraclitus, Diogenes, Stoici.

Sphęrũ mũdum vocabat Empedocles, quẽ dicebat semp fieri & interire.

Mundũ fuisse factũ a principio tpis, dicebant Anaxagoras, Archelaus, & Metrodorus Chius.

Platonẽ non sensisse mundũ esse genitũ ex tpe, vt censet Alexãder.

Platonis locus in Politico exponitur.

Motum esse æternum aut nõ æternum dicunt Physici cõuenienter suæ sniæ vnusquisq;.

Mũdum iri interire vt nõ sit amplius mundus, nemo dicit ex Physicis.

A

B

C

II Sinautem contingit aliqñ quidem nihil moueri: necesse est vt hoc duobus modis eueniat. Aut enim vt dicit Anaxagoras (ait enim ille cum simul essent oía & quiescerẽt tpe infinito, mentẽ in eis fecisse motũ, & secreuisse.) Aut vt ait Empedocles, alternis moueri, & rursus quiescere: Moueri quidẽ, qñ amicitia ex multis facit vnũ, vel multa ex vno cõtentio: Quiescere aũt in ijs quæ intercedunt temporibus, sic dicens.

Qua didicere quidem hæc fieri de pluribus unum,
Ex uno fieri rursus quoq; plura soluto,
Sic ea gignuntur. nec eis durabile seclum.
D *Quatenus ast hæc non cessant mutarier unq̃,*
Semper dicantur circo non posse moueri.

Illud enim, Quaten⁹ mutari, hinc illuc dicere existimãdũ ẽ.

IIII Cũm dixisset q ex Physicis alij quidem æternum ponebant motum alij veró non æternum, vtriq; conuenienter suis de mundo sententijs: instituit de medio tollere rationes quę dicunt eum nõ esse æternum. Et cũm duos ex posuisset modos quibus fieri potest vt aliquid nihil moueatur, & eos qui illos defendunt adscripsisset, Anaxagoram & Empedoclem, per hoc quod eos modos de medio sustulit, introducit oportere æternũ omnino esse motum. Duo aũt sunt modi, qm̃ cũm motus oũc appareat, si contingit aliqñ quidem nihil moueri, necesse est vt vel cũm prius nõ esset motus: vt videbať dicere Anaxagoras, eam quæ simul io est secundorum á prioribus subsistãtiam, per eam quæ in tẽpore dici videtur enuntiationẽ,

faciens apertiorem. (Est autem idem modus positionis. etiam si quis postea nõ esse motum posuerit. Quare nec huius meminit. Videbatur autẽ dicere Anaxagoras, quòd cùm simul esset res omnes, & infinito antea tẽpore quiescerent, volens, mens mundi effectrix species discernere, quas quidem vocat partes similares, in eis motum effecit. Corporea enim discretio nõ poterat fieri absque motu.) Secundus autem est modus qui est ex sententia Empedoclis, qui vicissim facit motum & quietem. Is enim posuit mundum, tam eum qui cõsistit in intelligentia, quàm eum qui est sensilis, constare ex eisdem quatuor elementis: illum quidẽ scilicet instar exemplaris hunc verò imaginis, & efficientes causas: eius quidem qui consistit in intelligẽtia, amicitiam, facientem sphærum per vnionẽ: quem etiam Deum nominat, & aliquando neutro nomine vocat, Sphærum etiã: eius autem qui est sensilis, contentionem, quæ cum non perfectè inualuerit & dñatum obtinuerit, hunc mũdum facit per discretionem. Potest autem etiam in hoc mundo videri vnio et discretio semper quidem ambæ, aliàs autem alia in alijs & alijs partibus: vel in alijs & alijs temporibus dominatum obtinẽs. Etenim hic quoque contentionem & amicitiam vicissim dominatum obtinere, & in hominibus & piscibus & feris & auibus dicit Empedocles, hæc scribens,

Anaxagoræ de mũdo sententia.

Empedoclis de mũdo sententia, & eiusdẽ versus aliquot.

Sphærus & sphęrũ apud Empedoclẽ significat mũdum.

Cõtentionẽ et amicitiam in hoc mũdo dñatũ vicissim obtinere

Pulchram humanorum hãc membrorum in corpore molẽ.
Sunt quidem amicitia coeuntes quandoque in vnum
Cuncti artus, quos corpus habet florente iuuenta.
Sed quandoque malis diuisi litibus, errant
Singuli in humanæ seiunctim littore vitæ
Sic arbusta, habitant alto quoque qui æquore pisces,
Montigradæque feræ, quæ sulcantque aera pennis.

Cùm versus aũt Empedoclis adduxisset Aristoteles, in quibus existimat ipsum tradere motũ & immobilitatẽ et motũ quidem considerat in gñatione, & vnius ex multis & multorum ex vno, cùm apertè ẽt dixerit Empedocles,

Sic ea gignuntur nec eis durabile seclum.

quòd enim cùm generatiõe vnà sit motus, prius dictum est. Videtur autem immobilitatẽ intueri Empedocles in ęterna, si dici possit, idẽtitate eius quę fit in seinuicem vnius & multorum mutationes. Tale est enim illud.

Immobilitatẽ in æterna identitate intueri Empedocles, eius quæ fit in se inuicẽ vnius et multorum mutationis.

Quatenus ast hæc non cessant mutarier vnquam,
Semper dicantur circo non posse moueri.

Alexander autem nouit quidem hanc quoque sententiam. sed dicit Aristotelem nõ in ea accipere, sed hæc etiã audire de mutatione, quando dicit, QVATENVS hæc hinc mutari, hoc est in hæc ex his mutari non cessant per hãc vicissitudinem, & quæ fit alternis inter se mutationem. & ea ratione sunt æterna. hoc est, æterna est eorum quæ fit in se inuicem mutatio. Separatim enim neutrum eorum quæ fiunt à contentione & amicitia ex elementis, est æternum. nec est eis durabile seclum. Quæ est autem eorum inter se inuicem mutatio, est ęterna. Hoc enim significat illud quod grecè est, † αἰὲν ἔασιν, hoc est, semper sunt. Hæc cùm his verbis dixisset Alexander, subiungit, Deinde post hæc seorsum fuerit id quod dicitur, IMMOBILES in circulo } hoc est, immobilia quæ fiunt in vnoquoque ambitu, & in vnaquaque perfectione, quam dicit circulum. Num autem minimè est probabilis seiunctio illius, immobiles in circulo, & simul etiam eiusmodi vt eam non possis cogitatione consequi. Opus enim habet eo quod est, semper sunt. Sed magis dicendum est sic audire Aristotelem, quòd quatenus quidem semper mutãtur in se inuicem, est æterna eorum mutatio & motus: Quatenus autẽ dum hinc illuc mutantur, hæc fiunt, vtpote ex multis vnum, vel ex vno multa, & post mutationem in hoc quidem aliquando consistunt vt sint vnum, aliquando autem in hoc vt multa. cùm ea ratione certis tẽporum curriculis post mutationem restituantur in eam quæ est vnius vel multorum formã, sunt immobilia in illo temporis curriculo, donec cœperint rursus mutari. Videtur autem Themistius quoque huic adhærere sententiæ. Dicit enim fieri quietem in ijs quæ intercedunt mutationum in temporibus.

† Si verbũ e verbo vertas ita habet versus græcos. Hac aũt rõne semper sunt immobiles in circulo.

E

II Considerandum est autem quomodo hæc se habeant. Videre enim veritatem, confert nõ solùm ad contemplationem naturæ, sed etiam ad tradendam certam viam ac rationẽ de principio primæ.

V

Ostẽdit quàm sit necessaria de æterno motu quæstio. siquidem confert quidem & ad naturę contemplationẽ: Si est enim motus naturalis æternus, vnus quidẽ qui fit per cõtinuitatem: alius verò qui per eam quæ nunquam potest deficere mutationẽ: videlicet sunt etiam æternæ res naturales. aliæ quidẽ eædem numero manentes: aliæ verò eo quòd interitus vnius sit generatio alterius: Confert autem etiam ad ascẽsum qui fit ad primum principium. cuius contemplatio non est amplius operis naturalis, sed primæ philosophiæ. Confert autem ad illam quoque, quoniam ostendetur motum æternum fieri à causa immobili, quæ est omnino separata à causa naturali.

De æterno motu quò ad quid cõferat.

F

IIII Incipiamus autem primùm ab ijs quæ à nobis definita sunt in libris naturalibus: Dicimus autẽ motum esse perficiẽtem actum eius quod est mobile, quatenus est mobile. Necesse est ergo vt res quæ possunt moueri sint in vnoquoque motu. Porrò autem etiam absque definitione motus, quiuis cõfitebitur necesse esse vt moueatur id quod potest moueri in vnoquoque motu. quemadmodum alterari quidẽ id quod est alterabile: ferri autẽ id quod est per locum mutabile. Quare oportet prius esse quod sit eiusmodi vt possit vri, priusquã vratur: & vrendi potestate præditum priusquam vrat.

G

VI Cùm se cõtulisset ad pluribus argumentis probandũ, motum esse æternum, primũ sumit à definitione motus quã dicit fuisse datam in libris naturalibus. appellans naturales quinque primos libros naturalis auscultationis. quos ẽt sæpe nominat de principijs. in tertio enim libro tradidit definitionẽ motus, cuius ẽt nunc nos admonet, nempe quòd motus est operatio seu actus eius quod est mobile, quatenus est mobile. hoc est, manente potentia eo quod mouetur donec moueatur. Cùm enim pfectè amiserit id quod est potentia, & actu fuerit in illo in quo esse dicebatur potentia, non amplius mouetur, sed stat in eo quod actu est. Mouetur aũt semper, quatenus habet aliquid potestate transiens in id quod actu est. Ex hac aũt motus notione motũ ostendit æternum. non eum solùm qui propriè dicitur, sed etiã mutationẽ cui subijcitur ortus & interitus. Eius enim qui est hmõi est hæc definitio. Ostendit eaũt æternum nõ hunc quempiã motum indiuiduum: vtputa hanc dealbationẽ: hoc enim ex eo ipso falsum est: habet enim principiũ & finẽ motus indiuiduus: sed absolutè motũ. adeò vt quicunque sumat motus, semper ostendat prius esse aliquẽ motum quẽlibet: & post eum esse aliũ. ita vt nec possit sumi primus motus, vt sit aliquando quando non fuit motus, cùm ante primũ motum nihil moueatur. neque vltimus, vt rursus post eum non sit motus, propterea quòd nihil moueatur. Et videlicet qui sic est æternus motus, neque est vnus, neque cõtinuus, sed qui deinceps cõsequatur. Cùm ergo sumpsisset ex definitione motus, quòd necesse sit id quod est mouendũ prius esse mobile secundum naturã: & tale vt possit moueri: quoniam quęcunque est natiua seu genita & facta operatio procedit à potentia, & nõ fuerit genitũ factum ue aliquid quod nõ possit gigni ac fieri: neque motum fuerit aliquid naturaliter, cui non insit potestas vt moueatur. In ijs enim quæ gignuntur ac fiunt, tẽpore prius est id quod est potentia, quàm quod actu. quoniam ex

Motum esse ęternũ phat ex definitione motus.

H

imperfecto

imperfecto ad perfectum promouent ea quę gignunt ac fiunt. Cùm hoc ergo ex definitione paucis verbis in memoriã reuocasset, q̃ dicunt, Necesse est ergo vt res q̃ possint moueri sint in vno quoq; motu, rectè aduertit q̃ etiã absq; definitione quiuis cõfitebitur necesse esse illud moueri quod moueri põt in vnoquoq; motu. quod ẽt tradit in vnaquaq; specie motus, alterari q̃dem dicens id quod est alterabile: ꝑ locum aũt ferri id quod ferri põt: & prius quã vtatur vti posse. Quoniam aũt in rebus naturalibꝰ & quæ gignunt ac fiunt, nõ solum ea quæ patiuntur, patiuntur dum mouent, sed ẽt ea quæ mouẽt, faciunt dum mouent: & oportet etiã in eis ante id quod mouet esse id quod est mouendi potestate præditum: ideo adiecit, Et vtendi potestate prẹditum priusq; vtat. Clarum est aũt ea non esse vera in quouis actu seu operatione. non enim in ĳs quæ perfecta sunt, & id quod est natiuum seu genitum superant: sed in ĳs quę sunt imperfecta, in quibus id quod est potestate, semper ẽ cum eo quod actu est. Talis est autẽ motus vt qui sit ex vtrisq; mixtus. Quocirca in motu, cùm sit mutationis, vera est oratio, q̃ oportet esse ante motum id quod sua natura aptum est vt moueatur, siue moueatur patibiliter, siue efficienter.

[Margin: Motus æternitas probatur ex eo qd̃ est potestate aptũ vt moueatur.]

[Margin: In perfectis actibus semper vna ẽ id qd̃ est ptãte. in imperfectis ꝑcedit id qd̃ est ptãte.]

V Ergo hæc quoq; necesse est vel facta esse cũ
VI non essent, vel esse æterna. Si itaq; eorum quę
sunt mobilia fuit etiam vnumquodq; mouẽdi
potestate prẹditum, necesse est ante prius sum-
ptum, aliam fuisse mutationem & motum per
quẽ factum est id quod potuit moueri vel mo-
VII uere. Sin autem semper prius fuerunt cum nõ
esset motus: videt quidem à rõne alienum vel
ex eo ipso ĳs qui aduerterint. sed adhuc magis
ĳs qui ꝓcedunt hoc euenire necesse est. Si enim
cum illa quidẽ sint mobilia, hęc verò mouendi
potestate prædita, aliq̃n quidem erit aliquid pri
mum mouẽs, aliud verò quod mouetur: aliq̃n
aũt nihil, sed quiescit, necesse est hoc prius mu-
tetur. erat enim aliqua causa quietis. est enim
quies priuatio motus. Quare ante primã mu-
tationem erit prior mutatio.

VII Cùm sumpsisset necesse esse vt sit ante motũ id quod est mobile & id quod est mouendi potestate præditum, idq; sumpsisset & ex definitione & ex euidentia motus, rogat deinceps ex definitione necesse esse vt vel hęc aliq̃n facta sint cùm non essent prius, vel sint ingenita nec vnquã facta. Sed si factum quidẽ est id quod est mobile & id quod mouendi potestate præditum: q̃m omnis generatio est per motum, necesse est vt anteq; illud quidẽ moueret, hoc verè moueretur, esset motus per quẽ hæc facta sunt. neq; enim aliter fieri põt vt fiat aliqd. Quare anteq; hoc quidẽ moueret, illud verò moueretur, necesse erat vt esset motus. Quare nõ erat motus principium is qui sumptus est. Si aũt non factum est id quod est mobile & id quod mouendi potestate præditum, sed prius semper fuerunt cùm nõ esset motus: absurdum quidem, inquit, videbitur vel ex hoc ipso ei qui aduerterit, quòd cùm ambo ponantur æterna, id quod est mobile, & id quod est mouendi potestate prẹditum, cùm ipsa infinito ante tempore nõ fuerint operata per eas quas habent facultates, nunc hanc operationẽ sine causa incipiãt. Non possumus enim causam reddere cur nunc, sed non prius. Adhuc aũt magis, inquit, videbitur absurdũ procedentibus in oratione. si enim cùm essent illa quidem mobilia, hæc verò mouendi potestate prędita, & omni quod ante fuit tpe quiescerent, vt nec tunc esset motus: nunc ceperunt hoc quidem mouere, illud verò moueri: necesse est mutationem aliquam in his factam esse ante causam, per quam cum infinito ante tẽpore quiescerent, nunc cœperunt hoc quidẽ mouere, illud verò moueri. sin autẽ mutationem: motum scilicet. oĩs enim mutatio est motus, vel cum motu. Iisdem enim in ĳsdem manentibus, nõ prius quidẽ quieuissent, nunc aũt mouerent incipientia ab aliquo tpe. sed aliqua fuit oĩno causa quæ prius non erat, vt cùm infinito ante tpe non operarẽtur, nunc inter se operata sint. aut enim cũ prius à se inuicem lõgius abessent, nunc propius accesserũt: aut intercedebat aliquid quod prohibebat, quod nunc sublatũ est: aut cùm ne prius quidem apta essent, postea apta facta sunt. Quodcunq; autẽ horum factum fuerit, mutatiõe prima & motu opus est, vt eorum possit actu hoc quidẽ mouere, illud verò moueri. Quare erit rursus motus ante primum motum. Cùm autem dixisset, ERAT enim aliqua causa quietis} huius causam adiunxit, subiungens, EST enim quies priuatio motus} quod quidẽ ostẽsum fuit in ĳs quæ præcedunt. oĩs enim priuatio fit ex aliqua causa, sicut etiã habitus, et maximè quæ est in quiete. non est enim quies talis priuatio, quales sunt priuationes quę sunt præter naturã. natura enim sicut dicitur principiũ motus, ita etiam quietis. Si ergo quæcunq; fiunt ſm naturã, fiunt per aliquas causas: videlicet quietis quoq; necesse est esse cãm aliquam. Quies autem est priuatio, vt quæ est ex facultate aptitudo, dicitur priuatio. Quare ipsa quoq; est quodammodo principium eorum quæ sunt in generatione, & tempore prior est habitu & perfectione.

Alía enim mouent vno modo, alía verò mo VIII
tibus contrarĳs. quẽadmodum calefacit quidẽ
ignis, verũ non frigefacit. Scientia aũt videtur
esse vna, eorum quæ sunt contraria. Atq; videt,
quidem illic quoq; esse aliquid eiusmodi. Frigi-
dum enim calefacit cùm aliquo modo conuer-
sum sit & abscesserit. sicut etiã sua spõte peccat
is qui est scientia prẹditus cum è contrario vte-
tur scientia. Sed non quæcũq; possunt agere &
pati vel mouere, hęc possunt oĩno moueri, sed
cùm hoc modo se habent, & sibi inuicẽ appro-
pinquant. Quãobrem cũ appropinquauerint,
vnum quidẽ mouet, alterum verò mouetur, &
cùm ita fuerint vt sit vnũ quidem mouendi po
testate p̃ditum, alterũ verò mobile. Si ergo non IX
semꝑ mouebant: clarum est q̃ non ita se habe-
bant, vt nõ possent, vnũ quidem moueri, alterũ
verò mouere. sed oportebat alterũ eorũ muta-
ri. necesse est. n. hoc euenire in ĳs q̃ referunt ad
aliqd. vtputa si quod non est duplũ nunc mute
tur in duplum. aut si non vtrunq;, alterum. Erit
ergo prima mutatione aliqua prior mutatio.

VIII Postq; ostendit q̃ siue genita facta'ue posita fuerint id quod mouet & id quod mouet, siue æterna quidem, sed quę à principio tpis mouere & moueri acceperint, necesse est ante positum motus principium alium sumi motũ adeò vt ea quę esse prima videtur mutatione sit omnino semper prior, & sic motus ostendatur æternus, eo q̃ non possit sumi primus: Hæc ergo cũ ostendisset maximè ex eo quod mouet: id deinceps ostendit etiã ex eo quod mouet. quod est enim alicuius mouendi ptãte præditũ, si est etiam actu moturum, ipsum primũ mutet necesse est, eo quod positum est mobile sit & eodem modo se habẽre. Et erat hoc quidem vel ex eo ipso euidẽs. eo enim quod est mobile se similiter habente, si id etiã quod est mouendi potestate præditum similiter se haberet, cur aliquãdo quidẽ esset solùm potentia, aliquando verò etiã actu mouendi potestate præditum? Ipse aũt alia via ac rõne hoc probat. Cùm ptãte enim et effectu hoc prius sumpsisset,

[Margin: Motus æternitas probatur ex eo qd̃ mouet.]

quod quæ contrarijs ſm naturã mouent motibus, ijs quę mouentur ijſdem manẽtibus, neceſſe eſt vt ipſa mutata, motibus moueant contrarijs: deinceps ſumit ex diuiſione, ꝙ ex ijs quæ mouent, alia quidem mouent vno motu ſimplicij: queãdmodum calefacit ignis, & frigefacit nix. Alia veró contrarijs, vt ſcientia animam, ad verũ & falſum, quando qui eſt vir probus ſua ſponte peccat in aliq̃ decipiendo. Et obſeruat ꝙ ea etiam quæ videntur vno modo mouere, ea quoq; affectiones cõtrarias ingenerãt. quemadmodum frigidum calefacit per accidẽs, eo quòd abſceſſerit. Ita autem id quoq; quod mouet per locum, quietum facit eo ꝙ abſceſſerit, hoc eſt, eo ꝙ ipſum diuerſe affectum fuerit. Quare quæcunq; mouent, nõ poſſunt ſemper mouere, neq; ſemper quietem afferre: ſed ſi fortè quidẽ appropinquent, mouere: ſin autẽ abſcedant, quieta reddere. Quare quãdo ita ſe habent vt vnum quidem non moueat, alterum veró nõ moueatur, deinde poſtea vnum quidẽ moueat, alterum verò moueatur: facta eſt quædã ſcilicet mutatio, vel in vtroq; vel in altero. quęcunq; enim referuntur ad aliq̃d, ſic fiunt actu ex eo quod eſt potentia, vel ſi vnum mutetur, vel vtrũq;. ad aliquid autem refertur, & id quod mouet, & id quod mouetur. Meritò ergo rurſus concludens orationem, ſubiunxit, ERIT ergo prima mutatione aliqua prior mutatio.} Et de eo rurſus ſunt eadem roganda, quo mouetur id quod mouet vt poſſit actu mouere? cur enim rurſus illo motu nunc & non prius motũ eſt? id enim quod eſt mouendi poteſtate prǫditum rurſus mouebitur prius eo quod mouet, vt id moueat, cùm ipſum prius non moueret. Hæc quidẽ ſunt quæ in prima demõſtratione, his, vt puto, ſententijs ab Ariſtotele dicta ſunt.

Ex ijs q̃ mouent, quædã mouẽt motu ſimplici, q̃dam motib⁹ contrarijs.

Quæ mouẽt motu ſimplici, cõtrarias ĩgenerãt quãdoq; affectiones.

Aduerſus Ioannem Grãmaticũ Simplicij diſputatio de æternitate mot⁹.

Quoniam autem magnum palearum aceruum, nõ quidem aduerſus hæc, ſed aduerſus hoĩes minus intelligentes congeſſit ille grãmaticus: age Alpheo cum Hercule inuocato, eas quæ ipſm exceperunt animas pro viribus expurgemus. Cùm primò poſuiſſet hanc dictionem Ariſtotelis, & vniuerſam Alexandri expoſitionẽ, & Themiſtij ſubiunxiſſet paraphraſim, vt cùm eſſent eius ſcripta prolixiora, rudes & imperitos homines perterreret uerborum multitudine, aduerſus orationẽ deinde ſuas affert obiectiones, & primam hmõi. Quoniam motũ, inquit, definiens Ariſtoteles, eum eſſe perficiẽtem actum eius quod eſt mobile, quatenus eſt mobile, cõiter oẽm motum comprehendit per definitionem: quin etiã ex motibus alios quidem eſſe æternos, alios verò ponit habere principium & finẽ: vndenã ſumpſit tanq̃ cõſequens definitioni motus, ꝙ ante motum qui non eſt æternus ſed vt ſit habet principium, neceſſariò ſint prius tpe ea quæ ſunt mouẽda, quæ ſolam motus poteſtatem habent abſq; operatione? Hoc enim nõ eſſe verum ſic conatur probare. Quęuis, inquit, definitio de quouis definito ex æquo prædicat̃ (& hic quoq; orationẽ adductis producit exẽplis) Quare, inquit, motus quoq; definitio ſiľr conuenit, & motui qui caret principio, ſiquis ſit eiuſmodi, & ei qui habet principiũ. Si ergo in eo qui nõ eſt æternus, ſequit̃ definitionem, oportere id quod mouet̃ eſſe prius motu tpe: idipſum quoq; ſequetur in æterno. Si ergo hęc vera ſunt: neceſſe eſt vt vel definitio nõ ſit vera in motu æterno, & ſi data ſit vt cõiter quod q̃dem eſt abſurdum; vel ſi etiam in hoc verũ ſit, id quod mouet̃ eſſe prius motu tpe, adeò vt etiam motu circulari ſit prior tpe cœli ſubſtantia: nihil autẽ eorum quæ habent aliquid ſeipſo prius tpe, eſt æternum: neq; qui eſt ex eius ſententia motus æternus, erit æternus, & ei in cõtrarium redijt oratio. Aut ſi volunt, inquit, motum eſſe æternum, non eſt verũ definitionem motus ſequi neceſſariò mobile eſſe motu prius tpe. in æterno enim motu non eſt prius. Deinde conatur oſtendere, ꝙ qñ definitionem motus tradidit Ariſtoteles, non ita ſenſit de eo quod eſt potẽtia, vt quod poſſet ſeparari ab actu, hoc eſt à motu, ſed & ꝙ motus tandiu ſit quãdiu eſt id quod eſt potẽtia, & id quod eſt potentia tandiu ſit quãdiu eſt motus.

Ex definitione motus nõ probari motus æternitatem cenſuit Grãmatic⁹.

Definitio ex æquo pdicat̃ de quouis definito.

Id q̃d eſt potentia, non poſſe ſeparari ab actu vult Grãmatic⁹.

E vbi enim ceſſarit motus, cùm ad finem peruenerit id quod mouet̃, ceſſare ẽt id quod eſt poteſtate. Et adducit dictionẽ Ariſtotelis qui dicit. Sed qñ fuerit domus, non eſt amplì⁹ id quod eſt ædificabile. ædificatur aũt id quod eſt ædificabile. Et eorũ quæ illic dicũtur interpretes producit teſtes, ꝙ poteſtatẽ vt quæ ſit vnà cum motu in illis ſumpſerit Ariſtoteles, & nõ vt ſeparatã ab operatione, vt nunc, inquit, vſi ſunt, volentes decipere fallaci rõcinatione. Hęc q̃dem eſt prima huius viri obiectio, conãtis oſtẽdere non rectè dictum eſſe ea q̃ mouentur eſſe motu priora tpe. Ad hęc aũt primum q̃dem dicendum eſt, ꝙ motus definitio eſt ſimiľr cuiuſuis motus, & eius qui eſt æternus & eius qui habet principiũ & finem. Omnis.n. motus eſt actus ſeu operatio eorũ quæ cum eo, ꝙ operant̃ ad ẽt quod eſt poteſtate adhuc habent ad operandũ. Quocirca dicitur etiã motus imperfectus actus ſeu operatio, qm̃ ſemper eſt vnà cum eo quod eſt potentia. Secundò aũt ꝙ ante motum eſſe id quod poteſt moueri, eſt quidẽ F ipſum quoq; verũ in oĩbus quæ mouentur. ſed in ijs quidem quę habent principiũ & finem motus, ita motu eſſe prius id quod poteſt moueri, vt etiã ſi nõdum ſit motus, illud ſit: In ijs aũt quæ motu mouent̃ æterno, ſemper quidẽ eſt motus, ſed aliàs alius ſcilicet. Semper autẽ id quod eſt potentia ad vnũquenq; motum, eſt ante motum. Sol enim qñ mouetur per Arietẽ, poteſtatem habet Taurũ quoq; peruadẽdi poſt arietem. & arietẽ ſcilicet tranſiẽs, prior eſt cum eo quod eſt poteſtate motu qui fit per taurum. Hæc ergo cùm ita ſe habeant, vide queãdmodum vel ita ſe gerit in alios vt à ſenſu alienos, vel non ſentit ſe ſeipſum falſa decipere ratiocinatione, Si enim, inquit, eſt cœlum tempore prius motu circulari: non eſſet æternus circularis motus. Deceptus eſt aũt, vt qui æternũ circularẽ motum totũ ſimul conſiſtentẽ ſumpſerit infinitum, & ſic poſuerit cœlum eſſe ipſo prius tpe: & ſe putat colligere circularem motum nõ eſſe æternum, ſiquidẽ habet aliquid quod eſt ſeipſo prius tpe. Oportebat autẽ non vt G qui ſimul cõſiſtat infinitum æternũ motum ponere, ſed vt qui in eo quod fiat in infinitum ꝙ ſit æternus habeat. hæc eſt enim natura motus, qui non ſimul conſiſtit, ſed habet id quod eſt in eo quod fiat. Quare cùm qui ſemper eſt motus ſit aliàs alius, ſemp oĩno prius ſunt ea quę poſſunt moueri. Temere ergo ſe iactat & iuueniliter exultat, vt qui rõnem retorſerit in cõtrarium. Præterea aũt dicit Ariſtotelẽ & eius interpretes temere falſò ratiocinari, dicentes ſequi definitionẽ motus, ꝙ ſit ante motum id quod põt moueri. Nam & ſi dixerit Ariſtoteles cum motu eſſe id quod eſt poteſtate, & vbi ceſſarit motus, cũ ad finem peruenerit id quod mouetur, & facta fuerit domus, ceſſare etiã id quod eſt ædificabile, hoc eſt id quod eſt potentia: ſed non vtiq; illud quoq; dixit ꝙ ſi nondum ſit motus, ne ſit quidẽ id quod eſt potẽtia. quod quidem pugnaret cum eo quod dicit, motu prius eſſe id quod poteſt moueri. Sed iſte nihil eorum quæ dicunt̃ intelligẽs, conatur oſtendere Ariſtotelem & Ariſtotelis interpre-H tes, dicere id quod eſt potentia, & motũ, ſimul eſſe, & ſimul deſinere: nõ aduertens ꝙ ẽt ſi ſimul ſit & ſimul deſinat, nihil vetat quominus præcedat. hoc enim ẽẽ in motibus qui habent principiũ & finẽ, apparet fieri vel euidẽtiſſimè. hoc enim quod põt moueri in vnoquoq; motu, cùm tũc quieſcat, mouetur paulò poſt. Qũo autem qui hæc dicta Ariſtotelis contendit circũſcribere, in quibus dicit, vnà cum motu eſſe & deſinere id quod eſt potẽtia, non illa animaduertit in quibus dicit, non eſſe in eodem id quod eſt potentia & id quod actu, neq; ſimul? cùm dicat in tertio, Quoniam autem nonnulla ſunt eadẽ potentia & actu, ſed non ſimul vel nõ in eodem: ſed queãdmodum calidũ quidem actu, frigidũ verò potentia. Et rurſus idem eſt qui dicit, Contingit enim vnumquodq; aliquando quidẽ operari, aliquando verò non, eorũ ſcilicet quæ ſunt potentia. Cùm autem Themiſtij huius quoq; dictionis adduxiſſet paraphraſim, quæ dicit, Contingit

Motũ eſſe prius id q̃d põt moueri.

Id q̃d eſt potentia ad motum, eſt ante motum.

Mot⁹ circularis eſt æternus, ꝙ fiat ĩ infinitum.

Mobile potẽtia pcedit motũ, etiã ſi motus & mobile ſil' ſint.

enim

enim vnumquodq; aliquãdo quidem operari quatenus
potest, aliquãdo autem noodum. queadmodum id quod
est potestate ædificabile, aliquando quidẽ operari vt ędi
ficabile, quatenus est ædificabile, aliquando autem non.
queadmodum si iaceant solùmodo lapides & lutum, nec
dum moueantur ab artifice: oon aduertit hæc verba di-
cere esse ante motum id quod potest moueri. Talis est
prima huius viri lucta, quæ apud rectum iudicem facilè,
vt puto, indicat quàm sit valde incoosideratus. vt multa
quæ interim audacter ab eo enunciata sunt prætermittã,
quorum fortasse nihil vetat vnius meminisse, ad eius cõ
siderandum habitum. Quęuis, inquit, definitio de quo-
uis definito ex æquo prędicatur. queadmodum definitio
substantiæ, non aliter quidẽ in æternis intelligitur substã
tijs, aliter verò in ijs quæ consistunt in ortu & interitu.

Definitio nõ ex equo diuersis cõueniet substantijs.

Atqui quis est adeò tardo & hebeti ingenio, vt ignoret,
q; per eum qui fit ab vno progressum, ex ea quæ est æter-
na substantia, procedit substantia quę est natura ac geni-
B ta. & licet sit aliqua substantiæ communis definitio, eaq;
tanq; ab vno procedens, non tamen ex æquo, vt is dicit,
diuersis conueniet substantijs. sed, vt est verisimile, cùm
audijsset in institutionibus seu introductionibus, genera
ex ęquo prædicari de speciebus, existimauit hoc quoq;
conuenire definitionibus. Secundum autem eiusmodi
adducit argumentum aduersus ea quæ dicta sunt ab Ari

Motũ nõ esse ęternũ, ex eo q; quædã statim genita motũ natura lẽ statim habe re probat Grãmaticus

stotele. Etiam in motibus, inquit, quos suæ essentiæ in
confesso est habere principium & finem, si ostensum fue
rit aliqua ex ijs quæ sic mouent, & simul ad id vt sint pro
ducta, & qui ex natura eis inest motum simul statim habe
re consequentem, clarum, vt arbitror, fuerit cuilibet, fo-
re vt eorum quoq; motui cõueniat definitio. Nam cùm
sint mobilia & possint moueri, sic mouentur adhuc ma-
nẽte potestate, nec sunt ante motum res quæ sunt solùm
potentia. Sic ergo proponens certameo, conatur osten
dere quòd nonnulla ex ijs quę sunt genita, simul & geni
ta fuere, & mouentur motu qui est fm naturam. & dicit
C quòd ignis si constituatur inferios, simul atq; fit ignis, ha
bet quoq; cum substantia concurrẽtem motum qui ten
dit sursum. Similiter autem aqua quoque quæ conflatur
in oubibus, simulatq; conflata & coostituta fuerit, nisi
quid phibuerit, fertur deorsum. Deinde veluti soluens
obiectionem quæ dicit, Lignum quod est ignis potesta-

Lignũ nõ esse ptẽte sursum mobile.

te, est ante motum, ignis qui sursum fertur: Quãdo ignis
ex ligno factus est, non erat, inquit, lignũ quod habebat
potestatem motus qui sursum fertur. Nam quæ est ligni
in ignem mutatio, generatio est & non motus. quę dicta
est autem definitio, est motus definitio, non autẽ genera
tionis. Est enim, inquit, actus eius quod est mobile, qua-
tenus mobile. Ergo si quæ sursum quidẽ fertur latio, mo
tus est, & non generatio: ligni autẽ quæ fit in ignem mu-
tatio, est generatio, & non motus, etiam si ooo sit absq;
motu generatio: nõ ergo qui sursum teodit ignis motus,
est actus ligni potestatis. Quæ enim moueotur in vna-
quaq; specie motus, mouentur manentia in sua ipsorum
D substantia, & noo intereuntia. Lignum autem non ma-
neos ligoum sursum fertur: sed cùm interierit, & in ignẽ
fit mutatum, non ipsum mouetur. Quomodo enim mo-
ueretur quod interijt, & nõ est amplius: sed ignis qui ex
ipso fit. His autem non contentus, subiungit etiam alia
argumenta, conans probare nõ esse lignum quod habet
potestatem vt sursum feratur, sed ignem: ex eo proba-
re existimans oon esse verum quòd sit ante motum id
quod potest moueri. ex quo ostensa est motus æternitas.
Lignum enim, inquit, est ante motum ignis qui sursum
fertur, quoniam est etiã ante ignem qui ex ipso fit. ignis
autem simulatq; est ignis, etiam sursum mouetur. Pro-
pterea ergo persistit, ostendens q; non est prius id quod
potest moueri, queadmodum lignum. sed idipsum quod
mouetur, vt ignis, qui est vnà cum motu, ipsum quoque
est quod potest moueri. Si enim ligni, inquit, actum quis
esse dixerit eum motum qui tendit sursum: primùm qui
A dem, eorum quæ sunt cõtraria idem erit actus & motus:
lignum enim est graue: igois verò leuis. Si ergo qui sur-
sum fertur motus, est & actus ignis, & eius quod in eum
mutatum est, nempe ligni: erit oootrariorum idem actus
& motus. & non aliqua alia ratione, sed quatenus cõtra-
ria participant. contraria aũt sunt leuitas & grauitas, o eo
hoc solùm, sed etiam eiusdem erit vtrorq; contrariorũ mo
tuum actus & operatio. siquidem ligni est actus, & qui
deorsum, fertur motus, & qui sursum, quò fertur ignis
qui est ex eo genitus. Si ergo, inquit, oõ est lignum sua

Contrariorũ non est idem actus & motus.

natura aptum, quandiu est lignum, vt motu qui sursum
fertur moueatur naturaliter: ne habebit quidem potesta
tem motus qui sursum fertur. neq; est eius operatio & p-
fectio, ignis qui sursum fertur motus. Deinde etiam ad
hoc ipsum tertium adducit eiusmodi argumentum. Si
omnia elementa; & quæ ex eis composita sunt corpora,

Ois motus non est cuilibet fm naturam.

possunt in se inuicem mutari, vel oullo medio interiecto;
vel per alia intermedia: aqua enim per intermedium ae-
B rem mutatur in ignem: eueniet vt omnis motus sit cuili-
bet fm naturam: & vnicuiq; eorum quę sunt leuia & gra
uia. Et quartum. Si augmentum, inquit, est perficiens
actus eius quod potest augeri, quatenus est huiusmodi,
quemadmodum, verbi gratia, carnis: possunt autem pa-
nis & vinum in animali mutata, fieri caro: fuerit augmẽ-
tum & operatio & perficiens actus panis & vini. quod
quidem non potest fieri. augentur enim ea quæ outriun-
tur: nutriuntur autem animantia: nutrimentum aũt non
nutritur. Non est ergo augmentũ carnis actus nutrimen
ti. quo mutato fit caro. Quare nec qui sursum fit ignis
motus, est ligni actus & motus. sed id cui proximè ac cõ-

Mobile qd sit ex sententia Grammatici.

tinenter innatum est vt hoc motu moueat, in sua, inquit,
natura manens & nõ interiens, id dicimus esse illo motu
mobile. quemadmodum dicimus hoiem esse ambulãdi

Motus quid sit ex Grammatici sñia.

ptãte præditum, nõ autem elementa. Porrò autem mo
tum quoq; dicimus esse actũ eius potestatis quæ est pro-
xima ac cõtinens. Si ergo ignis est, inquit, id quod est po
C tentia mobile, & nõ lignum: simul autem fit ignis, & nisi
vis aliqua prohibuerit sursum fertur: similiter autẽ aqua
quoq; quæ est in oubibus: non est verum in non æternis
motibus, motu qui actu fit, tẽpore prius esse id quod est
potestate mobile. In his autem primum est attenden-
dus scopus & institutum eorum quæ dicuntur. quòd est
solùm paratus ad contradicendum, nihil curans verita-
tem. Si enim Aristoteles instituit hoc ostendere, nõ esse
primum motum, sed ante quemcunq; qui sumitur est ali
quis alius: cui est consequens æternum esse motum, cùm
alius ante aliũ semper sumatur in infinitũ: hoc aũt osten-
dit, cùm prius sumpsisset q; est ante motum id quod po-
test moueri: Si ergo verum est nõ esse primum motum:
falsum autem id quod potest moueri esse ante motum:
ipsum quidem dogma seu decretum non conuincitur,
nempe quòd motus sit æternus: ipse autẽ modus demon
strationis, si vtiq; est demonstratio, reprobus videbitur.
Is itaq; cùm instituisset de medio tollere q; id quod pote
D state mouetur sit ante motum, ignis & aquę sumpsit mo
tus. ante quos fatetur esse ipsorũ generationes quæ fiunt
ex alijs. quo fit vt semper sit motus ante motum. Et qđ
hæc dico, cùm ipse apertè à nimia contradicendi & con-
tendendi cupiditate excæcatus, In præsentia, inquit, in-
terim nõ quærimus, an ex ijs quę sunt fiant ea quæ fiunt,
an ex ijs quæ oõ sunt. nec an sit primus aliquis motus an
non, sed quod non sit vtiq; verum pronuntiatum quod
sumptum est ex definitione motus. Atqui si non est pri-
mus motus, & si non sit verum pronuntiatum, nihil de-
trimenti accepit decretũ de æternitate motus. Hęc qui
dem dixi paulò prolixius, cùm vellem aperire viri scopũ
ac institutum. Quòd autem nec pronũtiatum labefa-
ctent quæ ab eo dicuntur, nec ea quæ dicta sunt viden-

Mobile seu id quod moueri põt dici duobus modis.

tur intellexisse, sic didiceris. Duobus modis dicitur id
quod potest moueri. quod quidẽ cùm ipse ignorauerit,
& seipsum cõfudit, & eos qui q; esset eius habitus ignora-

 bant.

bant. Dicimus enim posse moueri, id quod habet perfectam potestatē productricem operationis, cum qua vnà est operatio. ita enim ignis quidē potest sursum moueri: aqua verò deorsum. cùm vna cum hac potestate semper sit operatio, & ab ea producatur. Dicimus aūt posse moueri id etiā quod est potestate mobile, quod nōdum quidem habet perfectam potestatem latricem operationis, sed aptum est natura vt habeat. Sic potentia moueri dicimus id quod natura quidē aptum est vt moueatur, nondum aūt habet perfectam potestatem latricem operationis. Cùm ergo Aristoteles sic dixerit id quod potest moueri eē ante motum, vt quod natura quidem aptum sit, nondum aūt moueatur, vel non illā motus partē moueatur: nam Solem etiā dicimus in Tauro moueri potentia, qñ mouetur per Arietem: & in his id quod potest moueri dixerit esse ante motum: is existimat se posse refellere quod dicitur ab Aristotele, ostendens in igne & in aqua motum esse vnà cum eo quod potest moueri, per perfectam potestatem latricem operationis. Cùm hanc ergo ignorarit differentiā, ea quæ deinceps sequuntur frustra consarcinauit, contēdens probare ignem habere potestatem motus qui tendit sursum, qui quidem ignis iam sursum mouetur: sed nō lignum, cui est innatū vt fiat ignis: non cōsiderans ꝙ aliam quidē habet ignis, nempe perfectam, aliam verò lignū, imperfectam scilicet, & quę dicitur, Per id quod est potentia. per quam ei est innatum vt cùm ignis factum fuerit, ipsum quoq; sursum feratur. In summa enim si lignum quidē est ignis potentia: igni aūt est congeneratus qui est actu sursum motus: quō non ligno quoq;, quēadmodum vt sit ignis, ita etiā inest potentia vt sursum moueatur? At ligni, inquit, quæ fit in ignē mutatio, non est motus, sed generatio. quæ autē dicta est defiotio, non est generationis definitio, sed motus: est enim, inquit, actus eius quod est mobile, quatenus mobile: Quare dixerit, inquit, Aristoteles lignū esse ante generationem, noo aūt ante motum. Est ne ergo hic solus contendens aduersus Aristotelem qui ne ea quidē nouit quæ dicta sunt ab Aristotele? Iam enim definitionē quę dicit, actum eius quod est mobile quatenus mobile, dicit esse motus, sed non generationis: ignorans Aristotelem hanc dedisse definitionē, cùm nondum discreuisset generationem & interitum ab eo qui est propriè motus. hoc enim fecit in quinto libro. Adhuc autē magis ignorauit, ꝙ apertè etiam tanquam generatioois & interitus dedit definitionem motus. & paulò ante quidem, & in his verbis adhuc apertius. Diuiso in vnoquoq; geoere, vno quidem quod est actu, altero verò quod est potentia, eius

Motus definitio data ab Aristo. comprehendit & generationem.

» quod est potestate operationem quatenus est tale, dico
» esse motum. quemadmodum eius quidem quod est alte
» rabile, quatenus est alterabile: alterationem: eius autem
» quod potest augeri, & eius quod est ei oppositum, nem-
» pe eius quod pōt diminui, (nullum enim est oomen com
» mune in augmento & diminutione) augmentum & di-
» minutionem: eius autē quod gigni potest & interire, ge-
» nerationem & interitum: eius autem quod ferri potest,
» lationem.

Quomodo ergo iste ligni in ignem mutationem, generationem dicit esse & non motum, ita vt ante generationem quidē fit id quod gigni potest, non autem ante motum id quod est mobile? Sed ꝙ generatio quidē sit motus, quatenus motus communiter accipitur, & veniat sub cōmunis motus definitionem, clarum est: & ꝙ ligni quod in ignem mutatur motus, sit generatio & mutatio quæ fit in ignem: & ꝙ ante eam proximè & continenter sit lignum, ad quam etiam erat potentia, non aūt ad ignis lationem quæ fit sursum. neq; ea est ligni perficiens actus & motus, sed ea quæ fit in ignem mutatio. Iste autem tanq̄ dicat Aristoteles id quod potest moueri esse ante motum, nō eum ad quem relatum dicebatur posse, sed illius motum in quod est mutatum: quēadmodum lignum quod potest in ignem mutari nō ꝙ sit ante mutationem in ignem, sed ante motum ignis qui fit sursum, ita conatur pluribus argumentis reprehēdere quod dicitur. Et clarum quidem est ꝙ eius qui occurrit præter fores sunt oīa superuacanea. & tñ vt viri quoq; in his † habitum detegam, de his quoq; aliquot verba faciam. Si enim ligni, inquit, quis dicat actum, eam quæ est sursum lationem: erit etiam contrariorum eadem operatio: & eiusdem erit vterq; contrariorum actus & operatio. Adiecit autem paulò ante eius dictionem quæ hęc significat. Quid est autem dic quęso absurdi, si motū quę sursum fertur lignum quidē habeat potentia, vt quod sit natura aptum vt fiat ignis: ignis verò actu? Et rursus ligni actu quidē quæ deorsum tendit latio: potentia autē quæ tendit sursum, qm̄ est ignis potestate. Possunt autē hæc quoq; distingui, per id quod est per se, & id quod est per accidens. An non verū est dicere aquā actu quidem & per se frigefacere, potestate autem & per accidēs calefacere: qm̄ aquæ innatum est vt in ignem aliqñ mutetur? Oportebat aūt audire Aristotelē qui dicit in illis libris de motu.

Præter fores occurrere, prouerbium.

† Tῆ ἕξις

« Quia aūt nonnulla sunt eadē potestate & actu, non si-
« mul aūt, vel non eo eodem, sed quemadmodum calidum
« quidē actu: frigidum verò potentia, & actu quidem sur-
« sum, deorsum verò ferens potentia.

Clarum est autē ꝙ lignū, donec fuerit lignum, non habet quidē potestatem quæ possit afferre lationē quæ sursum fertur: est tñ ignis potestate atq; aptitudine, & sursum fertur lignū. Porrò aūt tertium quoq; quod est ab eadē inscitia productū, pōt eadem facilitate dissolui. Omnis enim motus, et qui sursum tendit, & qui deorsum, cuiuis elemento cōuenit & graui & leui, vel etiā si vis scdm naturā. sed ita scdm naturam, vt aliqñ quidem potētia, aliquādo verò actu: aquæ enim quæ sursum quidē fertur latio, conuenit potestati, cùm possit aer fieri. Iam verò ad quartū quoq; idem dicendum est, ꝙ panis quoq; qui est caro potentia, dicatur potentia augeri. & si enim proxima ac cōtinens est pani aptitudo vt mutetur in carnem: sed mutatus in carnē, vt actu augeatur habet à natura insitum. Quoniam autem hic quoq; vir bonus legē ferens pronuntiat, ꝙ id cui proximè ac cōtinenter hoc quopiam motu innatum est moueri, manenti in sua ipsius natura, & nō intereunti, id dicimus esse potētia illo motu mobile, vtputa hoīem, non elementa: ipse est interrogādus. Primùm quidē quomodo dixerit Aristoteles actu quidē frigidum, calidum verò potētia. an ne vt ꝙ id quod est potestate frigidum, sit suapte natura aptum vt in frigidum mutetur? Deinde an ipse nunquā dixerit panem esse carnem potentia, aut semen potestate animal? Atqui semen nō manens in sua natura homo efficitur. Sed hic quoq; ei tale qd accidit. cū enim ignoraret differētiam perfectę potestatis, & ab eo quod est imperfectum potentia, & ab ijs quæ intercedunt: affectiones quę sunt perfectę potestatis, ei quod est potentia, quod quidē est imperfectum, attribuit. Quod enim operatur absq; mutatione, perfecta operatur potestate quæ producit operationem: Quod est autē imperfectum potētia, dum id quod potest mutatur, fit actu: dum gignitur quidem id quod gigni potest: augetur autem id quod potest augeri: alteratur uerò id quod est alterabile. Est autem etiā aliqua media affectio, in qua id quod est potentia, quodammodo concurrit cum perfecta potestate. quod quidem videtur in ijs quæ per locum mouētur. quoniam quæ mouentur per locum sunt aliorum perfectissima. Ignem itaq; semper dicimus sursum mobilem, cùm perfecta potestas vnà semper sit cum eo quod est imperfectum potentia, & appropinquat naturæ. quoniā absq; eius quod mouet mutatione fit ea quæ est per locū translatio: Id aūt quod gignitur, cùm ipsum mutetur: & habet imperfectius id quod est potentia, & potestatem ipsam per quam mutatur imperfectiorem ea quæ per locum mouet. Cùm sint ergo hę drīę, & in eo quod est potentia, & in potestate, ipse in ijs quę mouentur per locū, censet omnia quæ mouentur potestate, manentia in sua ipsorum natura, & non intereuntia, dici esse potestate mobilia.

Potētia mobile non ita esse intelligēdum, vt voluit Grāmaticus.

Id quod est potentia, cōcurrit cū perfecta ptāte in ijs q̄ mouētur per locū.

mobilia. Oportebat autem etiam cõsiderare id quod est potentia in generatione, quod per substantiæ mutationem mutatur in id quod actu est. quemadmodum in augmento, per quantitatis, & in alteratione, per qualitatis. Melius aũt erat in ligno quidem quod mutatũ in ignem, videre motum qui fit per generationem, & quemadmodum & natura & tempore est ante talem motũ id, quod eo poterat moueri lignum: In igne autem, eũ qui est per locum, & quomodo is quoq; est ante eã quæ sursum fert operationem. oportet enim ignem esse genitũ, & sic sursum moueri, etiamsi simul ac genitus fuerit, moueatur. Siquis autem dixerit lignum, quemadmodum mutatione in ignem, ita etiam ea quæ sursum tendit latione esse prius, is non aberrauerit. Quare in aliis quidẽ tribus motibus, generatione, inquam, alteratione, & augmento, ipse quoq; fatebitur, vt existimo, esse ante motũ id quod potest moueri. quemadmodum semẽ, & id quod crescit in quantitate, & id quod mutatũ in qualitate. Quinetiam in ea quæ est per locum mutatione, in qua is se maximẽ existimat posse refellere quod dicitur, siquidẽ ipse quoque fatetur in eo quod mouetur inesse id quod est potentia, vbiq; autẽ prius est id quod est potestate eo quod est actu & operatione: etiamsi potestas vnà sit cum operatiõe: videlicet id quod potest, prius est eo quod actu est. Etenim ignis quoq;, etsi cùm primũ factus fuerit sursum mouetur, attamen in transitione, id quod est potẽtia, verbi gratia, lactum esse in aere, prius est eo quod actu est: et in incensione, eo quod actu est, prius est id quod est potestate. Et est oratio Aristotelis per omnia inconfutabilis, quæ dicit necesse esse vt res sint priores quæ possint moueri in vnoquoq; motu. Quare is temere glorians in fine orationis, Si falsum, inquit, ostẽsum est esse ante motum ea quæ possunt moueri: ergo id quoq; quod vnà cum eo confirmatur, vt dixit ille grammaticus, principio carere motum, simul conuincitur. Aequius enim puto esse dicere, ꝙ si hoc verum esse per omnia demõstratum est, id quoq; quod ex eo ostenditur verum fuerit, nihil conturbatum à strepitu graculorum. Iste autem cum Aristotelis demonstrationis principia respuisset, vult ipse nobis inducere suam propriam methodum & certam probandi viam ac rationem, dicens, Ita demum probari posset motum carere principio, si verum esset illud tritũ & vulgo iactatum Physicorum, vt ipsi dicunt pronuntiatum, Nihil fieri ex eo quod nullo modo est, sed quidquid est, ortum habere ex eo quod est prius. & reprehẽdit Aristotelem ꝙ non hoc sumpserit pronuntiatum, ad ratiocinandum, ꝙ motus careat principio: ignorans vir iste q̃ longè abesset ab Aristotelis ingenij acumine. & ignorans esse proprium scientiæ Aristotelis, propinqua ac continentia semper sumere demonstrationum principia, non autem cõmunia. In pricipio enim naturalis auscultatiõis, quærens principia generationis, meminit alicuius dubitationis quæ conabatur generationem tollere de medio, propterea ꝙ oporteret quidq̃d gignitũ, vel gigni ex eo quod est, vel ex eo quod non est. vtrunq; autem fieri non posse, neq; enim gigni fieriue id quod est. iam enim esse. & ex eo quod nõ est nihil posse gigni seu fieri. oportere.n. esse aliquod subiectum. Soluit autem dubitationem, dicẽs ex eo quidem quod non est absolutè, nihil fieri, ex eo autem quod non est per accidens fieri. quoniã fiat ex priuatione, quæ non est per se sed in eo quod est priuatum, & illa ratione & esse generatio, & esse æterna, & quę deficere nequeat ostenduntur ea quæ gignũtur. siquidem ante quodlibet quod gignitur prius est aliq̃d aliud quod ipsum quoq; gigni ac fieri potest: & post id quod interit relinqtur aliquid quod ipsum quoq; potest interire. Hic autem, cùm non ea quæ mouentur, sed æternum esse motum ostendere instituisset, ex ipsa definitione motus est argumentatus, & ea definitione quæ esse ante ipsum motum ostendat id quod potest moueri. quemadmodũ substantia vbiq; prior est operatione. Erit ne ergo aliqua non

Id quod potest, pri^o est eo q^d actu est, etsi sint ambo simul.

Aristoteles principia demonstrationũ, semp sumit propinqua & continentia.

A emotæ mentis, qui certa via ac methodo relicta Aristotelis, volet temeraria istius visa sequi? Sed quoniam existimans facilè posse ostendi falsam esse orationem, quę dicit, nihil gigni, fieriue ex eo quod nullo modo est, cõtendit ita demum æternum esse motum, si verum esse ostensum fuerit, nihil fieri ex eo quod nullo modo est: age has eius quoq; nugas cõsideremus, quas dixit scriptas esse in nono & decimo libro eorum quos scripsit aduersus Proclum, nos terrere volens numero librorum qui ab eo scripti sunt aduersus viros præclaros. & nunc quoq; nõ paucis exponit, Primùm quidem dicens, Etiamsi natura facit ex iis quæ sunt ea quæ ipsa fabricatur, propterea ꝙ & suam substantiam & operationem habeat in subiecto, & absq; illo nec esse possit nec operari: non necesse est vt et Deus, qui ab omnibus quæ sunt, separatã habet substantiam & operationem, ex iis quæ sunt fabricetur. sic.n. nihilo fuerit natura præstantior. Atqui non solùm eorum quę ipse fabricatur facit Deus formas, sed etiã ipsam pro B ducere & fabricari materiam creditur. Id enim quod est primum solum est ingenitum, & cuius nulla est causa. Si ergo & Deus efficit vt cõsistat materia, ad hoc autem vt sit non eget alia materia: ipsa enim est primũ subiectum omnium rerum naturalium: nõ ergo quidquid fit, fit ex eo quod est. Siue enim semper fit à Deo materia, siue aliquando: non opus habebit alia materia, cùm ipsa sit primum subiectum corporum. nõ ergo si quæ à natura fiũt, fiunt ex iis quæ sunt: necesse est etiam ea quæ à Deo fiũt citra medium, fieri ex iis quæ sunt. siquidem natura quidem, eget & aliquo tempore & generatione, vt fabricetur vnumquodq; ex naturalibus. Deus autem citra tempus & sine generatione, hoc est, singulariũ effictione & formatione, ea facit consistere quæ ab ipso fiunt sine medio. Sufficit enim ipsum solum velle ad rerum cõstituendam substantiam. Deinde etiam nobis reuocat in memoriam aliam demonstrationem, quæ dicta est in vndecimo eorum quos scripsit aduersus Proclum. per quam C ostendit, vt putat, ꝙ ea etiam quæ fiunt à natura & ab arte, consistunt ex eo quod non est, & in id quod non est intereunt. Cùm enim, inquit, quæ sic fiunt sint composita ex materia & forma: & prima quidem materia à natura nec fiat nec intereat: sed neq; id quod est per se totũ compositum ex materia & forma: sic enim eueniret vt etiam materia fieret & interiret: restat vt solius formæ sit generatio & interitus. Si ergo & colores & figuræ, & animæ rationis expertes ac naturales facultates, & vt semel dicam, formæ materiales, essentiam habent in parte tẽporis. (dico autẽ formas indiuiduas quæ sunt in vnaquaq; re naturali. earum enim est generatio & interitus.) Si ergo hæc in interitu corporum ad id quod nullo modo est, transeunt: videlicet prius quoq; cùm nullo modo essent, ex iis quæ non sunt ceperunt essentiã. Deinde post hæc subiunxit. Hæc autem fortasse nihil nobis cõferet ad argumẽtum propositum. Etsi enim formæ materiales, ex iis quæ non sunt, in hoc vt sint producantur, nulla tamen D generatio naturalis consistit sine motu. est enim omnino cum motu generatio. Quare cùm semper sit generatio, semper quoq; est motus. Sed vnde hoc ꝙ sit semper generatio? Qui enim dicit semper esse generationem, nihil aliud dicit, q̃ semper esse motũ. Quare petit id quod est à principio, & pro confesso sumit id quod quærit. Deinceps autem absurdè, vt puto, his confũgit. Neq; enim ex aliquo prius subiecto fiunt ea quæ fabricatur Deus citra medium, neq; per generationem vel temporalem extensionem. Ipsam enim materiam & tempus fecit Deus consistere simul cũ vniuerso. Quare motus non fuit ante mundum. Hinc ergo clarum est ꝙ si nulla ratio ostenderit mundum non habere principium nec finem, non potest demõstrari motum esse æternum. Cùm ergo omnes refellantur rationes ex quibus mundũ probant esse ęternum, id etiam quod sequitur simul necessariò conuincitur. Sed si tot & talia iisdẽ verbis adscribere in animum

induxi,

Nihil gigni fieriue ex eo quod nullo modo est, falsum esse probat Ioannes Grãmatic^o.

Deus nõ solum fabricatũ formas, sed etiam materiam.

Quę à natura & arte fiunt, cõsistũt ex eo quod non est, vt vult Grãmaticus.

Formæ solũ est gñatio.

induxi, ne quis eorum qui sunt paulò ingeniosiores, me condemnet otij à musis alieni. nam ipse quoq; scio ijs qui sunt paulo prouectiores facile perspectum iri quàm sint hæ rationes absurdæ & alienæ. Sed quoniã is se indoctis & rudibus accõmodans auditoribus, & prolixè scribit, & concludit tanquam demonstrata quæ ei nunquam venerunt in mẽtem, puto esse partes humanitatis, eis, quoad eius fieri potest, viri habitum ostẽdere. Atq; hoc quidem primũ obseruemus, vnde prolixa illa cœpit oratio. Qui enim dixerat in principio ita demũ ostensum iri motum esse sine principio, si sit verum vulgo iactatum Physicorum, vt ipsi dicũt, pronuntiatũ, nihil fieri ex eo quod nullo modo est: & qui asseruerat φ si hoc ita se habeat, fieri non potest quin semper sit motus: & paulopost gloriosè iactauerat, φ satis fuisset Aristoteli hoc solum accipere pronuntiatum, ad ratiocinandum φ motus non habet principiũ: audi qualia horum oblitus in ijs quæ deinceps sequuntur hic sapiens subiunxerit. Cùm enim, vt putat, ostendisset ex ijs quæ non sunt esse generationem, quod quidem erat ei propositũ vt per quod tolleretur esse ex ijs quæ sunt, cui soli consequens esse dicebat motum esse æternum, subiungit. Hoc autem fortasse nihil nobis confert ad propositam quæstionem, & ea quę deinceps consequuntur, ne eundem puluerem rursus moueam. Si ergo ò optime, nihil nobis confert ad argumẽtum: quomodo dicebas ita demum ostẽsum iri motum carere principio, si esset verum id quod nunc dicitur, nihil id esse collaturum ad argumentum propositum? Quomodo autẽ dicebas, Sufficisset Aristoteli hoc solum sumere pronuntiatum, quod nihil esse collaturum apparuit. Sed videamus quomodo euertit vulgo iactatum Physicorũ pronuntiatum, ostendens ipse, ea quæ gignuntur ac fiunt, fieri ex eo quod nullo modo est: & in id qđ nullo modo est interire. Et hoc quidem primum, si videtur, attẽdamus, an vir iste omnino intellexerit, quomodo dictũ sit illud, Ex eo quod est vel ex eo quod nõ est fieri id quod fit. Videtur enim sic audire, quasi eadẽ forma prius esse debeat vt id quod fit ex ea fiat. vtputa materia ex materia, & indiuiduę species ex similibus. Dicit itaq;. Si ergo et Deus facit vt consistat materia: nõ eget autem materia alia materia ad hoc vt sit: non ergo quidqd fit, fit ex eo quod est. Porrò autem de formis etiam indiuiduis, quarum dicit esse ortum & interitum. Si ergo hæ omnes in corporum interitu transeunt ad id quod nullo modo est: scilicet eæ etiã quæ prius nullo modo erant, ex ijs quę non sunt sumpserunt essentiam. Si enim propterea ex eo quod nõ est, φ eæ prius nõ essent: scilicet eæ prius fuissent ex eo quod est, neq; audijt Aristotelem in primo naturalis auscultationis exponentem Physicorum dubitationem, & dicentem, neque enim fieri id quod est: iam enim esse: & ex eo quod non est nihil fieri. oportere enim esse aliquod subiectum. nõ enim idem sibiipsi subiectum esse existimarũt. At hoc fortè ignorat, ex eo quod est, vel ex eo quod non est, quomodo dicatur à Physicis: nouit autem quænã sit generatio. an eam adhuc magis videtur ignorare. Nam & Aristoteles & alij Physici dicũt gigni seu fieri, non id quod ex causa quomodocunq; consistit: sed quod in parte temporis sortitum est, ad hoc vt sit, aditum. Quocirca nec ex eo quod est dicebãt posse fieri id quod est: prius enim esse id quod est: neq; ex eo quod nõ est. opus enim habere aliquo subiecto. quæ quidem ambo conueniunt in ijs quæ aliquando fiunt. Quod enim est ęternũ, & semper est, quomodo fuerit ex eo quod est vel ex eo quod nõ est? Aristoteles autem cùm Deum & cœli & æterni motus causam esse dicat, probat tamen in eum nõ cadere ortum nec interitum. Quinetiam soluens Physicorum dubitationem, dicit id quod fit, fieri ex sua ipsius priuatione. quomodo autem fuerit æterni priuatio? Et quid dico alios, cùm hic ipse quoq; generationem & interitũ dicat esse indiuiduorum, & quæ essentiam habent in parte temporis. Qui autem hæc dicit, is & materiam quæ est

Ex eo quod non est fieri, quo sit intelligendum.

Gigni seu fieri quo dicatur aliquid.

E æterna dicit esse genitam, & ex ea conatur ostendere, id quod fit, non fieri ex eo quod est, sed ex eo quod non est, & nõ solam materiam, sed etiam alia omnia præter id qđ est primum, ait esse genita. & apertè pronũtiat id solum quod est primum, esse ingenitum, & quod nullam habet causam à qua ꝓcedat. Vide ergo φ qui prius dicebat genita esse indiuidua, quæ essentiam habẽt in parte temporis, in his, ea dicit genita quæ procedũt à causa. siquidem materiã quoq; dicens æternam, dicit eã fieri ex eo quod non est. & siquidem id quod primum est solum dicit nullam habere causam à qua procedat & esse ingenitũ, cum ingenito coniungẽs id quod nullam habet causam à qua procedat, & ne eos quidem qui sunt eiusdẽ sentẽtiæ reueritus, gigni ac fieri scilicet dicit id quod est post primũ. Id enim quod fit ipse quoque dicit fabricari, sed non id quod generatur. Et non de alijs & alijs verba faciẽs, hos euripos versat, sed in vna eorũ quæ dicuntur serie. Qualis est ergo is existimandus, si ne ea quidem sciens de quibus verba faciat, summis Philosophis contendit contradicere, existimans gigantẽam hanc audaciam illi impune futuram? Sed videamus deinceps quomodo probet, nõ ex eo quod est, sed ex eo qđ non est, fieri ea quę fiunt. Et hic rursus vide quomodo eius verba sẽ inuicẽ discrepant. In principio enim demonstrationis, concedit naturam ea quæ fiunt facere ex ijs quæ sunt: & affert causam φ & substantiam suam & operationem habeat in subiecto: & in hoc dicit Deum differre à natura, φ ipsa qdem ex ijs quæ sunt, Deus autem ex ijs quæ non sunt facit ea quæ fiunt. Progressus autem reuocat nobis in memoriam demõstrationem de qua valde sibi placet & gloriatur, quæ ostendit φ & natura & ars faciũt ex ijs quę non sunt, sicut etiam dicebat Deum facere. etsi prius dixisset in hoc Deum differre à natura, quod illa quidem ex ijs quæ sunt faciat, hic verò ex ijs quæ non sunt. & ægrè ferens, dicebat, Si Deus quoque facit ex his quæ sunt, Deus nihilo erit natura præstantior. Quoniam autem G materiam confitens æternam, eam à Deo dicit fieri ex eo quod non est, & formas quæ ab ipso citra mediũ producuntur, quæ ipsæ quoq; scilicet sunt æternæ, siquidem quæ fiunt & intereunt, fiunt etiam ex eius sententia à natura: clarũ est, inquit, φ quæ sunt æterna, fiunt ex ijs quæ non sunt. quæ quidem omnino ingenita demonstrat Aristoteles. Videtur autem pręter fores occurrere. Nã cùm dicat Aristoteles & genita ea esse quæ substantiã habent in parte temporis, & ea ex eo quod est probet habere generationem, iste dicit æterna fieri ex ijs quæ nõ sunt, quæ quidem Aristoteles ne censet quidem fieri, sed dici alio modo à Deo produci. Nam quæ gignuntur ac fiunt, omnino etiam interire existimat. Etsi ergo verũ sit, φ Deus, ex ijs quæ non sunt, æterna ad hoc vt sint quocunq; modo producit, hoc nihil aduersatur ei quod dicit Aristoteles. In summa enim, si Deus, vt ait, sine tempore & sine generatione, ea facit consistere quæ ab ipso fiũt citra medium: ea nõ sunt scilicet quæ per generationem vt essent H assecuta sunt: Sed colores, inquit, & figuræ, &, vt semel dicam materiales formæ & indiuiduæ, quarum est generatio & interitus, ad id quod nullo modo est, transeunt. Clarum est ergo, φ etiam quæ prius nullo modo erãt, ex ijs quæ non sunt ceperunt essentiam. Atqui quis color vel quæ figura quæ interijt, non sic interijt, vt mutaretur in alium colorem vel figuram? Si enim corpus remanet in mutationibus, vt ipse confitetur, id existimans esse primam materiã: est autem quoduis corpus naturale cum colore: mutabitur scilicet album corpus, habẽs alium colorem. Et in figura similiter. fieri enim non potest vt corpus finitum nõ habeat figuram cum colore. Sed vir iste, vt iam prius dixi, mihi videł omnino ignorare, quomodo dicatur, ex eo quod est, fieri ea quę fiunt, & interire in id quod est. videtur enim existimare dici φ ex eo quod est idem forma, & in id quod est idẽ. talem enim sensum ostendit cùm dicit, Materia n[illegible] egebit alia materia. &

Ingenitũ quid sit propriè, ex sñia Grammatici.

Materia æterna, sed genita, vt vult Grammaticus.

Pręter fores occurrere.

Quæ

A Quæ nullo modo erant prius formæ, ex ijs quæ non sunt sumpserunt essentiam. etsi millies probarit Aristoteles generationem fieri ex contrarijs, & interitum in contraria. Mirum est autem quomodo qui fatetur ea quæ citra medium à Deo producuntur, cuiusmodi mundum quoque esse existimat, neque consistere per generationem, neque per temporis extensionem, tot verba consumit, & tam impium sibi scopum proposuit, conãs ostendere ea quæ citra medium à primo Deo producuntur, temporis habere principium & finem. Quoniam autem, inquit, non fuit motus ante mundum: nisi quis mundum ostenderit æternum, non potest demonstrari æternũ esse motum. Cũ ergo confutasset, quoad eius ab eo fieri potuit, rationes quæ probant mundum esse æternum, æternum quoque esse motum simul confutauit. Sed quod nec ea quidem quæ de mundi æternitate ab Aristotele ostensa sunt iste videatur assecutus, nec labefecisse infirmasse've aliquid eorum quæ sunt demonstrata, in ijs quæ in primum de cœlo scripta sunt, satis, vt puto, ostendi. & nũc etiam,

Quæ citra mediũ à Deo producũtur, habere principium & finẽ tẽporis, est absurdũ.

B quod cùm in principio orationis, ita demum dixisset ostendi posse motum, si quis ostenderit ea quæ fiũt, fieri ex ijs quæ sunt: in fine autem, nisi quis, inquit, ostenderit mundum esse æternum, motum esse æternũ demonstrari non potest. ostendens hunc quidem modum demonstrationis meritò cõuenire eius crasso & hebeti ingenio. vbi.n. ostensum fuerit mundum esse æternũ, quis deinceps adhuc quæsierit, si modo sit sanæ mentis, an sit æternus æterni mundi motus? Si enim cœlum non moueatur assiduè: neque ipsum naturam habeat semper mobilem: neque quæ sunt sub luna perseuerauerint assiduè mutari. Erat autem præclari ingenij Aristotelis, & mundum probare æternum, & ipsum in seipso motum habere æternitatẽ ex sua ipsius natura, sicut etiam ostendet tempus. Cùm sic autem moliretur prolixa vti oratione vt ea ratione imperitos percelleret, apertius adhuc indicat quàm parum sit intelligens. Nam cùm rursus retrocessisset, dicit & à se fuisse

C demonstratum quædam ex ijs quæ sunt genita non esse priora tempore suo motu qui est secundum naturam: quod quidem minimè demõstrauit, vt didicimus: & idem rursus conatur demonstrare, & refellere id quod dicitur ab Aristotele, Necesse est in ijs quæ referuntur ad aliqd, vel ambo, vel alterum moueri: vt eam quæ est inter se habitudinem suscipiant ac relationem. Cùm enim, vt iste dicit, pro confesso sumpsisset Aristoteles, quod oporteat ea prior esse quæ referuntur ad aliquid: deinde suscipere eam quæ est inter se habitudinem ac relationem: tanquam non contingat & esse aliqua & referri ad aliquid, ita collegit oportere omnino vel ambo mota, vel alterum, eam suscipe quæ est inter se habitudinem ac relationẽ. Et rursus adducta dictione Aristotelis & Alexandri expositione, conatur eadem ostendere, nempe quod ignis qui factus est inferius, & aqua quæ superius est coorta, statim cùm primum facta fuerint suum habent motum, nec est eo prior tempore subiecti natura mouẽdi potestate prædita. Si ergo mo-

Relatiua simul esse cũ eorum relatione & habitudine.

D uendi quidem facultas, est inquit, quæ est in ipso naturalis potestas: mobile autem est corpus quod est ei subiectum: refertur autem ad aliquid & id quod est mobile & id quod est mouendi potestate præditum: & necesse est, vt ait Aristoteles, ea priora esse mutua illa quæ est inter se habitudine: non statim ignis simul ac est ignis, sursum mouebitur, siquidem factus fuerit inferius. quod quidem videbitur esse præter ea quæ sunt euidẽtia. Porrò autem in partibus quoque, inquit, animantium, simul ac formatæ fuerint, dexteri & sinistri suscipit relationẽ. & non prius factæ sunt partes, quin sic etiam susceperint relationem. Sed quorsum eius ego nugas enumerem, qui ne intellexit quidem, vt existimo, ea quæ scripta sunt ab Aristotele, & ideo ei occurrit præter fores. Cũ enim dixisset Aristoteles motu esse priores res quæ possunt moueri in vnoquoque motu, deinceps ex diuisione rogat orationem, dicens, Ergo necesse est ipsa quoque vel facta esse aliquando

A cùm non essent, vel esse æterna. Si itaque facta quidem fuerunt: necesse est ante sumptam, aliam factam esse mutationem ad motum: Si autem semper prius fuerunt cùm non esset motus: clarum est ea non sic se habuisse vt quæ possent vnum quidem moueri, alterũ verò mouere, sed mutatum esse alterum ipsorũ. Necesse est enim hoc eueniat in ijs quæ referuntur ad aliquid. Quemadmodum si cùm non esset duplum nunc est duplum, mutatur, si non vtrunque, saltem alterum. Vides quod cùm ex consequentia diuisiõis, ea quæ possunt mouere & moueri, vel aliquando fieri, vel semper esse posuisset, cùm dixisset id quod est consequens ei quod est factum esse, ponit reliqua omnia in positione quæ dicit semper esse. Quare eorum etiam quæ referuntur ad aliquid etiamsi re vera substantia est semper ante habitudinem ac relationem, non tamen hoc nunc dicit Aristoteles. sed quod si posita quidẽ fuerint semper esse ea quæ possunt mouere & moueri, quiescant autem: clarum est ea non sic se habuisse vt quæ esse possent,

Relatiuorũ substãtia est semper ante habitudinẽ ac relationẽ.

B nempe vt vnum quidem moueret, alterũ verò actu moueretur. non enim quiescerent, sed moueretur quidem vnum, quiesceret verò alterum. Si ergo vnum quidem est moturum, mouendum verò alterum, oportet vt mutentur, vel ambo vel alterum, additione accepta vel ablatione: vt sit vnum quidem duplum, alterum verò dimidium, vel propius accedentia, si prius erant longius remota. Quid ergo opus erat vt tot verba consumeres, probando quod quæ referuntur ad aliquid non sunt ante relationem, & Aristotelẽ calumniando scriberes? Non est ergo verum oportere omnino ea quæ referuntur ad aliquid, nisi fuerint ex ijs quæ semp sunt, esse tempore priora sua ipsorum relatione, cùm aptè dixerit Aristoteles, Si autem semper prius fuerunt cùm non esset motus. & in hac parte diuisionis sumpserit testimonium ex ijs quæ referuntur ad aliquid. Sed quoniã nunc quoque exultat, perinde ac si demonstrarit non esse verum quod dictum est ab Aristotele, esse ante motum ea quæ possunt moueri,

C & præter priora se existimat alia afferre argumenta: nec inexaminatum hoc quoque relinquamus. Si est enim, inquit, mouendi quidem potestate prædita, quæ in igne est facultas naturalis, mobile autẽ id quod est ei subiectum corpus: postquam aũt ignis factus fuerit, vnum quidem mouet, alterum verò mouetur: neque id quod potest mouere & moueri est motu prius tempore: neque ea quæ referuntur ad aliquid, ea quæ est inter se habitudine ac relatione. siquidem id quod mouet & id quod mouetur referuntur ad aliquid. Ad hæc autem prius quoque iam dictum est, quod si id quod mouetur quidẽ est substantia, motus autem operatio, & tempore semper prior est substãtia operatione in quam cadit ortus & interitus: videlicet rectè dixit Aristoteles. Fiat enim ignis inferius, & moueatur sursum. Si enim non accepisset inferius formã ignis, ne potuisset quidẽ sursum moueri. Si autẽ cùm sit ignis, nõ est statim vel in medio: vel in superiore loco: est ignis

Substãtia est semp prior operatione.

D scilicet substantia prior tempore motu qui fit per locum & eo motu qui est semper futurus. Etsi cum vtpote cõtinuum diuiseris in infinitum, semp tempore prius est motu id quod potest moueri, cùm tẽpus scilicet vnà quoque diuidatur. Quare etiam si corpus naturale simul moueat & moueatur eius quod mouet & mouetur substantia prior est operatione. Sed hoc quidẽ iam quoque dictũ est. Sciat autem hoc quoque is qui contradicit, quod naturalis facultas quæ est in eo quod mouetur, non consideratur propriè quatenus mouet, sed quatenus mouetur. siquidẽ est potẽtia, & imperfectus. & sic dicitur principium motus in quo est, vt quod sit principium quatenus mouetur. Quod.n. propriè mouet, est & perfectum, & vult esse separatum ab eo quod mouetur, vt id quod actu est, ab eo quod est potestate. Quamobrẽ necesse est etiam vt id quod mouet sit prius eo quod mouetur. siquidẽ id quod mouet, ducit id quod mouetur ab eo quod est potestate in id quod actu est. Neque verò dico hæc ex meipso. sed Aristoteles in tertio

Naturalis facultas quæ est in eo quod mouetur, consideratur quatenus mouetur.

Quod mouet est perfectũ, & separatum ab eo quod est potestate.

naturalis

Homo qui actu est, ex eo quod est potestate facit hominem.

naturalis auscultationis, non eam quæ est in homine qui fit naturam dicit hominē facere propriè: illa enim fit potius q̃ facit: sed hominem qui actu est ex eo quod est potestate homo facere hominem. Quinetiam in hoc libro dicet apertè de corporibus naturalibus, nihil eorum mouere seipsum, sed habere principium motus, non mouendi, neq; faciendi, sed patiēdi. Itidem autem cùm etiam in ijs quæ mouentur per locum, quæsijsset quid sit quod propriè mouet, non causatus est eam quæ est in eo quod mouetur naturā: quoniam ea magis mouetur quā moueat: sed id quod est formæ illius efficiens. Quod enim hunc ignem facit, efficientem dixit motus causam qui sursum fertur. Quare etiam per has, vt puto, rationes, quæ ex natura & subiecto corpore ab isto prolata est obiectio, nequaquam perturbabit id quod dictum est ab Aristotele, ꝙ quæcunq; possunt mouere & moueri sunt tēpore priora motu. Etenim in generatione quidem & augmento & alteratione, apertè prius est id quod facit eo quod fit. quemadmodum, semen & menstruum, & lapides & ligna, generationis & hominis & domus. et panis & caro, augmento. & corpus & Sol, nigrefactione. Ostēsum est autem, vt puto, hoc quoq; ita se habere in mutatione per locum. In ijs autem quæ referuntur ad aliquid, ꝙ temere contenderit aduersus Aristotelem, vt qui diceret in omnibus quæ referūtur ad aliquid prius esse ea quæ referuntur ad aliquid eorum relatiōe, & ꝙ id quod mouet & id quod mouetur, & quę sunt huiusmodi, referuntur ad aliquid, ostensum est. Ergo etiam quæ ex partibus animaliū motæ sunt dubitationes, eæ motæ sunt temere. Nam etsi simul sit in eis relatio, nihil impedimenti allatum est ei quod dixit Aristoteles. Ipse enim dixerit essentias substantiales esse priores relatiōibus seu habitudinibus operandi. In fine autem, aduersus seipsum afferēs obiectionem, ꝙ etsi in ijs quæ referunť ad aliquid nō sint res priores relatione, ad hoc tamen vt sint per motum peruenerint. moto enim semine factæ sunt partes: & aliquo rursus alio prius moto, semē. Similiter etiam in igne & alijs. quamobrem sumi nō potest primus motus. Cùm, sic ergo obiecisset, id rursus soluit, dicens, ꝙ etsi natura ex ijs quæ sunt fabricatur, non iam quoq; Deum fabricari necesse est. Si enim non semper fuit motus: clarum est ꝙ ex ijs quæ non sunt eum sit fabricatus. & ꝙ si facit similiter atq; natura, à natura nihil differet. & ꝙ etiam corporum materiā produxit ex ijs quæ nō sunt. non enim ex subiecto. Et sunt hæc quidē quoq; dicta prius ab ipso fusius, & soluta sunt, vt puto. sed tamen propter eos qui aliàs in alia loca incidūt, necesse est aliquid breuiter dicere: & ꝙ nobis quidem de motu quærentibus, Sit ne æternus an non, dicere, Si enim non semper fuit mundus: clarum est Deum eum fabricatum esse ex ijs quæ non sunt: est hominum, vt opinor, valde imperitorum: & ꝙ quæ nullo interiecto medio à Deo producuntur, quæ sunt omnino æterna, ea ne gigni quidem seu fieri dicit Aristoteles. illa enim sola gignuntur ac fiunt quę sunt in parte temporis, quæcunq; excipit interitus. idq; est manifestum. Etsi ergo Deus produxit materiam, non ex subiecto eam produxit, sed æternam. quemadmodum formam quoq; cōmunem. Si ergo in generatione naturali semper aliquid posterius fit ex eo quod est prius: hoc enim iste fateť: necesse est procedere in infinitum ponēdo aliud ante aliud. Si enim posuerimus aliquid primum, quod à Deo nullo medio interiecto factum est, & non à natura: primū quidem illud sit æternum necesse est, & non gigni seu fieri. Deinde quomodo fuerit eiusdem naturæ, quod nullo interiecto medio fit à Deo cum ijs quæ fiunt à natura? fortasse autem etiam deterius, siquidem natura ex illo subiecto suum facit effectum. Quemadmodum autē, inquit, hæc fortè materia ex igne prius subiecto ignis facta est, & ille ex alio, contingit autem aliquando cōsistere ascendentibus ad aliquem ignē qui non factus est ex alio igne eius accensa materia, sed vel ex collisione, vel ex aliqua

Ignis formæ eā efficiens mouet ignē.

In gñatiōe, augmēto, & diminutione prius est id qđ facit eo quod fit.

Essentię substātiales sunt priores relationibus.

Ingenita dicit Aristoteles quæ nullo interiecto medio a deo producūtur. Gigni q̃ dicantur.

Materiam Deus æternam produxit ex non subiecto.

Quod a Deo nullo interiecto medio, est æternum.

Ad primum rerum principium tādem est deueniendum.

E alia causa, non autem ex igne: ita ex rerum inter se inuicem generatione, satis, inquit, fieri potest vt videatur q̃d simile. At nunc quidem, inquit, cùm eadem fiant à natura, aliud ex alio habet generationem. contingit tamen vt ipsa habeant principium essentiæ. & sit aliquid primum in vnaquaq; specie, quod non ex alio, quod est prius, simile vel dissimile, ortū cepit. & maximè in ipsis primis elementis. sed vnà constiterunt cum prima mūdi à Deo constitutione. Quæ enim constant ex elementis, etsi tūc primò, ex ipsis tamen scilicet & sic facta sunt. Quemadmodum ergo prius quoq; dicebamus, Si non ostendatur mundum habere essentiam quæ principio careat in tempore: nec poterit quidem ostendi motum carere principio. Hæc ergo scripsit his verbis. Videamus aūt vnunquodq; eorum quæ dicta sunt. Primus enim ignis quem dicit, etsi non ex igne ortum habuerit, sed ex collisione, necesse ēst vt etiam illo sit prius id ex quo factus est, nempe et collisus. Et rursus est primi ignis ex ijs quæ sunt, F generatio. Quare siquis simile seruauerit etiam in alijs, necesse est vt etiam ante quoduis etiam quod primū dicitur, prius esse aliquid, nempe id ex quo factum est. Dicere autem ꝙ nunc quidem elementa quę fiunt à natura, fiūt à seinuicem, in principio autem à Deo facta sunt, est mirandum in modum infelicis animæ in quærenda veritate. vndenam enim habent hoc præterquam à Deo, vt fiant ex seinuicem? Quomodo autē quis sanæ mentis tantam in Deo cogitarit mutationem, vt cùm prius non faceret, in minimo aliquo tempore, elementorum tantùm fuerit effector, & rursus cessauerit à faciendo, naturæ tradita & elementorum quæ fit à seinuicem generatione, & aliorum ex elementis? Clarum est autem quod ex egregij huius viri doctrina, nō mundi, neq; eorum quæ in eo sunt, sed elementorū solùm Deus est & causa & author, eorūq; huiusmodi vt in ea cadat interitus, siquidē vnum mutatur in alterū. Atqui, sicut dixi, quæ à Deo fiunt nullo interiecto medio, vt quæ fiant ab ipso qui est immutabilis, G & semper similiter & eodem modo se habet, ipsa quoq; sunt æterna. Quamobrem & cœlestia quæ proximè & continenter ab ipso ꝑducta sunt, habuerunt etiam æternam numero substantiam. & eorum quæ sunt sub luna cōmunitates per formam habuerunt æternitatē, quoniam ipsa quoq; ab ipso proximè & continenter producta est. Id autem quod fit & interit, ipsis ab eis quæ sunt in cœlo, quæ sunt quidem æternæ, sed mouentur, causis, adrexitur. Et hoc est quod apud Platonem dixit opifex Dijs minoribus, Quod autem restat, vos īmortali mortale adtexentes, animantia efficire & gignite. & dantes alimentum augere, & intereuntia rursus suscipire. Sed quæ iste quidem aduersus primum Aristotelis argumentum de ea quæ est in motu æternitate ausus est contradicere, mediocriter, vt puto, examinata fuere. Cùm autem ad secundum venero argumētum, & ipsum conabor declarare, & tunc exponam eas quæ aduersus ipsum fiunt obiectiones, & ostendam quomodo ea dicunt quæ sunt H infirma & imbecilla.

Elemēta nō esse in principio a Deo facta vult Simplicius.

Mutationem esse in Deo, si mūdus ab eo in principio sit creatus.

Æterna sūt quæ a Deo fiūt nullo interiecto medio.

Quæ fiunt et intereūt, fiūt & intereunt a causis quæ sunt in cœlo.

Platonis locus in Timæo exponitur.

Ad hæc autem prius & posterius quomodo erit si non sit tempus: vel tempus, si non sit motus? Si est autem tempus numerus motus, vel motus aliquis, siquidem est semper tēpus: necesse est etiam vt motus sit æternus. Cæterum de tēpore quidem videntur oēs præter vnum consentire. Et ideo ostendit Democritus fieri non posse vt omnia sint facta seu genita. Tempus enim esse ingenitum. X

Hanc quoq; valde euidentē affert demonstrationem, ꝙ motus neq; fiat nec intereat, sed sit æternus, à tempore eam probans per hoc cōnexum. Si æternum est tempus: æternus est etiam motus. atqui antecedens. ergo etiā consequens. Et connexū quidem & nunc ostēdet & postea, IX

Motus æternitas probatur a tēpore.

ex eo

ex eo q tempus sit motus, vt quidam existimarunt, vel numerus, vel aliqua affectio motus. Quòd aũt æternum sit tempus, ex ijs etiam qui dicunt natiuum seu genitum esse motum conatur ostendere, cum eo quod etiam euertit quod dicitur. Si enim fit, inquit, motus qui prius non erat, & si interit postea vt non sit amplius: videlicet & prius est ante motum, & post motũ posterius. Si autem prius & posterius: necesse est etiam vt tẽpus sit ante motum & post motum. Hoc enim, prius & posterius, quatenus dicunt cùm prius non esset, motum fieri posterius, & cùm prius esset, postea non esse: temporis partium ordinem significat. sunt enim hæ partes temporis. & tempus in in has diuiditur. Si autem necesse est tempus esse ante motum & post motum. Tempus autem est motus, vel numerus motus, vt ostensum est: necesse est vt ante motum sit motus & post motum. Quamobrem eos qui dicunt q cùm prius non esset, motus est postea, & cũ esset prius, postea non erit, sequitur vt dicãt fuisse aliquando motum cùm non esset motus: & futurum aliquando B motum cùm non erit motus. Sed hoc quidem ipse prætermisit subiungere. Cùm autem sumpsisset q tempus est vel motus vel numerus motus, adeò vt semper si sit tempus sit motus: & q æternum sit tẽpus, subiunxit esse etiam necesse vt motus sit æternus. Quòd autẽ æternum sit tempus, significauit quidem per prius & posterius. Si enim tempus est id quod est prius & posterius: id autem quod est prius & posterius, est æternum: Si sit enim aliquid ante prius, est ipsum quoque prius: & si post posterius, est ipsum quoq posterius: ergo est etiam tẽpus ęternum. Et hoc quidem primùm probat ex cõmuni Physicorum de hac re sententia. Æternum enim omnes existimate tempus præter Platonẽ. Is enim dicit ipsum simul fuisse genitum cum mundo. Quomodo autem hoc dicit Plato, sciemus paulò post. Democritus autem adeò persuasum habuit æternum esse tempus, q cùm vellet ostendere non esse omnia natiua seu genita, vsus est tanq̃ euidenti, q tempus non sit genitum. Quinetiam Anaxago C ras, cùm dicit, Erant simul res omnes, indicat fuisse tempus ante secretionem eam quę fecit mundum. Nam & illud Erant dicit, quod est temporis: & quæ infinito ante tempore secerni non poterant, dicit mẽtem postea secreuisse, & pulchro ac certo ordine collocasse. Empedocles autem ab æterno dicens fieri vicissim dominatũ, aliquando quidem amicitiæ, aliquando verò contentionis, apertè ostendit se mũdum putare esse ęternum. Si autem est æternum tempus: etiam motus.

Tempus esse ęternum.

Democritus apertè dicit ęternum esse tempus.

Plato autẽ solus ipsum generat. ipsum enim simul cum cœlo esse genitum. Cœlum autẽ dicit esse genitum.

X Quæ sæpenumero alibi à me dicta sunt, nunc quoq dicere necesse est. q cùm multis modis dicatur genitum & ingenitum, aliter quidem Plato, aliter verò Aristoteles, eo vtentes, videntur sibi esse inuicem contrarij, cùm non sint. Etenim dicitur genitum, q cùm prius quidem non D esset, est postea, & substantiam habet in parte temporis. In quo significato genitũ vsurpat Aristoteles, ipsum distinguens ab eo quod est æternum. Aliud autem est geniti significatũ, quod ei quod verè est opponitur, & ab eo distinguitur. quod quidem cùm in eo q gignatur ac fiat id quod est habeat, consistit ex alia causa, & non ex seipso. & propter hæc ambo, nempe & propterea q ei quod verè & totum est simul, opponatur, & ei etiam quod per se consistit, dicitur genitum, etsi sit æternum. & in hoc significato Plato sensilem omnem & corpoream constitutionem vocat genitam. Quidquid enim est corporeum diuulsum nec potest ipsum seipsum constituere, neq totum simul esse coactum, neque in substantia, neq in ipso esse substantię. Et statim apertè ostendit se ei quod est, id quod est genitũ opponere, cùm dicit, Quid est quod semper quidem est, ortum autem nõ habet? & quid est quod

Ingeniti vocabulum aliter vsurpat Plato, aliter Aristoteles.

Genitũ q̃d dicatur.

Platonis locus ex Timæo.

A gignitur quidem, nunquam autem est? Hoc ergo genito, & non eo quod dicitur ab Aristotele, & mundum & tempus Plato dicit esse genitum. Cùm ergo de mũdo rogasset, vtrum semper sit, ortus generationis ue nullũ habens principium, an sit genitus cùm cœpisset ab aliquo principio, respondit, fuit genitus. est enim aspectabilis, tactilis, & corpore præditus. Quæcunq autem sunt huiusmodi, sunt sensilia. Quæ sunt autem sensilia, cùm possint opinione cum sensu comprehendi: & gigni & genita seu generabilia esse visa sunt. Vides q cũ reddit causam cur mundus sit genitus, non dixit, Quia cùm prius non esset, est postea, sed quia est, inquit, aspectabilis, tactilis, & corpore prędirus. Sed tẽpus quoq vult esse genitum, dicens. Tempus ergo cum cœlo est genitum. Quin etiam huius quoq dicit causam, nõ q tempus quod non erat prius sit postea: dicit enim ipsum semper esse æternum, etiam si nõ ita vt æuum: sed q sit æui imago, & consistat per motum. Dicit itaq Timæus apud Platonem B post animationem eius quod est corporeũ. Postquam autem ipsam esse moram, & esse animal, vidit eam quæ facta erat æternorum Deorum imaginem, miratus est, & lætitia affectus, adhuc magis exemplari similẽ studuit efficere. Sicut ergo ipsa est animal, cùm sit æterna, sic hoc quoque vniuersum, quoad eius fieri potuit, tale conatus est efficere. Erat itaq natura animalis æterna. & hoc quidem, vt ei quod est genitum, omni ex parte pfecteq tribueretur, fieri non poterat. instituit autem mobilẽ quandam æui facere imaginem. & cœlum exornans, simul facit æui in vno manentis numero euntem æternam imaginem, hanc, inquam, quam tẽpus nominauimus. Aduerte ergo, q hoc etiam vniuersum, cùm, quoad eius fieri posset, æternum vellet esse opifex, ei cùm esset imaginarium & factum ad similitudinem, donauit ei tempus æui imaginem. vt esset, inquit, mundus quoad eius fieri posset, exẽplari simillimus. exemplar enim est id quod est per vniuersum æuum. Hoc autem perpetuò per vni- C uersum tempus & fuit & est & erit. Si ergo per vniuersum tẽpus fuit mundus, & est, & erit: videlicet ipse quoque est† ęternus, sed nõ vt† ęuiternus. Æuiternum enim habet simul omnem suam substãtiam, & potestatem, & operationem: quoniam æuũ id quod semper est, eo quod est contraxit: Tempus autem, & id quod fit in tempore, cùm in eo q gignãtur ac fiant q sunt habeant, totã suam perfectionem & absolutionem per motum & generationem veluti per quoddam stamen deducunt. Si ergo Plato dicit vniuersum, eius quę esse potest vniuersitatis, per tempus esse particeps: videlicet est etiam ex eius sententia æternum tempus. etsi non ita vt æuum. Nequis ergo ad verba respiciẽs, Philosophos putet esse cõtrarios. Si enim geniti & ingeniti eadem sumentes significata, vnus quidem genitum, alter verò ingenitum tempus & mundum esse diceret: contraria dicerent. nunc autem in sententijs quidem congruunt. Si enim Aristoteles quidem dicit tempus esse numerum motus: Plato autẽ ęter- D nam quæ it numero imaginem: quidnam hęc in sensu differunt, cùm etiam vsq ad nomina conueniant? Et si Aristoteles quidem mundum dicit esse æternum, Plato autem dicit mundum genitum esse æternum propter participationem temporis: & si apertè quidẽ Plato mundum dicit esse genitum, vtpote corporeum, tempus autem, vt quod habeat id quod est in motu & in eo quod fiat, quæ quidem Aristoteles quoq fatetur in ambobus: quomodo adhuc genitum Platonis, cũ ingenito Aristotelis, sententia, & nõ solis nominibus, putamus cõtradicere? Cur ergo, dixerit quispiam, dicit Aristoteles omnes præter vnum, mundum dicere ingenitum, in principio quidem tacitè significans, postea autem etiam nominatim adijciẽs, q Plato solus dicit fuisse genitum? & causam cur sit genitum adijciens. ipsum enim simul factum esse cũ cœlo: cœlum autem dicit fuisse genitum. Num q hæc erat vetus consuetudo, etiam aduersus id quod apparet contradicere,

Genitũ mundum q̃o dicat Plato.

Tempus genitũ q̃o dicat Plato.

Platonis locus ex Timæo.

Æternus & æuiternus differunt.

† ἀίδιος.

† αἰώνιος.

Plato conciliatur Aristoteli.

Cur genitũ esse tẽpus dicat Aristoteles dicere solũ Platonẽ.

tradicere, dum eorum ratio habetur qui sunt minus firma ac constanti sententia. Quoniam ergo genitum solebat magis dici in ĳs quæ prius non erant, erãt autem postea: ideo aduersus hanc nominis significationem dicens Aristoteles, videtur quidem corrigere Platonẽ, vt qui dixerit esse genitum: reuera autem corrigit, non Platonem, sed eos qui in hoc significato genitum tempori & mundo attribuerunt.

XI Si ergo fieri non potest vt sit & cogitẽ tempus ab ipso Nunc: Nunc autem est quædã medietas, vt quod simul habeat principium & finem: sed principium quidem futuri temporis, finem autem præteriti: necesse est vt semper sit tempus. Vltimum enim eius quod fuerit sumptum temporis, erit in aliquo ipsorum Nunc. Nihil enim sumi potest in tempore præter ipsum Nunc. Quare quoniam Nunc est principiũ & finis: necesse est ex vtraq; eius parte semper esse tempus. Atqui si tempus quidem: clarum est necesse esse etiam esse motũ, siquidem tempus est aliqua affectio motus.

XI Quoniam tempus vel est motus, vel numerus, vel aliqua affectio motus, vel, vt semel dicam, aliquid quod est omnino cum motu: si æternum est tempus, omnino est etiam motus æternus. Cùm ergo prius ostendisset æternum esse tempus ex eo quod est prius & posterius, & ex omnium Physicorum, vno excepto, de eo sententia, hoc ipsum probat adhuc per aliud argumentum, quod tempori adhuc magis conuenit. Mihi autẽ videtur esse eiusmodi demonstratio. Tempus per ipsum Nunc & est & mente concipitur. (temporis enim, ipsum, Nunc, solum consistit. quoniam præteritum quidem non est amplius: futurum autem nondum) Id quod per ipsum Nunc consistit, consistit per medietatem, quæ est futuri quidẽ temporis prĩcipium, finis autem præteriti. Quod per talem consistit medietatẽ, tale est, vtpote q etiam ante id quod sumptum est, semper etiam post id quod sumptum est sit aliquid. (quodcunq; Nunc enim consistit, est intermedium inter tempora & ipsa Nunc quę in eis sunt.) Quod est ergo eiusmodi, est æternum. Quod enim Nunc quis posuerit vt vltimum, est & ipsum mediũ, & habet post se tempus. adeò vt non sit vltimum Nunc, neq; tempus. Si enim tempus, Nũc quoq;. siquidẽ Nunc est finis temporis, quemadmodum punctus lineæ. Similiter autẽ neque habebit principium. Etenim Nunc quod videẽ esse in principio, ipsum quoq; est medium, vt quod sicut futuri principium, ita etiam sit finis præteriti. Est ergo tempus æternum, quod nec habet principium nec finem. Si autem tempus semper est: videlicet erit quoq; semp motus, siquidem tempus est numerus vel affectio motus. & quemadmodum nec sumi potest motus absq; tempore: ita nec tempus absq; motu. Quæ ergo hic quoq; ab Aristotele alta quadam & diuina mẽte dicta sunt ad probandum motum esse æternũ, eam quæ ab interpretibus dari potuit explanationem sunt consecuta. Grammaticus autem qui his quoq; rursus conatus est contradicere, videamus qualisnam videbitur si examinetur. Cũ is vtiq; cõcessisset motum similiter se habere atq; tempus, quod attinet ad æternitatem, ortum & interitum, pugnat aduersus æternitatem temporis. & quæ eam confirmãt rationes trifariam diuisas conaẽ euertere. Quarum prima statim est argumẽtata ab eo quod est prius & posterius. Qui enim dicit motum esse genitum, nihil aliud dicit, q̃ q cùm prius quidem non esset, est postea. & qui in eum dicit cadere interitum, nihil aliud dicit, q̃ q cùm prius esset, non est postea. Si ergo prius & posterius sunt partes temporis: & ante motum erit tempus, & post motũ. vbi autem tempus, omnino est etiam illic motus. Quare &

Motus æternitas probatur à tẽpore, & Nunc quod consistit in mente.

E ante primum qui esse videtur motum semp erit motus. & post eum qui videtur vltimus, rursus erit motus. Erit ergo motus sempiternus. Iste ergo huic rõni obsistens, prius sumpsit quædam tria veluti pronuntiãta ad mirabilem suam cõfirmationem. primum, q tempus habeat tertiam à corporibus essentiam, vel quartam, vt dicit, se postea corrigens. esse enim primum corpus, & secũdam eius motricem facultatem, & tertium motũ. & sic in motu agente esse numerum motus. Secundo autem, dicit intelligentes substantias esse à quouis corpore separatas & essentia & operatione. & laudat & Platonem & Aristotelem & alios Philosophos qui hoc demonstrauerũt. Et tertiò, In confesso est, inquit, de mente seu intelligentia, q si nullas habet partes, & nullam dimẽsionem suscipit ac diuisionem: eius applicatio ad ea quæ apprehẽduntur intelligentia, & non habet opus ratiocinatione ad id quod intelligentia percipitur apprehendendum, vt cogitatio quæ à propositionibus transit ad propositiones: sed

F vel attingit, vel non attingit. Cæterum hoc quoq; rursus est in confesso de mẽtis operatione, q non coacernatam et accumulatã simul habet omnium intelligentiam, q non Deum simul & angelum, & quænam sint in quibus animæ differant & conueniant, & corpora, & tẽpus, & æuum, & reliqua ex ĳs quæ sunt, potest simul intelligere. hoc enim est solum proprium diuinæ, vt ita dicam, intelligentiæ, quæ est omnibus carẽs partibus, omnium quæ sunt, & eorum simul quæ sunt præterita, & futura cognitio. Non loquimur autem nunc, inquit, de mẽte diuina, sed de ea quę est post illam, siue sit angelica, siue animalis, siue coiusmodicunq; alia. Mens ergo, inquit, quæ transeundo procedit à mentis conceptione, agitationeq; in aliam, non admittit simul duas mentis agitationes, sed vnam quidem primam, alteram secundam, & aliam tertiam mente concepit. Hæc cùm tanquam pronunciata prius sumpsisset, eis subiunxit. Si mens ab ea quæ est ad corpora habitudine ac relatione, & substãtia separata est

G & operatione: videlicet corporũ motu multo magis priuata est & tempore. Si ergo mens, quatenus est mẽs, nullam habet ad tempus habitudinem ac relationẽ: non omnium autem quæ intelligentia apprehẽdi possunt simul habet intelligentiam: sed cùm hoc quidpiam prius intellexerit, deinceps transit ad aliud quod mente agitatur, et ex illo rursus ad aliud: Est ergo in mẽtis agitationibus id quod prius mente intelligitur, & id quod posterius. etsi ea sit remota ab omni habitudine & relatione temporis. Nõ ergo quidquid quouis modo intelligitur vel dicitur prius & posterius, statim etiam tempus significat. Si autem tempus quoq;, inquit, factum est cũ cœlo ex sententia Platonis: siquis corpora sustulerit, tempus quoq; tollit de medio. non tamen tollit mẽtem. Si ergo mẽtis operatio est eiusmodi vt transeat, necesse est vt vnum q̃dem primò mente agitet, deinde secundum. id enim ei inquit inest ex substantia. Non ergo quod quomodocunq; dicitur esse prius & posterius, statim tẽpus quoq; significat.

H Verumenimuero, inquit, siquis ne intelligentes q̃dem substantias concesserit esse liberas ab ea quæ est ad tempus habitudine ac relatione: omnino certè ipsum temporis opificem, esse quouis tempore superiorẽ, et vltra omne tempus, censuerit. Si ergo Deus cœlum nullo interiecto medio fabricatur, & dedit ei vt taliter moueatur, inęqualis autem celeritatis sunt motus cœlestium: siquis ergo in eandem zodiaci partem errantes stellas conuenisse mẽte agitauerit: videlicet nõ in eodem tempore in idem signum vnaquæq; earum reuertetur. Cùm ergo Luna in idem signum, suo peracto circulo, peruenerit, in quo omnes simul prius erãt, nouit vtiq; Deus qui hęc ordinauit, q ea quidem suum transegit circulum, reliquæ aũt nondum. Quare si aliam quidem stellam nouit prius restitutam, aliam verò posterius: est ergo, quod attinet ad argumenta Aristotelis, etiam in diuinis intelligentĳs aliud quidem prius, aliud verò posterius. & ideo tẽpus quoq;

neq;

Tẽpus habere tertiam à corporib' essentiam, vt vult Grãmaticus.

Intelligẽtes substantiæ à quouis corpore separatę & essentia & operatione.

Intelligentia quę nõ suscipit dimensionẽ, nulla opus habet ratiocinatione ad apprehẽdendum.

Sola mẽs diuina habet coacernatã solum intelligentiam.

Mens nõ admittit simul duas mentis agitationes.

Prius & posterius est in mentis agitationibus, vt vult Grãmaticus.

Prius & posterius nõ omnino tẽpus significat.

Tẽpis opifex est tẽpore superior.

Prius & posterius est in diuinis intelligentĳs.

neq; enim ipsum dicent ea ignorare, quorum ipse est nullo medio interiecto opifex. & non solum in intelligentijs seu mentis agitationibus, verumetiam in voluntatibus. Cùm enim Luna idem signum occupasset, volebat vtiq; Deus eam ita habere, reliquas autem nondum volebat. & cùm Solem voluit manere, tunc nōdum Mercurium, verbi gratia, vel aliquam aliam.

Prius & posterius est in Dei voluntatibus.

Est ergo etiā in Dei voluntatibus prior aliqua & secunda voluntas & tertia. & non est propterea tempus. Præterea habet Deus futurorum cognitionem. Futura autē sunt non ea quæ sunt vniuersè ac generaliter, sed quę sunt singularia et indiuidua. quemadmodum nouit Socratem antequam nasceretur, & Platonem. Ergo si Deus nouit id quod futurum est, scit id nondum adesse. & quando præsens fuerit, scit adesse. & postquam interierit, scit id præterijsse, & non esse amplius ex ijs quæ sunt.

Prius & posterius in re e[illegible] futurarū Dei cognitione.

Quamobrē cognitio per quam scit esse futurum, prior est ea per quam scit id nondū esse ex ijs quæ sunt. Si ergo propter dictionem prioris & posterioris, protinus apparet tēpus quoq; cōsistere: ne opificem quidem statuemus extra habitudinem & relationem temporis.

B

Quæ tēpus superāt, verbis tēporis significam.*

Cùm hæc dixisset, multis deinceps probare conatur, q cùm quæ tempus superant, neq; mente percipere, neq; interpretari possimus, ea verbis quę tempus significāt interpretamur. Quemadmodum.n. Deus sine tempore intelligit ea quæ veniunt sub tēpus: ita nos quæ tempus superant, in tempore seu instar temporis. Si ergo dicimus, non fuit semper tempus, vel non fuit prius quàm fieret, vel aliqua alia dictione vtimur, quæ tēporis notionem significat, non necesse est vt tempus quoq; cogitetur vnà cum dictionibus, sed solùm id quod non est semper, esse tempus.

Dictiones tēporis nō omnino tempus quòcunq; dicuntur significant.

Quòd enim dictiones tēporis, non omnino tempus, quomodocunq; dicantur, significēt, dicit se demonstrasse in quinto libro eorū quos scripsit aduersus Proclum. & illinc rogat eos qui in hæc incidūt, argumēta colligere, vt dicit Grammaticus, vt eiusdem rei iterationem qua maximè delectatur effugiat. Horū plurima ijsdem verbis scripta adduxi, sperans multos nō credere q qui talia & animo versat & scribit, summis Philosophorū principibus ausus sit contradicere.

C

Sed videamus quę ab ipso dicta sunt, incipientes ab ijs quæ ab ipso prius sumpta sunt veluti pronunciatis. Primùm qdem dixit tempus habere tertiam vel quartam essentiā, à corporibus, solum tempus contemplatus quod metitur operationem.

Tempus nō solū metitur gēitorū operatiōem, sed etiam essentiæ & qualitatis extēsionem.

Atqui eorum quæ possunt in partes diuidi, & quæ sunt genita, & in summa, eorum quæ ab eo quod verè est excesserunt, non solam operationem, sed etiam essentiæ extensionem, & eam quæ est in qualitatibus, metitur tempus.

Per tempus est mundus exemplari similis.

Deinde qui sæpe adducit Platonem, non animaduertit q propter temporis participationem dicit mundum fuisse factum exemplari similiorem!, cū scribit, Postquam autem motā esse, & esse animal, animaduertit æternorum Deorum factam imaginem pater qui genuit. & ea quæ deinceps consequuntur. quæ cùm paulò antè adduxerim, non opus est vt rursus molestiam afferam.

D

Si ergo æternitatis, quam iste soli Deo conuenire existimat, per tempus mundus effectus est particeps, & maioris cum exemplari similitudinis, q̄ cùm solum corporeus esset & animatus: quomodo id iste putauit imbecillum & euanidum?

Tēporis & æui inter se proportio.

Si autem eandem habet cum mundo proportionem & conuenientiam, quam habet æuum cum mundi exemplari: vt enim illud, propter æui participationem, quod habet superiorem ordinem, est æternum: ita etiam mundus qui propter participationē temporis est æternus, est particeps temporis tanquam superioris: quomodo id iste censet vltimum? Sed hoc quidem minimè est mirandū, si id eius nimis curiosam latuit loquacitatem, quod est inclytis Philosophis persuasum. secundum autem eius pronūtiatum, quod dicit intelligentes substantias esse à corpore separatas & essentia & operatione, rectè dictū est. etsi clarum sit istū omnino ignorare substantiam intelligentem, vt discemus ex tertio.

A

Mētis applicatio ad ea quę percipiuntur intelligentia, fiat ne in tempore.

Idē enim dicit in tertio, nullas habere partes, nec vllam suscipere dimensionem nec diuisionem, applicationem quæ fit ad ea quæ percipiuntur intelligentia. nec simul Deum & Angelum, & ea in quibus animæ differunt & conueniunt, & alia cognoscere: sed transeundo, ab vno quod mente percipitur, ad aliud procedere. & duo quę simul mēte percipiantur in eodem non suscipere. Hoc.n. dicit esse Dei proprium, non autem angelicæ mentis vel animalis. Ea enim vnum quidpiam primum animaduertit: alterum verò secundum: aliud autem tertium. Quomodo ergo nullas habet partes, & nec dimensionem suscipit nec diuisionem eius mutatio, si nō duo simul intelligit, sed vnum quidem primum, dein secundum, deinde tertium: & transit ab alio in aliud? Quamnam autem dicit hanc mentem? Aut enim animam ratione præditam: aut sūmam eius partem, aut aliquam aliam substantiam quæ est supra animam.

Aia habet relationē ad tempus.

Si enim animam quidem ratione præditam vocat mentem: eius enim sunt propriæ ratiocinatrices mentis agitationes, & quæ ab alijs in alia transeunt: non est eiusmodi vt nec ad corpora nec tempus vllam relationem habeat nec habitudinem.

B

Quomodo.n. fieri potest vt transitus fiat ab vno ad aliud absq; tempore? Quomodo autem id quod non simul intelligit, non vnum quidem intelligit in priori tempore, alterum verò in posteriori? Dicat enim nobis Grammaticus quid significat simul, & quid non simul. nisi fortè simul, quod græcè est ἅμα, posuerit tanq̄ idem quod ὁμοῦ, cùm ignorasset eorum differentiam.

ἅμα simul in tempore. ὁμοῦ simul in loco.

Sētio enim, q, vt in fabulis Craco, iste cùm ingentem philosophię concupijsset gloriam, auribus quoq; priuatus est eius quæ illi conuenit exercitationis in Grāmatica, siquidē id quod nō simul cognoscit, sed transit ab alio ad aliud, & vnum quidem prius intelligit, illud verò posterius, nō existimat in tempore intelligere. Sin autem sūmam partem animę prædię ratione mētem existimat, vel aliquam quæ sit supra animam substantiam, siquidē transeundo intelligit ac mente agitat, vt iste censet, præter Deum, si modo eum etiam, omnia sic dicens cognoscere: neq; illud est supra animā, neq; supra tempus.

C

Sin autem omnia simul aceruatimq; intelligit & absq; vllo transitu, quod quidem cōuenit ei mēti quæ est in essentia: non vtique prius & posterius, nec id quod ex vno transit ad aliud, vllum habet locum. Quare nihil inuenerit eiusmodi prius & posterius, quod non dicatur per tempus. quod quidem dum conaretur ostendere, confusam suam & minimè explicatam de intelligenti substantia sententiam aperuit. oportebat enim significata prioris & posterioris, quæ ab Aristotele in p̄dicamentis, & paulo post diuiduntur, audire: vel cùm ipse diuisisset, ostendere quænam tempori applicentur & quę non.

Primū quod ordinē significat q̄t modis dicatur.

Dicatur tamen vt eius explicetur confusio. q primum quod ordinem significat, vt in præsentia quidem, dicitur tribus modis. Aut.n. positura, vt primum superius, inerrans cœlum seu fixum dicimus: Aut natura & substātia, vt quod simul quidem perimit, non autem simul perimitur, & quod simul quidem infertur, non autem simul infert: sicut se habent genera ad species: Aut id q̄d est prius tempore. vt troiana Peloponesiacis.

D

Prius & posterius est in mentis agitatione.

Dicat ergo nobis, si non est prius & posterius tempore, in eius quæ ab eo mens dicitur agitationibus: in quonam alio fuerit? Positura enim non est in ijs quæ percipiunt intelligentia, nisi dicatur per metaphoram. Si autem esset, nihil obstaret, quominus simul intelligeret prius et posterius. Simul.n. vt opinor, intelligit centrum sphæræ & circūferentiam. Simul etiam id quod est natura prius & posterius, quēadmodū causam & causæ effectum simul, non sola mēs, sed etiam anima necesse habet intelligere, propter eam quę est inter se inuicem habitudinē ac relationem. Quod est autem per transitionē prius & posterius, & nō simul, habet omnino tempus & motū: quæ simul sunt: & quod est in cognitione quidem prius & posterius quod nō est vnà, nec possum quidē mente cōcipere quō in alio significato

ficato dicatur q̃ in tempore. Cæterū iste verba efflat inania, non accedens ad eorum considerationem. qui cùm mentem posuerit tempore superiorem, ei transeuntes dedit operationes. Hoc enim, inquit, cùm itellexisset, venit deinde ad aliud quod mente agitatur & intelligitur, non simul mente agitans ac intelligens. & hoc cùm posuisset, dicit talem operationem esse tẽpore superiorem, apertè ostendens ijs qui possunt consequi, q̃ neq; intelligentis, substantiæ vel cognitionis, neq; naturæ temporis distinctam & expressam habet notionem. Quare cū instituisset ostendere aliqd prius & posterius quod non est in tempore, protulit quidem mentem vt quæ sit tempore superior, & operetur per aliquid aliud prius & posterius. sumptis aũt priori & posteriori quæ sunt temporis, in eo omnia confudit ac cõmiscuit. Si enim trãsit ab vno ad aliud, videlicet mouetur. vbi autem motus, illic est & tempus, vt ipse etiam fassus est in principio contradictionis, tempus ponens numerum. Etsi ergo non quidquid quomodocunq; dicitur prius & posterius, statim etiam tempus significat: non enim quod est natura aut positura prius & posterius: at id quidẽ certè quod est prius ac posterius in ea quæ transit intelligentia, & mentis agitatione, per quam quæ hoc prius intellexit, deinceps transit ad aliud, & ex illo rursus ad aliud, quidquid fuerit id quod sic intelligit: hoc prius & posterius quod est tempore, & nõ aliquo alio significato prioris & posterioris, est motus, vel cum motu. est enim transitus, quẽadmodum dixi, motus. vbi autem motus, illic etiam tempus. Quare etiam eius omnis quę deinceps facta sunt argumenta, quæ dicunt esse quidem transeũtem sed temporis expertem mentis & Dei operationẽ temere adducta sunt. Temere quoq; adducta est quę fit cogitatione, corporũ sublatio, & quæ simul etiam fit sublatio temporis. Siquis.n. inquit, corpora sustulerit, vnà quoq; tẽpus tollit, siqdem tempus factũ est cum cœlo, vt dicit Plato: non tamen tollit mentem. Si est ergo, inquit, transiens mẽtis operatio etiamsi non sit tempus, & necesse sit vnũ quidem prius, alterum verò secundum intelligere: non quidquid dicitur prius & posterius, statim quoq; tẽpus significat. Hic autem hoc quoq; s dicet q̃ aliud quidem prius, aliud verò secundo intelligere, menti inest ex essentia. Et q̃ mẽs quidem intelligat id quod est prius & id quod est secundum, et id quod est natura, & id quod est positura ac tempore, clarum est: Quid enim cùm mens sit seu intelligentia, ignorauerit? non tamen per trãsitum vnum quidem prius intelligit, alterum verò posterius. Et hoc fortasse in causa fuit vt laberetur Grãmaticus. Nam cùm fortasse Philosophos audijsset dicentes, q̃ mens cùm in se primam ostenderit discretionẽ, & res producit discretas, & discretè quidem intelligit, sed non transeundo: alias quidem quæ sunt primæ, alias verò quæ secundæ, vt discretas: iste cũ non intellexisset quod dicebatur, existimauit dici q̃ aliã quidem prima intelligit, alia verò postea, ab vna intelligentia seu mentis agitatione ad aliã transiens. Hoc autẽ ei accidit propter ignorationem eorum quæ rectè de mẽte sunt credita. Si enim Aristotelẽ de mente audijsset dicentem, q̃ ea sit substantia sua actus seu operatio, & q̃ mens seu intelligentia sit res ipsæ: & ea quæ dicunt audita intellexisset, non cogitasset transeuntes mentis operationes. Si enim mentis operatio cũ eius substantia & eum rebus concreuit & coaluit: clarum est eã carere transitu. Sed esto, vt dixi, hoc eius longè superasse cogitationem, dum versatur in vmbris & imaginibus quæ futuræ sint ei vtiles ad contradicendum. nõ aduertere autem q̃ quæ ita operantur per transitũ, vt ex vna in aliam intelligentiam mentisq; agitationem transeant, & non vtrũq; simul comprehendant, id habent operãs quod est prius & posterius tẽporis: hoc mihi valde videt stolidũ; sicut etiã ea quæ deinceps ab eo scripta sunt. Non contentus enim ijs quæ in mentẽ debacchatus est, transeuntes existimãs eius operationes, siquis, inquit, neq; intel-

Mens nõ intelligit transeũdo prius & posterius. Mens discretè intelligit, sed non transeundo.

Mens est actus & res ipse.

E ligentes substantias concesserit esse liberas ab ea quæ est ad tempus relatione & habitudine: at opificem quidem certè tẽporis is censuerit esse quouis tẽpore superiorem. Si ergo, inquit, nullo interiecto medio Deus cœlũ fabricatur, & cætera quæ his subiũxit, ne eadem bis scribam: quoniam & stellarum nouit Deus in suum locum restitutiones, q̃ alia quidem prior, alia verò posterior restituuntur, & ita vult: quinetiam id quod futurum est nouit esse futurum, & quod est præsens adesse, & id quod est præteritum prætérijsse: est ergo in diuinis quoq; intelligentijs seu mentis agitationibus & voluntatibus aliud quidem prius, aliud verò posterius. & cognitio, inquit, per quam nouerat esse futurũ, est prior illa per quã sciebat esse præsens. ea autem est rursus posterior, per quam scit non esse amplius ex ijs quæ sunt. Si ergo propter dictionẽ prioris & posterioris, statim videtur Aristoteli tempus quoque ostendi: ne temporis quidem opificem extra relationem seu habitudinẽ temporis statuemus. Dicat ergo id quod

F in mentis agitationibus seu intelligentijs & volũtatibus est prius et posterius, vtrũ id quod sit considerat per transitum, q̃ cùm hoc quidpiam prius intellexit, & deinceps transit in aliud quod intelligit, & ex illo rursus in aliud: an in aliquo alio significato eius quod est prius & posterius? Si id.n. per transitum & motum considerat, ipse est qui post mentis operationes, Dei quoq; operationes qui tempus est fabricatus, dicit tẽpus metiri. & quod sic magis intelligit prius & posterius, ex hoc planè ostendit q̃d dicit. Cũ autem rursus fuerit præsens, tunc nouit esse pręsens. & postq̃ interierit, tunc nouit prætérijsse. Si igitur cùm fuerit præsens, nouit adesse: & postquam interierit tūc nouit prætérijsse: & nec ea prius nouit nec posterius: præteritum autem & præsens & futurum nõ sunt simul, sed in fluenti tẽpore vnum quidem non est, alterũ verò est, tertium autẽ nondum est: clarum est q̃ hunc fluxum in diuinis quoq; mentis agitationibus seu intelligẽtijs visione & phantasia apprehendit. nã hæc vocabula, Cùm,

G & Tunc, si non sint aduerbia temporis, dicat iste qualia oportet existimare. Sin aũt in aliquo alio significato prioris & posterioris, vnã quidem dicit in Deo primã cognitionem, alterã verò posteriorem (eũ enim, si videtur, vel oratione reddamus meliorem, qm̃ reipsa interim nõ possumus) si sic quidẽ priorem et posteriorẽ, vtpote q̃ Deus habeat cognitionem eius quod est tẽpore prius & posterius, & sciat vnum quidẽ esse prius factũ, aliud verò posterius: non est valde absurdũ. neq; tempus vnà ingreditur cũ cognitione prioris & posterioris. quemadmodum neq; cũ diuina eius causa. neq; quod est eiusmodi prius et posterius voluit necessariò Aristoteles audiri in tẽpore. Non audeat tñ aliquis id quod cognosci potest prius & posterius referre ad Dei cognitionẽ, & ea ratione dicere q̃ cognitio per quã sciebat futurum esse, est prior ea per quã sciebat esse pręsens: hac autem posteriorem eam per quã scit non esse amplius ex ijs quæ sunt. simul.n. est in ipso eorum cognitio: & non est vna quidẽ prior, alia ve-

H rò posterior. & recordetur suorũ ipsius verborum cum dicebat ea etiam quæ cadũt sub tempus Deum nosse sine tẽpore. sed, vt videtur, nesciebat tunc quid diceret. Si aũt prius & posterius, tanquã positura, vel vt illic magis propriè dicat aliquis, causali ordine, vel excellentia naturæ, intueatur quis in Dei mẽtis agitationibus & voluntatibus: nihil faciũt hæc significata ad id quod dicit Aristoteles. sed est puerorũ ludentium, ex indistincta æquocatione aggredi cõtradicere. Progressus aũt, vult vt qui audit non fuisse tẽpus priusq̃ fieret, non cogitet illud Prius in tpe. Sunt.n. inquit, multę dictiones tẽporis, quæ non tẽpus necessariò significant, sed solũ intelligi ex dictione non semper esse tẽpus. Qui hęc dicit, planè ostendit se ea nolle quę dicit intelligere. Si.n. non vult hoc prius & posterius intelligere in tpe, quæsijsset quõ potest hoc aliter accipi. & cũ inuenisset non posse aliter, destitisset importunè tibi contradicere. Qui.n. dicit q̃ ante sexies mille

annos,

In Dei cognitione nõ est prius & posterius.

Aequiuocatione indistincta ludere est puerorũ.

Tẽporis dictiones semper significare tempus.

annos, verbi gratia, non erat mundus, quid diuersum dixit ab eo qui dicit quod ante tot annos non erat ars grammatica? Qui hoc autem dicit, qd aliud dicit quàm quòd non erat in tempore quod fuit ante tot annos? Eiusmodi enim prius, neque est positura, vt si dicerem, Ante hanc columnam non est alia: est enim positura eorum quæ sita sunt: neque natura, sicut etiam prius dixi. nam hoc quoque postulat vt sit prius aliquid, cùm dicimus genus esse prius specie. In summa autem quod fuit ante sex millia annorum, habet sexies mille annos se posteriores. est enim prius prius posteriore. Si ergo tempus est id quod est posterius: fuerit etiam tempus id quod est prius, vel in tempore. Sed hoc tantum, inquit, intellige quòd non est semper tempus. Quid hoc ergo significat, an non quod est quidem aliquando, aliquando verò non est? Illud autem Aliquando, an ne significare quidem tempus dicet Grammaticus? Æquum est ergo vt ipse dicat quidnam aliud significet. Non videtur enim dictio eiusmodi vt nihil significet, sed excitat aliquam eius qui audit cognitionem, & eum aliquo modo afficit.

Aliquã, tẽpus esse non significat.

B Aduersus primum ergo ex ijs quæ nunc dicta sunt argumentis, hæc dixit & audijt Grammaticus. Aduersus secundum autem argumentum Aristotelis, quod probat æternum esse tẽpus, ex eo quòd omnes Physici præter vnum Platonem, videantur consentire de æternitate temporis, & quòd sit ingenitum, audi qualia aduersus ea dicere instituerit. Primum enim, non quoniam, inquit, quinque fortè vel decem viri præter Platonem inter se consentiunt, dicẽtes tempus esse ingenitum, propterea æquum est ipsos anteferre Platoni. non enim ex multitudine eorum qui pronuntiarũt oportet iudicare veritatem. nam sic Aristoteles qui solus introduxit quintam corporis essentiam, minus ꝓbabitur, quàm omnes, vel plurimi quidem certè, qui mundi principia dicunt quatuor elementa, vel omnia, vel eorum aliqua. In summa autem si sequenda sit multitudo Physicorum, quomodo, vt ipse dicit in primo libro de cœlo, mundum illi quidem omnes dicunt esse genitum, ipse autem demonstrat ingenitum? C Tertiò autem, si magis credendum est ijs qui ea dicunt quæ sibi consentiunt, quàm ijs qui à seipsis discrepant: ea autem dicit Plato quæ sibi magis consentiunt, cùm dixit, Tempus ergo cum cœlo fuit genitum, cùm alij genitum quidem mundum esse dixerint, tempus autem ingenitum: et si neutrum eorũ absq; altero habeat substantiam: Platoni magis credendum est qui cum mundo tempus quoque dicit esse genitum. Præterea, inquit, si in alijs omnibus rebus naturalibus ostendit alios Physicos longè aberrasse à veritate, cur eorum quòd ingenitũ sit tempus, testimonium, vt fide dignum admittemus? Et post hæc dicit se posse ostendere plures, eosq; antiquiores, & qui fide digni sint multis nominibus, qui ijs aduersantur qui tempus dicunt esse ingenitum.

Argumentũ ab authoritate non est validum.

D Dicendum est ergo aduersus has quoq; eius contradictiones, quòd aliorum testimonia adducat Aristoteles, non vt quæ demonstrẽt: sed post demonstrationes plurimum, si aliquos etiam inuenerit ex prioribus qui dicant ea quæ consentiunt cum ijs quæ sunt demonstrata, facit eorum mentionem: primùm quidem beneuolo animo agens gratias quòd primi talem viderint veritatem: deinde etiam ijs qui discũt, cùm necessaria vi demonstrationis persuasionẽ afferens. Videntur enim minus dubia quæ sunt in confesso apud plures & sapientiores, vt quæ apud omnes nullã habeãt omnino controuersiã, quòd non habeant quò aliò suam ad id quod est contrarium deflectant cogitationem. Iste autem Grammaticus cùm eorum quæ dicuntur institutum ac scopum non animaduertisset, dicens tanquã aduersus testimonium demonstratiuum, Non oportet, inquit, instar brutorum & rationis expertium animãtium sequi enuntiationes quæ demonstrari nequeunt. Quòd autem Plato mundum & tempus dicit genitum, non in eodem significato quo Aristoteles, & quemadmodum

Testimonia aliorum cur adducat Aristoteles.

A Aristoteles veterem seruans consuetudinem, non aduersus Platonẽ, sed aduersus eos qui in eo quod ad manum se offerebat significato audiebant genitum, contradicit, non opus est vt dicam iterum, cùm in verborum Aristotelis expositione, ea, vt puto, aperuerim. Quare etiamsi nonnullos corrigit Aristoteles, vt qui mundum dicerẽt esse genitum. aduersus id quoq; illorũ quod apparet obsistit. Et quid mirum, si existimauit Aristoteles fore vt aliqui in eo quod se ad manũ primum offert significato, Platonis & aliorum genitũ acciperent, cùm post tot interpretes, qui quẽadmodum à Platone dictum sit ingenitum explicarunt, iste Grammaticus Platonem secũ sentire existimat, mũdum & tempus sic genitum esse dicentem vt iste vult, vt qui prius quidem non esset, postea autem ad hoc vt esset processerit. & neq; Platonem dicentem audijt, quòd cùm vellet Deus mundum exemplari similem efficere etiam in æternitate, pro eo quod illic est æuo, quod præbet exemplari æuiternam æternitatẽ, æui imaginem tempus mundo præbuit, quod dat æternitatem temporis. adduxi autem paulo antè ipsa verba Platonis.

B Sed nec quintam essentiam introducens Aristoteles, in sensu differt ab alijs, & maximè à Platone. Si enim ideo dixit Plato cœlum esse ex igne & terra & ijs quæ intercedunt, quòd sit aspectabile & tactile: aspectabile autem nihil est absq; igne, neq; tactile sine terra: rogandus quoq; est Aristoteles, an non ipse quoq; hæc ambo sit confessurus, & aspectabile & tactile esse cœlum, eaq; igni & terræ primum inesse. Cur is ergo quintã ipsum vocat essentiam? Num quoniam Plato quoque aliam dicit esse cœli essentiam. ab elementis quatuor quæ sunt sub Luna? siquidem cœlo quidem figuram tribuit dodecaedram, vnũquodq; autem ex quatuor descripsit alia & alia figura. Quintam ergo is quoq; cœli dicit essentiam. esse enim aliam à quatuor elemẽtis quæ sunt sub Luna, siquidem quinta est figura dodecaedra, & sunt figuræ substantiales. Præterea autem hoc fecit apertius Xenocrates, qui est auditorum C Platonis vel maximè verus & germanus. hæc scribẽs in libro de vita Platonis. Animantia ergo rursus sic diuidebat, in idæas & partes omnino diuidens, donec peruenit ad elementa oĩum animantium, quæ quidẽ quinq; figuras noĩauit & corpora: in ætherem & ignẽ & aquã & terrã & aerem. Quare æther quoq; apud eũ est aliquod aliud quintũ simplex corpus præter quatuor elementa. Sed neq; dicunt sibi ipsis repugnantia, qui mundum quidem dicunt esse genitũ in alio significato, vel tanq̃ à causa, vel vt ex positione: tempus autẽ ingenitum, vt quod prius quidẽ non esset, esset aũt postea, etiamsi semper simul sint & mundus & tẽpus. Mundus.n. propter naturam eorũ quæ in ipso sunt priora & posteriora, eã quæ est per positionẽ suscepit generationẽ: Tempus aũt cùm in seipso habeat id quod est prius & posterius, nec per positionem q̃dem sic potuit dici esse genitũ. Si est.n. genitũ id quod prius quidẽ non erat, est aũt postea: id aũt quod prius est, tempus: q̃uo mente concipi põt tempus esse ge- D nitum? Sed nec in oĩbus naturalibus, vt iste dicit, cõtemplatiõibus, alios Physicos à veritate lõgè aberrasse ostendit Aristoteles, qui & nũc & in alijs plurimis eis lubẽs assentit. An non multa verba consumpsit dũ ostendit oẽs ferè Physicos dicere generationẽ esse ex contrarijs & aliquo subiecto, et si alius alia rõne inductus in hanc venit sñiam? Neque verò hoc dico quòd omnes in oĩbus de rebus maximè naturalibus cõcordes pronunciarũt: sed quòd cùm sensu in plurimis cõuenissent, in eo q̃d apparebat in nominibus diffidebant. aduersus quod multa contra dixit Aristoteles. Qm̃ autem dicit se posse plures & antiquiores & magis fide dignos adducere, qui tẽpus dicunt esse genitum, An inuidit nobis si eos disceremus quos ignorauit Aristoteles apertè dicens, oẽs præter vnum, concordes tempus dicere ingenitum? An cùm nullum posset dicere, silentio texit ignorationem. Si autem Iudæorum indicat legislatorem qui dicit, In principio fecit Deus

Quintã essentiam introducens Aristoteles conuenit cum Platone.

Cœlo dodecaedrã figurã Plato tribuit in Timæo.

Aetherẽ quintum corpus præter elemẽta statuebat Plato, vt ait Xẽocrates.

Genitum esse mundũ, vt vult Plato, non pugnat cum Aristotele.

Physici in multis et ipsa conueniebant, nominibus solum discrepabãt.

coelum & terram. Terra autem erat inaspectabilis & incomposita. & tenebræ super abyssum. & spiritus Dei ferebatur super aquam. Deinde cùm fecisset lucem, & separauisset inter lucem & tenebras, subiunxit. Et vocauit Deus lucem, diem: & tenebras noctem. fuitq; vespere & mane dies vnus. Si eam ergo existimat generationem temporis quæ fit à tempore: cogitet esse fabulosam quandam traditionem, & tractam ab Aegyptijs. Nam quomodo esset rationi consentaneum, vt Sol qui est causa diei, vt ipse etiam dicit Moses, quarto die factus sit?

Legat Basi. in magni hexamē. I quo pulchre respōdet huic obiectioni.

Tertium autem argumentum Aristotelis quod dicit, si fieri non potest vt tēpus vel cogitetur absq; ipso Nūc, quoniam in tēpore nihil sumi potest præter ipsum Nūc: Nunc autem est medietas, vt quod principium quidem habeat futuri temporis, finem autem præteriti: necesse est vt semper sit tempus. Si autem tempus: clarū est necesse esse vt etiam sit motus. siquidem tempus est aliqua affectio motus. Cùm aduersus hoc cœpisset dicere, Mihi, inquit, venit in mentem valde mirari Philosophum, si non animaduertit se non demonstrare, sed postulasse id quod quæritur. Cùm enim quæreretur an tempus sit ex ijs quæ semper sunt, pronunciato ad hoc probādum vsus est, quòd sit Nunc medietas temporis. id autem perinde est ac si sumpseris tempus esse æternū. quemadmodum siquis quærens an sit linea aliqua in longissimum porrecta spatium, cuius fines non videntur, sumat quòd omne signum quod est in linea quæ quæritur, est medietas lineæ. si enim hoc ita est: ante quoduis signum quod sumitur, & post ipsum, est linea. si hoc autem ita est: est infinita quæ quæritur linea. Quemadmodum ergo, inquit, in hoc exemplo, qui sumit ex vtraque parte cuiusuis signi quod est in linea quæ quæritur, esse lineam: nihil aliud sumit quàm quòd sit linea infinita. & quod quæritur idipsum assumpsit in propositione syllogismi: ita etiam qui æternum vult tempus ostendere, deinde pronunciatum sumit & propositionem, quòd ex cuiuslibet Nunc vtraque parte est tempus, hoc ipsum sumit quod quæritur, quòd tempus caret principio & fine. Hoc ergo est contradictorium primum eius argumentum. Et ipse quidem miratur, vt dicit, Aristotelem, qui non animaduerterit se non demōstrare sed postulare id quod quæritur. Quis autem non iure eum miretur, si cùm dissetendi viæ ac rationis ne ea quidem sciat quæ sunt maximè prōpta & ad manum expedita, audeat dicere contra Aristotelem de ijs quæ ipse inuenit & perfecit? Est enim postulare id quod est in principio, per seipsum ostēdere id quod non est per se clarum. Hoc autem fit, vel apertè & manifestè pronunciantibus & ita se habere volētibus id quod proponitur. Quemadmodum, cùm nos dicamus aliqua bona non statim bonos facere, sicut facultates quibus licet vti bene & male: bona enim est quæ est ad vtrunq; facultas, bonum autem non facit nisi eum qui ea bene vtitur: Stoici hoc perimentes, Omne bonum, inquiunt, bonos facit sumentes id quod est in principio. Aliquādo autem non apertè id quod est in principio sumunt aliqui. sed ita figurantes vt transeant in propositiones, sumunt illa tanquam euidentia, quæ non possunt aliter demonstrari nisi per id quod quæritur. vtputa si qui statuerint ostendere, quod triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis, sumpserint q; quadratus quatuor. quod quidem ostenditur per triangulum. Tertius autem modus petendi id quod est in principio, est, cùm eorum quę inter se conuertuntur, dum vnum quæritur, aliquis sumat alterum. quemadmodum, si nobis quærentibus an sit Diameter lateri symmetria nō conueniens sumat q; latus symmetria non cōuenire Diametro. Num autem non absolutè is qui sumit id quod conuertitur, id postulat quod est in principio: siquidem fiunt ex definitionibus ex quæ sunt propriè demonstrationes, sed tunc demum cùm est æquè obscurū id quod conuertitur. Cùm ergo Aristoteles sumpserit ex euidentia, quòd Nunc est

Aristotelē id qd' est a principio postulare, cum ad probandū tēporis æternitatem sumat Nūc esse medietatē temporis, vt ait Grāmatic'.

Postulare id qd' eē a principio qd sit.

Bonum bonos facere dicentes Stoici sumebant id quod est I principio.

Non absolute postulat id quod est in principio, q sumit id qd' conuertitur.

E medietas temporis, & ex eo ostenderit tempus esse ęternum, iste dicit vtrunque esse idem. Et quòd non sit quidem idem, clarum est, neque dictione, neque significato. non est enim quod est medium Nunc, tempus ęternum. siquidem completur omne tempus & ex præterito & ex futuro. Sed neq; ex eo quòd sit tempus æternum probatur Nunc esse medium, sed ex ipsius Nunc notione. Sed nec æquè sunt manifesta, tempus esse æternum, & Nunc esse medietatem. Si autem ea quæ necessariò consequuntur iste eadem esse existimat, dicat oportet quòd quę per ea quæ necessariò consequuntur fiunt demonstrationes, fiunt per eadem, & postulant id quod est in principio. Tales autem sunt quæ sunt ex ijs quæ per se sunt. Tales autem sunt quæ sunt propriè demonstrationes. Videamus autem argumentum quoque quod sumptum est ex signo quod est in linea. Nam hic quoq; sumpsit id quod est commune signi & ipsius Nunc, id quod nullas habet partes. quo fit vt sint principia & fines, illud quidem lineæ, hoc verò temporis: nō vtique considerans quòd **F** signum quidem finitæ lineæ potest esse principium & finis, non ostendens medietatem, sed id solùm quod nullas habet partes in ijs quæ habent posituram: Nunc autem, non est absolutè eiusmodi vt nullas habeat partes, sed ita vt præsens tēporis. hoc autem protinus vnà infert præteritum & futurum. quoniam neque est prius nec posterius, sed nunc. Quare qui dicit tempus esse ex vtraq; parte cuiuscunque Nunc, & ideo demonstrat tempus esse æternum, non postulat id quod est in principio. neque sumit id quod quæritur. sed sumit id quod necessariò consequitur euidentem ipsius Nunc medietatem. Quis autem sperasset quòd qui vult esse Grammaticus, diceret aduersus hoc quòd præsens tempus sit medium inter prę teritum & futurum, & ea diceret quæ hic dicit? nempe quòd tale quidem est quod est apud nos præsens, fuit autem aliquando præsens, & erit non huiusmodi. perinde enim mihi videtur dicere, ac si quis dicat, Nunc est qui**G**dem denarius finis numerorum monadicorum, principium autem denariorum. erit autem cùm denarius non habebit amplius monadicos numeros qui sunt ante se, & erit cùm nō amplius habebit denarios, & si habet semper vtrunq;, vt denarius. Ita autem præsens quoq;, quatenus præsens, est quidem finis præteriti, principium verò futuri. Quòd si iste quidem, in illo Nunc quod dicit esse in principio, Grammatici officio fungens ex arte ita disseruisset: id quod est in verbis præteritum tempus non accepisset. Sed neque præterita imperfecta, neque perfecta, & in summa præsentia † tempora quæ rem perfectam & consummatam significant, dixisset vllam tunc habere naturam, siquidem ea quoque habēt aliquid quodammodo commune cum pręterito. sed iste, vt videtur, cùm vellet suum argumentum concludere, etiam nominum communes in seipso perimit notiones. Sed non potest, inquit, Nunc ostendere medietatem temporis, nisi prius ostensum fuerit æternum esse tempus. Atqui si à manifestioribus sumendæ sunt demonstrationes: eius au**H**tē quod est, Nunc medietas est multo manifestior, quàm ęternum esse tempus: quis enim nescit, etsi non sit Grammaticus, tempus præsens esse in intermedio præteriti & futuri: rectè ex ipsius Nunc medietate demōstrauit ęternum Aristoteles. Quoniam autem, inquit, vnà cum coelo & mundo tempus simul constitit: nulla autem ratio eorum qui mundum ostendunt æternum remansit quæ non sit confutata: simul etiam confutata fuerit opinio de æternitate temporis. Si itaque omnes eius rationes quæ æternitatem conantur refellere, infirmas & imbecillas, vt arbitror, ostendi, cùm primum librum Operis Aristotelis de coelo explicarem: vana scilicet fuerit hæc quoque iuuenilis eius exultatio.

Nullas habere partes non est cōmune signi & Nunc.

Fuisse aliqñ præsens, & futurum non hmōi, est absurdum.

† συντελικὸς χρόνος

Eadem autem ratio est etiam de eo, q; motus sit eiusmodi vt in eū nō cadat interitus. quem- XII

admodum

admodũ enim in eo ꝙ motus est genitus, eueniebat vt prima esset aliqua prior mutatio, ita hic etiam vltima posterior. non enim simul cessat moueri & esse mobile, vel vri & posse vri: cõtingit enim vri posse quod non vritur: neq; esse mouendi potestate præditum & mouere.

XIII Porrò autem id quod potest interire interijsse oportebit quando interit. & quod ei interitũ afferendi est potestate præditum, rursus postea. interitus enim est quædã mutatio. Sinautem non possunt hæc fieri: clarum est motum esse æternum, sed non aliquando quidem fuisse, aliquando verò non.

XII Cùm instituisse ostẽdere nec genitum quidem fuisse aliqñ motum vt qui non esset prius, nec interire vt nõ sit postea: duobus vsus est argumẽtis, vno quidem sumpto à definitione motus, altero autem à tempore, ex hoc duobus modis probans id quod quæritur, & ex eo quod est prius & posterius, & ex ipso, Nunc, quod est semper in medio præteriri & futuri. Sed in ambobus quidem argumentis quæ sumpta sunt ex tempore, vtraq; ostẽdit, neque fuisse qñ non fuit motus, nec futurum quando non erit. In eo autem quod ex definitione, cùm alterũ ostendisset, nempe ꝙ motus sit ingenitus, & ꝙ non fuit quando non fuit motus, transiens ad argumentum quod sumitur ex tẽpore, nunc adijcit id quod deest argumento sumpto à definitione, nempe ꝙ in motum quoq; nõ cadit interitus. Quemadmodum.n. in illis ostendit motum esse ingenitum, propterea ꝙ ante motum semper sit id quod potest moueri: Sic in his ostendit in eum non cadere interitum, propterea ꝙ id quod potest moueri sit semp vnà cum motu. Hoc.n. est illud, NON enim simul cessat moueri & esse mobile. neq; mouere & esse mouendi potestate prędirum} Si enim cùm cessasset mouere vel moueri, statim interijsset; non remãsisset post motum id quod potest moueri. Si autem id etiam quod non mouet sed quiescit, vt fit fieri potest, quoniã quietis quoq; sicut motus natura est principium: non eo ꝙ quid cessat moueri, tam cessat etiam esse mobile, cùm motus sit propriè motus, sed non eius quod mouet interitus. in motu.n. rogat hãc, vt vult Alexander, rationẽ. Si ergo cùm cessarit moueri, manet mobile: rursus scilicet mouebitur. & non erat ille vltimus motus à quo cessauit. Et ipse quidẽ eo tanquam aperto fuit cõtentus. interpres aũt etiam causas addidit. Id enim quod est mouendi potestate præditũ, & id quod est mobile, vel interire possunt, vel sunt æterna. Et si interire quidem possunt, ẽt interierint. Omnis autem interitus fit per motum. Quare erit rursus motus posterior eo qui dictus est vltimus. Si autem in ea nõ cadit interitus: si vnum quidem fuerit mouendi potestate præditum, alterum verò mobile infinito tẽpore: rursus eorum vnum quidẽ mouebit, alterum verò mouebitur. id.n. est quod potest. quod quidem fiet, si non prius interierit id quod posse dicitur. Vt aũt probaret non cessare simul operationes eorum quæ mouentur, & eorũ quæ mouent & facultates, adduxit nõ esse necesse vt simul cessaret vri et posse vri. Et videtur quidem obscuritatem afferre orationi, ꝙ id quod vritur in exemplum sumpserit, quod simul ac mouetur videt̃ interire, etsi vera sit oratio, non in ijs quæ intereũt, sed in ijs quæ mouentur, vt dicit interpres. quæ enim mouẽtur, in mouendo conseruantur. & nõ est motus eorum interitus. Et in hoc differt interitus à motu, ꝙ id quidem quod mouetur remanet, non remanet autẽ id quod interit. Quomõ ergo adduxit id quod vritur quod omnino interit? An dici quidem potest ꝙ id sumpsit pro eo quod mouetur, vel ꝙ etiam aliqua quæ vsta sunt contingit non interijsse, vt ea quæ funduntur, quemadmodum aurum, plumbum, æs, & quæ sunt huiusmodi. vel

In motũ nõ cadere interitum, ex eo ꝙ mobile sit semper cum motu.

Eorum, quę mouentur & eorũ quę mouent operationes & facultates non simul cessar.

Interitus in quo differat a motu.

Cur id quod vritur sumpserit pro eo quod mouetur.

A non frustra adduxit id quod vri potest: sed ostendens ꝙ etiam ea quæ sic mouentur, vt quæ vruntur & videntur interire, ipsa quoq; post motum relinquunt aliquid mobile, & post vstionẽ id quod vri potest, quod rursus vretur. Etsi enim eius quod vritur facta sit in ignem mutatio: quoniam ignis quoq; mutatur in alia elemẽta, habet ipse quoq; id quod vri potest, et si non proximè ac continenter. Quòd autem magis in hoc sensu id quod vri potest adduxit Aristoteles, vtpote ꝙ vera sit oratio etiam in eo quod potest interire, significat cũ subiunxerit. PORRO autem id quod potest interire oportebit interijsse,} cùm quod vri potest sumpsisset vt quod possit interire, & ostenderet, quòd idem ex eodem apparebit, non esse vltimum motum, sicut nec primum. Quemadmodum enim quidquid mouetur, mouetur ex aliquo: ita etiam quod vritur, vritur ab aliquo: & quod interit, interit ab aliquo. Id autem quod attulit interitũ, non ipsum quoq; vnà interijt cum eo cui ab ipso allatus est interitus. cùm **B** remanserit autem, clarum est fore vt ipsum quoq; postea intereat cùm cadat in ipsum interitus. & rursus id quod interitum ei attulit, postea. Si ergo per motum fit interitus, & motus est mutatio, quod significauit cùm dixit; EST enim interitus mutatio aliqua} non erit scilicet aliqua vltima mutatio, sed ea quæ semper sumitur, potest sumi posterior. Quare motus quoq; non potest deficere. Sed quomodo accepit, quòd id quod potest alicui afferre interitum, id quoq; potest interire? interit enim imbecillus oculus, si intentè Solem intueatur, & multæ plantæ exiccantur à Sole, cuius est substantia ab interitu aliena. An primùm quidem, ea quę dicta sunt, à Sole non intereunt, sed ab ea affectione quæ fit à Sole in aere. si enim à contrarijs intereunt ea quæ intereunt: contraria autem sunt sub eodem genere, & in eodem subiecto, & omni ex parte eiusdem generis: non à Sole proximè & continenter interierint ea quæ sunt in generatione: Deinde si non à Sole proximè & continenter gignuntur ea quę gignun **C** tur, sed per intermedia: hominẽ enim Sol gignit, sed per hominem: multò magis nequaquam proximè & continẽter interierint. Ei autem quod dicit, sufficit vel ea quæ ab ijs quæ fiunt sub Luna est mutua in se inuicem mutatio, & quæ hic interitum afferunt & intereunt, quæ motum ostendunt qui non potest deficere. Adnoto autem id quod dictum est ab Alexandro in his in quibus dicit; vtpote quòd fiat interitus à contrario vel à simili, vt qui per marcorem fit & extinctionem. Hoc autem dicit, vt videtur, de minori flamma quæ à maiori marcescit & extinguitur. Marcescit autem & extinguitur, non vt flamma à flamma, sed vt minor à maiori. quæ quidẽ sunt rursus contraria. Operæpretium autem est aduertere quòd cùm motum ingenitum ostendisset Aristoteles, & ex ingenito posset ostendere in eum non cadere interitum, siquidẽ nemo hucusq; ausus est dicere aliquid ingenitum esse huiusmodi, vt in id possit cadere interitus: noluit ex eo facere demonstrationem, quoniam nondum ostendit **D** hæc inter se cõuerti, genitum & id quod potest interire, & ingenitum & id quod non potest interire. quod quidem postea ostẽdit in libro primo operis de cœlo. Cùm autem demonstrasset fieri nõ posse vt sit motus genitus, vel in eum cadat interitus, illud quidem ex eo quòd ante quemuis motũ, qui sumitur vt primus, sit omnino alius motus: hoc autem ex eo, quòd cum quouis motu qui sumitur vt posterior vnà sit alius: Hæc autem cùm ostendisset etiam ex æternitate tẽporis, quod est omnino vnà cum motu: meritò concludens dixit quòd si hęc fieri non possunt vt sit motus genitus & in quẽ cadat interitus, hoc est, vt habeat principiũ vel finẽ, quod qdem idẽ est ac si sit primũ & vltimũ, necesse est eũ esse ęternũ, & non ita se habere vt aliqñ quidem sit, aliqñ verò nõ sit. Grãmaticus aũt in his quoq; arroganter se iactans, si per quę, inquit, aggressus est Philosophus demonstrare motũ esse ingenitũ, per ea probat ẽt in eum non cadere interitum:

Quod pōt alicui afferre interitũ, quo intereat.

A Sole proxime res nõ intereunt.

A contrario & simili quo res intereāt.

per quę, inquit, nos illas rationes dissoluimus, per ea nos quoq; eas quæ sunt propositę corrigimus. Et ergo dicendum est per eã deductionem quę per tria dicitur á recentioribus. ꝙ si per quas rõnes is conatus est euertere motum esse ingenitũ, eæ agitatæ raucum quendam imbecillũq; & fractum sonum oĩno visæ sunt edere, ĩjs etiã quę corrigunt ꝙ is non possit interire, examinatis, idipsum eueniet. Qm autẽ quasi qui in primo certamine fuerit superior, deinceps securè non vereť argumentis vti vel leuioribus: age ea quoq; adducta cõsideremus. Quibus.n. inquit, id quod est, est in motu, vel vt semel dicã, quæcunq; suę essentiæ conseruatorẽ & perfectorem habẽt motum suum qui est ſm naturam, ea si moueri desierint, esse quoque desinunt. Cor itaq; & arteria & pulmo, vnà cũ interitu motus, vnà ẽt habẽt eam qua mouebanť facultatem affectam interitu. vel potius idipsum esse ea quæ vocantur. Quinetiã vnaquæq; alia pars aĩalis. Porrò aũt ignis quoq; est si moueatur. sed si á motu cessauerit, ignis quoque esse desĩjt. Non est ergo necesse, inquit, post quẽuis positum interitũ vltimi motus, vltimo posteriorẽ alium relinqui motum. Num etiam hic quoque videbitur ea quæ dicta sunt assequi? cùm Aristoteles, Non enim inquit, simul cessat moueri & esse mobile, hoc est, posse moueri, non eodem omnino motu, sed cuiusmodicunque. Neq; enim erat eius institutum, ostendere, motum esse æternum vniuscuiusque eorum quæ sunt in generatione, quorum neq; æternam dicit esse substantiam: sed in ĩjs etiam quę sunt sub Luna semper esse motum: & nõ esse motum posteriorem: sed etiam post eũ esse aliquem, et alium semper alium excipere. Iste autem dicit cor & ignẽ & quæ sunt hmõi, moueri desinentia, esse quoq; desinere. & non aĩaduertit ea quidem desinere esse cor & ignis, & habere facultatẽ qua moueri possint eodem motu: non desinere tñ esse mobilia. cor.n. si interierit, dissoluitur in ea elementa ex qbus est compositũ. & ignis mutatur in aerẽ. Quòd elementa aũt, & alia, & aer, sint mobilia, ne ipse qdem, vt puto, ambigit. Vide aũt, ꝙ cùm Aristoteles eiusmodi prius sustulisset amentiam per ea quæ dicit, quẽadmodum vti & posse vti, iste id quod dictum est non potuerit assequi. sed putauit eum dicere, ꝙ cùm cessarit motus, illud idẽ manet eodem motu mobile. Atqui vel ex ea cõparatione quę fit cũ generatione id oportuit attendere. Quẽadmodum.n. inquit, in eo quod motus est genitus, eueniebat vt prima esset prior aliqua mutatio, ita hic ẽt vltima posterior. Sicut.n. illic prima, quæ ponebať, illa prior ostendebatur, per quam id quod prius fuit motum, vel cũ esset generabile generabať, vel cùm esset æternũ mutabatur in hoc vt posset moueri: ita hic quoq; eo qui positus est vltimus, est alius posterior, per quẽ id quod relictum est mouebitur, vel per quem id quod interitũ attulit interibit. Sed neq; illa neq; hęc videtur esse assecutus Grammaticus. Sed videamus quod post hoc adhuc esse videtur argumentum eius eruditius. Sed neq; si verum sit, inquit, quòd postquam á motu cessauerit, remaneat aliquid quod sit præditum potestate qua moueatur: ne sic quidem Philosophus ratiocinando rectè, colligit id quod deinceps sequitur. Si enim non omnia quæ gignuntur, gignuntur per motum: sed est aliqua generatio quæ simul fit & aceruatim, absq; motu & extensione temporis, ex sententia Aristotelis: est etiam eiusmodi interitus, sicut perfectarum formarum in subiectis præsentia & abscessus, & vt signa fiunt in vnione, & vt tactus & fulgura, & vidẽdi sensus apprehẽsio. Non ergo quidqd interit, per motũ interit. Quare dixerit (ipse enim, vt mihi videť, reliquit orationẽ absq; conclusione) ꝙ etsi intereat id quod affert interitũ, non oĩno interit per motũ. Et si Deus, inquit, opifex, absq; extensione tẽporis, producit coelum & mundũ quæ citra mediũ ab ipso producuntur: ẽt quando volet mundo afferre interitum, erit quoq; eius interitus expers temporis. Hęc quidem dixit iste, volens non quidqd interit per motum interire.

Motũ posse interire quo probet Grãmaticus.

Vna cũ interitu motus, interit facultas.

Quæ mouentur, si intererunt, intereũt in ea quę sũt mobilia.

Quæ aceruatim gignuntur, non gignuntur per motũ & extensionẽ temporis.

Nõ quidqd interit, p motum interit.

Deus mũdo interitũ allatur⁹ absq; tẽpore.

E Oportebat aũt & ĩjs auditis quę hic dicuntur ab Aristotele, cũ dicit, Est.n. interitus quædam mutatio: & ĩjs quæ in quinto huius opis dum dicit, Est oĩs mutatio ex aliquo in aliqd. id autem nomen quoq; significat, aliquid.n. post aliud. & significat vnũ quidẽ prius, aliud verò posterius. & ꝙ generatio & interitus sunt mutationes in substantia: His ergo auditis, oportebat cogitare ꝙ cùm dicit Aristoteles aliquã quæ simul fit & aceruatim generationẽ ac interitum, nõ ita dicit vt quæ fiant absq; mutatione & tpe. nam in ĩjs quoq; inest aliud post aliud, & prius & posterius, & extẽsio, & ab eo quod non est in id quod est, & ex eo quod est in id quod nõ est transitus, quãobrem id qd simul fit, & aceruatim, eis adesse oportet, non vt quod in eis consideret in tota mutatione, sed in eius fine. Quis.n. domus ædificationẽ dixerit esse expertem tẽporis? sed formæ finẽ, non absolutè formã, præbet vltimæ tegulæ impositio. sicut ẽt principium interitus, eius ablatio. & sic forma dicit accedere & recedere

F sine tempore. Iã verò lineæ quoq; diuisio & vnio, & alia quæ sunt adducta non facta essent, nisi prius mota essent aliqua aliquo motu, in cuius fine hæc consistunt. Quòd si quis ad fines qui sunt aperti respiciens, ea putat expertia tẽporis: animantia quoq; & plantas dicat gigni sine tempore, ex fine motũ describens eiq; formam, & characterem tribuens. Atqui aliud est gigni, & aliud esse genitũ. & in eo ꝙ gignatur maximè cõsideratur generatio, non in eo ꝙ sit genitũ. & in eo ꝙ moueatur est motus, non in eo ꝙ motũ sit. Si autem in quibusdã magis est contracta generationis & alterationis extensio, quẽadmodũ in fulgure & tactu & lactis, dicitur concretione & in aqua, in quibus simul & aceruatim fit mutatio: nõ ex eo quod est expers tẽporis dicit id quod fit simul & aceruatim: sed ꝙ ea fit in toto & nõ in parte. In summa aũt non est existimandũ genitum esse aliqd absq; eo ꝙ gignatur. Quanq; ipsum quoq; esse genitũ, nisi sit solum nomen nihil significans, significat cõstitisse per generationẽ: et, Interĩjsse,

G ingressum esse per interitum. Num aũt iste quidem dat per generationẽ & interitum. sed non concedit per motum? non cõsiderans ꝙ ęternum motũ Aristoteles in his dicit, eum qui cõiter prædicatur de generatione & interitu. & in idẽ recidit quod mutatio. Quãobrem sic quoq; dicit, Etenim interitus est quædã mutatio. & antea, Quẽadmodũ.n. in eo qd motus est genitus, eueniebat vt prima esset prior aliqua mutatio: ita hic vltima posterior: citra vllũ discrimen vtens noĩe motus & mutationis. vel potius indicãs, ꝙ si sit aliqua alia species motus, quę posita est prior vel posterior, alia aũt quæcunq; species mutationis, quæ est ante primã & post posteriorem: sic etiam ęternus motus, vel in alia & alia specie constiterit. Si autem fatetur iste opificem sine tempore coelum & mundum producere: quomodo cũ prius non produceret postea dicit producere, & cùm postea produxisset cessasse á producendo (non enim existimat eum cùm produxerit nunc producere) & præterea post tot annos ei afferre

H interitum? Quomodo ergo sine tempore producit mundum, & ei affert interitum, cùm per temporis extensionem in eum operetur, siquidem producit quidẽ aliquando, aliquãdo verò ei affert interitũ, & alia quidem prius producit, alia verò posterius, sicut iste fatetur: & hęc quidem aliqñ, aliquando verò illa fecerit: adeò vt cũ sex diebus mundũ fecerit, in alio quolibet ex diebus fecerit aliquid aliud? Quandiu.n. hęc tẽporis significationẽ & non aliquã aliam ostenderint, fieri non põt vt qui ex ĩjs operetur, non operetur in tpe. Sed si producit absq; tpe, hoc.n. verum est, semp producit, et non aliqñ quidem, aliqñ verò non. ea enim sunt tẽporis. Iste autem non attendit ꝙ ea simul colligit quæ simul stare non possunt, nempe id quod est exps temporis, & quod est aliqñ quidem, aliqñ verò non. Atqui vel hoc solũ satis erat ad ostendendam mundi æternitatẽ, quod quidem ipse confitetur, nẽpe ꝙ Deus ipse qui citra medium producit & nõ per aliquod medium,

Quæ aceruatim fit generatio, fit in tempore.

Gñatio consideratur in eo ꝙ gignatur, non in eo ꝙ sit genitum.

Mutationis & motus vocabulo indifferenter vtitur Aristoteles.

Sine tẽpore Deus nõ producit, si aliqñ producit, aliquãdo verò non.

medium, producit sine tempore. si enim ipsum producit absq; tēpore: non aliquando quidem producit, aliqñ verò non. Quod si ita est: scilicet semper producit. Is autem tanquam ei esset datum, ꝙ aliquando (idem est autem ac si dicas, in parte temporis) Deus produeat absq; tēpore, etiam quando, inquit, volet mūdo afferre interitum, interitum affert absq; tempore. Si itaq; illud Quando signi ficat tempus, rursus dixerit ꝙ in parte temporis ei affert interitum sine tempore. Quòd si facit in parte temporis, necesse est vt alia quidē faciat priora, alia verò posteriora: et alia quidem in vno, alia verò in alio tempore. Quo modo enim fieri potest vt fecerit stellas errantes quæ insunt in omnibus simul locis zodiaci. aut vndenam incipiētem fecit vnūquemq; motum, aut quanam positura præditum cœlum? Si autē cùm apud nos primum ver fecisset, à faciēdo destitit, cùm in sex vel quotcunq; diebus fecisset: æstatis scilicet & hyemis non erit ex eorum sententia opifex. Harum autem & aliarum huiusmodi dubitationū causa est, ꝙ Deum similiter atq; homines operari existiment, & id quod est expers temporis dātes nomine tenus, eius operationes apertè ponant in tēpore, dicentes aliquando quidē facere, aliquando verò non facere, & aliquando quidem interitum afferre, aliquando verò non. cùm oporteret dicētes eum facere sine tempore, simul videre ꝙ vt semp faciat necesse sit. Deinceps autem confusè, vt existimo, & aduersus Aristotelem dicēs qui dixit, Et id quod potest interitum afferre oportebit interijsse quando interit: & aduersus Alexādrum qui dixit, Sumpsit autem ꝙ id quod potest alicui afferre interitum, potest ipsum quoq; interire: fortasse vtpote ꝙ fiat interitus vel à contrario, vel à simili: & ꝙ id quod affert interitum, si æternum quidem maneat, rursus mouebitur: Sin autē intereat, interibit per motum: His ergo contradicens, dicit se in quarto libro ostendisse, ꝙ nō omnino quæ fiunt fiant ex cōtrario. neq; in id quod est eis contrarium traducuntur ea quæ intereunt, neq; à contrario suscipiunt interitum. quandoquidem neq; cuilibet quod gignitur & interit est contrarium. sed sunt nōnulla quæ intereunt, quæ causam interitus non habēt extrinsecùs. sed per suæ naturalis facultatis dimensionem, tēpore particulatim laborantia, effluunt. etiāsi nihil sit quod eis exitium afferret extrinsecùs. Non ergo, inquit, in omnibus quæ intereunt quærendū est, an id quod est causa interitus, remaneat, postquam attulerit interitum, interitū afferēdi potestate præditum, & an id sit æternum, an id cadat interitus. Et sic per rationem quę Sorites dicitur absurdum deducit in infinitum. Aduersus hæc autem, ꝙ ea quidem quæ gignuntur, ea autē sunt ex sententia Aristotelis, vt sæpe ostensum est, quæ cùm prius quidē non essent sunt postea. Quòd ea ergo fiant ex ijs quæ sunt vel ex contrarijs, vel ex proprijs priuationibus, & intereant vel in contraria, vel in priuationem, rursus autem in ea quæ sunt: præcipuè quidem ostensum est in ijs quæ dicta sunt in primum librum naturalis auscultationis. Ostensum est aūt etiam in ijs in quibus conatus sum examinare ea quæ ab isto audacter dicta sunt aduersus prima operis de cœlo, quartum librum cuius nunc meminit excutiens. De his autem ēt paulò ante dicta sunt non pauca. Si autem nunc etiam oportet ea tangere. Si cū non prius essent, sunt postea, fieri non potest vt fiant ex ijs quę non sunt. Quæ enim fiunt ex ijs quæ sunt, apparēt per seriem eorum quæ præcesserunt & eorū quæ sequuntur. Troiana.n. verbi gratia, tunc & non aliàs poterant fieri ꝑpter seriem eorū quæ pręcedunt, & quæ res illas constituunt, & ea quę consequunt. Quæ autem ex eo quod nō est consistunt, cur magis facta fuerint in hoc tpe? Mitto dicere ꝙ generationes & interitus apertè sunt quædā mutationes, cùm vnum post aliud habeat substantiam. Si ergo id quod gignitur, gignitur ex aliquo: ex simili fit vel ex contrario seu propria priuatiōe. Sed id quod fit ex simili videtur iste quoq; reprobare. Aut ergo ex cōtrario, aut ex

Absq; tēpore Deum nō esse mūdo interitum allaturū, si cum volet hoc sit facturus.

Nō omnino quæ fiūt, fiūt ex cōtrario, nec in cōtrariū intereūt, vt vult Grāmaticus.

Ex cōtrario oino fieri aliquid vult Simplicius, aut ex priuatione.

A priuatione, propterea ꝙ non sit substantiæ contrarium. Quamobrē in quibus non est contrariū, generatio fit ex priuatione. quanq; in ijs quoq;, siquis rectè aspiciat, per contrariorū in seinuicem mutationē efficiuntur generationes & interitus. qn̄ enim ex pane qui non est caro, vt fiat aūt caro aptus est, fit caro, ex eo ꝙ contrariæ qualitates in se inuicē agant & patiantur, fit mutatio. Sed non necesse est, inquit, interitus causam esse extrinsecùs. Sed sufficit aliqn̄ dimensum naturalis eorū quę intereunt facultatis ad hoc vt effluant, etiāsi nihil sit quod eis afferat interitū. Veniet itaq; rursus eadem ratio, quā iste ignorans multa & dicere & audire necesse habuit. Etenim si in id quidē quod nullo modo est fieret effluxio, effluerei fortasse vel nullo interturbante subiectum. Si autem necesse est vt mutetur ex frigido in calidū: videlicet nō à se ipso mutabitur in contrarium: sed ab eo quod est actu calidum, quod interim quidē est frigidum, calidū verò potestate, mutatur. Quēadmodum autem potest ēt fieri, vt B quæcunq; sunt in generatione, quæ constant ex qualitatibus contrarijs, sibi appropinquantia, non agāt inter se & à se inuicē patiantur, sed absq; vlla molestia & perturbatione ab eis effluat potestas? Atq; ego quidem existimo mensuras facultatis concurrere ad hoc vt contrariæ qualitates agant & patiantur. Idem ergo si ei talis obtigerit consuetudo, interit citius: si verò talis, minus. Ad id autem quod ab isto dicitur, dixerim, ꝙ si earum quę sunt in generatione qualitatum, non esset hæc agēdi facultas & patibilitas quæ affert interitum & interit, sed pfectè absoluteq;, &, vt ita dicā, vitaliter impertirent & participarentur, sicut in cœlestibus: nō effluerei eorum facultas à substantia, neq; esset tēporis parte dimensa. Rectè ergo extra id quod interit id quod interitū affert posuit interpres. & siue hoc fuerit æternū, siue in id cadat interitus, collegit futurū esse motum post eū qui ponitur vltimus. Sed si hoc quoq; est adnotandū, propter eos qui nihil examinando decipiuntur eius verborum multitudine: mihi C videt̃ iste existimare rationem quæ Sorites dicit̃ ad infinitum absolutè deducere. & existimo sufficere si ostensum fuerit istum ne horū quidem nosse distinctionē. Deductio.n. quę fit in infinitum, cū sit demonstratiua, nusq̃ sistit progressum. quēadmodum siquis dicat qdquid mouet: ipsum quoq; moueri: & qdquid mouetur ab aliquo, extrīsecùs moueri. his.n. positis, necesse est vt eat in infinitum qui id quod mouet ponit ante id quod mouet. Sorites aūt est ratio Sophistica, quæ ex ea quæ fit paulatim, vt aiunt, interrogatione, per visionū seu phantasiarū dissolutionem, abducit ad incertum, vel falsum euidēs. Rogant enim vtrū prima gutta primum egit aliquid in lapidem, an non. si.n. fecit: qūo non videtur ea quā passus est affectio? si aūt non fecit, neq; secūda, neq; vltima: qūo ergo facta est lapidis cōcauitas? Vides eā non deducere in infinitum. Qūo ergo per Soritem dicit abducere in infinitum? Sed hęc quidē ijs scripta sunt qui viri volūt habitū iudicare. Quid.n. nūc oīno opus erat Sorite, nisi ad no D minū ostentationē? Cùm aūt dixisset Alexāder, ꝙ quę intereunt dū aliqua mouent̃ intereunt, ea scilicet quę interitū afferūt: ita.n. dixit ēt Aristoteles, Et si in ea qdem nō cadat interitus, ea rursus mouebunt̃: sin autem cadat, erit rursus vltimo motu aliqs posterior: iste cū non intellexisset, non ea quę interitū afferunt, sed ea quę intereūt, existimans nunc dici ab Alexādro ea moueri, quēadmodum Age, inqt, elementa quę ipsa quoq; possunt interire, rursus dū alia mouent̃ ipsa quoq; intereunt, verbi gratia, materia & forma: materia aūt quę vtiq; cū rebus non interit, manet habens eandem potestatem vt moueatur: Cùm sic ergo desipuisset, & ne Aristotelē quidem dicentē audijsset, Et id vtiq; quod affert interitū oportebit interijsse, & id quod ei affert interitū rursus postea, dicit se multis in locis hanc soluisse dubitationem. Etsi enim, inquit, natura primā non facit materiā, at Deus, inqt, facit ipsam nō ex materia. Quare ipsam etiam fecerit interire

Mensuræ facultatis concurrunt ad hoc vt contrariæ qualitates agant & patiatur.

Sorites quid sit.

Deus facit materiam.

cum volet, in id quod non est, ex quo facta est. Quemadmodũ, inquit, forma quoq; non transmutatur in aliam formam, sed regreditur in id quod omnino nõ est ex quo etiam facta est. Sæpe autem, vt arbitror, ostensum est ꝙ ea quidem quæ ex ijs quæ non sunt producuntur ab opifice, non sunt genita in hoc geniti significato, in quo id quod prius non erat est postea: sed habent æternam substantiam. Si sunt enim ea quæ producunt̃ ex ijs quæ non sunt: cur tunc & non aliàs peruenerunt ad ea quæ sunt. quemadmodum ea quæ fiunt ex ijs quæ sunt, habent causam cur tũc facta sunt, quæ potest facile perspici: nempe, vt dixi, propter seriem eorũ quæ præcesserunt & eorum quæ sequuntur. Hæc ergo sunt æterna necessariò: Quæ autem sunt genita eo modo qui dictus est: & ex ijs quæ sunt habent generationem, & in ea quæ sunt interitum, cùm sit generatio & interitus mutatio. Etenim quænam forma non ex eo q̃d erat potestate mutata est in id quod est actu: et ab eo quod actu est in suã ipsius priuationem? Sed non regreditur, vt iste dicit, in id quod non est omnino. Hæc cùm dixisset, pollicetur se ostensurum ꝙ non in perfectam & omni ex parte absolutam nõ essentiam, sed in aliqd aliud præstantius & diuinius fiat mundi mutatio. Mirum est autem, quòd mũdi quidem interitum, existimat esse mutationem in aliquid quod est, & est diuinius: ortum autem dicit habere non ex eo quod est. indicat autem, quod quidem tractat in libris qui deinceps sequuntur, fore vt hic mundus mutetur in alium diuiniorem, non animaduertens id non esse interitum mũdi, sed perfectionem. Concludens autem argumenta quæ adducit aduersus rationes quæ probant in motum non cadere ortum nec interitum, dicit eas satis esse confutatas ab adeò inualidis & imbecillis magis. Et perinde ac si illas confutasset, audet ipse quoq; per se demõstrare quòd fieri non potest vt motus sit ingenitus. Ad demonstrationem autem tria prius sumit pronunciata: vnum quidem, quòd si quid eorum quæ gignuntur ac fiunt necessariò opus habet aliquo, quod prius sit ad hoc vt fiat, quemadmodum nauis lignis, id non possit fieri nisi illa prius facta sint. Secundum, quod fieri nõ potest vt numerus infinitus consistat actu, vel vt qui numerat, peruadat infinitum: & ꝙ fieri non potest vt sit maius infinito vel augeatur infinitum. Tertiũ, quòd si ad alicuius generationem, infinita prius consistere oporteat, vt quod vnum fiat ex vno, id fieri non potest. Ex eo enim, inquit, Aristoteles quoq; in opere de generatione ostendit fieri non posse vt sint numero infinita corporum elemẽta, siquidem est eis ex se inuicem generatio. peruadi enim nõ potest id quod est infinitum. Quare nõ fuerit prius, verbi gratia, factus ignis, si cùm infinita prius facta sint factus fuerit. Cũ hæc ergo, inquit, prius sint in confesso, si huius ignis singularis motus habet suæ essentiæ principium & finem: vt ipse autem fieret, oportebat ante ipsum aliũ fieri motum, per quem ex aere, verbi gratia, mutato oportebat fieri corpus ignis: & rursus ante motum aeris qui mutatus est in ignem, prius fuit alius motus, verbi gratia, aquæ, per quem mutatus est in aerem: & ante illũ alius: idq; in infinitum: siquidem non habuit principium neq; mundus, neq; rerum in se inuicem mutatio: oportebat ergo prius esse motus infinitos, vt fieret hic ignis singularis. non. n. factus esset nisi prius fuissent infiniti, per primum, vt dicit, pronuntiatum. Si ergo fieri nõ potest vt actu sint infiniti motus, per secundum pronunciatum: neq; ergo fieri potest vt singularis ignis cõsistat motus, & propter hæc, & propter tertium pronuntiatum quod dicit, quòd ante generationẽ necesse est vt infinita prius cõsistant, hoc fieri nõ possit. Si ergo singularis ignis motus factus est: non fuerunt ante illum infiniti motus: per necessariam cõuersionem quæ fit cũ oppositione. vt dicit iste qui ignorat quænam sit conuersio cũ oppositione, vt ostendi cũ examinarem ea quæ ab ipso dicta sunt aduersus primum librum de cœlo. Si ergo per finitos, inquit, motus venit na-

Quæ producunt̃ ab opifice non sunt genita ĩ vno geniti significato.

Mundus mutatur non in non essentiã, sed in aliqd aliud pręstãtius.

Motũ nõ esse ingenitum quo probet Grãmatic⁹.

Quod opus habet aliquo vt fiat, id nisi adsit non potest fieri.

Infinitus numerus actu non cõsistit.

Si infinita sint oportet ad gñationẽ vni⁹, vt vnũ fiat ex vno fiat non potest.

E tura, vt singularis ignis motum faceret: est ergo aliqs primus motus ante quem non fuit alius. & aliorum singularium motuũ est eadem ratio. & id, inquit, naturali congruit rõni. quæ sunt. n. perfecta, imperfectis, & quæ sunt potestate, ijs quæ actu sunt, sunt priora. Si fiat itaq; ascensus in infinitũ: neq; perfecta, ea quę sunt imperfecta: neq; quæ actu sunt præcedent ea quæ sunt potestate: Si autem sunt finiti: primus scilicet qui cõsistit vnà cum vniuerso, eorum qui deinceps sequuntur ducit' principium ex eo quod actu est & perfectum. Si autem singularium, inqt, motuum est aliquod principium, nec potest alius ante alium cogitari motus in infinitũ: necesse est vt etiam motus circularis cœlestiũ ab aliquo incipiat principio cùm prius non esset. non contingit. n. cœlum quidem semper similiter & eodẽ modo se habere, ea autem quæ sunt infra, in quæ cadit ortus & interitus, non habere id quod sunt in eo quòd oriantur & intereant. Hoc quoq; quartum adijcit, Si motibus qui fiunt ij qui sunt faciendi adiecti

F augent eorum numerum: fieri autem nõ potest vt augeatur infinitum: non fuerint infiniti motus qui præcesserunt. Quintum aũt, si non mouentur, inquit, sphæræ æquali tempore: sed mouentur, vna quidem per triginta annos, alia verò per duodecim, & deinceps per minus tẽpus: adeò vt sphæræ quidẽ Lunæ motus fiat per mẽsem, & inerrãtis seu fixæ sphæræ motus per diem & noctem: principij autẽ expers est cœli motus: necesse est vt sphæra Saturni infinitos circuierit ambitus: Iouis autem sphęræ motus est ferè eorum triplus: Solis autem motus erũt trigecuplo maiores motibus Saturni: Lunæ autẽ motus trecento & sexagecuplo maiores: inerrantis verò motus plusquã decies millecuplo maiores. Quõ ergo nõ quoduis absurdum superat, si ne semel quidem cõtingit posse peruadi infinitũ, infiniti decies millecuplum, vel potius infinitis partibus infinitum ponere? Quare necesse est, inquit, vt etiã cœlestium circularis ambitus cœperit esse cùm prius non esset, cũ ipsum cœlum, vt ipse dicit (nõ est

G enim mea hæc oratio) esse cœperit. In his vtiq; possunt quidẽ verè sumpta esse pronunciata. Vnum autem cùm iste, vt opinor, ignorauerit, contradictionũ magnam turbã congessit, falsa qdem ratiocinatione seipsum primum decipiens: deinde ẽt eos qui existimant suam posse ex eo confirmari sententiã, ꝙ mundi sit interitus. Vnũ autem quod dicit, hoc est. Id quod actu & propriè est infinitũ, siue numero, siue magnitudine ponitur infinitũ: non est in aliquo quidẽ infinitum, in aliquo verò finitum. quod est enim eiusmodi, non est magis infinitum q̃ finitum. Sed neq; id quod procedit in infinitum, dicitur propriè esse infinitum. quod enim procedit in infinitum, nõdum accepit id quod est infinitum. etsi semp procedere ad id non cessauerit, nunq̃ accipiet id quod est infinitum. Iste autẽ cùm sumpsisset pronunciata in ijs quæ actu sunt infinita, in quibus verum est non posse numerũ consistere infinitũ: vel eum qui numerat peruadere infinitum, vel augeri infinitum, vel esse ante aliquã generationẽ numerum qui est actu infinitus: sicut in elemẽtis ostendit Ari-

H stoteles: non vtiq; in tali infinito produxit eius quod est simul demõstrationes: sed in eo quod fit in infinitũ, cuiusmodi motũ esse dicimus: non cogitans ꝙ etsi motũ dicamus esse expertẽ principij, & non habere finẽ, at ipse quidem certè hucusq; nondũ est infinitus. ipsum Nũc itaq; eius finẽ ponimus. Quare ante motũ huius ignis singularis nõ est motus actu infinitus. Qui est itaq; ad hoc nunc vsq;, est hoc Nũc finitus. neq; prohibetur quominus fiat hic ignis per motus qui sunt prius, qa sunt finiti ad id q̃d fit. nec hoc solùm, sed ẽt quæ sunt ignis causæ sunt finitæ, siquidẽ quæ est generatio quatuor elemẽtis, ea ex se inuicem it & reddit in orbem. ignis enim ex aere, & aer ex aqua, & aqua ex terra, & terra ex igne, & rursus ignis ex aere, idq; in infinitum. Oportebat autem cùm naturam eius quod est in infinitũ, et in quonã id differat ab eo infinito quod actu est, ab Aristotele didicisset, ita si quid

Infiniti & eius quod in infinitũ procedit differẽtia.

aduersus ipsum haberet, dubitare. sed non absurda quæ colliguntur in infinito quod actu est, adducere aduersus id quod est in infinitum. De huiusmodi autem infinito quod est in infinitū, dicit Aristoteles in tertio huius operis. In summa autem sic semper est infinitum, quod semper sumatur aliud & aliud. & id quod sumitur quidem semper finitum, sed semper diuersum & diuersum. Præterea ipsum esse dicitur multis modis. Quare non oportet infinitum accipere vt hoc quidpiam, vtputa hominē vel domum, sed quemadmodum dies dicitur & certamen. quibus non fuit esse in substantia. sed semper finitum in generatione & interitu. sed semper diuersum & diuersum. Etsi ergo ante me fit pater, & ante meum ignem ignis illius, & id resoluerimus in infinitum vt quod non fit principium: non sunt tamē infinita ea quæ ante me facta sunt. ad me certè vsque interim finita sunt. sed non steterunt. sed semper aliud & aliud semper finitum suscipiunt. Actalis quidem est indiuiduorum generatio & interitus, qui nunquam quidem deficit, est autem semper in fine, propter naturam eius quod est in infinitum. Grammaticus autem cùm quæ vera sunt in infinito quod actu est pronunciata sumpsisset, quod nec omnino quidem consistit vt ipse quoque fatetur: si ad alicuius, inquit, generationem infinita prius cōsistere oportear, ita vt vnum ex vno fiat, hoc non potest fieri, quoniam infiniti eius motus prius consistant necesse est: id quidem quod fieri non potest, quod consequitur id absurdum quòd totum est simul actu infinitum, & omni ex parte infinitum, adducens aduersus id quod est in infinitum. in quo quidquid sumitur est omnino finitum, sed semper diuersum & diuersum. nam si actu essent infinita ea quæ prius fuerunt, ex eis re vera non fieret aliquid: non solùm quia nihil est extra infinitum, sed quòd non potest id quod fit coniungi infinito quod neque habet principium nec finem. Aristoteles autem in secundo de generatione, quoniam iste quoque illorum meminit nihil eorum quæ illic dicuntur intelligens, non ei quæ in infinitum ponitur eorum quæ gignuntur & intereunt progressioni consequens esse dicit vt non gignantur elementa (vt iste existimauit, qui ne hoc quidem potuit intelligere hoc fuisse in illis institutum Aristotelis, in infinitum quidem & æternā ostendere elementorum eam quæ fit in se inuicem in orbem mutationem) sed non eo quòd actu positæ sint infinitæ, quæ sunt elementorum speciem constituentes repugnantiæ. Hoc autem consequitur apud eos qui dicunt non absoluté in infinitum sicut nos dicimus forma in orbē voluentia, sed in forma in infinitum mutari ea quæ gignuntur recta procedentia. vtputa aerem ex igne: & ex aere aquam: & ex aqua terram: & ex terra aliquid aliud: & ex illo rursus aliud in infinitum, sic specie differentia. Si autem hoc ita est: necesse est vt in terum natura actu sint infinitæ, quæ speciem constituunt, elemētorum repugnantiæ, per quas fit mutatio. Quemadmodum enim non esset albi in nigrum mutatio, nisi in iis quæ sunt esset nigrum: ita non liceret specie mutari in infinitum, nisi essent species numero infinitæ. Si essent enim finitæ: fieri non posset vt esset in infinitum ea quæ in infinitū fit per speciem mutatio. defecisset enim. Elemētorum ergo positam in infinitum mutationem consecutum est vt sine infinitæ actu repugnantiæ. quod quidem apud nos non consequitur qui generationem & motum dicimus procedere in infinitum, sed non quæ mutentur in specie, verùm quæ in orbem vertantur. quod quidem ipse quoque vult introducere, eo quòd sustulerit eam quæ recta fit in infinitum in specie progressionem. Tollit autem, dum eam sequi dicit actu esse infinitas in specie repugnātias: id autem sequi absurda, quorum vnum tollit quidem nostram de iis quæ sunt cognitionem, alterum verò generationē. Quæ est enim in nobis cognitio qua quid sit vnūquodque cognoscimus, est per definitiones. Si autem actu sunt infinitæ quæ speciem constituunt differentiæ, per

Indiuiduorū generatio & interitus est in infinitum.

Elementorū in se inuicem mutatio fit infinitum, & est æterna.

A quas formam suscipiunt elementa, si infinita elementorum sit recta mutatio, cùm alia species ex alia fiat in infinitum: non potest, vt dixi, definiri. siquidem ex genere & terminatis differentiis sunt definitiones. Sed neque vt gignatur aliquid potest fieri, cū actu sint infinita, & quæ peruadi non possunt, ea quæ intercedunt. Si ea enim sunt finita: extrema quoque finita sint necesse est. Aliud est ergo illud infinitum, quod totum simul ponitur: & aliud id quod est in infinitū, quod habet id quod est in eo quòd fiat & intereat, vt dictum est: & id quod eius quidē sumptum est semper est finitum, sed aliud & aliud: nec ex eo impeditur generatio, sed potius adiuuatur. Quare & singularis ignis & aliorum motus fuit genitus, nec ante eos fuerunt motus infiniti, qui nunc quidem sunt finiti. sed eo qui ponitur primus semper potest prior sumi. Quòd si ita est: necesse est vt etiam cœlestium circularis motus careat principio. id quo eorum quæ sunt sub Luna seruatur motus qui non deficit. Sed neque motus qui adiiciuntur, augent numerum motuum qui est actu infinitus, vt

B iste dicit, sed eum qui est finitus. Finitus enim est qui est hucusque: & qui semper adiicitur, est finitus, non autem infinitus, etiamsi adiiciatur in infinitum. Quare etiamsi non sint sphæræ æqualis celeritatis, & careat principio vniuscuiusque in suum locum restitutio: non sunt tamē infiniti qui sunt hucusque. neque vnquam fient infiniti, vt qui ab eo ipso quod est in infinitū procedere, ne infiniti fiant prohibeantur. quod enim est in infinitum, habet semper aliquid quod deest. semper enim ei inest id quod est potestate. Quod est autem infinitum, siquidem est aliquid actu eiusmodi, est eiusmodi vt ei nihil desit. Sed neque quæ ab ipso dicuntur, rationi naturali congruunt, quæ dicit ea quæ sunt perfecta præcedere ea quæ sunt imperfecta, & ea quæ actu sunt ea quæ sunt potestate. quandoquidem nec ea quidem in quibus hæc vera sunt, videtur iste cognoscere. in iis enim quæ tota sunt verum est: in generatione autem, potius in eodem, ea quæ sunt imper-

C fecta sunt ante perfecta, & quæ sunt potestate, ante ea quæ sunt actu. etiamsi reuera ex se inuicem ortum habeāt, homo enim est ex semine, & semen ex homine. Et hæc quidem dixi tanquam ad priorem in tempore essentiam, quam solam iste vt videtur cognoscit. Nam virtute quidem & causa & dignitatis excellentia perfecta sunt ante omnia imperfecta, & ea quæ actu sunt ante ea quæ sunt potentia: atque etiam tempore ea quæ agunt ante ea quæ patiuntur. In generatione autem si non sit principiū temporis, non absolutè tempore prius esse dixerit aliquis id quod actu est eo quod est potestate. Id enim quod est in vnoquoque potestate, id quod in ipso est actu præcedit tempore. sicut ouum est gallina prius. Hæc ergo dicta sint aduersus sextum librum Grāmatici, qui motus æternitatem conatur de medio tollere, ne per ipsum mundus ostendatur æternus. Hunc enim vnum sibi scopum proposuit, vt neque Deus immutabilis, neque mundus æter-

D nus, ab eis qui infeliciter ei credunt, putetur. Vsque autem ad ea quæ dicta sunt progressus, contradictionē quæ fit aduersus æternitatem motus finem sibi habere existimauit, cùm ne hoc quidem potuisset attendere, quod quæ demonstrationis sunt vel maximè præcipua, traduntur in iis quæ deinceps consequuntur. in quibus ostēdit Aristoteles, quòd eorum quæ sunt, alia quidem sunt immobilia, alia verò semper mouentur: alia autem aliquando quidem mouentur, aliquādo verò quiescunt. Sed si videtur deinceps est reuertendum ad continuationem dictorum Aristotelis, cùm eos qui in præcedentia incidūt liberauerimus ab ineruditia illa ratione.

Perfecta præcedere imperfecta, & quæ actu sunt, ea quæ sunt potestate, non est verum in generatione.

Ouū est prius gallina.

Etenim sic dicere, videtur potius figmentum aliquod.

Cùm ostendisset motum esse æternum per æternitatem temporis, & fieri non posse vt motus vel tēpus ponantur gigni vel interire: nunc dicit quod etiam ex eo pro- XIII

Motum aut tēpus aliquid esse dicere,

aliqñ nō. est figmento simile.

batur motum & tempus esse æternum, φ non sic dicere, sed aliquando quidem esse motum aut tēpus, aliquando verò non esse, videatur potius esse aliquod figmentum. Quid enim figmēto similius esse potest, quàm dicere φ qui prius non erat motus, neq; tempus, tunc facta sint? Cur enim tunc, sed nō prius vel posterius? Est id figmento simile. Dixerit autem fortasse esse figmento affine dicere etiam esse tempus, quando tempus non erat. qui autem dicit aliquando quidem fuisse tempus, aliquãdo autem non, hoc dicit. Idem autem figmentum est etiam in motu. siquidem tēpus est numerus motus. Si enim fuit tempus quando non erat motus: quando autem motus non fuit, neq; tempus: videlicet qui hoc dicit, nihil aliud dicit, φ̃ quòd fuit tempus quando non fuit tempus. Dixerit autem, inquit Alexander, videri potius figmētum ita dicere, & quòd absq; demōstratione & probabilibus rationibus dicebant qui hæc dicebant. vel quòd cū ostensum sit motum esse immobilem, non est probabile vt in eum dicamus cadere interitum. nisi fortè illud, Figmento dicere assimile} non solum relatū est ad id φ in eū non cadat interitus, sed etiam ad hoc φ sit genitus.

CAP. II.

XIII Similiter autem dicere etiam φ sic ei sit naturà insitū. et id oporteat existimare esse principium. quod quidem videtur dicere Empedocles, nempe φ rebus insit necessariò vt amicitia & contentio vicissim dominentur & moueant, quiescant autem eo tempore quod intercedit.

XV Fortasse autem ij etiam qui vnum dicunt principium, sicut etiam Anaxagoras, sic dixerint. Verumenimuero nihil est inordinatum eorum quæ sunt natura & s̄m naturam. Natura enim est omnibus causa ordinis. Infinitum autem ad infinitum nullam habet rationem seu proportionem. Quiuis autē ordo est ratio. Infinito autem tempore quiescere, deinde aliquando motum esse: huius autem nullam esse differentiam cur nūc magis, φ̃ prius: neq; aliquem rursus habere ordinem, nō est vtiq; munus naturæ. Aut enim oportet absolutè se habeat id quod est natura, & non aliquando quidem sic: aliquando verò aliter. quemadmodum ignis natura sursum fertur: & non aliquando quidem, aliquando verò non: aut id quod non est absolutum, habeat rationem.

XIIII Cùm dixisset figmento esse simile, dicere quòd motus quidem fuerit aliquando, aliquando verò non, propterea quòd non possit eius reddi ratio: deinceps dicit quòd etiam dicere sic esse ei à natura insitum, & id veluti causam & principium tradere, sit similiter figmento nō absimile. Hoc autem visus est dicere Empedocles, cùm dicit rebus inesse necessariò vt amicitia & contentio vicissim dominentur & moueant. quòd si hoc ita est, etiam quiescere in eo tempore quod intercedit. Est enim quies inter motus contrarios. Eudemus autem accipit immobilitatem in dominatu amicitiæ per sphærum, cùm omnia confusa & concreta fuerint.

Natura, hoc est, sine causa moueri dicere, est commētū simile.

Cùm leuia & Solis discerni membra nequirent,
Occultè ast stabilis (vt ait ille) dēsa in cōpagine staret,
Qui teres est, & cui læta est habitatio, sphærus.

De amicitia & cōtētione vicissim mouēte versus Empedoclis.

Cùm autem rursus dominatum obtinere cœpisset cōtentio, tunc fit rursus motus in sphæro.

Ordine membra Dei nam certo secta fuere.

Quid autem ab eo quod est, Sic est ei natura insitum, differt si dicatur fieri à necessitate nulla adiecta causa?

E Hæc autem videtur in hoc dicere Empedocles.

Alternis vicibus. vertenti tempore regnans
Et cùm eorum quæ fiunt causam tribuit necessitati.
Summorum res prisca Deum æternūq; sigillum est,
Quæ sacramentis signata est dicta necessum.

De necessitate sigillo deorum, versus Empedoclis.

Per necessitatem enim & hæc sacramenta vtrunq; dicit vicissim obtinere dominatum. Dicit autem hæc quoq; Empedocles de dominatu contentionis.

Postquam tecta fuit magna ast contentio membris,
Tempore vertente, ad summosq; ascendit honores,
Post sacramentum vicibus quod transit ad ipsam.

Hæc ergo, inquit, quæ dicuntur sine causa, nihil est aliud dicere, quàm, Sic est à natura insitum. Fortasse autem Anaxagoras quoque qui mentem dicit vnum esse principium motus prioribus quiescentibus, & nō adijcit causam propter quam tunc mouit, non autem prius, nihil aliud dicit quàm hoc figmento simile, quòd sic est ei à natura insitum. quanquam in natura & in ijs quæ natu-

F ra fiunt maximè vitandum est ne quid sit sine causa & absq; ordine. quoniam natura quæ in se habet rationem, est omnibus causa ordinis & rationis. Tempus autē quo prius quiescebant, cùm sit infinitum, ad id ex quo cœperunt moueri, nullam habet rationem. infinitum enim ad infinitum nullam habet rationem. sed neq; ad finitum. Colligitur ergo in secunda figura, quòd quies quæ est infinita, relata ad motum qui est infinitus vel finitus, non est natura. Porrò autem infinito quoque tempore quiescere, deinde motum esse aliquando, & eius nullam dicere differentiam, propter quam nunc magis mouentur, quàm prius, neque habere vllum ordinem, non est munus naturæ. quoniam quæ sunt natura, non aliquando quidem sic, aliquando verò aliter se habent absq; ratione & causa: sed vel absolutè & similiter se habēt omnia quæ sunt natura. quemadmodum ignem dicimus natura sursum ferri. quoniam non aliquando quidem sic, aliquando verò non. sed absolutè sursum fertur generaliter &

In natura vitandū est ne quid sit sine causa & ordine.

Naturalia vel absolute & similr se habent, vel cur nō sic habeãt, rō reddi potest.

G semper similiter. Terra autem deorsum & ipsa quoque absolutè. Siquid autem eorum quæ sunt natura nō semper se habet similiter & eodem modo, sed aliquando quidem sic se habet, aliquando verò non, est aliqua ratio & causa, cur non sit absolutè simplex, sed aliquando diuersum. Quemadmodum quòd nō sit semper ęstas vel semper hyems, sed vicissim, causa est zodiaci inflexio, & qui fit in eo Solis motus. & quòd animalia non semper gignant, causa est, quòd sit perfectorum facere sibiipsis similia. Eudemus autē reprehendit Anaxagoram, non solùm quòd dicat motum qui prius non erat aliquando cœpisse, sed etiam quòd prætermiserit dicere sit ne mansurus, an aliquando cessaturus, etsi non sit apertum. Quid enim, inquit, obstat quominus menti aliquando videatur res omnes sistere, sicut ille dixit mouisse? In hoc etiam carpit Anaxagorā Eudemus, Quomodo contingit priuationem aliquam esse priorem habitu qui est oppositus. Si ergo quies est priuatio motus: non fuerit

Anaxagoras motū dixit cœpisse, nec an sit mãsurus definit.

H ante motum.

Quamobrem melius est vt Empedocles, & siquis alius dixit ita se habere, vniuersum vicissim quiescere & rursus moueri. Habet. n. quendam ordinem id quod est eiusmodi. Sed oportet eum quoq; qui hoc dicit, non solùm enunciare, sed etiam eius causam dicere, & neq; aliqd ponere, neq; aliquod effari pronūtiatum quod careat ratione: sed vel inductionem afferre vel demonstrationē. Ea enim quæ sunt posita, non sunt causæ. neq; hoc erat causa, amicitiā esse vel contētionem: sed illius quidem, cogere seu conciliare, huius verò, discernere seu segregare. Si aūt distinguetur ac definiet id quod fit vicissim,

dicendum

dicendum eſt in quibus ſit. quẽadmodum ꝙ ſit A aliquid quod hoĩes cõciliat, nempe amicitia, & inimici ſe alter alterũ fugiant: hoc ẽt in vniuerſo eſſe ponit̃. In nõnullis enim ſic videbit̃. Illud autem, Per æquale tempus, opus habet etiã ratione aliqua. Omnino autẽ exiſtimare hoc eſſe ſufficiẽs principium, ꝙ ſemper ſic ſit vel ſic fiat, non rectè habet exiſtimare. Ad quod Democritus reducit cauſas naturę. ꝙ ſic quoq; prius fiebat. Eius aũt quod ſemper, non cenſet eſſe quęrendum principium: in aliquibus rectè dicens: ꝙ autem in oĩbus, non rectè. Triangulus enim habet angulos ęquales duobus rectis. ſed tñ eſt aliqua alia cauſa huius æternitatis. Principiorũ autem non eſt alia cauſa, cùm ſint æterna.

XV B Et ſi nõ rectè quidem omnino faciat Empedocles qui dixit abſq; cauſa,

Alternis vicibus vertenti tempore regnant:

adeò vt viciſſim vniuerſum & quieſcat & moueat̃: quatenus tñ id quod fit viciſſim oſtendit aliquem ordinem eius quod eſt definitum ad definitum, videtur dicere naturalius. partium enim tp̃is quæ ſunt ad ſeinuicem finitę eſt aliqua ratio: infiniti aũt ad infinitum, quo videtur vti Anaxagoras, nulla eſt ratio. Sed non ſufficit Empedocli & ĳs qui ſic dicunt dicere id quod fit viciſſim: ſed oportebat etiã eius cauſam addere: & non ponere aliquid, neq; aliquod effari pronuntiatum abſq; cauſa: ſed ſi verba quidem fiant de aliquo principio, id probare per inductionem: neceſſe eſt enim confirmare principia ex poſterioribus: ſin autem de ĳs quæ ſunt poſt principia, per demonſtrationem. quẽadmodum nunc quoq;. Amicitia enim & contentio nõ ſunt principia & cauſæ eius quod eſt viciſſim & inæquali tp̃e dominatum obtinere, & mouere: reuera enim id eſſet eſſe amicitiam & contentionem: ſed proprium quidem eſt amicitiæ ea quæ ſunt diuiſa in vnum cogere ac conciliare: contentionis aũt diſcernere & ſeiungere: eius autẽ quod eſt viciſſim & inæquali tp̃e fuerit alia cauſa. quã oportebat eos qui ſic dicunt tradere, adĳciendo etiam in quibuſnam alĳs ſic habeat & fiat. Probabilis enim eſſet oratio quæ confirmaretur teſtimonio eorum quæ ſunt euidentia. Quẽadmodum ꝙ in vniuerſo amicitia quidẽ fit in vnum conciliatrix, contentio verò ſeparatrix & diſſipatrix, videtur eſſe probabile, ex eo ꝙ apud nos amicitia quidẽ hoĩes conciliet, inimicitiæ aũt disiungant alterum ab altero. Quoniam enim hoc videtur eſſe probabile in aliquibus, videtur etiam in toto. Oportebat ergo etiam in eo quod eſt viciſſim, quod ex æquo in vniuerſo dominatũ obtineat, ex aliquo alio afferre probationem. Quaſi autẽ ſit aliquis ĳs quæ dicta ſunt facilè occurſurus, ꝙ quẽadmodum amicitia quidẽ ſemper conciliat, inimicitiæ autẽ ſegregant, nec oportet D eius cauſam quærere: ita etiam ſemper viciſſim & apud nos concretiones & ſecretiones dominatum obtinẽt, dicit ipſe id nõ rectè habere, ꝙ ſemp ſic & vbiq; ſe habeat ſumere tanq̃ principium quod non poteſt demonſtrari. multa enim ex ĳs quę ſunt, ſunt æterna quidẽ, & ſemper ita ſe habent: non ſunt tñ principia, & indemonſtrabilia. ſed ꝙ ſint eiuſmodi, habent cauſas aliquas & principia. Quẽadmodum in diſciplinis mathematicis, tres qui intus ſunt angulos duobus rectis eſſe æquales eſt quidem æternum: & in quouis ita ſe habet triangulo: non tamen eſt principium & indemonſtrabile. ſed eſt aliquod eius principium ex quo demonſtratur. Similiter aũt viciſſim fieri æſtatem & hyemẽ, eſt quidem æternum, & ſic ſemper & vbiq;: nõ eſt tñ principium, ſed habet principia & cauſas talis motus. Quare nõ admittit Democritum qui naturę cauſas ad hoc reducit principiũ: ꝙ ſic etiam prius

Principia ꝓbãda per inductionem.

Quę ſũt poſt principia, ꝓbanda ꝑ demonſtrationem.

Viciſſim dominari amicitiã & contẽtionẽ, ꝑ amicitiã & contẽtionem nõ probatur.

Principia nõ ſunt ea oĩa q̃ ſunt æterna, & ſemp habent ſimilr.

A fiebat, & eorũ quæ ſemper ſimiliter & eodẽ modo fiunt, non vtiq; cenſebat eſſe quærendam cãm & principium: & non cõſiderabat ꝙ in ĳs quidem in quibus id quod eſt æternum eſt principiũ per ſe probabile & indemonſtrabile, in ĳs rectè habet nõ quærere cãm eius quod ſemper ſe ſic habet. In quibus autẽ id quod eſt æternum non eſt principium, in ĳs ſunt tradenda cauſæ & principia. Non enim quicquid eſt æternum, eſt principiũ. nec ſi eſt principium, eſt etiam omnino æternum. Latius enim patet æternum, q̃ principium. Quamobrem cùm poſtularet̃ à Geometra vt oſtenderet eſſe æquales duobus rectis, nõ ſatis habet oſtẽdere id eſſe perpetuum & principium & indemonſtrabile, ſed ſubiungit demonſtrationẽ. Ne putet ergo Democritus eſſe ſufficiẽtem cauſam atomorum coitionis & cõnexionis, ꝙ ſic ſemper fiant ea quæ fiunt. Sæpe autem dictum eſt ꝙ & Empedocles & Anaxagoras, vnitum quidem eſſe dicebant eum mundum qui ſola percipitur intelligẽtia, diſcretum verò ſenſilem. Cùm B autem ambo ſemper ſint, eam quæ fit in tempore mutationem ſumebant ad eorum ordinem indicãdum, & ortum eius qui eſt ſenſilis ex eo qui verſatur in intelligentia: Empedocles autẽ, ad conuerſionem quoq; indicandã eius qui eſt ſenſilis ad eum qui in mente conſiſtit.

Empedocles & Anaxagoras mũdũ dicebant vnitũ qui ꝑcipit̃ intelligẽtia, diſcretũ vero ſenſilem.

XVI Quod itaq; nullum quidem fuerit nec futurum ſit tempus, cùm motus vel non fuit vel nõ erit, tantum dictum ſit. Quæ ſunt aũt his contraria, non eſt ſoluere difficile. Videri autem potuerit conſiderantibus ex ĳs quæ ſunt eiuſmodi, cõtingere maximè motũ eſſe aliquando qui non erat omnino: Primùm quidem quia nulla eſt æterna mutatio. oĩs enim mutatio fit ſuapte natura ex aliquo in aliquid: quare neceſſe eſt vt omnis mutationis ſint finis cõtraria in quibus fit: moueatur aũt nihil in infinitum. Præterea XVII C videmus fieri poſſe vt motũ ſit quod neq; mouetur, neq; habet vllum in ſe motum, quemadmodum in inanimis. quorũ cùm neq; pars vlla neq; totum mouetur, ſed quieſcit, mouetur aliquando. Conueniebat aũt vt vel ſemper moueretur vel nunquã, ſiquidem nõ fit cùm ſit. Multo aũt magis id quod eſt huiuſmodi clarum eſt eſſe in animatis. Nam cùm nullus in nobis nõnunq̃ inſit motus, ſed quieſcimus, tñ aliquando mouemur. & ineſt in nobis ex nobis ipſis nõnunquam principium motus, etiam ſi nihil moueat extrinſecùs. hoc enim non æquè videmus in inanimis. ſed ſemp ea aliquid aliud mouet eorum quæ ſunt extrinſecùs. Animal autẽ D dicimus ipſum ſeipſum mouere. Quamobrem ſi quãdo quieſcit penitus, in immobili fuerit ex ipſo motus & non extrinſecùs. Si autẽ hoc fieri poteſt in aĩali, quid obſtat quominus hoc ip̃m euenerit etiã in vniuerſo? Si enim fit in paruo mundo: etiam in magno. & ſi in mundo: etiam in infinito, ſiquidem contingit moueri infinitũ & quieſcere totum.

XVI Cùm ſemper tribus modis confirmentur quę proponuntur q̃ões, & per antecedentẽ earum demonſtrationem, & per eorum qui cõtradicunt redargutionẽ, & per obiectionum quæ aduerſus propoſitas q̃ões fiunt diſſolutionem: cùm per ea quæ prius dixit cõfirmaſſet, ꝙ motus ſit æternus, & eos qui videbantur non eſſe æternum dicere redarguiſſet, vt qui figmẽtis dicerent aſſimilia, &

non

non naturalia, transit nunc ad tertium, nempe vt refellat & falsas esse ostendat obiectiones quæ videtur labefacere quod ab eo dicitur. Cùm sint autem tres obiectiones, prima est huiusmodi. Nulla est æterna mutatio. Est aũt orationis huiusmodi demonstratio. Omnis mutatio est ex aliquo in aliquid. est enim post aliud i aliud mutatio, & ex contrario in contrarium. Quæ fit autẽ ex contrario in contrarium, habeẽ fines & terminos contraria. quę cũ habeat fines, non fieri possit in infinitum. idem est aũt dicere, Nulla mutatio cùm sit vna & continua, est æterna. Nullus est enim, idem valet quod Omnis non est. Si aũt nullus motus, cùm sic vnus, est æternus: nec oĩno quidẽ motus fuerit æternus. Videtur autem hæc obiectio nõ perimere semper esse motum. Quid enim vetat quominus ante vnamquãq; mutationem finitã sic alia: & post vnãquanq; alia? sed esse vnum continuum & æternum motum perimere conatur hæc obiectio. Secunda autẽ est obiectio aduersus id q motus sit ingenitus, quæ argumentatur ex euidentia.

Nullã mutationẽ eẽ æternã falsum eẽ ostenditur.

F Videmus enim multa quę prius non mouebantur, neq; vllum habebãt in se motum, neq; in toto, neq; in parte, mutari in hoc vt moueãtur. quemadmodum videtur in inanimis. Lapides enim & ligna, quæ neq; tota, neq; per partes mouenẽ, sed interim quiescunt: aliqñ mouentur & moueri incipiunt, mutata ex perfecta quiete in hoc vt moueãtur. atqui si esset motus æternus, vel oporteret ea semper moueri, vel nunquã: ne motus ex eo q non sit, mutatus, fit genitus & non æternus. Nunc autem ea & moueri incipiunt, et rursus quiescunt. Porrò aũt hęc quoq; obiectio, aduersus id q motus sit ingenitus occurrẽs, & quæ ipsam sequitur, hoc solum ostendunt, q fiant aliqui motus qui prius nõ erant: sed non q ante illos sit alius motus, neq; post illos alius. Tertium autẽ multo esse videtur manifestius in animatis, q fiat motus qui prius non erat. Inanima enim, & si cùm prius quiescebant mutentur in hoc vt moueãtur, id tñ quod ea mouet est extrinsecùs, & ipsum quoq; mouetur.

Motum esse ingenitũ verũ esse refellendo cõtraria ostendiẽ.

G adeò vt non absolutè ostendatur motum esse genitũ ab inanimis: propterea q ante genitum eorum motum prius sit alius. In animantibus aũt hoc dici non poteẽ, cũ ea videãtur ex perfecta & omni ex parte absoluta quiete ex seipsis moueri, nec sit aliquid quod moueat extrinsecùs, quod motum poterat mouere. tunc enim euidenter videtur motus gigni, cùm prius non esset, si ex seipso mouetur cùm non prius moueretur. Si aũt in aĩali potest incipere motus cum prius non esset: est aũt paruus mũdus animal, vt quod ordine quodã & natura & exornatum sit & administreẽ, quid obstat quominus hoc ipsum euenerit etiam in mundo vniuerso: vt scilicet ex perfecta & absoluta immobilitate in hoc muteẽ vt ex seipso moueatur, & sic cùm prius non esset fiat motus? Si hoc aũt, inquit, fieri potest in mũdo: poterit etiam fieri in infinito, siue Anaxagoræ, vt audĩt Alexander, qm̃ necesse est vt mixtio quæ fit ex similaribus partibus infinitis sit infinita: siue Anaximenis & Anaximandri, & in summa, eorum qui vnum posuerunt elementum infinitum magnitudine: siue etiã huius & illius.

Aĩal cur sit paruus mundus.

H Adiecit aũt hoc quoq;, Si quidem contingit moueri infinitum & quiescere totum} qm̃ ostensum est id quod est infinitum magnitudine non posse moueri motu locali, quo mouentur ea quæ per se mouentur. neq; enim recta, si nõ sit quo sit processurum infinitum: neq; circulo, si non sit infiniti vna quidem pars superior, alia verò inferior, vel vna quidem extrema, alia verò media. Multa autẽ alia de hac re argumenta scripta sunt in tertio huius operis.

XVIII Ex ijs autem, id quod prius quidem dictum est, non esse semper vnum & eundem numero motum qui fit in ea quæ sunt opposita, rectè dicitur. hoc enim fortasse necesse est. neq; enim semper fieri potest vt sit vnus & idem numero

E motus qui est vnius & eiusdem. Dico aũt quẽadmodum vtrum vnius chordæ vnus sit & idẽ sonus, an semper alius, cùm similiter se habeat & moueatur. Sed tamen vtrouis modo se habeat, nihil vetat quominus sit aliquis vnus & idem, eo quòd sit cõtinuus & æternus. Erit aũt clarius ex ijs quæ sunt postea.

Cùm tres exposuisset obiectiones quæ sunt aduersus id q motus est ingenitus & æternus, respondet primæ, quæ dicit nullum esse motum ingenitum, & qui nõ possit deficere. siquidẽ omnis motus est ex contrario in contrarium, & ex fine in finem. Quare etiam si semper quid moueatur ex contrario in contrarium; non esse tñ eundẽ motum vnum & non interruptum, sed semper aliàs aliũ fieri ex ea quiete quæ intercedit. Hanc ergo soluens rationem, non posse quidem esse vnum, eumq; cõtinuum motum qui fit in ea quæ sunt opposita, verum esse dicit. XVII

F Et si enim iterum atq; iterum fit per ea quę sunt cõtraria ei quod mouetur mutatio, fieri tñ non potest vt ei quod sic fit, sit vnus motus & cõtinuus. Quare hoc, inquit, fortasse est necessariũ, non esse huiusmodi motus ingenitos & æternos. si quidem nec semper fieri potest vt sit vnus & idem motus qui est vnius & eiusdẽ. Si hoc enim ostensum fuerit quòd fieri nõ potest vt motus qui fit in ea quę sunt opposita, sit vnus & continuus, quod nondum est ostensum: ostensum fuerit nullum ex motibus qui fiunt in ea quæ sunt opposita esse æternum. Ostendetur enim q cùm idem sit quod moueaẽ, necesse est oppositos motus statu intercipi. Propterea interim adiecit nunc illud, Fortasse. Et paulò post, Sed tñ vtrouis modo se habeat, qm̃ hoc nõdum est ostensum. Cùm aũt dixisset fieri nõ posse vt sit semper vnus & idem, exemplo planum facit id quod dicitur. nempe cùm chorda rursus & rursus moueatur & transeat in contraria, & sic moueatur, vtrum est idem sonus vnus & cõtrarius: an semp alius & alius?

Motus q fit ab oppositis in opposita, non est cõtinuus & vnꝰ.

G Etenim si sonus quẽ maximè sentimus, est vnus & idẽ: motus quoq; est vnus & continuus. motum enim sequiẽ sonus. Et si alius & alius, vt ostendetur: se similiter quoq; habebit motus. Cùm sic quęstionem in chorda definĩsset, Vtrouis, inquit, modo se habeat in eiusmodi motibꝰ qui sunt ex contrario in contrarium, siue sit vnus qui est in eis motus, siue non vnus, nihil vetat quominus sit aliquis alius motus pręter eos qui fiunt in contraria, continuus & vnus, & ideo æternus. quẽ dicit futurum esse manifestum ex ĳs quæ sunt dicenda. dicit aũt de motu circulari. ostendet enim eum solùm non fieri in cõtraria, vt reliqui, & ideo esse vnum continuum & æternum. Ac primę quidem orationis verum est, inquit, quòd motus qui fiunt in contraria, neq; sunt continui, nec æterni: non est aũt verum, q quicquid mouetur, moueatur ex cõtrario & in contrarium. Ostendetur enim esse aliquem vnũ & contrariũ motum.

Nõ oĩs motus fit a contrarĳs in cõtraria.

H Vide aũt quemadmodum cùm posset soluere obiectionẽ ex eo quod non perimeret esse motum, sed esse vnum & continuũ, suffecisset enim hoc firmũ & minimè confutatũ conseruare, q semp sit motus: sed aduersus eius sensum cõtendens ostendit, q & si non oĩs continuus, nihil vetat quominus sit aliqs continuus.

Moueri autem, cùm nõ moueretur, nihil est absurdi, si aliquando quidem sit id quod mouit extrinsecùs, aliquando verò non sit. Hoc autẽ quomodo fuerit, quærendum est. Dico autem vt quòd idem ab eodem quod est mouendi potestate præditum, aliquando quidem moueatur, aliquando verò non. Nihil enim aliud dubitat qui hoc dicit, quàm cur non semper alia quidem ex ĳs quæ sunt quiescant, alia verò moueantur. XIX

Cùm

XVIII *Quę motum dicit nõ esse ingenitũ refellit oratio, sumpta ex inaiatis & ijs quæ mouent extrinsecus.*

Cùm venisset ad solutionẽ secundæ obiectionis, quæ perimit ꝙ motus sit ingenitus:ex eo quòd inanima quæ prius quiescebant, aliqñ moueri incipiant, & à motu aliquando desistant, & ideo motus fiat & intereat:soluit, dicens, ꝙ moueri, cùm prius non moueret, id quod est inanimum, non ostendit motum esse genitum. non enim in eo ꝙ hæc incipiant moueri & desinant, probatur etiam vniuersè ac generaliter motum esse genitũ. aliqua enim alia quæ sunt extrinsecùs & mouentur, cùm adfuerint, sunt causę eorum motus. Quare est ante horum motum motus eorum quę ipsa mouent:& ante illorum motum, motus eorum quę illa mouẽt, & sic deinceps. Cùm aũt hoc dixisset, iubet quærere vt dignum quod quæratur, Quomodo idem mobile, ab eodẽ quod est mouendi potestate prẹditum aliqñ quidem mouetur, aliqñ verò nõ. Si enim ab ijs quæ semper mouentur, mouentur alia:cur cùm ea quæ mouent semper moueantur, non semp mouentur ea quæ ab eis mouentur, sed aliqñ quidem mouẽtur, aliqñ verò non? Qui enim de hoc dubitat, non genitum esse motũ confirmat, sed quærit eorum principium quæ sunt proposita ad considerandum. id autem est, non quicquid mouetur semp mouetur. & quicquid quiescit semp quiescit:siquidem quæ mouentur ab alio, semp habent id quod est moturum. sed sunt quædã quæ vicissim quiescunt & mouent. Hęc aũt paulò post explicabunt.

XX Maximè autem videri possit tertium habere dubitationem, id scilicet quod euenit in animatis, vtpote ꝙ ingeneretur motus qui prius non inerat. quod enim prius quiescebat, postea ingreditur, cùm nihil mouerit eorũ quæ sunt extrinsecùs vt videtur. Hoc aũt est falsum. Videmus enim semper aliquid moueri in aĩali ex ijs quæ sunt congenita. Huius autẽ motus non est causa ipsum animal, sed fortasse id quod ambit. Ipsum aũt seipsum mouere dicimus, non quouis motu, sed eo qui est per locum. Nihil ergo prohibet, fortasse aũt potius est necessarium vt in corpore multi motus ingenerẽtur ab eo qđ ambit:nonnullos aũt eorum moueat cogitatio vel appetitio:illam aũt totum iam aĩal moueat. cuiusmodi est quod in somnis accidit. Nam cũ nullus insit motus sentiẽdi potestate præditus, insit tñ aliquis:expergiscũtur rursus aĩalia. Sed ea quoq; sunt manifesta ex ijs quæ cõsequunt.

XIX Postq; soluit secundam obiectionem quæ sumitur ab inanimatis & ijs quæ mouentur extrinsecùs, ex eo ꝙ nõ sit absurdum ipsa quidẽ aliqñ moueri per præsentiã eius quod mouet & ipsum mouetur:& quod ostendit prius esse alium motũ ante eum qui nunc fit, aliqñ verò quiescere qñ nõ adest id quod mouet:cùm venisset ad tertiã, & eam apertè exposuisset, ꝙ animatum quod prius quiescebat, & postea ingreditur, cùm nihil id moueat extrinsecùs vt videtur, motũ genitum enuntiat:& testatus eẽt hanc obiectionẽ mouere maiorem dubitationem q̃ alia, eam soluit, falsò dicens sumere, ꝙ cùm nihil moueat extrinsecùs, à seipsis moueantur aĩalia quæ prius quiescebant. Videmus enim, inquit, semper aliquid moueri in aĩali ex ijs quæ sunt congenita, hoc est, ex ijs quæ sunt cũ ipso naturaliter. aut enim calefiunt:aut refrigerãtur:aut exiccantur:aut humectantur:aut per aliquã aliam ex naturalibus facultatibus mouent patibiliter. Fortasse aũt cõgenitos, dixerit motus naturales, & qui à posterioribus appellati sunt facultates, attrahendi scilicet, & retinendi, alterandi, & excernendi. Eæ enim semper operãtur in corporibus animatorum, & maximè animãtium, cùm eas non habeant animãtia per id quod est per se mo

Motũ ingenitũ nõ esse asserens oratio sũpta ab aĩantibus refellitur.

A bile. est enim localis ille solũmodo motus. Cùm congenitorum autẽ motuum id quod ambit dixisset esse causam, adiecit illud, FORTASSE, & nunc, & paulopost. vel ꝙ absq; demonstratione dictum est illud, Congenitorum motuum esse cãm id quod continet, vel ꝙ non sunt oẽs ex eo quod continet. Quæ enim nutriuntur & augẽtur, mouentur. & rursus quæ minuuntur, semper etiam itidem mouent, neq; ab eo quod continet absolutè, neq; per localem motum animantium. Qui aũt per patibiles qualitates motus fiunt, caliditates, inquam, & frigiditates, & discretiones ac cõcretiones, & quę sunt huiusmodi, habent maximè ex eo quod continet. Nihil ergo, phibet, inquit, potius autem fortasse est necessariũ, multos quidem ex his motibus naturalibus, ex motu eius quod ambit ingenerari in corpore: nõnullos aũt ex ipsis aliqñ quidem mouere cogitationẽ, aliqñ verò appetitionem. cùm enim per sensum cogitatio quidem cognouerit affectionem, de ipsa consultat, an eã declinare, an ipsam suscipere oporteat. B & ita mouet aĩal motu locali qui ex seipso videtur. Aliquando aũt enim iucundi vel molesti fuerit cõsensio, appetitio mouetur & declinatio. sicut etiam in aĩalibus quæ carent rõne, ipsa etiam mouent aĩal per locum. vtputa ad potum vel cibum, còm nõ esset prior, vt videtur, hic motus, sed eum pręcederẽt & qui fit per cogitationem vel appetitionẽ, & ante eos is qui est in corpore patibilis. quem mouet id quod cõtinet quod ipsum quoq; mouetur. Accuratius aũt docet in libro de motu aĩalium causam eius motus qui fit per locum. probat aũt semper esse aliquẽ motum in aĩalibus, non ex seipsis, sed ex eo quod ambit, quæ quidem aĩalibus causa est motus per locum, ex eo quod in somnis accidit. Qui enim dormiunt, cùm nec eo motu qui fit per locum moueantur, neq; sentiant, quæ quidẽ sunt aĩalium propria vt animalium, multis tñ mouentur motibus, nempe & respirationis, & alijs cõgenitis, & ijs qui fiunt per concoctionem. & præterea phanthasiis seu visionibus, & ijs qui sunt ex C eo quod continet patibilibus, dum aliqđ in eo calefit vel frigesit. Sed cùm quæ ex nutrimento oriuntur exhalationes coacervatæ cerebrum vel cor occupauerint, & refrigeratæ fuerint, somni causę fiunt: Si autem calefiant, discernantur, & subtiles reddantur, sunt causæ expergiscẽdi, vt ostẽdit in libro de somno. Et rursus sentiunt aĩalia, & mouentur per locum, cùm motus huius principium cœperint à quibusdã motibus, quibus mouebantur dormientia. nam si fuisset quidem tunc perfecta & omni ex parte absoluta immobilitas, ne omnino quidẽ exurrexissent. Quare etiã in aĩalibus motus qui sunt extrinsecùs, sunt causa localis motus. qui tanquã ex seipsis incipientibus primum aĩalibus, prębuit locum obiectioni quæ fit ex aĩalibus. Quomodo autem, inquit, hæc & habeant & fiant, clarum erit ex ijs quæ cõsequuntur. ostẽdet enim quemadmodum moueantur animalia, & à quo:& quonammodo moueantur omnino ea quę per se mouentur.

Motus animaliũ ex eo quod ambit proficiscit.

Somni cã.

D Operæpretium est aũt in his animaduertere, an nullius localis motus sit principium animal:sed habent oẽs principium extrinsecùs. Non solùm enim ad potum vel cibũ vel aliquid eiusmodi mouemur, per eam quæ est in corpore caliditatẽ, & vim quę in varias partes differt, sed & disciplinæ gratia & pecuniæ & honoris & potẽtię, & vt officij partes impleamus, motibus per locum sępe mouemur. nec nos solùm, sed etiam rõnis expertia aĩalia, phantasia seu visione mota, feruntur ad quædã loca. Sed horum quoq; dici potest principiũ motus esse extrinsecùs. id enim quod est appetẽdum, cogitationem mouens vel visionẽ, excitat ad animalis motum qui fit per locum. id autem quod est appetendũ, mouet cùm sit immobile. In summa aũt qui soluit obiectionẽ quæ fit ex animalibus, quidnam vult ostendere? Quòd aĩalium motum qui fit per locum pręcedit alius motus, cogitationis nempe motus & visionis. & illum præcedit is qui est in corpore:& illum qui est eius quod continet. Et quid tum? neq; est

Nulli⁹ mot⁹ localis sit ne principium animal.

enim

enim vnus & continuus qui est huiusmodi motus, con-E stans ex diuersis speciebus, nempe & eo qui fit per locū, & eo qui per phantasiam seu visionē, & motu alterandi. Sed neq; qui est eiusmodi est æternus. non oīno enim alteratio corporis mouet cogitationem vel appetitionem. neq; ipsa mota oīno mouet aīal per locum. neq; eius motus per locū omnino mouet aliquid aliud. Quomodo ergo ex his confirmatur ingenitum & ęternum esse motū, qui est vnus & cōtinuus? Num ergo non est hoc institutum per solutionē harum obiectionum, oēs motus singulares ostēdere vnum esse motum cōtinuum, ingenitum, & qui non pōt deficere. apertè enim concessit in solutione prioris obiectionis, non esse numero vnum motū qui est ad contraria, dicens etiā hoc esse necessarium. siquidē non semper fieri potest vt sit vnus & idē motus is qui est vnius rei motus. Sed qm̄ obiectiones quę fiebant contra hoc q; motus sit sine principio, profetebant quosdā motus singulares, vt qui fierēt ab aliquo principio, existimo solutiones ad id solum respondere, ostendentes q; motus F qui sunt propositi tanq̃ principiȷ̄ expertes, non sunt sine principio: sed habent aliqua principia: non aūt q; reducātur ad vnū qui est sine principio. neq; enim eum, qui ex eis constat vult ostendere eiusmodi vt in eum nec ortus cadat nec interitus: sed illum quem ostendit, qn̄ dicebat, Etiam si qui sunt in contraria motus, non sunt cōtinui & vnus: nihil tn̄ vetat quominus sit idē aliquis, eo q; sit continuus & ęternus. is aūt est motus circularis. ad quē vniuersa eius spectat oratio quæ est de vno motu qui caret principio & fine, vtpote q; ille præcedat oēs motus qui habent principium: & per illum tam ante quēuis singularem motum, q̄ post quēuis, sit alius motus. qm̄ referuntur ad illum. Erit aūt hoc in ȷ̄s quæ sequuntur apertius, cùm motus vnus qui est æternus quæritur. Interim autē ingenitum & principiȷ̄ expertem hucusq; motum ostendit, non vt qui sit vnus & cōtinuus. sed quia ante quēuis motum est alius, & post quēuis alius. Ab eo autē profectus, in ȷ̄s quæ deinceps consequuntur inueniet eum qui G est vnus & continuus & æternus, nempe eum qui fertur in orbem. qui est etiā causa horum motuum qui non possunt deficere. Sed quare de motu quidē instituit quærere, sit ne æternus, de quiete aūt non itidem. Nunquid q; quies est priuatio motus. nulla autē priuatio est æterna, quoniam neq; potest esse rei æternæ. Neq; enim priuatio est vnà cum habitu, sed excipit motus qui fiunt & intereunt. Status autem & mansio, cùm non sit vtiq; priuatio, sed motui contrarius, ipse quoq; est expers principiȷ̄ & æternus. quēadmodum motus qui fertur circulo. is enim omnino fit circa id quod manet.

De qete cur non q̃rit, si ne æterna.

CAPVT III.

XXI ERit aūt principium considerationis, quod est etiam dictæ dubitationis, quanā de causa nōnulla quidem eorum quæ sunt, aliqn̄ quidem mouentur, aliqn̄ verò rursus quiescunt. Necesse est aūt aut vt oia semper quiescant, aut H oia semper moueantur, aut vt alia quidem moueantur, alia verò quiescant. Et rursus eorum, aut ea quidē quę mouentur semper moueanť, ea aūt quæ quiescunt quiescant: aut oia sint ex ęquo apta natura vt moueantur vel quiescant: aut id quod adhuc est reliquū & est tertiū. Contingit enim vt ex ȷ̄s quæ sunt, alia quidem sint semper immobilia, alia verò semper moueanť, alia autem vtrunq; participent quod quidē nobis dicendum est. Hoc enim oīum quę dubitantur habet solutionem: & est finis huius operis.

XX Accuratioris eorum quę prius dicta sunt explicationis idem dicit esse principium, quod eius quę prius dicta E est dubitationis, quę quærit qūo id quod est per se mobile, ab eodē quod est mouendi potestate præditum, aliqn̄ quidem mouetur, aliqn̄ verò non. Dicebat aūt eum qui hoc dicit nihil aliud dubitare q̃ cur non semper alia quidem ex ȷ̄s quæ sunt quiescant, alia verò moueantur: sed sunt alia quæ aliqn̄ quidem quiescunt, alia verò quæ aliquādo moueanť. Et illius ergo dubitationis, & eius quod est quomodo mouentur aīalia, hoc idem dicit esse principium. Et præterea ad eam quæ fuit ab initio q̄ōnem, An sit motus æternus: & ad obiectiones refutādas quæ fiunt aduersus æternitatē motus, dicit esse vtile, altius facta diuisione videre quēadmodum se habent ea quę pertinent ad motum & ad immobilitatem. Ab alto ergo incipiens vtitur diuisione quæ nihil prætermittit, & quæ per vniuersa quæ sunt procedit. Necesse est enim vt vel omnia quæ sunt semper quiescant, vel oīa semper moueantur. Est aūt in oībus diuisio contradictoria. aut enim moueri omnia: aut non moueri semper: aut alia quidem moueri, F alia verò quiescere. idq; tribus modis. aut enim ea quæ mouētur semper moueri, ea verò quæ quiescunt semper quiescere. aut oia quę sunt vicissim moueri & quiescere. aut id quod est reliquum, inquit, & est tertium, alia quidem ex ȷ̄s quæ sunt semper esse īmobilia: alia verò semp moueri. alia autē aliqn̄ quidem moueri: aliqn̄ verò quiescere. Hoc aūt dixit tertium. post primum quidem, Aut oia quiescere, aut oīa moueri: Secūdum autem, Aut alia quidē moueri, alia verò quiescere, quod quidem diuisit trifariam. Post illa duo itaq; hoc dicit tertium, quod quidem dixit esse sibi dicendum, hoc est, ostendendū & probandum. oīa enim de quibus videtur dubitari, soluentur vbi hoc fuerit declaratum. neq; enim per hoc q; oīs motus sit alicunde aliquò, perimeǫ motus æternitas, si ostensum fuerit non oēm motum esse talem. neq; fieri motum in immobili, ostendit esse motus generationē. siquidem nō fit vbiq; cùm sit motus. Quinetiā soluetur dubitatio quæ quærit cur non ea quidē quæ mouentur semper mo G uentur, ea verò quę quiescunt semper quiescunt: si inuētum fuerit aliquid quod semper est immobile, & aliquid quod semper mouetur, & alia quæ aliquando quidē mouentur, aliquando verò quiescunt. & sic operi de motu imponetur optimus finis, quod à principio per media ad finem procedit demōstratiuè. Finem aūt dicit Alexander, inuenisse aliquid quod semper & cōtinenter moueatur ab ęterno & immobili. Num aūt Aristoteles idē esse dicit & solutionē eorum quæ dubitantur, & finē operis, illud tertium cōfirmasse, quod eorum quæ sunt, alia quidem sunt immobilia, alia verò quæ semper moueanť, alia verò vtrunq; participant. Potest aūt sic quoq;, vt existimo, habitudinis ac relationis eorum quę sunt ad motum & quietem triplex fieri diuisio. Nam cùm sint hæc tria, & semper moueri, & semper quiescere, et tertium, aliqn̄ quidem moueri, aliqn̄ verò quiescere, in tria tripliciter diuidentur relationes, cùm vel omnia quæ sunt eandem habent constitutionem, vel sint diuisa bifariam, vel trifa H riam in principia & media et fines. quid enim fuerit vlterius? Et si oīa quidem eandem habent constitutionem: aut omnia semper quiescunt: aut oīa semper mouentur: aut omnia aliqn̄ quidem quiescunt, aliqn̄ verò vicissim mouētur. Sin autem ea quæ sunt fuerint diuisa bifariam: aut alia quidem semper quiescunt, alia verò semper mouentur: aut alia quidem semper quiescunt, alia verò aliquando mouentur, aliqn̄ autem quiescunt: aut è contrario alia quidē semper mouentur, alia verò aliquādo quidem mouentur, aliqn̄ verò quiescunt. Quamobrem hæc quoq; pars diuisa est trifariam: Tertia autem & vera per Soritem. Si ea quæ sunt, tripliciter diuisa sunt: necesse est vt alia quidē semper quiescant, alia verò semper mouēantur alia autē aliquando quidem quiescant, aliquando verò mouēatur. Et præter has nouem partes seu sectiones, non est, vt existimo, alia relatio eorum quæ referūtur ad motum & quietem. siquidem necesse est vt vel moueantur vel

Eorum quę mouentur & non mouent pulcherrima diuisio.

tur vel quiescant: vel simul etiã moueantur & quiescant. Magis propriè autem in ijs quæ nunquam mouentur dixit ea esse immobilia, quàm quiescere. Quies enim cùm sit priuatio motus, inest ijs etiam quibus innatum est vt aliquando moueãtur. Ita autem fit etiam diuisio contradictoria, vt quæ diuidatur in ea quæ semper mouentur, & ea quæ nunquam mouentur.

XXII Quòd omnia ergo quiescant, & eius quæratur ratio dimisso sensu, est ingenij quædã imbecillitas, & de aliquo toto, non aũt de parte dubitatio. neq; solùm aduersus Physicum, sed aduersus omnes, vt ita dicam, scientias, & omnes opiniones, eo quòd omnes motu vtãtur. Præterea aũt quæ de principijs fiunt obiectiones, quemadmodum in ijs orationibus quæ circa Mathematicas versantur disciplinas, nihil ad Mathematicum: similiter autem etiam in alijs: ita neq; de eo quod nunc dictum est, ad Physicum. positio enim est ꝙ natura sit principium motus.

XXI Cùm sic eorum quę suot exposuisset diuisionẽ per motum & immobilitatem, persequitur oẽs reprobas partes diuisionis adeò diligenter vt rursus etiam repetat orationem. qm̃ hęc pertractatio, si cum accurata fiat demõstratione, prębet, vt ipse dixit, solutionem eorum de quibus dubitatur, & operi in quo scribitur de natura optimum finẽ imponit: ea quidem quæ sunt vltima rerum naturalium ad ea quæ sunt illorum prima reducẽs: ea autem ad summa atq; adeò supernaturalia eorũ quę sunt principia tanquã ad verticem extollens. Primum itaq; corrigit id quod primũ positum est in diuisione, dicens oĩa quiescere, & quatuor argumẽtis breuiter ad hoc vtitur, vno quidem, ꝙ rõnem quærere demonstratiuã ꝙ oĩa quiescant, dimisso sensu qui adeò euidenter cõtradicit, & dicit multa moueri, est ingenij imbecillitas, per quã ignorat aliqs, ꝙ in propositis huiusmodi qõnibus non sunt rõnes sensu probabiliores. ignorat aũt etiam quænam sint quærẽda, nempe ꝙ non ea quę sunt manifestissima: & quosnam in quibusnã adhibere iudices oporteat, nempe ꝙ in sensilibus rebus sensum maxime: & eum principiũ facere demonstrationum. Secundò autem, ꝙ qui tollit motum, videtur quidẽ partem eorum quæ insunt rebus naturalibus, nempe motum, tollere. ignorat aũt se non de parte, sed de toto dubitare. si enim in hoc habet id quod est natura, ꝙ rebus naturalibus sit principium motus: si de medio tollatur motus: tollitur etiã natura. si ea aũt tollatur, tolluntur naturalia. quibus id quod sunt in hoc est quod naturam habeant. Tertio ꝙ nõ solum tollit naturam & res naturales, qui oĩa dicit quiescere: neq; solùm aduersaé Physico, sed etiã artibus & scientijs oĩbus quę versantur in actione, ijs scilicet quæ cum motu operantur. Quæ in contẽplatione enim versanẽ quonã motu opus habent naturali? Quocirca cùm dixisset, ET aduersus oẽs scientias} adiecit, VT ita dicam.} Quinetiam est contraria oĩbus opinionibus Physicorum, vel etiam omnium hominum, eo ꝙ oẽs motu vtantur. Iam verò hinc quoq;, vt puto, est aduertẽdum, ꝙ neq; Parmenidem & Melissum quicquid est, immobile esse, opinari putat Aristoteles, sed id quod verè est & percipitur solùm intelligẽtia. Quartum autẽ subiungit, ꝙ quẽadmodum non est Mathematici aduersus eos dicere qui Mathematicorũ principia perimũt, neq; Medici aduersus eos qui tollũt principia Medicinæ, neq; alicuius ex alijs aduersus eos qui sua perimunt principia: ita nec quod nunc dictum est, Omnia quiescere, est Physici refellere. Quemadmodũ enim Physicis positum est principium, naturã esse principium motus. ea autem dixit etiam in primo huius operis aduersus eos qui videbanẽ dicere id quod est esse immobile. Confueuerunt autem principia vocari positio-

Sensu dimisso quærere demõstrationẽ est ingenij imbecillitas.

In sensilibus rebus sensus ẽ maxime iudex adhibẽdus.

Motu sublato tollitur natura & naturalia & artes & scientiæ q̃ versantur in actione.

Contẽplatiuę scientię non habẽt opus motu naturali.

Parmenides & Melissus nõ quicquid est, putãt immobile, sed id quod verè est.

Aduersus principia tollentes nõ est disputandũ.

Principia cur vocẽtur positiones.

A nes, vt quæ ponantur absq; demonstratione & tanquam fundamenta subijciantur ijs quę ex ipsis fiunt demõstrationibus. Qui enim demonstrat principia, ea fatetur nõ esse principia. ex prioribus enim sunt demõstrationes.

Propemodum autẽ omnia quoq; dicere moueri, falsum quidẽ, sed hoc à via & methodo minus est remotum. Posita enim fuit quidẽ natura in rebus naturalibus principium, quẽadmodum motus & quietis. XXIII Similiter aũt res quoq; naturalis est motus. Et dicunt quidã, ex ijs quæ sunt, moueri, nõ alia quidem, alia verò non, sed omnia, & semper, & hoc latere nostrũ sensum. Quibus licet non definientibus quẽnam motum dicant, an omnes, nõ est difficile obsistere. Neq; enim vt augeatur, neq; vt diminuatur, fieri potest continenter. sed est etiam medium. Est aũt simile quod dicitur, ꝙ gutta terat, & ea quæ enascuntur diuidãt lapides. Non enim si gutta tantùm extrusit vel abstulit: etiam prius dimidium in tpe dimidio. sed perinde ac in trahẽda naue, tot etiam guttæ tãtum mouent: pars autẽ earum tantũ in nullo tpe. Diuiditur ergo in plura quidẽ id quod ablatum est. sed nihil eorum mouetur separatim, sed simul. Clarum est ergo nõ esse necesse aliquid semper abscedere, quia diminutio diuiditur in infinita: sed totum quãdoq; abscedere. Similiter autẽ etiam in quacũq; alteratione. non enim si id quod alteratur diuidi potest in infinitum, ideo etiam alteratio. sed tota sæpe simul fit & aceruatim, quemadmodũ cõcretio. Præterea cùm ægrotauerit quispiam, necesse est vt fiat tempus in quo sanabitur, & non vt mutetur in fine tpis. Necesse est autẽ vt mutetur in sanitatem, & in nihil aliud. Quamobrem dicere continenter alterari, est cõtendere aduersus ea quæ sunt valde manifesta. Fit enim alteratio in contrariũ. & lapis neq; fit durior nec mollior.

XXIIII Et in eo quod est ferri, mirũ est, si lateat lapidem deorsum ferri, vel manere humi. Præterea autem terra & vnũquodq; aliorum necessariò manent in locis proprijs: ex eis autem per vim mouentur. Si sunt ergo aliqua eorũ in locis proprijs: necesse est vt nec omnia moueantur per locum. Quòd ergo fieri nõ possit vt vel omnia semper moueantur, vel vt omnia semper quiescant, ex ijs & eiusmodi alijs crediderit quispiam.

XXII Transiit ad secundam partem diuisionis, quę dicit oĩa moueri, & dicit id quoq; esse propemodum ęquè falsum ac dicere oĩa quiescere. etenim sensus in eo quoq; cõtradicit, cùm nõnulla euidenter quiescant. sed oĩa moueri, est minus remotum à via & methodo naturali, q̃ omnia quiescere. hoc enim naturam minus perimit. et si enim quatenus natura posita fuit in naturalib9 principium sicut motus ita etiam quietis, ideo qui quietem interimit, interimit etiam naturam: quatenus tñ motus naturæ magis conuenit q̃ quies, ideo hi dicunt minus aliena à naturali methodo. Et ꝙ illi quidẽ non solùm motum verumetiam quietem perimunt: quiescunt enim ea, quæ etiam natura apta sunt vt moueãtur: hi autem solam quietem. Præterea autem qm̃ sunt quidẽ nonnulla ex naturalibus

Moueri oĩa dicere, ẽ minus alienum à naturę methodo, quã dicere omnia qescere.

quæ

quę nunquam quiescunt: rerum aūt naturalium nihil est perfectè & omni ex parte immobile: propterea minus est remotum à methodo naturali dicere oīa moueri, quàm omnia quiescere. Porrò aūt hoc quoque signum est quod à Physicis non oīno discrepet quæ dicit oīa moueri opinio, quod nonnulli quidē eorum existiment oīa quę sunt semper moueri, non aūt alia quidem moueri, alia verò non: non videri aūt nobis, quoniam sensum lateant. Omnia aūt moueri dicebant sectatores Heracliti. quorum sententiæ Plato quoque meminit in Cratylo. Alexander aūt dicit atomos, ex eorum sententia qui eas dicunt semper moueri, fieri etiam causas ijs quæ ex ipsis coalescunt, etiam si non sensiliter. Quinetiam ex eorum, inquit, sententia inane est immobile. Eis ergo, inquit, qui dicunt oīa moueri, etiā si quonam motu dicant oīa moueri non definiant, an oīa omnibus: non est difficile occurrere, definiēdo species motus, & ostendendo nullo motu posse oīa moueri. Primū ergo eos reprehēdit, quòd dicant indistinctè, & nō explicent quanā specie motus oīa quæ sunt, moueant. Deinde ostēdit in vnoquoque trium motuum, fieri non posse vt vllo eorum oīa semper moueant. Quòd si nullo mouent, clarum est quod nec oībus. Et primùm ostendit fieri non posse vt continenter aliquid augeatur neque rursus vt continenter minuatur, neque vt diminutioni augmentum coniungatur. sed est status & quies in medio quod mouetur per vtrunque horum motuum. neque enim quod augetur, mutatur in id quod est diminui: neque quod minuitur, in id quod est augeri. sed hoc quidē in augmētum, illud verò in diminutionem. Quando ergo factum fuerit in illis in quæ mutabatur, clarum est id cōsistere: deinde sic mutat in id quod est diminui. ostendet autē hoc ita se habere in ijs quæ deinceps cōsequuntur. Cùm autem dixisset aliquos dicere oīa moueri, hoc aūt latere nostrum sensum, proferens augmentū & diminutionem tanquam ipsi quoque in eis eadē dicerent, primùm refert cuinā opinioni simile sit id quod ab eis dicitur. quam cum falsam ostendisset, vnà etiā perimit id quod ab eis dicitur. Dicere enim, inquit, moueri quidē semper omnia, nos autem latere eo quòd paulatim moueantur, simile est illi quod dicitur, quòd continua aquæ gutta cauat lapidem.

Oīa moueri dicebat Heraclitus.

Nulla specie mot° omnia posse moueri.

Gutta cauat lapidem assiduè qui decidit imbris,

aīt Chærilus. vtpote quod ab vnaquaque quidem gutta diminuatur lapis, nobis aūt non appareat quę fit paulatim diminutio. Similiter aūt etiam à ficu quę enascitur in † fractura lapidis contingit nōnunquam diuidi & frāgi lapidem, vt qui etiam in toto præcedenti tēpore paulatim quidē diuideretur, lateret aūt nostrum sensum, eo quod id paulatim fieret. Quēadmodum ergo qui hæc dicunt, dicunt quidem assiduè moueri in toto tēpore præcedenti, lapidem qui minuitur, & lapidem qui rumpitur, latere aūt nostrum sensum quod id fiat paulatim: ita etiā qui dicunt oīa semper moueri, dicunt quidē semper continuum esse eorum motū, eo aūt quod fiat paulatim nos latere. ita autem ea etiam quę augentur & minuuntur. Cùm aūt adeò similē adduxisset opinionem, eam ostendit falsam, & quod non sit cōtinua lapidis diminutio, & lapidis diuisio. nō enim si ficus palmo vno in anno diuisit lapidem, id etiam quod ex acino enatum est, primo die partem aliquā diuiserit. neque si lapidem millæ guttę cauauerunt, vna quoque gutta partem aliquā omnino cauauerit. Sed hæc, inquit, ita se habēt sicut in trahenda naue. etenim in ea centum quidē nauem trahunt: singuli aūt si processerint, ne nauem quidē mouerint. ita etiam tot quidē guttę tantam partem lapidis abstulerunt: vna aūt gutta nullam partē omnino abstulerit. Etsi enim diuidi possit magnitudo quæ ablata est à lapide: non tn̄ necesse est vnamquāque guttam tantā abstulisse partem, quanta est ipsa omnium. ab vniuersis enim vniuersum ablatum est. Et quemadmodum in trahenda naue, nauis quæ à quinquaginta viris prius non mouebatur, si vnus nonnunquam accesserit, mouetur: & in trutina, decem quidem, verbi gratia, talenta non effecerint vt ea inclinetur, drachma aūt adiecta detraxerit. ita tot quidē guttæ nondum poterāt cauare lapidē: si accesserit autem vna, potuerunt. Ita etiā in ijs quæ augentur & minuunt, etiam si diuidi possit in infinitū id quod accedit & recedit, non est necesse vt per continuū adijciatur vel auferatur aliqd separatim. sed totum quid aliqn̄ additur, & totum aufertur. Non enim quoniam tota aqua tantum cauauit, eius etiā dimidium cauabit dimidium. aut in summa tanta pars aquæ auferet tātam partē eius quod ablatum est, neque enim sunt actu partes in eo quod aufertur, ita vt ēt vnaquęque seorsum moueatur. sed totum simul mouetur. Id aūt quod abscedit vocat diminutionē, per quod fit interitus. Clarum est ergo quod si quid patitur ab aliquo, nō patietur etiam à qualibet eius parte. & si quid in aliquo tēpe patitur ab aliquo, non etiam patitur in quauis parte temporis: sed in aliquo toto simul. In his aūt est aduertēdum, vtrū nunc meminit illius orationis quæ nunc apud Sophistas appellatur Sorites. quēadmodum rogatur in guttis aquę quæ deorsum feruntur. Si enim prima, inquit, nihil fecit ad hoc vt cauaret lapidē: nec secunda. Quod si nec ea: nec tertia. Quare neque vltima. Quomodo ergo

De ficu quę enascit i fractura lapidis † ῥωγάς.

De naue quam trahunt.

Gutta cauat lapidem assiduè qui decidit imbris?

Huiusne ergo meminit, cùm dicit, SIMILE est quod dicitur ei quod gutta terat lapidem } an alius quę sic rogat in aqua, quæ tota simul deorsum fertur, Si tantam aquæ quæ simul decidit, lapidis tantum abstulit, num etiā eius dimidium abstulit dimidiū, & vna gutta id quod ei proportione conuenit? ita enim videtur Alexāder audijsse id quod dicitur. Ea enim opinione quæ dicit, Quoniam à tāta aqua quæ cecidit in lapidem cauatus est lapis (quā à stillādo fortè σταλαγμὸν id est stillam nominat) etiam ab vnaquaque ex partibus eius quæ decidunt cauaretur: nos autē latuit & qui eousque factus est motus, & diminutio. Videtur autē Alexander de trahenda naue exēplum secutus, in quo oēs simul erant qui nauem trahebāt, audijsse σταλαγμὸν quo vtitur Aristoteles, pro tota simul aqua. Quòd enim σταλαγμὸς dicatur propriè de gutta, clarum esse existimo. ostendit autē id etiam quod dictum est ab Aristotele, σταλαγμοὶ οἱ τοσοίδε, id est, tot guttę, vtpote quod essent diuisæ guttæ ac numeratæ. Cùm aūt dixisset Aristoteles, IN partibus eius quod à lapide ablatum est, sed nihil eorum motum est separatim, sed simul } Alexāder in aqua quæ mouet id audiens, Neque enim, inquit, erant actu partes eius quæ mouet in toto, vt per se mouerent: tanquam totam simul sumens aquā quæ deorsum cecidit, & de lapide aliquid abstulit. Num aūt quomodocūque fuerit quidē rogata oratio, in idem recidit, eo quod dum fit paulatim, sensum lateat: siue in eodē Nunc in id quod fit paulatim fiat diuisio: quēadmodum in naue trahēda, & tota aqua simul quæ abstulit: siue in alio & alio. vt in guttis quæ in maiori tēpe lapidem cauant assiduitate. Existimo autē hoc exemplum magis conuenire ijs quæ sunt proposita. quoniam motus quoque cùm non sit simul totus, sensum latere diuisionē. neque enim simul est augmētum & diminutio. neque alteratio: neque quæ fit per locum mutatio. Hoc est ergo quod dicitur, quod etiam si id quod abscedit in diminutione, & id quod accedit in augmēto, cùm sint magnitudines, possint diuidi in infinitum: non est tn̄ necesse vt recessus & additio fiant per ea quæ sunt minima. sed totū simul aliqn̄ recedit, & totū simul additur. Non ergo hęc nos latent quod paulatim fiant, quę in infinitū, vt aiunt, minuuntur vel augentur. Si autem, vt dixit, est etiam aliqd medium, in quo sistuntur ea quæ augentur, quoniam mensurā receperint, non necesse est vt in infinitum augeantur vel minuantur in infinitum. etsi enim nutriantur in medio, aliud tn̄ est nutriri, & aliud augeri. Clarum est autem quod etiā si tota simul ablata est pars aliqua lapidis: vnaquæque tn̄ gutta aliquid omnino egit in lapidē, eum reddens imbecilliorem. & vnusquisque eorum qui nauē trahunt, vniuersis viribus suas quoque attulit. Et diuisio lapidis aliqn̄ quidē fit paulatim insensiliter: aliqn̄ autem totus simul rumpitur.

Nō si qd patitur ab aliquo, patit a qualibet ei° parte.

Sorites probans guttam nō cauare lapidem.

σταλαγμὸς gutta.

Etsi id quod abscedit & accedit diuidantur, non fiunt tn̄ abscessus & accessus per ea quæ sunt minima.

rumpitur. Quę aũt fit paulatim ficus conuersio, fracturę
præparat lapidis imbecillitatē. Porrò autē & si paulatim
aliquousq; insensiliter procedat id quod augetur & dimi
nuitur, attamen cùm in fine totum simul factum fuerit,
sistitur: cùm ad id ad quod tendebat peruenerit augmen
tum & diminutio. Cùm aũt in augmento & diminutio
ne ostendisset Aristoteles, quòd non quod fit in infinitũ
augmētum & diminutio, latet, eo q̃ fiat paulatim, siqui-
dem non per continuitatē fit additio & ablatio, sed totæ
etiam simul fiunt: idem quoq; ait dici conuenire in qua-
Alteratio nõ fit p partes, sed tota simul.
uis alteratione. Non enim si id quod alteratur est aliqua
magnitudo quæ diuidi potest in infinitũ: hoc enim signi
ficat illud QVOD diuidi põt in infinita} ideo etiam eius
alteratio fit per partes per id quod est prius & posterius.
sed tota simul & aceruatim alteratur, & tota fit simul al-
teratio, quēadmodum lactis cõcretio & aquæ & eorum
quæ sunt huiusmodi. quæ etsi possint diuidi, non concre-
scunt tñ per partes minimas, sed tota simul mutantur &
coguntur. Ostendit aũt, inquit Alexander, per id quod
nunc dictum est, qũo in primo huius operis cõtradicens
Melisso, dixit, Quasi non tota simul fiat mutatio. non
enim dixit totã simul quasi expertem tpis: hoc est enim
falsum: sed eius quod totum simul mutatur in mutando
principium, & non per partes. Quòd aũt fieri non pos-
sit vt id quod alteratur cõtinenter mutetur in infinitum,
vt dicebant ĳ qui dicunt oĩa moueri, ostēdit etiam ex eo
q̃ ex contrario in contrarium fit ĳs quæ alterãtur muta-
tio: & eorum quidē mutatio fiat in tpe, sit autem defini-
tum aliquid in quod mutãtur, & cùm venerint ad illud,
sistunt. ad id enim extensa est mutatio. Quod itaq; ægro
tat & ex morbo mutatur, quatenus ex morbo mutatur,
nõ mutatur in aliquid aliud nisi in sanitatem: id enim est
morbo contrarium. & in ipso quidem tempore fit muta
tio, sed non in fine temporis. qm omnis motus est in tpe,
& finis motus est in fine tēporis. vbi ergo sanum factum
fuerit ex ægrotante, sistitur in sanitate. nõ est enim aliud
in quod mouebitur id quod ægrotat. nã neq; morbo erat
aliquid aliud cõtrarium. Si ergo non habet aliud reliquũ
ad quod mouebitur, dicere cõtinenter alterari, est aduer
sus ea cõtendere quę sunt valde manifesta. ad quid enim
amplius mouebitur quod illud cõprehenderit cuius cau
sa mouebatur? Per hoc aũt quod dixit, NECESSE est
vt fiat tempus in quo sanabitur, & nõ in fine temporis}
ostēdit eam quæ ex morbo fit in sanitatem mutationem
esse motum. non fit enim sine tempore, neq; in fine tpis.
non tñ propterea iam fit etiam in infinitum. Hoc aũt ar-
gumentum cõuenit etiam in alĳs mutationibus. siquidē
fiunt omnes ex cõtrario in contrarium. & tendunt ad ali
quem finem, nempe ad contrarium, à quo etiã nominan
tur: Generatio quidē ab eo quod est: Augmētum autem
ab adiectione: & Dealbatio ab albo: & sursum Latio ab
Alterationis mot⁹ nõ est continuus.
eo quod est supra. Quòd autem nõ fit continuus motus
qui fit per alterationem, ostendit etiam ex euidentia. La
pis enim in multo tēpore nec fit durior, nec mollior. Sed
neq; singulis diebus effluit eius aliqd, vt dicit Eudemus.
in multis enim annis maior est effluxio temporis ex quo
effluit. Atqui videntur, inquit, multa eaq; parua perma-
nere, quæ permulto tempore iacuere non contrectata.
Cùm autem fecisset mentionem lapidis vt qui nõ conti-
nuè alteraretur, subiungit q̃ etiã in eo quod est ferri, hoc
est per locum moueri, non est motus lapidis cõtinuus &
qui nõ deficiat. & si enim nos latuerunt augmenta & di-
minutiones: nos tñ non latuit aliquando quidē deorsum
Naturalia q̃ sunt in locis proprĳs, nõ mouentur.
ferri, aliquando verò manere humi. In summa autē, ter-
ra, & generaliter omnia quæ sunt sub luna (cõiter enim
ostendit in omnibus non esse eis continuum motum qui
fit per locum) si aliqua ex ĳs videntur quandoq; in pro-
prĳs locis: necesse est ea tunc non moueri per locum. et
hoc sic ostēdit. Omnia corpora naturalia manēt in pro-
prĳs locis. mouētur autem fm naturam quidem ad loca
propria: præter naturã & per vim, ex eis. Si aliqua ergo

A ex ĳs fuerint aliquando in proprĳs locis: fieri non potest
vt ea tunc moueantur per locum. Si enim necesse est, vt
id quod mouetur, vel vi moueatur, vel fm naturã: neu-
tro aũt mouentur ea quę sunt in locis proprĳs: nec moue
buntur quidē per locum. Et deinde concludit duas pri-
mas partes diuisionis. Quarum vna quidem cõfirmauit
ex euidentia non oĩa semper quiescere: altera autem, nõ
oĩa semper moueri, prius etiam confirmauit.

Sed neq; alia quidem semper contingit quie
scere, alia verò semp mouerí: aliqñ autem quie-
scere, & aliqñ mouerí nihil. Dicendum aũt fieri
non posse, sicut in ĳs quæ prius dicta sunt, ita ẽt
in his. videmus enim in ĳs fieri eas quæ dictæ
sunt mutationes. & ad hęc, q̃ qui dubitat, repu
gnat ĳs quæ sunt euidentia. neq; enim augmē-
tum, neq; violentus erit motus, si non mouebi
B tur præter naturam id quod prius quiescebat.
Generationem itaq; & interitum perimit hæc
oratio, propemodum autē etiam moueri. Mo-
ueri enim videtur omnibus esse quid gigni &
interire. In quod quidem mutatur, id fit seu gi-
gnitur, & in eo: ex quo autē mutatur, id interit,
vel illinc. Quamobrem clarum est alia quidem XXV
moueri, alia verò nonnunquam quiescere.

Progressus ad secundam partem diuisionis, quæ dicit XXIII
alia quidem ex ĳs quæ sunt moueri, alia verò quiescere,
eius quoq; tractat primam diuisionē quæ dicit & ea quæ
mouentur semper moueri, & ea quæ quiescunt semper
quiescere. & ostendit q̃ fieri nõ potest vt ea quæ sunt ita
se habeant vt alia quidem semper moueantur, alia verò
semper quiescant. & similiter fieri non potest atq; ea quę
prius dicta sunt. Nam hoc quoq; est euidēs, q̃ eadem vi-
C demus aliqñ quidem ex motu mutari in quietem: aliqñ
verò ex quiete in motum. Hæ autem sunt eæ quæ dictæ
sunt mutationes, propter quas aliqua aliqñ quidē quie-
scunt, aliqñ verò mouentur. Secundum autē subiungit
orationi q̃ qui de his dubitat ĳs repugnat, quæ sunt eui-
Si non quiescatur aliqñ, aliqñ augeatur, q̃ sequantur absurda.
dentia. Et quanam in re adiecit? Si enim non est aliquan
do quidē quiescere, aliqñ verò moueri: neq; erit augmen
tum, neq; violentus motus. sed etiam de medio tolletur
generatio & interitus, & propemodum omnis motus tã
qui est secundum, q̃ qui pręter naturam, vt discemus. Si
ergo clarum est esse & augmētum & violentum motum
& alias mutationes: repugnat scilicet euidenter euidenti
bus, qui perimit aliqua ex ĳs quæ sunt aliqñ quidē quie-
scere, aliqñ verò moueri. Et q̃ non futurus quidem sit
violentus motus, per hoc ostendit, Si non mouebit̃ præ-
ter naturam quod prius quiescebat: quod enim vi moue
tur, mouetur pręter naturam: quod aũt mouetur præter
D naturam, ex loco proprio, & qui est ei fm naturã, in quo
ei innatum est vt quiescat, excedit: Si ergo cùm nõ prius
quiesceret mouetur: non fuerit pręter naturam & violē-
tus motus. Quomodo autē ex tali positione perimatur
augmentum, videtur prætermittere. Pulchrè autē Ale-
En augmēto est motus p̃ter naturã.
xander id quoque per hoc ipsum dicit ostendi. Non erit
enim augmentũ si non moueatur præter naturã id quod
prius quiescebat. nutrimentum enim cùm prius quieue
rit, deinde fuerit alteratũ, in superiora loca fertur & obli
qua, in quę non est ei ingeneratum vt feratur fm naturã.
& cùm assimilatum fuerit, aggregatur. & cùm fuerit am
plius, q̃ quod effluxerat, facit vt id quod suscepit augeat̃.
Potest autem etiam ostēdi ex ĳs quæ prius dicta sunt, q̃
si non fit post motũ quiescere, non est augeri. quod enim
augetur, neq; continenter augetur, neq; augmentum cõ
iungit diminutioni. sed postq̃ peruenerit ad terminum,
ad quem tendebat augmētum, sistitur, & tunc transit ad
diminutionem. Quare per augmētum quidē perimitur
quicquid

Generatio tollitur, si nõ aliqñ moueatur, aliquãdo quiescatur.

quicquid mouetur sempee moueri: per violentum autẽ motum semper quiesoere quicquid quiescit. Nõ solùm aũt perimitur augmẽtum & violentus motus, si non sint aliqua quę possunt vicissim quiescere & moueri: sed etiã perimitur, inquit, geoeratio et interitus ab hac oratione. Quẽadmodum enim id quod augetur, mouetur tuoc eo motu qui est in eo quod augeatur, quo tunc nõ mouebatur anteq̃ augeretur: ita etiã id quod gignitur & interit. Nam & quod augetur, si anteq̃ augeretur eodem motu mouebatur quo etiã cùm augetur, aut neq̃ nunc augẽdi motu augetur: quo fit vt nihil augeatur quod augeť: aut etiã prius augebatur cùm nondum augeretur. Et similiter ea quæ gignuntur & intereunt, habẽt & principium generationis, & quietem cùm facta fuerint, & similitee in interitu. Quare si oportet ea quę moueñť semper moueri, & ea quæ quiescunt semper quiescere: neq̃ augmẽtum neq̃ diminutio, neque generatio erit nec interitus. Quæ enim per hæc fiunt mutationes: & ab ea quę fit per hæc quiete incipiunt, & habent finem. F Pręterea autem quod gigni fieri ve non potest, id nec omnino gignitur. Cuius aũt oon est defioita generatio, neq̃ potest ad finẽ peruenire: id non potest gigni. Quod enim est genitum, sistitur & cessat à motu qui fit ea de causa. Præterea autẽ generationem & interitum perimit oratio quę tollit motum, qui est præter naturã. aliquorum enim generatio, aliorum est interitus: ioterit aũt vnumquodq̃ non in eo manens, quod est fm naturam, sed dum mouetur pręter naturam. Quinetiam in eo quod gignitur vnumquodq̃ non habet locũ proprium. Quãobrem ea etiam soluũtur quæ gignuntur. Illud autem, Generationem ergo & interitum perimit hæc oratio, põt dictum esse vt sit perinde ac illud, Pręterea generationem & interitum perimit hæc oratio, quæ dicit nõ mutari ex quiete in motũ, & ex motu in quietẽ. Nam & quicquid gignetur, gignetur in infinitum: & id quod interit similiter. Ita aũt fieri oõ poterit vt aliquid gignatur, vel intereat. Si aũt generationẽ G & interitum perimit hæc oratio: omnem quoq̃ motum sustulerit. ne immoremur in vnaquaq̃ specie motus vel mutationis.

*Moueri videtur propemodum oĩbus gigni & interire, & cur.

*Quod enim dicitur cõiter moueri, videtur propemodum oĩbus gigni & interire. non poterat enim planè & accuratè dici sic videri oĩbus. Causam autẽ cur omnibus propemodũ videatur, vel q̃ moueri sit propemodum aliquid gigni & interire, (potest enim sic quoq̃ construi illud Propemodum,) subiungit ipse cõmunem in omni motu. Quia enim omnis motus & oĩs mutatio est ex aliquo ĩ aliquid: est enim vnius post aliud: in quod quidem mutatur, fit hoc siue io substantia, vt homo: siue in quantitate, vt maior uel minor: siue in qualitate, albus vel calidus. Sin autem fiat in loco mutatio, quod mutať noo fit illud in quod mutatur, hoc est, infra vel supra, vel in summa locus: sed fit in eo: Ex quo autẽ mutatur vel ex substantia, vel ex maiore vel albo, id interit. homo enim interit & maior & albus, cùm mutantur in ea quæ sunt illis contraria: Sin autẽ ex loco: hinc interit quod illinc excedit. H Rectè ergo dixit q̃ oratio quę perimit generationem & interitum, perimit etiã omnem motum. Ipse aũt hoc quidem prætermisit cõcludere tanq̃ euidens. Quod aũt est consequens peremptioni eius, q̃ alia quidẽ semp mouentur, donec fuerint scilicet, alia verò semper quiescunt, id subiungit, dicens, Quare alia quidem videlicet moueñť, alia verò quiescunt aliqñ. Dicit aũt esse aliqua quæ vicissim moueñť & quiescunt, & nõ semper alterũ. clarum enim est q̃ & quæ nonnunq̃ mouentur, nõnunquã quiescunt: & quæ nonounq̃ quiescunt mouẽtur aliquãdo. & nec ea quæ nõnunq̃, oportet existimare semp mooeri neq̃ quæ nõnunq̃ quiescunt, semper quiescere: sed ambo aliqñ quidem moueri, aliqñ verò quiescere.

Velle autem omnia aliqñ quidem quiescere, aliqñ verò moueri, hoc iam coniungendum est cum ijs quæ pridẽ dictæ sunt orationibus. Rur-E sus autem sumẽdum est principium ab ijs quæ nunc sunt definita, idẽ quod prius sumpsimus.

Aut enim omnia quiescunt: aut oĩa mouẽtur: XXVI
aut alia quidẽ quiescunt, alia verò mouẽtur, ex ijs quæ sunt. Et si alia quidẽ quiescunt, alia verò mouẽtur, ex ijs quæ sunt: necesse est aut vt oĩa aliqñ quidem quiescant, aliqñ verò moueãtur: aut vt alia quidem semper quiescant, alia verò ex ipsis semper moueantur, alia verò aliquãdo quidem quiescant, aliquando aũt moueantur.

Cùm pars diuisionis quæ dicebat alia quidẽ moueri, XXIIII
alia verò quiescere, esset diuisa tripliciter: & in hoc q̃ ea quæ moueñť semper moueantur, & quę qoiescunt semp quiescant: & in hoc q̃ omnia aliqñ quidem moueantur, aliqñ verò quiescãt: & tertiò in hoc q̃ alia quidẽ semper sint ĩmobilia, alia verò semp moueantur, alia antẽ vtraq̃ F participent: cùm primã partem refellisset quæ dicit & ea quæ mouẽtur semper moueri, & quæ quiescunt semper quiescere, nihil autẽ ab eo quod est moueri mutari in id quod est qescere, aut ab eo quod est quiescere in id qood est moueri: & esset transiturus ad secundã partem huius diuisionis, quæ dicit oĩa quę sunt aliqñ quidem moueri, aliqñ verò quiescere, et id proferret ad refellendũ: reuertitur ad diuisionẽ quæ facta est ab initio, nobis in memoriam reuocans & priores partes diuisionis, & aliqua etiã suppeditans ĳs quæ prius ab eo aduersus illa dicta sunt. Postea aũt quæ nuoc, inquit, DEFINITA SVNT, idem rursus sumẽdum est principiũ quod prius sumpsimus, & eadẽ rursus sumenda est diuisio, quã apertè quidẽ exponit, sed defectam vna parte quæ est proximè cõfutata, & ideo fortasse nunc prætermissa. ea autẽ est quæ dicit alia quidem ex ĳs quæ sunt semper moueri, alia verò quiescere. noo esse aũt quæ aliqñ quidem moueantur, aliquãdo verò quiescant. Potest autem hoc quoq̃ nunc ideo esse G prætermissum, q̃ ex æquo fieri oõ potest vt omnia semper moueantur, vel vt omnia semper quiescant, & similiter atq̃ illa tollitur, sicut dicet progrediens.

Quod itaq; fieri non possit vt oĩa quiescant, prius quoq; dictum est. dicamus autem nunc quoq̃. Si enim reuera ita habet sicut dicunt nõnulli, esse id quod est infinitum & immobile: at sensui quidem certè non videtur: sed ex ijs quę sunt multa mouentur. Si est ergo falsa opinio, vel in summa opinio, est etiã motus. & si visio seu phantasia, & si aliqñ quidem sic, aliqñ verò aliter esse videtur. Visio enim & opinio videñť esse quidam motus. Sed hęc quidẽ considerare & eorum rationem quærere, quæ melius tenemus, quàm vt nobis opus sit rõne, est malè iudi-H care id quod est melius & id quod deterius, & id quod est probabile & quod nõ probabile, & principium & non principium. Æquè aũt fieri non potest & vt omnia moueantur, vel alia quidem semper moueantur, alia verò semper quiescant. Aduersus enim hæc oĩa vna sufficit probatio. Videmus enim nõnulla aliqñ quidẽ moueri, aliqñ verò quiescere. Quamobrem clarũ est æquè fieri non posse vt omnia quiescant, & omnia moueantur continenter: atq; alia quidẽ semper moueri, alia verò semper quiescere.

Cùm aduersus eos qui dicunt oĩa quiescere prius con- XXV
tenderet, dixit esse imbecilli ingenĳ, misso sensu qui est ꝓprius iudex rerum sensilium, conari rõnibus de medio tollere

tollere ea quę apparent sensui: & eum qui tollit motum, non dubitare, vt videtur, de aliqua parte rerum naturalium, nempe de motu: sed de vniuersa naturali constitutione, siquidem natura est principium motus: nec solum naturam tollere & res naturales, sed etiã artes omnes & scientias. quarum illæ quidẽ motu vtuntur in operibus; hæ verò dicunt esse motum, & per motum tradunt causas eorum quæ fiunt: Et postremò non esse naturali Philosopho disputandum aduersus eum qui tollit motum. qm̃ tollit principium rerum naturalium. nunc aũt aduersus eos suscipiens rursus disputationẽ, adijcit q̃ ijs etiam qui motum tollunt cõsequens est esse motum. Nam etiã si verum sit id quod aiunt esse infinitum & immobile, vt in primo huius operis retulit Melissum ponere: at nõ videri quidẽ certè sensui ita se habere: sed eorum quæ sunt videntur multa moueri. Si est aũt falsa opinio, & phantasia seu visio: clarum est esse motũ. nam & visio est cõsensio q̃ sit actu sensus, & opinio q̃ sit visio. quinetiam sensus est motus & per motum. Cùm aũt dixisset, SI est ergo falsa opinio, subiũxit, VEL in summa opinio. } Non enim falsa opinio & visio sunt motus, quoniã sunt falsi. omnis enim visio & opinio est motus. Quare ij etiã qui sic enunciabãt, etiam si vera dicebant, ponebãt autem id quod sibi apparebat & videbatur, mouebantur. Per quę ergo videbantur motum de medio tollere, eos sequebatur esse motum. Sic quidem Alexãder, & his ipsis verbis exposuit ea quæ sunt proposita. Operæpretium aũt puto esse attendere, quẽadmodũ si re vera ita habet q̃ id quod est, est ĩmobile; sensu nõ sic apparet, sed multa mouentur ex ijs quæ sunt. quomodo enim sensus qui est verus, contradicit veritati? Præterea autẽ si re vera ita habet vt dicunt: quomodo est falsa opinio? videtur enim dictum esse vt cõsequens ijs quæ prius dicta sunt, Si est ergo falsa opinio. Nunquid ergo Melisso quidẽ concedit, verum esse id quod est, esse immobile: cùm autem eum qui sensui apparet motũ falsò posuisset opinione apprehendi, vtpote q̃ si id verum sit consequatur non moueri id quod est: Si enim hoc verum est, falsum est moueri: euertit id quod ab eis dicitur, colligens quòd si verum est esse immobile id quod est, esse motum. Existimo autem rationem sic colligi. Si verum est esse immobile id quod est: falsa est opinio eorum qui existimant multa ex ijs quæ sunt videri sensui moueri. Si est autem falsa opinio: est etiam ex illorum sententia id quod non est. Si est autem id quod non est, est inane. Si est autẽ inane: est motus. Hæc enim ratio ingreditur via contraria ei quæ ab illis rogabat̃. Quoniam enim id quod non est, inquit, nõ est in eo quod est: nõ fuerit inane. Si autem nõ est inane: non est motus. necesse est enim vt moueat̃ vel per plenũ vel per inane. vt per plenũ autem, non põt fieri. Si est ergo falsa opinio: est id quod non est. Si est aũt id quod non est: id quod nõ est non perimitur. Si est aũt inane, motus nõ perimitur. Vt interpretationem aũt hanc excogitarem me induxit q̃ non frustra dixerit Aristoteles, SI est ergo falsa opinio } & tunc subiunxerit, VEL in summa opinio. Sed quia si est opinio & visio: est etiã naturalis motus & corporeus de quo nunc quærimus? nõ sunt enĩ ille motus ex sñia Aristotelis. Hanc obiectionẽ pulchrè soluit Alexãder, dicens sensum esse motũ: visionem aũt solã assensionem q̃ sensus sit actu, & opinionem assensionem visionis. Si est ergo opinio: est visio & operatio sentiens. Quòd si ea est: est etiã motus naturalis. Quòd si aliqñ quidem sic, inquit, aliqñ verò aliter de aliquibus rebus videtur hoibus (de ijs enim quæ sunt, opiniones Aristoteli videntur circũagi) sic est etiã motus, q̃ in summa opinari non fiat sine motu: siquidem id fiat propter visionem, ipsa verò visio, ppter motum sentientẽ. Deinceps autẽ pulchrè, vt ego quidem opinor, hic rõnem colligit Alexander hoc modo. Si nihil moueť eorum quæ sunt, neq; est motus: videť q̃ aliqua moueãtur, & est visio. Si est aũt visio, est motus, & ex ijs quæ sunt mouenť aliqua.

Ijs qui motũ tollunt cõsequẽs est esse motum.

Si est id qđ est immobile, est mot⁹.

Si est opinio & visio, est naturalis motus est corporeus.

A Si ergo nihil ex ijs quæ sunt mouetur, neq; est motus: est motus. Est autẽ rõnis euersio ex ijs quæ sunt posita: nisi q̃ pro falsa opinione visionẽ accepit Alexander. Oportet aũt aduertere q̃ in his apertè dixit Aristoteles visionem & opinionẽ videri esse aliquos motus, non aũt motus sequi. nisi fortè illud, Videtur, quod est propositum, significat dictum esse ex sñia aliorum. Cùm hæc aũt dixisset aduersus eos, qui dicũt omnia quiescere, subiungit quædã eorum quæ prius dicta sunt cum vberiori explicatione. Cognitionum aũt nos docet differentiã. nempe q̃ alia qdem est per se probabilis & improbabilis, quæ non opus habet vt probetur per rõnem quæ causam afferat: tales aũt sunt quæ medij expertes dicunť propositiones, quæ ex cõibus sumptæ sunt notionibus: alia autẽ est cognitio quæ probatur per mediam rõnem quæ causam reddit. talis est autẽ medius terminus in syllogismis. Est aũt ea scilicet cognitio p̃stantior quæ per se probabilis et euidẽs, ea quæ opus habet rõne quæ tradit cãm. per eam B enim quæ est euidens iam cognoscimus. & melius tenemus q̃ vt opus habeamus rõne & causa: per alteram aũt adhuc quærimus, & probatione aliqua opus habemus. Cùm ergo eorum quę sunt per se probabilia causas & rationes quærimus, eam quæ est deterior meliori permutare contendimus. propterea q̃ ignoremus quid in cognitionibus quidẽ sit melius, quid verò deterius. & quid sit ex seipso quidem probabile, & quid non eiusmodi. Ferunt itaq; q̃ cùm quidam concertando per rationem Zenonis demonstraret ex diuisione in infinitũ non esse motum, Diogenes qui aderat surgens ambulauit, consulens idipsum quod Aristoteles, quibus per se probabilẽ habemus cognitionẽ, non opus esse rõne subtiliter excogitata. Ignorat autẽ, inquit, qui est eiusmodi quinã sint idonei & pprij rerum iudices. Queadmodum enĩ in cognitione eorũ quæ pcipiuntur intelligẽtia, qui sensum pducit iudicẽ, absurdè & peruersè se gerit: ita ẽt qui in sensilibus sensus iudicium contẽnit, & quęrit rõnem is se gerit C perperam. Ignorat aũt etiam id quod est probabile, & id quod non hmõi. siquidem id quęrit quod est satis probatum ac creditum. Quæret autẽ etiam rursus id quod per quæstionem est inuẽtum & probatum, si ei nõ sufficiat, ad hoc vt nõ quærat, id quod est per se pbabile. Sed neq; principij à non principio nouit differentiam qui quærit de principijs. hac enim ratione differunt principia ab ijs quæ ea consequuntur, q̃ ipsa sint per se probabilia & nõ egeant inquisitione. Ex æquo autem dicit dicere ea quæ fieri non possunt, eos qui dicunt omnia quiescere, & eos qui dicunt alia quidẽ ex ijs quæ sunt semper moueri, alia verò semper quiescere. Et subiungit cãm similitudinis: nempe q̃ in his oĩbus sufficiat vna probatio, q̃ ex ijs quę sunt videantur quidem nonnulla aliquando moueri, aliquando verò quiescere. cùm hoc enim sit euidẽs, conuincitur illa oĩa non posse fieri. In peremptione autem illa quoq; posuit quæ p̃termisit in proxima diuisione, dicẽs, AVT alia qdem semper moueri: alia verò semp quiescere } cùm tunc ẽt fortasse p̃termisisset, propterea q̃ perimeretur simul atq; alia, & propter eandem euidẽtiam, propter quam ipse quoq; manifestã dicit similitudinem.

Visio & opinio sunt motus.

Cognitionũ quęnam sint diffę. nempe pbabilis & improbabilis, et ea quę per mediam probatur rationem.

Diogenes Zenonis de motu rõnem ambulãdo refellit.

Probabilis vbi ẽ cognitio, nõ opus est subtili ratione.

Principium nõ nouit qui q̃rit de principio.

Restat ergo vt consideremus vtrum omnia sint eiusmodi vt possint moueri & quiescere, an nonnulla quidem sic, nonnulla autem semp quiescant, nonnulla verò semper moueantur. Hoc enim nobis est ostendendum. XXVII

Cùm sumptum esset tanq̃ euidens, q̃ nonnulla ex ijs quæ sunt videantur quidẽ aliquando moueri, aliqñ verò quiescere, & per hoc confutatæ essent aliæ partes diuisionis, duo adhuc restant in quibus hoc euidenter cernitur. Aut enim omnia quæ sunt, sunt eiusmodi vt aliqñ quidem moueantur, aliquãdo verò quiescant: aut tertia illa pars diuisionis est vera, quæ dicit alia quidem ita se ha- XXVI

bere vt nunc dictum est, vt aliqñ quidem quiescant, aliquando verò moueãtur, alia verò semper quiescant, alia autem semper moueantur. Hæc est enim tertia: pars diuisionis quæ fit ab initio. & eã vt veram, pbare instituit. Si eam enim esse veram ostẽsum fuerit: ea etiam oĩa quæ prius sunt confutata, & id quod vnà cum eo est ad quærendum propositum, quod dicit aut omnia ita se habere vt aliquando quidem quiescant, aliqñdo verò moueantur, erunt eñcienda vt quæ falsa sint, cùm vnà cum vero minimè esse possint. Hoc autẽ ostenso, vnà etiam ostendetur non esse motum genitũ. & soluentur dubitationes quæ motę sunt cõtra id ꝙ motus sit ingenitus. Oportet autem attendere, ꝙ fieri potest vt aliæ quoq; duæ partes ex diuisione videantur ea quę sunt bipertitò secare. cùm sint alia quidem ancipitia, & aliquãdo quidem moueantur, aliquãdo verò quiescant: reliqua autem vel moueantur semper vel semper quiescãt. Porrò autem Eudemus quoque qui ferè per paraphrasim exponit Aristotelem, has quoq; partes ponit breuiter, dicens. Vel omnia sunt ancipitia, vel ex ipsis aliqua: reliqua autem mouẽtur vel quiescunt. Clarum est autem quòd cum hæc diuisio quæ fit tripliciter ostendatur esse vera, ea quoq; quę nunc bipertitò sunt diuisa refelluntur.

CAPVT IIII.

Porrò aũt eorum quæ mouẽt & mouenť, alia quidẽ mouent & mouentur per accidens: alia verò per se. Per accidens quidẽ, vt pote quæcũq; mouentur eo ꝙ insint ῆs quæ mouent vel quæ mouentur, & ea quę per partem. Per se aũt, quæcunq; mouentur non ꝙ insint ei quod mouet vel mouetur, neq; ꝙ eorum pars aliqua moueat vel moueatur. Eorum aũt quæ per se, alia quidem à seipsis: alia verò ab alio. & alia quidẽ natura: alia verò vi & præter naturã. Nãq; quod ipsum à seipso mouetur, natura mouetur: quemadmodum vnumquodq; animantium: mouet enim ipsum à seipso animal: quatenus autẽ in ipsis est principium motus, natura ea moueri dicimus. Quamobrem totum quidem aĩal ipsum seipsum mouet natura: Corpus autẽ contingit & natura moueri & præter naturã. interest enim quo motu moueatur, & ex quonã constet elemento. Et eorum quæ mouẽtur ab alio, alia quidẽ mouentur natura: alia verò præter naturam. præter naturam quidem, quemadmodum quæ sunt terrena, sursum: & ignis deorsum. Præterea autem partes aĩalium, sæpe mouentur præter naturam, præter positu-

XXVIII ras & partes motus. Et maximè ab aliquo moueri id quod mouetur, manifestũ est in ῆs quæ mouentur præter naturã, propterea quòd clarum sit id ab alio moueri. Postea autẽ quæ mouentur prę̃ter naturã, ex ῆs quæ mouentur ſm naturam, ea quæ mouẽtur à seipsis, quẽadmodum aĩantia. non est enim hoc obscurum an ab aliquo moueantur. sed quõ sit accipiendum id ipsum quod mouet & id quod mouet, vtrum vt separata & natura & loco, an aliquo alio modo. Videť enim sicut in nauigῆs & ῆs quæ non cõstant natura, ita etiam in animalibus esse diuisum id quod mouet & id quod mouetur: & ita vniuersum ipsum seipsum mouere.

Ad demonstrandum alia quidem esse semper immobilia, quod nunc ipse dixit semp quiescere, cùm non propriè dicatur quiescere, in ῆs quę sunt semper immobilia: alia verò semper moueri: alia autem aliquando quidem quiescere, aliquãdo verò moueri: diuidit ea quę mouentur & quæ mouẽt, & in ea quæ per se mouent & mouentur, & in ea quæ per accidens. Nam ꝙ etiã per accidens quædam mouent & mouentur prius ostensum est. Motui autem qui fit per accidnes, nũc subiungit etiam eum qui fit per partem. cùm dum ipsorum aliqua pars mouet vel mouetur, dicunť tota mouere vel moueri. licet prius in diuisione eorũ quæ mouent & mouentur, ea quæ ipsa mouent & mouentur per partẽ, distinxit ab ῆs quæ mouentur per se & ῆs quæ per accidens. Iis enim quę p partem mouent vel mouenť, hoc est, ῆs quæ per aliud, opponuntur ea quæ primò: Iis autem quæ per accidẽs, ea quę per se. Nunc autẽ quicquid non propriè & primò & per se mouet & mouetur, nominat per accidens. Cùm autẽ sic primũ diuisisset, ea quidẽ quæ sunt per accidens prætermisit, vt quę nihil ei conferant ad inquisitionẽ eorum quæ sunt proposita: & ꝙ quæ sic mouent & mouentur, ipsa quoq; habent relationem ad ea quæ per se sunt. Quę enim insunt ῆs quæ per se mouent vel mouentur, vel vt partes, vel vt affectiones, vel vt habitus, vel vt instrumẽta, vel quomodocũq; aliter: ea dicuntur per accidens mouere vel moueri. Cùm autẽ adiecisset ea quę per se mouent & quæ mouentur, quæ quidem quænã ea sint ostendus per negationẽ eorum quæ mouentur per accidens, ea rursus diuidit in ea quæ mouẽtur à seipsis, & quæ mouẽtur ab alio: & ea ambo simul comprehensa diuidit in ea quæ mouentur natura, & in ea quæ vi & præter naturã. quoniam ea quæ mouentur à seipsis, mouentur omnia secundum naturam: eorum autem quæ mouentur ab alῆs, mouentur partes secundùm naturam. vt ignis ab ea quę ipsum mutat & facit ignem. vt discemus. Quare ab alio mouentur ea quæ vi fiunt. & ex ῆs quæ non sunt animata ea quæ mouentur secundũ naturam. Et primũ ostendit quòd quæ à seipsis & ex seipsis mouẽtur, talia autem sunt animantia, mouentur natura. ponitur enim natura moueri, quæcunq; per id quod in seipsis est principium motus, per se mouentur, & non per accidens. Quæ autẽ seipsa mouent clarum est ꝙ in seipsis habent principium motus. Quoniam autem sæpe corpus animalis in motu animalis ex seipso, nõ eo motu mouetur qui est ei insitus à natura: quemadmodum si corpus quidem graue fuerit, animal autem sursum moueatur saliens vel in altum ascendens: huius quoque motus in seipso principium ei quodammodo accidere definῆt, animal quidem dicens ipsum seipsum natura tunc mouere: nihil autem vetare quominus corpus animalis aliquãdo quidem moueatur præter suam ipsius naturam, aliquãdo autem secundùm naturam. Quòd aũt corpus animalis moueatur aliquando quidem secundùm naturam, aliquando verò præter naturam, fit differẽtia, & ex motu animalis vt animalis, quod non eodem motu mouetur, sed sæpe contrarῆs: & ex natura elementi quod amplius abundat in corpore. non est enim simplex corpus animalis. Quocirca cùm id quod leue quidem est abundat in corpore, animal autem sursum mouetur, tunc & corpori secũdùm naturam fit motus qui sursum fertur, et id quoq; animalis adiuuat appetitionem. Sin autem animal deorsum moueatur, cùm id quod leue est dominatum obtineat in corpore, corpus præter naturam detrahitur. Cùm autem dixisset de ῆs quæ mouentur à seipsis, hoc est, de animalibus, quòd ea mouentur semper secundùm naturam, vt quæ per id quod est in seipsis moueantur principium: & de ipsorum corpore, quando mouetur quidem secundùm naturam & quando præter naturam: deinceps dicit de ῆs quæ mouentur ab alio, quòd ex ῆs quidem alia mouẽtur secundùm naturam, alia verò præter naturam. Et primùm dicit quænam ex ῆs quę mouentur ab alio, mouentur

Per accidẽs mouere aut moueri quid dicat Aristoteles.

Quę ex seipsis mouẽtur, mouẽtur natura.

Aĩal mouet̃ qñq; præter naturam.

Moueri præter naturam quænam dicantur.

uentur præter naturam. ex his enim sumerētur etiam ea quæ sunt fm naturam. quæ enim mouentur in contraria q̃ sit natura eis insitum loca, ea mouentur pręter naturā. quēadmodum quādo quæ sunt terrena, sursum, & ignis deorsum. Sed & partes, inquit, animalium sæpe mouent præter naturam, & pręter posituras & modos motuum: præter posituras quidem, si quis non membris inferioribus sed manibus conetur ingredi: Pręter modum autem motus, quandōdo n ingreditur aliquis sed voluitur. tunc enim & si totum animal ex seipsis moueatur & natura, est tamen partibus motus præter naturam. Cùm autē inuenisset hunc modum quo ea etiam quæ mouentur à seipsis, aliquando præter naturā videantur moueri partibus, subiungit quòd in ijs quæ mouentur præter naturam, non à seipsis sed ab alio moueri est maximè manifestum. in ijs enim quæ vi mouenē, clarum est id quod mouet esse aliud ab eo quod mouetur. Post ea aūt quæ sunt præter naturā quæ habent oīa manifestam differentiam eius quod mouet ab eo quod mouetē, eorum ēt quæ mouentur fm naturā ea etiam quæ ipsa mouentur à seipsis, quemadmodum animātia, ea quoq; manifestè habent id quod mouet aliud ab eo quod mouetē. Non est enim, inquit, hoc obscurū, an ab aliquo moueantur aīalia. clarum enim est q̃ ab anima mouenē eo motu qui est ut aīalium: sed quæritur q̃m sit in ipsis separatim accipiendum id quod mouet & id quod mouetē. vtrum vt omnino separata & natura et loco, vel alio modo. videtur enim in animalibus ita se habere id quod mouet in id quod mouetur, vt in ijs quæ non sunt naturalia, sed ex arte mouentur, & habent in seipsis id quod mouet. sicut se habet in nauigijs & vehiculis. Nam ea quoq; habēt in seipsis causam motus, gubernatorem & aurigam, qui tamen sunt etiam diuisi in propria natura. Ita autem vidētur etiam in animantibus diuisa esse secundum naturam, & si non loco, id quod mouet & id quod mouetur, & omne animal ipsum seipsum mouere. Non tamē quoniam hæc ab aliquo, ideo non à seipsis.

Maximè autem dubitatur de eo quod est re
liquum eius quæ dicta est vltimæ diuisionis. ex
ijs enim quæ mouentur ab alio, alia quidem po
suimus moueri pręter naturā. Restat autem vt
alia opponantur, nempe q̃ moueātur natura.
Ea autem sunt de quibus dubitari potest á quo
moueātur. quemadmodum leuia & grauia. ea
enim in loca quidē contraposita vi mouentur:
in propria autē, leue quidem sursum, graue aūt
XXIX deorsum, natura. A quonam aūt nondum est
manifestum, quēadmodum cùm mouētur præ
ter naturā. nam q̃ ipsa à seipsis moueantur dici
non põt. hoc est enim vitale, & eorum quę sunt
animata proprium. et possent etiā stare. Dico
aūt quēadmodum si essent sibi causa ingredien
di & nō ingrediendi. Quare q̃m est in ignis po
testate vt sursum feratur, videlicet in eius quo
que est potestate vt feratur deorsum. Est autē à
rōne alienum q̃ vno tantū motu à seipsis mo
XXX ueantur, siquidē ipsa seipsa mouent. Præterea
quō contingit vt aliquid quod sit cōtinuum &
coalitū ipsum seipsm moueat? quatenus enim
est vnum & nō tactu continuū, ea est rōne im
patibile. Sed quatenus est separatum, eatenus
vni quidē parti innatum est vt agat, alteri verò
vt patiatur. Neq; ergo aliquid horum ipsum se
ipsum mouet: Congenita enim sunt ac coalita:
A neq; vllum aliud cōtinuum. Sed necesse est q̃d
mouet in vnoquoq;, diuisum esse ab eo quod
mouetur, quemadmodum videmus in rebus
inanimatis, quādo ipsas mouet aliquid eorum
quæ sunt animata. Sed euenit vt ipsa quoque XXXI
semper moueantur ab aliquo. manifestum aūt
fuerit causas diuidentibus.

Cùm dixisset etiā in ijs quæ mouentur ab alijs manifestum esse id quod mouet, & id quod mouetē, & in ijs quæ à seipsis, hoc est, in aīalibus: prius aūt adhuc dixisset quæ à seipsis quidem mouētur natura moueri: eorum autem quæ mouētur ab alijs, alia quidem natura, alia verò vi & præter naturā: Et de ijs quidē quæ vi mouentur ab alijs, dixisset & quænā sint, & manifestò habere id quod mouet & id quod mouetē: dicit dubitari de eo quod est reliquum huius diuisionis. Dicit aūt ex ijs quæ mouētur ab alijs ea quę mouentur natura & fm naturam. de ijs enim solis dicit dubitari à quonā moueantur. siquidem & quę à seipsis mouētur, & eorum quæ mouenē ab alijs, ea quæ vi mouenē, manifestū habent id quod mouet & id quod mouetur. Meritò ergo dubitari potest de eorum motu fm naturam quę causam habent obscurā. quēadmodum leuia & grauia. Ea enim cùm vi mouenē in loca cōtraposita, habent manifestò id quod mouet: Sin autem in propria, leue quidem sursum, graue aūt deorsum natura: nō est amplius manifestū à quonam moueanē, sicut est manifestum q̃n mouentur præter naturam. Est autē in his dubium, q̃m et absurdum videtur ipsa moueri ab alio eo motu qui est fm naturam, siquidem principium motus dicuntur habere in seipsis: propterea enim animantia quoq; dicebantur moueri à seipsis: Et dicere ipsa moueri à seipsis, est dicere aliquid quod non potest fieri. Et cùm hoc nō posse fieri ostēdisset, habet id quod est reliquum, q̃ mouentur ab alio. & quęrit quidnā ea moueat eo motu qui est fm naturā, quod est ab ipsis aliud. Quòd autē fieri non possit vt ea à seipsis moueantur, probat multis argumentis. Quorum primum quidē est, q̃ id quod à seipso mouetur est vitale, quod enim à seipsis mouetur oē viuere dicimus. sicut etiam dicit Plato in decimo de legibus, dicens, Nunquid me rogas, an dicemus ipsum viuere, cùm ipsum mouet seipsum? Certè viuere. Et est, inquit, animatorū proprium à seipsis moueri. Et hoc est quod dicitur à Platone in Phędro. Cui est enim, inquit, extrinsecùs moueri, est inanimatum: cui verò intrinsecus ipsi à seipsis, est animatum. Si ergo sunt hæc quidē corpora inanima: quæ verò à seipsis mouentur, animata: ea minimè mouebūtur à seipsis. Id colligitur in secunda figura. Huic aūt subiungit secundum, q̃ si seipsum posset mouere, posset etiam seipsum sistere. Id enim in cuius potestate situm est vt seipsum moueat, habet etiam seipsum sistendi potestatem. si enim ingrediendi: etiam non ingrediendi. sicut videmus in aīalibus quæ mouentur à seipsis. Quemadmodum enim ingrediūtur si voluerint, ita etiam rursus cōsistunt cum velint. Non solùm autem situm est in potestate eorū quę ipsa à seipsis mouētur, vt cōsistant, sed ēt vt moueanē motibus cōtrarijs: à dextris ad sinistra: & è contrario. & similiter in alijs distantijs localibus. Quod quidē hic non adiecit Aristoteles: in igne aūt id indicauit, dicens. Quare si in ipsius ignis potestate situm est vt sursum feratur, est etiā scilicet in eius potestate vt feratur deorsum. Idipsum autem ostēdit etiam per ea quę deinceps consequuntur dicens, Est autē à ratione alienū vt vno motu moueantur à seipsis, siquidem seipsa mouent. vtpote quòd quę à seipsis mouenē, non vno & simplici motu sed pluribus possent moueri & cōtrarijs. A rōne autem alienum, inquit Alexander, pro eo quod est, A ratione enim alienum, dictum est. vt quod afferat causam eius quod prius dictum est. Deinde tertium subiungit argumentū ostendens quòd corpora elemen-

XXVIII

Quæ secundū naturam mouentur a quonam moueantur.

Quod a seipso mouetur, viuit.

Platonis locus in decimo de legibus, & alius in Phędro.

Quod seipsm mouet potest etiam se sistere.

Elemētimo ta nōli non mouentur a seipsis.

torum ῇs motibus qui sunt ſm naturam non mouenſ ex
ſeipſis. Eſt autẽ ſyllogiſmus eiuſmodi. Elementa ſunt
inter ſe cõgenita ac coalita & propriè continua. & nõ ſic
vt ea ẽt quę tactu appropinquãtia, per abuſum dicuntur
cõtinua. Quæ ſunt aũt ſibiipſis propriè cootinua, ea à ſe-
ipſis ſunt impatibilia. (id aũt nobis ex oppoſito reuoca-
uit in memoriã. quatenus enim ſeparatũ eſt id quod agit
& patiſ, ea rõne vni quidẽ innatum eſt vt agat, alteri ve-
rò vt patiaſ) Quę à ſeipſis aũt ſunt impatibilia, non poſ-
ſunt moueri à ſeipſis. moueri enim eſt aliqd pati. Aper-
ta eſt aũt concluſio, ꝙ elementa non mouentur à ſeipſis.

Nullũ continuũ mouet a ſeipſo.

Et adiecit ꝙ nec vllum aliud continuũ. & meritò. ſiqui-
dem elementa, propterea ꝙ ſunt continua, ſunt à ſeipſis
impatibilia. quę eoim aguni & patiunſ, non vt ſint cõti-
nua, ſed vt ſe inuicẽ tangãt neceſſe eſt. vt oſtẽdit io libro
pcedenti. ſeparatum eſt enim ſubſtantia id quod agit ab
eo quod patiſ, ſiquidẽ vnum quidem eſt ptãte, alterum
verò actu. Quod eſt autẽ aliquid ptãte, id eſt actu aliud.
agit enim ignis in aerẽ qui eſt ignis potentia, actu autem

Aĩalia qõo ſeipſa moueãt, ſi ſunt continua.

aer. Qũo ergo, inquit Alexander, aĩalia ſeipſa mouent
quæ ſunt continua? Soluit aũt expeditè. ꝙ id quod mo-
uet in aĩalibus, nõ eſt continuum ei quod mouetur. neq;
enim aĩa eſt corpus: neq; in ſumma quantitas. Quo fit vt
oec ſe inuicem tãgant. Et dixit paulò aote Ariſtoteles,
ꝙ queãdmodum io nauibus, ita ẽt in aĩalibus, natura eſt
diuiſum id quod mouet & id quod mouetur. Quòd autẽ
neceſſe eſt vt ſit diuiſum id quod mouet ab eo quod mo-
uetur, euidenter cernitur in inanimatis, cùm ea mouenſ
ab animatis. Porrò aũt animata quoq;, inquit, mouenſ
ab aliquo. quicquid enim mouetut, ab aliquo mouetur.
& eſt aliud quod mouet, diuiſum ab eo quod mouetur,
& non ei continuum. quoniam neq; eſt omnino quantũ.
Rectè autem, vt exiſtimo, coniecit Alexander, ꝙ illud,
SED euenit vt ea quoq; ſemper moueantur ab aliquo }
poſſit dixiſſe non de animaris, ſed de ῇs quæ mouentur
ſm naturã. nam ea quoq; oſtendentut moueri ab aliquo
motu qui eſt ſm naturam, etiam ſi nõ videatur id, quod
ea illo motu mouet, ſicut videtur id quod mouet motu
violẽto. Sicut enim in his videmus diuiſum id quod mo
uet & id quod mouetur: ita etiã corpora naturalia ῇs mo
tibus qui ſunt ſm naturam à diuiſis cauſis oſtẽdetur mo-
ueri. Et id, inquit, fuerit manifeſtum cauſas diuidenti-
bus quæ ſunt mouendi poteſtate pditæ. Oſtendet enim,
ꝙ ex ῇs quæ moueot, alia quidem hærentia ῇs quæ mo-
uentur, ea tactu mouent: Alia autem, quòd actu fecerint
id quod prius erat potẽtia. quod actu factum fortè aqua
ex aere, cùm non poſſit amplius manere in loco aeris, fer-
tur in locum proprium aquę, vt quod quodammodo fe-
ratur ab eo quod ipſum fecit aquam.

Poſſunt autẽ ea quæ dicta ſunt accipi etiã in
ῇs quæ mouẽt. Alia enim ex ῇs ſunt præter na-
turam mouendi poteſtate prędita: quemadmo
dum vectis non eſt natura mouendi ponderis
poteſtate præditus: Alia aũt natura. queãdmo-
dum id quod eſt actu calidum, mouet id quod
eſt poteſtate calidũ. Similiter aũt in alῇs quoq;
quæ ſunt hmõi. Porrò aũt natura quoq; itidem
mobile id quod eſt ptãte quale, eſt vel quantũ
vel vbi, cũ tale in ſeipſis habuerint principiũ, &
nõ per accidens. fuerit enim idẽ & quantum &
quale. ſed alterũ alteri accidit, & per ſe nõ ineſt.
Ignis autẽ & terra mouenſ ab aliquo. vi quidẽ,
cùm præter naturã: natura aũt, cùm quæ erant
poteſtate, in ſuas ipſorum operationes.

XXIX Cùm vellet oſtendere, ꝙ ex corporibus inanimatis ea
etiam quæ mouentut ſm naturã, mouentur ab aliquo ex
trinſecùs, & nõ à ſeipſis, hoc confirmat, cùm diuiſiſſet ea

Quę mouẽt, partim mo-

E quæ mouent ſicut ea quæ mouentur, in ea quæ mouent
ſm naturã, & ea quæ præter naturã. Si enim ea quoq; ita
ſe habent: ea ſcilicet quæ prædita fuerint poteſtate mouẽ
di motu qui eſt præter naturã: ea quæ vi & præter natu-
ram mouentur, mouerint: quæ aũt eo qui eſt ſm naturã;
ea quæ ſm naturã mouentur. Vnum aũt ex ῇs quæ pter
naturam mouent adduxit, vectem. nihil enim ex ῇs quę
ſm naturam mouenrur, vecte mouetur. ſed eſt vi vt eiuſ
modi motus. Quæ enim ſunt ponderoſa, eo motu qui eſt
pręter ſuam naturam, eo, inquam qui eſt ſurſum, à vecte
mouentur. Ideo aũt vectis mouet præter naturam, ꝙ nõ
mouet per id quod eſt in ſeipſo principiũ. moueret enim
inferius. ſed cauſam motus habet ab alio extrinſecus.
Quæ ergo præter naturã mouent, ſunt huiuſmodi. Se-
cundum naturã autem moueri dicitur quod eſt actu ali-
quid eius quod eſt tale potentia. Motus enim qui eſt ſm
naturã cauſa eſt ῇs quæ ſic mouentur, id quod ſic mouet,
& mouet per id quod in ſe eſt principiũ, et cauſam. quod

uẽt ſecũdum naturã, partim pter naturam.

Secundũ naturã moueri qđ dicatur.

F eſt enim actu calidum, cùm calefacit id quod eſt poteſta-
te calidum, in ſeipſo cauſam habens mouendi ſic mouet.
Cùm aũt adduxiſſet etiã id quod eſt natura mobile, pro-
tinus apertiorem fecit orationẽ. Quemadmodum enim
id quod actu eſt natura mouet id quod eſt potentia: ita
etiam id quod eſt potẽtia, eſt natura mobile ab eo quod
eſt actu. & queãdmodum id quod eſt mouens poteſtate,
habet in ſeipſo principium & facultatẽ mouendi, ita etiã
quod eſt natura mobile, cùm in ſeipſo habuerit prioci-
pium, non vtiq; agens vt id quod eſt natura mouendi po
teſtate pręditum, ſed per aptitudinem & per id quod eſt
potẽtia. Quãobrem potentia eſt tantũ quale vel tantum
quãtum. vel potentia ſupra vel infra. Horum aũt memi-
nit prædicamẽtorum, ꝙ per hæc ſola putet motum fieri.
Cùm aũt dixiſſet, CVM tale in ſeipſis habuerint princi-
pium } adiecit, ET QVE non per accidens. } Et ſi enim
quod eſt poteſtate qualitas ſit etiam poteſtate quãtitas:
in qualitatem tñ mutatur per ſe, quatenus eſt tale pote-

G ſtate. Quoniam aũt eſt etiam poteſtate quantum, ſiquis
dicat id quod eſt poteſtate quãtum, mutari in quale, fue
rit talis mutatio per accidens. qm̃ ei accidebat vt eſſet ẽt
poteſtate quantum. Per ſe aũt id quod eſt poteſtate qua-
le mutatur in quale: Quod autem poteſtate quantum, io
quantum. Fit autem cõmutatio per accidens. Quænã
ſunt ergo ea quæ ſunt ſm naturã mobilia, tradidit per ea
quæ dicta ſunt, verba faciens io tribus pdicamentis. non
itidem aũt adiecit quęnã ſunt ea quę ſunt mobilia pręter
naturã io tribus prædicamentis. in ῇs enim quæ ſunt per
locũ mobilia, qm̃ vnicuiq; corpori eſt & ſm naturam &
pręter naturã motus per locũ, qui fit in cõtrarium ei qui
eſt ſm naturã: clara ſunt ea quæ ſunt mobilia per locum
pter naturam: non habẽt enim in ſeipſis principiũ vt ſic
moueantur: In augmento aũt & alteratione nõ eſt vtiq;
manifeſtus qui eſt ea rõne pręter naturã motus. An etiã
dixit in pcedẽtibus, Eorũ motus qui ſunt pter naturam.
vt qui in augmẽto qdem meminerit frumẽti quod eſt in

Quænã ſint mobilia pręter naturam, cur in tribus pdicamentis non dixerit Ariſtoteles.

De augmẽto & diminutione pter naturã quonã in loco locut⁹ ſit Ariſto.

H ortis qui vocanſ Adonidis, quod per hmõi ſtudiũ ac in-
duſtriam augetur pter naturam. quocirca oec perficitur.
Quinetiam qui ppter intęmperãtiam celerius pubeſcũt
vel ſeneſcunt, & augmẽtum & decremẽtum ſuſceperint
pter naturã. mutant enim tẽperaturã in id quod eſt pter
naturã, cùm ille qdem calidior, hic verò frigidior fiat ci-
tius q̃ par ſit. De his autẽ ab eo non agitur in præſentia.
ſed de ſimplicibus corporibus, à quonam mouentur mo
tibus qui ſunt ſm naturam. Cùm autem dixiſſet quęnã
ſunt natura mouẽtia & mobilia, illa deinde adducit pro
pter quæ acceſſit ad hæc dicenda. Et dicit ꝙ ignis & ter-
ra, & in ſumma corpora ſimplicia, moueotur quidem,
qñ omnino mouentur ab alῇs: ſed vi quidẽ, qñ præter na
turam mouentur à proprῇs locis ad cõtraria: natura aũt,
qñ ad loca propria ad quæ eſt eis ingeneratum vt feran-
tur ſm oaturam. Ipſe autem dixit, CVM quę prius erant
poteſtate mutantur in ſuas ipſorum operationes } hoc
eſt cùm

Elementa q̃ ſecundũ naturã mouẽtur, & quando pręter naturam.

est cùm actu facta fuerint quod prius erāt potentia, & acceperint ꝓprias operationes. ignis enim cùm actu factus fuerit ignis qui prius erat potentia, tunc operaſ per proprias ignis operationes, & moueſ motu ignis qui est ſm naturā. Non dicit ergo in operationes, in id quod ē actu per substantiā: id enim est generatio ſm naturam, sed nō motus: sed cùm genitū ab aliquo susceperit ꝓprias operationes, per quas deinde ab illo mouetur ſm naturam, vt quod feratur ad locum ꝓprium. operationē enim & motum hunc ad locū proprium, dicit ei datum esse ab illo à quo ēt essentiam. & hoc est ab illo moueri. Alexander autē loca quæ corporibus sunt ſm naturā, ait fuisse dicta eoꝝ operationes, hoc est ꝑfectiones. tunc enim videſ ei, inquit, vnūquodq; corpus esse actu graue vel leue, cùm fuerit in loco ꝓprio. Non enim ignis vel terra vel aqua vel āer dicitur esse potentia, priusq̄ sint in proprijs locis. si enim aliqd horum esset potentia, nō vtiq; mouerētur, sed gignerētur. sed hæc quidē actu sunt etsi sint in alienis locis. eam autē quæ est per locum perfectionem tunc suscipiunt, cùm quatenus sunt operātur. Operatio autem eius quod est leue, est sursum ferri. fertur enī ad id in quo est potestate, sicut id quod calefit. Est ergo motus & mutatio ſm naturam, qui fit ad perfectionem. quæ quidem perfectio est esse in loco ꝓprio. Quare nisi fallor, ex eius etiam sententia, nō est proprius locus propria operatio, vt incepit dicere: sed motus qui fit ad locum proprium. Natura ergo moueſ, quæ formā propriam susceperūt, per quā prius erant potentia, & cum eo quod est actu in formę susceperunt eam quæ est actu operationem.

Operatio elementorū nō dicitur ꝓprius eorū locus, vt vult Alexander, sed ipsorū ad eū motus.

XXXII Quoniam aūt multis modis dicit id quod est potentia, ea est causa cur non sit manifestum à quonā moueantur ea quæ sunt hmōi. quemadmodum ignis sursum, & terra deorsum. Est aūt aliter quidem sciens potestate is qui discit, & is qui iam habet & non contēplatur. Semper aūt cū simul fuerint agens & patibile, fit nonnunq̄ actu id quod pōt fieri. Quēadmodum id qđ discit, ex eo quod est potestate, potestate fit diuersum. qui scientiā enim habet, sed non contēplatur, potestate est quodāmodo sciens, sed nō vt priusq̄ disceret: cùm autē sic habuerit, nisi quid ꝓhibeat, operaſ & contēplatur. aut in contradictione erit & ignoratione. Simiſr aūt hęc habēt ēt in naturalibus. quod est enim frigidū, est potestate calidū. cùm aūt mutatum fuerit, iam est ignis. vrit autē, nisi quid ꝓhibeat et impedimentum afferat. Similiter aūt habet ēt in graui & leui. leue enim fit ex graui. quēadmodū ex aqua aer. hoc est enim primū potestate. & iā leue. & protinus qdem operabiſ nisi quid impedierit. Eius aūt quod est leue operatio, est esse alicubi, & supra. impediuntur aūt cùm fuerint in loco contrario. Et hoc se habet siſr & in quāto & in quali. Atqui hoc quęriſ cur nā tandē moueantur in suum ipsius locum leuia & grauia. Causa aūt est ꝙ id ei est à natura insitum. & hoc est esse leue & graue, illud quidē, eo quod est supra, hoc verò, eo quod est infra, definitū. Potentia aūt est leue & graue multis modis, vt dictū est. Cùm enim fuerit aqua, potestate est quodāmodo leue. & cùm est aer, est adhuc potestate. contingit enī impediri, & nō esse supra. Sed si ablatum fuerit id quod impedit, operaſ, & semp fit

A superius. Simiſr aūt id quoq; quod est quale, mutatur in id quod est esse actu. statim enim contemplatur sciens, nisi quid impediat. & extenditur id quod est quātum, nisi quid prohibeat.

XXX Cùm dixisset moueri ſm naturam ea quæ moueſ in suas ipsoꝝ operationes cū essent ptāte, siue cū potestate essent in locis ꝓprijs, siue cū adhuc haberent aliqd ptāte: qm̄ motus est ꝑficiens actus eius quod fieri aut esse pōt quatenus pōt esse vel fieri: subiungit ꝙ id quod est ptāte quod est in ijs quę moueſ dicitur multis modis: & id cā est cur nō sit clarū id quod nunc q̄ritur, à quonā moueantur ea quę sunt hmōi, vtpote ignis sursum, terra verò deorsum. oportet enim id quod mouetur ab aliquo, ponere qdem ipsum esse mobile & ptāte: à quo aūt moueſ, id & mouēdi esse ꝑditum ptāte, & esse actu. Cùm aūt in igne & terra sit obscurū id quod est ptāte, propterea ꝙ multis modis dicaſ id quod est ptāte: obscurū est ēt id quod actu est mouēdi ptāte ꝑditū. Diuiditur ergo id quod est po-

B testate, & in id quod est per quādam aptitudinē, ꝙ tunc qdem nōdum factum est id quod dicitur: quēadmodum puer est ptāte Grāmaticus vel musicus, quia pōt fieri: & in id quod iam qdem factū est, & habet actum ꝑfectum, ex eo aūt non operaſ. quēadmodum Aristoxenum dicimus ptāte musicū, cùm nō pulsat cytharam. sed vel dormit, vel agit aliqd aliud. & est hoc quod est ptāte mediū inter ea quę sunt ptāte perfectè & solum ptāte: & ea quę ꝑfectè & solūmodo actu sunt: vt quod sit vtriusq; particeps, & sit alterū ad vtrunq;. Cùm ergo ostenderit hæc corpora naturalia habere id quod est ptāte in motibus q̄ sunt ſm naturā, inueniet in vtroq; ptāte ea quæ sunt illa mouētia. Dicit aūt primum, quō in vtroq; eorum quæ sunt ptāte, mutatio fit in id quod est actu, et à quo. Cùm, inquit, simul fuerint agēs & patibile: id quod est qdē primum ptāte quod est imperfectum, mutatur ab eo quod proximè ac continēter actu est, in id quod est actu quod

C est per habitū. quod ipsum quoq; est adhuc quodāmodo ptāte, per alterum ptāte quod nōdum operatur. Vt aūt operaſ id quod est ptāte, ita vt perfectè sit actus seu operatio, est qdem ēt cā habitus. causa aūt est ēt qui abstulit impedimentū, vt dicetur. Prima autē est & vel maximè ꝑcipua cā, quę huius quoq; ingenerauit habitum. In dictione autē quæ dicit, SEMPER autē cùm simul fuerint agens & patibile, fit nonnunq̄ actu id quod pōt fieri } illud Nonnunq̄ in nōnullis quidē exēplaribus dicit Alexander non addi: atqui si additū fuerit, firmā ac stabilem indicare veritatē. primum qdē, qm̄ etiam si simul fuerit agens cum patibili, nisi ꝑfectè actu fuerint id quod agit, vt & habeat habitū & operetur citra vllum impedimentum, nō fit actu id quod pōt fieri. Ipse itaq; exponens illud, Nonnunq̄, Cùm autē, inquit, ita se habuerit, nisi qd prohibeat, operaſ & contēplatur. Deinde in corporibus qdē & corporeis affectionibus, sufficit vt appropinquet & simul sit agēs cum patibili, ad hoc vt actu fiat id quod

D pōt fieri: In disciplinis aūt & doctrinis non satis est vt simul sit id quod docet & discit, ad hoc vt vnū quidem doceat, alterū verò discat, nisi fuerit ēt animi institutum & tps. Quare opus est vt adijciaſ Nonnunq̄. Sed ꝙ id qdē quod ex eo quod est prius ptāte mutaſ in habitum, oīno muteſ ab alio quod actu est, clarum est. hoc autē est munus generationis, & nō eius qui est ꝓpriè motus. Cùm autem, inquit, acceperit habitum, nisi quid prohibeat, operatur & contemplatur, operationem iam cōiungens cum habitu. Si enim non operaretur cùm à nullo impediretur, esset in cōtradictione, & nō absolutè in ignoratione, vt scribit Alexāder. Si enim mutatum quidem est in scientiam, et habet sciendi habitū ab eo qui docuit: nullo autem impediente, ex eo quòd scit non operatur: nō est absolutè in ignoratione is qui est eiusmodi, sed in contradictione. vtpote qui sciat quidem, quatenus habet scientiam, nesciat aūt, quatenus vel nullo impediente ex ipsa

Id quod est ptāte qūo dicaſ, & quot modis.

Cum agens & patibile simul fuerint, fit actu quod erat potētia, id actu quod est ꝑ habitū. Vt actus fit ꝑfecte, causa est habitus.

In disciplinis non sufficit agens & patibile, nisi adsit animi institutum.

non operatur. Et scilicet absolutè quidem esse ignoratione, nō est eiusmodi vt nō possit fieri: esse aūt in contradictione, tale est vt minimè esse possit. Si aūt scriptū fuerit vt in plurimis exemplaribus, Et erit in cōtradictione & ignoratione, idē quidem est quodāmodo id quod dicit. Dicit autē, ꝙ qui habet habitum, & scit ex eo, impediente aūt nemine non operatur, erit in contradictione. quoniam in eo quoq; ꝙ sciat est operatio. Hanc aūe scripturam nouit etiam Alexander. Si ergo fieri non potest vt nō operetur per habitum quod habet habitū ab aliquo, si nihil prohibeat, sed vnà cum habitu coniuncta est operatio, & motus quo mouetur per habitū: meritò dici pōt ipsum moueri ab eo, quod ei ingenerauit habitū. Cùm sic ergo vniuersè ac gñaliter mutationē quę fit in id quod actū est ex duobus ĳs quę sunt potentia, & cum eo quod est ſm potestate ostēdisset congenitā esse operationem, nisi quid prohibeat: transit ad corpora naturalia. & ostēdit in his quoq; cōiter primum moueri vnumquodq; eo motu qui est in se ſm naturam, ab eo quod mutat ipsum ex prima potestate in id quod est ſm potentia. qm̄ habitui pręsto adest operatio si nihil impediat. Factum enim ex frigido calidum & ex aqua ignis, operat deinde quatenus est ignis. & vrit, & sursum fertur, nisi quid impedierit. Quare ab eo quod eum actu ignem fecit, habet ēt ꝙ operatur. Non enim postquā factus est ignis assumit vrere & non vrere, sed eius in ignē mutationi, quam habuit ab eo quod fecit, coniuncta est operatio. Cùm hoc autem sic cōiter ostendisset in corporibus naturalibus, quēadmodum ab eo quod est primū potestate, fit mutatio in id quod est secūdum per habitū: & quēadmodum vnà cum eo est operatio & motus nisi quid impediat: diuidit deinde orationem in diuersis motibus. Et primum quidē eam tradit strictim ac breuiter, deinde etiam fusè explicat. Fit enim, inquit, ex eo quidē quod est actu graue, potestate verò leue, per id quod est prius potestate eius quod est leue, vtpote ex aqua quæ est actu quidem grauis, leuis verò potētia, fit aer qui est leuis operatione: & statim quidē operabitur nisi quid impedierit. Hoc autem, HOC enim est primū potestate et iam leue } audit Alexander in eo quod est imperfectum potestate & graue actu. Quod est enim, inquit, eiusmodi, & ita se habet vt sit adhuc graue operatione, per eā quę prima dicta est potestatē, est leue potestate. Mutatum aūt & factum leue, eius quod est leue operationem exercebit protinus. Mihi autē videtur Aristoteles dicere illud, Et iam leue, non de eo quod est actu quidē graue, leue verò potestate per id quod est potestate imperfectum: nō enim cōuenit illi id quod iā est leue: sed ei quod actu iam leue factū est. Sed nec illud quod subiunctum est, ET statim operabit nisi quid prohibeat } conuenit ei quod est imperfectum potentia, sed ei quod per habitum. Si de eodē igitur hoc totū dictum est, HOC est enim primū potestate & iā leue } et, STATIM operabit, nisi quid prohibeat } quod aūt iam est leue, & illud, Statim operabitur, conuenit ei quod est pfectius potestate quod est per habitū: necesse est vt hoc, Hoc est enim primū potestate, de eodē audiatur, nō significante primo ordinē qui est in generatione, in quo primū est id quod est imperfectius: sed pfectionē. est enim pfectius id quod est potestate per habitū, quàm id quod est per aptitudinē. Eius autē quod est leue, inquit, operatio est esse in loco supiori (hoc enim significat illud Alicubi, & supra) & aliĳs supernatare, seu esse in aliorum supficie. nam hoc quoq; est operatio. Et eius quod graue est scilicet operatio, est esse inferius, & aliĳs subsidere. Et eę sunt ꝓpriè operationes eius quod est leue & graue, esse supra & infra, qm̄ & id quod ꝓpriè est actu, & eam q̃ est per formā, perfectionē tunc suscipiunt. Qui est enim sursum & deorsum motus, est eoꝝ quę sunt adhuc imperfecta, & nōdum eā quę est per formā suscepere perfectionem. Cùm aūt dixisset de motu qui est per locum, dicit siſr habere in quantitate & qualitate. Id enim quod pōt

Elemēta moueri ſm naturam, ab eo qđ ipsa mutat ex prima potestate in id quod est ſm potētia.

Habitui pręsto adest actus, nisi qd impediat.

Eius qđ est leue, & eius quod graue, quā sit operatio.

Motus quātitatis.

E augeri, cū ab eo quod auget tantū factum fuerit, quātum erat potestate, tunc statim exercet, quatenus est tātum, operationes. Extendit enim, vel potius extēsum est & tanto patet spatio, quāta erat eius magnitudo potestate. Et hæc est pfecta eius operatio, tantū esse extensum, & tanto esse disiunctū spatio. Extendi enim & spatio disiungi, est eius quod est imperfectū imperfecta operatio. Similr aūt qualitas quoq; ab eo quod est imperfectū potestate, in id quod est pfectum mutat & habitum. & statim cōsequitur perfecta operatio. cōtemplatur enim id quod est sciens, nisi qd impediat. & hæc est pfecta eius q̃ actu est scientiæ operatio. Discere enim est adhuc imperfecti, & impfectum. Cùm autē dixisset mouētem cām eorum q̃ mouētur ſm naturā, esse id quod ea actu facit ex eo quod est potestate, quod est imperfectū, nobis in memoriā reuocat, ꝙ id erat quod quærebatur, cur & à qua cā corpora naturalia mouent ad propria loca. quod quidē inuentum est nō in ĳs solū quæ mouent per locum, sed ēt in ĳs
F quæ per quantum & quæ per quale. Causa enim est quæ ea fecit hmōi, cuiusmodi cùm sint, ea talis motus sequit necessariò. Potest autē, inquit Alexander, dictum esse, ET hoc quęritur } nō vt de quo sit nunc solū dubitatum, sed vt quod gñaliter & vniuersè quęratur. Reuera enim quærię quænam sit cā corporibus, propter quam ferātur ad ꝓpria loca. inuenta est aūt causa, ꝙ eis quidē est natura insitum vt sint alicubi. Id enim est leue esse & graue, illud quidē esse supra, hoc verò infra. Et si statim quidē essent perfecta qualia sunt, à seipsis habētia perfectionē, ipsa quoq; essent causæ suæ operationis. Quoniā autem priusq̃ actu sint ea quę sunt, sunt prius talia potestate: & id quod est potestate est duplex, vt dictum est: etenim cùm sit aqua grauis actu, est aer quodāmodo potestate. per id enim quod est impfectum ptāte est aer, & ideo est leuis, & cùm facta fuerit aer, tūc quoq; est adhuc aliquo modo potestate. propterea ꝙ dum nōnunq̃ impedit, nequaq̃ exerceat operationē quæ est per formā, per quam
G supra est id quod est leue. sed si ablatū fuerit id quod impedit, operat, semper ab imperfecta operatione promouens ad pfectiorem, & semper superius euadens, donec cùm ad id quod est supremum peruenerit, perfectissimā suscipiat operationē, eo ꝙ sit in loco supremo. Similiter autem, inquit, quale & quātum mutatur in id quod actu est, nisi quid prohibeat. Sunt enim aliqua quę aucta sunt & formā receperunt, nōdum aūt tantum locū obtinent, quātum possunt obtinere, eo ꝙ prohibeant, quemadmodū aer qui fit ex aqua in parua aliqua domuncula. Latius enim esset extēsus, nisi à domo cōstiparet & cōdensaret.

Motus qualitatis.

Contēplatio est scientis.

Cur corpora ferant ad propria loca quā causa sit.

Qui autem quod subsistit mouit & id quod prohibet, potest esse vt moueat, et potest esse vt non. quēadmodum qui columnā subtraxit, vel qui lapidē abstulit ab vtre qui est in aqua. mouet enim per accidens. sicut etiā globus qui est repercussus, non motus est à pariete, sed ab eo
H qui iecit. Quòd ergo nihil horū ipsum seipsum moueat, clarum est. sed principiū habet motus, non mouendi, neq; agendi, sed patiendi.

Motus qui est ſm naturam & operationis causam, XXXI
hucusq;, vt mihi videtur, dicit formæ perfectionē, quam cùm acceperit statim ex ea operatur nisi quid prohibuerit. Ita enim moueri eo quòd sit ei ita natura insitum, est eius qui illius rei causam naturæ & formæ attribuit. Paululum autē progressus, id etiam quod genuit & fecit tale quale est, dicit esse causam talis motus. quod quidē Interpretes in ĳs etiā quæ præcedunt eum esse causam dixisse existimant. Cùm aūt sæpe diceret id quod habitum suscepit statim operari, & adderet, NISI quid prohibeat } nunc dicit ꝙ qui aufert id quod subsistit & impedit, pōt esse vt moueat, & potest esse vt non. per se enim nō mouet (aliquid

Qui aufert quod impedit, mouet p accidens.

uet (aliquid enim aliud operatur principaliter) mouet autem per accidens. Qui enim columnã subtraxit, eam quidẽ per se mouet: per accidens aũt etiam ædes quæ ab ea sustinenť, & ne ex sua ipsarũ natura deorsum ferantur prohibenť. Similiter aũt & qui abstulit lapidem vtri inflato impositũ, propter quẽ in profundo submergebatur & aquæ non supernatabat, principaliter quidẽ mouit lapidem: per accidens autẽ etiam ipsum vtrem. qui ablato eo qui ipsum detinebat lapidẽ sursum elatus est. Adhuc aũt magis motus dissimilitudinẽ quæ fit ab ijs quæ per se mouent, & quæ ea auferunt quæ prohibent moueri, ostẽdit in globo qui resilit à pariete. Quemadmodum enim eum quidem mouet principaliter is qui emisit ab initio, per accidens aũt paries quoq; à quo retorquetur: ita etiã corpora naturalia principaliter quidem mutantur ab ijs quę ea mutãt & ea fecerunt huiusmodi: per accidens aũt etiam ab ijs quæ ea auferunt quę motui impedimentum afferũt. Cùm itaq; ex ijs quæ dicta sunt colligatur, nihil horum à seipso moueri sed ab alio, exoritur quædã obiectio, quæ quærit quõ naturalia dicantur in seipsis habere principium motus, si non à seipsis intrinsecùs, sed extrinsecùs moueantur ab alio. Haoc aũt soluit obiectionem, dicens ea dici habere principium motus, non q moueãt nec agant, sed quòd moueantur & patiãtur. Non solùm enim id quod mouet dicitur in seipso habere principium motus: sed etiam id cui innatum est vt moueatur, habet id quoq; principium motus. nomen enim motus est cõe tam eius quod mouet, q̃ eius quod mouetur. Si aũt motus est in eo quod mouetur, vt prius ostẽsum est: ei quod mouetur magis conuenit motus. Dicuntur autẽ corpora naturalia habere principium vt moueantur, q potestatẽ habeant & aptitudinem ad hoc vt in id moueantur, in quod dum mutantur ab aliquo, mouebuntur hoc motu, cuius dicuntur habere principium. Insitum enim esse à natura ut moueatur aliquo motu, est habere principiũ talis motus. quẽadmodum qui est docilis & natura aptus ad philosophiam, habet principium philosophię, non vt alium faciat philosophum, sed vt ipse fiat philosophus. Si ergo natura, corporum non est principium mouẽdi & agendi, sed quo moueatur & patiatur: cùm dicit Aristoteles naturam causam efficientẽ, alicubi quidem dicens, Nihil facit temere Deus nec natura, alicubi autem ostendens naturam facere per rationes, & alicuius gratia: aut aliqua alia existimanda est illa natura, nempe mens opifex quę omnia peruadit: aut si dicit de eadem natura, audiendum est id quod dicitur, materialiter & patibiliter, sicut etiam audiuimus principium. In his autem quęrit Alexander, quomodo corpus quod circulari motu circumagitur, erit adhuc naturale, si id quidem quod est naturale, vt ait Aristoteles, habet principium patiendi, id autem quod circulari circumagitur, motu est impatibile. Soluit autem, primum quidem dicens q & si semper mobile sit id quod circulari motu circumagitur, cùm tñ aliàs ab alio & ad aliud moueatur, in seipso habet ea quæ sunt potestate. Quatenus aũt mouit per id quod est potestate, ea ratione est etiã aliquo modo patibile. quicquid enim est potestate, est quodãmodo materiale. Habet ergo illud quoq; principium motus, qui est in eo quòd per se moueatur. & est ea ratione naturale. Aut melius est, inquit, audire in eo quod est diuinum, non vt in corporibus inanimis eum motum qui est s̃m naturam sed vt in ijs quæ mouentur per animam, quę non mouẽtur ab aliquo extrinsecùs, sed principium & causam habent in seipsis motricem. At si ita est, inquit, quomodo non habet etiam status principium, & motus qui est ad contraria? An ad contraria, inquit, nõ mouebitur, quoniam motui circulari non est motus contrarius: non quiescit autem, quoniam nec mouetur ad ea quę sunt huiusmodi vt in ijs necesse habeat sisti id quod fuerit: neque statu indiget. Quæcunq; enim ex ijs quæ mouentur à seipsis, à natura etiam habent insitum vt sistantur, ea etiam habent ex seipsis potestatem vt sistantur. Hęc quidem Alexander. Quid est aũt quod dicitur, nõ vt in corporibus inanimis in cœlo accipere motum qui est s̃m naturam, sed vt in ijs quæ mouentur per animã, melius sciemus si in memoriã reuocauerimus eius opinionẽ quam habet de anima cœli. eandem enim existimat esse animã & naturã in cœlo. Hæc autem scribit in cõmentario secundi libri de cœlo. Nos aũt aggredimur ostendere diuini corporis non aliã quidem esse naturam, aliam verò aĩam. sed quemadmodum terræ grauitas & ignis leuitas. Et paulò post. Quę enim præter hanc alia fuerit eius natura? est enim aĩa natura perfectior. est autem rationi cõsentaneum, vt perfectioris corporis sit etiã natura perfectior. Hoc est ergo quod nunc quoq; ab eo dictum est, qui est s̃m naturã cœli motũ, esse veluti ab ijs quæ mouentur per aĩam. Clarum est aũt q ea dicit conuenienter suæ de aĩa sententię, existimans animam esse actum perficientem à corporibus separabilem, cuiusmodi est etiam natura.

Naturalia quõ in se habeant principiũ motus, si extrinsecùs moueanť ab alio.

Id cui innatũ est ut moueatur, habet in se principiũ motus.

Naturã esse efficientẽ causam quõ intelligat Aristoteles.

Corpus qđ in orbem circũagiť quomodo naturale, si naturale habet in se principiũ patiendi.

Alexander existimat eandẽ esse aĩam & naturã in cœlo.

XXXIII Si aũt quæcunq; mouentur, vel natura mouentur, vel vi & præter naturã. & ea quæ vi & quæ prệter naturam oĩa & ab aliquo & ab alio: eorum autẽ rursus quæ sunt natura, & quæ ab ipsis mouẽtur, ab aliquo mouentur; & quæ nõ à seipsis, quẽadmodum leuia & grauia: aut enĩ ab eo quod genuit & fecit leue vel graue: aut ab eo quod soluit ea quę impediebant & p̃hibebant: quæcũq; moueñ, mouebũtur ab aliquo.

XXXIII Cùm proximè ostendisset, q quæ dicũtur natura moueri, non à seipsis moueñ, sed ab alijs: pro cõfesso aũt haberet q ea etiam quæ vi mouẽtur & præter naturã, mouentur ab aliquo: hoc enim est euidẽs: sumpsisset autem, q etiam in animalib⁹ ipsa quidem ab aliquo moueri est euidens & in confesso: in ipsis autẽ solum quæritur, quõ oporteat separare id quod mouet ab eo quod mouetur: Cùm hęc ergo prius esset confessus, colligit deinde ex ijs quę sunt posita, q quæcunq; mouẽtur, mouentur ab aliquo. Si enim ex ijs quæ mouentur, alia quidem mouẽtur natura, alia aũt vi & prệter naturã: & quæcunq; mouentur vi & preter naturam, mouentur ab aliquo alio quod mouet extrinsecùs: & ex ijs quæ natura mouentur, alia quidem à seipsis, vt animantia, alia verò non à seipsis, vt grauia & leuia, & vt in summa dicã, corpora simplicia, de quibus ostensum est, q per se quidem, ab eo quod genuit & leue fecit vel graue, & in summa tale quale cùm factum fuerit uel sursum vel deorsum mouetur: per accidens autẽ, ab eo quod aufert ea quę impediunt & prohibent: videlicet quęcunq; mouẽtur, mouentur ab aliquo. non sunt enim alia quæ mouentur, præter ea quæ dicta sunt, nempe ea quæ præter naturã, & ea quæ s̃m naturã. & est eorũ duplex differentia. Est aũt talis syllogismus. Omnia quæ mouẽtur, vel s̃m naturã, vel prệter naturam mouentur. Omnia autẽ quæ prệter naturã & s̃m naturã mouentur, mouẽtur ab aliquo. Omnia ergo quæ mouentur, mouentur ab aliquo. Potest aũt etiam colligi hypotheticè, sicut etiã videtur colligere Aristoteles. Si enim quæcũq; mouẽtur, vel natura vel prệter naturã moueñ: & ea quæ natura & quæ prệter naturã mouentur, mouẽtur ab aliquo: Quęcunq; ergo moueñ, mouentur ab aliquo. Primum autẽ verum est: ostensum est enim: Ergo etiam secundum. Naturalius autẽ nunc ostendit, quòd quicquid moueť, mouetur ab aliquo, q̃ in libro prệcedẽti. Eudemus aũt, q id quod moueť, mouetur ab aliquo, probat ex eo q quę referunť ad aliquid simul consistant. Quẽadmodum enim, inquit, id quod scinditur, est à rõne alienum vt non scindatur ab aliquo, & id quod trahitur, nõ trahatur ab aliquo, & in summa id quo fit non fiat ab aliquo: ita etiam vt nõ ab aliquo moueatur id quod mouetur. Dubitauerit autem, vt existimo, quispiam, quomodo

Quecunque moueñ, mouenť ab aliquo.

Quæ mouenť moueri ab aliquo p̃bat Eudem⁹ ex relatiõe.

Forma quo dicat moueri p se a causa efficiente, quod non adest.

modo ea quæ localẽ motu mouentur secundum naturam, ab eo quod ipsa mouit per se dicit moueri: siquidem id quidẽ quod genuit & fecit substantiam, facit etiam formam & causa est eius mutationis quæ fit per generationem: alia est aũt mutatio quę fit per generationẽ, & alia motus localis: & in summa, si id quod genuit, & ignem fecit, cessauit aliquãdo, & neque adest neque attingit id quod mouet: quomodo dicitur ignem ab illo moueri? adeò vt etiam collegerit, quod quicquid mouetur, ab aliquo alio præter ea mouetur. Et de hoc quidẽ loquitur amplius: interim aũt dicatur id quod nunc mihi venit in mẽtem, quod est quidem etiam aliquo modo mouens id quod est formę efficiens, cui est innatum vt illo motu moueatur. facit enim motum & operationem formę quæ cum ipso est. Quemadmodum qui facit amphoram, facit etiam vt possit vinum capere. non tñ qui motum facit cum forma, mouet propriè formam per illum motum: vt is qui manu mouet lapidem. siquidẽ nec ei quod mouetur adhuc adest id quod facit. sed videtur hæc alia eius quod mouet differẽtia, per quã facit formam natura aptam vt moueatur, & quæ mouet nisi quid impediat. Mirabiliter aũt inuenit in ijs etiam quæ mouẽtur secundum naturam, id quod mouetur, moueri ab aliquo. quoniam moueri est aliquid pati. id autẽ quod patitur, eo quod agat opus habet. Nam quæ est quidem perfecta operatio, à perfecta procedens substantia, non opus habet aliqua alia causa quę producat: Motus autem qui est imperfecta operatio, & potius affectio, & permistum ac confusum habet permultum: id quod est potestate, opus habet eo quod ipsum faciat.

CAPVT V.

HOc autem duobus modis. Aut enim nõ per ipsum quod mouet, sed per aliud quod mouet id quod mouet, aut per seipsum. idque vel primum post vltimum, vel per plura. Quẽadmodum baculus mouet lapidem, & mouetur á manu quæ mouetur ab homine: ipse autem nõ amplius quod moueatur ab alio. Ambo aũt mouere dicimus, & id quod est vltimũ, & id quod est primum ex ijs quæ mouẽt. sed magis id quod est primũ. illud enim mouet vltimum: sed non hoc id quod est primum. Et sine primo quidem non mouebit vltimum. illud aũt absque eo. quẽadmodum baculus non mouebit si ho-
XXXIIII mo non moueat. Siquidem necesse est quicquid mouetur & moueri ab aliquo, & vel ab eo quod ab alio mouetur, vel non. Et si ab alio quidem quod mouet: necesse est esse aliquid quod mouet, quod non ab alio primum. Si est aũt tale id quod est primum: nõ necesse est vt alterũ. Fieri enim non potest vt eat in infinitum idem quod mouet & mouetur ab alio. eorum enim quæ sunt infinita nihil est primũ. Si ergo quicquid mouetur quidẽ, mouetur ab aliquo: quod aũt primum mouet, mouet quidem, sed nõ ab alio: necesse est vt ipsum à seipso moueatur.

XXXIII Postquam ostendit quicquid mouetur moueri ab aliquo, deinceps quęrit consequenter, vtrum id quod mouetur, mouetur ab aliquo quod mouetur, an ab immobili. Propterea autẽ quod propemodum omnibus, vt ait Eudemus, videatur, id quod mouet ipsum quoque moueri: eorum autẽ quæ simul mouent & mouẽtur, vnum quidem est per se mobile, alterum verò ab alio mouetur extrinsecùs: cùm duo sint motus principialia, id quod est immobile, & id quod per se mobile, tradit primò id quod est per se mobile. & ostẽdit esse aliquid primum in ijs quæ mouent &

E quæ mouentur, quod mouet, nec ab alio mouetur extrinsecùs. Diuidit autẽ rursus id quod per se mouet per aliã diuisionem, nempe & in id quod non per se mouet, sed per aliud quod ipsum mouet extrinsecùs: & in id quod per se mouet. Et dicit per aliud quidẽ, vt id quod mouet aliquid eo quod moueatur ab alio: sicut vectis mouet pondus: vel vt lapidem baculus, cùm aliud ipsum moueat: Per se aũt mouet, quod habet in se causam mouendi. quẽadmodum mouent animalia propria appetitione. Et rursus diuidit id quod per se mouet, et in id quod primum mouet post vltimum, quod quidem solum mouetur. vt cùm homo qui per se mouet, vtpote qui à seipso habeat vt moueat, mouet lapidẽ cùm sit primus post vltimum, quod quidem est lapis, qui mouetur quidem, sed ipse non amplius mouet aliquid aliud, adeò vt lapis continenter ac proximè moueatur ab homine. Ergo & in hoc diuidit id quod per se mouet, & in hoc quod per plura media moueat vltimum. vt homo qui per se mouens, mouet lapidẽ per plura media. qui ponitur esse vltimus qui mouetur. vt cùm
F homo quidẽ moueat manum: manus aũt baculum: baculus autẽ lapidem. sit enim manus ex ijs quæ sunt media. Et homo quidẽ mouet, non eo quod moueatur ab alio: lapis aũt mouetur cùm ipse non moueat aliquid amplius. Quę autẽ sic, inquit, mouent, etiam si ambo moueant, nempe & id quod est proximũ ac continens vltimo, sicut baculus, & id quod primum mouet sicut homo: sed magis & magis propriè id quod primũ est, est mouens, hoc est homo. quoniam ille quoque mouet baculum, sed nõ hominem baculus. et sine homine quidẽ non mouebit baculus: homo aũt mouet vel sine baculo. et propterea homo magis mouet quàm baculus. si quidem homo quidem non habet opus alio quod ipsum moueat ad hoc vt moueat: opus aũt habet baculus. Quare quicquid mouetur ab aliquo, opus habet eo quod per se moueat. siquidẽ quæ non per se quidem mouent, sed dum ab alio mouẽtur sic quoque mouẽt, opus habent omnino eo quod per se mouet, & aliter non

Quicquid mouetur ab aliquo, opus habet eo quod per se moueat.

G mouerint: quæ autem per se mouent, nõ opus habent ijs quæ per se non mouẽt. Quicquid ergo mouetur, necesse est vt moueatur ab aliquo quod per se mouet, vel proximè ac continenter, vel per aliquod intermedium eorum quæ mouentur ab alio. Et si proximè ac cõtinenter. hoc est, si primum statim post id quod solummodo mouetur est id quod per se mouet, non necesse est vt sit amplius alterum quod sit medium inter id quod seipsum mouet & id quod mouetur vltimũ. Sufficit enim id quod seipsum mouet quod est proximum ac continens ei quod mouetur, & primũ post ipsum, ad hoc vt ipsum moueat. Si ergo necesse est vt id quod mouet ab aliquo, vel proximè ac continenter, vel per mediũ, ab eo quod per se mouet, hoc est ab eo quod est per se mobile, moueatur: necesse est vt mouẽtium primum sit quod est per se mobile. Et ostendit deinde esse aliquid in ijs quæ sunt, eiusmodi, vt moueat cùm moueatur ipsum nõ ab aliquo extrinsecùs, sed à seipso. si enim quicquid mouetur cùm sic quoque mo-

Mouentium primũ est id quod est per se mobile.

H ueat, ab aliquo alio mouebit extrinsecùs, & illud ab alio, idque semper eo modo: necesse est vt eat in infinitũ. Atqui non põt hoc fieri. non poterit enim, inquit, sumi id quod primum mouet. Quòd si non sit id quod primũ mouet, ne fuerit quidẽ vltimum. quod est propinquum ac continens ei quod mouetur quidẽ, sed non vtique mouet. Si ergo neque primum, neque vltimum erit mouens: non est motus. Nam si nõ est id quod mouet: neque erit id quod mouetur. Non oportet ergo ire in infinitum, ponendo aliud ante aliud id quod mouet & id quod mouet. Est ergo id quod primũ mouet, quod nõ mouetur ab alio. Deinde autem colligit ea quæ sunt ostensa. ostẽsum est autem, quod quicquid mouetur, mouetur ab aliquo. & adiectum est quod id quod mouetur ab aliquo, mouetur ab eo quod primum mouet. cui accessit quod id quod primũ mouet, mouetur quidem, sed non ab alio. neque enim amplius primum esset: & in infinitũ necesse esset procederent ea quæ mouent &

uent & quæ mouentur: & sic tolleretur motus. Quare quidquid mouetur, mouetur à primo quod est per se mobile. Etenim si hoc quidem tollatur: tolluntur etiã ea quę non sic mouent. Si illa autem tollantur· hoc non vnà tollitur. In summa autem id quod ab alio mouetur, est posterius eo quod mouet & ipsum mouetur. Hoc est ergo primum. Pręterea autem id quod mouet ei quod mouetur causa est vt moueatur. Id autem cuius aliud causa est, est causa posterior. Primum ergo mouet dum mouetur id quod seipsum mouet. Adijcit autem Eudemus, ꝙ eorum quoq; qui hic sunt motuum videntur motus vitales esse causæ: & cœlestis, elementorum scilicet mutationis. Videtur autem ipse quoq; esse quodãmodo vitalis. non ab alio enim cœlum mouetur, sed à seipso.

XXXV Præterea autem hãc ipsam rationem sic possumus exequi. Quidquid enim mouet, & aliqd mouet, & aliquo. Aut enim eodem mouet id quod mouet vel alio. quemadmodum homo, B vel ipse, vel baculo. & ventus deiecit, vel ipse, vel lapis quem impulit. Fieri autem nõ potest, vt absque eo quod ipsum seipsum mouet, moueat id quo mouet. Sed si ipsum quidem seipso mouet: non necesse est vt sit aliud quo mouet: Sin autem sit aliud id quo mouet: erit aliquid quod mouebit, non aliquo, sed seipso. aut procedit in infinitum. Siquid ergo dũ mouetur, mouet, necesse est vt stet, & non eat in infinitum. Si baculus enim mouet eo ꝙ moueatur à manu, manus mouet baculum. Si autem eam quoq; mouet aliud, & eam etiam est aliquid aliud mouens: cùm quidem aliquo semper moueat alterum, necesse est vt sit prius id quod ipsum seipso mouet. C Si ergo hoc quidem mouetur, nõ est autem aliud quod ipsum mouet: necesse est vt ipsum seipsum moueat. Quare etiam hac ratione, vel statim id quod mouetur, mouetur ab eo quod ipsum seipso mouet, vel venit aliquando ad id quod est eiusmodi.

XXXIIII Eandem esse hanc rationem cum ea quæ præcedit, ipse quoq; dicit. Differt autẽ, inquit Alexander, in ratione procedendi, ꝙ illic quidem principium demõstrationis est ex eo ꝙ id quod mouetur, vel moueatur ab eo quod seipso mouet, vel non seipso, sed ab alio: Hic autem ab eo quod mouet procedet ei demõstratio. Sumit enim quòd quidquid mouet, quẽadmodum aliquid mouet (fieri.n. non potest vt aliquid quidem moueat, nihil aũt moueat) ita etiam mouet aliquo. Num autẽ non in hoc differunt rationes? Nam ea etiam quæ iam dicta est, sumpta est ex eo quod mouet, dicens. Aut enim non per se id quod mo D uet, sed per aliud quod mouet id quod mouet, vel p se} sed quo differt mouere per seipsum ab eo quod est mouere seipso: & per aliud mouere, ab eo qđ est mouere alio, eo inter se differunt rationes. Differunt autem hæc, ꝙ id quidem quod per se mouet, moueat vt quod in se habeat principium motus: Quod autem seipso mouet, quod vt proximè ac continenter attingens id quod mouetur, habet in se principium motus. Hoc enim significat id quod ab eo dictum est, QVEMADMODVM homo, vel ipse, vel baculo. & deiecit ventus, vel ipse, vel lapis quem impulit} Sicut ergo prius id quod mouet per aliud, deduxit ad id quod per se mouet: & ostendit ꝙ si sit id quod mouet per aliud, necesse est vt sit prius id qđ per se mouet: ita id quo mouet id quod mouet, cùm sit medium inter id quod primum mouet & vltimum quod mouetur, deducit ad id quod mouet seipso. & ostendit ꝙ cùm mouet A aliquo, necesse est vt semper sit prius id quod ipsum seipso mouet. quod & habet in se principium motus, & est propinquum ac continens ei quod mouetur, & seipsum non mouet per aliud. Sic ergo rationes puto esse distinguendas, cùm Eudemus quoq; ipsas coniunxerit dum dicit, Quod autem mouet, vel se mouet, vel per aliud, & se ipso vel alio. Cùm autem sumpsisset quidqd mouet mouere aliquo, diuidit illud quod mouet aliquo, & in id qđ seipso mouet, & quod alio. Etenim qui per se mouet, & non per aliquid intermedium, mouet aliquo. vt homo cùm ipse mouet lapidem. ipsum enim mouet suo corpore, quod ipsum tangit. Quinetiam si ipsum moueat per baculum, tunc quoq; mouet aliquo. aliquid enim est ẽt baculus. Deinde adiungit huic diuisioni & assumit, fieri non posse vt per quod mouet aliquid cùm sit aliud, moueat absq; eo quod seipso mouet. Si enim non moueat homo qui mouet seipso: baculus nunquã mouerit lapidem. neq; enim ipse omnino moueret. Quod enim seipso mo B uet, non necessariò opus habet eo per quod mouebitur. est enim sufficiẽs vt vel per se hoc faciat. Quod est autem intermedium per quod mouetur aliqd, id omnino opus habet eo quod seipso mouet, vt cũ ab alio fuerit motum moueat. Si enim non fuerit tale quid, sed semper quod sumitur moueatur ab aliquo alio, quod ipsum quoq; mouetur extrinsecùs, idq; semper: in infinitum rursus fiet processus tam eorum quæ mouent, q̃ eorum quæ mouẽtur. Hoc autem est absurdum, & vel absolutè quidem ac per se. si enim non fuerit vnde sit principium motus: ne fuerit quidem motus. quinetiam propter id quod ostensum est in libro præcedenti. erit enim in finito tempore motus infinitus, si fiat infinita quæ mouetur magnitudo. Si enim fuerint infinita ea quæ mouent & quæ mouentur: necesse est vt vna aliqua fiat ex eis magnitudo, etsi non continua, sed eo ꝙ se tangant. quæcunq; enim mouẽt per locum, mouent eo ꝙ ipsa moueantur tangentia. Necesse est ergo vt consistant. Quare si quidquid mouet, mouet C aliquo, & vel seipso vel alio: aliud autem quo mouet id quod mouet, ante id opus habet eo quod mouet seipso: eorum quæ sic mouent primum fuerit id quod mouet se ipso. Quod autem seipso mouet, mouetur quidẽ, sed non ab alio. Ergo à seipso. Id ergo quod primum mouet mouetur, cùm sit per se mobile. etsi enim nõ statim id quod mouetur, mouetur ab eo quod est per se mobile, sed per alia intermedia: propriè tamẽ ab eo mouebitur quod est per se mobile. sine quo nec id quod itercedit poterat moueri vel mouere. Quàm sit autem ratio necessaria ostendit per id, CVM autem aliquo semper mouet aliud} & cętera quę sequuntur. cùm enim id quod mouet, per intermedium quid mouet aliud, tũc necesse est vt sit primum id quod ipsum seipso mouet. ne eamus in infinitum, ante medium semper ponentes medium. Nũc autem vsus est hoc Aliquo, in eo quod mouet alio, licet prius dixerit id etiã quod seipso mouet, mouere aliquo. In his autem duo mihi dubitare occurrit: vnum quidẽ, quemadmo D dum dixerit tanquam absurdum, non esse aliquid quod primum moueat, neq; vltimum. siquidem nos quoq; dicimus, cùm fiant ex seinuicem elementa, nõ esse aliquid quod primò moueat vel vltimo, sed esse motum in infinitum obeuntem circulo. ex terra enim aqua, & ex aqua aerem, & ex aere ignem, & ex igne rursus aerem & terram, fieri didicimus in libro de generatione. Secundum autem dubitari potest, quomodo quidquid mouetur, dicitur moueri à primo quod est per se mobile: siquidẽ elemẽta dicimus à seinuicem moueri in orbem naturaliter, & non vt animalia seinuicem mouentia. Num ergo ad vtraq; dicendum est dubitationem, ꝙ elementa quidem fiunt ex seinuicem tanq̃ materialibus, aliud ex alio, & sic redit in orbem eorum generatio: ex aqua enim aer. non ꝙ aqua aerem faciat vel moueat: sed quòd aqua mutetur in aerem. nunc autem quærit oratio id quod mouet, quod moueri facit id quod mouetur. quemadmodum in

Id ꝑ qđ mouet aliquid, non põt mouere absque eo quod per se mouet.

Vnde sit principiũ motus oportet sit aliquid.

Sit ne absurdum nõ esse aliqd qđ primũ moueat & vltimum, cũ in elemẽtorum mutatione motus sit in infinitũ obiẽs circulo.

Quomõ qdquid mouet, dicat moueri a primo per se mobili, si elemẽta a se inuicem mouẽtur in orbem.

ijs quæ per locum mouent & mouentur. in quibus necesse est vt sit aliquid quod primum mouet, & vltimũ quod mouetur, & id quod primò mouet, per se mobile: ne in infinitum procedat oratio, quidquid extrinsecùs mouet, id quoq; dicens moueri ab alio. Sed hoc quidem est adhuc amplius explicandum. Ea autem quæ deinceps in dictione sequuntur prosequamur.

XXXVI Accedit autem ijs quę dicta sunt, ꝙ sic etiam considerantibus hæc eadem euenient. Si enim ab eo quod mouetur, mouetur quidquid mouetur: aut hoc rebus inest per accidens: quo fit vt moueat quidem id quod mouetur: non tamen propterea ꝙ ipsum semper moueatur: aut non, sed per se. Primùm ergo si per accidens, non necesse est vt id quod mouet moueatur. Si autem hoc ita est: clarum est ꝙ aliquando contingit vt ex ijs quæ sunt nihil moueatur. nõ est enim necessariũ id quod accidit, sed quod contingit non esse. Si ergo posuerimus eiusmodi esse vt fieri possit: nihil eueniet quod fieri non possit. Fortasse autem est falsum. sed fieri nõ potest quominus sit motus. hoc enim prius ostensum est necesse esse vt semper sit motus.

XXXV Hoc argumentum nonnullis quidem visum est, vt dicit Alexander, sequi id argumentum, quod post ipsum ponitur, ostendens ꝙ eius quod per se est mobile, vnum quidem mouetur, alterum verò mouet cùm sit immobile. Cuius argumenti est principiũ, Atqui si oporteat quidem considerare vtra sit causa motus & principium} Id enim videtur quidem sequi probatio eius quòd id quod primum mouet sit immobile. habet autem finem, Præterea si totus ipse seipsum mouet, vnum quidem eius mouebit, alterum verò mouebitur. Linea B ergo & à seipsa mouebitur, & à linea A.} Ea autem consequi videtur id quod nunc dicitur, per hoc, Accedit autem ijs quæ dicta sunt, ꝙ sic etiam considerantibus} & cætera quę sequuntur. per hæc enim prius confirmari & probari ea quę per illa sunt demonstrata. Quamobrem volunt aliqui illa & prius fuisse scripta & prius legi. Sin autem seruetur ordo qui nũc est scriptus, quod quidẽ rectius esse iudicat Alexander, profitetur se alio demonstrationis modo idẽ esse ostẽsurum ijs qui prius intellexerint, ꝙ in ijs quę mouentur & mouẽt primum est id quod mouet quod est per se mobile. Cùm autem interiecisset, ꝙ id quod primò absolutè mouet, necesse sit esse immobile, coniungit orationem de eo quod est per se mobile quod est primum, non eorum quæ mouent absolutè, sed eorum quæ cum eo ꝙ mouentur ipsa quoq; mouent: quærens quisnam sit modus motus qui in eo est: & ostendẽs ꝙ id quod in ipso mouet, mouet enim sit immobile. An hoc quidem ostẽdit, cæterum vnà etiam hoc monstrat, ꝙ principium motus est vel id quod est imobile, vel quod per se mobile. Hoc autem vnà etiam ostenditur cum eo quod ostensum est, ꝙ non quidquid mouetur, ab aliquo mouetur extrinsecùs, quod ipsum quoq; extrinsecùs moueatur ab aliquo. Hoc autem iam quidem ostensum est per alia argumenta. Verùm nunc quoq; hoc ostendit, vtens refutandi loco qui est ex consequentia & diuisione. Est autem argumentum huiusmodi. Si quidquid mouetur, mouet ab aliquo quod ipsum quoq; mouetur extrinsecùs: aut per accidens mouet id quod mouetur: vel per se. per accidẽs autem mouet id quod mouetur, cùm nõ mouet eo quòd moueatur, sed contingit ipsum mouẽs & moueri & non moueri. Si ergo neq; per se, neq; per accidens, quidquid mouet, ab aliquo ipsum quoque mouetur extrinsecùs vt ostendet: videlicet non quidquid mouetur, mouetur ab aliquo quod ipsum quoq; mouetur extrinsecùs: sed id quod

Quod primũ mouet, necesse est vel sit imobile vel per se mobile.

E mouetur quidem omnino, mouetur ab aliquo. est autem id quod primum mouet, vel imobile, vel per se mobile. Et si ab aliquo quidem quod extrĩsecùs primò moueat, moueatur id quod mouetur, est imobile id quod mouet: Si autem à nullo extrinsecùs mouetur id quod mouetur: est per se mobile. Et ꝙ per accidens quidem non possit moueri id quod mouet, sic ꝓbat. Si id quod mouet, per accidens moueatur dum mouetur, et non ipsum quoque per se mouetur: non necessariò mouetur id quod mouet. Si autem non necessariò: contingit id quod per accidens mouetur & sic mouet, non moueri aliquando. Si ergo posuerimus factum esse id quod cõtingit fieri: id autem est, id quod mouet per accidens, aliquando mouens non moueri, fieri quidem potest vt sequatur falsum, si nondum tunc nõ motum moueat, cùm est falsa positio. nec tamen est eiusmodi vt fieri non possit illud, Non motũ mouisse. positio enim quæ dicit moueri per accidens, nõ vt quod non fieri, sed vt quod fieri posset ponebat non moueri.
F ostensum est autem in Analyticis, ꝙ id quod fieri potest non consequitur id quod non potest fieri. Si ergo posito ꝙ non moueatur mouẽs, sequitur aliquid quod fieri non potest, nempe non esse motum: eius quod est per accidẽs positio, est eiusmodi vt fieri non possit: non esse autẽ motum est consequens ei ꝙ quidquid mouetur, mouetur ab eo quod mouetur, si positum fuerit moueri per accidẽs. Si enim non mouetur id quod mouet, nec mouerit quidem propter positionẽ quæ dicit quidquid mouetur moueri ab eo quod mouetur. Si non sit autẽ id quod mouet: nec fuerit id quod mouetur. Si autem nõ est id quod mouetur: nec restat quidem motus. in eo enim quod mouetur est motus: vt non sit autem motus, non potest fieri. Ostensum enim est, & est euidens semper esse motũ. Illud autem, Fortasse autem falsum, ait Alexãder dictum esse, ꝙ non est necesse si sit falsa propositio, falsam quoq; esse conclusionem. ostensum enim est, ꝙ etiam ex falsis aliquid veri colligitur. Num autem non propterea nũc
G adiectum est illud Fortasse. sed ꝙ etiamsi per accidẽs positũ fuerit moueri id quod mouet, sumptum autem fuerit non moueri, falsum quidẽ est aliquando id quod sumptum est, si contigerit moueri. non est tamen eiusmodi vt non possit fieri. quoniam id quod positum est moueri per accidens, potest aliquando etiam non moueri.

Id quod fieri pôt non consequit id quod nõ potest fieri.

Et hoc euenit vt rationi erat consentaneum. XXXVII
Tria enim sint necesse est, id quod mouetur, & id quod mouet, & id quo mouet. Id ergo quod mouetur, necesse quidem est vt moueatur: vt moueat autẽ non est necesse. Id autem quo mouet, vt & moueat & moueat̃. id enim simul mutatur, vt quod simul sit & in eodẽ cum eo quod mutatur. Clarum est autem in ijs quæ mouent per locum. Sic enim se inuicem tangãt necesse aliquatenus. Quod autem sic mouet, vt sit non
H quo mouet, est immobile. Quoniam autem vidемus vltimum, quod potest quidem moueri, non habet autem motus principium: & quod mouetur quidem, ab alio autem, verùm non à seipso: est rationi consentaneũ, ne dicamus necessarium, esse etiam tertium, quod mouet cùm sit immobile. Quocirca rectè dixit Anaxagoras, mentem dicens impatibilem, & quæ nõ potest misceri. quãdoquidẽ eam facit principium motus. Ita enim demum mouerit si sit immobilis, & dominatum obtinuerit, si sit eiusmodi vt non possit misceri. XXXVIII

XXXVI Confutata oratione quæ dicit, ꝙ quidquid mouetur ipsum quoq; sic mouet per accidẽs: cùm oporteret transire

sire ad probandum ꝙ nec per se quidem motum mouet id quod mouet, tollit primum totam positionem, quę est ante diuisionem, quæ fit in id quod est per accidens, & in id quod est per se. Erat autē positio quæ dicit quidquid mouet, ipsum quoq; motum ab alio mouere. Eā autem perimit, ostendens ꝙ ante ea quæ mouētur & sic mouēt, est quod cùm sit imobile sic mouet. & tunc refellit aliam partem diuisionis, quæ dicit ꝙ quidquid mouet per se, ipsum quoq; motū mouet. Interim autem ostendit generaliter, ꝙ non quidquid mouet, ipsum quoq; motum mouet, per hoc ꝙ ostenderit esse rationi cōsentaneum, vt id quod primū mouet sit imobile: & esse aliquid quod mouet cùm sit imobile. Hoc antē ostendit, cùm sumpsit necesse esse vt tria sint in motu. id quod mouetur, quod quidem euidenter cernitur: & id quod mouet: quidqd enim mouetur, ab eo quod mouet, mouetur: & id quod est amborum intermediū, quo mouet id quod mouet. ponitur enim ꝙ quidqd mouet, & aliquid mouet, nēpe id quod mouetur: & aliquo, nēpe eo quo mouet. Cùm sint ergo B hæc tria: id quod mouetur quidē, ab eo quod mouet moueatur quidem necesse est. sed non etiā vt moueat: non enim si quid mouetur, vt id etiā aliud moueat necesse est: quod enim mouetur vltimū, mouetur quidem, sed non vtiq; mouet aliud: Id autem quo mouet id quod mouet, vt moueatur et moueat necesse est. id enim quod per aliquid mouet aliquid tertium, non mouerit illud, si nō primū moueat id per quod mouet. qui enim virga lapidē, et per virgam mouet intermediā, primam mouet virgam. quæ enim intercedunt inter ea quæ primò mouent, & ea quæ mouētur vltima, necesse est vt moueant & moueantur. Necesse aūt esse ipse ostendit, dicens, T D enim simul mutatur, vt quod simul sit & in eodē cum eo quod mutatur. } Id enim quod proximè ac continenter mouet eo ꝙ tangēs moueat, necesse est vt vnà mutetur eum eo quod ab ipso mutatur, vt ostendit in libro præcedēti. Si autem vnà mutatur: clarum est ꝙ ipsum quoq; mouetur. Et ꝙ C non solum quidem ea quæ per locū mouent, proximè ac continenter tangunt ea quæ à se mouentur, sed etiam eā quæ per alios motus, ostendit in libro præcedenti. Nunc autem vult hoc contēplari in ħs quæ mouent per locum vt quæ sint euidentiora. Adiecit autem illud, Aliquatenus se inuicem tangere ea quæ per locū mouent & quæ mouentur, propter ea quæ iaciunt & iaciuntur. Id enim quod iacit, necessariò quidem tangat oportet id quod iacitur, & vnà cum eo moueatur. non tamen vt semper simul adsit & semp simul mutetur, fieri potest. postquam enim iecerit & emiserit, id quidem ipsum non tangit amplius: tangit autē aer qui portat. Cùm ergo duo sint, & id quod solū mouetur, & id quo mouet id quod mouet, quod quidē motum mouet, oportet etiā esse id quod mouet, non ita vt id quo mouet id quod mouet, quod qdem motum mouet: sed quod solū mouet cùm sit imobile, sicut est id quod solū mouetur, non vtiq; aūt mouet aliud. Nam cū ambo sint; id scilicet quod simul mouet & mouetur, in medio quod simul mouet & mouet, si est etiam D quod per se mouetur, adeò vt id non vtiq; moueat, est rationi cōsentaneum vt reliquū quoq; quod solùm mouet, non itidē autem etiā mouetur, sit per se. Est autem rationi consentaneum, quoniā si id quod est mediū est amborum particeps, & constat ex eo quod mouet & quod mouetur, & est alterū ex simplicibus ex quibus constat, per se: est etiā rationi consentaneū vt alterum ex ħs quæ sunt in cōpositione sit simplex, & per se. vtrūq; enim extremorum ex quibus est medium, est rationi consentaneum vt eandē habeat cum medio proportionem & conuenientiam. Quēadmodum enim in Oenomele quod mixtum est ex vino & melle, quoniā est per se mel, vinum quoq; sit per se necesse est: ita etiam in eo quod mouet & mouetur, est cōsentaneum, vt si vnum sit per se, alterum quoq; per se sit. Rationi autē dixit consentaneum, etsi non necessarium, quoniam quod dictum est videtur esse

Id quod primum mouet est imobile.

Tria esse in motu, quod mouet: quod mouetur: & intermediū.

Quæ per locum mouēt, tangunt ea quæ a se mouent.

Medium est particeps extremorum, & extrēa habent cū medio proportionem.

Oenomeli.

A collectum ex quadam consequētia, & non ex necessitate demonstratiua. Num autem est etiam necessarium, cùm vnum ex ħs quę sunt in mixtione, sit per se, itidem quoq; sit per se alterum. nisi vtiq; in elementis orationis aliquis considerauerit, ꝙ vocales quidem per se sunt dum voce efferuntur: quæ autem vocantur consonantes, per se quidem non habent aliquam naturam vocalis prolationis. sed si componantur cum vocalibus, ipsæ quoq; proferuntur. Accuratè ergo & exactè dixit Aristoteles, Est rōni consentaneum etsi non necessarium. quoniam in plurimis quidem ita se habet, in paucis autem aliter. Confirmat autem etiam per argumētum probabile, ꝙ id quod primò mouet est imobile, laudans sententiam Anaxagoræ, qui cùm posuisset mentem id quod primum mouet, posuit eam esse immobilem, & misceri non posse, & esse simplicem. vtpote ꝙ ita demū possit id quod primò mouet in vniuersa obtinere dominatum, si imobile sit & impatibile. Si enim mota mouebit: vel per se vel per acci- B dēs mota mouebit. Quorum id quidem quod est per accidens, visum est habere aliquid quod non potest fieri, nempe non esse motum: id autem quod per se, ostendetur deinceps non posse fieri.

Si vnum ex iis quę miscētur est p se, itidem quoque alterū.

Sed si non per accidens, verùm ex necessitate mouetur id quod mouet: Si autem non moueatur, non mouerit: necesse est vt id quod mouet quatenus mouetur, vel sic moueatur vt per eandem speciem motus, vel per aliam. Dico autem id quod calefacit, ipsum quoque calefiat: & id quod sanat, sanetur: & id quod fert, feratur, vel id quod sanat feratur, id autē quod fert, augeatur. Sed clarum est ꝙ non potest fieri. Oportet enim ad indiuidua vsque diuidendo dicere, quemadmodum si quid docet terrā metiri, hoc doceri terram metiri, hoc, inquam, ipsum. aut si C iacit, eodem iaciendi modo iaci. XXXVIII

Cùm dixisset aduersus totam positionem, quæ dicit quidquid mouet, ipsum quoq; motum mouere, & eā interim confutasset, & per hoc ꝙ non per accidens mouet quidquid mouetur, & per medium, propterea ꝙ ostenderit esse consentaneum esse aliquid immobile quod mouet, quod quidem necessaria demonstratione est paulò post confirmaturus: transit ad alteram partem diuisionis quæ dicit, Si quidquid mouet ipsum quoq; motum mouet, mouet vel motum per accidens, vel per se. quorū id quod mouet per accidens ostensum est sequi quod fieri non potest, nempe vt non sit motum. Si autem nō per accidēs, inquit, sed ex necessitate mouetur id quod mouet, adeò vt si non moueatur non mouerit: per quæ ostendit quidnam illud Per se, significet, nempe ꝙ sic necessariò, vt nisi moueatur nō moueat: ex quo etiam clarum est id D quod mouetur per accidens, quale sit, nempe ꝙ non necesse sit si non moueatur non mouere: sed fieri potest vt quod est eiusmodi moueat & non moueatur: ostendit ꝙ nec ex necessitate, hoc est nec per se motum, mouet id quod mouet, diuidens id quod per se mouetur & sic mouet, & in ea quæ mouentur eadem specie motus quo mouent: quemadmodum quod calefacit, ipsum quoq; calefieri, & id quod sanat, sanum fieri, & id quod fert ferri: & in ea quæ non eadem, sed alia. quemadmodum id quod sanat ferri: id autem quod fert augeri. & cùm ambo hæc non posse fieri ostendisset, deinceps collegit, ꝙ nec per se quidem omnino mota mouent ea quæ mouēt. Illud autem, S E D clarum est, ꝙ nō potest fieri } principaliter quidem illatum est aduersus hoc quod dicit id quod mouet mouere & moueri per eandem speciem. vt patet ex eo, Oportet enim ad indiuidua vsq; diuidēdō dicere, & quę sequuntur. quæ quidem conueniunt ħs quæ mouent & mouentur per eandem speciem motus. Per hoc autem XXXIX

Id quod mouet, non necessario per se motū mouet.

medium

E medium ostendet etiam id quod non potest fieri ei quod mouet per aliam speciem, mouetur autem per aliã. ostendet enim hoc quoq; esse venturum ad id quod mouet & mouetur per eandem speciem. Absurdum autem quod est in eo q̧ moueat & moueatur per eandem speciem, dicit maximè apparere in indiuiduis. Si enim quod docet terram metiri, hoc ipsum discit quod docet: & id quod iacit, quando iacit, eodem iaciendi modo iacitur, sequitur absurdum aliquid, simul esse contraria. quod paulò post subiũgit. Si enim qui docet, simul etiam idem discit, eiusdem simul habet scientiã, & non habet. & id quod simul iacit & iacitur in eadem specie, simul est actu & potestate. Quod enim iacit, agit per speciem: quod verò iacitur, patitur. & est vnum quidem, iaciendi potestate præditum: alterum verò quod potest iaci. Vsq; ad indiuidua autem dixit oportere diuidendo dicere, non ea quæ propriè dicuntur indiuidua, sed ea quæ sunt in specie. vtpote q̧ diuidantur à genere ea quæ per eandem speciẽ & mouent & mouentur. talia enim sunt etiam exempla. Si qd docet terram metiri, hoc doceri terram metiri, nempe id ipsum. aut si iacit, iaci eodem modo iaciendi. sunt enim hæc quoq; species motus.

Indiuidua ea quæ sunt in specie.

F Si non sic quidem. aliud autem ex alio genere. vtputa id quod fert quidẽ, augeri: quod autem id auget, alterari ab alio: quod autem alterat, aliquo alio motu moueri. Sed consistere necesse est. sunt enim motus finiti. Rursus autem reflectere, & id quod alterat ferri dicere, est idẽ facere. etiamsi statim dixerit id quod fert ferri, & id quod docet doceri. Clarum est enim quòd quidquid mouetur, mouetur etiam ab eo quod mouet superius, & magis ab eo quod est prius ex ijs quæ mouent. Atqui non potest hoc fieri: euenit enim vt discat id quod docet. Quorum necesse est vt vnum quidem non habeat; alterum verò vt habeat scientiam.

G

XL Cùm exemplis ostendisset absurdum quod sequiẽ positionem, quæ dicit, quidquid mouet moueri per eãdem speciem quæ mouet: & cõiune absurdum paulò post esset subiuncturus: transijt ad aliam partem, quæ dicit moueri quidem quidquid mouet, sed non eodem motu quo mouet, sed alio. vtputa si A quidem feratur à B: B autem ferens A, augeatur à C: C autem augens B, alteretur à D: & D aliquo alio motu moueatur ab alio. Et ostendit hãc quoque positionem ad eam quæ ipsam præcedit esse redituram, quæ dicit quidquid mouet, eodẽ motu moueri quo mouet. Deducit autem orationem propter pronontiatum quod dicit esse finitas & nõ infinitas species motus. sunt enim in tribus motus, loco, qualitate, & quantitate. Quinetiam in vnoquoq; eorũ indiuidua quæ sunt vt species sunt finita. neq; enim sunt infinitæ species motuum qui sunt per locum, neq; inanimorũ, neq; animatorum. Definita enim sunt loca, siquidem sunt sex. & lationes et seu motus locales animantium, aliorum quidem volatus & natatus: pedestrium autem, ingressus, reptatio, volutio, & quæ sunt huiusmodi. Definitæ sunt autem etiã alterationes, siquidem sunt etiam definitæ qualitates: ipsæ autem, siquidem sunt sensiles. Sensus autem sunt finitorum cognitiones. quinetiam augmenta, quoniam augmentum non potest fieri in infinitum. D ergo quod mouet C, aut non mouebitur amplius, si hæ fuerint solæ species motus, q̧ oporteat id quod mouet, moueri alia specie motus præter eum quo ipsum mouet, nõ amplius autem transiri ad aliam speciẽ præter eas quæ sumptæ sunt: & sic vel mouebit non motum, vel ne mouebit quidẽ: si id autem non moueat, ne mouebuntur quidem ea quæ ipsum cõsequuntur: & sic rursus tolleẽ motus: Aut si oportet ipsum moueri vt moueat, mouebiẽ aliquo motu, quo mouẽtur ea quæ sunt ante ipsum. & rursus reuertetur ad easdem species motus. Quare oportebit D quod alterat C, ferri fortè ab aliquo alio, nempe E. Sed id quod alterat rursus ferri dicere, perinde est ac si dicas, id quod mouet aliquid, mouere & moueri eadem specie motus. A enim quod primum fertur, nihilo magis mouetur à B, quod ipsum mouet proximè ac continenter, q̃ ab E quod est primum. sed etiam magis ab illo. Ostensum est enim quòd id quod primum mouet, & id quod est propius id quod primum mouet, magis mouet vltima q̃ quæ ipsa mouẽt proximè ac continenter. quoniam his mouendi causa ab illis proficiscitur. Eodẽ ergo veniet. & simul erit id quod fert & quod fertur: si A quod fertur, moueẽ à D, quod fertur ipsum quoq; ab E. His autẽ subiunxit Aristoteles, ATQVI non potest hoc fieri} quoniam id quod non potest fieri, sequitur quidem primò, ijs qui posuerunt per eandem speciem mouere & moueri, contradictione in idem coeunte: per hęc autem media, ijs etiam qui dicunt per eãdem speciem moueri id quod mouet. rursus enim reflectitur hæc positio ad eam quæ est per idem, vt ostensum est. Et deinde subiungit cõmuniter id quod non potest fieri, quod consequitur q̧ sic moueat & moueatur vt per se motum moueat id quod mouet, siue eodem motu moueatur, siue alio. Est autem id quod fieri non potest, q̧ id quidem quod mouet, mouet cùm sit actu aliquid: id autem quod mouetur, potestate. si vtiq; per idem mouẽs & motum fuerit, simul erit & illud habens per quod ponitur mouere ac moueri, & non habens: habens qdem, quatenus mouet: nõ habens autem, quatenus mouetur. Quod enim docet, docet quæ nouit. & quod calefacit, cũ sit calidum calefacit. Sed si simul & illud quidẽ calefiat, hoc verò discat: id quod calefit quidem, iam non erit calidum: id autem quod discit, nondum sciens. Quare simul erit in contradictione. Si quis autem dicat id quod calefit posse calefacere: is nõ accipit id quod calefit, sed id per quod calefacit. Quod enim seipso calefacit, quod etiam ijs quæ intercedunt præbet causam calefaciendi, cùm sit actu tale, calefacit, vel docet, vel in summa mouet. Si ergo nihil sit tale: ne horum quidem aliquid mouerit. Præterea autem ea quæ sic calefaciunt, per accidẽs mota mouent. non enim eo q̧ calefiant calefaciunt. sed eo quòd habeant caliditatem. Contingit ergo vt ea vel non calefacientia calefaciant. Ita autem erunt per accidens, q̧ mota moueantur. Non vtiq; autem concurrit contradictio, si nõ fuerit positũ quidquid mouetur moueri ab eo quod mouetur. Nam etsi nonnulla mouẽtur ab ijs quæ mouentur, attamen ea quæ prima quidem certè est causa ijs quę sic mouent & mouentur, mouet cùm non moueatur.

Moueri quidquid mouet, sed non eo motu q̃ mouet nõ est verum.

Finiti sit motus & spẽs motuum.

H

Præterea autem his quoq; est magis à ratione alienum, q̧ euenit vt quidquid est mouendi potestate præditum sit mobile. siquidem quidquid mouetur, mouetur ab eo quod mouetur. erit enim mobile. Quemadmodũ siquis dicat, q̧ quidquid est vi sanandi præditum, erit & sanans & sanabile. et ædificandi potestate præditum, ædificabile, vel statim, vel per plura. Dico autem, vt si mobile quidem ab alio, quidquid est mouendi potestate præditum, sed nõ eo motu mobile quo mouet id quod est ꝓpinquum: sed alio. quemadmodum vi sanandi præditum, tale vt disci possit. Sed hoc ascendens veniet aliquando ad eandem speciem, sicut prius diximus. Vnum ergo ex his est eiusmodi vt nõ possit fieri: alterum verò est fictitium. Absurdum enim est vt quod est alterandi potestate præditũ, sit necessariò tale vt possit augeri. Nõ ergo XXXIX

semper

semper necesse est vt id quod mouetur, moueatur ab alio. & id si moueatur, consistet vtique. Quare aut ab eo quod quiescit mouebitur id quod primum mouetur, aut ipsum seipsum mouebit.

XLI Cùm ostendisset primum ex modis motus, nempe & eo qui fit per accidẽs, & eo qui per se, & huius ex ijs quæ per eandem speciem mouent & mouentur, & ex ijs quæ per alteram, ꝙ fieri non possit vt quidqd mouet moueat cùm ipsum quoq; motũ sit ab alio: nunc hoc ipsum ostendit generalius & magis vniuersè. et ideo dicit id quod sic ostenditur videri magis à ratione alienum, ꝙ quæ vniuersè ac generaliter ostendunt, maiorem vim & necessitatem afferunt, ꝗ̃ ea quæ in parte. Si enim, inquit, quidquid mouet motum mouet, eueniet vt id quod mouet, quatenus est mouendi potestate præditum sit etiam mobile, & quatenus mouet moueatur, & eadem potestate sit & mouendi potestate præditum, & mobile. quod quidem est à ratione maximè alienum. Si enim mouere quidem est aliquid agere, moueri autem pati: ea autem vt simul & in eodem tempore sint in eodem & circa idem fieri non potest: fieri non poterit vt quidquid mouet motum moueat. Id autem quod est vniuersum ac generale probat per exempla singularia. in quibus prius fecit demonstrationem. nõ potest enim fieri, vt idem, quatenus est sanandi potestate pręditum sit sanabile, & ędificandi, ædificabile. Hoc autẽ ijs euenit qui dicunt quidquid mouet motum mouere. Sed vel statim eis euenit, cùm dicũt per eandem speciem mouere & moueri: vel per plura, cùm per aliam quidem dicunt mouere speciem, quemadmodum sanare per sanitatem: per aliam autem moueri, vt alterari per alterationem. Etenim eos idẽ rursus consequitur, vt per idem dicant mouere & moueri. differet autem ꝙ per plura media ad id ꝑueniat, cùm sint finitæ species motus, vt prius ostensum est. siquidem quod mouetur vltimum, magis mouetur ab eo quod primũ mouet, ꝗ̃ ab eo quod est proximum ac continens. Horũ autem amborum, nempe & eius quod per eandem speciem, & eius quod per aliam, vnum quidem fieri non potest, alterum verò est fictitium. &, vt ait Alexander, non dicit ꝙ id quod ex eis est fictitium, non sit eiusmodi vt fieri non possit. sunt. n. ambo eiusmodi vt fieri nequeant. ad idem enim absurdum ambo redeunt. sed hoc est quod dicit, ꝙ vnum quidem ex ijs fieri non potest: alterum verò, præter id quod fieri non potest, est fictitium & minimè probabile. Est autem id quod habet vtrũq;, ꝙ per aliam quidem speciẽ motus velit id qd mouet mouere, per aliã autem moueri necessariò. est enim absurda positio, dicere necessariò aliquid alterans alterare, dum ipsum augetur: non posse autem aliter. Sic quidem Alexander. Num autem rectius distribuit Aristoteles, cùm dixit id qdem quod est per eandem speciem moueri, non posse fieri: fieri enim non potest vt in idem concurrant agere & pati: Vt autem per vnã moueret, moueretur verò per aliam, fieri quidem posset si non essent finitę species motus, nec id quod primum mouetur magis moueretur ab eo quod primum mouet, ꝗ̃ ab eo quod est ei proximum ac continens. Ea autem quæ sunt finita ponere infinita, est re vera fictitium, inanes effingens beatitudines, posse aliũ motum semper sumi post alium. Cùm generalem autem & vniuersam demonstrationẽ sic deduxisset Aristoteles, intulit conclusionem, non esse necesse vt id quod mouetur moueatur motũ ab alio quod ipsum quoq; mouetur: non hoc dicens, non esse necesse id quod mouetur semꝑ moueri ab alio: quod enim mouetur, ostẽsum est moueri ab aliquo alio: neq; ab aliquo quidem alio quod ipsum quoque mouetur motũ iri: ostẽdet enim moueri ab eo quod est per se mobile: sed nõ necesse esse vt id quod mouetur moueatur ab aliquo, quod ipsum quoq; semper moueatur ab alio. Quocirca deinde colligit ꝙ id quod primò mouet vel est imobile vel per se mobile, quod à seipso mouetur, & non ab alio. Nam etsi sunt quędam quæ mouentur ab alijs extrinsecùs, quæ ipsa quoq; mouentur, vt lapis à baculo qui mouetur à manu: hoc tamen non procedet in infinitũ. sed sistetur, adeò vt id quod mouet non amplius moueatur ab alio, sed vel imobile sit vel per se mobile. Ostenso autem ꝙ neq; per eandem speciem semper motum mouet id quod mouet, neq; per aliam, sequebatur, inquit Alexander, ꝙ id quod primò mouet est imobile, siquidem sublatum est quidqd mouetur moueri ab eo quod mouetur. Ipse autem hoc nondum sumit, vt qui nondum hoc ostẽderit principaliter. Num autem cùm ostensum sit non ab alio motũ mouere id quod mouet, sed non ab eo quod mouet absolutè, sequitur non esse solũmodo imobile id quod primò mouet, sed vel immobile, vel per se mobile. Quod ipse quoq; progressus aduertit Alexander. Dubitauerit autem, vt existimo, quispiam, elementorum videns mutationem, quomodo fieri non possit vt id quod mouetur moueatur ab alio, quod ipsum quoq; mouetur extrinsecùs. ignis enim qui gignitur, gignitur ex alio igne, qui ipse quoq; generationẽ habet ab alio igne, aut ab aere qui colliditur & accenditur. Ostensum est enim in opere de generatione, ex seinuicem semper fieri elementa dum in orbem circũaguntur. adeò vt quidquid mouetur in ijs quæ sunt sub Luna, moueatur ab eo quod mouetur, quod ipsum quoque mouetur extrinsecùs: in infinitum in orbem tali motu semper progrediente, sicut etiam generatione. etiam si sint finitæ motus species. Num ergo ad hæc dicendum est, non quærere nunc orationem generationis causam materialem per quam gignuntur ex seinuicem: sed efficientem, per quam à seinuicem. Ignis ergo quę gignitur, gignitur ab igne qui iam est & non gignitur. Quare non mouetur ab eo qood mouetur extrinsecùs. Et ignis qui accẽditur ab aere qui colliditur ac comprimitur, fit per accidens, et non per se. Quidquid enim per se facit, facit id quod sit sibiipsi simile.

Si quidquid mouet motũ mouet, quod sequatur absurdum.

In iis q̃ sunt sub Luna qd quid mouet, mouetur ab eo quod mouetur.

Motus causa efficiens, non aũt materialis hæc quæritur.

Sed etsi oporteat cõsiderare vtra sit causa & principium motus, id quod ipsum seipsum mouet, an id quod mouetur ab alio, illud posuerit quilibet. Nam quod ipsum per se causa est, est semꝑ prius eo quod ipsum quoq; est per aliud. Quare hoc est considerandum cùm aliud sumpserimus principium, siquid ipsum mouet seipsum, quomodo mouet & quo pacto. XL

XLII Cùm ostendisset esse necesse vt id quod primum mouet, sit vel imobile vel per se mobile, siquidem non semper ab eo quod mouetur extrinsecùs mouet id quod mouetur: nunc ꝙ id quod est per se mobile est magis principiũ motus, ꝗ̃ id quod ab alio mouet & sic mouet, ostendit per talem syllogismũ. Id quod est per se mobile, per se causa est motus, sicut id quod ab alio mouetur, & ea ratione mouet per aliud. Id quod est per se causa motus, est prius & principialius eo quod per aliud. Et ꝙ id qdem quod est per se mobile est causa vt moueatur, siquidẽ habet ex seipso quod & mouet & moueatur, clarũ est. Per aliud autem, id quod ab alio mouetur vt moueat. Quòd autem id quod est per se causa motus, est principialius & causalius eo quod per aliud, id quoq; clarum est. nã cùm duobus modis dicatur per aliud, vel per accidẽs, vel propter aliud, neq; est id quod est per accidens nisi sit prius id quod per se est: neque id quod propter aliud, nisi prius sit id quod propter se, quod quidem est id quod per se. Quare id quod est per se mobile, est prima causa & principium eorũ quæ per se mouent & quæ mouent. Quærens autem deinceps quomodo id mouet seipsum, ex diuisione eius quæ fit in id qood mouet & id quod mouetur, inueniet: & rursus ostendet id quod primum mouet immobile. Dicit autẽ se aliud sumere principium, nẽpe ꝙ quidquid mouetur, potest diuidi. quod demonstrauit

Id quod est per se mobile, est magis pricipiũ motus, quam id qd motũ mouetur.

quidem

quidem in quinto libro huius operis, non est tamen eo vsus in ijs quæ præcesserunt, sed eo quod dicit quidquid mouetur, moueri ab aliquo, & eo, quod quidquid mouetur, vel mouetur fm naturam, vel præter naturam. Propterea ergo dixit, CVM aliud principium sumpserimus} Quærit ergo quomodo mouetur id quod est per se mobile, & quisnam sit modus eius motus: ex hoc inueniens, q ex ijs quæ sunt, alia quidem sunt imobilia, alia verò semper mobilia, alia autem quæ aliquando quidem mouentur, aliquando verò quiescunt.

Necesse est autem quidquid mouetur, diuidi posse in ea quæ possunt semper diuidi. Hoc.n. prius ostensum est in ijs quæ vniuersè ac generaliter dicta sunt de natura, quod quidquid per se mouetur, est continuum.

XLIII In quinto huius operis ostẽdit, q quidquid per se mouetur est continuũ et potest diuidi. Ostensum est autem, eo q id quod mouetur, neq; sit in eo in quod moueť, neque in eo etiam ex quo mouetur, sed eius aliqd quidem sit in hoc, aliud verò in illo. id autem quod est tale, potest diuidi. Hoc ergo nunc constituit principium eius inquisitionis quę est de eo quod est per se mobile. Potest autem hinc quoq; colligi, q cùm dicit dictum esse aliquid in libris de natura, dicit quinq; primos libros huius opis: cùm aũt in libris de motu, dixerit hos tres vltimos.

Libri de natura sunt quinque primi.

Fieri autem non potest, vt idem seipsum mouens, seipsum omni ex parte moueat. Ferretur enim totũ & ferret eadẽ latione cùm sit vnum & specie indiuiduũ: & alteraretur & alteraret. Quocirca simul doceret & doceretur: & sanaret & sanaretur eadem sanitate.

XLIIII Eudemus quidem, cùm prius narrasset id quod seipsum mouet traditum fuisse à Platone: diuidit primũ modos per quos contingit aliquid dici per se mobile, sic scribẽs. Aut enim totum mouet totum: aut pars totum: aut contrà: aut pars partem. Mouere autem primò dicimus, q seipso moueat non alio. & q propter se, & nõ propter aliud. Et sic cùm tres modos singillatim de medio sustulisset, solùm ostendit posse esse per se mobile, quod parte quidem mouet, parte autem mouetur. & eius id quod in se quidem habet aliquid mouens quod est per se immobile, aliquid verò aliud quod mouetur. Aristoteles autem hanc quidem nõ prius sumpsit diuisionem: progressus autem, eam breuiter ponit cùm dicit. Totum enim, si ipsum mouetur à seipso, aut mouebitur ab eodẽ aliquo, aut totum à toto. Nunc autem vnũquenq; motũ statim aggrediens, ostendit absurda quæ consequuntur. Et cùm primò totum à toto seipso moueri, per exempla ostendisset esse absurdum & alienum, deinceps q fieri non possit ostendit per hæc exempla. Ferretur enim, inquit, & ferret totum eadem latione, cùm sit specie vnum & indiuiduum: & alteraretur et alteraret. Quare simul doceret et disceret: & sanaret & sanaretur eadem latione. Quę quidem Eudemus per eadem nomina fecit apertiora, sic scribens. » Nunquid contingit dicere totum totum ferre in » humero, & simul vnum & idem ferri in humero, & esse » etiam in humero ferre & habere? An hoc quidẽ fieri nõ » potest, sed q totũ calefiat à toto? Et quomodo? Id enim » quod calefacit, calefacit videlicet cùm sit calidum: id au» tem quod calefit mutatur in calidum. In quod autẽ mu» tatur nõdum illud est. Vt simul sit autem idem calidum » & non calidum nequit fieri. Ei autem, quod est, cùm sit vnum, adiecit Aristoteles, Et specie indiuiduum: aut, vt ait Alexander, vt quod idem dicatur in eo quod mouetur, sicut etiam illud, CVM sit vnũ} vtpote q esse in specie indiuidua, idem quod vnum valeat: quod enim est in specie indiuidua, est numero vnum: Aut illud quidẽ dictum est in eo quod mouetur: Specie autẽ indiuiduum, in motu. vt sit hic ordo. Mouebit & mouebitur, cùm sit vnum, eadem latione & indiuidua specie. Hæc cùm dicat Alexander, nunquid melius est, ambo, nẽpe & Cùm vnum sit, & Specie indiuiduum, audire de toto eo quod est per se mobile: Specie autem indiuiduum, significare quomodo dictum sit illud, Cùm sit vnum, nempe q non numero vnum, sed specie, pro vno sumpto indiuiduo. Quod enim totum fert seipsum & totum fertur, & quod alterat & alteratur, est vnum specie, & non numero. vt hic fortè Chamæleo est indiuiduus, qui seipsum colorat. Attendo etiam, quomodo Alexander id quod est in specie indiuidua, dixerit esse vnum numero. Id enim quod est in indiuiduo fateor quidẽ vnum significare: aliud autem dico esse vnũ numero, & aliud vnum specie: & cautè significasse Aristotelem, quo dixerit Cũ sit vnum. q scilicet non numero sed specie. Idem autem etiam paulò ante significauit, dicẽs, Oportet enim vsq; ad indiuidua diuidendo dicere: indiuidua illic quoq; dicẽs vltimas species, non autem ea quæ numero terminantur. Rectè autem dixit, Sanare & sanari eadem sanitate. Si enim esset aliud id quod sanat, & aliud id quod sanatur, alia esset sanitas quæ est in eo quod agit, & alia quæ est in eo qđ patitur. Quoniam autem idem est id quod sanat & quod sanatur, vna quoq; & eadem fuerit sanitas. Hoc autem est absurdum eandem esse agentem & patibilem. quod quidem deinceps demonstrat manifestius.

Per se mobile quot modis dicať ex Eudemo.

Id solum est per se mobile, quod parte mouet, parte vero mouetur.

Aliud est numero esse vnũ, & aliud vnũ specie.

Præterea definitum est id moueri quod est mobile. Id autem est quod mouetur potestate, non actu. Id autem quod est potestate, tẽdit ad actum. Est autem motus impfectus actus eius quod est mobile. Id autem quod iam mouet, est actu. quemadmodum calefacit id quod est calidũ, & in summa generat id quod est forma prędītum. Quare idem simul & in eodem erit calidum & non calidum. Similiter autem ẽt vnumquodq; ex alijs, quorum id quod mouet necesse est habeat vniuocũ. Vnum ergo mouet, alterũ verò moueť eius quod ipsum seipm mouet.

XLV Postquam ostendit esse absurdam & alienam orationem quæ dicit totum quid à toto seipso moueri: nũc hoc etiam fieri non posse, vt prius dixit, demonstrat. Hoc autem ostendit vtens definitione motus & eius quod moueť. Moueri enim dicimus id quod est mobile, & quod adhuc est in eo quod est potestate, & quod tendit ad actũ perfectum. quandoquidẽ motus, etsi sit actus eius quod est mobile, est tamen adhuc imperfectus, vtpote quòd id quod mouetur sit adhuc in eo quod est potẽtia: id autem quod mouet, iam actu est. Id enim quod calefacit, actu calidum esse oportet: & id quod aliquid aliquo impertit, quod ipse dixit generare, ipsum prius habere illud quod impertit. Cùm hæc ergo sint euidentia, si totum quid à toto seipso calefiat, quatenus qdem calefacit, iã est actu calidum: quatenus autem calefit & tendit ad hoc vt sit calidum, cùm hoc interim solum habeat potestate, non est adhuc calidum. Quare idem simul & in eodem erit calidum & non calidum, quod quidem nõ potest fieri, siquidem fieri non potest vt simul vera sit contradictio. Sicut autem in calido, ita etiam in alijs motibus, in quibus id quod mouet habet id quod moueť sibi vniuocũ: quemadmodum id quod fert facit ferri, & id quod auget augeri, & sciens facit esse scientia præditum: necesse est vt simul sit vera contradictio, si quid ipsum moueatur à seipso. Quod si hoc fieri non potest, fieri nõ potest vt aliquid totum moueatur à seipso. Colligitur autem etiam in secunda figura id quod non potest fieri, in hunc modum. Quidquid mouetur, quatenus mouetur, est imperfectũ. Nihil quod mouet, quatenus mouet, est imperfectum. Nihil ergo quod mouet, quatenus mouet, moueť. Cùm autem

Motus est actus imperfectus.

Quod mouet, est actu.

A autem in eo quod est calidum orationem deduxisset Aristoteles, subiunxit, SIMILITER autē etiam vnūquodq; ex alijs, quorum id quod mouet necesse est habeat vniuocum} hoc est, deducat id quod à se mouet in id quod est sibi vniuocum. quemadmodum id quod calefacit, cū sit calidum, calidum facit id quod calefit. & id quod docet cùm sit sciens, facit id quod docetur scientia præditum. Hoc autem dicit, quoniam nō omnia quæ faciunt, faciūt sibi similia. Flagellum enim facit vibices, cùm ipsum vibices non habeat. Diuidit autem Theophrastus in tertio naturalium, vel de cœlo, ea quæ gignuntur seu fiunt, hoc modo. Aut enim, inquit, gignuntur à simili, vt homo ab homine, & calidum à calido: vel à cōtrario, vt videmus fulmina & fulgura. à frigiditate.n. est huius ignis in aere generatio, in vnum cogentis & inflammantis calidum quod in se est: aut tertiò, ab eo quod omnino entelechia seu actu est, sicut vibex. fit enim à flagello q̄d actu est, quod ei quod fit non est simile, nec contrarium. Porrò autem ea quoq;, inquit, quæ fiunt à Sole, fiūt ab actu. B Ipse enim ijs quæ à se fiunt nec est similis nec contrarius. Aduertit autem Alexander, ꝙ ab actu dicūtur fieri quæ fiunt à flagello, pro eo quod est, ab opatione & ictu. Clarum est autē, ꝙ alia quoq; omnia quæ fiunt, ab actu fiūt, siue esse actu id quod est, siue actum seu operationem significat entelechia. Nunquid ergo cùm alia quidē etiam proprium habeāt characterem, hæc autem solūmodo habeāt agere seu operari, ea sic nominauit. Velim autem attendatur diuisio eorum quę faciunt & fiunt, num quęcunq; per se faciunt & fiunt, naturaliter faciunt similia et fiunt. Ex contrarijs enim, tanq̃ ex materia, omnino fiūt ea quæ fiunt. A contrarijs autem tanquam ab efficientibus causis nihil per se fit. in se enim inuicem agunt quæ sunt contraria. fit autem non contrarium à contrario, sed simile. Et hoc etiam videtur Aristoteli qui sic scribit in primo libro de generatione. Quamobrem iam est etiam cōsentaneum vt ignis calefaciat, & frigidum frigefaciat, C & in summa id quod est efficiēs, sibi assimilet id quod patitur. nam & quod facit, & quod patitur, sunt contraria: & generatio est in contrarium. Quare necesse est vt id quod patitur mutetur in id quod agit. Porrò autem fit ignis à frigido per accidēs, & non per se. Non enim quatenus est frigidum, est ignis efficiēns. sed quatenus frigidum condensat & cogit ignes qui tunc erant dispersi. & dum inter se colliduntur & atteruntur, facit vt adhuc magis ignescant, in se mutantes ea quæ propius accedunt. Iam verò flagellum quoq; per se quidem ei qui ceditur sibi similem imprimit figuram, per motum vehementer impellens: vibices autem exoriuntur per accidens, dum frequentia parua vasa rumpuntur, & sanguis qui est intus funditur. Si hæc ergo vera dico: videtur Aristoteles dicere illud, QVORVM id quod mouet necesse est habeat vniuocum id quod mouetur} pro eo quod est, quęcunq; per se mouent: tanquam ab vniuoci signo id significans, & in eis volens simul esse veram contradictionē, D si quis quid dicat ipsum à seipso moueri, sed nō in ijs quæ mouent & mouentur per accidens. Cùm autem ostendisset fieri non posse vt sic sit aliquid per se mobile vt totum à toto seipso moueatur, cōclusit ꝙ si est omnino aliquid per se mobile, necesse est vt eius aliud quidem moueat, aliud verò moueatur.

Eorū quę gignunt ac fiūt diuisio, ex Theophrasto.

Quæ fiūt, ab actu fiunt.

Quę per se faciūt, & fiūt naturalr faciūt similia, & fiunt.

Ignis fit a frigido per accidens.

Vibices a flagello fiūt per accidēs.

XLI Quod autem non est idem sic seipsum mouens vt vtrunq; moueatur ab vtroq;, ex his est manifestum. neq; enim erit aliquid primū mouens, si vtrunq; mouebit vtrunq;. Nā id quod est prius, est magis causa vt moueatur, quàm id quod cohæret, & magis mouebit. Est enim duobus modis mouere, vno quidē id quod ipsum mouet ab alio: altero verò id quod seipso. Propius autem est, id quod est remotius à pricipio eius quod mouetur, q̃ id quod intercedit.

XLVI Cùm cōclusisset quòd si est id quod est per se mobile, necesse est eius aliud quidem mouere, aliud verò moueri, dedit rursus huius etiam diuisionem nobis considerandam. Si enim aliud quidem mouet, aliud verò mouetur: aut pars quidem mouet, totum autem mouetur: aut totum quidem mouet, pars verò mouetur. Hoc autē sic quoq; diuidit Eudemus. Pars enim, inqt, quæ mouet, vel cùm sit immobilis mouebit, vel cùm moueatur. Sed si est quidem immobilis: ostensum est quod volumus, ꝙ id quod est per se mobile componitur ex eo quod mouetur & ex eo quod mouet quod est imobile. Sin autē pars quæ mouet, ipsa quoq; mota mouet: quoniam quidquid mouetur, mouetur ab aliquo, ea quoq; ab aliquo mouebitur. Ergo fieri quidem non potest vt sit extrinsecus id quod ipsum mouet. non enim amplius à seipso dicatur moueri totum, sed ab alio quod mouet ipsam partē mouentem. Mouebitur ergo ab aliquo eorū quæ sunt in eo q̄d B est per se mobile. Aut ergo ab aliqua ex suis partibus mouebit pars quæ mouet, aut ab ea quæ mouetur. Et ea rursus quæ mouet, aut mouet cùm sit imobilis, & erit id q̄d primò mouet imobile: vel cùm moueatur. Et rursus aut à sui parte, aut ab eo quod mouetur. Sic autē, inquit Eudemus, alternatim perimentes veniemus tandem ad ea quæ primò mouent. Ea autem sunt quæ non aliquo mouent, sed tota totis: non contingit enim peremptionem mutuam esse infinitam. non mouerentur enim si non esset primum. ostensum est autem fieri non posse vt totum à toto seipso moueatur. Quare necesse est vt quod primò mouet, moueat cùm sit imobile. Sic quidem diuidit Eudemus. Aristoteles autem primum perimit, partē quidem aliquā mouere, partem autem aliquā sic moueri, vt & id quod moueatur rursus moueat id quod ipsam mouet, & id quod mouet, moueatur ab eo quod mouet ab ipsa. Sic enim accidit vtrunq; ab vtroq; moueri, & ab eo quod ab ipso mouet, & à seipso. Si enim A mouet B: B autem C mouet A: Ergo etiam à seipso mouetur A. & magis q̃ à B. magis enim mouetur id quod mouet ab eo quod primum mouet, q̃ ab eo quod est proximum & cohærens, vt prius ostensum est. Hanc ergo positionem primā refellit Aristoteles, eam deducens ad id quod fieri non potest, nēpe ꝙ nihil sit futurum quod primò moueat: adeò vt eorum quidem sit vnum quod moueat, alterum verò quod ab illo moueatur. oportebat enim non totū ipsum seipsum mouere, sed esse aliud quidem quod primò moueat, aliud autem quod ab illo moueatur. Quòd autem nihil futurū sit quod primò moueat in eo quod sic est per se mobile, ostendit ex eo ꝙ vtraq; ex partibus inuenienda sit prima quæ moueat. Si omnia autem sunt similiter prima: nihil fuerit primū. Quòd autem vtraq; prima, ostendit ex eo ꝙ vtraq; nō solum alteram moueat, sed & seipsam. & magis moueatur à seipsa, q̃ ab eo quod ab ipsa mouetur. Quod autem magis mouet, est id quod pri- D mum mouet. Quòd autē seipsam quoq; mouet vtraq;, per hoc probat. Id enim quod est prius, est magis causa vt moueatur, q̃ id quod cohæret. Quocirca magis etiam mouebit. Si enim, vt dictū est, A quidē mouet B: B autem mouet A: erit A id quod primum mouet, & seipsum mouet. & magis mouetur, q̃ à B. Similiter autem & si B mouet A, A autem mouet B: B rursus primū mouens seipsum quoq; mouebit, & magis, q̃ A, quod eū mouet proximè ac cōmenter. Quare vtraq; & prima erit, & seipsam mouebit, & totum à toto seipso mouebitur. quod quidem ostensum est non posse fieri. Ad probādum autem ꝙ A magis mouetur à seipso, q̃ à B in his quæ contrà mouentur, adduxit ꝙ A quidem seipso moueat, B autem motum ab A moueat A. magis enim mouet id q̄d seipso mouet, q̃ id quod mouet eo ꝙ moueatur ab alio. Illud autem, PROPIVS aūt est id quod est remotius à principio eius quod mouetur, q̃ id quod intercedit} dixit, pro eo quod est, Ad principij rationem est affinius & coniūctius id quod

est

est remotius vltimi quod mouetur, quàm id quod inter id in- E
XLIX tercedit & id quod est remotius. Si enim quod mouetur quidem est vltimum C, quod proximè autem ac cōtinenter mouet, ipsum B, & remotius A: A est principalius seu principij instar magis habens, quàm B ad mouendum C, etsi sit remotius à C quàm B, et si nihil habeat A ante se quod moueat, id erit principium motus. Similiter autem etiã cùm sunt duo, si A quidem mouet B, B autem mouet A, ad motum ipsius A, est A principialius, quàm B, cũ sit à seipso remotius. Idem etiam dicendum est in B. Quare sunt omnia similiter prima. & ideo nihil primum. Alexander autem ait ostensum esse per ea quæ dicta sunt, neutrum eorum ab aliquo extrinsecùs vel alio esse mouendum, sed ipsa à seipsis. Puto autem melius esse dicere ostẽsum esse nihil esse quod primum moueat, & ad id confirmandũ assumptum esse, vtrunque ipsorũ etiam seipsum mouere. vt per hoc ostenderetur principialius & primum.

Præterea non est necesse vt id quod mouet, moueatur nisi à seipso. Per accidens ergo cōtra mouet alterum. Sumpsi ergo contingere non mouere. Erit ergo vnum quidem quod mouetur: alterum verò quod mouet, cũ sit immobile. F

XLVIII Secundum argumẽtum quod ostendit, quòd id quod est per se mobile non fuerit eiusmodi vt vtraque pars moueat alteram. ostensum est enim in ijs quæ prius dicta sunt, quòd non necesse sit, quidquid mouet, ab aliquo alio moueri extrinsecùs: sed id quod primum mouet, si necesse sit vt moueatur, moueri à seipso. Si ergo positum sit B moueri ab A: verum est dicere A non necessariò motum iri ab aliquo extrinsecùs. Si enim aliquando contra mouetur à B: mouet B per accidens, quoniam accidit vt A sit ex ijs quæ mouentur ab alio & sic mouent. Id autem quod mouet per accidens, potest etiam nõ mouere. Si ergo sumptum fuerit B non mouere: neque A mouetur. B ergo mouebitur: A verò mouebit cùm sit immobile. Non est ergo necesse vt partes eius quod est per se mobile contra à seinuicem moueantur. Fertur autem, inquit Alexander, etiã alia eiusmodi scriptura. Præterea non necesse est vt id quod mouetur moueat} & ei magis placet hæc scriptura. illud enim, Sumpsi ergo contingere nõ mouere, quod dictum est ab Aristotele, est magis consequens ei, Non est necesse vt id quod moueatur moueat. Sed si fuerit ita scriptũ, non necesse est vt id quod moueatur moueat, quomodo conueniet id quod subiungitur, Nisi à seipso? nisi fortè illud à seipso construatur cum, Id quod mouetur. Sed videtur Aristoteles velle ostẽdere ea quæ inter se inuicem concurrunt, neque A necessariò moueri à B: neque B mouere A necessariò. Et de A quidem incipiens, dixit non esse necesse vt id quod mouet moueatur: procedens autem, de B contingere vt non moueat.

Partes eius quod est per se mobile cōtra à se inuicem moueri non est necesse.

Præterea non necesse est vt id quod mouet, contra moueatur. sed vel vt aliquid immobile moueat necesse est, vel ipsum quod mouetur à seipso, siquidem necesse est vt semper sit motus. H

XLVIII Tertium argumentum, quod ostendit à seinuicẽ contra non moueri partes eius quod est per se mobile, eiusmodi via ac procedendi ratione vtitur. quòd non necesse est quidquid mouet contra moueri. siquidem ostensum est quòd id quod primò mouet, vel mouet cùm sit immobile, vel cum ipsum moueatur à seipso. Nobis antẽ causam reuocat in memoriam, per quam ostensum est hoc ita se habere. oportet enim id quod primò mouet, vel immobile esse, vel per se mobile. siquidem necesse est vt semper sit motus, vt prius ostensum est. Si enim in infinitũ aliud ex alio extrinsecùs moueri posuerimus: non erit motus. oportet enim esse id quod primum moueat. Eorum autem quæ sunt infinita nihil est primum.

Præterea quo mouet motu etiã mouebitur.

E Quare calefacit id quod calefit.

XLIX Prius ostensum est quòd si quid mouens per se moueatur, per eãdem speciem mouebit & mouebitur. Quamobrem id quod calefacit, calefiet. Hoc autem non potest fieri. quod enim calefacit, cùm iam sit actu calidum, calefacit: quod calefit autem, nondum est actu calidũ. Quare idem in eodem erit calidum & non calidum. quod quidem non potest fieri. Hoc aũt dicit euenire, si in eo quod est per se mobile, aliqua quidem pars calefaciat, alia verò calefiat. Nam cùm sit vnus motus eius quod est per se mobile, vt idem sit calidum & non calidum necesse est: quod quidem non potest fieri. Si enim sumantur partes tanquam discretę, & quæ à seinuicẽ contra non moueantur: non est mirum si vna quidem calefaciat, altera verò calefiat. quemadmodum calefacit quidem iecur, calefit verò venter in corpore. & vna quidem agit, altera verò patitur. Si autem vt vna eadem mobilis, vnam exercẽs operationem, mouet & mouetur: absurdũ est in vno per F idem concurrere contradictionem. Concurrent autem, si partes quæ contra se inuicem mouẽt in eo quod est per se mobile, seipsas quoque mouere necesse habeant eo motu quo se inuicem mouent. Hoc ergo quartum adiecit argumentum, quod ostendit fieri non posse vt sit aliquid sic per se mobile vt se inuicem partes contra moueant. propterea quòd euenit vt etiam vnaquæque ex partibus sit per se mobilis, & in ea concurrat contradictio. Hanc autem dictionem sic scripsit Alexander, Quo motu mouetur moueri} nec est vlla sententiæ differentia.

Sed neque eius quod ipsum primò seipsum mouet, neque vna pars, nec plures mouebunt, vnaquæque ipsa seipsam. Totum enim, si ipsum moueatur à seipso, aut mouebitur ab aliquo eorũ quæ sua sunt, aut totum à toto. Si ergo eo quòd pars aliqua ipsa moueat à seipsa: id fuerit quod G ipsum primò seipsum mouet. separata enim, hæc quidẽ mouebit ipsa seipsam: totum autem non vtique. Si autem totum à toto mouetur: per accidẽs ea seipsa mouerint. Quare si non necessaria: sumantur non moueri à seipsis. Totius ergo, vna quidem pars mouebit cùm sit immobilis: alia verò mouebitur. Ita enim demũ fieri potest vt sit aliquid per se mobile. XLU

L Cùm ostendisset, quòd ei qui dicit sic esse id quod est per se mobile, quòd partes eius seinuicem moueant, euenit vt vnãquanque ex partibus eius quod est per se mobile dicat per se mobilem: & permultis vijs ac rationibus collegisset absurda quæ id consequũtur: hoc quoque adijcit ijs quę prius ostensa sunt quòd fieri non potest vt sit aliquid sic per se mobile, vt vna eius pars, vel plures ipsæ seipsas moueant. Si sit enim totũ per se mobile, & habeat vel vnam H partem per se mobilem, vel plures: aut mouebitur à partibus quæ sunt in ipso per se mobiles: aut totum à toto. Sed si eo quòd partem aliquam habeat per se mobilem, totũ est per se mobile: pars illa fuerit id quod est primò per se mobile, non totum. Id autem ex eo probatur, quòd pars separata ipsa quidem est per se mobilis, sed non vtique totum. Si autẽ totum à toto mouetur, habens in seipso vel vnam vel plures partes per se mobiles: dici quidẽ posset ostensum esse fieri non posse vt totũ à toto seipso moueatur, ne concurrat contradictio: nunc autem non est hoc eius institutum, sed vt ostendat fieri non posse vt totum per se mobile, vel vnã vel plures in se habeat partes per se mobiles. Si ergo totũ à toto seipso per se mouetur: partes per accidens ipsę seipsas mouerint. Quemadmodum enim in toto quod mouet, partes quę sunt continuę, mouẽtur per accidens: ita & partes eius quod est per se mobile, ipsę seipsas mouerint per accidẽs. Quòd si per accidens: LIX

Per se eẽ mobile non pōt aliqd vt vna pars vel plures ipsæ seipsas moueãt.

nequaquam

nequaquam necessariò. Quare si positum fuerit eas non mouere seipsas: nihil ponet quod non possit fieri. Et ego existimo quidem Aristotelē hucusq; deduxisse demonstrationem, dum ostendit non esse necesse totum ita esse per se mobile, vt quod vnam habeat vel plures partes in seipso per se mobiles. Siue enim moueat à partibus, non est totum primò per se mobile: siue totum moueatur à se ipso: non necesse est vt in se habeat vel vnam vel plures partes per se mobiles. quod quidem oportuit ostendere. Alexander autem, Si positum fuerit, inquit, partes quæ sunt per accidens esse per se mobiles, cùm non sint per se mobiles: nihil ponetur quod fieri non possit. non vtique autē, inquit, totum mouebitur, si sic erat per se mobile, quoniā eius partes seipsas mouebant. Sed si sumebat positio totum quoq; moueri à seipso, q vnā vel plures partes habet per se mobiles: ea manēte, oportet colligere in partibus id quod fieri non potest. hoc est enim eius institutum, ostendere, quòd id quod est per se mobile nō necesse est sic esse per se mobile, vt habeat vnam vel plures partes per se mobiles. Si ergo oportet quidem esse omnino id quod est per se mobile inter id quod est immobile, & ab altero mobile: necesse est autē vel ipsum sic esse vt totum à toto seipso moueatur, vel vt totum à parte, vel pars à toto, vel vt quod vnam vel plures partes in se habeat per se mobiles, vel vt quod vnam quāpiam habeat mouentem quæ est imobilis, aliam verò quæ mouetur: sublata sunt autem alia omnia: meritò concludens tanq; in linea, dixit quòd totius vnā quidē pars mouebit, cùm sit imobilis, alia verò mouebitur. Ita demum.n. fieri pōt vt sit aliquid per se mobile, si eius quidē pars aliqua, moueret cùm sit immobilis, pars verò ab illa moueatur.

Præterea si tota ipsa seipsam mouet, pars quidem eius mouebit, pars verò mouebitur. Linea ergo A B & à se mouebitur, & à linea A.

LI Hanc dictionem mihi visus est Alexander nouo quodam modo eoq; eleganti exponere. Eius enim dicit esse scopum & institutū, aliud absurdum adijcere et orationi quæ dicit totum ipsum seipsum sic mouere, vtpote quòd vnaquęq; ex eius partibus sit per se mobilis. Absurdum autē est eiusmodi: Si sic habet: vnaquæq; scilicet ex partibus à se mota, mouebit ēt aliam: ita enim erit totum per se mobile, si etiam eius partes seinuicem mouerint, cùm sint per se mobiles: si enim partes nullā sibi inter se opem ferant ad motum, sed in seipsis moueantur: non fuerit totū per se mobile: sed vnaquæq; ex partibus: Vniuersum autem fuerit collectio multorū quæ sunt per se mobilia: Si ergo se partes quoq; mouent inuicem: vnaquæq; ipsarum simul quidē mouebit seipsam: simul autē etiam mouebit ab alia. et si totius quod per se est mobile, est vnus motus: clarū est fore vt eodem motu partes omnes moueantur & moueant. Quare vnaquæq; earū sæpe mouebitur eodē motu & à se & ab alijs. quod est absurdum. est enim absurdum dicere, quo motu aliquid mouetur à seipso, eo idem etiam moueri ab alio. Sin autē alio quidem motu moueatur à seipso, aliò verò à parte: est adhuc absurdius. fieri.n. nō potest vt id quod est per se mobile sic vno motu moueatur. Ipse autem, inquit, cū paucis argumentum posuisset & absq; vlla expositione, desijt. Sed quidem Alexander, cùm Aristoteles nusq;, quod sciam, posuerit partes seinuicem mouere. sed lineā quidem A B dixerit moueri à seipsa & ab A. Nūquid ergo melius est & tutius audire id quod dictum est, q cùm dixisset, Totius ergo vna quidē pars mouebit cùm sit imobilis, altera verò mouebitur, confirmauit id quod dictum est per id quod deinceps seqtur. Si.n. tota ipsa seipsam mouet: necesse est vt ita se habeat, vt vna quidem eius pars moueat, illa verò moueatur. Linea ergo A B sic tota dicitur à se moueri, vtpote quòd linea A quæ est immobilis, in se ipsa moueat, linea autē B, videlicet moueatur. Vt quod sit ergo ex eo quod mouet immobili, & ex eo quod mo-

A uetur, totum dicitur per se mobile. Hoc autem deinceps etiam explicabit.

Quoniam autem mouet, aliud quidem cum moueatur ab alio, aliud verò, cùm sit imobile: et mouetur aliud quidem mouens, aliud verò nihil mouens: id quod ipsum seipsum mouet, necesse est sit ex imobili, sed quod mouet & prętera mouetur, non mouet aūt necessariò, sed vtcunq; contigerit. Sit.n. A quod mouet quidem, sed est immobile, B autem quod mouetur ab A, & mouet id in quo est C: Id autē moueatur quidem à B, nihil autem moueat: si enim vel per multa veniet tandem ad C, esto per vnum solum: vniuersum certè A B C ipsum seipsum mouet. Sed si abstulero C, A B quidem ipsum seipsum mouebit. A enim est id quod mouet: A B verò id quod mouetur. C verò nō mouebit ipsum seipsum, neq; omnino mouebitur. Sed neq; linea B C mouebit ipsa seipsam absque A. B enim mouet, eo quòd moueatur ab alio, nō quòd ab aliqua sui parte. A B ergo solum mouet ipsum seipsum. Necesse est ergo vt quod ipsum seipsum mouet, habeat id quod mouet, sed immobile: & id quod mouetur, nihil autem mouet necessariò. ambo autem vel seinuicem tāgant, vel alterum alterum. XLIII

Alexander quidem, Cùm ostendisset, inquit, quòd id quod est per se mobile, habet aliud quidem mouens immobile, aliud autem quod ab illo mouetur, per hęc ostendit ex quibusnam necesse sit componi id quod est per se mobile. nempe ex immobili quidem sed quod mouet, & eo quod ab illo mouetur, non mouet autem necessariò: Ego autem quid hæc inter se differant, dum tam simpliciter dicuntur, nō percipio. Num ergo id quod prius breuiter dictum est nunc explicat Aristoteles, cùm prius in tria diuisisset ea quæ in motu agunt vel patiuntur. Quoniā enim cùm hęc duo sint, & id quod mouet, & id quod mouetur: & id quod mouet, mouet cùm sit immobile, vel cùm moueatur ab alio: & id quod mouet, vel ipsum quoq; mouens mouetur, vel nihil mouens: erunt qdem duo extrema, & id quod mouet cùm sit immobile, & id quod mouetur quidem, non mouet autem alterum. amborum autem medium est & cōmune id quod mouetur quidem ab alio, mouet autem alterum. etenim & in eo quod mouet, est id quod mouet, cum eo quòd mouetur: & in eo quod mouetur, est id quod mouetur, cum eo q mouet. Cùm hæc ergo tria distinxisset, & in vna linea exposuisset, ostēdit in quibusnā ex his primò sit id quod est per se mobile. Quod enim totum A B C sit per se mobile, clarum est. siquidē in se habet vt & seipsum moueat, & vt moueatur à seipso. Sed si abstulero, inquit, C, quod mouebatur quidem sed non mouebat: id quod reliquum est A B seipsum mouebit. siquidem A quidem erat in ipso mouens: B verò mouebatur. C autem non mouebit seipsum. neq; omnino mouebitur si per se sit. Sed neque B C mouebit seipsum, si A ablatum fuerit. nam etsi B moueat, non tamen mouet seipso, sed quòd ab alio moueat, nempe A. A B ergo solum in his ipsum seipsum mouet. Necesse est ergo vt id quod est per se mobile, cōponatur & ex eo quod mouet quidem, est autem immobile: & ex eo quod mouetur quidem, nō mouet autem necessariò, sed etiāsi moueat aliud, sumitur vt id quod mouetur. Quę sierit autem, vt puto, quispiam, cur non A C potius ostenderit primò per se mobile, siquidem A mouet quidem solum, cùm ipsum non vtiq; moueatur: C autem mouetur

LII Per se mobile ex quibus cōponatur.

solum, cũ ipsum vtiq; non moueat. hæc enim sunt ex quibus componitur id quod est per se mobile. Nũ ergo cum in animali primùm id esset cõtemplatus quod est per se mobile: in quo est id quod mouet quidem, anima: quod mouetur autem, corpus: quod ipsum quoq; aliquando motum mouet, vt quod proximè ac continenter fruatur eius quod mouet facultate: ideo in A B primo posuit id quod est per se mobile. in quo B non semper quidem mouet, nec necessariò: sed sumitur vt quod mouetur. ei tamen quandoq; inatum est, vt ipsum quoq; primò & propriè moueat id quod ei proximè cohæret & ab eo dependet. Cùm autem dixisset necesse esse vt id quod est per se mobile, habeat id quod mouet, non autem mouetur: & id quod mouetur quidem, nihil autem mouet necessariò, sed vtcunq; acciderit: subiungit quòd hæc habent id quod est per se mobile, & vel ambo seinuicem tangunt, vel alterum alterum. Si enim fuerit & id quod tãgit corpus ex positione, sicut etiam id quod ab eo mouet: vtraque se tangent inuicem: eorum enim simul erunt fines: Ea autem sunt quæ tangunt, quorum sunt simul fines: Si autem id quidem quod mouetur corpus sit omnino necesse est: id autem quod mouet est & incorporeum & expers magnitudinis: nõ vtiq; ambo se inuicem tãgent: sed alterum alterum, & non propriè, sed metaphoricè. id enim quod est incorporeum, tangit corpus, vt dictũ est in primo libro de generatione, cùm dicit, Quare si quid mouet cùm sit immobile, illud quidem tetigerit id quod est mobile: illud autem nihil. Dicimus enim aliquando eum qui nos molestia afficit nos tangere: sed non ipsi illum. quod enim agit, dicatur potius tangere, q̃ id quod patitur. Hæc autem dixit, vt arbitror, volens ostendere quòd nequaquam quidẽ fuerint continua id quod mouet & id quod mouetur. Sed si ambo quidem sint corpora, ea se propriè inuicem tetigerint: Si autem vnum quidem fuerit corpus, alterum verò incorporeum, dici possunt tãgere metaphoricè, id quod mouet quidẽ id quod mouetur, cùm sit incorporeum, corpus. Ego quidẽ sic scriptum inueni, {Et id quod mouetur quidem, nihil autem mouet necessariò: tangentia autem vel ambo seinuicem, vel alterum alterum.} Alexander autem adijcit ijs quę deinceps sequuntur, Necessariò, sic scribens, Tangentia necessario vel ambo seinuicem, vel alterum alterum. Et potest quidem vtrunq; ijs quæ sunt proposita conuenientem conseruare sententiam. Conuenientĩus autem esse existimo, vt illud Necessariò, addatur potius ei quod est, Nihil mouẽs. quoniam id quod mouetur in eo quod est per se mobile, quemadmodum corpus in animali, videtur ipsum quoq; sæpe mouere, sed non mouere necessariò. Si ergo non adiectum fuerit illud Necessariò, ei quod est Et id quod mouetur nihil autem mouet, vt significet non necessariò mouere: existimabit id quod mouetur, in eo quod est per se mobile, à causa immobili, nihil penitus mouere. quod quidem non est verum. Nam cùm sit cohærens ac continens ei quod primũ mouet, suscipit ipsum quãdam motricem ab eo facultatem, sicut prius dictum est.

Si est ergo id quidẽ quod mouet cõtinuum: (continuum enim sit id quòd mouet necesse est) clarum est quòd quidquid ipsum seipsum mouet: non eo quòd sit eius aliquid eiusmodi vt ipsum seipsum moueat: sed ipsum totum seipsum mouet, eo quòd sit eius aliquid id quod mouet & id quod mouetur. non enim totum mouet: neq; totũ mouetur: sed mouet quidem A: mouetur autẽ B solum. C autem ab A non vtique. non potest enim fieri. XLIIII Sed dubitat̃ si quis abstulerit vel à linea A, si id quidem quod mouet est continuum, sed immobile, vel à linea B, quæ mouetur, vel ab ambabus, reliqua quæ restat lineæ A vel lineæ B mouebitur. Si enim hoc ita habet: nõ mouebitur à seipsa primitus linea A B. si ablata enim fuerit à linea A B: adhuc mouebit seipsam reliqua A B. An potestate quidem vtrunque nihil prohibet, an alterum, nempe id quod mouetur posse diuidi: actu autem non posse diuidi: Si autem diuisum fuerit, non amplius eandem habere potestatem. Quare nihil vetat quominus in ijs quæ possunt diuidi insit potestate primitus.

Quæ est in principio totius huius cõtextus dictio, quę dicit, Si est ergo id quidem quod mouet continuũ, Continuum enim sit id quod mouet, & cætera quæ deinceps sequuntur, videtur Alexandro minus inter se conuenire. LIII Dixit.n. hoc inquit tanquam redditurus, si autẽ non continuum. sed nihil reddit. Nũ ergo, inquit, id quod dicitur est eiusmodi. An ergo id quidem quod mouet sit continuum, est adhuc incertum. quoniam autẽ id quod mouetur quod est in eo quod est per se mobile, est continuum: vniuersum scilicet quod constat ex eo quod mouet & eo quod mouetur, quod quidẽ est per se mobile, ipsum seipsum mouet. Sic quidẽ Alexander. Num autem vt qui demonstrationem fecerit in lineis, ex positione sumit ẽt id quod mouet continuum. Ostendit autem ea etiã quæ infertur dubitatio, q̃ etiam id quod mouet posuit continuum, quæ dicit, Sed dubitatur si quis abstulerit vel à linea A, si id quidem quod mouet est continuum, sed imobile. Vult ergo per id quod nunc dicitur ostendere modum motus eius quod est per se mobile, cùm prius dixisset id componi ex eo quod mouet imobili, & ex eo quod mouetur quidẽ, sed non mouet necessariò. Et hoc ipsum rursus confirmans, dicit q̃ cùm id quidem quod mouetur sit necessariò continuum, vt prius ostensum est, id autem quod mouet ponatur cõtinuum, dicitur scilicet per se mobile, vtpote q̃ totum ipsum seipsum moueat. Dicitur autem aliquid totum ipsum seipsum mouere, non q̃ eius sit aliqua pars huiusmodi quæ ipsa seipsum moueat, vt cũ prius positum esset confutatum est. Non est ergo animal sic per se mobile, vt quod in se habeat aĩam per se mobilem: sed vt quod totum seipsum moueat, & totum moueatur & moueat: non tñ q̃ per totum seipsum moueat, & per totum moueatur: sed q̃ eius sit aliud quidem quod mouet, aliud verò quod mouetur. Neq;.n. totum mouet A B, neq; totum mouetur. sed mouet quidẽ solum A: mouetur verò solum B. Etsi enim aliquãdo moueat B, non tamen necessariò. In cõmuni autem audiẽdum est illud solum. In nonnullis autem exẽplaribus, post illud, Mouetur aũt B solum, additur, C autem à B non vtique. non potest.n. fieri. Hanc adiectionem autem non nouit Alexander: neq; permulta vt est verisimile exemplaria. Si aũt ab initio ita scriptum fuerit, dixerit, q̃ prima constitutio eius quod est per se mobile est ex eo quod mouet immobili, & eo quod mouetur. cui ipsi aliquando quoq; innatum est vt motum moueat, sed non vt moueat necessariò, Quod autem solum mouetur, non vtiq; autem mouet alterum, quemadmodum C: C enim positum fuit tale ab initio: etsi ipsum quoq; moueatur ab A per B, & magis moueatur ab A quàm à B, vt prius ostensum est, tamen non sic mouetur ab A vt compleat id quod est per se mobile. Illud enim quod mouetur complet id quod est per se mobile, quod proximè ac continenter motum ab eo quod est immobile, habet ipsum quoq; potestatem mouẽdi aliq̃ñ. Cùm autem dixisset q̃ id quod est per se mobile, non eo q̃ habeat partem seipsam mouentem est per se mobile, sed quòd totum sit eiusmodi: deinceps mouet dubitationem aduersus id quòd totũ sit primitus per se mobile. Si q̃s enim abstulerit, inquit, vel à linea A, si positum

Incorporea tangere corpora, dicitur metaphoricè.

Tangit nos qui molestia afficit.

Aĩal q̃ñ sit per se mobile.

A situm fuerit continuum id quod mouet, sed immobile: vel à linea B quæ mouetur quæ est continua: vel etiam ab ambabus, linea A scilicet, & linea B: quæ est ergo reliqua lineæ A, mouebit, vel lineę B mouebit: aut non. vtroque enim modo videtur absurdum quid occurrere. si.n. non mouet vel non mouetur parte ablata reliquũ, est absurdum: siquidem non erat pars quæ in ipso mouebatur sed totum. hoc autẽ ipse diuidere & refellere prætermisit vt quod esset expeditum. Si autem mouet id quod est reliquum lineæ A, vel mouetur reliquum lineæ B: à se primò mota nõ fuerit linea A B. siquidem si ablata fuerit à linea A B, adhuc mouebit seipsam reliqua quæ est post ablationem A B. Hoc autem argumẽto vsus est etiam in libro præcedẽte in principio, volens ostendere id quod est per se mobile, moueri ab aliquo. Cùm enim sumpsisset tanquam euidens, ꝙ id quod sistitur, eo ꝙ aliud quieuerit, moueatur motum ab alio: & posuisset id quod est primò per se mobile, & aliquam partem ab eo abstulisset (continuum enim est quidquid mouetur) & ipsum stitisset, & inuenisset per partis ablationem & statum sisti id quod est primò per se mobile, ostendit id moueri ab aliquo. B Hic autem cũ is qui dubitabat reliquũ moueri posuisset, ostendit non esse primò per se mobile. Soluit autem dubitationem, cùm posuisset posse esse continuũ & diuidi id quod mouet. quoniam nondum ostendit id nullas habere partes nec posse diuidi. Nihil ergo vetat, inquit, quominus aut id quod mouet possit diuidi, etiamsi hoc positum fuerit huiusmodi, aut id solum quod mouetur: esse autẽ eiusmodi vt possit diuidi, potestate non actu. hoc est, non diuisum, sed sumptum vnum & continuum. Hoc autem si sit eiusmodi, tunc nulla ex ijs quæ tunc sunt partibus, est actu per se mobilis: potestate autem nihil vetat quominus sit etiam pars. Cùm autem iam actu diuisum sumptum fuerit, tunc rursus fit actu per se mobile quod adhuc mouetur post aliquam partis ablationem. Quare si in toto quidem quod primò sumptum est, actu id quod est minus contineretur, non esset totum primò per se mobile: C Sin autem non est actu, de eo autem quod est actu id quod est primò per se mobile prædicatur: fuerit totũ antequam sit diuisum primò per se mobile. Nihil ergo vetat quominus si sint subiecta eiusmodi vt possint diuidi, potestate primò in partibus sit id quod est per se mobile, etiamsi actu sit in toto primitus. Potest autem potestate coniungi cum ijs quæ possunt diuidi. ne quis audiat ea quæ possunt diuidi tanquam diuisa. in eo enim quod potestate est eiusmodi vt possit diuidi, nulla est pars per se: quod autem non est per se, nec fuerit quidem per se mobile. cùm autem diuisum fuerit, mutat naturam, & actu fit. Quomodo ergo, ait Alexander, contendens aduersus eum qui ex parte eius quod se mouet totum quoque dicit esse per se mobile, non dixit totum fore primò per se mobile, sed eius partem, quæ etiam ablata manet per se mobilis? Et pulchrè soluit dubitationem, dicens ꝙ qui sic dicebat partem in toto per se mobilem, tanquam se actu mouentem iam ponebat. quod si ita est: vt diuisa & per D se consistens sumebatur. Hic autem in toto per se mobili quod est continuum, id quod minus est, eo quod nõdum sit diuisum id quod est continuum, non mouetur per se ipsum. cùm autem non moueatur, ne possit quidem dici primò per se mobile. Aliam autem dixit fieri naturam, quoniam quod tunc poterat & nondum erat, id actu factum est. Porrò autẽ hoc quoque aliter exposuit Alexander, nẽpe ꝙ etiam si diuidi possit id quod mouetur, non iam etiam diuidi possit vt quæ moueatur. cõtingit enim ipsam etiam diuisam nõ vtique moueri ab eo quod est mouendi potestate præditum à quo totum mouebatur. vt quæ facta sit alterius naturæ, & non manserit talis, qualis cùm esset, erat imobile eius mouendæ potestate præditum. Sed si post ablationẽ mouetur reliquũ eius quod est per se mobile: non rectè habuerit, inquit Alexander, demonstratio quæ est in libro præcedenti, per quam vi-

A debatur ostẽdere quidquid mouetur moueri ab aliquo. Sed num, inquit, non est hæc pars quæ mouetur. sed ponebatur eam quiescere cum sit in continuitate. Illud autem, Diuisum sit, dixit, non vt separetur alterum ab altero, sed vt in cõtinuitate manens sumat quiescens. Quod enim id totum & continuum conseruauerit, clarum est ex ijs quæ subiunxit. Si enim C B, inquit, non moueatur, quod est pars B A quod positum est primò per se mobile: nõ mouebitur, inquit, A B. vt quod maneat adhuc vnum et continuum. Ridiculum est enim vt qui ab ipso C B abstulerit, dicat, Totum mouebitur. quod ne amplius quidem esset, si esset ab ipso ablatum C B. Hoc autem cum dicatur, inquit Alexander, quærendum est quemadmodum fieri possit positio, quæ in eo quod est primò per se mobile ponit aliquam partem quiescere. Si quis enim dicat ipsum illic hoc non dicere: sed ꝙ si ab A B toto, quod est per se mobile, ablata fuerit pars C B, & steterit, totum non amplius mouebitur, etiamsi id quod restat moueaB tur: non est enim amplius totum id quod est reliquum, si pars ablata fuerit: cùm autem totum non sit nec manserit, nec mouebitur quidem totũ: eum dixerit logicè admodum & dialecticè, sed non naturaliter nec demonstratiuè esse argumentatum.

Ex his ergo clarum est, ꝙ id quod primum mouet est immobile. Siue enim statim sistitur id quod mouetur, ab aliquo autem mouetur, ad immobile quod est primum: siue ad id quod mouetur quidem, ipsum autem seipsum mouet & sistit: vtroque modo euenit vt id quod primò mouet, sit in oĩbus quę mouentur imobile.

Cùm ostendisset, ꝙ quidquid mouetur, & natura & vi ab aliquo mouetur: & ꝙ quidquid mouet, vel ab aliquo alio extrinsecùs motũ mouet, idque in infinitum: aut si hoc est absurdũ, ad aliquid immobile sistitur quod pri- t. IIII
C mum mouet, aut ad id quod est per se mobile, quod motum qdem mouet, nõ motum autem extrinsecùs, sed vt à seipso moueatur & sistatur in seipso causam habens: ea enim sunt per se mobilia, quæ in seipsis causam habeant vt & moueantur & sistantur: & cùm et ostendisset ꝙ & in eo quod est per se mobile, id quod mouet cũ sit immobile per se mouet, cùm id quod est per se mobile componatur & ex eo quod mouet quod est immobile, & ex eo quod mouetur qdem, sed non mouet necessariò: Hęc ergo cùm pluribus ostendisset, & ea nunc paucis reuocat in memoriam: & consequẽter post hæc concludit, quòd euenit vt id quod primũ mouet sit in omnibus quæ mouentur immobile. siqdem eorum quidẽ quæ mouentur omnium sit primum id quod est per se mobile, in eo aũt est id quod mouet imobile. Qm̃ autem de eo quod est per se mobile Aristoteles videt̃ verbis à Platone differre, bene fuerit hanc quoque videre differentiã. Et ꝙ motus quidem & eorũ quę mouentur omnium principium D sit id quod est per se mobile, ambo apertè fatent̃: Aristoteles quidem in his dicens, ꝙ si oporteat quidem cõsiderare vtra sit causa & principiũ motus, id quod seipsum mouet, an id quod mouetur ab alio, illud quilibet posuerit: Plato aũt & in Phædro apertè dicit id quod est per se mobile fontẽ & principium motus: & in decimo de legibus, cùm dicit hospes Atheniensis concludens: Principium ergo oĩum motuum, & primum, qui & fuit in ijs quæ stãt, & est in ijs quæ mouentur, eã quæ ipsa seipsam mouet, necessariò dicemus esse antiquissimam & prę stantissimam oĩum mutationum. Quin etiã animal quidem ambo dicunt esse per se mobile. Sed Aristoteles quidem dicit aĩal esse primò & propriè per se mobile, constãs ex anima & corpore. ex quibus corpus qdem mouetur, anima verò mouet, cùm sit imobilis ex eius sententia: Plato aũt primò quidem & propriè vult omnem aĩam esse per se mobilẽ. aut vt prę stantioribus videtur interpreti-

Id quod primũ mouet, est in oĩbus quę mouent̃ immobile.

In eo quod per se mobile Platonem & Aristotelem non dissentire.

Platonis locus ex Phædro, et ex decimo de legibus.

Animã quõ dicat immobilẽ, Aristoteles, Plato vero per se mobilem.

bus eam quæ est rationis particeps. Propter hanc autem aĩal quoq; fieri per se mobile, vt quod sit per se mouendorum vestigiorũ facultatis particeps. Et q̃ ꝓpriè quidem velit animã esse per se mobilem, ostendit hanc eius tradens definitionẽ, & in Phędro, & adhuc apertius in libro de legibus, cũ dicit. Cui autem nomen est aĩa, quænam sit eius ratio, habemus ne aliã præter eam quę nunc dicta est, substantiam, videlicet quæ potest ipsa seipsam mouere, cui est nomẽ quod quidem omnes appellamus animam? Quòd aũt propterea q̃ anima sit per se mobilis, vult ẽt animal esse per se mobile, hocquoq; in Phædro significauit, dicens. Quoduis.n. corpus cui vsuuenit quidem vt extrinsecùs moueatur, est inanimum: cui aũt intrinsecùs ipsi ex seipso, est animatum, vtpote q̃ hæc sit natura animæ, quæ scilicet seipsam mouet, & facit id q̃d est particeps videri per se mobile. Quãobrem argumentum animę per se mobilitatis sumpsit animalis per se mobilitatem, illam aũt huius esse causam statuit. Fuit ergo

Platonis locus ex Phædro.

Motũ quid vocet Plato. Platonis locus ex Timæo.

F differentia, q̃m Plato quidem omnem qualẽcunq; mutationem fatetur motũ & agentem & patibilem. Et in Timæo quidẽ dicit, Anima quæ per se totam mouetur. In decimo aũt de legibus. Ducit q̃dem anima quęcũq; sunt in cœlo, terra & mari suis motibus, quibus sunt nomina, velle: curam gerere: considerare: consultare: rectè opinari & falsò: gaudens: affecta tristitia: confidens: metuens; odio habẽs: diligens: & qui sunt his affines motus primarij. Aristoteles aũt cùm naturales solas mutationes censet motus esse vocandas, existimat animã agere seu operari, non moueri. Et apertè ostẽdit in primo de anima se naturales motus in anima negare, cũ dicit: Cùm autem moueri dicatur duobus modis, vel per se scilicet, vel per accidens, nunc, inquit, de aĩa consideremus an per se moueatur & sit motus particeps. Cũ sint autẽ quatuor motus, latio, alteratio, diminutio, augmentum: vel vno horum mouebitur, vel pluribus, vel oĩbus. Eos autẽ Plato quoq; negat esse in aĩa, in nouẽ motibus qui sunt ante

G animam, eos in decimo de legibus enumerans: tradẽs autem eos animę motus qui prius dicti sunt. Atq; eos quoque animæ concedit Aristoteles: & eos ab ipsa in ipsam nouit fieri. sed eos non vocat motus, sed actiones seu operationes & affectiones. Nã q̃ anima seipsam cognoscit & perficit, oĩno nouit Aristoteles, qui tot & tanta de aĩa philosophatur. sed vt qui omnino tribuat corporibus à motu excedendi facultatem, sibi consequenter non censet vocandam esse animam per se mobilẽ, sed animal: vtpote q̃ motus sit euidens in corpore qui est tantũ per id q̃ moueatur. quem cùm ẽt solum motũ existimet, reponit motũ in eo quod mouetur. Quare non de re nunc, sed de nomine est Philosophis inter se dissensio. sicut etiã in multis alijs. Sępenumero autem, vt arbitror, causa est, q̃ Aristoteles quidem velit seruare receptum vsum nominum, & argumentari ex ijs quæ sunt euidẽtia sensui: Plato autẽ ea q̃dem sæpe negligat, ad contẽplationes autem quæ in intelligentiam cadunt facile excurrat & extollatur.

Aristoteles obseruat receptũ vsum nominum. Plato extollitur ad contẽplationẽ.

H Cùm vellet aũt Aristoteles ostendere in quonã motu nũc sumat id quod est per se mobile, et q̃ in corporeo, per quẽ non solùm ex sua, sed ẽt ex Platonis sententia est anima imobilis: principium sumpsit demonstrationis, q̃ id quod mouetur est totum cõtinuum, & quod diuidi potest in ea quæ semper possunt diuidi. Tale est autem corpus primò. Quid ergo fuerit hoc motu ꝓpriè per se mobile nisi animal? neq;.n. corpus potest mouere, neq; anima hoc motu moueri. Sed corpus quidem mouetur, quę nõ mouetur aũt anima, mouet cum sit imobilis. Quocirca nihil vult totum vnũ esse per se mobile: quoniam neque id quod mouetur per hũc motum primò potest mouere, neq; id quod mouet moueri, & euidens subiunxit absurdum, dicens, Ferretur.n. & ferret eadẽ latione cùm sit vnum & specie indiuiduum, & alteraretur & alteraret. Quare simul doceret & simul disceret, & sanaret & sanaretur eadem sanitate. Quare simul erit potestate &

E actu. & quod nondum est simul etiam iam erit per illud quod dicitur. Et reuera id quod est vnũ quid & simplex, nõ fuerit per se mobile. etenim aĩa quoq; cùm omnes habeat rationes, alias quidem habet promptas & agentes; alias autẽ quiescentes, & quæ in ea sunt interim potestate. & per eas quæ actu sunt mouet eas quæ sunt interim potestate. illæ aũt mouentur. & ita tota dicitur per se mobilis. Ab his aũt notionibus & sententijs quæ sunt Platonicę minimè discrepat Aristoteles. est enim apud eum quoq; aĩæ vna quidem intelligentia quæ est potestate, altera verò quæ actu est. & ea quæ est potestate, fit actu ab ea quæ actu est, anima docente seipsam & discente à seipsa: & quærente & inueniente. Omnis.n. disciplina versatur in mentis agitatione, vt ipse docet. & inquisitio scilicet & inuentio fit ex ea quæ est antea cognitione, quę est per eam quæ tunc agit intelligentiã. & ideo fortasse quãuis per motus naturales definiret per se mobilitatem, in exẽplis interiecit illud, Doceret enim & disceret: eadẽ

Vnũ & simplex non est per se mobile.

Aĩa habet alias rationes agẽtes, alias quiescentes & potestate.

F indicans, nempe q̃ in anima quidem inest seipsam docere, & à seipsa discere. sed non vt quæ sit vna & simplex: quod quidem ipse dixit specie indiuiduũ. sed vt quæ diuidatur in id quod est potestate & actu. Quocirca deduxit etiam ad hoc absurdum orationem, q̃ id quod est ipsum vnum & specie indiuiduum, potestate simul & actu futurum sit, & cùm nondũ sit, & cùm iam sit. Quòd siquis sumat diuisam esse aĩam in id quod est potestate & actu; non erit vtiq; absurdum idem esse potestate & actu. Est ergo ex sententia Aristotelis anima eiusmodi vt per se possit agi, & per se cognosci, & per se inueniri. sed non vt vna et simplex. sed vt quæ constet ex eo quod est potestate & actu. Eam autem per se mobilem non cẽsuit esse vocandam, eo q̃ motum contẽplaretur in solis corporibus. hæc enim sunt ea quæ sunt continua, & quæ diuidi possunt in ea quæ semp possunt diuidi primitus. & ideo motus quoq; est continuus & qui potest diuidi. & per motum tempus. Sed quõ ex ea quæ est ab ipso posita defi-

G nitione motus, quæ dicit esse actum eius quod potest fieri, non ẽt mouetur anima & est per se mobilis, siquidem ex eo quod est potestate ad id quod actu est, à seipsa procedit? Nũ ergo hęc quidẽ definitio, quæ dicit esse actum eius quod põt fieri, quatenus põt fieri, est cõmunis etiã uis mutationi tam quæ ad aĩam pertinet, quam quæ ad corpus, & quę in sũma deducit ab eo quod est potestate ad id quod actu est. Motus aũt vt motus propriè est definitio, Actus eius quod est mobile, quatenus est mobile: Non ergo absolutè quãuis mutationem motũ esse vocandam censet Aristoteles: sed eam quę est vsitata quę est in corporibus: & neq; eam oẽm. Distinxit.n. à motu generationem & interitum, q̃ id quod nondũ est nemo dixerit propriè moueri. sed esse q̃dem oportet aliquid quod acto mouetur: habere autem aliquid potestate per quod operans dicitur moueri.

Aĩam posse moueri ex sententia Aristotelis, si motꝰ sit actus eius quod potest fieri.

CAP. VI.

H QVoniam autẽ oportet semper esse motum & non intermitti, necesse est vt sit aliquid æternũ quod primũ mouet, siue vnum, siue plura. & id quod primũ mouet, immobile. Atq; vnũquodq; quidẽ esse æternũ, eorum quę sunt imobilia quidẽ, sed non mouent, non pertinet ad eã quæ nunc instituta est orationem. XLV

Quòd aũt sit necessarium esse aliquid quod sit semper imobile, quod ipsum quidem est remotum ab omni mutatione & absolutè et per accidens, est autem alterius mouendi potestate præditum, clarum est sic considerãtibus. XLVI

Postq̃ ostendit id quod primò mouet, esse per vnumquenq; motũ immobile: nunc ostẽdit id quod primò mouet esse ẽt æternum oportere, adeò vt in ipsum non cadat ea mutatio LV

Id quod primo mouet, æternum sit oportet.

ea mutatio quæ est.vt ortus & interitus. Et primum quidem argumentũ est & in motu absolutè cõmune & breue & apertum. Quoniam.n. motum oportet esse æternum, vt in principio huius libri ostensum est: motus aũt est in eo quod mouetur, vt in tertio didicimus: quidquid autem mouetur, mouetur ab aliquo, vt ostendit & in libro præcedenti & in hoc: necesse est vt sit aliquid quod primò mouens sit æternum. Addidit aũt, Et immobile, non idem repetens, sed pro eo quod est, Et perfectè imobile, adeò vt nec sit particeps mutationis quæ fit per ortum & interitum, neq; eius motus qui est per accidens. Quoniam aũt sunt multa quæ sunt quidem ipsa immobilia, mouent autẽ alia: tales.n.sunt omnes animæ animalium: quo fit vt aĩal quidem sit per se mobile, vt quod ex corpore quidem quod mouetur, anima autẽ quæ est immobilis quidẽ sed mouet, sit compositum: vnumquodq; quidem eorum quæ sunt imobilia, mouent aũt, æternum esse dicit nihil pertinere ad præsentem orationẽ. non.n. hoc nunc quæritur, an omnes animæ sint imortales. eæ enim sunt quæ in ijs quæ sint per se mobilia, sunt qdem immobiles, sed mouent. est enim alterius operis aĩæ consideratio. Sed neq; adeò absolutè, an omnia quæ sunt immobilia quidem sed mouent, sint æterna, nunc quærendum proponitur: sed nunc proponitur ostendendum, q necesse sit esse aliquid vel vnum, vel plura: nondũ enim hoc definitum est, quod non ad hoc tempus pertinet: sed esse ipsum quidẽ semper imobile, & esse ab omni remotum mutatione & per se & per accidens, alterius autem mouẽdi potestate præditum. Ab omni autem remotum mutatione nunc dixit, & non ab omni motu, vt generationem comprehendat & interitum. Porrò autẽ id quoque quod primum mouet dicit esse per accidens imobile. in hoc.n. differt ab eis quidem quæ sunt imobilia in ijs quæ per se mouentur, sed mouẽt, eo q illa sint per se quidem imobilia, moueantur verò per accidens, eo q corpora in quibus sunt mouentur. id autẽ quod mouet primitus, vt quod sit à corporibus vndequaq; separabile, non solum est superius ea quæ est per se mutatione, sed etiam ea quæ est per accidens.

Multa sunt immobilia q mouẽt alia.

Id quod primũ mouet, est superius omni mutatione.

Esto aũt, siquis velit, in nõnullis contingere, vt sint aliqñ et non sint absq; generatione et interitu. Fortè.n. necesse est, siquid nullas habens partes, aliqñ quidem est, aliquando verò nõ est absq; eo quod mutetur, aliqñ quidem esse, aliquando verò non esse quidquid est eiusmodi. et principiorũ quæ sunt imobilia quidem, sed mouendi potestate prędita, nonnulla aliqñ quidem esse, aliquando verò non esse. Hoc quoq; contingat. Sed non fieri quidem potest vt omnes. clarum est.n. ijs quæ ipsa seipsa mouẽt, esse aliquam causam cur aliqñ quidem sint, aliquando verò non sint. Quod.n. ipsum seipsum mouet quodlibet necesse est habeat magnitudinẽ, si nihil mouet quod nullas habet partes. Quod verò mouet, minimè necesse est ex eis quæ dicta sunt. Quòd aũt alia quidem fiant, alia verò intereant, idq; fiat assiduè, nulla est causa eorum quæ sunt quidẽ immobilia, non sunt autẽ semper. neq; rursus eorũ quæ hæc quidem semper mouent, horũ verò alia. eius enim quod semper & continenter, neq; vnũquodq; eorum est causa, neq; omnia. sic.n. habere, est ęternum & necessarium. Omnia aũt sunt infinita. & non simul cũ sint omnia. Clarum est ergo q etsi mil-
XLVII lies nõnulla principia ex ijs quæ sunt immobi-

A lia quidẽ sed mouẽt, & multa ex ijs quæ ipsa seipsa mouent, intereant, alia verò adnascãtur, & hoc quidem cũ sit imobile illud moueat, aliud verò hoc: nihilo tñ secius est id quod continet, idq; prẹter vnũquodq; quod est, quod causa est vt alia quidẽ sint, alia verò non. & cõtinuę mutationis. & hoc quidẽ, his: hęc aũt alijs, causa motus. Si est æternus ergo motus: æternũ etiam XLVIII
erit id quod primum mouet, si vnũ: Si autem plura: plura quæ sunt æterna.

Quòd sit aliqd quod primò mouens, non solũ immo- LVI
bile, verũetiam æternum, rursus ostendit, cũ posuisset q in ijs quæ sunt est ęternus motus & mutatio. & q eorum quæ semp mutantur, prius semper sit oportet imutabilis causa mutationis. Cũ sit autẽ obiectio quæ dicit, q principia motus quę sunt in ijs quæ sunt per se mobilia: hoc B est, animæ quę sunt in aĩalibus, etsi nõ sint ęternę, ad principiũ tñ motus rationem sufficiunt, cũ sint imobiles: non enim per generationẽ vel interitum, vel in sũma mutationem, aliqñ quidem sunt, aliqñ verò non sunt: si.n. per mutationem vel motũ hoc eis eueniret, necesse esset vt ante eas esset id quod moueret: qm̃ autem non per motum, vel in sũma mutationem, propterea q partibus careãt: eæ ad principiũ rationẽ suffecerint, & eis nõ est opus æterno principio. Hanc ergo obiectionẽ statim soluit in principio, cũ concessisset quidem cõtingere aliquid esse aliqñ & nõ esse absq; generatione & interitu: fortasse autem non contingere, sed esse & necessarium, siquid quod nullas habet partes, aliqñ quidem est, aliqñ verò nõ est, absq; eo q mutentur aliqñ quidem esse, aliqñ verò non esse. Contingat ergo, inquit, & principiorum eius quod est moueri, aliqua aliqñ quidem esse sine motu & mutatione, aliqñ verò nõ esse: non potest tñ fieri vt oĩa principia aliqñ quidem sint, aliqñ verò non sint. oportet enim C eiusmodi principijs semper esse causam aliquam cur sint aliquando. qm̃, Aliquando esse, semp est in alijs & alijs. Ipse aũt adhuc & ostendit euidentius, q ijs & quæ seipsa mouent, si ponat id quod mouet, in ipsis aliqñ quidem esse, aliqñ verò non, est aliqua causa ęterna cur aliqñ quidem sint, aliqñ verò non sint. Etsi.n. ea quæ mouent, in ijs quæ per se sunt mobilia, cũ sint incorporea & carẽtia partibus, aliqñ quidem sint absq; generatione & interitu, aliqñ verò non sint: si tñ omnino mouetur id quod est per se mobile, necesse est vt habeat magnitudinem. qm̃ nihil quod caret partibus, mouet, vt ostensum est. Quod aũt mouet, nondum clarũ est an necesse sit nullas habere partes. Si ergo in ijs quę sunt per se mobilia, sunt alia quę aliqñ quidem sunt, aliqñ verò non sunt corpora: necesse est vt ea per generationẽ & interitum aliqñ quidẽ sint, aliqñ verò non sint. cuiusuis aũt generationis & interitus est causa aliqua. Quę est aũt causa horũ generationis, fuerit etiã causa eorũ quę sunt in ipsis mouendi facultate D prędita. siqdem simul cũ illis consistunt. Ad rationẽ ergo principij motus; non sufficiunt imobilia quæ sunt in ijs quę sunt per se mobilia. Præterea aũt cur alia qdem gignant, alia verò intereant cõtinenter, dũ alia quidẽ gignuntur, alia verò intereunt, causam ostendit, quæ neq; est vna eorũ quę sunt quidem imobilia, non sunt aũt semper, vt est positũ: neq; sic, vtpote q hęc quidem hæc mouent, illa verò alia. Eius.n. quod semp fit & continẽter, neq; vna est causa. qd quidẽ ipse dixit vnũquodq;. Si.n. ipsum qdem non est ęternũ, ęterna est aũt eius mutatio: cũ hoc non sit, aut ne erit qdem mutatio: et non erit ęterna nec cõtinua: aut erit alia eius causa. siqdem & dum ea non est, gignitur. Ipse autẽ cum dixisset, q eius quod est semp & continẽter, neq; vnũquodq; ipsorũ, neq; omnia sunt causæ: vnã quidem eorũ quę nõ sunt æterna causam esse breuiter sustulit, per hoc, QVOD enim ita se habet est ęternũ & necessarium. Qũo autẽ eius quod est necessa-

Borũ q semper mutãtur est imutabilis causa mutationis.

Æternã causam eẽ oportet, cur aliqua aliquando sint, aliqñ non sint.

Neq; vnũ, neq; oĩa eorum quę nõ sunt æterna, possunt esse causa æterni motus.

rium & æternum, posset qdem id quod non est æternum esse causa: quod qdem vt quod sit manifestũ prætermisit inferre. Quòd autem non oĩa quæ sunt eiusmodi causæ esse possint, per hoc ostendit, Oĩa autem sunt infinita: & non simul, cũ sint oĩa} sic.n. sunt infinita, vt quæ fiant in infinitũ. & ideo non sunt simul omnia. Quo ergo dici potest oĩa esse causas æternæ & continuæ mutationis, quæ neq; semper oĩa nec simul sunt? ea.n. quæ nondum sunt vel non sunt amplius quo eius quod est causæ fuerint? Quòd aũt nec sic sunt oĩa, vt sint qdem oĩa vnius & eiusdem, alia autem alius partis, vt hoc quidẽ huius, aliud autem alius, quẽadmodum ea quę nunc sunt, eorũ quę sunt nunc, & ea quę deinceps, eorũ quę deinceps in progressu ostendet. existimo aũt posse ẽt sic colligi ex eis quæ dicta sunt, q; neq; vnũ ex ĳs quæ non sunt æterna, neq; oĩa sunt causæ continui & æterni motus. Cùm.n. sumpsisset q; sic haberet, hoc est, causam esse motus continui & æterni, est æternum necessariò, vel vt scribunt Alexander & Themistius, æternũ & necessariũ: etenim necesse est vt eius quod est æternum semper causa sit: affirmatiuæ huic propositinni negatiuã adĳcit propositionem, quæ dicit, vnũquodq; in quod cadit ortus & interitus, & quæ sunt hmõi, nnn est ęternũ: ex quibus colligi, q; vnum in quod cadit ortus & interitus, & quæcunq; sunt eiusmodi, non sunt causæ motus continui & æterni. Sed q; vnũquodq; quidẽ in quod cadit ortus & interitus, non sit æternum, ostendere esset superuacaneum. Quòd autem nec oĩa sint æterna, ostẽdit per hoc quod sunt infinita: & ita infinita vt quæ fiant in infinitũ, & non sint simul oĩa. cùm fiant enim aliàs alia, non sunt simul oĩa. quare nec sunt omnia ęterna. si.n. essent ęterna, simul essent oĩa. & nõ nunc quidem alia. deinceps aũt alia. Clarũ est ergo, inquit, q; etsi millies, hoc est, in infinitũ, talia principia ex ĳs quæ sunt immobilia qdem sed mouẽt, cuiusmodi sunt ea quę sunt immobilia in ĳs quæ per se mouentur, hoc est, aĩæ animalium: quinetiã multa eorũ quæ sunt per se mobilia, quæcunq;.n. sunt sub Luna, alia quidẽ gignũtur, alia verò intereunt, cũ id quod præcessit semper causa sit generationis ei quod deinceps sequr: nulla est eñ causa ęterna prę ter vnumquodq; eorum. quod qdem habet & definit eorum mutationes, eis præbens vt nunquã deficiant. quod quidẽ neq; vnumquodq; eorũ quæ gignunt & intereũt, neque omnia simul possunt præbere. Id.n. quod fit deinceps, neq; est continuũ, neq; æternum. Demonstratum est autẽ motum esse æternum & continuũ. Cùm igitur ostendisset, q; neq; vnaquæq; eorum in quæ cadit ortus & interitus, neq; oẽs causæ motus, possunt motus æterni esse causæ, meritò subiunxit clarũ esse q; est aliqua æterna causa æternæ mutationis. Deinde addit q; hæc qdem causa æterna, ĳs quæ non æternę positæ sunt mouẽdi potestate præditę, causa est vt sint & moueãt. & ĳs quę sunt per se mobilia, in qbus ea quę sunt eiusmodi sunt mouendi potestate prædita, illa vt sint causa est. Hæc autẽ quæ sunt per se mobilia, sunt alĳs causæ motus, quæ mouẽtur quidem, nõ mouent aũt semper alia. siqdem eorum quæ mouent & mouent principium est id quod est per se mobile. ne eamus in infinitum, ante quodlibet quod ab alio mouetur ponentes id quod mouetur ab alio. Potest autem, HOC quidẽ his} dicere, æternũ mouendi potestate præditũ, ĳs quę semp & continenter mouentur. hoc est, ĳs quæ motu circulari mouentur. ea aũt ĳs quæ gignuntur & intereunt motus causæ sunt & generationis. Melius est aũt fortasse illud Hoc quidẽ his, audire de ĳs quæ sunt mobilia in ĳs quæ per se sunt mobilia: qm̃ de eis proximè loquebaẽ. Omnibus aũt quæ dicta sunt veluti conclusionẽ, subiungit breue quoddã et rectum connexum. Si.n. æternus est, inquit, motus: æternum ẽt erit id quod mouet, causa scilicet quæ primò mouet. Cũ ergo habeat antecedens confirmatũ, nempe ęternum esse motum, audacter subiungit id quod infertur, id esse æternum quod primũ mouet. etsi vnum qdem fuerit id quod ęternè mouetur, vnũ erit id quod mouet æternum: Sin autem plura sunt, quæ æterno motu mouentur: plura etiam sunt quæ mouent æterna. vnum est enim in vnoquoq; motu.

Caufam esse continui & ęterni mot⁹, est æternum & necessarium.

Vnum aũt potius, q̃ multa: & finita, q̃ infinita oportet existimare. Iisdem.n. euenientibus, semp ea quæ sunt finita potius sunt sumenda. In ĳs.n. quæ sunt natura, oportet potius esse id quod est finitũ, & id quod est pręstantius, si contingat, inesse potius, Sufficit autem, vel vnum, quod cùm sit primum eorum quæ sunt immobilia æternum, erit alĳs principium motus.

Est, inquit, ratinni magis consentaneum, vt sit potius vna prima causa quæ mouet, q̃ multæ. Multorum haud bona res dnminatus, quod qdem ipse in opere quod est post naturalia, quod vocant Metaphysica, de eo dicens, Hnmericè est effatus. Sin autẽ multa: magis est consentaneum existimare pntius finita q̃ infinita. Et causam adĳcit, qm̃ ĳsdem euenientibus sumenda sunt potius finita. Huius aũt rursus causa est, q; nporteat in naturalibus id potius inesse quod est finitum. qm̃ id infinito præstãtius: & vnũ multis. positum.n. est, naturã semper eorum quæ contingunt facere principaliter id quod est præstantissimum. Et ea de causa in primo huius npis, ĳs qui elementa infinita posuerũt, nempe Democrito, & Anaxagoræ, Empedoclem pętulit qui finita dixit, & nĩa tradidit quęcunq; illi tradidere per infinita. Hęc aũt dicit, ostensurus q; cũ sint multi continui motus finiti & non infiniti, est vnus qui est ante cæteros & continet alios, nẽpe inerrantis sphæræ motus. & causarũ quæ sunt præditæ mouendi potestate est vna supior. Ad quæ ẽt nunc respiciens, subiunxit, Sufficit vel vnũ, quod cùm sit primum eorũ quæ sunt mobilia æternum, erit alĳs principium motus. LVII

Finitũ infinito pstantius, & vnũ multis.

Clarum est aũt ex hoc quoq; necesse esse aliquid vnum & æternum quod primũ mouet. Ostensum.n. necesse esse semper esse motũ. Si autem semp: necesse est ẽt vt sit continuus. Etenim id quod est semper, est continuum. Id aũt quod deinceps sequitur, non est continuũ. Atqui si est continuus, vnus est. Vnus autem est, qui ab vno & eo qđ mouet, & ab vno eo quod mouetur. Si quid.n. aliud & aliud mouebit, non cõtinuus est vnus motus, sed deinceps sequr. XLIX

Cùm ostendisset esse aliquid quod primò mouet ęternum, in vnoquoq; eorũ quæ assiduè & ęternè mouẽtur, & esse rationi consentaneũ id vnum existimare: hoc ipsum ẽt per aliud argumentũ, quod per tria vel plura per modũ colligitur hypotheticum, sic ostẽdit. Si necesse est vt semper sit mntus: necesse est vt sit cnntinuus. Si necesse est vt semp sit & sit continuus & vnus motus: necesse est vt fiat ab vno ęterno quod mouet, & vno æterno qđ mouet. Si ergo necesse est vt semp sit motus: necesse est vt sit vnũ & æternum quod primò mouet. Atqui ostensum est antecedens. verum est ergo ẽt consequens. Et q; quidem si semper est, sit ẽt continuum, ostendit per hoc q; id quod semper est, continuũ quoq; est. Si enim intermittatur: non erit semp. Si est autem cõtinuus: est vnus. si sunt.n. plures: non est cõtinuus, sed qui deinceps sequitur. Si est ergo cõtinuus: nõ sunt plures, sed vnus. Quòd aũt non ita sit vnus vt ex ĳs quæ deinceps fiunt cõponatur qui est ęternus, clarũ est. siquidem cũ motum qui deinceps sequitur contingit etiã intermitti ac deficere. non enim necesse est vt post id quod est primũ statim sit motus, & fiat id qđ post ipsum mouet, nisi sit aliqua & ęterna & vna necessarię successionis causa eis quæ mnuent, quod quidẽ nunc introducit nratio. Quòd si non sit eiusmodi, contingit ẽt intermitti, & non statim ac interierit LVIII

Id quod primo mouet, esse æternũ, probatur argumento qđ colligit per tria hypothetice.

Quod semp est, est continuum.

Quod deinceps sequr non est continuum.

id quod

id quod primū mouit, esse id quod est post ipsum. Quòd si illud intermittatur ac deficiat, intermittetur quoq; motus ac deficiet. id aūt non potest fieri. Si autē fuerit continuus & vnus: fuerit ēt vnus numero. vnus autē est numero, vt prius ostensum est, qui est & vnius numero q̃d mouet, & vnius numero quod mouetur. neq;.n. si multa sint quæ mouent vnus est motus, sed est deinceps & per seriem consequens. quòd si ita est: nec si multa sint quæ moueant. in eorū enim quæ mouēt successione fit status. oportet.n. vnum quidem cessasse, alterū verò cœpisse. ita aūt diuellitur continuitas. Præterea aūt dictum est, q; nec ei necesse fuerit vt statim post id quod primū mouit sit id quod secundò mouet. non.n. plura quę sunt æterna mouebunt ex successione. ea.n. quiete indigent in continuitate operationis, quę in op̃ando laborāt ac defatigantur. laborant aūt ac defatigantur ea quę sunt mortalia. id autem quod est ęternū non laborat ac defatigatur. Præterea vt à non mouendo mutentur ad mouendū, oportebit ea moueri. Sed erāt imobilia, erant.n. prima. Per hęc autem ostendit, q; nec omnia quæ sunt mouendi quidem facultate prædita, sed non ęterna, possunt esse causę ęterni motus, mouendo ex successione. Ostendit autē prius quod nec omnia simul. Clarū est ergo ex ĳs quoq; quæ nunc dicta sunt, q; vniuscuiusq; motus continui ęternam causam mouēdi facultate præditā vnam esse vult. Ita autem etiā in opere quod dicitur Metaphysica, id est post naturalia, ex ĳs corporibus quę circulari motu continenter mouentur, numerū causarum quæ sunt quidem imobiles sed primò mouent, aggressus est inuenire. Meritò autem, vt puto, dubitauerit quispiam, q̃sio ei quod in principio ostensum est, necesse esse semper esse motum, sit consequens esse continuū. Id enim quod semper est, inquit, est cōtinuum: Id aūt quod deinceps sequitur, non est continuum. Atqui in his quæ præcesserunt ostēsum est motū non esse vt continuū, sed vt qui deinceps sequitur, semper esse. siquidē semper ante eam quæ prima fuit posita mutationē, aliam ostēdit priorē, & post vltimam; aliā posteriorem. motus aūt qui sunt eiusmodi, sunt deinceps et per seriem, non aūt continui. Si ergo vnum quidem semper est, vt dicit, continuū: id autem quod deinceps consequitur, non est continuum: colligitur categoricè in secunda figura, q; id quod deinceps sequitur nō semper est. Si ergo motus qui est ostensus erat deinceps: per illā ostensionem minimè ostēsum est semp̃ esse motum: neq; esse vnū. Quare neq; ostendetur esse vnum id quod mouet, vt nūc dixit, ex eo q; ostēsum sit necesse esse semper esse motum. Sic.n. semper esse ostensum est vt qui sit deinceps ac per seriē, sed non vt continuus. Fuerit ergo hmōi dubitatio. Fortasse autem dicendū est, ostensum quidem esse in principio, motū semper motū deinceps consequi. hoc.n. est euidens, vt quod sit in ĳs quę sunt nobis propinqua ac continentia quæ sunt sub Luna. in quibus necesse est vt ante quēuis motum sit prius alius, & post quēuis simul insit alius. Sumptum est aūt deinde ex positione, q; ante eum qui est semper deinceps, est is qui est semper continuus, qui est causa q; is qui per seriem ac deinceps seq̃tur, minimè possit deficere. Quod ergo hic dictum est, si aūt semper: necesse est vt sit continuus. id enim quod est semper est continuum: id aūt quod deinceps seq̃tur non est continuum } significat q; id quod deinceps sequitur, quatenus deinceps seq̃tur, non est continuum, neq; necessariò habet id quod est semper. Qm̃ ergo ostēsum est id motus quod deinceps seq̃tur in ĳs quæ sunt sub Luna non posse deficere: necesse est vt id q̃d non pōt deficere & semper est in eo quod deinceps sequitur, fit ex aliquo continuo. Si non esset.n. continuus & æternus cœlestis motus: motus eorū quæ sunt sub Luna, qui deinceps seq̃tur ac per seriem, non esset eiusmodi vt non posset deficere: nec æternus. Quòd aūt sumptum sit ex positione, Si ostēsum fuerit motū qui deinceps sequitur ac per seriē, non posse deficere, esse motum continuum,

Motus est vnus numero.

Aeterna plura non mouent.

Vniuscuiusque mot⁹ cōtinui vna est æterna causa.

Si mot⁹ semper est vt q deinceps sequatur, q̃ño q̃d semp̃ est, est cōtinuū.

Motus continuitas eorū q̃ sūt sub Luna, q̃ sit p̃ id q̃d est deinceps, dep̃det a continuo & ęterno motu cœlesti.

A

B

C

D

ostēdit ipse in progressu, cū dicit, Simul autem id quoq; quod nunc & prius positū est, q; contingit aliquem motum esse continuū & æternum, erit manifestum eadē via ac ratione } & ostēdit circularē motum ex alĳs motibus solum esse talē. Si ergo motus qui fit deinceps ac per seriem non pōt deficere in ĳs quæ sunt sub Luna: necesse est prius esse eū qui est prior natura, qui est continuus & vnus & æternus, & causa eius quod semp̃ est ei qui deinceps seq̃tur & fit per seriem: si sit aūt vnus & cōtinuus et æternus motus: & necesse sit vt id ēt quod ipsum mouet, sit vnū & æternum: meritò ex eo q; in principio ostēsum est semper esse motū qui fit deinceps, dicit ostendi necesse esse continuum & vnum esse motum, & id quod eum mouet esse vnum & æternum. siquidem vnus est motus qui fit ab vno quod mouet, & ab vno quod mouetur.

Et ex his crediderit quispiam esse aliquid primum imobile, & rursus si respexerit ad eorum quæ mouent principia. Atq; esse quidem nonnulla ex ĳs quę sunt, quę aliq̃n quidem mouentur, aliquando verò quiescunt, apertum est. & per hoc euasit manifestum, q; neq; omnia mouentur, nec omnia quiescunt. neq; alia quidem semper quiescunt, alia verò semper mouentur: eorum.n. ostendit esse aliqua quæ sunt anticipi-tia, & potestate prædita vt aliquando quidē moueantur, aliquando verò quiescant. Qm̃ autem quæ sunt talia, sunt manifesta omnibus: voluimus aūt etiam duorum vtranq; ostēdere naturam, q; sunt nōnulla quidem immobilia, nōnulla verò quæ semper mouentur: ad hoc aūt procedentes, cùm etiam posuissemus quidq̃d mouetur, moueri ab aliquo, idq; vel esse imobile, vel moueri, & semp̃ moueri vel à seipso, vel ab aliquo alio, processimus ad sumendū q; eorum quæ mouentur est principium: eorum quidem quæ mouētur, quod ipsum seipsum mouet: omnium autem, id quod est imobile. Videmus autem vel apertè ea esse eiusmodi quæ ipsa seipsa mouent. quemadmodum animatorum genus & animalium. Hæc autem effecerunt quoq; vt exoreretur opinio, num contingat ingenerari motum qui non erat omnino, propterea q; nos in eis videamus hoc euenire. Nā cum aliquando essent immobilia, rursus mouentur vt videtur. Hoc autē oportet sumere, q; ea vno motu L
mouent, & q; eo nō propriè. non.n. ex ipso causa est. sed insunt alĳ motus naturales animantibus, q̃bus per se non mouentur. quēadmodum augmentum: diminutio: respiratio, quibus mouetur vnūquodq; animalium, quod quiescit & non mouetur motu qui est à seipso. Huius autem causa est ēt quę continet multa eorum quę ingrediūtur. quemadmodum nōnullorum nutrimentum. Dormiunt.n. dum concoquitur: dum aūt excernitur, expergiscuntur & seipsos mouent, cū sit primum extrinsecùs principiū. Quare non semp̃ à seipsis mouentur continenter. aliud est.n. quod mouet, dum ipsum mouetur & mutatur in vnūquodq; eorum quæ mouent seipsum. In his autē omnibus mouetur id

quod primum mouet, & id quod causa est vt ipsum seipsũ moueat ex seipso. sed per accidẽs. locũ.n. mutat corpus. quare id ẽt quod est in corpore, & qđ seipsum mouet in vectis ꝓtrusione.

LIX Cùm ostendisset multis modis esse aliquod primũ mouens immobile, crediderit, inquit, etiam hoc quispiam, si ad eorum quæ mouent principia respexerit. hoc est ad animas quæ sunt in aĩalibus, quæ videntur esse ipsa principia & immobilia principia motuum. Si enim ipsæ nec videntur esse principia cuiusuis motus animalis: neq;.n. augmenti, nec diminutionis, nec respirationis: sed si sunt vtiq;, solius motus qui fit per locum ex impulsione & appetitione causæ sunt animãtium animæ: & nec eius sunt propriè principia: nam ostendetur eius quoq; esse principia extrinsecùs: neq; sunt omnino ĩmobiles, sed mouentur per accidens, vt quæ moueantur vnà cum ijs quę à se mouenẽ corporibus: videlicet ipsę non sunt propriè principia motus, sed ante eas est aliquod aliud. Talis est ergo ordo ac cõnexio propositæ argumentationis. Cũ autem dixisset ꝙ ex ijs quæ ante dicta sunt crediderit quispiam esse aliquid primum ĩmobile, & rursus si respexerit ad principia eorum quæ mouent, cõuertit orationem ad viam ac rationem per quã inuenta sunt principia motuum. vbiq; autẽ id quod est manifestum fit obscuri principium. Qm̃ ergo est manifestum, ꝙ quædam ex ijs quæ sunt, aliquando quidem mouentur, aliqñ verò quiescũt, sicut videntur animalia & corpora naturalia, ad loca quidem propria moueri naturaliter, in ijs autẽ ſm naturam quiescere: idem autem ostenditur etiã ex ijs quæ mouentur præter naturam: motus.n. qui fit præter naturam, est excessus à quiete quæ est ſm naturam, quæ fit violenter. & per hoc, inquit, euasit manifestum, quod neq; omnia quæ sunt, semper mouentur, vt visus est dicere Heraclitus: neq; omnia semper quiescunt: neq; alia quidem semper quiescunt, alia verò semper mouentur. Nam quę aliquando quidem mouentur, aliqñ verò quiescunt, refellunt has partes diuisionis. Cũ hæc autem sint ea quę aliquando quidem mouẽtur, aliqñ verò quiescunt, & sint aperta, quærit omnino oratio, an cũ hæc media & ancipitia seu quæ vtrunq; participant sint in ijs quæ sunt, sint ẽt extrema, alia quidem semper immobilia, alia verò quæ semper mouentur. Et procedentes ad hoc ostendẽdum, posuimus quidquid mouetur moueri ab aliquo. quod ẽt ostensum est in libro præcedẽti. Quod autem mouet, vel sit immobile necesse est, vel moueatur. et si mouetur, vel à seipso, vel semper ab alio. adeò vt semper id quod mouet, moueatur ab aliquo extrinsecùs. Cùm hoc ergo sit absurdum, ne eamus in infinitum, apparuerunt duo principia eorũ, quæ mouentur: propinquum quidem ac continens id quod seipsum mouet: omniũ autem id quod est immobile. & quidquid est per se mobile, visum est habere id quod mouet ĩmobile. Non solum aũt ex ratione inuentum est id quod est per se mobile, vt quod sit necessariò ante ea quę mouent & quæ mouẽtur, ne eamus in infinitum: sed ẽt ex sensu clarum est esse quædã ex ijs quæ sunt quę mouentur & quæ stant, quæ non habent extrinsecùs id quod mouet, & id quod sistit, sed in seipsis. quẽadmodum animantia, & in sũma quæcunq; habent animam. Etenim plantæ quoq; intrinsecùs nutriuntur & augentur & diminuuntur. Quæ sunt.n. naturalia, et si in se ipsis habeant principiũ motus, non vt quod pertineat ad mouendũ habent principium, vt prius dictum est: sed ꝙ eis sit ĩnatum vt moueãtur. Dictum est.n. ꝙ quę sunt naturalia, habent principiũ motus, non mouẽdi, nec faciendi, sed patiendi. Quòd aũt animantia, & in sũma ea quę sunt animata, existimentur per se mobilia, hoc signũ adducit, ꝙ ex his dubitetur num motus sit eiusmodi vt in eũ cadat generatio: vtpote ꝙ in his apertè fiat motus qui non erat prius. videbantur.n. ea quæ erant aliquãdo immobilia mutari ex seipsis in id vt moueantur. Aduersus

Animas non esse propriè prĩcipia motus, cũ eius quoq; principia sint extrinsecus.

E quam dubitationem quæ obijcitur aduersus id ꝙ motus sit ingenitus, obstitit in principio libri, ostendens nõ esse animalia immobilia, quandoquidem non moueanẽ motu qui est ex seipsis. is autẽ est qui ex appetitione fit trãsmittendo seu transeundo. Cùm tunc autem de eo dicere distulisset, vt qui de eo esset postea dicturus aptius, nunc dicit, alia via ac ratione ostendẽs, ꝙ quo motu seipsa mouent animalia, non prius quiescentia, perfectè incipiunt seipsa mouere. sed cùm in eis insit quidam motus, qui ab aliquo eorum quæ sunt extrinsecùs, ingeneratur, ab illo & ex illo fit eis mutatio in suum motum. vnus enim est motus, vt etiam prius dixit, quo seipsa mouẽt animalia, qui est per locum transmittens. Et ne eo quidem propriè & omni ex parte ex seipsis mouentur. non est enim in eis primum talis motus principium. Sed mouẽtur quidem aliquibus alijs motibus naturaliter, & nõ ex seipsis. vt eo qui est per augmentum & diminutionẽ, & eo qui est per respirationem, & somnum et expergefactionem.
F quorum motuum non ipsum sibi planè causa est animal, sed corpus quod circulari motu circumagitur. Et respirationis quidem id quod continet, nempe aer: augmẽti autem & somni & expergefactionis ac vigiliæ causa est nutrimentum. Dum enim ipsum concoquitur, dormiunt animantia, propterea ꝙ sensuum instrumenta occupentur à nutrimenti exhalationibus, quæ pondere humiditatis aggrauant, & non permittunt vt per ea opereẽ animal. Rursus autem post concoctionem, dum redduntur subtilia & mouentur excrementa, à somno excitatur animal, & tunc seipsum mouet cũ sit primum principiũ extrinsecùs. Quòd enim ad somnũ mota sint, causa fuit nutrimenti concoctio, & motus exhalationis. qui nõ est ex ipso animali absolutè, sed ex nutrimento, & ex naturali operatione: sed non ea quæ fit ex appetitione. Quòd autem animãtia quidem & nutrimento & somno opus habeant, non possint autem dum dormiunt, simul etiã moueri eo motu qui est ex seipsis, id causa est aĩalibus quo-
G minus se moueant continenter. Cùm autem dixisset, CVM sit primũ extrinsecùs principiũ } subiũxit, ALIVD enim est quod mouet, quod ipsum quoq; moueẽ & mutatur ad vnũquodq; eorum quæ seipsa mouent. } Aliud autem dicit corpus quod circulari motu circumagitur. id enim est quod ea mouet quæ extrinsecùs incidunt, & suo continuo motu mutat ad vnunquodq;: hoc est conuenienter vnicuiq; eorum quæ sunt sub Luna quæ sunt per se mobilia. Mouet autem ea quæ extrinsecùs incidũt naturalibus motibus, vtputa ijs qui fiũt per alterationem. Dum enim ab illo calefiunt vel refrigerantur ea quæ incidunt, vel aliqua alia mutatione mutantur quæ conuenit ijs quæ per se mouenẽ, mouet ipsa. Et ideo non se continenter mouent animantia. quoniam sequuntur principia mouendi potestate prædita quæ incidũt extrinsecùs, & opus habẽt & quiete & somno. Per hoc autem, quòd neq; cùm sint aliquando immobilia animalia contingat mouere seipsa, quinetiam huius motus quo videnẽ mo-
H ueri ex seipsis extrinsecus sit prima causa, quæ mouetur & mutatur ad vnumquodq; ipsorum ab aliquo semper mobili: perẽptum est fieri in animalibus generationem motus, qui prius non erat omnino. Cùm autem ostendisset per ea quæ dicta sunt, non esse propriè principium motus id quod mouet in ijs quæ sunt per se mobilia, quoniam hoc quoq; principiũ motus habet extrinsecùs: deinde ostendit ꝙ nec propriè quidem est ĩmobile id quod mouet in ijs quæ sunt per se mobilia. In his.n. omnibus id quod primum mouet, hoc est, anima, quæ causa est vt ipsum seipsum moueat: per animam enim est animal per se mobile: hoc ergo, quod primum mouet, mouetur à seipso per corpus intermedium: per accidens autem seipsum mouet tali motu. Id enim quod corpus mouet, facit vt mutetur locus à sua ipsius tanquam cuiusdam vectis protrusione. & simul mutat locum cùm ipsum sit in corpore. adeò vt veluti vectis cuiusdã protrusione seipsum

Aĩalia quomodo seipsa moueant.

Animalium sunt quidam motus naturales, & non ex seipsis.

Respirationis augmenti, somni, expergefactionis causæ.

moueat,

Motus corporis cur vecti assimilet.

moueat, sed per accidens: nempe ideo φ moueat corpus in quo est. Vectis aũt protrusioni assimilauit motũ corporis qui fit ab anima in aïalibus, Vel φ anima quoq; habeat extrinsecus causam mouendi corporis, quemadmodum vectes qui sunt instrumenta eorum quæ primò mouent: vel φ vectes semp ad moti mouent ea quæ truduntur, & non separati. Ita aũt anima quoq; dum semper est cum corpore, ipsum mouet: vel potius propterea quod violentus, & non ſm naturam sit corpori talis motus. Alius est enim motus qui est ſm naturam vniuscuiusq; eorum quæ sunt in corpore elemẽtorum, terræ quidem, deorsum, ignis verò, sursum. quocirca laborant etiam ac defatigantur dum mouẽtur eo motu qui proficiscitur ab anima, & non possunt diu sufficere. Atqui ea quæ motibus qui sunt ſm naturam mouẽtur ad sua loca, non defatigantur. Signum est autẽ, φ vnũquodq;, cùm est prope locũ proprium, mouetur celerius. Vectis autẽ protrusione dicit seipsum mouere, non principaliter, sed p accidens. principalr enim corpus mouet vectis ptrusione.

LII Ex quibus credi potest, φ siquid est eorum quæ sunt quidem immobilia, mouẽt autem, & ipsa mouentur per accidens: vt cõtinuo motu moueat nequit fieri. Quare si oportet motum esse continenter, oportet esse aliquid quod primum mouet immobile, & non per accidens. si, vt diximus, futurus est in ijs quę sunt motus aliquis nõ cessaturus & immortalis. & mãsurum est id quod est in seipso, & in eodem. manente enim principio, necesse est vt etiam totum maneat cum sit principio continens.

LX Cùm dixisset id quod est mouendi potestate præditũ in ijs quæ sunt per se mobilia cũ sit per se immobile, ipsũ quoq; moueri per accidens, dum vnà mouetur cum corpore, quod & nutrimento & somno & expergefactione indiget, & ideo motu non mouetur continuo: collegit φ si quid sit eorum quæ sunt immobilia quidẽ, mouent aũt etiam seipsa per accidẽs, ne fieri quidẽ possit vt id motu moueat continuo per accidens, de mortalibus animantibus loquens, quæ nutrimẽto & somno indigent, & ideo continuo motu moueri nequeunt qui conuenit animantibus, qui ex appetitione & voluntaria impulsione est p locum transmittens. si enim corpora quæ mouentur non habent à natura insitum vt cõtinenter moueantur: neq; id quod mouet, mouet cõtinenter, nec ipsa corpora, nec seipsum per accidẽs, eo φ sit in corpore quod mouetur. Huic ergo ostenso, φ quæ sunt in ijs quæ sunt per se mobilia immobilia quidem, sed mouẽdi potestate prædita, non moueant motu continuo, coniungit aliud argumentum, quod ostendit φ in ijs quæ sunt mouendi potestate prædita in ijs quę sunt per se mobilia, oportet esse aliquã aliam magis propriã causam motus. Si enim necesse quidem est vt sit motus cõtinuus: quæ autem in ijs quæ sunt per se mobilia sunt mouendi potestate prædita, fieri non potest vt motu moueãtur continuo, vt quæ per se qdem sint immobilia, moueantur autem per accidens: oportet esse id quod primum mouet, per accidens autem nõ moueatur. hoc enim significat illud Immobile per accidẽs. Oportet ergo, inquit, esse talem causam. siquidẽ futurus est, vt ostẽsum est, non cessaturus aliquis in ijs quæ sunt, & immortalis motus. continuus enim est qui est eiusmodi. qui enim nõ est continuus est interruptus. Quod aũt mouetur per accidẽs, vt quod transit à loco in locum (de eo enim nunc agitur) non mouet motu continuo. quoniã nec ei quod ab ipso mouetur innatum est vt continenter moueaẽ. & si maneat, inquit, id quod est ipsum in seipso, & in eodẽ. non est enim aliquid præter id quod est. mundum aũt dicit id quod est. Quocirca est in seipso & in eodem, à loco in locũ non transiens, & vt qui non fiat alius ex alio. nam & per formam substantiæ manet in eodem & per qualitatẽ motus. id enim quod circulo mouetur, in eodẽ manens mouetur. & ita demum, inquit Alexander, ne per accidens quidẽ potuerit moueri id quod mouet, si id quod ab ipso mouetur, in eodẽ manens moueaẽ. Si enim totum quidem, in quo est id quod est eiusmodi, est mouẽdi potestate præditum: id aũt manet in eodem: per partes enim ei quod circulo mouetur est motus: nec id quidẽ quod est in ipso, vtiq; à seipso moueatur per accidens. quo enim motu mouet corpus, is non fit per totius in quo est mutationẽ, vt fit in mortalibus animantibus, quæ veluti vectis protrusione mouentur ab anima, tota loca mutantia. Non enim per partem aliquam eius quod circulo mouetur dicemus esse id quod est mouẽdi facultate præditum. cur enim magis hoc φ hoc, cùm oẽs ab eo moueantur similiter? Siquis autẽ, inquit, rogarit, quo erit ergo i toto? dicemus φ queadmodum posuerit is qui dicit eẽ in parte eius quod mouetur. neq; enim est corpus, vt terminatum aliquem locum occupet. non est aũt mirandum si incorporea aliqua natura & substantia simul fuerit in toto aliquo. Æternitatis autẽ eius quod mouetur, causa est id quod primum mouet. hoc enim significat illud, Manente enim principio necesse est vt ẽt totum maneat, cùm sit continens principio. } Manserit aũt principium, si neq; per accidens moueatur, neq; per se. Et quoniã quoduis propriè principium est æternum: si enim pereat principium, neq; ipsum aliqñ ex aliquo, neq; aliud fiet ex illo, vt dicit Plato: quin etiã est vniuersum continens principio, hoc est, proximè ac continẽter & citra vllum medium ab æterno moueẽ principio: necesse est vt id quoq; maneat æternum. nam cùm principium semper moueat similiter & eodem modo, fieri nõ potest, quin, id quod proximè ac continẽter mouetur, sit æternum. Si id enim intereat, ne φ fuerit illud, vtiq; principium, neq; semp mouẽs. Principium. n. semp est cum eo cuius est principium: & id quod mouet cum eo quod mouetur. Non dicit autẽ nunc priuatim de primo cœlo, quod pximè ac cõtinenter ab eo moueẽ, ipsum esse æternum: hoc enim ostendet in ijs quæ deinceps sequunẽ: sed cõiter vniuersum & mundũ sic esse æternũ, cùm oĩa quę in ipso moueanẽ, ex illo habeant principium motus.

Mundus manet in eodẽ, & per formã substãtię, & per qualitatem motiũ.

Quomodo motus sit in toto.

Incorporea natura põt esse in toto aliquo.

Principium est æternum, ex sñia Platonis.

Quę sunt immobilia, & se mouent p accidẽs, non possunt motu moueẽ cõtinuo.

In ijs q̃ sunt per se mobilia, oportet esse aliquam magis, pprĩã cãm motus, cum quod in eis mouet, non moueat motu continuo.

Non idem est autem moueri per accidens à seipso & ab alio. Id enim quod ab alio, inest etiã nonnullis principijs eorum quæ sunt in cœlo, quę pluribus feruntur lationibus seu motibus: Alterum autẽ, in ijs solũ in quæ cadit interitus.

LXI Cùm ipse dixisset φ in ijs quidẽ quæ sunt immobilia, mouent autẽ ipsa quoq; seipsa per accidens, fieri non potest vt motu moueant cõtinuo: poterat quiuis dubitare quo cœli qui ipsi quoq; sunt animantia per se mobilia, et habent id quod mouet per se immobile, et quod seipsum ne mouet quidẽ per accidens, sed per accidens mouetur ab alio, (nam qui errant, ab inerrante illius motu mouẽtur) continuo tamen motu mouentur. Hanc ergo soluit dubitationem, dicens, non idem esse moueri à seipso per accidẽs, & moueri ab alio. Ab alio enim moueri, inquit, inest etiã sphæris errantibus, quę alio quidẽ motu, nempe proprio, mouentur circa suos polos, alio verò sphæræ inerrantis, cùm circa illius polos proprij earum poli moueanẽ. & fieri potest vt cõtinuo motu moueantur, nempe à motu sphæræ inerrantis quæ continenter & mouetur & mouet. à seipsis enim non mouentur per accidens. qm̃ id quod mouet est in toto. totum autẽ non mouetur, per partes enim mouentur quæ mouentur circulo. & nõ per tota. Per accidens autẽ moueri à seipsis, inest ijs solis in quæ cadit interitus. Solum enim dictum est pro solis. Et Alexander quidẽ dicit aĩas quæ sunt in sphæris errantibus moueri per accidens. sed nõ à seipsis, sed ab ea quæ mouent eorum corpora. qm̃ sunt in his, quæ mouentur

Differt. moueri a seipso & ab alio p accidens.

Sphęrę errãtes mouẽtur ab alio.

Per accidẽs moueri a se ipsis, inest iis solis in q̃ cadit interitus.

Aĩas q̃ sunt in sphęris er

non ad

rantibus, dicit Alexander moueri ab ea anima q̃ mouet earũ corpora, per accidẽs.

non ad eadẽ ad quæ mouentur ab ĳs quę sunt in ipsis immobilibus. Prima autẽ, inquit, cã quæ est motrix sphęrę inerrãtis, neq; à seipsa neq; ab alia moueaẽ per accidens, q vno motu moueatur sphæra inerrans, idq; polis in eodem manẽtibus: aut q ne principium quidem sit forma corporis quod mouetur, sed substantia aliqua separata. Hęc ergo dicit Alexãder, qui oẽs alias animas existimat formas à corporibus inseparabiles. Sed hæc quidẽ examinare magis alibi conuenit.

Aliud ẽ moueri per accidẽs, & aliud moueri ab alio.

Operępretium est autem aduertere, num aliud quidẽ existimat Aristoteles moueri per accidens, id in mortalibus contemplans animantibus: aliud autẽ, moueri ab alio quod inest ĳs etiã sphæris quæ dicuntur errare. Nam quod mouetur per accideos, non potest esse æternum, qm̃ eius quod per se est, est quędam accessoria, vt ita dicam, substantia, & declinatio ab eo quod est principale. nulla aũt eiusmodi natura est ęterna: id aũt quod ab alio mouetur, vt vel principalẽ habeat rõnem potest fieri. Et ideo sic dixit Aristoteles, qm̃ non est idem à seipso moueri per accidẽs, & moueri à seipso: F non volens, vt puto, in eo quod ab alio mouetur, audire id quod mouetur per accidens.

At verò si est aliqd semper huiusmodi quod moueat quidem, immobile aũt sit ipsum & ęternum: necesse est vt quod etiam primum ab eo mouetur sit æternum. Est aũt hoc quoq; vel ex eo clarum, q non sit aliter aliĳ generatio interitus & mutatio, nisi quid quod mouetur mouerit. Id enim quod est immobile, eodem modo semper mouebit vno & eodem motu, vtpote quod ipsum nihil mutetur ĩ id quod mouetur. Id autem quod mouetur, ab eo quidem quod mouetur, sed quod ab eo quod est immobile iã mouetur: propterea quòd ad res se aliter & aliter habeat, non erit causa eiusdem motus. sed G propterea quòd sit in contrarĳs locis vel formis, efficiet vt vnumquodq; ex aliĳs moueatur contrariò: & aliquando quidem quiescat, aliquando verò moueatur.

LXII Postquã ostendit primum q semper sit motus, & neq; vnquam factus sit motus cùm prius non esset, neq; vnq̃ interit in hoc vt nõ sit motus: & deinde ostendisset q id quod in vnoquoq; motu primò mouet, vt adĳcit Eudemus, immobile esse oportet & per se & per accidẽs, esse autẽ etiam æternum vt cãm æterni motus: dicit necesse esse, vt id quod primò mouetur ab eo quod est mouendi potestate præditum, quod est immobile & æternum, sit æternum. simul enim est inter se inuicem id quod mouet vt quod mouet, & id quod mouetur vt quod mouetur.

Quod ab immobili & ęterno mouetur, est æternum.

Ipse autem huius quoq; aliam adĳcit demõstrationem. Cùm enim ut quod sit in cõfesso sumpsisset esse in ĳs quę sunt generationẽ & interitum, subiungit eiusmodi cõne H xum. Si non est aliquid æternum quod mouetur & mouet: non fuerit semper generatio & interitus. Atqui ea sunt. Est ergo æternũ quid, quod mouetur & mouet. Et assumptionem quidem, vt dixi, quę dicit q est semp generatio & interitus, posuit vt quę sit in confesso: generationis enim non fuerit generatio: Connexum autem sic probat. Id quod gignitur & interit, eo omnino quod mouet opus habet. Aut ergo sit immobile vel moueatur id quod mouet necesse est. Sed id quidem quod est immobile, vt quod sit immutabile, mouebit eodẽ modo, adeò vt vel gignatur solùm vel intereat: Id aũt quod mouetur ab immobili, eo q gignatur in locis cõtrarĳs, & id quod est generãdi facultate præditum adducit quidem aliqñ, aliqñ verò amouet, vt dicitur in opere de generatione et interitu, non erit causa eiusdẽ motus: sed efficiet vt vnũquodq; ex aliĳs contrariò moueatur, & idem aliqñ quidẽ

E quiescat, aliqñ verò moueatur. Verum est ergo, q si nõ est aliquid quod moturum sit cùm ipsum moueatur, nõ erit semper generatio & interitus. et videlicet est etiam æternum quod tales mouet motus, & ipsum quoq; mouetur. si enim semp sunt ipsi motus, id quod eos mouet semper esse oportet. Si enim non sint æternæ horum motuum causæ, sed gignantur & intereant: rursus quæretur alia causa generationis eorum & interitus: & illa rursus non fuerit quidem immobilis: Si autem moueatur: vel semper, erit æterna: vel eiusmodi vt in eam cadat ortus & interitus. & rursus est eadẽ quæstio. Semper enim cũ id quod est in generatione debeat habere aliquã causam per se mobilem, si non futurus sit progressus in infinitũ, erit aliquid per se mobile ęternum, quod ab eo quod primum mouet quod est immobile & æternũ mouetur continenter. ita enim est motus continuus & æternus: & generatio & interitus: & quę fit in se inuicem nunq̃ cessans corporum mutatio. Cùm aũt dixisset id quod mouetur F ab immobili, adiecit, VEL quod iam mouetur} qm̃ ab eo quidẽ quod est immobile proximè ac cõtinenter mouetur sphæra inerrans: ab inerranti aũt quod iam mouetur, id quod errat. IN cõtrarĳs autem locis vel formis} dicit, qm̃ nobis quidem Sol aliqñ & alia astra appropinquant, propter Zodiaci inclinationem, aliqñ verò recedunt: & similiter etiam se habent in regionibus australibus. & aliqñ quidem fiunt altiora, aliqñ verò terrę viciniora: In contrarĳs sũt formis, frigidioribus vel calidioribus, qm̃ ex diuersis suis posituris, has contrarias formas, & eas quæ sunt eiusmodi, efficiunt. Fortasse aũt dixerit quispiã ea quæ sunt in Phędro Platonis hic † simare Aristotelem, cùm ille dicit, Quæuis anima cuiusuis inanimi curam gerit. totum aũt cœlum obit, cùm sit aliàs in aliĳs formis. Nam pro contemplatione formarum quæ illic sunt, cùm sint diuersæ, fiunt quoq; diuersi motus. & quæ fit ex motibus hic consistit differentia.

Zodiaci inclinatio facit varias astrorũ figuras & posituras.

Platonis locus ex Phędro.

† παρωδεῖν

Ex ĳs autem quę dicta sunt clarum etiã euaG sit id de quo dubitabamus in principio, quanã de causa non oĩa vel mouentur vel quiescunt: aut alia quidẽ semper mouentur, alia verò semper quiescunt, sed nonnulla aliqñ quidem sic, aliqñ verò non. Huius enim causa nũc est aperta: nempe q alia quidem mouẽtur ab immobili æterno, quocirca semper mutãtur: Alia verò ab eo quod mouetur & mutatur, quo fit vt ea etiam mutari necesse sit. Id autem quod est immobile, sicut dictum est, vt quod absolutè & similiter ac eodem modo & in eodẽ permaneat, motum vnum mouebit & simplicem.

Cùm causam cur aliqua eorum quæ sunt fiant & intereant, & aliqñ quidem moueantur, aliqñ verò quiescãt, dixisset esse, diuersam cœlestium motuum habitudinem H ac relationẽ, nobis reuocat in memoriã, q ex ĳs quæ dicta sunt solutum sit id de quo prius dubitatum est. Cùm enim soluit rõnes quæ videbãtur probare gigni motum cùm prius non esset, dixit esse dubium ĳs qui ponunt generationem motus, propter quãnam causam non omnia vel semper moueantur, vel semper quiescãt, vel alia quidem semper moueantur, alia verò semper quiescant, sed sint in mundo alia etiã quæ aliqñ quidem mouentur, aliquando verò quiescunt. Huius autem, inquit, causa nũc euasit manifesta. Quoniam enim alia quidem mouentur ab immobili æterno, necesse est ea semper moueri: alia autẽ ab eo quod mouetur & semper mutatur, necesse est etiam ea semper mutari. Id aũt quod est immobile, sicut dictum est, ꝓpterea q semper similiter se habeat, vnũ & simplicem & continuũ & ęternum mouet motum. Merito itaq; alia quidẽ sunt semper immobilia, quæ primò mouent & propriè: alia verò æterna, & quę semper mo-

LXIII Quãã sit cã cur alia sint immobilia, alia semper mobilia, alia vero aliquãdo moueãt, aliqñ qesçãt.

uentur

uentur similiter, quę proximè ac continenter mouentur ab immobilibus: alia verò quæ gignuntur & intereunt, & aliqñ quidē mouentur, aliqñ verò quiescunt. quæ mouentur ab ijs quæ semper quidem mouentur, habent aũt aliàs aliam relationem & habitudinem.

CAPVT VII.

LXII VErumenimuero ijs etiam qui aliud fecerint principium, hæc erunt magis manifesta. Considerādum est enim vtrum aliquem motum contingat esse continuum, an non. et si contingit, quisnam is sit, & quis primus ex motibus. Clarum est enim, ꝙ siquidem necesse sit semper esse motum, is est autem primus & cõtinuus, ꝙ id quod primum mouet, mouet hũc motum, quem necesse est esse vnum & eundē & continuum & primum.

LXIII Quisnā motus sit æternus.

Cùm ostēdisset ꝙ si in cōfesso fuerit motum esse æternum, necesse est etiam id quod primò mouet esse æternũ & id quod primò mouetur: deinceps ostendit quisnā ex motibus possit esse æternus et cõtinuus. clarum enim est ꝙ & eum motum mouebit id quod est æternum mouēs, & eo mouebitur id æternum quod mouetur. Est aũe rationi consentaneũ, vt sit magis æternus & cõtinuus primus ex motibus, quàm ij qui sunt illo posteriores. Quęrit ergo quis sit primus ex motibus. Et cùm diuisisset species motus, ostēdit ꝙ qui est per locũ motus, est primus ex motibus, per oīa primi significata: & eius qui fit per locum, motus qui fertur circulo. qui solus fieri potest vt sit æternus & continuus. Quare & primum eorum quæ mouentur & æternum erit corpus quod circulo circũfertur. & id quod primũ mouet, quod ipsum quoq; est æternum, ipsum mouebit proximè ac continenter. Cum eo ergo ꝙ id quod circulari motu circũagitur primò & ęternè mouetur, vnà etiam demonstratur, ꝙ id quod primò mouetur, & id quod primò mouet, est ęternum. Quocirca dicit etiā hoc fieri manifestum ex alio principio, quod apparet vnà cum eo ꝙ id quod primò & æternè mouet fit corpus quod circulari motu circumagitur. Dicit aũt esse principium considerationis, vtrum contingit motũ esse continuum, an non. & si contingit, quisnam is sit. Is autem primus quoq; est ex motibus. Sed cùm illud, quidem, An motum contingat esse cõtinuum, in præsentia distulisset, quæret paulò post. nunc autē ostendit quisnā sit primus ex motibus, cum quo vnà etiam ostendit quisnam sit continuus. Qui est enim continuus, est prior ijs qui non sunt continui. etenim æternus quoq; ijs qui non sunt ęterni. Cùm autem quęstiones ordine exposuisset (Quęstio enim An sit, prior est quęstione Quid est) deinceps ostendit ad quid sit sibi vsui ostendisse quis sit primus & continuus motus, effectu ac potestate sic ratiocinans. Si necesse est semper esse motum, quod quidem ostēsum est: is autem qui est æternus, primus est & continuus (prior enim est is qui est æternus & cõtinuus ijs qui nō sunt huiusmodi) si ostendero quisnam is sit, videlicet id quod primò mouet, eum motum mouet proximè ac in eodem ordine, qui quidē solus ex alijs est vnus & idē & cõtinuus & primus. quoniam fit ab vno primò quod mouet continenter.

Cùm sint autem tres motus, & is qui fit per magnitudinem, & is qui per affectionem, & is qui per locum, quē vocamus lationem, hic sit primus necesse est. fieri enim non potest vt sit augmentũ, nisi prius sit alteratio. id enim quod augetur, potest quidem esse ꝙ simili augeatur; potest ēt esse quod dissimili. contrarium enim, nutrimentum dicitur contrario. accedit autē & A aggregatur quicquid est simile simili. Necesse est ergo alterationē esse eam quæ fit in contraria mutationē. Atqui si alteratur, oportebit esse id quod alterat & id quod facit ex eo quod est potestate calido id quod est actu calidum. Clarum est ergo, ꝙ id quod mouet non similiter se habet. sed est aliquando quidem propius, aliqñ verò longius ab eo quod alteratur. Hæc autem non cõtingit esse absq; latione. Si ergo necesse est vt semper sit motus, necesse est etiā vt latio sit prima ex motibus. et lationis, si vna quidem est prior, alia verò posterior: prior.

Cùm specie sint tres motus, is qui est per magnitudinem, hoc est per augmentum & diminutionem, & is qui per affectionem, nempe alterationis: ostensum est enim B eam fieri per patibiles qualitates: & is qui fit per locum, quem vocamus lationē: eum ostendet esse primum aliorum motuum. Et primum quidē ex argumentis ostēdit nec augmentum posse fieri absq; alteratione, nec alterationem absq; latione. Quare latio sm naturam est prima aliorum motuum. Si enim absq; ea quidē nullus est alius motus: latio aũt est absq; illis, vt ostēdetur: videlicet ipsa quidem alios motus vnà perimit: ab ipsis autem nō vnà perimitur. Quę sunt aũt talia, sunt natura prima. Sed ꝙ alteratio quidem sit ante augmentum, probat ex eo ꝙ id quod augetur, augeatur à nutrimēto: nutrimentum autē quod erat ab initio dissimile et quod nutritur & quodāmodo contrarium, vnde etiam dicitur nutrimentũ contrarium contrario, postea mutatum in contrarium, & ei quod nutritur assimilatum, aggregetur, et ipsum nutriat & augeat. Mutatione ergo opus est & alteratione. eam enim quæ fit in contraria per qualitatē mutationem necesse est esse alterationem. Naturalium aũt nunc dicit de C augmento, dicens augeri id quod augetur nutrimēti additione, ꝗ dixit in prædicamentis quadratum augeri circumpositione gnomonis. Quòd autem nec fieri possit vt alteretur aliquid si non sit latio, Siquidem id quod alteratur, alteratur ab aliquo quod alterat & mutat ipsum ex eo quod est potentia in id quod est actu. Id aũt quod ipm mutat & alterat, videlicet non silr se habet in ipsum positura nunc cùm ipsum mutat, atq; prius cùm nōdum mutaret. Si enim similiter se habebat: cur nō tunc vnum quidem mutabat, alterum verò mutabatur? Localem ergo motum oportet prius fuisse, vel vtroq;, nempe & eo quod alterat & eo quod alteratur, vel omnino quidē certè altero horum: vt vnum quidem alteret, alterum verò alteretur. non fuisset enim nutrimentum concoctum & alteratum, si in suo loco mansisset. sed ipso allato, illud quidem est alteratum, quæ est autem in nobis concoquēdi facultas alterauit. Latione ergo opus est si est peragenda alteratio. Et concludens orationem, s t ergo, inquit, D motus semper sit necesse est: necesse est vt etiam ostensum sit lationem esse primā ex motibus. } Qui est enim primus sm naturam, alijs etiam fuerit magis æternus. Quòd si etiam lationis vna quidē est prior, alia verò posterior: ostendetur autem motum circularem esse priorē eo qui rectà fertur: is sm naturam fuerit primus omniũ motuum. si quidem lationis quidem prima est ea quę fertur circulo, aliorum autem motuum latio.

LXIIII Localis motus ē primus aliorum motuum.

Augmentum nō fit sine alteratiōe, nec alteratio absque latione.

Circularis motus ē primus omniū.

Præterea autem omnium affectionum principium est condensatio et rarefactio. Graue enī & leue, & molle & durum, & calidum & frigidum videnē esse quædā densitates & raritates. Condensatio aũt & rarefactio, cõcretio & secretio, per quas dicitur etiam esse generatio & interitus substantiarum. Quæ aũt concrescunt &

secernuntur

fecernũtur, per locum etiam mutari necesse est. E Quinetiã eius quod augetur & diminuitur per locum mutatur magnitudo

LXV

Latio est prior mutatione quę fit p generationem & interitum.

Cõdensatio & rarefactio est principiũ omnium affectionum.

Hoc est secundum argumentum, quod ostendit lationem esse ante motus qui fiunt per alteratione̅, & eos qui per augmentum & diminutionem; & nõ solùm eos, sed eam etiã mutationem quæ fit per generatione̅ & interitum. Et q̃ sit quidem ante eos qui fiunt per alteratione̅, sic ostendit. Principium affectionum, hoc est mutationum, quæ fiunt per alteratione̅, est condensatio & rarefactio. Condensatio aũt & rarefactio est concretio & secretio: Condensatio quidem, concretio: Rarefactio autem, secretio. Eorum aũt quæ concrescunt & secernuntur seu segregãtur, est per locum mutatio. Principium ergo earũ quæ per alteratione̅ fiunt mutationum, est mutatio quæ fit per locum. Et q̃ omnium quide̅ affectionum principium sit condensatio & rarefactio, ostendit per eas quæ fiunt in vnaquaq; specie qualitatis. F Graue enim, inquit, & leue, & molle & durum, & calidum & frigidum, vide̅tur esse quędã densitates & raritates. Graue enim & durum & frigidum sunt densitates: Quę sunt aũt eis contraria, raritates. Sic aũt fuerit & album quide̅ & dulce sub raritate. qm̃ ea quoq; similiter atq; calidum vide̅tur esse prędita facultate secernendi ac segregandi sensus qui per se fiunt: Quæ aũt eis opponuntur, raritates. Quòd aute̅ condensatio & rarefactio sit cõcretio & secretio, cùm nomina sint diuersa in eade̅ re, clarum est. Cùm aũt dixisset condensatione̅ & rarefactionem cõcretionem esse & secretionem, adiecit, Per quas dicitur etiam substantiarũ generatio esse & interitus } ostendens q̃ nõ solùm alteratione̅ & augmentum, sed etiã generationem & interitum, præcedit ea quæ fit per locũ mutatio. Siue enim generatio & interitus est concretio & secretio, vt placuit Democrito, Anaxagoræ, & Empedocli, & quicunq; cũ prima corpora posuissent impatibilia, perfectè ex ijs gignebant alia, G vel quicunq; cùm vnum posuissent eleme̅tum, sicut Anaximãder, id quod inter hoc intercedit cõdensatum & rarefactum alia dicũt edere: ex eo quoq; verum est quod quæritur. Siue etiam per alteratione̅ est generatio & interitus, sic etiã rectè habet generationem & interitum peragi per concretione̅ & secretionem, siquidem omnem, vt semel dicam, alteratione̅ præcedit concretio & secretio. Cùm aũt dixisset, Per quas dicitur e̅t esse generatio & interitus, adiecit, substantiarũ. eæ enim sunt quæ propriè dicuntur generationes & interitus. Quinetiam dictum est de ijs quę per qualitatem fiunt & magnitudine̅, q̃ illæ per concretionem fiant & secretionem. Cùm aute̅ etiam per concretionem ostendisset & secretionem, q̃ ante alteratione̅, generationem, & interitum est quę fit per locum mutatio, ostendit quod eorum etiam quæ augentur & minuuntur per locum mutat̃ magnitudo. Non solùm aute̅ mutat locum id quod augetur & minuitur, dum id quod augetur quide̅, maiorem locũ occupat, id aute̅ quod minuitur, minorem, sed etiam nu- H trime̅tum, à quo augetur id quo augetur, per locũ necesse est mutetur. adeò vt simul cum eo quod nutritur & augetur moueatur nutrimentũ. Et rursus si fiat diminutio, oportet aliquid separatum esse ab eo quod minuitur.

Eorum q̃ augentur & minuuntur, per locũ mutat̃ magnitudo.

Lationẽ esse priorẽ augmento et diminutione, p bal per concretiones et discretionẽ.

Operæpretium est aũt aduertere num eade̅ via ac ratione quę sumitur ex concretione ac discretione, ostenditur eam quæ fit per locum mutatione̅ esse ante id quod augetur & minuitur. Nam eorum quoq; est per locum mutatio magnitudinis, cum eius quide̅ quod augetur, ei concilietur ac coeat nutrimentum: eius aute̅ quod diminuitur quædã ab eo substantia secernatur. Vult aũt hic quoq; Aristoteles cum suo præceptore consentire. Plato enim in decimo de legibus, dicit motum per locum esse primũ omnium. ex eo aũt consistere concretionem & secretionem. & ex eo augme̅tum & diminutionem. Occurrentia enim, inquit, ea quæ per locum moue̅tur vndequaq;

Motum per locũ esse primũ omnium dicit Plato in decimo de legibus.

E singulis, per ea quidem quæ stant dissecantur: per ea aũt quę ex aduerso occurrunt & feruntur, in vnũ coacta quę sunt intermedia & inter ea intercedunt cõciliant̃. Quinetiam conciliata quidem augentur, secreta verò ac seiuncta minuuntur. Ab hoc aute̅ augmento dicit consistere generationem, & à diminutione interitum.

LXVI

Præterea hinc quoq;, considerantibus, clarũ erit lationem eẽ primum motũ. Primum enim sicut in alijs, ita etiam in motu dici potest multis modis. Dicitur enim id quod est prius, nec si non sit erunt alia: illud autem absq; alijs. Et id quod tempore. Et id quod substantia.

LXVI

Prius quot modis dicat̃.

Aggressus etiam alia tradere argumenta, quæ ostendunt q̃ primus ex motib⁹ est latio, diuidit eius quod est, Prius, significata. quod quide̅ cùm ab initio prætermisisset, nunc impleuit. & omnibus modis quibus Prius dici F tur propriè, ostendit lationem esse primum aliorum motuum. Tres autem modos prioris hic exposuit. Dicitur enim aliquid prius natura, quod si non sit, nõ erunt alia: illud aute̅ absq; alijs. Et tp̃e prius, que̅admodum id quod superiore anno factum est eo quod hoc anno. Et id quod substãtia, quod quidem est perfectius. eo enim quod est imperfectum prius est id quod est pfectum. Tale est aũt id quod propriã accepit substantiam. Dici aũt poterit, inquit Alexander, propriè substantia prior motus, qui eius quod mouetur non attingit substãtiam, neq; eorum quæ ei insunt aliquid, sed fit eode̅ omni ex parte manente eode̅. quod quidem est is solus qui est per locum. Horum ergo significatorum prioris hic meminit: In prædicamentis aũt præter id quod est prius natura, & id quod est prius te̅pore, posuit alia prioris significata. Nam illic quoque dicit esse aliquid ordine prius vel positura. & id quod est honorabilius. & eorũ quę conuertuntur in eius quod est esse consequentia, id quod alteri quomodocũq; G ve sit causa est. quemadmodum patrem filij: & in summa causam eius quod est effectum. In quarto autem operis, quod Metaphysica, hoc est post naturalia dicitur, exponit plures modos prioris & posterioris. Nam & id quod est propinquius principio, quod in vnoquoq; genere vel natura vel ad aliquid relatum est definitum, prius dicit̃. Et id quod est longius, est posterius. que̅admodum in loco q̃ sit prope locum alique̅, vel natura definitum, vt puta medium vel extremum, vel ad quodlibet relatum. Id aũt quod est prius tempore, si cum eo quod nunc est conferatur, in pręterito quidem prius est id quod est ab ipso Nunc remotius: que̅admodum troiana sunt priora medicis: in futuro autem, id quod est ipsi Nunc propinquius, est prius. quemadmodum dies crastinus est prior eo qui ipsum sequit̃, cùm ipso Nunc vt principio & primo vsa sint. Tertium aũt dicit id quod motu prius est. que̅admodum puer est viro prius, quia est propius ei quod primũ mouit. est enim ipsum quoq; absolutè principium. Quar H tum aute̅ est id quod est potestate. quod enim potestate superat, est prius & potentius. tale est aũt, cuius ex instituto & libera electione necesse est sequat̃ id quod est posterius. institutum aute̅ ac libera electio est principium. Quintum aũt ea quæ ordine. ea aũt sunt, quæ ad aliquod vnum definitum relata rõne disiuncta sunt. quemadmodum parastates tritostate prius ẽ, & paranete nete. principium autem illic quidem est Coryphęus seu Præsul, id est is qui primus chorum ducit: hic verò media chorda. Sextum aũt est id quod cognitione primũ est. aliter quide̅ id quod per rõnem: aliter verò id quod per se sensum. que̅admodum id quod est vniuersum ac generale, & ea quæ sunt singularia. porrò aũt per rationem accidens est prius toto. que̅admodum Musicum homine musico. nõ erit enim ratio tota absq; parte. Septimum, eorum quæ sũt priora affectiones: que̅admodum rectitudo est prior leuitate. illa enim est lineæ per se affectio: hæc verò, superficiei.

Prioris multa significata in prædicamentis.

Prioris & posterioris multi modi in quarto libro operis quod inscribitur Metaphysica.

Coryphæus est qui primus chorum ducit. est sequit parastates. in tertio loco est tritostates.

A ficiel. Octauum, ea quę sunt priora natura & substantia, quæ contingit esse absq; alijs, illa autē non absq; illis. hac diuisione aũt, inquit, vtebaṫ Plato. Nonum, subiectum prius eo quod est in subiecto, per quod prius est substantia. Decimum, aliter quidem potentia, aliter verò actu. quẽadmodum potentia quidē dimidia tota, et pars toto. & materia est prior substãtia: actu verò posterior. eo enī quod est actu, dissoluto, hæc erunt. Hanc ergo in illo ēt opere pfectiorem tradidit diuisionē eius quod est prius & posterius. Hic autē in motu quęrens id quod est prius & posterius, quęcunq; ad eum conferunt accepit significata. id enim quod est prius positura, siquidē omnino fit in motu, accipietur per tempus. Vel fortè motus qui est corporũ quæ sunt priora positura, ipse quoq; prior positura dici potest. Illud autem meritò est aduertendum, quod in opere quod inscribiṫ Metaphysica, cōiunxit id quod est prius natura & substãtia: hic aũt ipsum diuisit.

B Quare quoniã motum quidem esse continēter necesse est: fuerit aũt continenter, vel qui est continuus, vel qui deinceps cōsequitur, magis autem cōtinuus: & melius est esse continuum q̃ deinceps consequi: id aũt quod est melius existimamus semp esse in natura, si possit fieri: fieri autē potest vt sit continuus; ostendetur autem postea, nunc aũt hoc ponatur: & fieri nō potest vt vllus sit alius nisi latio: necesse est vt latio sit primus. nullo enim modo necesse est neque vt augeatur neq; vt alteretur id quod fertur: neq; vt gignatur vel intereat. Nullum autē horum contingit, si non sit continuus, quem mouet id quod primum mouet.

LXVII Cùm instituisset ostendere lationem esse primum ex motibus per oĩa primi significata: ostēdit primùm q; sit primus sm naturã, cùm prius sumpsisset eē necessarium vt semper sit motus. hoc enim significat illud ESSE continenter. Iam autem ostensum est motum esse ingenitum. Cùm aũt hoc quoq; haberet pro euidenti, æternum motum esse priorē eo qui est quandoq; & rursus non est; sic ratiocinatur. Qui est primus sm naturam motus, est æternus: qm̃ necesse est æternum esse motũ. Qui est æternus motus, est continuus. Continuus motus est is qui est per lationem. Primus ergo motus sm naturam est is qui est per lationem. Et q; sit primus sm naturam, ostendit ex eo q; non conuertatur per eius quod est esse cōsequentiam. sed eam quidem ad hoc vt sit non habere opus alijs motibus. neq; enim necesse est vt id quod fert, augeatur vel altereṫ. sed nec vt gignatur vel intereat. Horum autē nullum esse contingit, cùm sit continuus is quē mouet id quod primum mouet. Ostensum est enim omnium quæ mouentur principium esse id quod per se mouetur. eius aũt principium id quod est immobile. Necesse est aũe vt motus qui est æternus sit vel continuus, vel deinceps cōsequatur. Melius est aũt vt qui est propriè æternus sit cōtinuus, q̃ vt deinceps consequatur. ipse enim vnus est cũ sit vnũ quod mouet: quod aũt deinceps consequitur, nō est vnũ. Id aũt quod est melius semper esse existimamus in rebus naturalibus, si id possit fieri. Quòd aũt fieri possit vt sit aliquis motus continuus, ostēdetur postea. & q; fieri non possit vt sit vllus alius motus continuus, nisi latio. nunc aũt interea sumpta sunt vt quæ ponantur.

Latio est primus motus sm naturã.

LVII Præterea autem tempore primus. Aeternis enim solùm contingit eo moueri. Sed in quolibet quidem vno ex ijs quæ habent generationem latio sit postrema ex motibus necesse est. est enim postquã primum facta est alteratio & augmentum. Latio autē est motus eorum quæ

A iam perficiunṫ. Sed necesse est vt sit aliud quod prius moueatur latione, quod etiam ijs quæ gignuntur causa erit generationis, cũ non gignatur, quẽadmodum id quod generauit eius qđ est generatum. Nam videri potuerit generatio esse prima ex motibus, propterea q; primum oportet res sit genita, id aũt ita se habet in quolibet vno eorum quę gignuntur: sed necesse est vt aliquid aliud prius moueatur ex ijs quæ gignuntur, vt quod ipsum quoq; non gignatur, & eo prius aliud. Quoniam aũt fieri non potest vt generatio sit prima: nam quæcunq; mouentur, ea fuerint eiusmodi vt in ea cadat interitus: clarum est q; nec eorum qui deinceps fiunt motuum vllus est prior. Dico autē deinceps fieri

B augmentum, deinde alterationē, & diminutionem & interitum. Generatione enim sunt oēs posteriores. Quare si nec generatio est prior latione: neq; etiam vlla ex alijs mutationibus.

LXVIII Postq; ostendit lationem esse natura primam ex alijs motibus, deinceps ostendit eam quoq; esse primam tpe, effectu & potestate hoc sic syllogismo colligens. Primus motus tpe, quem contingit æternis inesse, est latio. Qui est ergo tpe primus motus est latio. Ex his autē duabus propositionibus, minorē quæ dicit primum eē eum quo contingit moueri ea quæ sunt æterna, prætermisit vt manifestam. quẽadmodum enim æterna sunt tpe priora ijs in quæ cadit generatio: ita etiã motus quo mouẽtur æterna, cùm sit ęternus, motibus qui nō sunt æterni prior fuerit quibus mouẽtur ea in quæ cadit generatio. Maiorem

Latio est tēpore prior alijs motib⁹

C aũt posuit propositionem, quæ dicit, q; contingit æterna moueri solo locali. quam probabit paulò post. Quoniã autē quæ sunt in generatione, locali motu posteriore mouentur: perfecta enim demum animãta mouentur tunc per locum: fiunt enim primum & nutriuntur & augẽtur per alterationē, & sic per locum mouẽtur: videbitur non verè dictum esse tpe priorem esse alijs motibus eum qui fit per locum. Hanc ergo soluens obiectionem, dicit in vnoquoq; eorum quæ sunt in generatione vltimũ ex motibus fieri eum qui est per locum. perfecta enim iam per locum transeunt. Sed eorum quæ sic prius gignuntur & alterantur & augentur, deinde sic per locum mouentur, necesse ē sit prius aliquid quod mouetur localiter. quod etiam eorum quę gignuntur generationis causa est, cùm sit ipsum ingenitum, vel non tunc gignatur, sed prius. vt pater filij: & in summa id quod generauit eius quod est generatum. oportet enim hoc motum esse per locum, vt gignat id quod gignitur. cùm ipsum autē non gignatur, generationis causa est corpus quod circulari motu circũ

Æterna mouentur solo motu locali.

D uectum mouetur localiter. Nam quod attinet ad eã quæ est in vnoquoq; generationem, videbitur generatio esse primus ex motibus. qm̃ oportet rem prius esse genitam, & cùm eius constiterit substantia, tunc inesse ea quę sunt circa ipsam accidẽtia, alterationem & augmentum & eã quæ est per locum mutationē. & sic quidē in vnoquoq;. Sed necesse est vt aliquid aliud moueatur per locũ, quod causa est eius quod gignitur, ipsum aũt tunc non gigniṫ. & huius rursus generationis aliqua alia prius est causa, q̃ nō fit, sed tunc est, & per locum mouetur. Quamobrem ante quãuis quæ fit in singulis generationē est motus localis, quo mouetur generationis causa quæ tunc non gignitur: & alia ea prior, quę æterno motu mouetur localiter, quæ nec omnino quidē mouetur. etenim homo, hominem gignit, & Sol, vt prius dictum est. Cùm autem ostēdisset, q; etiam si in singulis aliorum motuum prima videatur generatio, ante quãuis tñ generationem prior est motus

In singulis generatio est prior, posterior motus localis.

Ante generationē quæ fit in singulis ē motus localis.

est motus localis, idipsum nobis in memoriam reuocat etiam ex contrario. Si enim primus ex motibus esset generatio: in oĩa quæ mouentur caderet interitus. oportet enim prius esse genitum, deinde sic qualicũq; motu fuisse motum, siquidẽ generatio est primus ex motibus, interit aũt id quod gignitur. Si ergo non in oĩa quę mouentur cadit ortus & interitus, vt iam ostensum est ex eo ꝙ motus sit æternus, & adhuc magis ostendetur: nec fuerit generatio primus motus. non enim in æternis quidẽ, sed quæ mouentur, prius erit generatio. Si aũt non est generatio primus motus, clarum est ꝙ nec vllus ex alijs motibus, quos necesse est consistere post generationẽ, nempe alteratio augmentum & diminutio. Augentur enim & diminuuntur ea sola quę sunt eiusmodi vt in ea cadat generatio. & ijs solis inest alteratio. siquidem omnis alteratio fit per qualitates patibiles: patiuntur autẽ ea sola quę sunt in generatione. Si ergo alij quidẽ motus sunt secundi à generatione: generatio autem à latione: videlicet alij quoq; sunt motus latione tempore posteriores. Sic ergo ostẽdit lationem esse tempore priorem alijs motibus, & soluit obiectionem quæ fiebat ex generatione. E

Generatio non est primus mot⁹.

LVIII Omnino autẽ videtur id quod gignitur, imperfectum, & tendens ad principium. adeò vt quod est generatione posterius, id sit natura prius. Est autẽ latio vltimum in oĩbus quæ sunt in generatione. Quamobrem alia quidẽ ex viuẽtibus sunt omnino immobilia, propterea ꝙ instrumento careant. quẽadmodum plantæ & multa genera animãtium: inest autem eis quæ perficiuntur. Quare si magis inest latio ijs quæ magis suscepere naturam: ea quoq; fuerit aliorum primus motus substãtia. F

LIX Propter hæc ergo, & ꝙ à substãtia motuum minimè excedit id quod mouetur dum fertur. per eam enim solã nihil eius quod est esse mutatur. quẽadmodum eius quod alteratur qualitas: eius verò qđ augetur & minuitur quantitas. G

LXIX Solutionem obiectionis quę allata est ex generatione, fecit principium tertij argumenti, quod ostendit lationẽ esse etiam primã ex alijs motibus substantia. Natura aũt primum nominat etiã primum substantia, conuenienter ijs quæ de his dicta sunt in opere quod inscribitur Metaphysica. Ratiocinatur autẽ, & hoc demonstrat sic quidẽ categoricè. Latio inest vltima oĩbus quę sunt in generatione, Id quod est posterius generatione, est etiã natura prius & substantia. Latio ergo est prior alijs motibus & natura & substantia. Et ꝙ latio quidẽ insit vltima ijs quę sunt in generatione, ostendit ex eo ꝙ quæ sunt substãtia imperfectiora sicut plãtę, & ex animãtibus ea quę adnascuntur, quæ Zoophyta hoc est plantamina vocamus, neq; oĩno moueantur per locum, insit autẽ hoc vltimum ijs quæ perficiuntur. Quòd aũt id quod est posterius generatione, sit natura prius & substãtia, ostendit ex eo ꝙ id quod gignitur, in eo ꝙ adhuc gignatur cùm sit imperfectum, procedat ad suã perfectionem, tanquam ad principium & primum natura. Perfectio enim est principiũ, vt id cuius causa, & finis. Natura aũt & substantia prius est perfectum eo quod est imperfectum. & id cuius gratia, eo quod fit illius gratia. ex vniuscuiusq; enim perfectione fit id quod est vnicuiq; sm naturã. Substantia aũt est & principium, id quod est perfectum. est enim perfecti generare. Quẽadmodum ergo perfectio, cùm sit vltima generatione, est substãtia & natura prima, ita etiam quo motu vltimo mouentur ea quæ gignuntur, is est primus natura & substãtia. Ipse autem, cùm maioris quidẽ propositionis, quę dicit id quod est posterius generatione, esse natura prius & substantia, confirmationẽ prępo- H

Latio est substãtia prima aliorum motuum.

Posterius in gñatione est natura prius & substãtia.

Perfectio est principiũ, vt cui⁹ causa et finis.

Perfectum ẽ imperfecto natura prius et substantia.

E suisset, in eo, Videtur id quod gignitur, imperfectum, & tendens ad principium: minoris autẽ quæ dicit, Latio vltima inest oĩbus quæ sunt in generatione, posteriorem posuisset confirmationẽ, in eo, Alia quidem ex viuentibus sunt omnino mobilia: & ijs quæ deinceps cõsequuntur has duas propositiones intercepisset, & priorem quidem posuisset maiorem, in eo, Adeò vt quod est generatione posterius, id sit natura prius: deinde minorem in hoc, Est autẽ latio vltimum in oĩbus quæ sunt in generatione: Cùm sic ergo syllogismum disposuisset, effecit vt eius resolutio minus posset sentiri. In fine aũt etiam per primũ modum hypotheticorum sic est ratiocinatus. Si latio ijs magis inest quæ magis suscepere naturã: hoc est, si motus qui est per locũ, magis inest ijs quę sm naturam & per suã formam perfecta sunt: is etiã qui est per locum motus sm naturam & suapte substãtia, fuerit prior alijs motibus. Deinde etiam aliam subiungit demonstrationem, ꝙ pfectior, & ideo ẽt primus & natura & substantia sit is qui est per locum motus. Qui est enim, inquit, F per locum mot⁹, nihil mutat status eius quod mouetur: neq; in substantia. quẽadmodum generatio & interitus: neq; in qualitate, vt alteratio: neq; in quantitate, vt augmentum & diminutio. Id autem quod conseruat naturã & substantiam, est ijs quæ non seruant, natura & substantia perfectius.

Per locũ motus nihil mutat status ei⁹ qđ mouet.

Maximè autem clarum est, ꝙ id quod ipsum seipsum mouet, maximè mouet eo motu propriè qui est per locum. Atqui dicimus hoc esse principium eorum quæ mouentur & mouent, & primum ijs quæ mouentur, quod ipsum seipsum mouet. LX

Quòd ergo latio sit prima ex motibus, ex his clarum est. LXI

Hoc argumentum potest ostendere lationem esse primam aliorum motuũ, per tres modos, Prioris, quos tradidit. Est autem hmõi. Prius ostensum est ꝙ id quod est per se mobile, cùm & tpe & substãtia sit ante ea quę mouent & quæ mouent, est principium eorum quæ sunt huiusmodi, & ꝙ motu qui est per lationẽ propriè & præcipuè mouet id quod est per se mobile. Si ergo motus qui est per locum, est proprius principij & causæ eorum quę mouent: qui est autẽ proprius motus principij & cãę eorum quæ mouent, fuerit & natura & tpe prior alijs motibus: clara est conclusio, ꝙ motus qui est per locum, est & natura & substantia & tpe primus aliorum motuum. & deinde cõcludit ea quæ dicta sunt. Quòd aũt hoc quoq; demõstrarit Aristoteles, sequens ea quę dicta sunt in decimo Platonis de legibus, apertè cerni potest. siquidẽ tradẽs species motuum, cùm exposuisset primum eum qui fit per locũ, eum dicit esse causam aliorum; proximè quidem ac cõtinenter, secretionis ac concretionis, hoc est alterationis: per illam autẽ, augmenti & diminutionis: per id autem, generationis & interitus. Cùm enim exposuisset motum qui fit per locũ, subiungit: Occurrentia enim ea quæ per locum mouentur vndequaq; singulis, per ea quidem quæ stant discecantur: per ea autẽ quæ ex aduerso occurrunt & feruntur, in vnum coacta quę sunt intermedia & inter ea intercedunt cõciliantur. Quinetiã conciliata qdem augent, secreta verò ac seiuncta minuũtur, cùm constitutus singulorum habitus pmanserit, manẽte aũt eo, per vtraq; interit. Ab augmento aũt generationem: & à diminutione dicit fieri interitum. LXX G H

Latio ẽ motus proprius principij & cãę eorum q mouentur.

Platonis locum in decimo de legibus secutus est Aristo.

Nunc autem ostendendum est quęnã sit prima latio. Simul aũt & quod nũc & quod prius, positum est, nempe ꝙ contingit aliquem motũ esse continuũ & æternum, erit manifestum eadem via ac ratione.

Quòd itaq; nullum quidẽ aliorum motuum contingat esse cõtinuum, ex LXII

his

his clarũ eſt. Sunt enim oẽs ex oppoſitis in oppoſita & motus & mutationes. quẽadmodum generationi quidem et interitui ſunt termini, id quod eſt, & id quod non eſt: alterationi autem contrariæ affectiones: augmento verò & diminutioni, vel magnitudo & paruitas, vel magnitudinis perfectio & imperfectio. Contrarij aũt ſunt, qui fiunt in contraria. Id autem quod non ſemper mouetur hoc motu, prius autẽ erat, neceſſe eſt vt prius quieſcat. Clarum eſt ergo fore vt id quod mutatur quieſcat in contrario. Similiter autẽ etiam in mutationibus. Quæ eſt enim abſolutè generatio & interitus, & quæ eſt in ſingulis, opponitur ei quæ fit in ſingulis. Quare ſi fieri non poteſt vt ſimul mutentur eæ quę ſunt oppoſitæ, non erit continua mutatio: ſed tẽpus inter ea intercedet. Nihil enim refert ſint ne cõtrariæ an non, mutationes quæ ſunt per contradictionem, ſi modo fieri non poſſit vt eidem ſimul adſint. hoc enim nihil conducit ad rõnem. neq; ſi non neceſſe quidẽ eſt vt quieſcat in contradictione, neq; eſt mutatio quieti cõtrarium. non enim fortaſſe quieſcit id quod non eſt. interitus autẽ eſt in id quod non eſt. ſed ſi ſolum tempus intercedit. Sic enim non eſt continua mutatio. neq; enim in ijs quæ ſunt prius, cõfert repugnantia. ſed non contingere ſimul ineſſe. Non oportet aũt conturbari ꝙ idem futurum ſit pluribus cõtrarium: quẽadmodum motus, & ſtatui & motui qui eſt in contrarium: ſed hoc ſolũ ſumere ꝙ contrarius motus aliquo modo opponitur & motui & quieti: quẽadmodum id qđ eſt ęquale, & id quod eſt moderatũ, ei quod exuperat & ei quod exuperatᷣ: & ꝙ non contingit ſimul eẽ oppoſitos motus nec mutationes.

LXXI Cùm per oẽs modos prioris oſtendiſſet lationem eſſe primam aliorum motuum & mutationũ, nunc progreditur ad quærẽdum quænam rurſus in latione ſit prima, per ea quæ dicta ſunt primi ſignificata. Scimus enim ꝙ lationis vna quidẽ eſt quæ recta fertur: alia verò quæ circulo: alia aũt mixta. ſicut etiã lineæ in qua fertur id quod fertur. Inuenta aũt ea quę eſt prima latione, ſimul etiam id quod nunc & prius poſitum eſt, ꝙ contingat aliquem motum eſſe cõtinuum & æternum, euadet manifeſtum. hæc enim prima latio inuenietur continua & æterna. Aduertẽdum eſt autẽ, ꝙ hucuſq; ſumebatur vt poſitio, eſſe motum cõtinuum. motus enim, in quẽ oſtenſum eſt in principio non cadere generationem & interitum, nõ oſtẽſum eſt vt qui eſſet vnus & continuus, ſed vt ſemper quidẽ, alius aũt & alius motus in ijs quæ ſunt. Eſt autem exactæ & accuratæ ſcientiæ, vna & eadẽ via ac rõne plures & ita vniuerſas ac generales & vtiles inuenire contẽplationes. Ei aũt procedit inuentio, primũ oſtendenti ꝙ nullus alius motus vel mutatio pręter lationem, põt eſſe vnus & continuus. ſed neq; lationis ea quę fit rectà, neq; mixta. ſed ſoli motui circulari poteſt ineſſe cõtinuum & æternum. Et ſic ex hoc oſtendit ꝙ ex lationibus circularis motus prior eſt eo qui rectà fit. Quòd autem fieri non poſſit vt vllus alius ex motibus ſit continuus, ſic probat.

Nullus motus poteſt eſſe continuus pter lationẽ.

Omnes alij motus (nunc autem cõnumerat generationẽ & interitũ, deinde poſtea eas ſeparat ab ijs qui ſunt proprij motus, cùm ſint mutationes & non motus, vt oſtenſum eſt in quinto huius operis) oẽs ergo alij motus præter lationes, ex oppoſitis fiunt in oppoſita. Quæ autem fiunt ex contrarijs in contraria, ſunt oppoſita vel contraria (ipſe aũt verba facit de contrarijs, qm̃ generatio & interitus ſunt quidem oppoſita, non aũt contraria) Motus aũt qui ſunt contrarij, vel quomodocunq; oppoſiti, fieri non põt vt ſint vnus & continuus. Ex quibus colligitur, ꝙ oẽs alij motus præter lationem, non poſſunt eſſe continui. Et ꝙ vnuſquiſq; quidem illorum ſit ex oppoſito in oppoſitum, oſtendit exponens oppoſitos terminos ad quos mouẽtur. etenim generationi quidẽ & interitui termini ſunt, id quod eſt, & id quod non eſt, quæ opponunᷣ tanq; affirmatio & negatio: Alterationi aũt ſunt contrariæ affectiones, caliditas & frigiditas, albor & nigror, & quæ ſunt hmõi: Augmento aũt & diminutioni, vel magnitudo & paruitas, vel potius magnitudinis perfectio & imperfectio. qm̃ magnitudo eſt cõis & eius quod eſt perfectum, ad quod tendit augmentum, & eius quod eſt imperfectum, ad quod diminutio. Quòd aũt ſint cõtrarij & oppoſiti qui fiunt in cõtraria & oppoſita, clarũ eſt. hæc eſt enim definitio contrariorum motuum. Deinde aũt ꝙ fieri non poſſit vt ex oppoſitis & contrarijs motibus fiat vnus & continuus motus, clarum eſt. Si ſit enim vnus: id quod albeſit, ſimul etiã nigreſiet: & quod mutaᷣ in ſanitatem, ſimul ẽt in morbum mutabiᷣ: & quod augetur, ſimul etiam minuetur: & id quod gignitur, ſimul ẽt interierit. ſiquidem vnus eſt & idem motus ex cõtrarijs.

Ex motibus oppoſitis nõ põt eſſe vnꝰ & cõtinuus.

Porrò aũt hinc quoq; clarum eſt, ꝙ fieri non poſſit vt ex contrarijs motibus fiat vnus. quõ enim ex eo qui tendit ſurſum, & eo qui deorſum, puris & integris manẽtibus, fieri poſſet vnus motus? neq; enim fieri põt vt ſm naturam moueanᷣ qui ſunt cõtrarij: nec vt qui eſt ſm naturã, & qui præter naturam, ſit vnus. qui enim fertur in obliqua, cùm ſit vnus, videtur eſſe mixtio eius qui ſupra tendit, & eius qui infra, ſed non ſi puri & integri manſerint, quẽadmodum nunc ſumit oratio: ſed ſic vt etiã elementa corporis quæ ſunt contraria, ſimul mixta & cõtemperata faciunt vnum aliquod compoſitum. neq; vnus ergo ex contrarijs, nec ſimul põt aliquid moueri motibus contrarijs.

Motus qui fertur in obliqua, eſt motus mixtus.

Si aũt non eſt vnus qui eſt ex contrarijs, à quiete intercipiunᷣ motus qui ſunt cõtrarij. Iis enim quæ prius dictæ ſunt aſſumit hanc propoſitionẽ. & eam confirmat, vſurpans pronũciatum quod dicit, ꝙ id quod hoc motu non ſemper mouetur, prius autẽ erat, neceſſe eſt vt prius quieſcat. ſi enim cùm non quieuiſſet id quod dealbaᷣ nec ceſſaſſet ab albeſcendo, nigreſieret: tunc ſimul albeſceret & nigreſceret: quare ſimul album fiet & nigrum, cũ venerit ad finẽ motus: Si autẽ cùm ab albeſcendo ceſſauerit fiat album, & ab albo mutetur in nigrum, cùm fuerit in forma ſeu ſpecie albi, quieſcet omno aliquo tpe. Sic enim ab ipſo quod eſt album & non amplius albeſit, fiet mutatio in id quod eſt nigreſieri. neq; enim ſimul albeſit et eſt album. neq; eſt ſimul album purè & nigreſit. Simul eñi erit in fine, & nõ erit. Si aũt non eſt ſimul & abeſt: fuerit aliquod tp̃s quo in fine quieuit id quod mouetur.

Motus contrarii à quiete ſtatuue interciptuntᷣ.

Cùm aũt oſtendiſſet primum ex motibus qui fiunt ex contrarijs in cõtraria, hoc eſt, in ijs qui ſunt propriè motus, fieri non poſſe vt ij ſint cõtinui, rationem facit cõem etiam in mutationibus, hoc eſt, in generatiõe & interitu: eæ enim mutationes ſolũ ſunt & non motus: oſtẽdens in his quoque eſſe idem quod oſtẽſum eſt etiã in motibus. id enim quod nunc non ſit homo, futurum eſt aũt vt fiat, neceſſe eſt vt prius quieſcat aliquo tpe in ea ſpecie, ex qua fit homo. ſemen enim cùm aliquo tpe manſerit ſemen, ita mutatur in hominẽ. nam vt oppoſitæ mutationes ſimul ſint nequit fieri, ſicut nec vt motus contrarij. neque enim id quod fit, priuſq; factum ſit mutari poteſt in hoc vt intereat, ſi ex eo quod eſt mutatio eſt interitus: id autẽ quod fit, nõdum eſt. Quod ſi ita eſt, ne eæ quidem mutationes fuerint continuæ. habent enim ambo principia & fines, in quos mutanᷣ, inter ſe oppoſitos. Sed inter ea, inquit, tempus intercedet) & non dixit, Quies, vitans eam ꝗ

In mutationibus, hoc eſt in generatione & interitu eſt quies.

paulò

E paulò post soluet obiectionē. non enim quēadmodum in contrarijs motibus, quiescit interim id quod mouet̄ contrarijs, sic etiam in ijs quæ mutantur in opposita, nempe id quod est, & id quod non est. id enī quod quiescit, quiescit cùm sit aliquid, & in eo quod est: sed neq; vt quod nō est, neq; vt in aliquo quod nō est quiescat fieri potest: intercedat aūt aliquod tempus necesse est inter horum mutationem ab vno in alterum. Cùm aūt ostendisset in cōtrarijs motibus necesse esse quiescere, interim dicit quòd etiam in ijs qui opponuntur per contradictionem, cuiusmodi est generatio & interitus, etiam si non sit mutatio ex contrarijs in contraria, nihil obstat, quominus in his, si non quies, tempus saltem intercedat. Quo fit vt nō sit continua nec vna quæ fit ex oppositis mutatio. in contrarijs enim eueniebat vt interim esset quies, non quatenus contrarij, sed quatenus non poterat fieri vt ipsi simul essent. quod nihilominus est etiā in ijs quę opponūtur per contradictionem. eadem est enim causa in vtrisq;. Quocirca non pōt fieri vt sint continui. neutri enim eorū possunt inter se simul esse, neq; contrarij, neq; qui opponuntur per cōtradictionem. Quamborem intercipiunt̄ ambo similiter à tpe. Similiter autē, inquit, nihil refert ad hoc vt non sit vnus & continuus motus qui fit ex ijs quæ opponuntur contradictoriè, etiam si non necesse sit quiescere in contradictione, sicut ostendebatur in contrario. neq; enim quiescit id quod non est, neq; in eo quod non est. Interitus autē fit in id quod non est: & Generatio ex eo quod non est hmōi. sed sufficit solùm in hac etiā mutatione esse tempus quod intercedit. sic enim intersecatur, & non est continua mutatio. neq; enim in contrarijs est vtilis repugnantia: sed non contingere ea simul inesse: quod quidem nihilominus, si non etiā magis, inest in ijs quæ opponuntur per contradictionē, vt didicimus in libro peri hermenias, id est de interpretatione. Cùm aūt dixisset nihil referre ad hoc vt motus non sit continuus, etiā in his quę opponuntur cōtradictoriè, si non sit necesse quiescere in contradictione, subiunxit, NEQVE est mutatio quies cōtrariorum} quēadmodum in motibus quies aliqua est motui contraria. Quies enim quæ est in contrario eius ad quod mouetur id quod mouetur, posita est motui contraria, quo mouet̄ ad id quod est contrarium illius in quo quiescit. Quies enī quæ est in eo quod est infra, posita est cōtraria motui qui fit supra. Etsi ergo in mutatione, hoc est in generatione & interitu, mutatio non opponatur motui, qm̄ non quiescit id quod interijt: nec hoc quidē facit aliquid aduersus rōnem, quę ostēdit, q; quemadmodum cōtrarij motus non sunt continui, ita nec eæ quæ sunt oppositæ mutationes. nam etsi quies nō intercedat, intercipiuntur tn̄ ipsę quoq; à tpe. Cùm aūt dixisset, Neq; est mutatio quieti cōtrarium, vtpote q; sit quies motui cōtraria, non si aūt mutatio, Non oportet, inquit, ex hoc conturbari, tanq̄ perimatur pronuntiatū quod dicit vnum esse vni cōtrarium, si motui & motum esse dicamus contrarium & quietem: sed hoc quidem firmum ac stabile tenere, q; aliquo modo opponit̄ motus H & quieti & cōtrario motui: videre autem quod etiam in alijs est talis motus oppositionis vt vnū opponatur pluribus. quēadmodum id quod est ęquale, & id quod est moderatum, opponitur ei quod exuperat. & ei quod exuperatur, hoc est, ei quod est maius, & ei quod est minus. ita autē virtutes quoq; cùm sint moderationes, & exuperationibus opponunt̄ & defectibus. Oportet ergo, inquit, & eo vti q; quies opponatur motui, nō exactè & accuratè disquirentes an vt cōtraria, & eo q; neq; motibus nec mutationibus contrarijs vel oppositis contingit aliquid simul moueri vel mutari. Cautè aūt dixit, Aliquo modo opponit̄ & motui & quieti motus qui est contrarius. in libris enim præcedētibus, vbi erat eius scopus ac institutum dicere de motibus cōtrarijs, eam quidē quæ est in aliquo quietem, dicit opponi ei quæ est ex ipso mutatione, tanq̄ priuationē: contrarium autē motum tanq̄ con-

Inter generationē & interitum & contra tēpus intercedit.

Motui sit ne quies cōtrarium.

Virtutes opponunt̄ exuperationib⁹ et defectionibus.

E trarium. Æquale aūt maiori & minori, vt inæquali, tanquā vnum vni opponitur, & virtutes vt moderatum immoderato. Non abs te aūt nec temere, inquit Alexander, orationē munijt ac stabilijt, dicendo, Vnum vni: sed ad vsum eorum quæ sunt proposita. Quoniam enim eò vsus est, q; motus sunt contrarij qui ferunt̄ ad contraria, ne quis aduersus id obijceret, dicens vnum vni esse contrarium, motui aūt contrarium esse quietem, & ideo nō posse motum quoq; esse ei contrarium: si aūt non sunt cōtrarię quę ex cōtrarijs fiunt mutationes, nihil vetat quominus eorum fiat vna in ipsa mutatio: propter hāc obiectionem, nūc adduxit quietem, ea quæ de ipsa dicta sunt reuocans in memoriam. nempe q; quies non est propriè motui cōtraria: sed ei opponitur, vt priuatio habitui: motus autem est motui cōtrarius. Quocirca nec fieri potest vt motus qui sunt cōtrarij sint vnus: nec vt quies quæ est in contrario, sit simul cum mutatione quę fit ex eo in cōtrarium. etsi enim quies quę est infra, non sit cōtraria mo- F tui qui fit ab eo quod est infra, ei tn̄ opponitur vt priuatio habitui. & ideo simul esse non potest. Non simul esse enim, nō adest propter repugnātiam, sed propter oppositionē. quæ non inest solis contrarijs, sed etiā alijs. Manet ergo vnum vni esse contrarium, etiam si aliqn̄ accidat vt vnū multis opponat̄, in alia & alia specie oppositionis.

Præterea autē & in generatione & interitu. LXIII & omnino absurdum esse visum fuerit, si cùm primum factum sit, necesse sit interijsse, & nullo tempore remansisse. Quare ex his possit etiā fides haberi de alijs. Est enim naturale vt similiter se habeant in omnibus.

Quòd quæ ex oppositis in opposita fiant mutationes, LXXII nequaq; sint continuę, sed tpe intercipiantur, ex generatione ostendit & interitu, virtute & effectu sic rōcinans. Si generatio & interitus nō sunt continui, sed tpe intercipiuntur: credibile fuerit alias quoq; mutationes, quæ ex G oppositis fiunt in opposita, non esse cōtinuas. Atqui antecedens: ergo etiā consequens. Et connexum quidē probat, ex eo, q; sit naturale vt similiter habeat in oībus mutationibus, cùm id quod accidit fuerit propter similitudinem. Si enim q; mutationes non sint cōtinuę, est propter oppositionem: necesse est vt quæcunq; sunt oppositæ nō sint continuę. Fortasse autē hic quoq; est argumentatio à maiori. quod in generatione enim est & interitu, nō simul esse propter eas quę opponunt̄ quomodocunq;, hoc magis erit in mutationibus quę opponunt̄ per repugnātiā. Quòd aūt non sint continua generatio & interitus, ostendit ex eo quod sit absurdū, id quod factum est protinus interire, & nullo tpe manere in forma, cuius causa factum est. Etsi enim continuè fluant ea quę sunt sub luna, est tamen aliquis etiam status vt in fluentibus. vt sit etiā aliqua formarum distinctio, & terminus, & ornatus, ac comprehensio quæ cadat in cognitionem.

Mutationes quæ fiunt ex oppositis in opposita, tpore intercipiuntur.

Generatio & interitus nō sunt cōtinua

CAPVT VIII.

H Vod autem contingat esse aliquē infinitum, vt qui sit vnus & continuus, is autē est qui fertur circulo, nunc dicamus. LXIIII Quicqd enim fertur, mouetur vel circulo, vel recta, vel mixta. Quare si nec illorū est alter continuus: neq; vt qui ex ambobus constat sit continuus fieri potest. Quòd aūt id quod recta & finita fertur, non feratur cōtinenter, clarum est. regreditur enim: quod aūt recta regreditur, mouetur motibus cōtrarijs. est enim per locum cōtrarius, is qui fertur sursum, ei qui deorsum: & is qui ante, ei qui retro: & is qui ad sinistra, ei qui ad dextera. hę enim sunt loci repugnantiæ,

Quis

Quis sit aũt vnus et continuus motus, prius est definitum: nempe ꝙ eius quod vnũ est motus, & vno tempore, & in eo quod non differt specie. Tria enim sunt, & id quod mouetur, quemadmodum homo vel Deus: & quando, vtpote tempus: & tertium, id in quo. id autẽ est locus; vel affectio; vel forma: vel magnitudo. Quę sũt aũt contraria, specie differunt. & nõ vnum. Loci aũt sunt ex quæ sunt dictæ differentiæ.

LXXIII Cùm ex alijs motibus & mutationibus posse esse ullum ostendisset continuũ, sed si sit, necesse esse vt sit solatio eiusmodi: trãsit deinde ad ostendendum quænã sit et latio quã contingit esse vnã & continuam. Infinitum aũt significat id quod non põt finiri & æternũ. qui enim habent fines, quiescunt interim regredientes. Quòd ergo nec eorum qdem qui fiunt per locũ, possit esse alius cõtinuus pter motum circularẽ, ostendit, cùm sumpsisset ꝙ quicquid fertur, vel circulo moueť, vel recta, vel mixta. & ostẽdit ꝙ si fieri non potest vt sit continuus alter ex ijs ex quibus cõstat mixtus, non põt etiam fieri vt mixtus. compositus enim est particeps vtriusꝙ eorum ex quibꝰ componitur. Postq̃ ergo ostenderit, ꝙ qui recta fertur non est cõtinuus, vnà cum eo ostendet ꝙ nec mixtus est continuus. Etenim siquis dicat eum qui est cõpositus ex ambobus, nempe & qui est continuus, & eo qui non est, esse cõtinuum, clarum est eum esse concessurum ꝙ id habeat à continuo: & primò & magis propriè illum esse cõtinuum, à quo is etiã habet vt sit cõtinuus. Quod ergo is qui recta fit non sit continuus, ostendit, cùm sumpsisset, ꝙ recta in qua fertur id quod recta fertur, est finita. quod quidem ostendit in tertio huius operis, propterea quòd nulla magnitudo actu sit infinita. Hoc ergo cùm sumpsisset, sic ratiocinať. Quod fertur recta, fertur finita. Quod finita fertur, regreditur. Quod in recta regreditur, fertur motibus contrarijs. Contrarij autẽ motus non sunt vnus nec cõtinuus. Quod ergo recta fertur, nõ vno motu mouetur nec continuo. Et ꝙ id quidem quod fertur finita, regredi necesse sit, clarum est. siquidem semper moueať, & non vbi semel motum sit in recta, à motu cesset: Id aũt quod in recta regreditur, mouetur contrarijs motibus. sunt enim contrarij qui à contrarijs fiunt in contraria. Sunt autẽ in loco contraria, id quod est supra, ei quod infra. & id quod est ante, ei quod est retro. & dexterum sinistro, cùm hę sint † carceres & metę eorũ quæ in recta mouẽtur. Contrarij aũt motus qui tempore intercipiuntur, non sunt vnus nec continuus, vt ostensum est prius. Quare neꝙ alteratio, nec augmẽtum & diminutio, nec generatio & interitus, inter se opposita, possint esse motus cõtinuus & vnus. In memoriam aũt reuocat ea per quæ est definitus cõtinuus & vnus. & per hoc etiã ostendit, ꝙ qui in recta fit motus per reflexionẽ, neꝙ est continuus, nec vnus, quod quidem nunc ostendendum fuerat propositũ. Tria enim sunt ex quibus motus cõpletur, Id quod mouetur. quẽadmodum homo vel Deus ex quibus † Deus quidem significat id quod perpetuò mouetur: id enim est diuinum & immortale: homo aũt est exemplar eorum quæ moueñ in parte tpis. Secundum aũt eorum quæ cõplent motum, est tps motus. Et tertium id in quo est hoc, per quod motus peragitur. quẽadmodum locus, si per locum est motus: vel affectio, si per affectionem & alterationem, & in summa, per qualitatem: vel magnitudo, si per quãtitatem mouetur id quod mouetur: vel forma, si per substantiam, vtpote per generationẽ & interitum. Est ergo vnus & cõtinuus motus qui est eius quod vnũ est, & fit in vno tpe, & in vna specie. quẽadmodum si homo vna hora albefiat: & si cœlum æternè circulari motu moueať. Ea aũt quæ recta mouentur & regrediuntur, à contrarijs locis mouentur in contraria. à loco enim

Quicqd fertur, vel in orbe ferť, vel recta, vel mixta.

Motus q recta ferť, non est cõtinuꝰ.

Quod fertur ĩ linea finita, regreditur.

† καμπτῆρες.

Tria motum complent id quod mouetur, tps motus, id in q̃ ẽ

† Deus θεὸς ἀπὸ τοῦ θεῖν id est a currẽdo appellatꝰ

Motus vnꝰ & continuus quis sit.

A inferiori, sursum: & à loco superiori, deorsum. hę enĩ sunt loci differentiæ per repugnãtiam. per quas etiam motus qui ad ipsas feruntur sunt contrarij. Contraria aũt plurimum differũt ab ijs quæ sunt sub eodem genere. Si ergo nõ per vnam & quę non differt spẽm fiant contrarij motus: non fuerit cõtinuus nec vnus eorum qui in recta regrediuntur motus. Atqui antecedens. ergo etiam consequens. Potest autem hæc quoꝙ tota demonstratio huius interrogationis esse vna, quę sic habet. Qui est per rectam motus, componitur ex contrarijs & specie differẽtibus. Qui ex contrarijs & specie differẽtibus est motus, non est vnus nec continuus. Est autem aperta conclusio. Et prima quidem verba contextus dictionis confirmant minorem propositionem: vltima autem, maiorẽ, quæ definiunt quisnam sit vnus motus.

Qui à cõtrarijs ad cõtraria fiunt motus, non sunt vnus.

Signum autem, quòd motus qui est ab A ad B, sit contrarius motui qui est à B ad A, est, quòd
B **se inuicem sistunt & cessare faciunt si simul fiant. Et in circulo similiter. quemadmodum si ab A ad B, ei qui fit ab A ad C. Sistunt enim etiam si sint continui, & non fiat regressus. propterea quòd quæ sunt contraria, se inuicem perimant & prohibeant, Sed non is qui fit in obliquum ei qui fit sursum.**

Hanc etiam affert probationẽ, ꝙ motus qui in recta fiunt, cùm id quod mouetur regrediatur, sint inter se cõtrarij, hoc pro indicio adducens, quòd quę sic ex aduerso mouentur, se inuicem sistant, & alterum alterius motus cessare faciant. quod quidẽ inest contrarijs. Propriè aũt signum dixit. quæ enim ex consequentibus sumuntur, rationes, sunt coniecturales & non demonstratiuæ. quẽadmodum ex eo quòd lac habeat peperisse colligimus. Lac enim habere, est consequens ei quod est peperisse. LXXIIII
C Demonstratiuæ autem rationes, ex prioribus colligunt posteriora, & ex causis effecta. Ex eo ergo ꝙ pepererit, ꝙ lac habeat demõstratiuè colligimus. Se autẽ inuicem perimere, non est antecedens, sed consequens contrarijs motibus. contraria enim se inuicẽ perimunt. sed non oĩa quæ perimunt, sunt contraria. perimit enim negatio quoꝙ affirmationem. & quæ alijs modis opponuntur, se inuicẽ perimunt. & tamen non sunt contraria. nõ est enim perimere causa quod sit contrariũ, sed illi consequens. Quocirca est etiã ex signo ostensio. Non solum aũt ea quę in recta ex aduerso moueñ, se inuicẽ à motu cessare faciũt, sed etiã in circunferentia faciunt sistr, si moueatur vnum contra alterũ. Ex aduerso aũt seu contra moueñ, non vt quę in recta incipiunt à contrarijs, alterũ fortè ab A quod est supra, alterum verò à B quod infra: sed quæ ab eadẽ incipiunt, nõ mouentur autẽ ad eandem partẽ circuli. vt puta si ambo quidẽ incipiant à signo A, quod est in circulo, alterum aũt ex ijs moueatur ad partẽ circuli B, alterũ
D verò ad partẽ C. Quæ enim sic mouentur sibi inuicẽ occurrentia, se inuicẽ sistunt. nõ enim sicut in rectis sunt fines contrarij, ita ẽt in circulo. qm̃ nec sunt quidem in eo fines. Sistuntur aũt etiam in eo ea quæ cõtra mouentur. etiã si sint motus continui, & nõ sit regressus vt in recta. Non enim per regressum se inuicẽ sistunt ea quæ contra moueñ, sed per motum qui fit ex aduerso. Cùm autem ꝙ cõtrarij sint motus qui fiunt in recta, signum esse dixisset, ꝙ se inuicem perimunt qui contra fiunt: hoc probat ex eo ꝙ non se inuicẽ perimunt qui nõ sunt oppositi, nec moueñ ex aduerso, sed sint tantùm diuersi vnus ab alio. quẽadmodum is qui fit à dexteris ad sinistra, & in sũma is qui fit ad obliqua, cum eo qui fit ab eo quod est ĩfra ad id quod est supra, & si sint diuersi & non cõtinui, neꝙ in eadẽ specie: possunt tñ esse simul cũ non opponanť. Qui aũt in recta contra fiunt, se etiã inuicem perimunt. quod quidem est amplius, q̃ solùm differre specie.

Signum qd. Rationes ex consequentibus sunt cõiecturales.

Demõstratiuę rões qd faciant.

Se inuicẽ perimere nõ ẽ cã qđ sit contrarium, sed cõsequens.

Et in recta & in circulo se sistũt quæ ex aduerso mouentur.

LXV Maximè autem clarum est, q fieri nõ potest vt sit continuus motus qui est recta. quoniam id quod regreditur consistat necesse est, non solùm in recta, sed etiam si feratur per circulum. nõ est enim idem circulo ferri & per circulum. Potest enim nonnunquam id quod mouetur † vnà secum trahere. nonunquam autem cùm ad ipsum venerit vnde profectum est, rursus regredi. Quòd aũt necesse sit vt sistatur, non solũ fides sit sensu, sed ẽt ratione. Hoc est aũt principium. Nam cùm tria sint, principiũ, medium, finis, medium si ad vtrũq; referatur est ambo. & numero quidem vnum est, ratione verò duo. Præterea autẽ aliud est id quod est potestate, & id quod actu. Quocirca rectę quoduis signum ex ijs quæ sunt inter extrema, est quidem ptãte medium, actu verò nequaq̃. nisi ea diuiserit, & sistens rursus cœperit moueri. Ita est autẽ medium. fit enim principiũ & finis: principiũ quidem posterioris, finis verò primę. Dico autem, queadmodum si A quod fertur steterit in B. & rursus feratur ad C. Cùm aũt continenter ferat, fieri non põt vt A fuerit nec abfuerit in signo B, sed solũ fit in ipso Nunc, in nullo aũt tpe. prętet id cuius ipsum Nunc est in toto diuisio. Si nautẽ posuerit aliquis fuisse & absfuisse: A quod fertur semper sistetur. fieri enim non põt vt simul fuerit & abfuerit A in B. Est ergo i alio & alio signo temporis. Erit ergo tempus quod est in medio. Quare quiescet A in B. Similiter aũt etiã in alijs signis. eadẽ enim est ratio ẽt in omnibus. Cùm aũt vsum fuerit A quod fertur, B medio & fine & principio: vt ster necesse est, ppterea q duo faciat. quemadmodum si ẽt mente agitauerit. sed à signo quidẽ A absuit, quod est principiũ; in C autem fuit cùm finierit & steterit.

LXXV Aliam etiã affert demonstrationem, ex qua nõ solùm magis, q̃ ex prioribus, sed etiam maximè dicit esse clarum, q fieri non possit vt motus qui est in recta sit continuus, qui fit in eadẽ iterum atq; iterum dum regreditur id quod mouetur. Hoc autem ostendit ex eo quòd necesse sit quicquid reuertitur primum stare. Hoc enim non solùm necesse est in ijs quæ in recta reuertuntur: sed etiã si motum quid in circulo, cùm venerit ad aliquod signũ, rursus ab eo regrediatur: id quoq; stet necesse est, quoniã non potest id quod mouetur regredi nisi prius steterit. Cùm autem dixisset, non solùm in recta, sed etiam si feratur per circulum, hoc est, in circulo; idẽ vsuuenire quod in recta si regrediatur: rursus ostẽdit in quonam differat circulo ferri & per circulum. Circulo enim ferri id quod simul trahit & semper fertur ad eadem, & in ipso motu habet formam circularem: Per circulum autem, id quod mouetur in circulo, ab eodem regrediẽs, rursus ad idem tendere. Vnde etiam patet circularem circumuectionẽ non esse motus, sed eius in quo est motus. Duobus autem modis ostẽdit necesse esse vt id quod regreditur stet prius: & ex sensu et ex ratione. Et proprij quidem sensus iudex sit vnusquisq; necesse est. Cùm aũt ratione ostendere instituisset, primum, cùm tria sint, principium, medium, & finis, distinguit quomodo se habeat medium: nempe q sit principium & finis si referatur ad vtrũq; extremorum: & quonã sit actu medium, & quonã pote-

Circulo ferri, & per circulũ ferri differunt.

Id q̃d regredit, prius stare probat et sensu & ratione.

Mediũ quomodo se habeat ad principiũ et finẽ.

E state: & q in eo quod actu est medio, stat id quod mouet à principio ad finẽ, q & in ipso sit & ab eo absit, tunc enĩ est propriè actu mediũ. & si ad alterum quidẽ extremorum referat, est finis: ad alterũ verò, principium. His aũt prius sumptis, ostendit vniuersè ac gñaliter, q in quo id quod mouet & est & abest, necesse est vt in eo stet vtenq vt principio & fine. Hoc autẽ maximè facit id quod regreditur. actu enim signũ est illud à quo regreditur, non potestate. quamobrem in illo stat à quo regreditur. si enim stat etiã in signis intermedijs, cùm ea actu sumpta fuerint & nõ potentia: multo magis in eo signo quod solum actu est, quo ipm vsum sit necesse est vt fine & principio, in eo stat necessariò. Talis est aũt finis rectæ à quo regredit. Primum aũt ostendit q nõ in quouis signo eorum quæ sunt in recta stat id quod mouet in recta. ita.n. maximè ostẽdet esse ppriũ quiescere ijs quæ mouent, cũ regrediũtur. Si enim in quouis signo stet id quod fertur: primũ quidem non magis in regrediendo, q̃ in quolibet

F rectæ puncto steterit. est enim vbiq; signũ. Quinetiã in circulari motu hoc ipsum fuerit. quãdoquidẽ illic quoq; signa sunt. Sic autẽ nulla fuerit latio cõtinua. Quãobrem id quod fertur non stat in quolibet signo, qm̃ nec actu signa sunt in continuo. Quãobrem nec quæ sunt intermedia actu sunt. Quoniam aũt non sunt actu extremorum intermedia quæ sunt in cõtinuo signa, quo fit vt sumant tanq̃ continuũ, ostendet quænã sint propriè aliquorum media, ea definiens. in quibus enim est principiũ & finis & mediũ, medium si ad vtrãq; ex partibus referat fit diuersum. si ad principiũ quidem referat, est finis: si ad finẽ autẽ, principium. & sic fit finis & principium per rationem: si ad vtrunq; autem referatur, fit ambo. cùm etiam vtrũq; extremorum sumat in ambobus, & vt principiũ & finis. tunc enim mediũ, nempe C, relatũ ad A, vt quod ad principium quidẽ referat, fit finis: vt aũt quod referat ad finẽ, est principium. & silr si referat ad B. Alexander autẽ illud, MEDIVM si ad vtrunq; referat est ambo } sic

G qdem non censet audiendũ, existimans esse falsum, si ad vtrũq; referat, ambo fieri. sed q mediũ si vtriq; opponatur, vt quod sit diuersum, fit ambo. Si aũt ẽt vtrunq; extremorũ vt ambo sumptum fuerit, & vt principiũ & vt finis, queadmodũ rectę quę ab alto tendit deorsum, & id quod est supra, si referat quidẽ ad id quod ab ipso mouetur, est principiũ: si autẽ ad id quod ad ipm, finis. Et silr erit id quod est infra. Et medium ambo est, ad vtrũq; relatum rõne. est enim vnũ numero. Quæ aũt sunt in recta signa inter extrema, donec sumitur recta vt vna & continua, sunt solùm ptãte. Quę sunt aũt potestate, nõ fuerint propriè intermedia. est enim ppriè id quod actu est. Fit aũt actu medium, cùm id quod in recta mouetur, per aliquod eorum quæ in ipsa sunt signorũ, ipsam suo statu diuiserit. illud enim signũ in quo stat id quod mouet, actu & signũ & medium factum est, & ambo, si ad vtrũq; extremorũ referatur rõne. Simul ergo status est eius quod fertur, & actu mediũ, quod est principium & finis. & simul actu medium, & status in ipso. Neq; enim idẽ esset

H principiũ & finis relatum ad vtrunq; extremorũ, hoc est actu mediũ, ei quod mouet, si nõ factus sit in ipso status, & nõ sit à statu diuisum continuũ. Neq; fieret in ipso status, nisi id sumeret vt principiũ & finis, hoc est actu medium. Quãobrem ea se inuicẽ consequũtur, nempe & id quod est actu mediũ, & qui est in ipso status. id.n. quod vnũ est numero, duo fieri rõne, ostendit status eius quod mouet. Id aũt quod continẽter mouet, & minimè sistit, neq; in aliq̃d fuisse & ab eo absfuisse dici põt. nullo.n. vsum est vt fine et principio. neq; aliq̃d actu mediũ fieri possit, si recta maneat continua, & quæ non possit diuidi. quod enim in aliquo fuerit, necesse est vt aliquo tpe in eo quieuerit. nõ enim fieri põt vt & in eodẽ nunc fuerit & ab eo abfuerit, vt dicet paulò post, & venerit & recesserit. simul enim fuerit et nõ fuerit in eodẽ. Quare in alio Nunc fuerit & vt in alio. Quòd si ita est, inter quælibet aũt duo

Nunc

Nunc est tempus, hoc tēpore quieuerit in illo in quo fuit & à quo abfuit. Id autem quod continenter mouetur & nusquā sistitur, vt fuerit in aliquo signo eorum quæ sunt in recta nequit fieri. ea autē ratione dici possit non esse in tempore, sed in ipsis Nunc quæ sunt in tēpore, quæ sunt fines temporis, & nō tempus. Non enim si quid est in aliquo, necesse est vt id sit in tēpore. si enim fuerit in aliquo tēpore, in eo etiam quiescat necesse est. Per vnūquodq; ergo ipsorum Nunc, est in vnoquoq; signo eorum quæ sunt in recta. Ergo etiam A quod fertur nec fuisse in B, nec ab eo absuisse, sed solùm in ipso fuisse, in ipso Nunc, sed non in aliquo tempore. Habent enim proportionem ac conuenientiā vt signa quæ intercedunt in recta, ita ēt ipsa Nunc quæ intercedunt in tpe. Per id ergo quod est potestate, solūmodo est id quod mouetur cōtinenter, & in ħs quę intercedunt signis, & in ipsis Nunc quæ intercedunt. Cùm aūt dixisset in nullo esse tempore id quod in recta continenter mouet, per aliquod ex ħs quæ in recta sunt signis, adiecit, Præter id cuius nunc est diuisio. B perinde dicens ac propriè quidem & per se non esse in tēpore id quod continenter mouetur in recta, per aliquod eorum quę sunt in ipsa signorum. cōmunius tñ & per accidens posse dici per vnumquodq; signum esse in tpe, eò ꝙ vnūquodq; ipsorum Nunc, per quæ est in vnoquoq; ex signis id quod mouetur in recta, sit illius temporis, in quo rectam peruadit. eo enim ꝙ sit in ipso Nunc, quod est diuisio temporis, dicatur hoc etiam esse in tēpore, cuius est ipsum Nunc, sed non id quod est propriè. Nunc enim nō est pars temporis, sed eius sectio, quatenus secatur & potest secari tempus. Quemadmodum enim linea per signū eorum quę in ipsa sunt, quod nullas habet partes diuiditur, ita etiam tempus per Nunc. Cùm autem dixisset ꝙ id quod fertur cōtinenter in nullo eorum quæ sunt in linea signorū, est, vel ab eo abest, id ostēdit ex eo ꝙ in quo signo est vel ab eo abest, in eo stet necesse est. Quare per omnia semper stabit id quod mouetur continenter. quod quidē non potest fieri. Quòd enim id quod est alicubi & ab eo abest, stet, clarum est ex eo ꝙ non possit aliquid in eodē nunc & esse & ab eo abesse in aliquo. C simul enim fuerit & non fuerit in eodē. In alio ergo nunc & in alio. Quòd si hoc ita est: inter oīa autem nunc tempus intercedit, quādoquidem ipsa Nunc inter se non cohærēt: tēpore quod intercedit in signo quieuerit, in quo positum est fuisse & ab eo absuisse. Sin autem hoc facit in vnoquoq; ex signis quæ sunt in recta (cur enim hoc magis fiat in vno, quàm in altero) in recta quieuerit in quod in ea mouetur assiduè. quo quidnam fuerit à ratione alienius? Illud autem, In alio signo temporis, dixit perinde ac si diceret, In alio Nunc. Nunc enim quod est in tēpore, habet ꝓportionem ac cōuenientiam cum signo quod est in linea. Cùm autem dixisset quomodo se habet id quod in recta mouetur continenter, & ostendisset ꝙ in nullo signo eorum quæ intercedunt sit & ab eo absit, sed per ea solùm est in ipso Nunc: Cùm autem, inquit, vsum fuerit A quod fertur aliquo ex his signis quę intercedūt, D vtputa B vt medio, hoc est vt principio & fine, tunc in ipso stet necesse est. Necesse est autem sic illo vti signo à quo regreditur. In illo ergo à quo regreditur consistat necesse est. quod quidē ab initio ostendere instituerat. Hoc autem, Propterea quòd duo faciat, quemadmodum si ēt mēte cogitauerit} perinde est ac si diceret, Sic enī quod numero vnum est statu duo facit. non diuidit enim signū cùm non possit diuidi: sed his eodem vtitur. aliquando quidem vt fine, aliquādo autem vt principio, propterea quòd stet in eo. Quomodo autē vnum duo faciat ostendens, adiecit, Perinde ac si etiam mente agitauerit. positum enim fuerat id quod sic fit duo, duo fieri ratione. Dixit enim, Et vnum quidem numero, duo verò ratione, hoc est cogitatione. Quemadmodum enim qui cogitatione eodem vsus est vt duobus, et id quidem aliquando sumpsit vt finem, & aliquando vt principium: nō diuisit

Nunc est sectio tpis, vt signū lineę.

Vnū numero, duo cogitatione.

A quidē id quo vsus est, eodem vsus ad vtrunq;: aliquo modo aūt cogitatione id quod vnum est duo fecit: ita etiam qui eo quod in ipso stetit, ipso & vt principio & vt fine vsus est. Cùm autem ostēdisset, quemadmodum signis extremoꝝ quæ intercedunt vtitur id quod mouetur continenter, nempe ꝙ nō eodem vt principio ac fine, sed est per vnumquodq; in ipso Nunc & absq; tempore: infert quòd non vtiq; similiter vtitur & signo quod est in principio rectæ, & eo quod est in fine. Signa enim quæ intercedunt sunt potestate in linea, & ad hoc vt actu fierent opus habebant eo quod sit statu rectam diuisurum: Quę autem sunt in extremis, actu sunt. Quocirca vel necessariò id quod in recta mouetur, abesse quidem à principio: cùm autem mota fuerit, totam esse in fine: & si regrediatur, oportebit abesse ab eo in quo fuit. Quod autem fuit in aliquo & ab eo abfuit, necesse est vt in eo quieuerit tēpore quod inter ipsa Nunc intercedit, nempe & id in quo in ipso fuit, & id in quo ab ipso abfuit. Quare quic- B quid regreditur, necesse est vt quiescat in vltimo à quo regreditur. Hoc est ergo quod ostenditur. Qui autem ad hoc deduxit orationem, quòd id quod in recta mouetur, absit quidem à principio, sit autem in fine, priusquā ponat id quod est ei consequens, quòd scilicet id quod à fine regreditur necesse sit ipsum primò in ipso quiescere, quandam quę videtur moueri posse soluit dubitationē, vtens ħs quæ nunc dicta sunt & ostensa.

Signa quę in linea intercedūt, sunt potestate: quæ in extremis, actu.

Quocirca hoc quoq; dicendum est ad dubi- LXVI tationē. habet enim dubitationem hāc. Si enim fuerit linea E æqualis lineę F, & A continenter feratur ab extremo ad C: simul autem fuerit A in signo B: & D feratur ab extrema F ad G æquabiliter, & eadem celeritate qua A: D prius veniet ad G, vel A ad C. Id enim quod prius profectum est & abscessit, prius veniat necesse est. C Non ergo simul fuit A in B, & ab eo recessit. Quocirca manet posterius. Si enim simul, non manebit posterius, sed stet necesse est.

Postq; ostendit ꝙ id quod est in aliquo, & ab eo rece- LXXVI dit, in eo stet necesse est, subiungit quæ ad hoc tendit dubitationem: & eam soluit, distinguens id quod in ea indistinctè sumptum est. Et dubitationis quidem, quæ ab eo breuiter & obscurè posita est, hæc est summa. Si necesse est id quod est in aliquo & ab eo recedit, aliquo tempore in eo quiescere: eueniet vt quæ mouentur pari celeritate in lineis ęqualibus, cùm simul moueri cœperint, ęquales rectas nō simul transmittāt. quod quidem est absurdum. Quare etiam absurdum quod præcedit, ꝙ id quod est in aliquo & ab eo abest, quiescat aliquo tempore. Dictum autem absurdum euenit, si eorum quidem quæ mouent æquali celeritate, sumptum quidē fuerit vnum fuisse & abfuisse in aliquo ex ħs signis quæ intercedunt: alterum D verò non sumptū fuerit. Si sint enim duo aliqua quæ mouentur ęqualiter, quēadmodum illa A D, in duabus rectis æqualibus, nempe E & F: sumptum autē fuerit A in linea E C, in aliquo ex ħs signis quæ intercedunt inter E & C vtputa B, non solùm esse, sed & esse & abesse: si id quod fuit in aliquo & abfuit, aliquo tempore quod intercedit inter duo Nunc, nempe & id quod est in eo in quo est, & id quod est in eo in quo abest, sequetur vt D citius moueatur lineā rectam F G, ꝙ & est paria cum A celeritatis, & simul moueri cœperit. Hoc aūt accidit, ꝓpterea ꝙ in A quidē sumpserit ꝙ fuerit & abfuerit in aliquo ex ħs signis quę intercedunt inter signa E C: in D autē nihil tale assumpserit, sed motū fuerit esse cōtinuum. Quo fit vt etiā signa quę sunt inter F G, sint potestate: & D quod cōtinenter mouet, sit solū in signis, non aūt sit & absit. Si ergo sic & A, quod est ęqualis cum D celeritatis, continēter moueri sumptū fuerit, non vtiq; consequit vt D celerius

rius peruaserit lineam F G, q̃ A lineā E C. Vtraq; enim sibi peruadunt cùm sint in ĳs signis quæ intercedunt quę sunt potestate: non autem cùm alterum est & abest in aliquo eorum. Non enim necesse est vt quod est in aliquo, in eo sit & absit. quod quidē cùm sumpsisset oratio quæ dubitat, in altero eorum quæ mouentur, nempe A, colligit non verè esse demonstratum aliquo intermedio tempore quiescere id quod est & abest. Accepit autem Aristoteles lineas, E quidē, eam quæ est E C, F autem, eam quæ est F G. Cùm autē esset minus apertum id quod in D dictum est, id enim quod prius profectum est & abscessit, prius venerit necesse est: id pulchrè explicauit Alexāder. Non hoc enim dicit quod quis existimauerit, nō simul cœpisse moueri A & D: positum enim est ea simul incipere: & si nō simul incipiant, nihil erit absurdi quod colligetur: sed hoc est quod dicit, A & D cùm simul cœperint ab E & F, pari lata celeritate, veniunt, A quidem ad B, D autem ad aliquod aliud signum, quod habet pro- F portionem ac conuenientiā cum B, in recta F G, & quod æquè distat ab F, atq; B distat ab E. Ab his autē signis, nempe B, & eo quod habet cum eo proportionem ac cōuenientiam in recta F G, non vtiq; simul abscedūt A & D, quoniam A quod positum est esse & abesse in B, in ipso etiam quieuerit necesse est: D autem, quod non positum est esse in signo quod habet proportionē cum B, sed esse solùm in ĳs quæ sunt potestate signis, cùm in recta continenter moueatur, nō necesse est quiescere. Cùm ergo simul venerint ad signa quę proportionē habent ac conuenientiam, nō simul abscedit id quod quiescit, & id quod non quiescit, sed id quod nō quiescit, primùm. Cùm sint autem æqualis celeritatis, necesse est vt quod prius fortè à medio abscessit, prius veniat ad finem. Ipse autem dixit causam, per hoc, NON simul ergo fuit A in B, & ab ipso absuit.} Quare in eo etiam quieuit. Necesse est ergo vt maneat posterius. Si enim simul, nequaq; manebit posterius. Necesse est autem vt maneat posterius, quo- G niam quiescit in B. Porrò autem ante hæc verba, illud quoq; est sub obscurum. SIMVL autē fuerit A in signo B: & D feretur ab extrema F ad G.} Quomodo enim A simul in B; & D feretur ab extrema F? siquidem simul cœperunt, A quidem ab E, D autem ab F. Sed videtur dicere, Cùm A quieuit in signo B, tunc D quod ab extrema F mouetur continenter, fertur ad G, & non quiescit alicubi, vt A, per positionem.

Non est ergo ponendum cùm A fuit in B, D simul moueri ab extremo F. Si futurū est enim vt A fuerit in B, erit etiam vt abfuerit, & non simul, sed erat in sectione temporis, & nō in tpe. Hic ergo fieri non pōt vt sic dicat̃ in continuo.

LXXVII Hic est principium solutionis, quod argumētatur ab ĳs quæ iam ostensa sunt. Dicit autem non esse ponēdum A quod mouetur in linea E C fuisse omnino in B: vt dica- H tur sicut dicebat is qui mouebat dubitationē, cùm A esset in B, tunc D simul moueri ab extremo F. Si A enim fuisset in B, reuera etiam ab eo abfuisset. & non ambo simul: sed intercessit aliquod tempus & quies aliqua. & quę dubitat oratio fuerit firma ac valida. Sed si esset similiter continuus motus, & sicut motus A, etiam motus D: & A in B. neq; in tempore, neq; fiet omnino in B, sed pro eo quod est fieri, erit, & pro eo quod est in tempore, in ipso nunc. Quod enim mouetur cōtinenter, est quidem in vnoquoq; eorum quæ sunt potestate signorum, & est non in tempore, sed in ipso Nunc, quod est finis temporis. Quare nec fit in aliquo eorum quæ sunt huiusmodi, nec abest. Quare in continuo quidem motu qui fit in cōtinua magnitudine, non potest dici id quod in ipso mouetur esse seu fieri in aliquo eorum quæ sunt in continuo signorum. quoniam nec aliquod ex his signis actu est, sed solùm potentia.

E In eo autem quod regreditur necesse est sic dicere. Si enim linea C feratur ad D, & cùm rursus regressa fuerit, deorsum feratur: extremo in quo est D fine & principio vsa est, vno signo tanquā duobus. Quocirca steterit necesse est. & non simul fuit in D, & abscessit à D. illic enim simul fuerit, & non fuerit in ipso Nunc.

Postq; ostendit quemadmodum in eo quod mouetur LXXVIII continenter, nō licet dicere esse seu fieri & abesse: subiungit q̃ in eo quod venit ad finem & regreditur, necesse est dicere, ipsum & in fine fuisse & absuisse. finis enim rectæ non est vtiq; potestate, vt erant ea quę intercedunt, sed est actu. Quocirca necesse est & in fine fuerint & ab eo absuerint. Et hoc rursus ostendit per expositionem literarum, cùm mutasset, vt dicit Alexāder, elementa: & fecisset nunc G id quod mouetur, quēadmodum prius D: F & D nunc finē rectæ, sicut prius erat G. Et dicit quod G cùm venerit ad finem D, cùm rursum regressum fuerit, vno signo vt duobus, nempe vt principio & fine, vsum est. Id autem erat adfuisse & absuisse. Quocirca necessario oportet ipsum, cùm eo tempore quod inter ipsa nunc intercedit, nempe & id in quo fuit in fine D, & id in quo absuit, ab ipso reflexerit, quieuisse. Sic quidem accepit Alexander mutationem elementorum. Num autem D quod mouetur, sicut prius posuit in extremo lineæ F G, vt ipsum id quod ab extremo mouetur acciperet: ita etiā nūc cùm in extremo seruasset, pro extremo rectæ ipsum accepit: G autem quod prius erat finis rectæ, quod ad principium rectę, hoc est ad D mouetur, accepit: vt cùm regressum fecisset in principio, simul vt principium & vt finem acciperet. nam si finem simul etiam vt principium voluisset accipere, D mouisset ad G. Quòd autem fieri non potest vt & simul adfuerit in D & ab eo absuerit, ostendit, dicens ILLIC enim simul fuerit, & non fue- G rit in ipso Nunc.} quod enim adfuit in aliquo & absuit, cùm in ipso quidem adfuit, in ipso est: cùm autem absuit & ab ipso recessit, in ipso non est amplius. Siquis ergo dicat in Nunc quod diuidi non potest, & adfuisse aliquid in aliquo, & absuisse, simul etiam in eodem Nunc & in eodem dixerit esse aliquid & non esse. quatenus quidem adfuit, esse: quatenus verò absuit, non esse.

Sed enim non est ea danda solutio quæ iam LXVII pridem data est. non contingit enim dicere, q̃ per D linea G sit in sectione. neq; verò adfuit, neq; absuit. necesse est enim vt ad finē venerit id quod est actu, nō potestate. Id ergo quod est in medio, est potestate: hoc aūt actu. & finis quidem est inferne, principiū verò superne. Ergo in motibus quoq; similiter. Necesse est ergo vt id steterit quod in recta regredit̃. Non ergo cō- H tingit cōtinuum motum esse ęternum in recta.

Cùm solueret dubitationem, quę dicit, q̃ si A adfuerit LXXIX in B & absuerit: id autem quod adest & abest consistit in intermedio: contingit aūt id quod est paris cum A celeritatis, rectam F G quę est æqualis E C celerius peruadere, q̃ A lineā E C, quod quidem est absurdum: quæ æqualis enim sunt celeritatis æquales magnitudines peruadūt in æquali tpe: Hāc ergo dubitationē cùm solueret, dicebat, q̃ A nō adest & abest in B in tpe: sed est in ipso in sectione temporis, & non in tpe. quoniam signa non sunt actu in continuo, sed potestate. Non oportet ergo, inquit, idē dicere in ĳs quę regrediuntur, quòd sunt quę in Nunc per D: non eū etiam in ipso adfueru[illegible]runt ab [illegible] quę in- [illegible]ducit pro [illegible], ad ipsum venerit aliquando finem qui iam est actu & non potentia,

tia, cuiusmodi erant cùm ad ipsum moueretur quod mouetur, ea quæ intercedunt. Ii enim erant fines potestate, quoniam id quod mouebatur poterat eos quoq; actu facere cùm in ipsis adstitisset & diuisisset cõtinuitatem. quod enim infinita recta & cõtinua continenter mouetur, nullo eorum quę intercedunt vt quod actu sit vtit. Oportet autẽ aliquã quoq; ad finẽ venerit, & actu in eo fuerit, qui ipse quoq; actu est, non aũt potestate, vt ea quæ sunt ante ipsum. Nam vt sunt signa quæ sunt in subiecto, ita & quod in eo continenter mouetur, fit in ipsis: potestate quidẽ in ijs quę sunt potestate: in ijs verò quę actu sunt, actu. Scit aũt aliam quoq; scripturã Alexander, quã ipse & describit principaliter, quę habetur in multis libris, quã etiam cùm exposuisset, cessauit, adscribens vt aliã. Ea aũt sic habet: NECESSE est enim vt ad finẽ veniat qui actu est id quod est potestate.] Dixerit aũt q id quod mouetur, quod est interim potestate in fine quãdiu mouet, necesse est vt ad finẽ veniat qui iã est actu finis, cũ in ipso fuerit. Quod aũt est in fine qui actu est, in eo quod ẽ actu signũ LXXXI est tpe, & nõ in sectione tpis. necesse est enim vt id quod mouet ab ipso regrediens, cùm ad ipsum quidem mouet, eo vt fine vtatur: cùm aũt ab ipso, tanq; principio. Inter finem aũt & principiũ quies intercedat necesse est. Quemadmodum aũt recta, inquit, in qua mouet id quod mouetur, habet eundẽ finem & principium: ita & motum habeat necesse est qui à loco inferiori fit sursum, & à superiori deorsum. eius enim id quod est supra est finis & principium. Cùm aũt multis modis id quod instituerat ostẽdisset, nempe q quæ regrediunt, interim consistere necesse sit: & q quæ in recta mouent regrediãtur necesse est, nisi cessene cùm fuerint in finibus: concludens ea quæ dicta sunt, breuiter sic totum exponit syllogismum. Quę in recta perpetuò mouentur, regrediuntur. Quę regrediunt, interim sistuntur. Quæ interim sistuntur, motu cõtinuo non mouentur. Quæ ergo in recta mouentur, motu continuo & æterno non mouentur. Ipse aũt cùm duas propositiones, nempe & eam quæ dicit q id quod in recta mouetur regredit, et eam q dicit q id quod regredit sistitur, in hoc cõtraxisset, NECESSE est ergo vt stet id quod in recta regreditur] & eam tanq̃ manifestam præmisisset, quæ dicit, q quæ sistuntur motu continuo non mouent subiunxit conclusionẽ quæ dicit, Non contingit ergo cõtinuum & æternum esse motum qui fit in recta.

Eodem autem modo occurrẽdum est etiam ijs qui rogant rõnem Zenonis, & cẽsent si semper oportet peruadere dimidium: ea autẽ sunt infinita: vt autem peruadantur infinita nequit fieri. vel vt hanc eãdem rationem aliter rogant aliqui, volẽtes vt simul dum mouetur dimidiũ numeret id quod est in vnoquoq; dimidium, adeò vt cùm totam peruaserit infinitam, cõtingat numerasse numerum. Hoc aũt in confesso est non posse fieri. LXVIII In primis itaq; libris de motu soluimus, per hoc q tempus in se habeat infinita. Nihil est enim absurdi si in infinito tẽpore quis peruadit infinita. Est autem similiter infinitum & in longitudine & in tpe. Sed hæc solutio, si eius quidem qui rogat habeatur ratio, satis habet. rogabatur enim an in finito cõtingat infinita peruadere, vel numerare: Si rei autem & veritatis, non satis. Siquis enim missa longitudine & interrogatione an in finito tẽpore cõtingat infinita peruadere, hęc roget ab ipso tpe, habet enim tẽpus infinitas diuisiones: non erit hæc vtiq; sufficiens solutio. Sed dicẽdum est id quod verum est, quod quidẽ diximus in ijs quę modo dicta sunt. Siquis enim cõtinuum motũ diuidat in duo dimidia, is vtitur vno signo tanq̃ duobus. facit enim ipsum & principiũ & finem. hoc autẽ facit & qui numerat, & qui diuidit dimidia. Cùm autẽ sic diuidat. non erit continuus nec linea nec motus. cõtinuus enim motus est continui. In continuo aũt insunt quidẽ infinita dimidia. verùm non actu, sed potestate. Sin autem faciat actu, non faciet continua, sed sistet. quod quidem manifestum est euenire in eo qd numerat dimidia. quod est enim vnum signũ, ei duo numerare necesse ẽ. vnius enim dimidij principiũ, alterius verò dimidij erit finis, si non vnum numerat cõtinuum, sed duo dimidia.

Cùm ostendisset q in continuo ea signa quę inter extrema intercedunt, sunt potestate & non actu, & ideo id quod mouetur cõtinenter in eo quod est cõtinuum, neq; adest in aliquo ipsorũ, neq; abest ab ipsis, vtpote q si hoc fecerit, diuiserit continuum: dicit oportere eo vti etiam aduersus eos qui rogant rõnem Zenonis. LXXX De Zenonis autẽ Eleatę rõnibus, quas rogabat exercens eos qui dissęrebant, & videbatur probare non esse motum, dixit ipse in septimo huius operis, eas esse quatuor, & quænã sint, & priuatim aduersus vnãquamq; contendit. Cùm ex illis aũt quatuor rõnibus nunc vnam sumpsisset, nobis in memoriã reuocat eam quæ tunc dicta est solutionẽ. Dicit autem eam aptius esse soluendam ex ijs quę proximè ostensa sunt. Erat aũt ratio Zenonis, cuius nunc meminit hmõi. Si est motus, erit aliquid quod in finito tẽpore infinita peruasit. eo enim q sit in infinitum sectio in duas partes, erunt in quouis continuo infinita dimidia: & q eius pars quælibet habeat dimidium, id quod finitã motum est, infinita dimidia peruaserit, in finito tpe in quo peruasit finitã. Assumens autẽ oppositum eius quod est in connexo cõsequens, q scilicet non possit aliquid in finitò tempore aliqua infinita peruadere, quoniã nec possint omnino peruadi infinita, sustulit esse motum. Sic quidem Zeno. Dicit autẽ aliquos eam aliter rogare. Si est motus: quoniam sunt infinita dimidia in quolibet continuo, id quod mouet in cõtinuo, põt in vnoquoq; dimidio numerari. Hoc aũt si fiat, cùm id quod mouetur peruaserit finitam magnitudinẽ: qui numerat, infinitia dimidia numerauerit. Si hoc ergo fieri non potest vt numerẽtur infinita, hoc quoq; non potest fieri cui hoc est cõsequens. Consequens autẽ erat ei quod est esse motum. Sed tunc quidẽ contendens aduersus rõnem Zenonis, vt quę ei quod est esse motum inferret absurdũ, q id quod moueretur in finito tẽpore infinita dimidia peruaderet, dicebat non in finito tẽpore infinita peruadere: sed si vtiq; peruadit, esse etiã tempus infinitum. quẽadmodum enim magnitudo habet infinita dimidia, ita etiam tempus. Similiter enim sunt ambo & cõtinua & quę diuidi possunt in infinitum. Non ergo in finito peruadet infinita, sed in infinitis infinita. Hanc aũt solutionẽ, qua tũc vsus est, aduersus eum quidẽ qui infert vt absurdũ, q in finito tpe peruadat infinita, sufficere: non sunt enim infinita in tpe finito, sed si sunt, sunt in infinitis, propterea q infinitũ sectionẽ habeat in vtrisq;, nempe et in magnitudine & in tpe: quare nullum sequitur absurdum: Quod autẽ attinet ad rem ipsam, & eam quę est in ipsa veritatẽ, non vtiq; sufficere, nec verè respondere. Non est enim idem & aduersus falsam contendere rõnem, & ostendere quomodo rei se habeat veritas. põt enim vel falsis aliquibus vsus quispiam obstare ne falsa procedat ratio. Quòd autẽ non sufficiat hæc responsio ad eius quæ est in re ipsa dubitationis solutionem, ostẽdit mutata rogatione. Si quis enim, inquit,

Ratio Zenonis motũ perimens.

missa lõgitudine, & rogatione, an in finito tpe contingat infinita peruadere vel numerare, in ipso solo tẽpore hæc interroget. Sumpto enim aliquo tempore finito, in quo motum est id quod mouetur: qm̃ sunt infinita quæ in eo sunt dimidia, cùm ipsum sit cõtinuum & diuidi possit in ĩfinitum, volet dimidia peruadere & numerare. Si enim totũ peruadit, peruadit etiam vnamquãq; ex eius partibus. Quare si sunt infinita dimidia: id quod mouet, cùm totum peruaserit, peruaserit etiã & numerauerit infinitas partes temporis in toto finito. Eadem aũt oritur dubitatio, etiam si quis ipsius solùm magnitudinis uoluerit dimidia numerari, cũ id quod mouetur ipsam peruadit, etiam si prẹter eam non vtatur tpe, vt faciebat Zeno. Et ideo videtur Aristoteles orationi Zenonis adijcere eandem orationem alio modo rogantem ex eo q̃ numeret: qm̃ ad eam rogationem non sufficiebat quę tunc data est solutio, quæ etiam tempus similiter ostẽdebat infinitum magnitudine. quẽadmodum nec ad eam quæ rogabatur ex tempore solùm vel magnitudine. Etenim ad eum, inquit, qui sic dubitat, non vtiq; cõuenier ea quæ prius data est solutio, quę dicit similiter esse infinita tẽpus & magnitudinem. nam qui hoc dicit, nihil dicet ad id quod dictum est. Partium enim ĩfinitate vsus est qui dubitabat, & quòd diceret transmitti nõ posse ea quæ sunt infinita, dum id quod mouetur ea peruadit & numerat. Quamobrem illa, inquit, solutio aduersus Zenonem quidẽ & eos qui sic rogant putanda est sufficere: in finito enim nõ peruadit infinita, sed in infinito: ad eam autẽ quæ aliter potest de eo rogari rõnem, & ad veritatẽ, & ad rei ostendendam naturã, non sufficere: sed eo quod paulò ante dictum est eam soluendam esse dubitationem. Id aũt est, q̃ quicquid est continuum, potestate in se habet ea per quę põt diuidi, non actu. linea quidẽ, signa: tempus autẽ, ipsa Nunc. Qui aũt in dimidia diuidit & numerat, ea actu sumit. Ita aũt diuidit continuũ, & vno signo vtitur vt duobus. facit enim principium & finẽ, sicut etiã faciebat qui prius mouebaẽ in recta & regrediebatur. & quemadmodum ille nõ vtiq; mouebaẽ tanq̃; in continuo, neq; motu cõtinuo, vtens eodẽ signo principio & fine, & cùm in eodem adsit & rursus ab eo absit: ita ẽt facit qui vnũquodq; numerat dimidiũ, & semper dicit moueri per primũ dimidium. diuidit enim continuũ, & actu quædã sumit in ipso media. Si aũt diuidaẽ: non manet amplius cõtinuũ. neq; enim magnitudo, neq; motus, nec tps, sunt amplius cõtinua, si fuerint diuisa. Qui ergo diuidit, in cõtinuo & finito nõ amplius ostendit ea quę insunt infinita. nõ manet enim cõtinuum id quod est actu diuisum. Quare qui hoc modo conanẽ ostendere in cõtinuo inesse infinita dimidia, vel q̃ diuidant, vel q̃ numerent, p ipsam ostensionẽ perimunt continuũ, in quo volunt ostendere infinita. Nullum enim continuũ est adhuc continuũ, si fuerit diuisum. Sed dicet quispiã, si quicquid est cõtinuum, diuidi põt in infinitũ: est ẽt quælibet pars continui continua, & qui diuidit continuũ, non tollit de medio cõtinuũ. Dicit ergo, hanc soluens obiectionẽ, quõ sint continua eiusmodi vt possint diuidi in infinitũ, nempe q̃ infinita habeãt ptãte non actu. vtpote q̃ in vnaquaq; sui parte possint sectionem suscipere. Quod ergo continuo motu motũ est, ptãte infinita motum est & non actu. & in tpe continuo ptãte infinita dimidia & nõ actu. Si aũt potestate: neq; vt quę numeranẽ, neq; vt quæ diuidũtur. Ea.n. fiunt cùm tã actu diuidiẽ, & nõ est amplius continuũ. Sectiones ergo sistet qui diuidit, & sumet finitas. ptãte.n. erant infinita dimidia in cõtinuo, actu verò finita. non sunt.n. sic ptãte infinita in cõtinuo, vt ẽt actu sumanẽ infinita. actu.n. nõ sunt infinita, sed vt q̃ diuidi possint in infinitũ. Sectioni autẽ in infinitũ est id quod est in eo q̃ semper sit ptãte, & in eo q̃ fiat & secetur, sed nõ in eo quod secta sit. quẽadmodũ certamẽ & dies nõ possunt tota simul sumi: sed in eo q̃ fiant eis est id quod est. Quòd aũt ab eo qui oumerat dimidia, diuidiẽ cõtinuũ in finita, ee nõ seruatur vnũ

Qiicquid ẽ cõtinuũ, potestate habet ea p quæ potest diuidi.

Sectio in infinitũ est in eo q̃ semper sit ptãte, & i eo quod fiat & secetur.

E & cõtinuum, cuiusmodi si sumeretur, esset eiusmodi potestate vt posset diuidi in infinitũ, per hoc ostẽdit, q̃ qui sic facit, vnum signũ duo numeret, prioris q̃dem partis, vt finẽ, posterioris aũt, vt principiũ. Qui.n. totũ & continuum diuidit per dimidia, sumit idẽ signum in vtrisq; dimidijs. Sed qui hoc facit, vno ẽt signo vtens tanq̃ duobus, diuidit cõtinuum. quẽadmodum ostẽsum est in eo quod mouet. Ergo is ẽt qui numerat dimidia, diuidit cõtinuũ. Qui aũt continuũ non conseruat continuũ, sed diuidit p media: nec motum quidẽ sumit vt continuũ & vnum.

Quamobrem dicendum est ei qui rogat an contingit infinita peruasisse vel in tempore vel in longitudine, quòd fieri quidem potest vt cõtingat, & fieri potest vt non. Nam si actu sint, non contingit: potestate autem, contingit. Qui enim cõtinenter mouetur, per accidẽs peruasit infinita. sed nõ absolutè. Lineæ enim accidit vt F sint infinita dimidia. substãtia aũt est alia, & esse. LXXXI

Docet nos deinceps vniuersè ac generaliter, quomodo sit respondendum ei qui rogat, an contingat omnino infinita peruasisse, vel in tempore, cùm aliquid trãsiens in tempore finito, infinita Nunc quæ in ipso sunt dicatur peruadere: vel in longitudine, cùm transmissa aliqua finita lõgitudine, infinita quæ in ipsa sunt signa dicatur peruasisse. Ei ergo, inquit, qui rogat, oportet hoc respondere, q̃ aliquo quidem modo contingit, aliquo verò modo non. Quæ enim potestate infinita sunt, possunt: quæ verò actu, non possunt, q̃ nec omnino quidem sint aliqua hoc modo infinita. Quomodo autẽ quæ potestate sunt infinita possint peruadi, per hoc, inquit Alexãder, ostendit, nempe, QVI enim cõtinenter moueẽ} & per ea quę deinceps sequũtur. Quoniam enim lineæ quam motum est id quod motum est, accidit, vt potestate sit eiusmodi vt possit diuidi in infinitum, & potestate habeat infinita G dimidia: id quod peruasit lineã, per accidens peruasit dimidia quæ sunt potestate infinita. hoc est, eam peruasit, cui vt habeat dimidia potestate infinita accidit. non erat enim hoc lineę substantia, & eius esse, habere infinita dimidia. Nam id quod lineam motum est, nõ vtiq; peruasisset per accidens infinita dimidia, sed per se, siquidẽ per se motum est lineam, cuius esse in hoc est q̃ habeat infinita dimidia. Sed quoniam hoc nõ est lineę esse lineam, sed hoc quidem ei accidit: lineam autem esse, est esse longitudinem expertem latitudinis: id quod peruasit lineã, per se quidem peruasit longitudinem expertem latitudinis, per accidens aũt etiam quæcunq; lineę accidunt. quẽadmodum si alba erat, album. & similiter vnumquodq; ex alijs. quorum etiã vnum erat habere infinita dimidia potestate. Cùm sic ergo & his ipsis verbis propositam dictionẽ exposuerit Alexander, attẽderit, vt puto, quispiã, primùm quidẽ, cur ei quod est accidisse lineæ infinita ee dimidia, adiecerit ipse, Potestate: & non solũ sic scripserit dictionẽ (& si libri qui ad me venerunt, nõ habeant il H lud adiectum, nempe Potestate) sed etiã sic exposuerit. Quod enim, inquit, lineã peruasit, per accidens peruasit ea quæ sunt potestate infinita dimidia. hoc est, eam peruasit, quatenus sit per accidẽs vt habear infinita dimidia potestate. Quõ autem dicit esse lineæ per accidẽs, q̃ sit potestate eiusmodi vt possit diuidi in infinitum, si quidẽ manet linea continua: est autem cuiusuis continui ratio, esse eiusmodi vt possit diuidi in infinitum? Est autem etiam aduertendum, quòd Aristoteles nõ dicit id quod Alexander, quòd lineæ accidit vt diuidi possit in infinitum: sed accidere lineæ vt sint infinita dimidia. Ad Aristotelis autem dictionem dubitandum est, quõ qui continenter finitã per se mouetur, per accidens peruasit infinita? id enim quod est per accidens, etsi sit per accidẽs, est tñ, & habet substantiam. Nam id etiã quod per accidens mouetur vel calesit, est. & illud quidem mouetur, hoc

Lineę accidere vt sint infinita dimidia quomodo dicat Aristoteles.

verò

verò calefit, etiam si per accidens. Vector enim in naue à vento mouetur per accidens. quoniam ei quod per se mouetur, nempe naui, id accidit: mouetur tñ is etiam qui est in naue, etsi moueatur per accidens. Infinita autẽ non sunt: vt id quod continẽter per se moueatur finitam, per accidens infinita peruaserit, & lineę acciderit vt sint infinita dimidia. Num ergo nunc nobis aliquam aliam accidẽtis speciem tradit Aristoteles, id quod inest alicui potestate dicens id eius esse accidens? Sic enim dicit lineę accidere vt sint infinita dimidia, qm̃ sunt in ipsa, potestate. etiã si posse in infinitum diuidi, sit ratio continui. Quoniam aũt vnumquodq; per id quod actu est, maximè est id quod est, & non per id quod est potestate quod in ipso est, ideo etiã lineæ substãtiam & eius esse dici nõ esse per ea quæ sunt in ipsa infinita, qm̃ ea sunt in ipsa potestate: sed per id quod est vnum & continuũ. quod quidem inest actu lineę. Etsi ergo definiamus cõtinuum, Id quod potest diuidi in infinitum: id quod actu est, per id quod in ipso est potestate definimus. vt siquis taurũ definiat id quod potest fieri apis. Si ergo sic dixit Aristoteles pro eo quod est potestate, superfluum est quod adijcit Alexander, in eo, Accidit enim lineæ infinita esse dimidia, Potestate. Perinde enim fuerit ac si quis dicat, Potestate enim inest lineæ vt sint infinita dimidia potestate. Sed quomodo potestate infinita dimidia est linea? Quicquid enim est potestate, vt actu quoq; fiat, fieri potest. & qui id quod fieri potest tanq̃ factũ posuit, falsum quidem fortasse, sed non tale vt non possit fieri ponit. Erunt ergo actu infinita dimidia. ostensum est autem in tertio huius operis, q̃ nec magnitudo nec multitudo vt sit infinita fieri potest. Esse ergo infinita dimidia audiẽdum est, pro eo quod est, In infinitum diuidi in dimidia. Hoc enim potest linea, sed non esse infinita dimidia, nisi siquis id quod in infinitum diuiditur in dimidia, dixerit infinita, vtpote q̃ finem nõ habeat in duas partes sectio. quo modo ea quoq; quę dubitationem mouebat oratio, accepit infinita dimidia, & non vt rei est veritas ea quę fiunt in infinitum. Aristoteles autem, cùm hoc dubitanti concessisset orationi, nequaquã simul esse ea quæ sunt infinita; ex eo quod est potestate & actu fecit solutionẽ,
» dicens infinita, vt tradidit in tertio huius operis: Non
» oportet autem id quod est potentia accipere, quẽadmo-
» dum si fieri possit vt hoc sit statua, hoc etiam statuam es-
» se futuram, ita etiam infinitum aliquid quod sit actu fu-
» turum. sed est, inquit, ita infinitum quòd semper suma-
» tur aliud & aliud, & id quod sumitur sit semper finitum.
» sed semper quidem aliud & aliud, sicut dies & certamẽ,
» quòd semper fiat aliud & aliud, ita etiam infinitum. Et
» manifestum est, inquit, hoc infinitum, quod est vt in infi
» nitum, & in tẽpore, & in hominibus, & in diuisione magnitudinum. Porrò autem hoc quoq; in illis adijcit Aristoteles, quòd id quod potest esse infinitum, hoc autem est id quod est in infinitum, non est accipiendum vt hoc quidpiam, vtpote homo vel domus. sed vt dies dicitur & certamen. quibus esse non est vt substantia. hoc est, non remanet. sed semper in ortu vel interitu finitum. sed semper aliud & aliud.

Accidentis species ẽ id qđ inest alicui ptãte.

Linea dimidia qũo potestate infinita.

Infinitũ non remanere, sed semp esse in ortu & interitu.

LXIX Clarum est aũt q̃ nisi quis faciat signum tpis quod diuidit, quod est semp prius & posterius eo quod est re posterius, erit idẽ simul id quod est & id quod non est. Commune est ergo amborum signum, nempe & prioris & posterioris, & vnum & idem numero, non idem autem ratione. Huius enim est finis, illius verò principium. Re autem semper posterioris affectionis est tempus, in quo est A C B: res autem in qua D. Ea in A quidẽ sit alba toto tempore: in B autẽ, non alba. In C ergo est alba & nõ alba. in quali-

A bet enim parte ipsius A verum est albã dicere, si hoc omni tpe erat alba: & B non alba: C autẽ in ambabus. Non est ergo cõcedendũ in quolibet, præter vltimũ Nunc in quo est C. Hoc aũt iam est id quod est posterius. Et si fiebat nõ album, & si interibat albũ in A quolibet, factum est vel interijt in C. Quare album vel non albũ primum in illo verum est dicere. vel qñ factum est non erit. & qñ interijt erit. Vel simul album & non album esse & non esse necesse est.

LXXXII Cùm ipsius Nunc meminisset, q̃ sit vnius quidẽ principium, alterius verò finis. & quòd sit diuisio tpis, et non tẽpus: & q̃ nullas habeat partes: & q̃ non cõtingit in eodem Nunc adesse aliqđ & abesse in aliquo, & ab aliquo: esset enim simul aliquid in eodem & non esset: hoc nunc
B deinceps ostendit per quod fit diuisio tpis, q̃ si referatur quidem ad tp̃s quod diuiditur, est in vtrisq; sit partibus temporis, vnius quidẽ finis, alterius verò principium: sic est enim tp̃s continuum, q̃ partes eius cõem habeant terminum, nempe Nunc: Sin autẽ ad rem quæ est semper in tempore: eo q̃ tempori quod est posterius, & rei quæ est posterior, vel affectioni quę in posteriori fit tpe, attribuatur, sit etiã illius principium. Quemadmodum si in tpe aliquo mutetur aliquid ex albo in nigrũ: ipsum Nunc in quo primum mutatum est ex albo in nigrum, si ad tp̃s quidem respiciatur, per ipsum Nunc ęquè erit in ambobus, nempe & priori tpe & posteriori, vt quod sit vnius quidem finis, alterius verò principium: Sin autẽ ad rem: nigrum ipsi esse adijcitur: nõ itidem aũt etiam albo ex quo mutatũ est. adeò vt res quæ sumitur in posteriori tpe, vt puta res quę nigrescit, vel denigratio, q̃ talis sit principiũ ab hoc nunc cœperit. quod quidẽ Nunc non vtriq; sumitur rerum cõe sicut temporum: sed posteriori quidẽ attribui-
C tur. hoc est ei quæ est in tpe posteriori: cuius est principium: aufertur autẽ à re quæ erat in priori tpe. cuius tpis finis est Nunc, quod est vnum quidẽ numero: rõne verò nõ vnum. cùm idẽ sumatur vt finis & principiũ. Quòd aũt hoc ita se habeat ostendit, absurdum quod consequitur si ita non habeat indicans. Siquis, inquit, signũ quod diuidit, quod est prius & posterius, nẽpe Nunc, non semper rei cõiungat posteriori, sed quẽadmodum in temporibus, ita etiam in rebus sumat ipsum cõmune eius quod est prius & posterius, adeò vt sit in ambabus rebus sicut erat in tpibus, eueniet aliquod absurdũ. Erit enim idem simul id quod est & id quod nõ est. & cùm factum fuerit aliquid, tunc non erit id quod est. quod ita se habere demonstrabit. Illud autem, Re aũt semper est posterioris affectionis, perinde est, ac, Per res autem quæ sumuntur in tempore, est semper affectionis quæ facta est posterius. res enim sunt etiam affectiones. Aut, Re autem semper est posterioris affectionis, hoc est, Per rem autẽ
D quę est in tpe, est semp posterioris quę fit in ipso affectionis. Posteriorem aũt affectionem dixit eam in quã facta est mutatio, nouo modo dicens affectionẽ de oĩbus motibus. Demonstratio aũt per quam ostẽdit quod si Nunc sumatur cõe in rebus, vt in tpibus, eueniet vt idẽ simul sit & nõ sit, & cũ aliquid factum est, nõ sit, est eiusmodi. Sumit D pro re; & duo tpa, prius qdem A, posterius verò B, per se à seinuicẽ separata per C. Et ponit D in priori qdem tpe, nempe A, alba: in posteriori autẽ, nempe B, quod est per diuisionẽ per C, non alba: C aũt amborum temporum cõem terminum, tpis quidem A esse finem, tpis verò B principium. Et dicit q̃ si C etiam in re posita fuerit, vnius quidẽ finis, alterius verò principium, D quæ est alba in tempore A, erit etiam alba in fine ipsius A. is autem est C. Et rursus si in B tota est non alba, clarum est quòd etiam in eius principio erit non alba: Est autem C principiũ, quod ipsius A erat finis. In C ergo

Si Nunc ad tp̃s referatur, est vni⁹ principiũ, alteri⁹ vero finis: si ad rẽ, est principiũ posterioris, nõ finis prioris.

go quod nullas habet partes est & albũ & non est. Hoc E est ergo absurdum quod sequitur, si C sicut prioris & posterioris tpis, huius quidem principium, illius verò est finis: ita etiam sit rei. Dicit aũt ipse non oportere sic concedere in quouis primo tempore D esse albam, vt sit etiam talis in eius fine. sed est in quouis quidem tpe concedendum, non aũt etiam in eius fine. sed excipiendus quidem est finis primæ rei albæ: C autem cõstituendum est principium eius rei quæ in secundo tẽpore est non alba. Hinc aũt euadit manifestum vel ex generatione & interitu, C esse attribuendum ei quod deinceps sequitur. Siue enim fiebat aliquid album in vniuerso tempore A, siue album in ipso interibat, in C factum est vel interijt, si C est finis ipsius A. Quare si fit aliquid album in tempore A, est album in primo C. & si aliquid album interit in tẽpore A, in primo C quod est finis ipsius A: interierit, & non erit album. Si ergo quod fit vel interit in tempore A, in tẽpore B vel factum est vel interit, sicut etiã in C: clarum est F q̃ C sit ipsi B attribuendum, tanq̃ eius principium, eandem habens naturã: non aũt ipsi A, siquidem in A quidẽ fit, in C verò factum est. Siquis aũt dixerit id esse cõe & ipsius A & ipsius B, sicut Nunc quod intercedit est commune tẽporum quæ sunt ex vtraq; parte: eueniet vt non sit cum factum est, & tunc sit cùm interijt. quæ quidem sunt euidẽter absurda. Quòd hæc aũt eueniant, hinc patet. Si enim id quod fit album in tẽpore A, positum fuerit in fine ipsius, nempe C in quo mutatum est, cùm fit, non adhuc fuerit in C. quod enim fit, nondũ est. Atqui positũ est fuisse factum in toto tpe B. Quare etiã in eius principio, hoc est in C, factum erit. Ergo etiã in C factum est. quia C est principiũ ipsius B in quo factum est. & nondum est. quia C est finis ipsius A in quo adhuc fit. & positum est id quod fit albũ in A, etiã in eius fine adhuc fieri. Eadem aũt ratio est etiam in eo quod interijt. Si enim id quod interit, siue albũ fuerit, siue quodcũq; aliud, est donec interierit, interibat aũt D in toto tpe A, etiã si in fine eius, nempe C, positum fuerit interire, fuerit adhuc in C. G Sed si in toto B interijt & nõ est: est aũt B ipsius C principium: In C ergo, q̃m C quidẽ est finis ipsius A in quo interijt, adhuc est. Quia aũt est principium ipsius B in quo interijt, interierit. cùm ergo interijt, adhuc est. Quare eũ qui C dicit cõe, ambo sequent̃ quę fieri nõ possunt: nempe vt & id quod factum est cũ factum est & est, tunc non fit: & id quod interijt, cùm interierit & nõ est, tunc fit. & pręterea vt aliqd sit idem simul albũ & non sit, sicut ostensum est. & idẽ simul fiat, & non sit. Oportet ergo finẽ rei quæ est in tpe A, attribuere rei quæ est in tpe B. ne incidamus in contradictionẽ. Porrò aũt id quoq; de quo dubitat̃, inquit Alexãder, Q̃n mortuus est Socrates, sic solui poterit. Talis est aũt dubitatio. Q̃n mortuus est Socrates: vtrũ in tpe in quo moriebat̃, an in quo fuit mortuus? neq; enim fieri põt vt in aliquo tpe quod intercedit. propterea q̃ nec aliqua q̃dem intercedãt. Sed nec in quo moriebat̃ verum est dicere eũ fuisse mortuum. in quauis.n. parte eius in quo moriebatur tpis viuebat. neq; in q̃ erat H mortuus. neq;.n. fieri põt vt moriat̃ qui iam est mortu⁹. siquidẽ Mortuus q̃dem est dicimus post id quod est Mori: ei aũt quod est mortuus est tanq̃ principio, cõsequens est esse mortuũ. Et mortuus q̃dem est, non est in tpe, sed in fine eius tpis in quo moriebat̃. mortuus est aũt deinde in toto tpe quod est postq̃ fuit mortuus. Hoc aũt soluit̃ per ea quæ prius dicta sunt. Ex eo.n. quod est viuere mutatus est, & mortuus est in primo fine tpis in quo moriebatur viuens, nõ in tpe, i. quo de cętero nõ erat amplius viuens. neq; ergo in quo viuebat tẽpore, neq; in quo fuit mortuus, est mortuus. neq; enim omnino in tpe, sed in fine eius in quo viuebat tpis. Similis est aũt interrogatio, Quando natus est infans, an q̃n nascebatur, an q̃n natus nutritur. In neutro aũt eorum natus est scilicet. sed in fine eius quod est nasci. & neq; in tempore quod pręcedit. neq; in eo quod sequitur. neq; omnino in tempore.

Dubitatio Quãdo mortuus est Socrates, soluitur.

E Si autem quod est cùm prius nõ esset, necesse est vt fiat id quod est, & cũ fit non est: fieri nõ potest vt diuidatur tẽpus in tempora insecabilia. Si enim in tpe A D fiebat album: simul etiam factum est & est in alio tpe insecabili, cohæret aũt in B. Si in A fiebat, non erat: est aũt in B, oportet aliquam intercedere generationem. Quare erat etiã tempus in quo fiebat. Non erit enim eadem ratio ijs etiã qui non dicunt insecabilia. sed ipsius temporis in quo fiebat factum est: & est in signo vltimo, cui nihil est cohærens, nec aliquid deinceps cõsequitur. Indiuidua autem tempora deinceps consequuntur.

Cùm ostẽderet q̃ id quod regreditur necesse est quieuerit in illo à quo regreditur, simul etiã vsus est in demõ- LXXXIII F stratione, q̃ in ipso Nunc, quod quidem est finis tẽporis sed non tẽpus, non possit aliquid in aliquo adfuisse & ab eodem abfuisse, quod quidem erat consequens ei q̃ tempus non sit compositum ex ijs quæ nullas habent partes, neq; ipsa Nunc possint inter se cohærere: hoc enim posito sequitur q̃ inter duo Nunc, nempe & id in quo fiebat id quod mouebatur, quod est finis eius quod est fieri, & id in quo abfuit, aliquod tempus intercesserit, in quo necesse erat quiescere, ipsis Nunc inter se nõ appropinquãtibus. Hoc ergo ipsum nunc cõfirmat, q̃ tempus non cõponit̃ ex ijs quæ nullas habent partes, neq; in ea quæ nullas habent partes diuiditur. Et hoc quidẽ pluribus ostendit in septimo huius operis, hoc proponẽs generalius, q̃ nihil continuum cõponitur ex ijs quæ nullas habent partes: nunc autẽ hoc ipsum quoq; confirmat in tempore, id quod dicit probans ex ijs quæ ꝓximè ab ipso ostẽsa sunt. Eo enim vtitur q̃ prima mutatio per quã mutatum est aliquid, non fiat in tpe sed in fine temporis in quo muta- G tum est: & ex eo ostendit id quod est propositum. Prius autem sumit tanq̃ euidens pronuntiatum, q̃ id quod est cùm prius nõ esset, id anteq̃ sit prius fiat necesse est. Clarum est aũt veram esse orationem in ijs quæ per generationem ad hoc vt sint accedunt. sed non in illis de quibus ipse prius dicebat, q̃ aliquando quidem sunt, aliq̃n verò non sunt, sine generatione & interitu. Hoc posito pronunciato, dicit fieri nõ posse vt tempus diuidatur in ipsa Nunc, tanq̃ in tempora insecabilia, seu indiuidua, & ipsum ex ipsis Nunc cõponatur. Si sit enim id quod fit album, vtputa D, cùm sit aliquod tempus compositum ex insecabilibus seu indiuiduis, nempe A: D quod fit albũ, in tempore insecabili in quo fit albũ, nondum in ipso est album. positum enim est q̃ in quod fit, cùm fit, nondum est id quod fit. D autem in tempore A nondum est albũ. SIMVL autẽ factum est} pro eo quod est, Iam est in tpe insecabili quod cohæret ipse A, nempe B, album. Oportet ergo esse aliquod tẽpus inter A & B in quo factum est H albũ. non potest enim dici factum esse in fine A, quod est inter tẽpora A B. non est enim finis eius quod nullas habet partes. Si aũt ita est: fieri nõ potest vt A & B quæ sunt insecabilia, sibi inuicem cohæreant. Si omnis enim generatio est in tempore: non est enim in fine tẽporis: neq; est enim finis eius quod est insecabile: oportet aũt D fieri & inter id tempus in quo est, & inter id in quo nõdum est: erit etiã inter ea, nempe & id in quo est, & id in quo nondum est, ea aũt sunt A B, tempus aliquod. Quòd si etiam sumptum fuerit aliquod insecabile tempus intermediũ inter tempora A B, in quo dicet aliquis factum fuisse D, nempe C, rursus in tẽporibus A C eadem ratio. Quoniã enim D est quidem in B, non erat autem in A, quoniã in illo fiebat, oportet inter ea rursus aliquod tp̃s intercedere, in quo factum erit D. Illud autẽ, Simul etiã factum est & est in alio tempore insecabili, cohæret autem in B, dixit pro eo quod est, Iam factum est & est in alio tempore insecabili.

Prima mutatio per quã mutatum est aliqd, nõ fit in tpe, sed in fine tpis.

Tempus nõ põt diuidi in Nunc, tanq̃ in tẽpora indiuidua.

inſecabili. non enim hoc accipit ꝙ factum ſit in B. quærit enim in quonã factum ſit. Deinde ſoluit obiectionem, quæ dicit eandem poſſe moueri dubitationem etiam aduerſus eos qui dicunt tempus non componi ex inſecabilibus. Videtur enim in his eſſe rationi conſentaneum, in illis aliquod tempus intercedere, nempe & in eo in quo fiebat, & in eo in quo eſt. Rurſus enim ſimiliter, in A quidem, quoniam in ipſo fiebat, non erit: in B autem erit. Inter A ergo partem temporis & B, quæ ſibi inuicem cohærebant, intercedet aliquod tempus. Si eſt ergo cõmune dubium: nondum fuerit oſtenſum non componi tempus ex inſecabilibus. Dicit ergo non eſſe eandem dubitationem, etiam aduerſus eos qui tempus non faciunt ex inſecabilibus. Et cauſam adijcit. Ipſius enim tẽporis in quo fiebat, in vltimo ſigno factum eſt & eſt. cuius ſigni nihil cohæret, neq; deinceps ſequitur. Tempora autem inſecabilia deinceps conſequũtur. Quamobrem in ijs quidem qui dicũt tempus A eſſe inſecabile, non licet dicere quòd fiebat quidem in aliqua eius parte, eſt autem in fine. non eſt enim finis eius quod eſt inſecabile. Quare ſi fiebat in ipſo cùm nullas haberet partes, non poteſt etiam factum eſſe in aliqua eius parte. eſt autem iam in B, quod ipſum quoq; eſt tẽpus quod nullas habet partes: videlicet oportet aliquid intercedat in quo fiebat. Inter id enim in quo fiebat, & id in quo eſt, intercedit id in quo factũ eſt. quod quidem ſi non poteſt eſſe finis, cùm A B nullas habeãt partes, tempus fuerit. Quare non amplius inter ſe cohæſerint A B, quod quidẽ poſitum fuerat. Si aũt tempus quoq; quod intercedit, dicatur nullas habere partes: idem rurſus abſurdum ſequitur. Ex eorum autem ſententia qui dicunt A nõ eſſe tempus carens partibus, poteſt id quod fit in tempore A, factũ eſſe in eius fine, iam autem eſſe in B. Ita autem non vtiq; oportebit tempus aliquod quærere inter A & B, in quo factum erit D. Nã cùm fieret in tempore A, factum eſt in eius fine. quod eſt inter tempus A in quo cùm fieret nondum erat, & B in quo iam eſt. oportet enim id quod fit in aliquo quod intercedit inter id tempus in quo fiebat, & id in quo iam eſt, factũ eſſe, vt quod fit aliquid aliud ab vtroq;. quod quidem non poteſt dici in A, ſi nullas habeat partes. non poteſt enim dici eſſe aliquid aliud eius in quo fiebat A, aliud autẽ in quo factum eſt. Cùm autem dixiſſet, Factum eſt & eſt in vltimo ſigno, adiecit, NIHIL eſt cohærens, neq; deinceps cõſequitur ſignũ ſcilicet cuiuſmodi eſt ipſum. Oſtendit autem per hoc quoq; ꝙ Nunc quæ ſunt fines temporis, nõ ſunt inter ſe cohærentia, aut deinceps conſequuntur, vt ab eis fit tempus: ſed eſt tempus quidquid ſumitur poſt finem temporis A. Adiecit autem illud, Deinceps conſeqtur, indicans quomodo inſecabilia dicantur ſibi inuicem cohærere: eo enim ꝙ deinceps conſequantur, vt quę dicantur propriè deinceps conſequi: non enim eo ꝙ partes eorum coniunctæ ſint. partes enim non habent. His deinceps ſubiungit Alexander dubitationem, non valde, vt puto, difficilem. Siquis enim dicat, inquit, in fine temporis A, in quo iam eſt, mutatum eſſe D: non eſſe autẽ in tempore A, fiebat enim in illo: & vtens eadem ratione, poſtularet inter tempus A, & finem eius eſſe aliquod tempus in quo fiebat: adhuc videtur eadem manere dubitatio. In quo enim primo mutatum eſt in hoc vt ſit, eſſe de eo dici verum eſt. Rectè autem ſoluit, dicens, ꝙ ſi eſſet quidem tempus in quo factum fuit, iam in eo quoq; eſſet vt in tempore. & ante ipſum oporteret aliqd intercedere, & inter id, & inter id in quo factum eſt. Si autem non eſt tempus id in quo factum eſt, ſed finis illius temporis in quo fiebat, non vtiq; cõſequetur oportere aliquid intercedere inter finem & id cuius eſt finis. Inter tempora.n. nempe & id in quo nondum eſt ſed fit, & id in quo iã eſt, oportet aliquid intercedere, nempe id in quo factum eſt. Siquis aũt dicat ipſum in fine ipſius A, non ſolùm factum eſſe, ſed ẽt eſſe: videlicet ẽt in principio ipſius A dicet ipſum non eſſe. Atqui id quod fit, eſt iam quodammodo.

Nunc inter ſe non cohærent.

A Clarum eſt autem quòd ſi in toto tempore A fiebat, non eſt maius tempus in quo factum eſt & fiebat, ꝙ in quo fiebat ſolùm vniuerſo.

Poſtquam oſtendit ꝙ in tempore A fiebat D, factum eſt autem in fine A: ꝙ id in quo fiebat non ſit tempus ſed finis temporis, oſtendit ingenioſiſſimè. Si enim in toto tempore A fiebat, inquit, in eius autem fine factum eſt: oſtenſum autem fuerit tempus in quo fiebat, eſſe æquale vtrique ſimul & ei in quo fiebat, & ei in quo factum eſt: videlicet id in quo factum eſt adiectũ ei tempori in quo factum eſt, non fecit maius tempus. Non fuit ergo tempus, id in quo factum eſt. tempus enim tẽpori additum totum maius facit. Quòd autem maius non fecerit, clarum eſt. ſiquidem factum eſt in fine temporis A: finis autem caret partibus. Et fuiſſet quidẽ vel ex hoc ipſo clarum, ꝙ finis temporis non eſt tempus: magnam autem attulit euidentiam quæ admirabilis & ab omnium opi- LXXXIIII

B nione aliena videbatur oratio, non eſſe maius tempus id in quo fiebat & id in quo factum eſt, eo in quo fiebat ſolùm. Mihi autem videtur non fruſtra adieciſſe ei quàm in quo fiebat ſolùm, illud vniuerſo. ſed vt oſtẽderet oportere cum fine ipſum ſumere. Ab his autem, inquit Alexander, rationibus excitatus, poteſt aliquis probare ea quæ ſunt pronunciata apud Stoicos, quæ citra vllam circũſcriptionem dicunt quidem μεταπίπτοντα, hoc eſt excidentia, cùm non ſint eiuſmodi. Sunt autem hæc huiuſmodi. Si viuit Dion, viuet Dion. hoc enim etſi nũc verum ſit, incipiendo à vero, viuit Dion, & deſinẽdo in veram, viuet: erit tamen aliquãdo cùm licet ſit vera aſſumptio quæ eſt, Atqui viuit Dion, excidet connexũ in falſum, eo quòd futurum ſit aliquãdo cùm licet verum ſit, viuit Dion, non etiam verum erit, viuet. Quod ſi non ſit verum, totum connexum fuerit falſum excidens. non enim ſemp cùm viuit, verum eſt etiam, Viuet. nam ſic fuerit Dion immortalis. Nec tamen licebit definiẽdo di-

Non eſt maius tẽpus id ĩ quo fiebat, & id in quo factũ eſt, eo ĩ quo fiebat ſolum.

Stoicorum pronunciata μεταπίπτοντα, quõ probentur.

Si Diõ viuit viuet Dion, quõ probet.

C cere, quando non erit verũ eo viuente illud Viuet. Quocirca dicunt eiuſmodi pronuntiata excidere in tempore non circunſcripto & indefinito. Tale eſt ergo pronuntiatum quod citra vllam circunſcriptionem excidẽs appellatur. Quòd autem non rectè dicitur illud Excidere, perſpici poteſt ex ijs quæ proximè dicta ſunt ab Ariſtotele. Si enim quidquid mutatur in fine temporis in quo mutatur, mutatum eſt: in quo fine non eſt amplius in eo ex quo mutabatur, ſed in illo de cætero in quod mutabatur & mutatum eſt: Dionẽ viuere, ſi mutatur, fuerit mutari in aliqua parte eius temporis in quo viuit, quæ quidem eſt finis temporis & non tempus, in quo non eſt amplius verum Dionẽ viuere. in eo enim iam eſt mortuus. Illud ergo Viuit Dion, quod in præſenti Nunc dicitur, ſi dicatur quidem in eo in quo ex eo quod eſt viuere mutatus eſt, non eſt verum. Sed ſi in alio Nunc quod eſt ante ipſum, verũ eſt, Viuit Dion. Inter ipſa Nunc autem, nempe & id in quo non amplius viuit iã mutatus Dion,

D & id in quo adhuc viuit, tẽpus intercedit, id ſcilicet quo viuit. ſiquidem in eius fine mutatus eſt ex eo quod eſt viuere. et ſequetur vt in quo Nunc verum ſit dicere Viuit Dion, in eo etiam verum ſit, Viuet Dion. Quare illud Viuet non prius excidit nec mutatur, quàm viuere. ita enim demum prius exciderent & mutarentur, ſi ſibi inuicem cohærerent ipſa Nũc, nempe & id in quo verum eſt, Viuit Dion, et id in quo mutatum eſt ex eo quod eſt viuere. Quoniam autem in quo Nunc verè ſumptum fuerit viuere Dionem, inter id Nunc, & id in quo primo mutatus eſt ex eo quod eſt viuere, tẽpus intercedit quo adhuc viuit: videlicet quando verum eſt Viuit Diõ, verum eſt etiam Viuet. & nõ ideo erit Dion immortalis. Si autem Viuit Dion, non dicatur in ipſo Nunc, ſed in tẽpore, cuius finis erit id in quo primo eſt mortuus, mutatus ab eo quod eſt viuere: tunc in falſum incidet illud, Viuet Dion. quòd finis temporis addatur rei quæ eſt in

tempore,

tempore, cuius hic finis est principium, vt prius ostensum est. Nunc enim in quo primo mutatus est ex eo quod est viuere, est quidem finis temporis in quo vixit, principium autem eius in quo est mortuus.

LXX Quibus ergo quis vt proprijs crediderit rationibus, hæ sunt & quædam eiusmodi. Logicè autem considerantibus, vel ex his videri possit alicui hoc ipsum euenire.

LXXXIIII Cùm constituisset ostendere quæ sit continua & prima latio secundum naturam, quæ conuenit ei quod primum per locum mouetur: & diuisisset lationes & in eam quæ fit circulo, & eam quæ recta, & mixtam: & prius definijsset quod vtrauis ex simplicibus non fuerit continua, nec quæ erit continua quæ mixta est ex ambabus: pluribus ostēdit quòd motus qui recta fit nullus est continuus, duobus modis: & quod id quod fertur recta & finita, regreditur: quod autem regreditur, motibus mouetur contrarijs. motus autem contrarij sunt specie diuersi, & non vnus nec continuus: Et rursus quod quæ regrediūtur, interim quiescāt necesse est. quod autē interim quiescit, motus soluit continuitatem. Cùm hæc ergo ostendisset de ea quæ recta fit latione, & ex specie motus quæ habet repugnantiam, & ex magnitudine in qua motus qui regreditur peragitur, quæ quidem sunt propria motus, vt quæ ei per se insunt: dicit, Quibus quis vt proprijs crediderit rationibus eius quod probatur, hæ sunt, & quædā huiusmodi, propprias vocans rationes, syllogismos quos etiam solitus est vocare demonstratiuos. Deinceps autem profitetur se id etiam logicè ostensurum. Logici autem sunt syllogismi, qui non fiunt per ea quæ sunt rei propositæ propria eique continentia, quemadmodum priores: & per motus qui recta fit differentias, & per subiectam tali motui magnitudinem, sed per cōmuniora, & magis vniuersa ac generalia, & quæ possunt alijs applicari. quos solet ipse vocare Dialecticos, vt qui per argumenta fiant probabilia. Ponet autem deinceps rationes quæ nec ijs conueniunt quæ per locum solummodo mouentur, nec sumptę sunt ex ijs quę ijs solis per se insunt, sed etiam omnibus quę ex oppositis mutantur in opposita, & sumptæ sunt ex oppositis. quæ quidem non solùm insunt ijs quæ propriè recta mouentur, sed etiam omnibus quæ mutantur.

Propriæ rationes syllogismi demonstratiui. Logici syllogismi, qui fiunt per probabilia.

Quidquid enim continēter mouetur, si à nullo exturbetur, ad quod venit per lationem, ad id etiam prius ferebatur. Quēadmodum si venit ad B, etiam ad B ferebatur. & non cùm propè esset. sed cùm primum cœpit moueri. Cur enim nūc magis, quàm prius? Similiter autem etiam in alijs. Quod autem ab A fertur ad C, rursus veniet ad id quod mouet̄ continēter. Cùm ergo ab A ferebatur ad C, tunc etiam fertur ad A motu qui est à C. quare simul motibus contrarijs. contrarij enim sunt qui recta fiunt. Simul autem mutatur etiam ex eo in quo non est. Si hoc ergo fieri non potest, necesse est vt stet in C. Non est ergo vnus motus. qui enim statu intercipitur, non est vnus.

LXXXV Quòd nullus motus qui fit ex contrario in cōtrarium possit esse continuus, ostendit, cùm generale ac vniuersum prius sumpsisset pronuntiatum, quod dicit, Quidquid per motum continuum ad aliquid veniens citra vllum impedimentum ad quod venit impleto motu, ad id proficiscebatur etiā cùm motum cœpit. Quidquid enim mouetur, quemadmodum ab aliquo definito mouetur, ita etiam ad aliquid definitū: nisi ab aliquo impediatur. quemadmodum si quid motum, inferius latum est citra vllum impedimentum, etiam cùm moueretur contende-

Mot⁹ qui fit a contrario in contrariū non pōt esse continuus.

Quidqd mouetur, ad locū peruenit definitū, nisi impediatur.

E bat ad id quod est inferius. & non solùm cùm propè esset id quod est inferius, sed etiam ex quo incepit motū, per quem continenter ad id latum est: tanquam ad id venturum cœpit moueri. Cur enim magis cùm in hoc fiat quàm in illo? Hoc enim significat illud, Cur. n. nunc magis quam prius? Similiter autē, inquit, in alijs quoque motibus. non enim in sola latione, in qua tanquam in exemplo discussum est pronūciatum, vera est, inquit, oratio, sed similiter vera est in alijs etiam motibus, nempe alteratione, augmento & diminutione, & in summa in ijs qui mutant̄ in contraria. Si hoc ergo verum sit pronuntiatum: per aliquod huiusmodi cōnexum ostēditur id quod est propositum, cùm tanquam de exemplo lationis verba fiant. Si enim id quod in recta à loco inferiori sursum fertur, cùm fuerit superius non quiescit, sed eodem impetu cōtinenter deorsum fertur: videlicet per pronūtiatum, quando ab inferiori loco motum inchoauit, etiam ad id quod est suprà contendebat: & non solùm cùm postquam fuerit supius

F deorsum mouet̄. Quod autem à loco inferiori mouetur, si continenter mouet̄, simul contendit vt sursum moueatur et deorsum. Atqui qui fertur sursum est contrarius ei qui deorsum. sunt enim ex contrarijs. Quod ergo in recta mouetur, si continenter mouetur, motibus mouetur contrarijs. Hoc autem non potest fieri. Quare etiam fieri non potest id cui hoc fuit consequens, vt quod in rectà mouetur continenter moueatur atque regrediatur. Cùm sumpsisset autem A rectæ principium, C autem finem: & posuisset id quod in recta continenter mouetur, & ab A ad C, & à C ad A motū iri similiter, & collegisset quòd id quod sic mouetur simul mouebit̄ contrarijs, cur hoc consequatur reuocauit in memoriam, dicens, Sūt enim contrarij qui recta fiunt. Id autem ideo fit quoniam à contrarijs. Sunt enim sibi inuicem cōtrarij rectæ fines. id quod est supra quidē, ei quod infra: dexterum autem sinistro: id autē quod est ante, ei quod est posterius. Ea enim non solùm ita se habent per eam quæ ad nos fit habitudinem

G ac relationem. sed sua ipsorum natura prius esse in mundo ostenduntur, vt docemur in secundo libro operis de cœlo. Sequitur autem etiam aliquid aliud absurdum ex eo quod id quod in recta mouetur continenter moueatur et regrediatur. si enim id quod infernè ab A mouetur, ad A sursum quod infra est continenter & proprio impulsu ferretur: ad hoc vt in eo fiat in quo est mouebitur. hoc autem est absurdū. nihil enim mouetur vt in eo fiat in quo est. id enim quod mouetur, alicunde aliquò mouet̄. Deinde etiam tertium aliud subiungit absurdum, eo quod continenter moueantur quæ in recta regrediantur, mutari aliquid ex eo in quo nondum est. Si enim id quod fertur aliquò, statim eo quòd à motu cœperit ad illud fertur ad quod veniet: id quod infernè mouetur, protinus mouebitur non magis motu qui fertur sursum, quā eo qui deorsum. Sed motus qui fit deorsum, fit ex eo quod est sursum. Mouebitur ergo id quod ex loco inferiori mouetur etiam ex superiori, in quo nondum est. non est enim ex aliquo alio quæ deorsum fertur latio. Atqui fieri nō po-

H test vt quod alicunde mouetur, illinc moueatur, si nō sit in illo ex quo illo motu mouebitur. siquis enim dicat ipsum eo motu qui sursum tendit tunc moueri, cùm fuerit superius: fatebitur ipsum primum fieri in loco qui est superius. Cùm autem fiat in loco qui est superius, etiam ab eo abiuerit. Sic autem non vtique moueatur continenter. Sed dicet fortasse aliquis obijciēs, quod ea ratione ne id quidem quod à loco inferiori sursum mouetur, continenter mouebitur. Id enim quod à loco inferiori incipit sursum moueri, oportet primùm feratur ad medium: deinde sic à medio sursum. Quamobrem ab eo in quo nondum est mouetur. Nec hoc ergo continenter mouebitur, etsi non regrediatur. Sed dicendum quod primum quidem motus qui sursum fertur, nō dicitur fieri ex dimidio vel medio, sed à loco inferiori. Deinde non oportet id quod continenter sursum mouetur fieri in dimidio. quod enim fit illinc

illinc etiam absit necesse est: & actu id quod diuidit dimidium interim quiescat. Sed dicetur quidem esse in dimidio id quod sursum continenter mouetur, non autem fieri: In loco autem superiori prius fiat necesse est id quod deorsum mouēdum est. non est enim alicuius simplicis, motus qui tendit deorsum. Quare in quo nōdum factus est cùm deberet fieri ex eo moueretur. Si ergo hęc fieri non possunt, vt & simul moueantur contrarijs motibus, & q̄ moueantur ad hoc vt fiant in eo in quo sunt: & tertium, q̄ moueatur aliquid in quo nondum est (hæc autem sequuntur eum qui dicit esse cōtinuum motum qui fit in recta) fieri non potest vt is sit continuus. Alexander autem hoc quoq; argumentum adijcit ijs quæ dicta sunt, quod non proficiscitur ex eodem pronuntiato. Si enim fieri non potest, inquit, vt motus qui est præter naturam, ei qui est sm naturam sit continens & vnus: ei autem quod in recta mouetur & regredit̃, necesse est si vno mouetur qui est secundum naturam, altero moueat̃ prę**B**ter naturam: non fuerit continuus qui componitur ex eo qui tendit sursum, & ex eo qui deorsum.

LXXI Præterea autem ex his quoq; magis vniuersè ac generaliter clarum est de quouis motu. Si enim quidquid mouetur, mouetur aliquo ex dictis motibus: quiescit etiam quietibus oppositis. præter eas enim non est alia. Quod autem non semper hoc motu mouetur (dico autē quicunq; sunt alij specie, & nō si est aliqua pars totius) necesse est opposito motu prius quiescat, quies enim est priuatio motus. Si sunt ergo cōtrarij quidem motus qui fiunt per rectam: non contingit autem simul moueri motibus contrarijs: id quod ab A ad C fert̃, simul ferri nequeat, & à C ad A. Quia autem nō simul fertur, hoc autem motu mouebitur: ad C prius quiescat neces**C**se est. ea enim est quies quæ opponitur motui qui fit à C. Ex ijs ergo quæ dicta sunt clarū est, q̄ non sit motus continuus.

LXXXVI Prius quidem verba fecit de motu qui fit per rectam: deinde de omni qui est propriè motus, in quo fit mutatio ex contrario in contrariū, etiamsi tūc quoq; in exemplo rectæ procedat oratio. Nunc autem magis vniuersè ac generaliter fit demōstratio in quauis mutatione, quæ etiam generationem cōtinet & interitum. Vtitur enim priuatione, vtpote quòd omnia quæ mouentur, siue per locum, siue per qualitatem, vel quātitatem, vel substantiam, ex propria fiant priuatione. Meritò ergo se magis vniuersè ac generaliter dicturū esse dixit de quouis motu, hoc est de quauis mutatione. Quidquid enim mutatur in aliq̃d quod prius non erat, ex eo quod non est hoc, & ex propria priuatione, mutatur in hoc vt sit hoc aliq̃d **D** vt ostensum est in primo huius operis. Est autē eius huiusmodi oratio. Cùm sumpsisset q̄ quæ non semper sed aliquando mouentur, mouent̃ aliquo ex ijs motibus qui dicti sunt, ex oppositis in opposita. aut enim per generationem & interitum: aut per augmentum & diminutionem: aut per alterationem: aut per eam quę fit in recta lationem: clarum est q̄ quæ non semper mouentur, quiescunt etiam aliquando aliqua ex quietibus, quæ sunt in oppositis eorum ad quæ mouentur quæ mouentur: nullus enim est alius motus præter illos: neq; quies præter hos: Colligit ergo q̄ id quod non semper mouetur, aut mouetur aliquo ex ijs qui dicti sunt motibus, aut quiescit aliqua ex ijs quæ sunt oppositæ quietibus. Quod autem mouet̃ aliquo ex ijs qui dicti sunt motibus non sempiternis, priusquam ipso moueatur, necesse est vt quiescat quiete quæ est inter eum motum & eum qui est oppositus: Id autē quod interim quiescit, non mouet̃ motu **A** cōtinuo. Et sic quidem vniuersè ac generaliter demonstratum est in omni mutatione quę fit ex priuatione. Restat vt id quod dicitur adaptemus ei quæ fit per rectam lationi, quam instituerat ostendere non esse continuam. Si sunt enim contrarij qui per rectam fiūt motus: qui ab eo quod est sursum fit deorsum, ei qui ab eo quod est deorsum, sursum: seu is qui ab A ad C, ei qui à C ad A: & ideo fieri non potest vt vterq; simul moueatur quod mouetur à C ad A: necesse est prius quiescat ad C. hæc est enim quies quę opponitur motui qui fit à C, quę est inter duos motus, & intersecat eorum cōtinuitatem. Clarum est ergo q̄ qui fit per rectam motus non est continuus. Talis ergo tota demonstratio orationis. Cùm autem dixisset, Quod non semper hoc motu mouetur, exposuit quomodo oporteat accipere hūc motum, per hoc, DICO autem quicunq; sunt alij specie, & non si est aliqua pars totius} quod enim mouetur motu qui tendit sursum, qui differt specie ab eo qui tendit deorsum, & ei opponitur, cum eo **B** non potest vnum facere continuum, & necesse est ante eum qui sursum fertur motum, quiescat ea quiete quę est ei motui contraria, quæ est in eo quod est deorsum. nō tamen partem aliquam eius qui sursum fertur motus, quæ ad id quod est sursum mouet̃, quiescere necesse est. Quæ enim mouetur pars quæ est ante ipsam, ea quoq; mouebatur potestate. & cùm vna sit amborum species, nihil obstat quominus sit continuus motus q̃ fit ex ambobus, & ideo non prius quiescat. sicut id quod mouetur motu diuerso specie, priusquam eo moueretur, necesse erat vt quiesceret. quoniam fieri non potest vt qui sunt oppositi vnum faciant continuum, sicut ij qui per partes differūt. ij enim à quiete minimè interrumpuntur. Quocirca ea etiam quæ sunt continua & motu mouentur perpetuo, mouentur semper per aliam & aliam eius partem. Cùm sit autem eadem species, non coguntur priusquā illo motu moueantur, quiescere quiete quæ est motui opposita quo mouentur. sicut ea quæ mouentur motibus qui non **C** per partem differunt sed per speciē. si enim esset hoc motu mobile, & non eo moueretur, esset in eius priuatione. priuatio autem est quies, ex qua est quæ in illum motum fit mutatio. quidquid enim mutatur in aliquid, quod nō erat prius, ex eo quod non est hoc mutatur. Ergo etiam quod in hunc motum mutatur, quo prius non mouebatur, ex priuatione in eum mutabitur. Priuatio autem est quies quæ est in opposito. quod in album enim mutatur ex nigro, priusquam mutetur in album, necesse est vt in nigro ex quo in albū mutatur q̄escat. Etsi enim nigrum sit albo contrarium, in contrarijs tamen id quod est deterius semper habet rationem priuationis.

Si quæ non semper mouentur, quiescunt aliqua quiete motui opposita, nō est motus cōtinuus.

Præterea autē hæc quoq; ratio est magis pro- **LXXII**
pria ijs quæ dicta sunt. Simul enim perijt nō album, & album factum est. Si continua est ergo alteratio quæ fit in album & ex albo, & nō ma**D**net aliquo tempore: simul interijt non album, & factum est album, & factum est non album. erit enim trium idem tempus.

Cùm motum qui fit in recta ostendisset non esse conti- **LXXXVII**
nuum per cōmuniores argumentationes, quas etiam λογικωτέρας, id est magis logicas, vocauit, nunc rursus idem profitetur ostendere per ea quæ sunt magis propria. hoc est ex ijs quæ per se insunt. quæ enim alicui per se insunt, ei sunt propria. Ex ijs autem quæ motui per se insunt, est ipsum esse in tēpore, & id quod est mutatum in aliquid simul & mutatum esse in id in quod mutabatur, & reliquisse illud ex quo mutabatur. Per se quoq; est inter ipsa Nunc tempus intercedere. Demonstrationem ergo per hæc facturus, meritò per magis propria dicit futurā esse demonstrationem. quę enim ante hanc ab ipso factę sunt demonstrationes, factæ sunt ex contrarijs & ijs quæ sunt opposita, quæ sunt ad plura cōmunia. Qua de causa eas

Motui p se insunt, esse i tempore, & quod mutatū esse in id in quod mutabat̃, & reliquisse id ex quo mutabatur, & inter ipsa Nūc tēpus intercedere.

dicebat

dicebat magis vniuersas ac generales. Atq; hoc quidem facit argumentorum ex iis quæ motui per se insunt, conuenit autem in omnibus motibus. Quàobrem facit ipsum tanquam in alteratione. Quod autem dicit est einsmodi. Si motus est continuus qui fit ex contrariis in cõtraria: simul & illud interiit ex quo fit mutatio, & factum est id in quod fit mutatio in eodem Nunc. Quare simul interiit non album, & album factum est. Si est ergo regressua continuus: simul fuerit & quod mutatum est in album, & ex albo in non album. Quare hæc tria sunt in eodem Nunc, quod dixit tempus, dicens, ΕΝΤΣ enim triũ idem tempus, nempe & interitus non albi: & albi generatio: & quæ fit ex albo in nõ album mutatio. Quare idem fuerit & albũ, & albi iam aliquid amiserit. hoc enim est ex albo mutari. Si autem propterea quod non euenerit hoc absurdum, non dixerimus in eodem Nũc mutatum esse in albũ & ex albo, sed in alio & alio: erit in medio aliquod tempus & quies. & non est motus vtiq; continuus. Si ergo sunt alia quidem in eodem Nũc necessariò: nempe & non albi interitus, & albi generatio: alia autem per positionem, quoniam motus ponitur continuus: simul erit album, & quæ fit ex albo in non album mutatio. & erũt tria in eodem Nunc: interitus non albi: generatio albi: ex albo in non album mutatio. Sic autem fiet mutatio quæ fit ex non albo in non album, si sit vnus motus & continuus. & id quod interiit quod mutatur in seipsum. nõ album enim quod in non albo interiit, rursus mutat in non album, vtputa nigrum in nigrum. Nihil autem mutatur in illud ex quo mutatur. Est autem hæc demõstratio magis propria quam priores. quoniam illic quidem colligebatur absurdum ex eo quod sint contrarii motus: hic autem, ex eo quod in eodem Nũc simul faciat aliquid: & mutatum ex aliquo in aliquid, & ex eo rursus in id ex quo in ipsum mutatum est. Quo autem tempus est magis proprium motui, quàm contraria, eo hæc demonstratio iis quæ ipsam præcedunt.

E rem id quod nigrescit & id quod albescit vnum fine habuerit. Quidnam autem hoc fuerit? neq; enim nigrum, quoniam non est id finis dealbationis: neq; album: neq; enim fieri potest vt id sit finis nigrefactionis: neq; aliqd quod sit mixtum ex vtrisq; quoniam non mouebatur simul vtrisque.

F Præterea non si est continuum tempus, est etiam motus, sed deinceps consequitur. Quomodo autem fuerit idem extremum contrariorum, alboris nempe & nigroris?

Hoc additur, quod phantasiæ seu visioni nostræ affert remedium, quæ ex continuitate temporis facit etiã continuos motus qui sunt in tempore. Non enim siquid est in cõtinuo, necesse est etiam id esse continuum. Nam sic quidem omnia quæ sunt in tempore, etiamsi plurimum inter se distent, etiamsi sint dissimillima, erunt continua. omne enim tempus est continuum, sed non necessariò. neq; enim quæ sunt in vase cõtinua esse necesse est, etiãsi vas sit continuum. Est ergo tempus continuũ. motus autem qui sunt in ipso, qui sunt ex contrariis in contraria, non fuerint quidem inter se cõtinui, sed deinceps sequentes. Ea enim deinceps consequuntur, inter quæ nihil intercedit quod sit eiusdem generis. Inter eos autem motus qui fiunt in opposita non intercedit quidem motus, sed quies quæ non est eiusdem speciei cum motu. Quare qui sic fiunt motus, non sunt quidem continui, sed seinuicem deinceps consequuntur. Quòd autem fieri nõ possit vt sit vnus & continuus motus ii qui sunt contrarii, ostendit ex definitione continuorum. ea enim sunt continua quæ vni cõmuni termino coniunguntur, & quorum fines vnum sunt. eorum autem quæ sunt contraria non est cõmunis terminus, neq; fieri potest vt extrema contrariorum in quibus coniungentur vnum sint. Sũt enim inter se contraria etiam extrema contrariorum. Contraria autem nõ sunt vnum. Quomodo enim, inquit, extrema alboris et nigroris sunt vnum & idem? Quare contraria, quorum sunt etiam fines contrarii, non erunt inter se continua. Potest autem, inquit Alexander, aliquis extremum contrariorum audire pro fine totius continui. Vnius enim & cõtinui motus vnus erit finis. Quamob-

LXXXVIII

Quod est in cõtinuo, nõ est necessario cõtinuũ.

Motus qui fiunt ex contrariis in cõtraria, nõ sũt continui, sed deinceps cõsequentes.

CAP. IX.

Qui fit autẽ in circunferentia, erit vnus & continuus. nihil enim euenit quod nõ possit fieri. Quod enim mouetur ex A, simul mouebitur ad A eodem proposito. Ad quod enim veniet, etiam ad id mouet. Sed non simul mouebitur cõtrariis, nec oppositis. Non enim omnis motus qui est ex hoc, est ei contrarius qui est ad hoc. nec oppositus. Sed contrarius quidem est is qui est in recta. ei enim est per locum contrarius. quemadmodum is qui per diametrum. distat enim plurimum. Oppositus autem is qui per eandem longitudinem. Quare nihil obstat quominus continenter moueatur, & nullo tempore intermittat. LXXXIII

Postquam ostendit quod nec aliæ præter lationem mutationes possunt esse continuæ, neq; lationis ea quæ est per rectam, propter ea quæ sequuntur absurda eum qui aliqua horum ponit continua: dicit solum circularem motum posse esse vnum & cõtinuum. siquidem nihil sequitur quod non possit fieri si is ponatur. Si enim alios motus non esse continuos ostendimus, propterea quod quæ fieri non possunt consequantur eum qui illorum aliqua ponit continua: si nihil sequatur quod non possit fieri circulari motu posito continuo: audacter & citra vllam dubitationem oportet eum existimare cõtinuum. Quod enim G mouetur circulo quod incepit ab A, & rursus fertur ad A eodem impulsu & motu, non venit ad aliquid quod sit A primo contrarium, vt ostẽdebatur in motu qui fit per rectam. & ideo eum vt qui esset compositus ex contrariis vnum esse & continuum fieri non poterat. Quod autem circulo mouetur, neq; contrariis, neq; oppositis omnino mouetur motibus in circumuectione. neq; enim pars aliqua motus qui fit ab A ad A est parti alicui contraria: neq; totus qui fit ab A ad A motus, est cõtrarius toti motui qui fit ab A ad A; neq; omnino oppositus. Et ostendit quinam in latione sint contrarii et oppositi motus. Neq; enim, vt semel dicam, qui fit ab A motus, est contrarius aut oppositus ei qui fit ad A. sic enim peragitur circularis. sed is qui fit ab A ei qui fit ad A est contrarius, cũ fit in recta. contraria enim sunt ea quæ opponuntur per diametrum. ea enim plurimum distans à seinuicem, & ea quæ mouentur ab iis quæ opponuntur per diametrum. & ad ea rursus, vt à contrariis & ad contraria, mouetur contrariis motibus. Si sunt enim diametri fines A & D: motus qui fit ab A H ad B, est contrarius ei qui fit à B ad A. Diametrum autem dicit rectam circuli, & vt in circulo ostendens, & quod fines diametri à seinuicem plurimum distant. Quocirca sunt etiam contrarii qui contra fiunt in diametro. Oppositus est autem, inquit, qui fit per eandem longitudinem. qui enim sunt in diametro, sunt contrarii, quoniã plurimum distãt à seinuicem. Similiter autem etiam qui supernum & infernum finem definiunt, & dexterum & sinistrum, & id quod est ante, & id quod retro, quæ sunt secundum naturam, vt qui à contrariis quæ sunt per locum ad contraria fiunt motus, sunt contrarii. Quæ sunt autẽ in quauis alia recta, sed regrediuntur, mouentur motibus oppositis, etsi non cõtrariis. Nam vt à principio ad finem: aut vt à fine ad principium: aut quod vnum quidem, vt ad nos relatum, supra: alterum verò, vt ad nos relatum, infra: & vnum quidem, ad nos relatum, dexterum, alterum verò sinistrum: & vnum ad nos relatum, anterius, alterũ verò posterius.

LXXXIX

Si circularis motus ponatur cõtinuus, nihil sequitur quod fieri non possit.

Cõtraria sunt quæ opponuntur per Diametrum.

Motus qui per supernũ & infernum sunt, dexterum & sinistrum, & id quod est ante et post definiunt, sunt contrarii.

Mot⁹ oppositi qui dicantur.

posterius. Opponuntur autem hæc vt quę referantur ad aliquid. Quare omnes qui in eiusmodi rectis regrediuntur motus, si non contrarij, sunt tamen quidem certè oppositi. Contrarios autem solos esse dicimus eos qui fiunt à contrarijs. Contraria autem sunt quæ per diametrum quamplurimũ à seinuicem distant, ait Alexader. Num autem rectæ contrarij sunt fines, qui etiam loca definiũs contraria, vt prius dixi. Nam cùm quæ ex centro proficiscitur dimidia sit diameter, fines eius sunt contrarij. quoniam vnus quidem est supra: alter verò infra. Potest autem, inquit Alexander, dicere oppositum, eũ qui est per longitudinem, etsi non fiat in recta. Si enim ab aliquo signo ad aliquod signum productæ & coniunctæ fuerint plures lineæ quæ non erant rectę: vna est enim recta quę ab vno signo ad vnum signum producitur: erunt quæ in his lineis contra mouentur, nõ in recta quidem ex aduerso mota, sed in eadem longitudine. Qui ergo in huiusmodi lineis ex aduerso fiunt motus, non contrarij quidem, quoniã in recta fiunt qui sunt contrarij: sed oppositi, quoniam seinuicem ex aduerso constituunt, & seinuicẽ periunt. Si ergo quæ in recta quidem mouentur & regrediuntur, vel contrarijs mouẽtur motibus, vel oppositis: neq; verò vt contrarij, neq; vt oppositi sint inter se continui fieri potest: non fuerint continui qui in recta regrediuntur. Is autem qui fertur circulo, nihil vetat quominus fiat continenter in eodem, & nullo tpe intermittat.

Motus enim circularis est qui fit à seipso ad idem. Qui fit autem recta, à se ad aliud.

XC Cùm ostendisset per prius argumentum, q nihil vetat quominus motus qui fit circulo sit continuus, ppterea q non componatur ex contrarijs, vel ex oppositis motibus, sicut qui fit in recta: nunc ostẽdit q nec actu sit aliquod signum in quo oportebit & adesse & abesse & quiescere, vt ostendebatur in ijs quę per rectam regrediũtur; & ea est causa cur non moueatur continenter. circularis enim motus qui fit ab eodem ad idem, nõ habet aliquod signũ in circulo qui actu est, ad quod primùm profectũ id quod mouetur, vtetur eodem vt fine & vt principio, & interim quiescet. Si enim haberet aliquod tale signũ: non diceretur moueri ab eodem ad idem: sed ad illud in quo primo oporteret fieri. Qui autẽ à recta fit, fit ab eodem ad aliud. ad finem enim rectę oppositum. in quo primo necesse est ipsum fieri tanquam in fine. et regrediens ab illo tanquam ab eius principio, rursus moueri ad locum eius quod mouetur à principio. Illud enim, Ab eodem, significat à loco in quo erat ab initio. et Ad ipsum, id quod ad illum locum. Illud verò Ad aliud, id quod ad alium locum, apud quem erat à principio.

Circularis mot⁹ est cõtinuus, vt ą non habeat aliqđ signũ quod sit finis & pricipiũ.

Et qui in circulo quidem fit, nunquam in ijsdem: qui autem fit recta, sæpe in ijsdẽ. Eum ergo qui semper fit, in alio & alio contingit moueri continenter: eum autem qui est semper in ijsdem, non contingit. necesse est enim vt simul moueantur oppositis. Quare nec in semicirculo, nec in vlla alia circunferentia contingit continenter moueri. sæpe enim necesse est eadem moueri & contrarijs mutari mutationibus. finem enim non coniungit principio. Cõiungit autem motus circuli: & est solus perfectus.

XCI Ex hoc etiam argumẽto ostendit differentiam motus qui fertur circulo ab eo qui recta fit. per quam differentiam motus quidem qui fit circulo potest esse cõtinuus, qui autem fit recta, non potest. Qui enim in circulo, inquit, fit, hoc est, qui fit circulo, nunquam in ijsdẽ. & subaudit Alexander Fit, vt sit, Nunquam fit in ijsdem. eo quod ne actu quidem sit aliquod signum in circunferentia, in quo cũ fiat, stabit, vel omnino fit & abscedit. Eum autem qui fit per rectam, & in recta, in ijsdem fieri & ab

Mot⁹ circularis est continuus, quoniam nunqͣ fiat in iisdẽ. cõtra qui fit in recta.

A ijsdem abesse necesse est. consequens autem esse ei quidem quod est, Nunquam in ijsdem, non esse necesse vt consistat: Ei autem quod est sæpe in ijsdẽ ferri, necesse esse vt in quo fit rursus & rursus, stet in ipso. in quo enim actu fit, ab eo quoq; abest. Inter id autem quod est fieri & abesse, status sit necesse est, vt prius ostensum est. Quæ ergo in recta regrediuntur, bis in eodem signo fiũt, & cùm desinunt, & cum rursus incipiũt: cùm idem spatium bis deinceps moueaṫ: & cessans in signo à quo regreditur, et rursus ab eodem incipiens. idq; facit quotiescunq; regreditur. Quare qui semper quidem fit in alio signo, potest esse continuus: qui autem fit sæpe in eodem, non potest. consistant enim necesse est ea quæ regrediuntur, inter id quod est fieri seu adesse & abesse, quinetiã motibus moueãtur oppositis. neq; verò id quod stat interim, neque quod motibus mouetur contrarijs, potest motu moueri continuo. Quod continuo enim motu moueṫ, vno mouetur & semel. Quod autem stat, deinde mouetur, tot et

B toties quoties à statu mutatur. Cùm ergo id quod constitit rursus moueatur, in eodem regrediens: quoniam sæpe quidem stat, sæpe mouetur. eo autẽ q regrediens rursus moueatur in eodem, sæpe mouetur eodem, & toties, quoties regreditur. Quomodo ergo etiam qui fit circulo, non fiet sæpe eadem ratione, siquidem sæpe circunfertur? An non quod sæpe fit in eodem, protinus iam etiam sæpe eodem motum est. Sed si vno impulsu motu & inclinatione continenter motum, sæpe fiat in eodem, cùm sic sit potestate & non actu vt idem sit principium & finis, & non quiescat interim: erit continuus motus: Sin autem cùm interim quieuerit, rursus contra mouetur eodem, vt in ijs quæ regrediunṫ, siue in recta siue in circunferẽtia, sæpe fiet in eodem: q vnusquisq; ex motibus qui intercipiũtur à quietibus, fit seorsum, & sic motum multis motibus moueatur & sępe. Quoties enim toto, toties etiam vnaquæq; ex eius partibus quæ per vnumquenq; semel moueṫ in subiecto. neq; enim vt in vno, neq; vno

Si motus circularis sępe circũfertur, qͣo non fiet in eodem.

C moueretur, si non mouerentur continenter. Siquis autem dicat etiam in continuis id quod sæpius factum fuerit in eodem, sæpe motum esse in eodem, non propriè dixerit. non enim propriè sæpe, quoniam non multi, sed sit vnus & continuus qui fit in vno & cõtinuo. partes enim continuorum sunt potestate in continuis, & non sunt per se distinctæ. Quare nec multis nec sępe, quemadmodum quæ regrediuntur, mouentur non continenter, sed deinceps. quod enim regreditur, in quo cessauit ab eo rursus incipit. Fieri autem non potest vt quod sic mouetur, continenter moueatur, vt ostensum est. Cùm autem ostẽdisset, q id quod eodem sæpe moueṫ, necesse sit regrediens moueri motibus oppositis, & interea quiescere: rectè attendit q recta non sit eius rei causa, sed id quod est finitũ, & actu habet fines. Ergo & in semicirculo & in quauis alia circunferentia, quæ principium & finem habet actu distincta, necesse est vt regrediãtur quæ perseuerãt moueri. Sola autem linea circularis, vt quæ principium

In semicirculo, & quauis alia circunferẽtia quę habet pricipiũ & finẽ actu, fit regressus,

D & finem non habet actu distincta, potest esse cõtinua. Ergo etiam qui fit in recta, si recta esset infinita, nihil obstaret quominus aliquid cõtinenter in ea moueretur. sed quia id quod in finita mouetur, regrediaṫ necesse est, & simul quidem interea quiescat, simul etiam moueatur oppositis motibus: propter vtraq; fieri nõ potest vt sit is motus continuus. Ipse autem paucis subiunxit causam, cur non sit continuus motus qui fit in recta finita. Non coniũgit enim in ipsa, inquit, finem cum principio. quẽadmodum in ijs quæ mouentur circulo quoduis sumptum signũ est & finis & principiũ. vtpote q in vniuerso coniuncta sint finis & principium propter circuitionem, & non distincta vt in recta. Nam etiamsi in recta quoq; finis etiã fiat principium ei quod regreditur, & principium finis: non est tamẽ principium in recta cũ fine coniunctum. quemadmodum A cum B: si ea fuerint fines rectæ: In circulo autem sunt inter simul coniuncta principium & finis. quoniam

In circulo sunt inter se simul cõiũcta principiũ & finis, sed non in recta.

niam vnde cœperit id quod mouetur in circulo, in idem deſinit, cùm circuli lineam peruaſerit. Propterea autem ſolus quoqȝ eſt pfectus qui fit circulo, quoniam extra ſe nihil relinquit. ſicut quæ finita eſt recta poteſt augeri, vt quæ extra ſe habeat aliquid, circularis autem augmentum non ſuſcipit.

Motus qui fit circulo, eſt perfect⁹, & extra ſe nihil relinquit.

LXXIIII Manifeſtum eſt autem ex hac quoqȝ diuiſione, ꝙ nec cõtingit quidem alios eſſe motus continuos. in omnibus enim contingit eadem ſępe moueri. quemadmodum in alteratione ea quæ intercedunt: & in motu quantitatis, magnitudines quæ ſunt intermediæ: & in generatione & interitu ſimiliter. Nihil enim refert pauca ne an multa feceris in quibus eſt mutatio. neqȝ inter ea aliquid adieceris vel detraxeris. vtroqȝ enim modo contingit ea ſæpe moueri.

XCII Poſtquam oſtendit fieri non poſſe vt qui in recta quidem fit motus ſit cõtinuus, vt ſit autem qui fit circulo fieri poſſe: & ad hoc quidem probãdum eo vſus eſſet, quòd qui fit quidem in recta ſępe fiat in ijſdem, is autem qui fit circulo nunquã actu fit in ijſdem: dicit ꝙ ex hac diuiſione quæ oſtẽdit ꝙ id quidem quod regreditur cùm ſæpe fiat in ijſdem, & principium & finem eundem actu faciat, & ideo etiam interim quieſcat, & cùm moueatur pluribus & oppoſitis motibus, non poſſit continenter moueri, id aũt poſſit quod regreditur: per hanc, inquam, dicit oſtendi diſtinctionem, non ſolùm motus qui ſunt in recta, & qui ſunt in ſemicirculo, & in ſumma motus qui fiunt in linea finita, fieri regredientibus ijs quæ mouentur in ipſis, & ideo non poſſe moueri continenter, ſed neqȝ vllum ex alijs qui fiunt per alias ſpecies motus ſeu mutationis: eæ autem ſunt augmentum, diminutio, alteratio, generatio & interitus: poſſe moueri continenter. Etenim in his omnibus, inquit, cõtingit eadem ſæpe moueri, & toties quoties à quiete definiuntur. etenim in alteratione cùm mutatur ex nigro in album, et rurſus ex albo in nigrũ, idqȝ ſæpe; quæ inter id quod eſt nigreſcere et dealbari ſunt gętes, quæ ſunt plures, & motus definiunt, illos quoqȝ plures faciunt, alius eſt enim motus qui fit à principio eius quod eſt dealbari ad finem vſqȝ. quoniam alia quidẽ eſt quies quæ fit in albeſcendo, alia in nigreſcendo. Ea ergo dicit quæ intercedũt, & in alteratione, & in motu qui eſt per quantitatem, eas magnitudines quæ ſunt in intermedio motuum, & eius qui eſt per augmentum & eius qui per diminutionem. in qbus quieſcat neceſſe eſt. ea enim cùm ſunt plura, faciũt multos motus. Similiter quoqȝ in generatione & interitu. cũ ſint enim finiti omnes hi motus, regrediantur neceſſe eſt ea quæ mouentur, & cõtrarijs vel oppoſitis moueantur motibus. & ideo non vno, ſed multis, ijſqȝ cõtrarijs vel oppoſitis motibus moueantur. quotum oportet † recenſere multitudinem. Nam ſiue per plura quæ intercedunt fiat mutatio, ſiue per pauciora, nihil refert. quemadmodum ſi fiat quidem dealbatio per plures mutationes, nigrefactio verò per pauciores, nihil refert. Sũt enim duo motus, & duæ quæ eos terminant quietes: quæ autem intercedunt ſic puto intuenda eſſe vt quæ non ad formam peruenlant perfectam, vt etiam ſtatu intercipiantur. quemadmodum ſi ex albo fuluum, & ex fuluo fuſcũ, & ex fuſco nigrum fiat. hæ enim ſunt formæ ſeu ſpecies. & in eis ſtatũ habet id quod mouetur: per imperfecta tamen procedit motus. Tũc enim ad nigrum vſqȝ eſt vnus & continuus. vtpote ꝙ ad illud feratur motus impetus, & illinc fiat regreſſus. Similiter autem in alijs etiam mutationibus. regreſſus enim euidenter oſtendit interruptionem cõtinuitatis. Etſi eſſent quidem infinita ea quæ intercedũt, poſſet dici quòd nec regrediuntur, ꝙ nec ſtant in fine: quoniam autem ſunt finitæ ſpecies quæ intercedunt in qualitate: & in quantita-

Nulla ſpẽs mot⁹ aut mutationis pręter circularẽ, põt moueri cõtinẽter, qm̃ per eadẽ ſæpe mouẽtur, quoties a quietę defi[niuntur].

† ἀπολογίσασθαι, Siue per plura, ſiue pauciora quę intercedũt fiat mutatio, duo ſunt motus, duæ q[uie]tes.

Regreſſus euidenter oſtendit interruptionẽ cõtinuitatis.

E te ea quæ intercedunt inter definitas vtrinqȝ magnitudines ſm propriam vniuſcuiuſqȝ naturam: & generationis & interitus definita ſunt ea, per quæ fit mutatio, vel contradictione vel priuationibus, ꝙ per plura vel pauciora ea quæ mouentur regrediuntur: nihil id quod dictum eſt labefactat. Quæ autem regrediuntur ſæpe in ijſdem fiũt; vt in fine & vt in principio, eo modo qui dictus eſt, propterea ꝙ multi fiant motus. Quare non eſt vnus, nec continuus is qui eſt huiuſmodi.

Ex his ergo clarũ eſt, ꝙ nec Phyſici rectè dicunt qui omnia ſenſilia dicunt ſemper moueri, neceſſe eſt enim moueantur aliquo horum motuum. & maximè eſt ex illorum ſententia alterari. Dicunt enim ſemper fluere et extabeſcere. Præterea autem & generationem & interitum dicunt alterationem. Oratio autem nunc vni-
F uerſè ac generaliter dixit de omni motu, ꝙ nullo motu contingat continenter moueri, pręter motum circularem. Quare neque alteratione, neqȝ augmento. Quod ergo nulla ſit mutatio infinita, neqȝ continua præter eam quæ fit circulo lationem, hæc à nobis dicta ſint.

Poſtquam oſtendit nullum ex alijs motibus & mutationibus poſſe eſſe continuum, præter circumlationem quę cœleſtibus ſolis ineſt corporibus, reprehẽdit ex Phyſicis eos qui dicunt omnia ſenſilia corpora ſemper moueri. Etenim ſi motu quidem circulari mouerentur omnia, quẽadmodum cœleſtia, fieri poſſet vt ſemper omnia mouerentur. Quoniam autem vel ex euidentia manifeſtum eſt, ꝙ quę ſunt ſub Luna alijs mouentur motibus, vt quę alterentur augeantur & diminuantur, & per locum in recta moueantur, & gignantur & intereant: hæ enim ſunt eorum quæ ſunt ſub Luna mutationes: quinetiam ex eo-
G tum quoqȝ ſententia hi ſunt motus in ſenſilibus: dicũt. n. generationem & interitum, dicẽtes ſenſilia ſemp fluere & extabeſcere: & ſcilicet dicunt etiam alterationem, quia & generationem & interitum alterationem eſſe dicunt, quoniam gigni & interire peragitur dũ corpora alterantur: Si ergo oſtenſum eſt fieri non poſſe vt vllo horũ motuum continenter moueantur: & generaliter oſtẽſum eſt ꝙ nullum motum contingit eſſe continuum præter motum circularem: videlicet neqȝ alteratio nec augmẽtum & diminutio. quæ illi quoqȝ videbant in ſenſilibus, poſſunt eſſe continua. Heracliti autem ſectatores Phyſicos, ad perpetuum generationis fluxum reſpiciẽtes, & quòd quæ ſunt corporea omnia & fiunt & pereant, & reuera nunquam ſint, vt dixit etiam Timæus, cõſentaneum eſt dicere ꝙ fluant omnia: & ꝙ in eundẽ fluuium non ſis bis ingreſſurus. Hãc enim quietem quæ intercedit inter motus oppoſitos, quam etiã expoſuit Ariſtoteles, etſi ſunt contemplati, tamen vt quæ ſit inſenſilis, ſi ad totum flu-
H xum referatur, in nullo numero poſuerũt. Vna enim hirundo nõ facit ver. vt ipſe Ariſtoteles pulchrè effatus eſt in Ethicis. Poſt hæc, ea quæ dicta ſunt concludit, & in memoriam reuocat, ꝙ infinita quidẽ nulla eſt mutatio. etenim quę eſt continua nõ eſt infinita ſed in infinitum. deficere enim non poteſt eo ꝙ fiat iterum atqȝ iterum. Neqȝ verò eſt alia continua præter circularem lationem, ita vt ſempiterna.

XCIII

Qui moueri dicũt omnia corpora ſenſilia, male dicunt.

Heracliti ſectatores generandi fluxũ reſpicientes, dicebant oĩa fluere.

In eundẽ fluuium non licet bis ingredi.

Vna hirũdo nõ facit ver.

LXXV Quod autem lationum prima ſit circulatio, clarũ eſt. omnis enim latio, ſicut prius dictum eſt, vel fit circulo, vel in recta, vel eſt mixta. Hac autem illæ ſint priores neceſſe eſt, conſtat enim ex illis: recta autem, ea quæ fit circulo. eſt enim ſimplex & magis perfecta. Infinitam enim rectam nõ licet ferri. quod enim ſic eſt, infinitum

non

nõ est. Sed neq; si esset, moueretur aliquid. non fit enim id quod non potest fieri: vt transmittatur autem infinita nequit fieri. Quæ est autẽ in recta finita, regrediens quidem est composita, & duo motus. non regrediens autem, imperfecta, & in quam cadit interitus. Prius autem est & natura & ratione & tempore, perfectũ quidem imperfecto. & eo in quod cadit interitus, id in quod minimè cadit. Præterea prior est ea quam contingit esse æternam ea quam nõ contingit. Eam itaq; quæ fit circulo contingit esse æternam: aliorum autem, neque interitum, neque vllum alium. Oportet enim fieri statum. Quod si est status, interijt motus.

XCIIII Cùm ostendisset ꝙ circularem solum ex motibus contingit esse continuum & æternum, nullum enim ex alijs esse continuum ostensum est, deinceps ostendit circulationem esse primam ex motibus. Et ꝙ latio quidẽ sit prima aliorum motuum, habet perinde ac ostensum. Ab eo etiam ponitur, ꝙ lationis alia quidem fiat recta, alia verò circulo, alia autem quæ ex his mixta est. Cùm hoc autem vt euidens assumpsisset, ꝙ quę mixta est ex aliquibus, sit simplicibus ex quibus mixta est posterior, nunc ostendit ꝙ circumlatio est prior latione quæ recta fit. Hoc autem ostenso erit ostensum ꝙ sit omnium motuum prima circumlatio. Ad hoc autem probandum prius sumit vt quæ sunt in cõfesso, vnum quidem, ꝙ perfectum prius est eo quod est imperfectum: Alterum aũt, ꝙ simplex est prius eo quod est non simplex. & cùm ostendisset perfectũ quidem esse & simplicem eum qui fit circulo, neutrũ autem eorum habere eum qui fit in recta, colligit ꝙ qui fit circulo est prior eo qui recta fit. Et primum ꝙ non sit perfectus qui fit in recta, ostendit ex diuisione. aut enim infinitam esse rectam necesse est, aut finitã. sed vt infinita quidem sit recta primum nõ posse fieri. Quæ enim sic est infinita magnitudo, vt quæ sit actu, & peruadi non possit, ostensum est in tertio huius operis eam non esse. Deinde etiamsi concesserit aliquis rectam esse infinitam, nihil in ipsa moueretur. fieri enim non possit vt ea transmitteretur. Si enim quidquid fit ideo fit ꝙ possit fieri: quod non potest fieri ne fiat quidem. Vt autem infinitam motũ sit aliquid nequit fieri. est enim infinitum eiusmodi vt transmitti & comprehendi nequeat. nec mouetur ergo aliqd lineam infinitam. Quare nec si esset aliqua recta infinita, moueretur aliquid eo qui est in ipsa motu. Eum ergo qui est in recta motũ in finita fieri necesse est. Quod si ita est, vel regrediatur necesse est id quod in ea mouetꝛ, vel non regrediatur. Sed si regrediatur quidẽ: motu mouebitur composito, qui constat ex duobus motibus & sibi inuicem contrarijs: Si non regrediatur autem: erit imperfectus. in eum enim cadit interitus. Et ꝙ sit quidẽ imperfectus qui fit in recta, sic ostendit. Deinde verò subiũgit, ꝙ cùm is sit imperfectus & in quem cadit interitus, necesse est vt imperfecto quidem sit prior perfectus, eo autem in quem cadit interitus is in quem non cadit: per significata prioris, per quę ostendit lationem esse priorem alijs motibus. ea autem erant, natura, ratione, & tempore. est enim natura primus, qui est perfectus & æternus, cuiusmodi est circumlatio. quoniam si is quidem perimatur, alij quoq; motus perimentur qui sunt imperfecti & in quos cadit interitus. quales sunt qui fiunt in recta. at non perimetur perfectus vnà cum imperfectis. cũ enim generationis & interitus eorum quæ in recta mouentur causa sit motus qui fit circulo: videlicet simul quidem perimit, non autem simul perimitur. Illud autem, Ratione, significat substãtia. id enim quod est æternum & perfectum, eo in quod cadit interitus, & est imperfectum: prius est substantia. quinetiam tempore, quoniam æter-

Circumlatio est prior latione, quę recta fit.

Perfectũ est prius imperfecto.

Simplex est prius cõposito.

Motus qui fit recta non est perfect⁹.

Per infinitũ actu nihil mouetur.

Prioris significata.

Circularis motus natura primus, q̃ peremptꝰ omnes alios perimit.

Circularis motus prior tempore.

A num eo quod nõ est æternum prius est, & perfectum imperfecto. Quoniam autem nondum perfectè ostensum est æternam esse circumuectionem: quòd enim sit continua ostensum est, non quatenus est motus, habet enim tale continuum quiuis motus, sicut etiã magnitudo & tempus: sed quia non habet, necesse neq; vt finiatur neque vt regrediatur, sicut qui fit in finitis lineis, in quibus principium & finis sunt à seinuicem distincti. Quod autem sic est continuum, cõtingit esse æternum si permaneat: contingit autem etiam non esse, sicut est earũ quæ sunt apud nos rotarum circumuectio quæ mouẽtur in eodem loco. Ea autem quæ mouentur in linea finita, quominus continuo motu vsq; ad finem moueantur, nihil obstat. Siue autem cesset in fine, siue regrediatꝛ, ea status excipit. Quãobrem talem motum esse æternum non contingit. Si ergo hæc verè dicta sunt: videlicet eum quidem qui fit circulo contingit esse æternum: aliorum autem motuũ neq; eam quæ est in recta lationẽ, neq; multo magis alios. quibus ostensum est esse priorem eam quæ fit in recta lationem. Si ergo prior est per oĩa prioris significata is quem contingit esse æternum, eo quem non cõtingit: prior fuerit circularis motus omnibus alijs motibus. quod q̃dem nunc proposuerat ostendendum.

Eorum quæ in recta mouentur motũ non cõtingit esse æternũ.

B

Iure autem & ex ratione accidit, vt qui fit circulo motus, sit vnus & continuus, & non is qui in recta. Eius enim qui fit in recta definitum est & principium & medium & finis. & omnia in se habet. Quare est vnde incipiet id quod mouetur, & vbi finiet. ad fines enim quodlibet aut vnde aut vbi. Circunferentiæ autem sunt indefiniti. cur enim sit magis quidlibet finis ijs quæ sunt in linea? Similiter enim est vnumquodq; et principium & medium & finis. adeò vt semper sint aliqua in principio & in fine & nunquam. LXXVI

C Quocirca mouetur globus & quodammodo quiescit. eundem enim locũ obtinet. Causa autem est ꝙ centro omnia eadem accidunt. est.n. principium & medium & finis magnitudinis. Quamobrem eo ꝙ id sit extra circũferentiam, nõ est vbi quiescet id quod fertur, vt quod peruaserit: semper enim fertur circa medium, sed non ad vltimum. Propterea autem quòd id manet, & semper totum quodammodo quiescit, & mouetur continenter.

XCV Postq̃ ostendit motum qui fit circulo posse esse vnum & continuum & æternum, vtriusq; vel maximè præcipuã causam in his ostendit. Eius enim, inquit, motus qui fit in recta actu distinctum est principium & finis & medium. quoniam in recta quoq; in qua fit motus hęc distincta sunt. & oĩa sunt actu. Finita enim recta habet principium & finem & medium. Quare id etiã quod in ea mouetur, & vnde moueri incipiet habet principium rectæ: & vbi desinet, finem. Quare motus quoq; ideo finietur. ad fines enim quiescunt ea quæ mouentur, alicunde aliquò simul finito motu, vel ante principiũ. Qui fit autem circulo motus, non habet à seinuicẽ distincta principium & finem. quoniam nec circulus. nihilo enim magis hoc signum in ipso, q̃ quodlibet aliud, est principium vel medium vel finis. Quare si nihil obstat quominus sint omnia media, non actu sed potestate: nec necesse est vt sit vllum actu principium vel finis, vt in recta, sed omnia potestate, vt in recta ea quæ intercedunt inter principium & finem id quod mouetur, quemadmodum in ijs quæ in recta intercedunt potest fieri vt moueatur continẽter, propterea ꝙ non sit actu principium vel medium vel finis. ita etiam quod per totum mouetur circulũ, potest conti-

D

Circularis motꝰ est vnꝰ & cõtinuus, q̃m non habet actu distinctum principiũ, mediũ, & finem.

nenter

nenter moueri. quoniam in quacunque parte circuli fuerit quod in eo mouetur, est in eo quod est potestate principium & medium & finis, sed nō in ijs quæ actu sunt. quoniam nullum ex ijs signis quæ sunt in circulo est definitè principiū vel medium vel finis actu, sed quodcunque sumptum fuerit, potest esse principium & medium & finis. Ita ergo etiam se habebit motus qui fit in circulo, vt qui neque in pricipio actu, neque in medio, neque in fine vnquam fiat. quo fit vt sit continuus. sicut etiā qui fit in recta, qui quidem est inter fines, potest is quidem certè esse continuus. sed ipse quidem cum venerit ad finē rectæ qui actu est, quiescit. Qui fit autem in circulo, cum nullus sit actu finis, nunquam potest quiescere. etenim potestate qdem semper est in principio & medio & fine: actu autem nunquam. Et ideo, inquit, id quod in recta qdem mouetur, aliquando quidē mouetur, aliquando verò quiescit. quoniam motū qui est finitus quies excipit. Globus autem qui circulo mouetur, simul mouetur & quiescit, quiete motum non excipiente. non est enim actu finis aliqs motus, sed eius quod mouetur, locum semper occupantis. Quemadmodum autem in motu qui recta fit, & vt interrumpat motum, & vt non maneat in eodem loco id quod mouetur, causa est principiū & mediū, distinctū in ipsa recta in qua est motus: a principio enim ad distinctum finem principij veniens id quod mouetur, & transit à loco ad locum, procedens à principio ad finem: & cùm fit in fine qui actu est, finit motum: ita etiam in eo quód circulo mouetur principium & medium & finis, cùm nec sint à se inuicem distincta, neque in circulo in quo est motus, sed intrinsecùs: neque motum interrumpunt, neque faciūt vt id quod mouetur transeat à loco ad locum. Est autem centrū circuli principium & mediū & finis, Principium quidem, quoniam per æqualem à centro distantiam constat circulus: Finis autem, quoniam omnes quæ à circulo fiūt lineæ in ipsum finiuntur: Medium autem, quoniam omni ex parte ex æquo distat à circulo. Quoniam ergo motus qui fit circulo, neque fit ad finem, neque ad principium, neque ad mediū circuli distincta, vt in recta, sed circa centrum, hoc est, circa principium, & finem, & mediū quæ sunt indistincta, propterea potest etiam esse continuus: & fit in eodem loco. semper enim à fine æqualiter distās id quod mouetur, & non ad eū magis & magis accedēs, neque ad finem venire cogitur: neque à loco excedere, manente semper eo circa quod est motus.

Centrum est circuli principiū & mediū & finis.

E contrario autem accidit. etenim quia motuum mensura est circunlatio, ea sit prima necesse est. Primum enim omnia metitur. & quia est primus, est mensura aliorum.

XCVI Eo etiā q circularis latio sit mensura aliorum motuū, eam ostendit esse primam. Et q sit mensura quidem, vel ex euidētia clarum est. Dies enim & nox est tempus motus circularis. Eo autem & eius partibus omnes motus metimur. Porrò autem ostēsum est in quarto huius operis, q circularis motus est mensura aliorū motuum, etiam verba faceret de tempore. Quòd autem mēsura sit prior ijs quæ ipsa dimetitur, clarum est, quoniam quidquid cadit sub mensuram, id dimetitur quod est simplicissimum eorum quæ sunt in ipsa specie, id quod est plurimorū cubitorum cubitus: id quod est plurium pedum pes: & id quod digitorum digitus: et numerum, vnitas. id autem quod est simplicius, est prius eo quod est magis compositum. Rectè autem aduertit, q non solùm ex eo q sit mensura, primum esse ostenditur, sed etiam ex eo quòd sit prima circularis latio, quod quidem per multa ostensum est, colligitur eam esse mensuram. id enim quod est primum, est simplicissimum: quod autem est simplicissimū, est mensura in ijs in quæ cadit dimensio. Se.n. mutuò consequuntur id quod est primum & mēsura. quod quidem ipse dixit accidere econtrario. Alexander autem cùm inuenisset scripturam quæ sic habet, Etenim

Circularis mot⁹ est primus, vt qui sit mensura aliorum motuum.

Quod sub mensurā cadit mensurat id quod est simplicissimū in ea specie.

B quia motuum mensura est latio, ipsam esse primam necesse est, lationem, inquit, dixit pro circunlatione, eo quod est cōmune nomine pro ipsa vsus. Ego aūt in nonnullis exēplaribus, pro latio inueni scriptum circūlatio.

Præterea autem contingit etiam esse æquabilem eam solam quæ fit circulo. Quæ enim feruntur in recta, inæquabiliter feruntur & à principio & ad finē. omnia enim quo magis absunt ab eo quod quiescit, feruntur celerius. Eius autem solius quæ fit circulo, neque principium, neque finis in ipsa est, sed extra.

Id quod circularioni causa est motus qui est continuus & in eodem, quod quidem erat, principiū & finem non esse in circulo, sed extra ipsum: hoc etiā dicit esse causam q ipsa sola possit motu moueri æquabili. Porrò autē hoc quoque ostēdit ipsam natura perfectiorem & primam. Id F enim quod est æquabile, est perfectius & prius eo quod est inæquale. Rursus autem per comparationem cum eo quod mouetur in recta, & illius inæqualitatem, circunlationis colligit æquabilitatem. Quæ enim & sm naturam & præter naturam mouentur in recta, inæqualiter feruntur à principio ad finem. Quæ enim præter naturam & vi mouentur, quæ iaciuntur quidem, celerius quidē mouentur in principio, tardius autem cùm sunt remotiora, vtpote q eius qui iecit tunc vires resoluuntur: Quæ autem trahuntur, tardius quidem in principio, celerius autem, cùm ei quod trahit appropinquarint. Quæ autem mouentur secūdum naturam, celerius moueri, cùm proprijs locis fuerint propinquiora, creditur. Omnia enim, inquit, quæ mouentur secundùm naturā, quo magis absunt ab eo quod quiescit, hoc est, ab eo in quo quiescebāt præter naturam: videlicet antequam mota fuerint eo motu qui est sm naturam, ferūtur celerius. Gleba enim quæ postquam superius quieuit præter naturam, secundū naturam fertur deorsum, deorsum fertur citius. & ignis sur G sum. Hoc autem ideo fit, quoniam à principio alieno festinant ad proprium finem. Solus autem circularis motus, quoniam æqualiter semper distat à principio & fine, quod quidem est centrum, semper mouetur æquabiliter, vt qui neque ab ipso, neque ad ipsum moueatur, sed circa ipsum. non est enim in circulo principium & finis, vt ab ipso ferat et ad ipsum: sed extrinsecùs siue intrinsecùs. quocirca cùm circa ipsum distet æqualiter, semper mouetur similiter. Quod autem mouetur sm naturam, cùm fuerit prope ꝓprium locū, fertur celerius: vel vt ad id quod est cognatum & eiusdem generis: vel q appropinquanti minus sit quod impedimētum afferat, & ipsum diuidat, quod minus est autē, potest facilius diuidi: vel quod est ei similius id quod est proprio propinquum, & nō æquè cōtrarium, atque id vnde cœpit moueri: vel q incipit quidem ab eo motu qui est ad proprium, nuper mutatū ex contrario, & nondum perfectè liberatum ab illius quali H tatibus, ex quibus in has mutatum est: procedēs autem fit purius. Si ergo propter eam quę est in id quod factum est mutationem hoc motu mouetur: cùm ꝑfectè & syncerè in id mutatur, eo mouebitur celerius. tunc.n. habet etiam perfectiorem eam qua mouetur inclinationem.

XCVII

Cur circularis motus solus sit æquabilis.

Quæ iaciuntur, mouentur celeri⁹ in principio. q trahunt, tardius in principio.

Quæ mouentur secundū naturā, quo magis absūt ab eo in quo quiescebāt, mouentur celerius.

Cur qđ mouetur secundum naturā, cum est prope suū locū mouetur celerius.

Quòd autem quæ fit per locum latio sit prima ex motibus, testantur omnes qui de motu fecere mentionem. eius enim principia tribuūt ijs quæ hoc motu mouēt. Secretio enim & concretio seu conciliatio sunt motus per locum. Ita autem mouent amicitia & contentio. ex eis.n. hoc quidem secernit, illa verò cogit, ac cōciliat. Quinetiam dicit Anaxagoras mentem quę primùm mouit secernere. Similiter autem ēt quicunque talem quidem nullā dicunt esse causam, LXXVII

dicunt

A dicunt autem moueri propter inane. nã ij quoque dicunt naturam moueri motu qui est per locum. qui est enim per inane motus, est latio, & tanquam in loco. aliorum autem nullum dicunt inesse primis, sed ijs qui ex eis fiunt. dicũt enim augeri & interire & alterari dum conciliãtur & secernũtur corpora insecabilia. Eodem autem modo etiam quicunq; per densitatem vel raritatem generationem & interitum constituunt. ex cõcretione enim & secretione ea constituũt. Præterea autem etiã qui præter hos faciunt animam causam motus: id.n. quod ipsum seipsum mouet dicunt esse principium eorum, quæ mouentur. mouet autem animal & quoduis animatum motu etiã qui fit per ipsum locum. Iam verò propriè moueri dicimus id quod mouetur motu per locũ. Sin autem quiescat quidem in eodem, augeatur autem vel diminuatur vel alteretur: aliquo quidem modo moueri, absolutè autem moueri non dicimus. B

XCVIII Solet Aristoteles post demonstrationes, eorum etiam quæ fuerunt ante ipsum testimonia, vt quæ eius demonstrationibus conueniant, adducere: vt per demonstrationes quidem eos qui in eas incidunt doceat & vel inuitos cogat: per aliorum autem testimonia, firmiorẽ stabilioremq; persuasionem afferat auditoribus. non enim tanquam demonstratione vtitur testimonio recentiorum, vt solẽt recentiores. Hoc ergo nunc quoq; facit, probans esse primum motum eum qui fit per locum, vel ex eo quod omnes qui de ijs suam dixere sententiam, ad eũ deuenerint, tanquã ab ipsa ducti natura, vt ipse dicit alibi. Testimonium autem quod motuum primus ponatur ea quæ fit per locum latio, adducit priores quoq; Physicos motus mẽtionem facientes, tradere principia & causas quæ eo motu mouent. Secretio enim ac concretio seu conciliatio sunt motus per locum: Amicitia autem & contentio, quæ sunt apud Empedoclem causæ efficientes, mouent per lationem. Et illa quidem dicitur elementa cogere ac conciliare, hæc autẽ seiungere ac secernere. Dicit.n. Empedocles.

Motus qui fit per locũ probatur esse primus ab authoritate.

Cõcretio & secretio sunt mot[us] per locum.

Amicitia & contentio mouent per lationem.

Cunctaq; amicitia sunt nunc coeuntia in vnum.
Distrahit ast aliàs odio contentio cuncta. Et rursus.
Nam sic tunc coijt currens, aliter quoq; sæpe.

Porrò autem mens quoq; apud Anaxagoram, quæ similares partes disponit & mouet ab initio, eas dicit discernere ac seiungere. Sic ergo ij qui eorum quæ sunt ortus causam afferunt efficientem. quin etiam qui efficientis causæ nullam fecere mentionem, de motibus autem dicunt, vt Democritus: ij quoq; per inane dicunt eo motu qui est per locum moueri naturam, hoc est, naturalia & prima & insecabilia corpora. ea enim vocabant illi naturam, & dicebant ea mota ex ea quæ inest in ipsis grauitate, per inane quod cedit & nõ resistit, moueri per locum. ea enim dicebant esse colluctatura. Et non solũ primum, sed etiam solum hunc motum tribuunt elementis: alios autem ijs quæ ex ipsis componuntur. augeri enim dicũt & diminui, & alterari, & gigni & interire, dum aggregantur & segregantur prima corpora. Si ergo primis attribuunt motum qui fit per inane: qui fit autem per inane motus est in loco latio: videlicet existimant eam esse primã ex motibus. ea enim est primus ex primis. Sciendum est autẽ multos quidem libros sic habere scriptum, Dum conciliantur & secernuntur corpora insecabilia: Alexander autem scribit, Dum conciliantur & alterantur. & appositè exponit. ex eo enim quòd atomorum seu insecabilium corporum fit diuersus ordo & diuersa positura, dicunt alterari ea quæ sunt ex ipsis coacta & conciliata. nec enim ex eo quod alterentur corpora insecabilia, prius enim dixit aliũ non inesse eis motum, nisi eum qui fit per locum. Sed illud, Dum alterantur, dictum est pro eo quod est, Dum diuersum ordinẽ & diuersam posituram sumunt corpora insecabilia. Cùm autẽ dixisset quẽadmodum ij qui ponunt plura eorũ quæ gignuntur principia: & ex ijs & ij qui causas assumunt efficiẽtes, et ij qui absq; his disponunt generationes, ex motibus primã reputabant lationem: deinceps dicit etiam queadmodum qui vnum dicunt principium & elementum, vt Thales & Anaximenes & Anaximãder & Heraclitus, qui sunt ipsi quoq; Physici, ex motibus primam statuũt lationẽ. per condensationem enim & rarefactionem generationes tradunt & interitus. Est autem cõdensatio, quædam concretio ac conciliatio: rarefactio autem, secretio ac seiunctio. Propriè autem, vt opinor, ij quidem qui vnum dicunt, condensationem & rarefactionem vocarunt eas quæ circa idem fiunt affectiones: qui autem plura, concretionem & secretionem. Et hæc autem & illa indicant motum qui fit per locum. Quartos autem vocat testes, eos qui animam faciunt causam motus. quemadmodum Plato cùm in Phædro id quod est per se mobile ostendisset esse animam, dicit & seipsum mouere, & alijs quæ mouentur id esse fontem & principium motus. Atq; ij etiam eum motum qui fit per locum proximè & continenter animæ attribuunt. aliorum enim motuum & si apud ipsos causa sit anima, vt fons & principium cuiusuis motus, causa tamen est per intermedium eum qui fit per locum. sicut etiam Aristoteles, ab eo quod primum mouet, per localem motum cœlestium dicit etiam alios sub luna peragi. Quinetiam quod apud Aristotelem est per se mobile animal, seipsum mouens per animam, locali motu mouetur à seipso. Cùm autem dixisset animal seipsum mouere, subiunxit, Et quicquid est animatum. non quòd dicat id quod superat animal, quod etiam plãtis inest, animatum: plantæ enim non mouentur per locum: sed cùm dixisset animal seipsum mouere, subiũxit, Et quicquid est animatum. hoc est, quod habet animam in seipso mouentem, per quam seipsum mouet animal. Post hæc autem omnia adducit etiam testimonium ex vsu nominum, ad probandum lationem esse primam ex motibus. absolutè enim, inquit, & propriè solùm moueri dicimus id quod mouetur per locum: Id autem quod per locum quidem quiescit, mouetur autem per aliquẽ ex motibus, vtpote quòd augeatur, vel diminuatur, vel alteretur, nõ absolutè sed aliquo modo moueri dicimus. augeri enim dicimus vel alterari: per locum autem moueri, absolutè. Sic ergo cœlestia quoq; dicimus absolutè moueri, quoniam est etiam motus per locum. Democriti autem sectatores dicebant solum esse motum eum qui fit per locum. ea enim quæ alterantur dicebant per locum moueri: id autem latere, quoniam non totum sed per partes mutat locum. Stoici autem in omni motu dicebant subesse localem, qui consistit per magna interualla, vel ratione etiam considerabilia.

Qui atomos p inane moueri dicũt, localẽ motum ponunt.

Qui per condensationem & rarefactione tradũt generationem, eo ipso localem motũ statuunt.

B

Plato i Phędro facit animã cãm motus.

C

Aĩatum propter e, qđ animã habet in se viuẽtem.

Moueri proprie & absolute dicil qđ motu locali mouetur.

D

Quod ergo & semper fuerit & futurus sit motus omni tempore, & quodnam æterni sit principium motus, & præterea quis sit primus motus, & quemnam motum solum contingat esse æternum, & quòd id quod primum mouet sit immobile, dictum est.

Venturus ad finẽ qui restat orationis primũ nobis breuiter in memoriam reuocat ea quæ ostensa sunt per quæ posita demonstrat ea quæ sunt reliqua. Ostensum est aũt statim in principio libri, motum esse æternum, vtpote in quẽ non cadit ortus nec interitus, et ideo nec vnquã inceperit, nec finem accipiat. Ostensum est autem & quodnam sit principiũ & proxima ac continẽs causa ęterni motus, nempe quod non sit id quod ab alio mouet. necesse est.n. sic XCIX

eat in infinitum. sed id quod à se. Ostensum est etiã quinam sit primus motus per oĩa primi significata. ꝙ inter alias quidẽ species motus prima sit latio: in latiõe autem circũlatio sit prior ea quæ fit per rectam. & ꝙ eã contingit esse solam & continuam & ideo æternam. Ostensum est ẽt ꝙ id quod mouet primitus sit ĩmobile necesse est. & id qđ mouet in eo quod est per se mobile: et id qđ perfectè quiescit. qđ nec mouet̃ per accidens, quẽadmodum id qđ mouet in eo quod est ꝑ se mobile dicebat̃ moueri.

CAP. X.

LXXVIII QVod autẽ vt id careat partibus necesse sit, & nullã habeat magnitudinem, nũc dicamus, cùm de ijs quæ sunt eo priora primùm definierimus. Ex ijs autem, vnum quidem est, ꝙ fieri non potest vt aliquid finitũ moueat tempore infinito. tria enim sunt: id qđ mouetur, & id quod mouet, tertium id in quo est, nẽpe tempus. Hæc autẽ vel omnia infinita, vel omnia finita, vel nõnulla. vtputa duo vel vnũ. Sit autẽ A id quod mouet: id verò quod mouetur B. tẽpus infinitum, in quo C. D itaq; moueat aliquam partẽ ipsius B, in qua est E. sed non in tempore æquali tempori C. in maiori enim maius. Quare non est infinitum tempus F. Sic itaque addens ipsi D, consumam A, & addens ipsi E, consumam B: Tempus autẽ non consumam, auferens semper id quod est æquale. est enim infinitum. Quare totum A totum B mouebit in tempore finito C. Non potest ergo fieri vt à finito moueatur aliquid motu infinito. Quòd igitur non contingit finitum mouere tempore infinito, clarum est.

C Cùm prius ostendisset ꝙ id quod primò mouet sit immobile & æternũ, nunc proponit ostendere ꝙ id ẽt nullas habeat partes, simul per hoc ostẽdens modũ eius qui fit ab illo motus, nempe ꝙ nec sit corporeus, nec violentus. Qui.n. à corporibus fiunt motus, hoc modo fiũt. qui quidem ẽt propterea sic habẽt, vt maior vis & maiori & in minori tẽpore idem moueat: minor aũt minori & maiori. sic.n. corporei motus perficiuntur. eandem.n. molam mulus quidem toto die mouerit: homini autem non parũ fuerit si mouerit vsq; ad meridiem: & hic qdem celerius circũagit, hic verò tardius. Quòd aũt id quod primò mouet sit incorporeum, & partibus careat, & sit expers magnitudinis, ostendit per ẽpto opposito, nempe ꝙ habeat magnitudinem. necesse est.n. vt vel sit præditum magnitudine, vel expers magnitudinis. Quòd autẽ non habeat magnitudinẽ ostendit ex diuisione, quam ipse ponit in fine libri, sic colligens rationẽ. Si habet magnitudinem, necesse est vt ea sit finita vel infinita. Sed fieri nõ potest vt sit magnitudo infinita, vt ostensum est in tertio huius operis. Si est ergo finita magnitudo, vel vim habet finitã, vel infinitam. neq; est pręter hæc aliqd. Si ergo neque quod vim habet finitã, potest mouere in tẽpore infinito, vt ostendet in primo argumento: neq; finita aliqua magnitudo haber vim infinitã, vt ostendit in ijs quæ deinceps consequunt̃: videlicet id quod æterno motu mouet in tp̃e infinito, nequaq; habebit magnitudinẽ: neque põt in partes diuidi. Ergo nec potest diuidi in partes, & est expers magnitudinis. Ad hoc aũt probandum, oportet, inquit, eas quæ præcedũt propositiones quę sumuntur prius cõfirmare, ex quibus colligetur oratio. sunt.n. propositiones priores syllogismis, qm̃ syllogismi fiũt ex propositionibus. Primò aũt ostendet, ꝙ nulla vis finita possit in tẽpus infinitum mouere quid finitum. Secundò aũt, ꝙ fieri nõ potest vt in finita magnitudine sit vis infinita.

Id qđ primo mouet est incorporeũ, expers magnitudinis & carẽs partib⁹.

Nulla vis finita põt mouere in tempus infinitũ.

E His autem ostensis, colligitur ꝙ id quod mouetur tempore infinito, à nulla moueatur magnitudine. siquidem neq; est infinita magnitudo, neq; fieri potest vt finita magnitudo vim habeat ĩfinitam: neq; vt à vi finita moueatur aliqd tempore infinito. Primum ergo ostendit, ꝙ fieri non potest vt finitum quid, & vim habens finitam, possit mouere aliquid finitum in tempore infinito, illo vtens tanq; quod sit confesso, quod in sequenti argumento vel euidẽter assumit: ꝙ id quod vim habet maiorem, idem mouet in minori tẽpore, quàm vis minor. Est aũt talis demõstratio. Cùm tria sint, & id quod mouet, & id quod mouetur, & tertiũ, tempus in quo mouet̃ id quod mouet̃: necesse est vel omnia esse finita, vel oĩa infinita. vel alia qdem finita, alia verò infinita. vt dixerit qui finitum quid dicit moueri à finito in tp̃e infinito. quod quidem de medio tollendũ proponit̃. Ponit ergo finita quidem esse, & eã quæ mouet magnitudinem, quã dicit A; & id quod mouet̃, B. infinitum aũt tempus C. in quo ab A mouetur B.

Infinita magnitudine nõ est vis infinita.

Quod mouetur tẽpore infinito, à nulla mouet̃ magnitudine.

F Deinde cùm sumpsisset ab A qđ mouet, quod quidẽ est finitum, aliquã partem, nempe D: ponit ipsum mouere aliquam partẽ ipsius B, nempe E. Oportet aũt sumere D id qđ mouet, & E id quod mouet̃. non in eadem inter se proportione ac conuenientia, in qua est A totum mouens, relatum ad totum B quod ab ipso mouetur: sed D quod mouet, excedit E quod mouet̃. hoc enim est subaudiendum, si ea quæ deinceps dicentur sunt consequenter inferenda: vt sit D quidẽ tertia pars ipsius A: E verò ipsius B decima. Ita.n. in minori tempore D mouebit E, q̃ A mouebat B. Quare non est tẽpus infinitũ, in quo E mouetur à D. In infinito.n. B mouebatur ab A, vt quod haberet maiorem ad A proportionẽ, q̃ E ad D. In maiori autem tempore, id quod est maius, mouetur conuenienter rõni seu proportioni. & in minori tempore maior vis mouet id quod est minus. Sit ergo pars infiniti temporis C, tempus finitum F, in quo B mouetur à D. Si itaq; ipsi D adiecero aliud tantum, hoc est, aliã tertiam partem ipsius A, &

G rursus aliud tãtum: consumam A. hoc est, sumam totũ A. Si ergo D mouit E in tempore F, quod est pars infiniti C, adiectum aũt fuerit ei quod mouet aliud tantũ, quãtum est: clarum est ꝙ in minori tempore vis D duplicata mouebit E. in dimidio.n. ipsius F. Et si vi mouenti adiectum rursus fuerit æquale, erit vis A tota. siquidem D erat eius pars tertia: & videlicet adhuc ĩ minori mouebit E. Quòd si rursus cùm habeamus A quod mouet, adijciamus ipsi E quod mouetur æqualia, si vnũ quidem adiecerimus, in duplo tẽpore mouebit A, q̃ mouebat E: sin autem secundum, in triplo. & id erit F. in quo D quod est tertia pars ipsius A, mouebat E. quod nũc triplicauimus. vtrisq; enim triplicatis, & eo quod mouet, nempe D: & eo quod mouetur, videlicet E, idem manet tempus. Cùm ergo ipsi E addẽtes, venerimus ad decimã partem, sumpserimus B, cuius E erat pars decima. Mouebitur itaq; B ab A in decuplo tempore illius in quo E mouebatur ab A. Positum autem fuerat ẽt in infinito C moueri B ab A. Idẽ ergo ab eo-

H dem mouebit̃ & in finito tẽpore & in infinito. quod quidem fieri non potest. adijcientes.n. ipsi E, donec totum B sumpserimus: aut ẽt tempus C consumemus, aut non. sed si consumpserimus quidem, nõ est infinitum: id enim in quod cadit mensura nõ est infinitum: id metietur autem F quod est finitum. quod quidẽ fuit prius sumptum: Sin autem nõ consumpserimus, sed post tot temporum ipsi F æqualium ablationem, quot erant partes B, reliquũ erit aliquod tempus: A non mouerit B in toto C, sed in parte eius toties æquali ipsi F, quoties sumpta sunt ea quæ erãt in B. Hoc est ergo quod dicit, SI ipsi D adiecero, consumam A } finitum enim est id quod mouet. ET si ipsi E, consumam B } erat enim etiam finitum id quod mouetur. non consumam autem tempus cùm sit infinitum. Fieri autem potest vt id quidem quod mouet, idem conseruetur, nempe A: eius autem quod mouetur, nempe B, pars auferatur, quã videlicet in minore infinito tem-

pore

pore mouebit A. Ergo in finito. Si ergo sumptam ipsius B partem quæ mouetur in tempore finito toties composuerimus, quota erat pars ipsius B, tempus quoque toties erit maius eo in quo A mouebat partem ablatam. Ergo finitum. B ergo mouebitur ab A & in infinito tempore & in finito. quod quidem est absurdum. Hoc autem collectum est propterea quòd sit B quidem finitum, quicquid autem est finitum, cõsumatur eorum quę sunt ęqualia ab ipso ablatione. Pulchrè autem vsus est hoc vocabulo Consumam, non autem Dimetiar. Si enim cùm auferantur æqualia ei quod est ab initio, sit vltimum quoque æquale: præter id quòd A cõsumpsimus, ipsum quoque per D dimensi sumus. Hoc autem fiet, si D sic fuerit ablatum ab initio, vt possit A diuidi in quælibet ei ęqualia. Sin autem id quod ipsius A vltimum relinquitur, non amplius fuerit æquale ipsi D, sed eo minus, consumptum quidem esse sic quoque A dicitur tali ablatione, sed non etiam dimensum esse à D. Eadem ratio est & in B & in E. Siue autem A & B dimetiantur sumptæ ex eis partes, siue solùm consumant, eadem est ratio. Secutum est enim absurdum non ex eo quod cadant sub dimensionem, sed ex eo quod consumantur. Hoc ergo cùm ostendisset, subiunxit: Fieri ergo non potest vt à finito moueaẽ quid motu infinito. vtpote quòd hoc sit consequens ei quod est, motum qui fit in infinito tempore esse infinitũ. Nihil autem dixit infinito motu moueri à finito, etsi finitum nunc ostenderit à finito non moueri tempore infinito, quoniam iam habebat perinde ac ostensum, non esse infinitam omnino magnitudinem.

Consumere.
Dimetiri.

LXXXIX Quòd autem in finita magnitudine nõ contingat omnino vim esse infinitã, ex his clarum est. Sit enim semper maior vis quæ semper facit æquale in minori tempore, vt quę calefacit, vel dulce reddit, vel iacit, & in summa quæ mouet. Necesse est ergo vt etiã ab eo quod est quidem finitum, vim autem habet infinitam, patiatur aliquid quod patitur, & plura q̃ ab alio, maior enim est vis quæ est infinita. At nullum quidem certè contingit esse tẽpus. Si est enim tempus in quo est A, in quo infinita vis calefaciebat, vel protrusit: in quo autem est tempus A B, finita aliqua, ad hanc maiorem semper sumẽs, sed finitam: veniam aliquando ad id quod est mouisse in tempore. ad finitum enim semper addens, exuperabo quodlibet terminatum, & auferens similiter deficiam. In æquali ergo tempore mouebit finita infinito. Hoc autem non potest fieri. Nihil ergo finitum contingit vim habere infinitam.

CI Cùm instituisset ostendere quòd id quod æterno motu proximè & continẽter mouet: id enim est id quod primò mouet: præter id quòd est immobile, caret etiam partibus, & est expers magnitudinis: & perinde ac ostensum haberet quòd infinita magnitudo ne sit quidem omnino in ĩjs quæ sunt: ostendit primum quòd fieri non potest vt sit ipsa finita magnitudo vim habens finitã. Quod est enim eiusmodi fieri non potest vt motu moueat sempiterno. Restat ergo ostendere quòd ne fieri quidem potest vt ipsa magnitudo finita vim habeat infinitã. quod quidem ostendit non solùm in eo quod primum mouet, sed vniuersè etiam ac generaliter, quòd non contingit in finita magnitudine vim esse infinitam. Ostendit autem cùm id prius sumpsisset pronunciatum tanquam euidẽs, quo etiam prius vsus est: nẽpe quòd id quod habet vim maiorem, idem mouet in minori tempore, quàm vis minor. Id ergo quod mouetur à vi finita, mouebitur etiam

Magnitudo finita non habet vim infinitam.

A ab infinita in minori tempore, cùm sit maior. Cùm hæc ergo prius sumpsisset tanquam euidentia, ostendit quòd eum qui dicit in finita magnitudine esse vim infinitam, consequetur aliquid contrarium pnuntiatis. quod enim à vi finita motum est, nõ mouebitur ab infinita, vt ostendet. Positum autem fuerat id quod à vi minori moueẽ, moueri etiam à maiori, & in minori tempore. Quòd autem id quod à vi finita mouetur, futurum sit vt non moueatur ab infinita, ostendit, abducẽs ad id quod fieri non potest, nempe quòd idem in æquali tempore moueatur à vi infinita & finita. Hoc autem fieri non potest, siquidem perinde ac quod sit in confesso, habitum est quòd maior vis idem moueat in minori tempore. Cùm ergo dixisset, At nullum quidem certè cõtingit esse tempus, in quo vis mouebit infinita (quemadmodum enim vis infinitæ nulla est ratio ad nullam finitam: ita nec minimi temporis vis infinita mouebit ad tempus in quo est finita: si ergo cuiusuis temporis finiti ad quoduis finitum

Vis infinitę nulla est ratio ad nullã finitam.

B est ratio: nullum fuerit tempus in quo vis infinita mouebitur) & id quod consequitur absurdum prætermisisset, Si enim non mouet in tempore, neque mouet omnino, neq; est mouendi potestate prædita vis illa infinita, quoniam in nullo tempore: ostendit id quod est oppositum, cùm posuisset mouere in tempore. Sit enim, inquit, tempus A, in quo id quod est finitum infinita vi mouet aliquid & mutat: id certè quod habet vim finitam, idem mouebit in maiori tempore, nempe A B. Si ergo id quod vim habet finitam duplicauerimus: videlicet idem mutat in minori tempore, quàm A B. Similiter quoq; si auctum fuerit, rursus in minori. Et semper sic augentibus nobis & duplicantibus magnitudinem et vim iusta proportione, minuetur tempus. Addentes autem semper magnitudini, & auferẽtes à tempore, veniemus aliquando ad tempus A. in quo hoc ipsum positum fuerat moueri à vi infinita. In æquali ergo tempore idẽ mouebit vis finita cum vi infinita. Quæ enim augetur duplò vis sem

Finiti tẽporis ad finitũ est ratio, non ad infinitum.

C per manet finita, eo quòd quoduis duplum finiti sit finitum. Si hoc ergo est absurdum vt vis finita & infinita in æquali tẽpore idem moueant, & secutum est absurdum ex eo quòd vis infinita moueat in aliquo tempore: id autem cui est consequens absurdum quid & quod fieri non potest, ipsum quoque est absurdum & eiusmodi vt non possit fieri: in nullo ergo tempore vis quę est infinita mouebit. neq; ergo mouebit. Quare neque erit vis mouendi potestate prædita infinita in finito. Si enim esset, moueret: & in tempore moueretur id quod mouetur. Aduertit autem Alexander, quòd non vt posuit Aristoteles, ab eo quod vim habet infinitam, oporteat incipere, quod mouet in tempore A hoc quidpiam quod mouetur: & colligere vt ipse fecit, quòd etiã ab eo quod vim habet finitam idem mouebitur in æquali tempore: Si enim, inquit, sic sumatur, obĳci poterit quòd non sit verum: non enim concedet aliquis fieri posse vt quod motum est, motum sit à vi infinita & finita: Sed oportet con

D trà sumere. Quod enim à vi finita motum est in aliquo tempore, hoc oportet ponere etiam ab infinita moueri in aliquo multo minori. quod enim mouetur à vi minore, mouebitur etiam à maiore. quod ipse quoq; significauit cùm dixit, NECESSE est ergo vt etiã ab eo quod est finitum quidem, vim aũt habet infinitã patiatur id quod patitur, & plura q̃ ab alio. est enim maior infinita} per hoc.n. sumpsit q id quod patiẽ à vi finita, patiatur ẽt ab infinita. qm̃ maior est infinita. Quod autẽ à minori vi patitur, ẽt à maiori patiatur necesse est. Hęc quidem his verbis scripsit Alexander. Num aũt pulchrè & necessariò incepit Aristoteles ab eo quod vim habet infinitam: et non opus est vt contrà sumaẽ. eius.n. erat institutũ ostendere, q nulla finita magnitudo vim habeat infinitam. quod quidem ostẽdit per hoc, q vis infinita, si sit, in nullo tpe aliquid faciat vel moueat. quod quidem pronunciauit per hoc, AT nullũ quidem certè cõtingit esse tẽpus.}

Absurdum autem, quod sequitur ex eo quòd nõ in tempore faciat vel moueat vis infinita, prætermisit tanquam euidens. Si enim quidquid quocunq; modo fit vel mouetur, in tempore fit vel mouetur: id quod non in tempore fit vel mouetur, neq; fit neq; mouetur. Non ergo infinita illa vis aliqd facit vel mouet. neq; est omnino. Quòd autem non in tempore faciat aliquid vel moueat, ostendit, vt etiam dixi antea, cùm posuisset id quod est oppositũ, q; in tempore faciat vel moueat, colligens sequi aliquid quod fieri non potest, nempe q; vis maior & minor moueat eandem magnitudinem in æquali tempore, vel potius infinita & finita. hoc est enim absurdius. Meritò autem in hac deducẽda ratione, vim prius posuit infinitam in finito tempore A finitam aliquam mouere magnitudinem. hoc enim oppositum est ei, At nullum quidem certè contingit esse tempus. Deinde cùm sumpsisset idem moueri à vi finita in maiori tempore, nihil sumpsit absurdi, vt Alexander suspicatus est. non hoc enim sumpsit absolutè, q; id quod à vi infinita mouetur, moueatur etiam à finita: sed cùm tãtum sumpsisset q; finita magnitudo in finito tempore mouetur à vi finita, quod quidem est euidens, ostendit q; id quod est finitum, quod mouetur in finito tempore, quantũcunq; fuerit ipsum & tempus, potest, si semper quidem vis augeatur, tempus verò minuatur, à vi finita moueri in æquali tempore A, in quo mouebat vis infinita. quod quidem est absurdum. Cõsecutum est autem absurdum eum qui posuit vim infinitã in tempore finito mouere quantũcunq; minimo. necesse est. n. eandem vel non mouere in tempore, adeò vt ne omnino quidem moueat: vel mouentem mouere in aliquo tẽpore, & in minori quàm finitam. & ideo in finito. Eum ergo qui dicit infinitam vim mouere, hoc secutũ est. Nam qui vi finitæ semper addit, fieri potest vt exuperet vim quæ semper sumitur: & qui à minimo tempore detrahit, faciat semper tempus magis mancũ, donec vis quidem quæ augetur, tempus autem quod minuitur vsq; ad tempus A, à finita quidem sed quæ aucta est, ostendat idẽ moueri in tempore A, quod ab infinita in æquali tempore. Non sumpsit ergo Aristoteles moueri ab infinita & finita potestate: sed tantũ sumpsit vt euidens, q; finitum in finito tẽpore mouetur à vi finita potestate. & ostendit deinde consequi eum qui dicit in finito tẽpore mouere aliquid vim infinitam, q; finita moueat in tempore æquali vi infinitæ. Si hæc ergo vera dico: nõ opus habet oratio vt contra sumatur. Potest autem, inquit Alexander, sic quoq; ostendi fieri nõ posse vt sit vis infinita in finita magnitudine. Si enim magnitudinis partem abstulerimus, clarum est fore vt ea non habeat vim infinitam. Ergo finitam. Sic ergo semper auferẽtes à magnitudine partes aliquas æquales ei quod ablatum est, quarum partiũ habet vnaquæq; vim finitã: in finita diuidemus vniuersum, nempe & magnitudines & facultates. non erit enim aliqua pars totius quæ vim habeat infinitam. ponitur enim totum vim habere infinitam: cùm etiã in parte similiter ostendi possit, fieri nõ posse vt vim habeat infinitam. sed neq; quamlibet eius partem contingit vim habere infinitam. Grãmaticus autem ille, cuius memini in principio cõmentariorum in hunc librum, magnum ac præclarum quid existimans si multos ex rudibus & literarum ignaris hominibus, ad cœli & vniuersi mundi despicientiam adduceret, vtpote q; in ea similiter atq; in ipsos cadat interitus: & scilicet ipsius quoq; opificis, si mundi in quem cadit ortus & interitus eum effectorem esse ostensum fuerit, qui vniuerso æuo priusquam fabricaretur neque erat opifex, neq; omnium quæ sunt Deus & pater, & substantiæ eorum suppeditator, siquidem nec tũc quidem factum erat aliquid ex ijs quæ sunt: ab huiusmodi gigantets impulsus vir iste cogitatis, & aduersus ea quæ in primo libro de cœlo de cœli & mundi æternitate ab Aristotele ostensa sunt, ausus est scribere, cùm ne ea quidem quæ illic dicunt intelligeret, vt in illis conatus sum ostendere: & aduersus ea quæ in principio huius libri motum & tempus æterna esse ostendunt, præter fores occurrens decertauit: vt sciri potest ex ijs quæ aduersum illum illic scripta sunt. Is eiusmodi suo scopo ac instituto existimauit conducere hanc demonstrationem Aristotelis, per quam ostendit nullum corpus finitum vim habere infinitam. Si est enim finitum corpus cœlestiũ & mundanum, id vim habet finitam. Quod autem vim habet finitam, is statim existimauit demonstratum esse in id cadere interitum. Atq; adeò in fine orationis: Restat ergo, inqt, vt sit finitę potestatis totum cœlum & vnaquæq; ex eius partibus. Talia sunt autem etiã omnia quæ sunt sub Luna. Et mirum est quòd non adiecerit ipsum quoq; esse talem. Totus est enim scopus ac institutũ diuini eorum cultus ac religionis, vt ostendãt cœlum & cœli opificem à seipsis minimè differre. Velim autem aduertant ij qui in eius scripta incidunt, quòd hic quoq; nec videtur assequi ea quæ dicta sunt ab Aristotele, & qnam sit eorum scopus ac institutum omnino ignorare. existimat enim Aristotelem putare idem esse vim seu potestatem habere motricem, & posse sufficere vt moueatur in tẽpus infinitum. Atq; adeò hæc scribit: Ex quibus nobis apertum euasit, quod videtur esse verũ Aristoteli, quòd nullum corpus finitum habeat vim sufficientem in tempus infinitum. Vnde etiam dicit contingere vt vis quæ id quod est habet in corpore, moueat motu æterno. Et non aduertit quòd aliud quidem est vim habere infinitam, quæ tota simul est æternè mouendi potestate prædita: & aliud est posse sufficere vt in æternũ moueatur, & quòd id quidem quod est actu infinita potestate præditum, totum simul est cum eo quod mouet in æternum. Quod autem sic est infinitum vt possit moueri in infinitũ, non per vim seu potestatem agentem & mouentem, sed per potestatem patibilem, & id quod est potestate, inest ei quod mouetur in æternum, & dicit Alexander, quem iste producit in fine suorum in hunc librum commentariorum, q; in eo quod mouetur in infinitum nõ oportet dicere vim seu potestatem per quam mouetur, præterquam equiuocè. Quamobrem totam quidem quæ simul est infinitam motricem vim seu potestatem finito inesse corpori, est eiusmodi vt nõ possit fieri: Moueri autem in infinitum, nihil obstat quominus insit finito corpori. quoniam quæ in eo quod est in infinitum semper sumitur vis seu potestas est finita. Neq; tamen vt cesset necesse est, cùm alia & alia excipiat, & propter id quod mouet in æternum, & propter auxilium eius quod est potentia, quod semper inest in eo quod mouetur. Cùm ergo iste hic quoq; sicut etiam antea, ignorasset differentiam eius quod est simul totum infinitum, ab eo quod est in infinitum, quod ipsum quoq; est infinitum & sufficit ad æternũ, & quòd illud quidem conueniat ei quod mouet in æternum, hoc verò ei quod in æternum mouetur: existimauit quòd qui ostendit non esse vim infinitam simul totam mouentem in corpore finito, per hoc ostenderit quòd ne possit quidem moueri in infinitum corpus finitum, ignorans quæ in tertio huius operis dicta sunt ab Aristotele de eo quod est in infinitum: quorum nõnulla etiam adieci in principio commentariorum in hunc librum: aliqua autẽ nunc quoq; adijciam. In summa enim sic semp est infinitum, quòd semper sumatur aliud & aliud, & id quod sumitur quidem semper est finitum, sed semper aliud & aliud. Quod est autem eiusmodi, inest in ijs quæ id quod sunt habent in generatione. Nam & motus est huiusmodi: & tempus: & hominum generatio, vt etiam dixit Aristoteles: & diuisio magnitudinum. Quoniam enim motus est in eo quod mouetur, sed non in eo quod mouet, vt in libris de motu ostensum est, id quod primò quidem semper mouet, cũ sit Imobile, infinitã semp habeat vim seu potestatẽ necesse est, pp id quod est semper. infinitam autem, vt quę tota simul sit. Si. n. per eã quę sit infinitatem, mouet cùm non moueatur nec sit imobile, opus ẽt habebit

alio

E F G H

In Ioannem Grãmaticum inuehit Simplici[9], q; mũdum negaret esse æternũ.

In id quod est finitæ potestatis cadere interitũ dicit Grãmaticus.

Cœlum & vnaquæque eius pars est finitę potestatis, vt dicit Grãmaticus.

Vim habere infinitã, quæ sit tota simul & sufficere vt in æternũ moueat differunt.

Moueri infinitũ quo intelligatur.

Vis infinita motrix non pôt actu finito inesse corpori.

Moueri infinitum pôt corpus finitum.

Infinitum simul totũ, & esse in infinitũ differunt.

Quod primo semper mouet, cũ sit immobile, infinitã semp habet potestatem.

Quod semper mouetur, infinitū simul non habet potestatem, sed in eo ꝙ fiat.

alio quod moueat. Id autem quod semper mouetur finitum corpus, mouetur in infinitum, non habens simul totam potestatem infinitam, vt id quod mouet. id.n. quod semper primò mouet, est & incorporeum & per se consistit, & infinitam vim ac potestatem sibiipsi suppeditat: id autem quod semper mouetur corpus, cū sit finitum, quod & vt semper sit & vt semp mouearur, habet ab eo quod primò mouet, nō potest totum simul motum suscipere. neq; enim vtiq; opus haberet vt moueref ab alio: neq; omnino moueretur. Motus enim non est simul totus, sed in eo ꝙ oriaf ac fiat habet id quod est. si enim totum simul id quod mouetur susciperet, staret & non moueretur. Hæc quidem opinor sufficere de eius quod mouet tota simul infinitate, propter quam fieri nō potest vt ipsum corpus sit finitū: & de eius quod proximè ac continenter ab ipso mouetur in infinitum. quorum cū iste nesciȷsset differentiā, existimauit sibi conferre ad hoc vt demonstraretur in cœlum cadere interitum, id quod nunc ostensum est ab Aristotele, ꝙ nullum corpus finitum habet infinitam motricem potestatem. Quanq; si & eius quod est mouere & moueri, & eius quod est actu infinitum, & eius quod est in infinitum non aduertit differentiam, at illud quidem certè oportebat considerare, quòd non Aristoteles in hoc vno libro è vestigio sic sibiȷpsi dixisset contraria: cùm in principio quidem ostenderit necesse esse semper esse motum, & id quod mouetur æternum: deinde autem quòd corpus quod circūfertur, est id quod vno & continuo & æterno motu potest moueri. Nunc autē dicens, cœlum finitum quod habet corpus in quod cadit interitus, si sic intelligeret illud, non habere infinitam vim seu potestatem, & rursus in primo de cœlo qui hunc librum sequitur, apertè cœlum demonstrans æternum & totum mundum: aduersus quas demonstrationes iste se dixisse existimat: quis ergo chamæleo se in tales vnquam vertit figuras, quales iste suscepisse existimat Aristotelem? Et ne hoc quidem aduertit, ꝙ nullus ex interpretibus Aristotelis disceptatione opus habere existimauit ea quæ dicit de mundi æternitate, & id quo nunc ostendit ꝙ finitum corpus habet vim seu potestatem finitam. protinus enim occurrebat, ꝙ motricem infinitam potestatem quæ est tota simul, in his esse negauit, cùm corpus mobile sit finitum. Sed quoniam cùm iste ignorasset scopum ac institutum Aristotelicæ demōstrationis, & putasset ꝙ qui ostendit finitum corpus non habere infinitam vim mouentem, statim etiam ostenderit ꝙ cœlū cùm sit finitum, in ipsum cadat interitus, & ideo etiam suis proprȷs argumentis conatur ostendere, ꝙ finitum corpus habet vim potestatē ue finitam, & infert tanquam sequēs necessariò, ꝙ in cœlum cadat interitus: age has etiam eius persequamur amētias. Primum ergo ponit argumentū, quod in hunc modum colligitur. Cœlestia constant ex materia & forma. Quæ ex materia constāt, materia opus habēt ad hoc vt sint. Quæ aliquo opus habent, non sunt sufficientia. Quæ non sunt sufficientia, non sunt infinitæ potestatis. Et ex his colligit, quod cœlestia suapte natura non sunt infinitæ potestatis. & ideo cadit in ea interitus. Clarum est aūt ꝙ si materia in quam caderet interitus, ad hoc vt sint, opus haberent cœlestia, iure in ea caderet interitus. Sin autem qui materiam vel subiectum, quodcunq; sit eorum, dicēs quis esse eiusmodi vt in ipsum non cadat interitus, minimè reprehendit: quomodo quod opus habet subiecto in quod non cadit interitus, ipsum esse tale putabitur vt possit interire? non enim quia aliquo opus habet, & ideo non est per se sufficiens, ideo etiam necesse est esse tale vt in id cadat interitus. infinitæ enim potestatis quidem fortasse non fuerit quod per se non cōsistit, sed habet id quod est in alio: non tamen in ipsum necesse est sic cadat interitus, vt quod sit aliquando interiturum. aliud.n. est, vt dictum est, quod actu totum simul est infinitū, et aliud quod in infinitum.

Mundū esse interiturum, ex eo ꝙ constet ex materia et forma. vult Grāmaticus.

Mundi inte-

Secundum. Si ipsa materiæ, inquit essentia in hoc est, ꝙ

A apta sit ad omnes formas suscipiēdas. & non temere hāc habet potestatem: nec potest ipsa materia plures formas simul suscipe: nullam enim ex formis semper potest continere materia, quod ad suam attinet rationem: Quod si ita est, nihil ex ȷ̄s quæ constāt ex materia & forma, quod ad materiam attinet, erit eiusmodi vt in id non cadat interitus. Ostensum est autē, inquit in quarto libro eorum quos scripsimus in Aristotelem, ꝙ vna & eadem materia prima subiecta est & cœlestibus et ȷ̄s quę sunt sub Luna. Sed quæ illic qdem ab eo dicta sunt, à me vt oportuit examinata fuerunt, aggresso explicare primum librū de cœlo: Hic autem velim tantū aduertatur, ꝙ cum eadem sit materia, & in omnes formas similiter se habeat, necesse est vt in se inuicem mutētur & cœlestia & ea quæ sunt sub Luna. quo quid est quod minus possit fieri? nō enim bene habuerit in eo īmorari. nā ipse quoq; cum animaduertisset q̄ non bene conueniret, Et si concessetit, inqt, aliquis, nō eandem subȷ̄ci materiam & cœlestibus, & ȷ̄s

ritus probatur ex eo ꝙ materia sit apta ad omnes formas suscipiēdas. Grāmatic⁹.

B quæ sunt sub Luna: quoniam tamen & cœlestium oīum materia, quam primū subiectum existimabāt, est vnum & idem quod vocatur quintum corpus: huius autem materiæ sunt diuersæ species, nēpe Solis, & Lunæ, & vniuscuiusq; aliarum stellarū, & præterea vniuscuiusq; sphæræ: videlicet cœlestium quoq; corporū materia apta est vt suscipiat vnāquanq; formam cœlestium. et si propter potiorem aliquā & separatā causam non susceperit. Si ergo cœlestium quoq; corporum materia, quod ad hoc attinet ꝙ possit omnes formas suscipe, illorum aliàs aliam formam suscipiet: nihil ergo ex cœlestibus, quod attinet ad suæ potestatē materiæ, erit eiusmodi vt in ipsum non cadat interitus. In his autem primòm quidem par est attendere, ꝙ primam cœli materiā quintum corpus esse existimauit. Atqui si vt prius dixit, vna est & eadē materia omnium & cœlestium, & eorum quæ sunt sub Luna: quomodo est rationi consentaneum quintum corpus esse materiam eorū quæ sunt sub Luna? Deinde siue pro

Materiā cœli ex sua natura posse omnes fořas cœlestiū suscipere, Grāmaticus.

C pter potentiorem & separatam causam, non suscipit materia aliam formam cœlestium præter eam quam nūc habet: nō est necesse vt propter materiam in cœlum cadat interitus: siue vt iste hoc quoq; dicit, dicens sibi contraria, aliam aliàs formā est susceptura: vt in totum cœlum cadat interitus minimè necesse est. Sed si vtiq; cadit, cadit, solas partes contrarȷ̄s in seinuicē mutantibus. sicut etiā in ȷ̄s quæ sunt sub Luna. Siue ergo vna est materia: hoc tantum ei ex verbis suis efficitur, vt quæ sunt supra infra, & quæ infra supra, tanq̄ ebrȷ̄s ea quæ fiunt appareant, adeò vt hic quidem, Sol, homo verò in cœlo, et cœlestia cum ȷ̄s quę hic sunt orianf: Siue cœli materia, cùm sit vna, potest omnes quæ illic sunt formas suscipere: aut temere potest, aut aliquādo illæ quoq; in seinuicem mutantur. quāquam ne sic quidem ei succedet id quod contendit, nempe vt probet in mundum cadere interitum. neq; enim vt id quod est sub Luna aliquando non sit necesse est, quoniā eius partes circa subiectam materiā mu-

Mundi interitū non probari ex materia, Siplici⁹.

D tantur in seinuicem. vbi enim vnius interitus est generatio alterius: quanā tandem ratione fieri potest vt quæ sic consista est moles intereat? Quanto ergo erat melius & opifici Deo conueniētius, dicere ea quæ proximè ac continenter ab eo producuntur, qui semper similiter & eodem modo se habet, & neq; in substātia mutatur, neq; in potestate, neq; in operatione, esse æterna. ne aliquando quidem esset mundi effector, aliquando verò relinqueretur ociosus, sterilis, & desertus: id autem quod per sempiterna & quæ semper mouentur eius opera effectaq; gignitur, nēpe id quod est sub Luna, partes quidē habere quę fiunt & intereunt, vt id ēt quod est mūdi vltimum, habeat generationē propter bonitatē opificis. cùm autem ipse idem sit, rationē quoq; inȷ̄t vt id quoq; sit ęternum. vt qui eo ꝙ vnius interitus sit ortus alterius, perpetuam fecerit generationem. In tertio autem argumēto visus sequi Platonem, conatur demonstrare ꝙ cœlestia

Æterna quęnam sint.

Generabilia solū per partes interire.

E

non sunt suapte natura potestate infinita. et si non intereant, vt quę contineantur à potestate quę sua natura est longè præstantior. Si cœlestia enim, inquit, sunt composita: quę sunt autem composita, habent rationem solutionis: Quæ rationem autem habent solutionis, habent rationem interitus: dissolutio enim elementorum, est interitus eius quod est compositum: Quod autē habet rationem interitus, id non habet vim seu potestatem infinitam: Cœlestia ergo, quod ad suam attinet naturā, non sunt infinita potestate prædita. Sed quomodo Plato id quod habet rationem solutionis, quod à se rectè est compositum, dicit opificem non soluere, sciemus paulo pòst, Porrò autē ĳ quoq;, inquit iste, qui non ex quatuor elementis, sed ex quinto corpore dicunt cœlum esse compositum, ĳ quoq; ipsum dicunt esse compositum, ex subiecto quidem quinto corpore, forma verò lunari vel solari. Et si formas, inquit, omnium abstulerit aliquis: videlicet id quod triplicem habet dimensionem, corū solum relinquet. qua ratione nihil á nullo differet, neque cœle-

Mundi interitus probatur ex eo quod cœlestia nō sint potestatis infinitæ.

Mundi probatur interitus ex ipsa compositione.

F

stium, neq; eorum quæ sunt apud nos corporum. Quare etiam cœlestia quæ habent rationē compositionis, habebunt etiam rationem solutionis & interitus. & iden non sunt infinita potestate prędita, etiamsi nunquā intereant ex sententia Platonis, vt quæ vinculo sua natura potentiore, nempe Dei voluntate, contineātur. Ergo ex hoc quoq; argumento planè ostendit per inanem sentētiam, se eius quod ab initio instituerat esse oblitum. erat enim eius institutum ostendere in cœlū cadere ortum & interitum. nunc autem concedit ipsum quidem ex sua ipsius natura vim habere finitam, & in ipsum cadere interitū, sed propter Dei voluntatem manere nō dissolutum, & ita se habere vt in ipsum non cadat interitus. Et non dabat scilicet Dei voluntas hoc bonum ei quod non esset aptum vt id susciperet. Sed etsi infinitam simul totā mouentem potestatem, cœlum non habeat, cū sit ipsum mobile & finitum: at ei quidem certè est innatum vt moueatur in infinitum.

Vinculo Dei volūtatis retinetur mundus ne intereat.

G

Sed neq; quintum corpus rectè sic posuit cōpositum, vt quod rationem habeat solutionis. illa enim habēt rationem solutionis, quæ habent subiectum quod formas non continet, & constat ex formis oppositis quæ mutantur in se inuicem. cœlestia autem habent formam circularem, quæ sibi non habet contrariū. quoniam neq; circulari motui motus est contrarius, vt ostendit in primo libro de cœlo Aristoteles. Aduersus quas demonstrationes cùm iste dixisset, ostendi, vt existimo, eum nihil intellexisse ex ĳs quę dicta sunt ab Aristotele. Deinde aggreditur ostendere, quod & ipsæ elementorum sūmæ & cœlestia sunt potestatis finitæ. Et hoc quidem nihil est absurdum, si enim sint finita non habent totam simul infinitam potestatem. Illud aūt est absurdissimum, existimare idem id in quod non cadit interitus, cum eo quod est non habere infinitam totam simul potestatem. Dicit itaq; ostensum esse in naturali auscultatione, quòd non quæuis forma consistit in quauis magnitudine, neq;

Quintū corpus non habere rōnem solutionis.

Elementorū et cœlestium sūmæ sunt finitæ.

Infinitā non habere potestatem, & in aliquid interitum cadere differunt.

H

cōposita, neq; simplex. neq;.n. fieri potest homo vnius digiti, neq; culex vnius cubiti. Sed neq; aqua consistit in quauis magnitudine. sed cū aqua adeò secta ac diuisa fuerit, vt minor sit magnitudo quę facta est ex sectiōe: quàm vt suscipiat formam cui innatum est vt aqua sit, perit aqua. vt cùm summo digito aquā attigerimus, humiditatem illam explicantes & atterentes, & in partes breuissimas diuidentes, aquæ forma vt de medio tollatur & euanescat efficimus. Hinc ergo, inquit, ostēdetur, quod nec elementorum quidem summæ sunt infinitæ potestatis participes. videmus enim, quod quò magis minuūtur elementorum magnitudines, eo citius suscipiūt interitum: quo autē magis augentur, tardius. Ponatur ergo aquā vnius cyathi posse anno vno permanere. vnaquęq; ergo ex his aquis quæ sunt paris magnitudinis eodem tempore permanebit. Cæterum quoniam omnino quoq; est aquæ finita magnitudo, dimetietur scilicet cyathus vniuersam

E

magnitudinem. & in cyathos numero finitos tota aqua diuidetur. Atqui vnaquæq; pars est finitæ potestatis. Ergo etiam id quod est cōpositum ex omnibus, erit finitæ potestatis. Idem autem etiam in alĳs. Per hæc ergo, inquit, ostensum est, quod vnumquodq; ex quatuor elementis, per suam summam est finitæ potestatis. Hæc ergo cùm dicat propemodum his verbis, aduertere oportet, primū quidem quēnam ei vsum præbuit id quod prius sumptum est, quod non quælibet forma insit in quauis magnitudine. neq;.n. eo opus habebat aquæ vnius cyathi positio. quoniā si aqua diuisa fuerit in cyathos, quorum vnusquisq; annum permanet, totum ēt annum permanebit. diuisis enim cyathis tempus non cōponitur. Et hoc quidem dictum sit aduersus imbecillitatem positionis. Est aūt considerādum, quod cùm totam aquā in finito tempore posuisset interire, aliorum elementorum quæ fit in illo tēpore in aquam mutationem non reputauit. Atqui si quemadmodum partes aquæ quę intereunt mutantur

Elementorū summæ sunt æternę. Simplicius.

F

in alia elementa, ita etiam partes aliorum elementorum in aquam, idq; est perpetuum & sempiternum, propterea quod vnius interitus sit generatio alterius: & qui ĳs quæ hic sunt generationis & interitus causa est, motus maximè qui fit in obliquo circulo, est ęternus: quō fieri potest vt intereant summæ elementorum? Iste autem perinde ac si hoc probasset, aptè intulit, Eodem argumēto ostendemus omnia quoq; cœlestia esse finitæ potestatis, & si non idem argumentum adducens. Dicit enim nullā ex formis cœlestibus suapte natura aptam esse vt consistat in quauis magnitudine, neq; vniuersum mundum, quo prius non est vsus. Si ergo, inquit, quoduis corpus diuidi potest in infinitum, corpora aūt etiam cœlestia, propria ratione diuidi possunt in infinitum, quatenus suscipiunt dimensionem, et si non diuidantur: sicut materia quoq; est propria ratione informis, & si nunquam sit sine forma: & id quod triplicem suscipit dimensionem est expers qualitatis propria ratione, etiamsi nunquam sit

Cœlestia sūt finitæ potestatis Grāmatico.

G

sine qualitate: quæ aūt extrinsecùs aduenit forma, quominus diuidant, vel vt difficiliter diuidantur, vel etiam vt á nobis diuidi nequeant, vt in adamante, causa est: Si ergo cœlestia cùm sint corpora, eo quod sint magnitudines, diuidi possunt in infinitum: si quis ea ratione diuiserit, vt etiam ratione separamus formas á materia: veniet scilicet sectio in huiusmodi aliquam magnitudinem, in qua ex illis formis nihil consistet. Ergo interibunt formę vnà cū eiusmodi diuisiōe. Si ergo quatenus corpora propria naturæ ratione suscipientia diuisionem, ea interitum suscipiunt, nostra cogitatione, ea quæ eis insunt potestate, in actū deducente: nihil autem ex ĳs quæ habent rationem interitus, est natura infinitę potestatis: nullum ergo ex cœlestibus corporibus erit sua natura infinitæ potestatis. Quod est enim natura infinitę potestatis, et quod nec habet rationem interitus: ne sola quidem cogitatione potest conĳci interire, vt in ĳs quæ sunt vndequaq; simplicia & separata ab ea quæ est ad corpora relatione atq; ha-

H

bitudine. nam ne phantasia quidē seu visione apprehendi potest quænam futura sit ratio naturalis, per quam interire mente concipiantur. Hoc est enim quod nunc quęritur, quænam sit vniuscuiusq; ratio secundum naturam: non autem quidnam aduenit aliquibus à causa separata. Quare etiāsi concessum fuerit cœlestia non interire, vt quę Dei voluntate contineantur: nihilo tamen secius ipsa quoq; suscipiēt rationem interitus secundum suam naturam. Cùm autem habeant rationem interitus, non sunt infinitæ potestatis. vndenam enim fiet quod hæc ratio interitus, quæ nostra comprehensa est cogitatione, non sit aliquādo etiam ventura in actum? Nam quòd ea nunc nihil sustineant eorum quæ ducunt ad interitum, non est demonstratio quod in ea natura non cadat interitus. vt ostendimus in tertio eorum quæ scripsimus in Aristotelem. Hæc adduxi, vt & huius viri habitum ĳs ostendam qui in eius scripta incidunt, et adhuc magis planum faciam, quòd idem

esse

esse existimet aliquid vim habere finitam, & in illud cadere interitum, cùm nec cogitatione quidem esset complexus id quod esse habet in infinitum. Preterea autem ne videtur quidem iste scire quõ dicatur quoduis corpus diuidi posse in infinitum. Hoc autẽ dicitur aduersus eos qui dicunt corpora cõsistere ex atomis seu insecabilibus corpusculis. & ostendit q quoduis corpus & est disiunctum spatijs suscipitq; dimensionẽ, & diuidi põt, & habet ipsum quoq; partes eiusmodi, & non componitur ex atomis. Id ergo quod põt diuidi in infinitũ, dicitur nõ vt quod oĩno diuidatur, et suã soluat continuitatem. non. n. fuerit amplius id quod põt diuidi in infinitũ: sed vt vniuersum quod sumitur diuisum in partes, nõ à seinnicẽ auulsas, sed spatij distantia separatas et diuisas: non aũt vt quę secentur & à seinuicẽ auellantur. etsi. n. nunq̃ auellãtur, sunt tñ in partes discreta corpora spatij distantia, & diuisa in partes. quod. n. per se est incorporeum, cùm nullam habeat dimensionẽ nec sit disiunctũ spatijs, totum toti sibi conuenit & adaptatur, & non est diuisum in partes. Corpus aũt quod est disiunctum spatij distãtia, est disiectum partibus, cũ sit alia alibi: & sic est diuisum. Et hoc est in corporibus id quod diuidi põt in infinitum, quod cõmuniter inest oĩbus corporibus, quatenus sunt corpora. Nã etsi dexteris meis partibus non esset à natura insitum vt abscinderentur aliqñ à sinistris, sunt tñ à seinuicem diuisæ, & actu in partes distinctæ. Cæterũ est quidẽ patibilibus ingeneratũ corporibus, vt secentur in corpora quæ ipsa quoq; sunt secabilia. Quæ aũt sunt impatibilia, non secantur quidẽ, nec ratione, neq; eorũ qui rectè sapiũt notionibus, mẽtis ue agitationibus: sunt tñ ea diuisa, & partibus actu distincta distantia corporea, etsi maneant continua. Iste aũt cùm audijsset vel potius malè audijsset q omne corpus põt diuidi, sua cogitatione dissecuit coelestia vel in partes minimas. Est aũt hoc quoq; huis planè insani & amentis, quod tñ vult talem eius cogitationem in actum deducere. Interitum. n. inquit, suscipiũt, nostra cogitatione, ea quæ eis insunt potestate, in actũ deducente. Si ergo id quod in corporibus diuidi põt in infinitũ, nullam vim affert vt coelestia diuidantur vnq̃ in partes minimas: neq; vt ea formam amittant necesse est, non solum propter Dei voluntatem, sed et sm suam ipsorũ naturam. Dei. n. voluntas, non quibuslibet, sed ijs quę sunt apta bona suppeditat. Porrò autẽ hoc quoq; operæpretium est attendere, q quæcunq; iste phantasia seu visione apprehẽderit, ea ẽt posse fieri existimat. Eorum. n. inquit, quæ ad corpora nullã habent relationem, & in quæ sm naturam non cadit interitus, ne visione qdem possumus apprehendere interitũ. & dixerit per cõuersionem quæ est cũ eius oppositione, quã ipsam quoq; ignorat, q ea quorũ possumus visione interitũ apprehendere, in ea sm naturam non cadit interitus: tantam vim iste suis tribuit visis ac phantasijs. Et qd mirum si cũ posset visione apprehendere coelũ posse interire, protinus ipsum quoq; contendit interire: cùm ẽt eadem in Deũ amentia laboraris? Cùm aũt non intellexisset quẽadmodum dicatur id quod à Platone in opifice dictũ est de coelestium solutione, sed id traduxisset ad rationẽ interitus, & ideo coelũ interire visione apprehenderet, in ipsum deinceps coelum arroganter insultat, dicens, Vndenam. n. fiet quod hæc ratio interitus, quæ nostra cõprehensa est cogitatione, non sit etiam aliqñ ventura in actum? Nullo. n. pudore ex eo afficitur q hucusq; nihil simile patiatur ijs in quæ cadit interitus. Cæterũ quæcunq; quidem dicit se de eo scripsisse in tertio libro eorũ quos scripsit in Aristotelem, ego primũ de coelo librum exponens, pro viribus repuli. Quinetiã nunc quoq; ad illũ dicendum est, q quę gignuntur & intereunt id tempus quod est post summum ad finem vsq;: vel æquale habent ei tempori quod fuit à principio vsq; ad summũ, vel maius. Coelum ergo, quod ante sexies mille annos & eo amplius, vt iste putat, factũ est, & est iã in vltimis diebus, vt ipsi quoq; oĩno placet,

Corpus diuidi posse i infinitũ, quõ dicatur.

Incorporeũ totũ sibi conuenit & adaptatur.

Corpora sũt partibus a se inuicẽ distincta ac disiuncta.

Coelestia secundũ suam naturam non intereunt, & non propter Dei voluntatem Simplicius.

Visis suis plusq̃ par sit tribuere Grammaticum.

Coelum nullum signũ senectutis ostẽdere.

A qui fit q nobis nihil indicarit se vergere ad seniũ, & tendere ad interitũ? Atqui si nihil aliud: in motu quidẽ certè omnino debuit cõsiderari segnius, cùm sit in extrema senectute. Atqui neq; dies neq; noctes neq; horas nunc facit longiores, vt ostẽdunt quæ in ipsis fiũt actiones, agrorum cultus, itinerum peragrationes, & nauigationes, si conferantur cum antiquis. Vnius enim diei itineris spatium quoq; nunc idem est. et boues vno die tantumdem arant, vel etiã minus. et vasa horoscopa, si fiant vna et eadem ratione, tantũdem aquæ vna hora inducunt & educunt, quantum etiam prius. Sed pergendum est ad reliquum & tertiũ eius, vt ipse dicit, argumẽtum. per quod vult ostendere coeleste corpus non esse infinitæ potestatis. Et hoc quidem verum est etiam ex sentẽtia Aristotelis, qui totum quod simul est infinitæ potestatis negat in quouis corpore, moueri tamẽ & esse in infinitum tribuit corpori quod motu circulari circũfertur. Iste autem tollens id quod est infinitæ potestatis tanq̃ æternum, se eius B loco protinus existimat inducere id in quod cadit interitus. Dicit ergo q si coeleste corpus est infinitæ potestatis, necesse est vt vnaquæq; ex partibus vel infinitam habeat potestatẽ vel finitam. Sed non habet, inquit, infinitam: quod est enim infinitæ potestatis, est per se sufficiẽs: vnaquæq; autẽ ex coeli partibus, & alijs partibus ad hoc vt sit, opus habet, & toto: siquidem partes sunt ex ijs quę referũtur ad aliquid: sunt enim partes totius: quinetiam suas facultates sibi inuicem cõicant: vt maximè ostendit Luna, & eorum in ea quæ hic sunt cõmixta operatio. Si ergo non sunt, inquit, per se sufficientes: nec sunt partes infinitæ potestatis. Porrò autem se hoc quoq; aliter putat posse probare. Si vnaquæq;, inquit, ex partibus est infinitæ potestatis: totum vel æqualem habebit partẽ cum vnaquaq; ex partibus, vel maiorem. Sed si maiorem quidem: erit infinito maius aliquid. quod quidem nõ potest fieri: & alioqui eueniet vt eadem pars sit & infinita & finita: infinita quidem per positionem: finita autem, qua-C tenus ab aliquo exuperatur. Sed vt totum quoq; habeat parti æqualem potestatẽ, minimè potest fieri. Videtur enim vbiq; euidenter totum esse potentius vnaquaq; ex partibus. Etsi. n. frigida qualitas est eadẽ & in parte aquę & in toto: quæ tñ ipsam essentiam eorum continet nõ est potestas eadem. sed quo maiorum sunt partiũ corpora, eo magis permanent. Si ergo non est potestas seu vis infinita vniuscuiusq; ex partibus: est finita. Quare est etiã totum finitum. Quod. n. constat ex partibus & numero & potestate finitis, nõ potest fieri vt sit infinitæ potestatis. Restat ergo, inquit, vt totum coelũ, & vnaquæq; ex eius partibus, sit finitę potestatis. Talia sunt aũt etiam omnia quæ sunt sub Luna. Ad hæc aũt, eadẽ quoq; breuiter dicenda sunt, nempe q infinita potestas quæ est tota simul mouendi facultate prædita, quam ei quod primò & æternũ mouet dicit adesse Aristoteles, neq; vt totum habeat mobile, neq; vt partes eius, fieri potest. vt antẽ moueatur & fiat, infinitam habet potestatem, non simul to-D tam. motus. n. & generatio id quod sunt habent in eo q fiant, sed per id quod est in infinitum. Per hæc autem similiter conuenit infinitas & toti & partibus. siquidẽ neque totum sine partibus: neq; partes possunt esse sine toto. in ijs. n. quę aliquo tpe permanent, nempe aĩantibus videmus necesse esse vt ipsa essentia partiũ simul extendatur cũ ipsa essentia totius. Sed si sumanẽ in sua ipsarum substãtia, et nõ vt partes: sunt aliquę quę sunt toto diuturniores. vt sunt partes sũmæ ipsius aĩantiũ. dissoluta. n. illa, ossa remanẽt. Nõ est ergo verũ, eam quę est in toto ipsius essentię extensionẽ, esse ex vnaquaq; ex partibus, & ex ea quę est in ipsa ptãte. quę cõpositę multiplicẽ in toto ipsius essentiæ potestatẽ sic reponunt, vt multis partibus maius ipsius essentiæ tp̃s ad hoc vt sit sufficiat, maximè vbi totũ est semp ex ijsdẽ partibus. Sũma. n. aquæ & vniuscuiusq; ex elementis, quę inest aliàs alijs partibus, eo q alię quidẽ gignantur, alię verò intereant: nõ est mi-

Coeleste corpus non esse infinitæ potestatis.

Motus & generatio id qđ sunt habẽt in eo quod fiãt.

Essentia partiũ simul extẽditur cum essentia totius in iis quæ tẽpore remanent.

Vbi nõ sunt eędẽ partes, sũma est partibus diuturnior.

rum si partibus in ipsa essentia diutius ꝑmaneant: Cœli aũt summã, quę ĳsdem semꝑ vtitur partibus, ne ipse quidem partibus dixerit esse diututniorẽ. Similiter ergo in infinitũ inest esse & toti & partibus, extensione temporis non differens. siquidem vt ipse quoq; fatetur, partes cũm referant ad aliquid, & totũ, simul sint inter se necesse est: sed eo q ipsius esse sit qd magis totũ ac vniuersum & magis continens: fortè autem ẽt ipsius tẽporis. Tempus.n. est magis totũ ĳs quę sunt magis tota, nõ vt quod extendat ad plures annos, sed vt quod tẽpora eorũ quæ sunt magis singularia in seipso cõtraxerit. sicut ẽe essentia partiũ in ipsa essentia totius cõtracta est. Sed iste quidem dehinc mittat, vt qui per ea quę sunt ꝓposita, fuerit in pręsentia satis examinatus. Operępretiũ est autem aładuertere, q hic quoq; rursus Aristoteles diuersis nominibus easdẽ cum suo præceptore snias protulerit. Etenim Plato qdem differentiã causæ quæ est à cœlestibus separabilis & ipsorũ cœlestium, tradit ab essentia. quare ons causa qdem verè est id quod est, quę semꝑ similiter & eodẽ modo se habet, & neq; per essentiã, neq; per potestatem, neq; per opationem, motũ subit vel mutationem. Cœlum aũe quod est corporeum, et ideo per se non põt consistere, fieri dixit, & verè non esse. id.n. quod verè est, eo quod fit prius sit necesse est: & id quod ꝑ se consistit, eo quod aliũde habet id quod est: & id qd est imutabile, eo quod quõcunq; mutat. Et id quod verè est scilicet, & per se cõsistit, et est imutabile, facit vt proximè ac cõtinenter cõsistat id quod semꝑ fit, sed non id quod aliquando. & id quod in opatione, non aũt in substantia, suscipit mutationẽ. cuiusmodi sunt ea quæ per solũ locum mouentur. Qui est.n. continuus processus, aliquãtulum cõcedit ac submittit, & non statim ad id quod distat omni ex parte demittitur. Quod autẽ fit proximè ab eo qd verè est, quod per se consistit, cũ ipsum non per se constat, sed ꝓducatur ab eo quod per se cõsistit, quo fit vt fit id quod fit, & non id quod est: neq; simul totũ esse à causa suscipit: neq;.n. amplius fieret, sed esset: neq; cessat suscipere, & ꝓpter suam ipsius naturam, qm̃ post id quod semꝑ est, id quod semꝑ fit, habet substantiã ante id quod fit aliqñ: & propter id quod ꝓducit, quod semꝑ eodem modo & similiter opatur in id quod producitur. Quare finitum suscipit esse: semper aũt suscipit. & ideo non põt desinere neq; eius quod verè est impertitio, neq; eius qd proximè ab ipso fit participatio. & quod sic est infinitũ, est vt id quod est in infinitum. Hæc aũt paucis verbis significauit Plato, Opificẽ inducẽs in Timęo ad Deos cœlestes concionantẽ & dicentem. Dĳ Deorũ: Quorum ego operũ sum pater & opifex, quæ per me facta sunt, ea

Differentia inter causam a cœlestibus separabilẽ, & ipsa cœlestia, est ea dẽ apud Platonẽ & Aristotelem.

Platonis locus ex Timæo.

» me quidem volente sunt eiusmodi vt dissolui nequeant.
» Quod itaq; est qdem colligatũ vniuersum, est eiusmodi
» vt possit dissolui. Quod aũt bene est cõpositũ & rectè se
» habet velle dissoluere, est improbi. Quamobrem qñqui
» dem facti estis, non eritis quidem oĩno imortales: nec tñ
» dissoluemini, neq; mortis sors vobis eueniet, meã fortis voluntatẽ quæ est maius & potentius vinculum illis quibus colligabamini cũ fieretis.

Hęc ergo dicit, vel potius implet diuinis intelligẽtĳs, substantias quæ possunt in mundo intelligere ordinẽ ac dispositionem quæ prius erat in patre vniuersorũ. Eæ autem sunt qdem proximè ac cõtinenter vnicæ & intelligẽtes: iã verò eæ quoq; quę ab his mẽtibus pendent aĩæ, per vnam cuiusuis incorporei dependentiã in vnoquoq; Deo. Ad eos ergo dicit, Dĳ deorũ. Et sermo qdem est creatio opifex. Facit autẽ Deos deorũ, incorporeos corporeorum, qm̃ Dĳ quidem vocantur manifestius, cœlestium Deorum quę circumeunt imagines, propter celerem motũ, θεοί à græcis appellati. Horum aũt Deorum Dĳ sunt, qui principiales eorum causas producũt incorporeè & intelligenter. quilibet.n. Deus est principiũ alicuius diuinitatis. Sed filium aũt Deorũ se dicit esse opificẽ, & patrem eorum quæ in ipsis sunt operũ, fabricatione.n. & operatione ef-

Sermo est creatio opifex, apud Platonem.

Dĳ θεοί dicti ἀπὸ τοῦ θεῖν, quod significat currere.

E ficitur qdquid est corporeũ. Colligatum aũt dicit vniuersum, id quod est corporeũ, vt quod sit & aspectabile & tactile. quod qdem ideo est cõpositum ex igne & terra & ĳs quæ intercedunt elementis, & colligatũ vinculo proportionis. id.n. ipse dixit optimum vinculum corporum cõpositionis. Solui aũt posse quodãmodo quidqd est colligatũ: vel q compositorum qdem solutio est simplicium secretio, quæ prius inest in solo opifice, per simplicium elementorũ causalem quæ in ipso est cõprehensionẽ. Quocirca ab ipso solo opifice ea posse solui dicit. Si.n. elementa cœlestium in intelligentibus, vnita quidem sunt ꝓpter vnionẽ quę percipitur intelligentia, per intelligentem aũt distincta sunt puritatem, nusq; autem alibi distincta sunt: meritò dicit in eo prius inesse rõnem solutionis, hoc est distinctionis, seu discretionis: non solui tñ, cũm rectè sint cõposita & cõpacta. Compacta.n. sunt per concinnã compagem mundani exẽplaris quod est in opifice. Vos ergo, inqt, qm̃ facti estis, hoc est, qm̃ F corporea proprietate producti estis, quæ & est composita et per se non consistit, neq; mansit in eo quod verè est, sed habet id quod est in eo quod fiat, non estis quidẽ omnino imortales. non habebitis.n. eam quæ tota simul est immortalitatem. hoc.n. significat illud, NON ERITIS, sed habebitis eã quæ fit & comparatur. & non soluemini, etiãsi compositam habeatis naturã. propterea q per intelligentis bonitatis vnionẽ proximè ac incontinenti constiteritis. nã cũm fm naturã non haberẽt aliter, inductam & aduentitiã accepere vnionem. Cæterum prima cõpositio, & si sit simpliciũ coniunctio. cũm tñ ab intelligenti vnione ꝓximè cũ simplicibus non prius distinctis constiterit, est eiusmodi vt dissolui non possit. & sic nec sunt oĩno immortales, nec mortis Sortis sunt participes, immortalitatẽ quæ fit in infinitũ suscipientes. Et sic quidem Plato ex differentia substantiarũ propinquã ac continentẽ causam ostendit cœlestium, & ipsorũ cœlestium proprietatẽ: Aristoteles verò naturalius à motu icipiẽs, G primũm qdem ostẽdit necesse esse vt motus sit æternus, & adhuc magis id quod mouetur, siqdem in eo quod mouetur est motus: & q id quod mouetur oĩno mouetur ab aliquo: & q id qdem quod primò mouet æterno motu, necesse est vt sit vis infinitæ, & careat partibus. id autem quod ab eo primò æterno motu mouetur qui est vnus & continuus, esse corpus quod circũfertur: hoc aũt & per se æterno motu moueri, idq; vno solũ motu moueri & continuo, & in circũuectione semꝑ esse in fine et in prĩcipio. quælibet.n. pars circũuectionis, est qdem finis eius qui præcessit ambitus, principium aũt futuri. Vbi aũt quidquid sumit est finis & principiũ, necesse est vt id fm suã ipsius naturã non possit deficere. quẽadmodum id quod proximè & continenter mouet ab eo quod semꝑ similiter & eodẽ modo se habet, necesse est vt suapte natura sit sempiternũ, ex snia Platonis. Cũm aũt sit finitũ id quod ęternũ mouetur, & nõ per se mobile, sed aliunde habeat motũ, & ex Platonis etiam snia ipsum esse, & ideo sit genitum & ab alio mobile, non põt simul totã suscipere faH cultatem, neq; qua moueat, neq; qua moueat. motus.n. id quod est habet in eo quod fiat, sicut dies. & non est simul totus. Si ergo & ęterno & infinito mouet motu, & non semꝑ toto: videlicet habebit æternũ & infinitum id quod fit. quod semꝑ quidẽ mouetur, & ꝑꝑ suã ipsius naturã, & propter imobilem eius quod mouet opationem, non simul aũt habens id quod est sempiternũ, eo q sit ab alio mobile & finitũ. Et hoc est moueri in infinitũ, cũm motus quidem semꝑ sit in fine eius qui sumitur, alius autem sine intermissione aliũ excipiat. Quemadmodũ ergo Plato eam quæ est in infinitũ eius quod est genitũ generationem & solui posse dixit, & non esse oĩno immortalem, & rursus non solui posse, & sortis mortis non esse participem: ita Aristoteles eũ motum qui fit in infinitũ, pronunciauit & potestate esse finitum & æternum, cũ finis quidem insit cœlesti corpori propter suã ipsius natu-

ram

tam, quæ est & corporea, & ab alio mobilis, & finita: infinitum aũt, propter suam ipsius naturã, quæ proximè & continenter constituit ex eo quod est imobile & semper similiter & eodẽ modo se habet, & est circulari motu mobilis. et propter imobilitatem eius quod producit & mouet. Quãobrem ex amborum Philosophorum sentẽtia, cœlum & propter suã ipsius naturam, & propter causam quæ producit & mouet, est sempiternum & semper mobile.

Quod primo mouet, moueat ne in tẽpore, an sine tempore.

Quæsierit autem, vt existimo quilibet, qui verba Aristotelis audit non obiter sed diligẽter, de eo quod primò mouet, vtrũ in tẽpore moueat, an sine tẽpore. Si.n. mouet in tempore: primum quidem, quõ ipse Aristoteles, dicens de eo quod est infinitæ potestatis, Nullum, inquit, tempus contingit esse quo mouet? Deinde si est immobile & omni mutatione imutabile id quod primum mouet, non solũ substantia, sed etiam potestate & actu: quõ tempus quod est mensura motus, metietur immobiles operationes eius quod primò mouet? Si autẽ non mouet in tempore: quõ mouetur in tempore, q ab ipso primum mouetur? Ad quæ dicendũ est, q ex ijs quæ mouent, quæcunq; quidẽ mota mouent, sicut quæ corporeè mouent, trudentia, & trahentia, & iacentia, ea mouẽt in tẽpore, non propterea q moueant absolutè, sed propterea q moueantur. est enim tempus mensura motus: est autem motus in eo quod mouetur, & non in eo quod mouet. Id autem quod primò mouet: cũm sit imobile & substantia & operatione, vt quod supra oẽm motum collocetur, temporis ẽt expertes habet operationes vt quę tempus superent. & motũ ex seipso producit in eo quod ab ipso mouetur. Si.n. non est primum eorũ quæ sunt id quod mouetur, qm mouetur ab aliquo: necesse est vt motus consistat ex eo quod mouetur ab immobili, & tempus ex eo quod est expers temporis in eo quod mouetur sine tẽpore. tempus.n. non metitur mouere sed moueri, qm motus est in eo quod mouetur. Quẽadmodum autem eius quod primò mouetur motus cũm sit infinitus, habet infinitum quod non est simul totũ, sed quod fit in infinitum: ita etiam tempus quod primum motum metitur, est infinitum, vt quod procedat in infinitum. Sed deinceps redeundum est eo vnde digressi sumus ad ea quæ sunt continentia in contextu dictionis Aristotelis.

LXXX Neq; ergo in infinito finitã. Atqui in minori magnitudine contingit esse vim maiorẽ. Sed adhuc magis maior est in maiori. Sit ergo infinitum in quo A B. B C autem habet vim aliquã, quæ mouit D in aliquo tempore, nempe in tempore in quo est E F. Si lineæ B C sumo duplã: mouebit in dimidio tempore tẽporis E F. sit enim eadem proportio. quare mouebit in tẽpore F H. Sic ergo semper sumens, lineam quidẽ A B nunquam peruado: eius autem quod datum est summam semper minus tẽpus. Erit ergo vis infinita. exuperat enim omnem vim finitã. cuiusuis autem vis finitæ necesse est tẽpus quoq; sit finitum. Si.n. tanta in aliquo: quæ est maior, mouebit quidem minori tẽpore sed definito, per conuersionem proportionis. Est autem omnis vis infinita, sicut & multitudo & magnitudo quæ quoduis definitum exuperat.

CII Cũm per ea quæ sunt proposita necessariò ostẽdisset, q nulla finita magnitudo vim seu potestatem habet infinitam, vt per hoc ostenderetur, q id quod primùm mouet, vim habens infinitã, non sit finita magnitudo: si aũt infinita magnitudo ne est quidẽ omnino in ijs quæ sunt: videlicet apertè ostẽsum est q id quod primò mouet, & caret partibus, & nullã habet magnitudinem: propterea ergo, vt dixi, necessariò ostendit, q nulla finita magnitu-

A do vim habet infinitam. nunc aũt instituit ostendere, q nec infinita aliqua magnitudo habet potestatẽ finitam: quod non est quidem necessarium ad ea quæ sunt proposita: nam nec actu quidẽ est omnino infinita magnitudo: sed vt quod conuertatur, & cũ eo quod prius ostẽsum est habeat affinitatẽ, & per se non parui faciendam habeat contemplationem, hoc quoq; instituit demonstrare. Et demonstrat quidẽ cũm ab initio paucis verbis indicasset demonstrationem. Visus.n. aduersus suam quæ proponitur quæstionẽ obijcere, quæ dicit in infinita magnitudine nõ esse vim finitã, per hoc, Atqui in minori magnitudine contingit esse vim maiorẽ. sicut videmus in ouis beluarum & in seminibus animantiũ & plantarum. ex ficus.n. acino tãta enascitur ficus, propter vim magnam quæ inest in corpore exiguo. & ex breui erumpẽte semine generatur elephas. & tot fœtus eorũ quę multa pariũt animalium. Si hoc ergo verũ est: quid obstat quominus id quod cum eo cõuertitur, videatur esse verum. nempe

Nulla infinita magnitudo habet potestatem finitam.

In minori magnitudine est vis maior.

B q in maximo omnium corpore infinito sit potestas infinita? Quòd aũt eam adducat tanq̃ obiectionem, ostẽdit illud, Atqui, prius collocatum, aduersandi seu obijciẽdi aduerbium. Alexander aũt, Fuisset, inquit, illi conducibilius, quod attinet ad id quod est propositũ, dicere, Atqui in maiori magnitudine cõtingit esse vim minorem. Hoc.n. magis indicat posse etiam esse finitam in infinita magnitudine. Ille aũt dixit, Atqui in minori magnitudine contingit esse vim maiorem, per hoc q hoc accepit, illud quoq; simul indicans. Sic quidẽ Alexander. Num autem aduersus est qui dicit in infinito non esse vim finitam, qui sic quidẽ obijcit, Atqui in maiori contingit esse minorem, idẽ dicit nullo adhibito quo id feratur tolerantius: Qui aũt dicit, Atqui in minori contingit esse maiorẽ, ex opposito infert oppositũ. opponitur enim ei quod est maius in minori, id quod est minus in maiori. Forsasse aũt est etiam euidẽtius, in minori magnitudine inesse vim maiorẽ, sicut in ijs quæ dicta sunt. Etenim non

C admodũ creditur an tãta veneni magnitudo habeat tantam vim ad interimendum. Maiorem autem aliquã magnitudinem vim habere minorem, non est adeò manifestum. Ex eo ergo quod est euidentius, necessariò intulit id quod est minus euidens. Et est qdem, talis obiectio. Eam aũt soluit dicens, SED adhuc magis maiorẽ in maiori. Etsi.n. sit vis maior in minori magnitudine, in eatũ quæ est maior minore in eadem specie erit adhuc vis maior. Si ergo magnitudo extensa fuerit in infinitũ, extendetur quoq; potestas in infinitũ. Siue magnitudo quę erat ab initio, erat minor ea proportione quæ est per potestatem, siue maior. Qui fit.n. in infinitũ processus magnitudinis, vnã ẽt trahit vim seu potestatem vsq; in infinitum. absq; potestate.n. non augetur magnitudo. Cũm sic ergo demonstrasset ex eo q soluit obiectionẽ, q nec infinita magnitudo vim sit habitura finitã, hoc ipsum ẽt vt solet demonstrat per expositionẽ, cupiens ipse quoq; tradere naturã more geometrico. cũ enim sumpsisset infi-

D nitam aliquã magnitudinem, nẽpe A B, vim autem finitam ex positione: & abstulisset ab ipsa B C, quę ipsa quoq; habet vim finitam, siquidem ipsa quoq; A B habuit finitam, dicit, Finita magnitudo B C, vi finita moueatur D finitam, in tempore E F, terminato scilicet. ostẽsum est.n. nullam finitam magnitudinem mouere aliquid finitum in tempore infinito. Si ergo ab infinito A B abstulerimus duplum ipsius B C, nempe A C: dupla magnitudo vim habens duplã, mouebit D in dimidio tempore illius in quo mouit dimidium eius, nempe B C. Sin autẽ rursus ab infinita magnitudine A B abstulerimus duplum quid magnitudinis C A, habens vim duplam eius quæ in A C mouet D in tempore F H: rursus quæ sumpta est mouebit D, in dimidio temporis F H. hoc nobis facientibus, nunquam deficiet, neq; A B infinitas nobis ad ablationem suppeditãs magnitudines, quæ semp sunt in dupla potestate earum quę prius ab ipsa ablatę sunt: neq; tempus quod sumitur

E desistet habere dimidia. Si nec ergo vis deficit: erit ipsa quoq; similiter infinita ac magnitudo. est enim vis infinita quæ omnem vim infinitam exuperat. in summa enim hoc est infinitum, cuius aliquid semper eius quod sumitur quodcũq; id sit, excedit semper & exuperat id quod sumptum est. quod etiam cernitur in infinita magnitudine. Cùm autem ostendisset ex augmẽto in infinitum eius magnitudinis quæ aufertur ab infinito, q sit vis infinita infinitæ magnitudinis, vt quæ vim omnem exuperet finitam: hoc ipsum ostendit etiã ex diminutione temporis in infinitum. quam etiam propterea assumpsit, dicẽs, EIUS autem quod datum est sumam semper minus tempus} quemadmodum autem est infinita & interminata magnitudo, in qua semper põt sumi maius eo quod est additum. Sic etiam tempus est interminatũ, & in infinitum minuitur, in quo semper potest sumi minus eo quod est additum: Si ostensum est ergo q vis finita mouet in tempore finito: finitum autem est terminatum: et F quæ est in infinita magnitudine vis finita, quantacunq; sit, dummodo sit finita, mouebit in tempore terminato. Si enim quæ tanta est mouet in aliquo tempore terminato, quantacũq; ea vis maior sumpta fuerit: in minori quidem, sed in terminato tempore ipsa quoq; mouebit. Et ostendens rationem diminutionis temporis, per conuersionem, inquit, proportionis. quo est enim vis vi maior, eo est minus tempus in quo mouet vis maior, tempore, in quo mouet vis minor. Proportionis ergo dixit cõuersionem, q sicut se habet vis maior ad minorẽ, ita minus tempus ad maius. Si ergò quo magis tempus semp deficit, eo etiam magis semper exuperat potestas: tẽpus autem in quo vis mouet infinitæ magnitudinis, minus est quouis terminato: vis etiam quæ mouet in hoc tẽpore, vim quamuis terminatam exuperat, sicut etiam multitudo & magnitudo, quæ quãuis terminatam exuperat, est infinita. Vis ergo quę est in infinita magnitudine, est infinita & non finita. Sic ergo collegit etiam ex infinita G magnitudine, q quę in ipsa est vis, est infinita. et ex diminutione temporis in quo mouet in infinitum. Possunt ergo & vna & duæ demonstrationes esse hæ conclusiones: & potius duæ. siquidem vtranq; separatim conclusit, vnam quidem ex magnitudine, cùm dixit, Erit ergo vis infinita: exuperat enim omnem vim finitam: Alteram verò rursus à tempore, cùm dicit, Est autem omnis vis infinita, quæ quoduis definitum superat, sicut multitudo & magnitudo. Cùm autem dixisset in expositione, Si lineæ BC sumo duplam, mouebit in dimidio tempore temporis EF, subiunxit: SIT enim eadem proportio} adeò vt quæ auferunt duplæ magnitudines, & vim duplam habeant, & sint in eadem ratione magnitudines & vires seu potestates. hoc enim posito, si dimidium magnitudinis in tempore EF mouit D: dupla magnitudo in dimidio temporis EF quod appellauit FH, mouebit D. Quòd si nec duplam habeant proportionem quæ auferuntur ab infinito, ita vt dupla magnitudo statim etiam H habeat vim duplam, nihil ex eo impedietur demonstratio. Si enim non ita habeat: non respicientes ad magnitudinem, ea ratione auferemus duplũ eius quod prius ablatũ est: sed ad vim quæ est in prima ablata magnitudine. adeò vt ab infinita magnitudine auferatur magnitudo, habens duplã vim magnitudinis BC, quantacunq; sit magnitudo quæ aufertur, & quãcunq; habeat rationem ad magnitudinem BC. Sic enim dum fit ablatio, D semp mouebitur in tempore dimidio ab ea quæ postea ablata est, q̃ mouebaẽ ab ea quæ est ante ipsam, eo q vis dupla ablata sit. Quòd enim vis quę est maior idẽ mouet in minori tempore, per conuersionem proportionis, vt dixit, ostensum & pro confesso est habitum.

LXXXI Potest autẽ hoc quoq; sic ostendi. Sumemus enim vim aliquam quæ sit eadem genere cũ ea quæ est infinita magnitudine, cùm sit in magni-

E tudine finita. quæ dimetietur vim finitam quæ est in infinito. Quòd ergo non contingat vim esse infinitam in finita magnitudine, neq; finitam in infinita, ex his clarum est.

Tradit aliam eiusdẽ demonstrationem, q non sit vis finita in infinita magnitudine, aliqua quidẽ ipse apertè dicẽs, alia verò nobis supplenda relinquens. Sumemus.n. inquit, vim aliquam quæ sit eiusdẽ generis, hoc est, quæ sit eiusdẽ speciei cum vi finita quæ est in infinita magnitudine, cũ sit in aliquo corpore finito: si est grauitas quæ est in infinito: eandẽ quoq; in finito. si leuitas, similiter. Sumit aũt vim eiusdẽ speciei, volens eã vim quæ est in finita magnitudine dimetiri eã quę est in infinita. quę sunt enim specie dissimiles, ea non se dimetiuntur inuicem. Cùm sit ergo eiusdẽ speciei vis finita quæ est in finita magnitudine, dimetietur finitã quæ est in infinita: sic tñ vt vel sit par, vel non par, sed supersit aliqđ in vltima appli- F catiõe. Quod si ita est, vel ea magnitudo, in qua est ea vis quæ dimensa est eã vim quæ est in infinita magnitudine, dimetietur et infinitam magnitudinẽ: & sic non erit amplius infinita magnitudo, siqdem in eam cadit dimensio: vel non dimetietur totã, cùm ea quæ est in ipsa, suscipiat dimensionem. & sic id quod restat infinitę magnitudinis nequaq̃ habebit vim. Quãobrem vis finita non fuerit in infinita magnitudine, sed in finita quæ cũ vi fuit dimẽsa. Notius aũt fuerit, inquit Alexander, siquis cũ ab ipsa infinita magnitudine aliqđ abstulerit, illa & ea vi quę in ipsa est, dimetiaẽ vim quę est in infinito, et ipsam infinitam magnitudinẽ. Sic.n. non amplius opus habebimus adijcere quod oporteat sumere vim quæ sit eiusdẽ generis. quę.n. aufertur ex ea quæ est in infinita magnitudine, est eiusdem cũ tota specie. Num aũt Aristoteles cũ fecisset demonstrationẽ quæ est ante hanc, per eã quæ fit ex infinito ablationem, eam alio modo produxit. Deinceps autem conclusit ea quæ proximè sunt demonstrata, q neq; G fieri possit vt sit vis infinita in finita magnitudine, neque finita in infinita.

CIII In infinita magnitudine nõ est vis finita.

LXXXII De ijs autem quę feruntur primùm rectè habet si moueaẽ aliqua dubitatio. Si.n. quidquid mouetur, mouetur ab aliquo, ea inquam, quæcunq; non ipsa seipsa mouent: quo mouentur nõnulla continenter, si non tangat id quod mouit: quemadmodũ ea quæ iaciuntur? Si autem simul mouet etiam aliquid aliud is qui mouit, quemadmodum aerẽ, qui motus mouerit: similiter fieri non potest vt si primũ non tangat nec moueat, moueatur: sed omnia simul, & moueatur, et cesset, cùm id quod primum mouet cessauerit. Etsi facit sicut lapis, vt quod possit moue- H re id quod mouit: necesse est hoc quidem dicere, q id quod primum mouet facit, cũ possit mouere vel hunc aerem, vel aquã, vel aliquid aliud eiusmodi, cui est natura ingeneratũ mouere & moueri. Sed nõ simul cessat id quod mouet, & id quod mouetur: sed id quod moueẽ quidem, simul ac qui mouet cessauerit mouere. est autẽ adhuc mouens. quocirca mouet aliquid alij adhærens. & in eo eadẽ est ratio. Cessat autẽ, cùm minor vis mouendi indita fuerit ei quod cohæret. Tandẽ autem cessat, cũ non amplius fecerit id qđ est prius mouẽs, sed solũ quod mouetur. Hæc aũt simul quiescant necesse est, & id qdem qđ mouet, & illud qđ moueẽ, & totus motus.

Cùm

CIIII Cùm ostendisset id quod proximè fuit ab eo propositum de eo quod primò mouet motu æterno, ꝙ nō solùm sit immobile & æternū, sed etiam carens partibus & expers magnitudinis, ex eo ꝙ oporteat, si habeat magnitudinem, ipsam vel esse infinitã vel finitam. Si ergo infinita magnitudo ne est quidē omnino actu: vt sit autē finita magnitudo nequit fieri: qm̃ id quod motu mouet ęterno vim habet infinitam: vt vim autem habeat infinitam magnitudo finita nequit fieri: tota autem oratio de eo quod primò mouet, dependet à pronunciato quod dicit quòd quicquid mouetur, mouetur ab aliquo: si hoc enim non prius sumptum fuerit, neq; est necesse vt id quod æterno motu mouetur moueatur ab aliquo: ne ea quidē quę fuerunt demonstrata de eo quod primò mouet, deinde locū habebunt. Si enim vel nullo mouente mouentur aliqua, nō est necesse vt quod æterno motu mouetur moueatur ab aliquo: priusquam ijs quæ ostensa sunt subiungat eam quam par est conclusionē, vult quandam proferre obiectionem aduersus pronunciatū quod dicit, quicquid mouetur moueri ab aliquo: & exponere eam quę perperam affertur solutionem, & ipse eam quam par est adducere. Et est quidem eiusmodi obiectio. Si quicquid mouetur, mouetur ab aliquo: quomodo sunt aliqua quę nō habent in seipsis id quod est mouēdi potestate preditum, sed extrinsecus, quæ mota pergunt continenter moueri, etiã si id quod mouit non amplius moueat, sicut ea quę iaciuntur? nam cùm is qui ea iecit non amplius moueat, illa tñ diu pergunt continenter moueri. videbitur enim à nullo tunc moueri, & perimi quòd quicquid mouetur mouet ab aliquo. s t non tangat autē id quod mouit } dixit, vtpote ꝙ non amplius tangat neq; perseueret tangere toto tempore motus. Deinde meminit solutionis, per quam conãtur aliqui soluere hanc dubitationem. dicunt enim quod qui iacit vnà cum eo quod iactum est, mouet etiã aliqd aliud, nempe aerem. qui motus ab eo qui iecit, mouet id quod iactum est. Dicit aũt hoc sīr nō posse fieri ac primum. hoc excepto, ꝙ aerem pro eo quod iactum est accepit oratio. Si enim ne hic quidem mouetur ex seipso (hoc est enim propriū animatorum) sed ab eo quod iecit: oportebat vt cùm primum is qui iecit cessauit mouere, aer quoq; cessaret moueri, & oīa simul mota essent & cessassent moueri, cùm id quod primò mouet cessauerit moueri. Simul ergo & id quod iactum est & aer, & moueatur & cessarit moueri. siquidem ad se inuicem relata dicuntur id quod mouet & id quod mouetur: moueri quidem, donec moueat id quod iacit: cessasse autē, cùm cessauerit id quod mouet. Si enim pergit aer moueri, eueniet vt neq; tangente neq; mouente aliquo moueantur. Quare mouebitur quidē aer, à nullo autem mouebitur. ita autē rursus non quicquid mouetur mouebitur ab aliquo. Diuersa aũt habetur scriptura. Alicubi enim, Sed totū simul moueri & cessasse. } Alicubi autem, Sed totū simul motum esse & cessasse. Et forte hæc est melior. motum enim esse idem est quod cessasse. Cùm aũt dixisset oīa simul necesse esse moueri & cessasse, cùm id quod primò mouet cessarit, subiunxit, E T si facit sicut lapis, vt quod possit mouere id quod mouit. } Et si enim moueat aliquid per id quod intercedit non tangens id quod mouetur, sicut lapis qui dicitur Magnes mouet secundã ferri particulam, ipsam non tangens, cùm ipse quidē traxerit id quod est proximum, id autem id quod ipsum sequitur: tunc enim facit lapis ferri particulam quam ipse mouit mouere id quod deinceps sequitur: propterea ꝙ non solùm moueat id quod est proximum ac cõtinens, sed ei etiam vim mouendi tribuat: quamobrem illud non solū mouetur, verumetiam mouet: Et si ergo, inquit, aliquid sic moueat vt lapis, necesse est vt simul etiam moueatur, cùm moueat id quod primò mouet: & cessarit à motu, cùm id quod primò mouet cessauerit moueri. Et cùm à lapide sumpsisset principium, eadē via ac ratione soluit dubitationem. Quemadmodum enim in lapide neq; aer

Obiectio quę fit aduersus id quod quicquid mouet mouetur ab aliquo, dissoluitur.

Magnes quomodo trahat ferri particulã, & ea rursus aliam.

A est causa, neq; cū cessarit id quod mouet, manet id quod mouetur, sed vis mouendi quę inditur ei quod est proximum ac continens, mouet id quod mouetur, donec ipsa operatur: ita necesse est, inquit, etiam dicere in alijs, ꝙ id quod primò mouit id quod proximè ac continenter ab ipso motū est, facit vt quod possit mouere vel talē aerem vel aquam. ea enim sunt maximè per quæ mouentur ea quæ mouentur, quæ possunt ea etiam mouere. Adiecit autem, Vel aliquid aliud, fortasse propter lapidē & ferrum: & electrum & paleam. Quinetiam os piscis qui dicitur ἱέραξ, fertur aurum trahere. & fortè id quoq; dat eãdem facultatē ei quod est proximum ac continens quod trahitur. Siue ergo per trusionem moueãtur ea quæ mouentur, vt ea quæ mouentur per aerem vel aquam: siue per attractionem vt ea quæ dicta sunt: id quod primum mouet, vtpote id quod iacit, non solùm mouet iaculum, sed etiam aerem & aquã per quam fit iactus. & non solū ea mouet, sed etiam eis tribuit potestatem mouēdi. adeò B vt non solùm moueantur, sed etiam moueant: vt quæ habeant naturam qua simul moueant et moueantur. Hoc quidem, inquit, nobis necesse est dicere. Nam quod est in sequenti contextu dictionis quę dicit, Necesse est aũt hoc quidem dicere, est eiusmodi. Necesse est ergo si soluimus id de quo est dubitatum, hoc dicere, ꝙ nō simul cessabit mouere & moueri. Id enim, inquit, quod motū est, & qua moueretur suscepit facultatē: eo ꝙ talem habeat naturam, non simul cessat moueri & mouere. vt potest videri in magnete. Nam quæ ab ea tracta est ferri particula, cùm ipsum tetigerit, non amplius quidē mouetur, mouet autē id quod deinceps consequitur. Mouetur autem illa donec mouerit id quod mouet: cùm autem cessauerit id quod mouet, cessat etiam moueri id quod mouetur. Ita autem etiam in aere. non enim sequitur id quod iacitur vnà cum eo motus. sed mouet eum qui sequitur, simul etiam eum reddens mouendi potestate preditum. etenim est in eo eadem ratio: nō similiter autem. semper C enim vis quę inditur ab eo quod primum mouit, minuitur per successionem. et tandem interit, cùm quod motū est vltimum non possit amplius mouere. Quo fit vt deinceps cadat id quod iactum est, cùm nō habeat amplius à quo sit mouendum. Sic aũt ea quoq; quæ ab igne calefacta sunt, nō solùm habent ab igne ꝙ calefiunt, sed etiam vim calefaciendi ab eo suscipiunt. & cùm id aliquousq; processerit, diminutum tandem cessat. Cùm, inquit, id quod est ante vltimum (hoc enim dixit Prius) nō potuerit amplius facere mouens id quod sequitur, sed tantum quod mouetur. si hoc enim nō amplius moueat, id quod deinceps sequitur, non amplius mouebitur. Simul ergo cessat id quod mouet, quod quidem erat ante vltimum & id quod mouetur quod est vltimum. cùm enim cessauit mouere id quod est ante ipsum, vltimum quoq; cessat moueri. cùm autem cessauit id quod mouetur, cessat etiam motus. siquidem motus est in eo quod mouetur. & videlicet simul cessat in vltimis. quoniam prius dixit, D ꝙ non cessat simul mouere & moueri, hoc dicens de vno quoq; eorum quæ sunt ante id quod mouetur vltimum. Non mouet enim id quod mouetur vltimum. Pulchrè autem in his quærit Alexander, quemadmodum nō his quoq; dictis adhuc eadē maneat dubitatio: aer enim qui mouendi vim accepit ab eo qui telum iecit, aut motus mouet, aut non. Sed si non moueatur quidem: nō mouerit: quæ enim corporeè mouent, mota mouent: Si autem motus mouet: cessat autem moueri, simulac is qui iacit cessat mouere, eo ꝙ sint ex ijs quæ referuntur ad aliquid id quod mouet & id quod mouetur: simul etiam cessauerit mouere. Cui est consequens vt cùm primùm cessauerit mouere is qui iacit, id etiã deorsum feratur quod iacitur. quod quidem non videtur fieri. Hæc cùm quæsisset, Num, inquit, per hoc quod dicit aerem accipere vim mouendi ab eo qui mouit ab initio, illud dicit, eum vim habere propriam acceptam ab eo qui mouit: quòd si fieri non

Os piscis hieracis fertur aurū trahere.

Vis quę inditur ab eo quod primū mouit, minuitur successione.

Quod ab eo quod primū mouet vim accepit, efficitur ipsum quoq; per se mobile.

ri non poteſt. vt moueat' niſi moueatur, etiam vim qua moueatur tanq̃ principium & originem ab eo qui iecit cepiſſe, ſicut etiã mouendi poteſtatem: ab illo aũt habuiſſe vim talem vt ex ſeipſo motus poſſet mouere, effectum quodãmodo propemodum per ſe mobilem. eo ꝙ ſit talis naturæ vt ab eo qui mouet vim ſuſcipiat, ꝓpter ſuſcipiendæ affectionis facilitatem. A motu ergo qui efficitur ab eo qui iecit ceſſat, cum eo qui iecit ſimul ceſſans: ab eo autem quo mouetur à ſeipſo, eo quòd non aliter mouerit id quod ſequitur, niſi vim habuerit propriam acceptam ab eo qui ab initio mouit & iecit, non ſtatim ceſſat. Quamobrem id quod iacitur, non ſimul ceſſat à motu cum eo quod iacit, q̃m ea per quæ iaciuntur ea quæ iaciuntur, cũ ſint eius naturę vt & ex ſeipſis poſſint moueri & mouere, vt quæ principium & impulſum acceperint ab eo qui iecit: vnũquodq; eorum ipſa vi mouẽs id quod ſequitur, prębeat cauſam vt moueatur id quod iacitur quãdiu fertur. Quẽadmodum enim quod verbi gratia mutatur ex aqua, & ignis effectum, calefacit, calefacit autem etiam aqua calefacta: & eſt vtriſq; quidem cauſa calefaciẽdi id quod mutatur in calidum: ſed ignis quidem, etiam ſi ipſe cauſam habeat ab eo qui fecit, quãdiu tñ eſt ignis calefacit: aqua autem non itidem quãdiu eſt aqua calefacit, ſed quandiu fuerit calida: q̃m ille quidem talis natura factus eſt: hæc verò non natura, ſed accidit vt ſic afficeretur. Ita ergo etiã habet in ĳs quæ mouentur ab alio, ſi non adhuc adſit id quod ea mouit. cuiuſmodi ſunt & ea quæ mouentur ſm naturã & ea quæ iaciuntur. vtriſq; enim cauſa eſt motus id quod ea fecit talia. Sed ea quidem quæ mouentur ſm naturam, eo ꝙ talia facta ſint, donec fuerint, erũt eodem motu mobilia: aer aũt qui eſt in ĳs quę iaciuntur, ꝙ manens in propria natura affectus ſit ab eius qui iacit violentia, propterea ꝙ ſit ad eam ſuſcipiendã facilis. Donec ergo cõſeruat eam per quam mouetur affectionem, hoc motu mouebitur: non ſemper. non eſt enim ei talis motus ſm naturam. Ipſe aũt de hoc apertè dicit in tertio de Cœlo. dicit enim corpora quæ intercedunt, vtruoq; participare, nempe aquam & aerem. Aer autem cùm ſit particeps leuitatis & grauitatis: ad quod vt feratur principium & datum impulſum ab eo quod iacit ceperit, ad id deinde cõtendens, donec ſeruauerit mouẽdi vim quæ ei data eſt ab eo quod dedit principiũ & impulſum, mouet & fert id quod iactum eſt, ſicut ei datũ eſt. Hæc oĩa ipſis propemodũ verbis Alexandri deſcripſi, & propter difficultatẽ dubitationis, & pulchrã nouamq; ſolutionẽ. cuius ſummam illis paucis verbis tradidit, vim qua moueatur & originem ab eo qui mouet cepiſſe, ſicut etiam mouendi poteſtatem: ab illo autẽ habuiſſe vim talem vt ab ipſo motus poſſet mouere, effectum quodãmodo propemodum per ſe mobilem. Et fortè dubitauerit quiſpiam etiam ex ĳs quæ proximè dicta ſunt ab ipſo Ariſtotele, quomodo dixerit, Sed non ſimul ceſſat mouere & moueri: ſed moueri quidẽ cum qui mouet ceſſauerit, eſt aũt adhuc mouens. Si enim à ſeipſo motum mouet, et fieri non poteſt vt ipſum corporeè mouens non moueatur: quomodo cùm ceſſarit moueri adhuc mouet? Sed hoc quidem fortaſſe ſolui poteſt etiã ex ĳs quæ dicta ſunt ab Alexandro. Aer enim, inquit, mouetur, & ab eo qui iacit, & à ſeipſo. Et ab eo quidẽ qui iecit moueri ſtatim ceſſat, cùm ceſſarit id quod mouet: per ſuum aũt ipſius motum, non ſtatim ceſſat cùm ceſſarit id quod mouit. Sed ex ĳs quæ ab Ariſtotele prius dicta ſunt de eo quod eſt p ſe mobile, dubitarit quiſpiã. Si enim à ſeipſo aerem moueri ponimus, vt ſoluamus dubitationẽ: neq; totum à toto ſeipſo moueri põt id quod eſt per ſe mobile, vt prius oſtẽſum eſt, neq; totũ à parte, neq; pars à toto: neceſſe eſt vt etiã in aere, ſiquidem ſit per ſe mobilis, pars quidẽ aliqua moueat, pars verò aliqua moueatur. quẽadmodum in aĩalibus mouet quidẽ anima, mouetur verò corpus. Quid eſt ergo in aere quod mouet, & quid eſt quod mouetur? Si quis enim dicat naturam quidem mouere, corpus verò moueri, oportet reuocare in memoriam ea quę ab Ariſtotele in hoc libro dicta ſunt de quatuor elementis, nempe quòd nullum eorũ mouet ſeipſum, ſed habet principium motus, nõ mouendi, neq; agendi, ſed patiendi. Num ergo rectè Alexander, nõ abſolutè per ſe mobilem, ſed aliquo modo per ſe mobilem dixit fieri aerem ab eo quod primò mouet, vtpote ꝙ motus qui ei inditur ab eo quod mouet, operetur quidẽ etiam poſtq; ceſſauit id quod mouet, ſed non vt ꝙ aliud quidem quod mouet, aliud verò quod mouetur, habeat aer vel aqua, vt ea quę ſunt propriè per ſe mobilia. in his enim id quod mouet, quẽadmodum anima, cùm ſit immobile, per ſe mouet, etiam ſi moueatur per accidens: Qui aũt proximè ac cõtinenter motus eſt ab eo quod iacit, aer, totus mouetur. & eo ꝙ mouetur ipſe mouet eum qui deinceps ſequitur, vtens aliqua protruſione, qua id quod primum mouit in eo vſus eſt. ſed non mouet aliquo ĩmobili, vt anima eius qui iecit, mouit corpus. ſed vt eius quod iecit corpus ſuo motu mouit aerem: ita etiã aer cùm in eo manſit motus, eum qui ſequitur aerem: & ille eum qui eſt deinceps, donec ſe nimium communicando paulatim motus fuerit exolutus. Quòd aũt maneat motus aliquãto tempore, etiã vbi ceſſarit id quod mouet, cùm & non cõtemnenda fuerit vis quæ mouit, & aptum id quod motum eſt, oſtendunt & trochi qui diu circũaguntur poſt eam conuerſionẽ quæ ſit ab eo quod mouit, & quæ pulſantur ęra diu ſonant, propterea ꝙ moueri pergant, & aer mouere. cùm ea enim principiũ motus ceperint ab eo quod mouet, propter naturalem vt moueantur aptitudinem, pergunt moueri etiã ſi abſceſſerit id quod mouet. Et hoc eſt quod dixit Alexãder, Propemodum aliquo modo ſiunt immobilia, vtpote ꝙ id quod mouetur perſeueret moueri, & eo ꝙ moueatur moueat id quod deinceps ſequitur. Sed quõ dixit Ariſtoteles, NON ſimul ceſſat id quod mouet & id quod mouetur. ſed quod mouetur quidem, ſimulac qui mouet ceſſauerit. eſt autẽ adhuc mouens. An q̃m id quod mouet & id quod mouetur, vt quæ dicãtur relata ab aliquid, ſimul ſunt. cùm autẽ abſceſſerit id quod mouet, ab ea quidẽ quæ eſt ad illud habitudine ac relatione ceſſat id quod mouetur. mouet aũt eo ꝙ ipſum quoq; moueatur, nõ vt ꝙ adhuc moueat id quod mouit, ſed vt ꝙ maneat motus qui eſt ab illo inditus. Quocirca mouet cum non ſit quidem immobile, ſed moueatur. nõ tñ vt ꝙ illud adhuc moueat, nec vt ꝙ ab ipſo factum ſit per ſe mobile: ſed vt quòd in eo maneat qui eſt illinc inditus, & id moueat quod deinceps ſequitur, ceſſauerit aũt id quod mouetur vt relatum ad id quod mouet. Quomodo ergo ab aliquo mouetur id quod mouetur, ſi id quidẽ quod mouet ceſſat, remanet autẽ id quod mouetur? An ꝙ quandoquidem motus ab eo quod mouet ei quod mouetur eſt inditus, etiam ſi ceſſauit id quod mouet, ab illo moueri dicitur id quod mouetur, quod permanentem ei motum indidit. nõ enim oſtendit oratio oportere omnino adeſſe id quod mouet, ſed ab illo motum indi ei quod mouetur. At ſi eum qui telum iacit, aeri ſtabilem motũ indere dicimus, cur cùm dixerimus eum telo indere, nõ amplius opus habemus aere, dum cogimur dicere eum non ſolùm moueri, ſed etiam mouere? An ꝙ media elementa aer & aqua, vt ipſe dixit Ariſtoteles, & ad motũ qui eſt ſurſum, & ad motum qui eſt deorſum aptè ſe habent. Et ideo ſi ſuſcipiãtur ad ſtabiliorem motum qui ſit ad obliquũ, ad ſtabilitatem ea conferre dicimus eius motus qui in obliquũ vel ſurſum fertur, eorum quę ſunt terrena & quibus nõ eſt innatum ſic moueri. quandoquidẽ illis quoq; omnino inditur motus aliquis ab eo quod mouet ad quodcunq;. Hæc ergo à me dicta ſunt, dum duas orationes volo rectè habere, nempe & eam quæ dicit quicquid mouetur moueri ab aliquo, & eam quę dicit id quod mouet corporeè mouere dum mouetur: et id quod dictũ eſt ab Ariſtotele, non ſimul ceſſare id quod mouet & id quod mouetur, videri ĳs quæ dicta ſunt congruere.

Corpora q̃ intercedunt duo extrema elementa participant.

Quid in aere mouet et qd mouet. ſi aerẽ dicimus a ſeipſo moueri.

Motus manet aliquandiu poſtq; ceſſarit id quod mouet.

quinetiam

quinetiam Alexandri quod ad hæc defendenda cõparatum est auxiliũ, quod dicit quodãmodo fieri per se mobilem ab eo qui iacit cõtinentem aerem, & ab illo eum qui deinceps sequitur, sic velle accepi, vtpote ꝙ id quod mouet est stabilem motum: non ast ꝙ faciat ipsum & quod mouet & quod mouetur. sicut alantia quæ habent aliud quod mouet & aliud quod mouetur, & id quod mouet, immobile. hæc enim trudunt, eo quod mouentur ea quę deinceps cõsequuntur. Si quis autem ijs quæ dicta sunt potest sensum afferre probabiliorem, non modo propter victoriam is erit mihi inuisus, sed eo etiam nomine magnam apud me inibit gratiam.

In ijs ergo quæ contingit aliquãdo quidem moueri, aliquando verò quiescere, inest hic motus, & non cõtinuus, sed videtur. Aut est enim eorum quæ deinceps cõsequuntur, aut eorum quę tãgunt. non est enim vnum quod mouet. sed sibi inuicẽ cohærent. Et ideo in aere & aqua fit quidã eiusmodi motus, quẽ dicunt nonnulli ἀντιπερίστασιν, id est, obsistentiam. Non possunt autem aliter solui ea de quibus est dubitatum, nisi eo modo qui dictus est. Obsistentia autem facit omnia simul moueri & mouere. Quare etiam quiescunt. Nunc autem videtur aliquod vnum moueri continenter. Ergo ab aliquo. nõ enim ab eodem.

CV Postꝙ soluit obiectionem quæ fit aduersus id quod dicitur, ꝙ quicquid mouetur, mouetur ab aliquo, & mouetur ex ijs quæ iaciuntur, quę quidẽ etiam cum cessarit id quod iecit, ipsa pergunt moueri: soluit autẽ per hoc, ꝙ id quod primum mouit, faciat id quod à se motum est eiusmodi vt possit ipsum quoꝗ mouere, & illud id quod sequitur, & sic deinceps: est enim eadẽ ratio in oĩbus: nunc subiungit, ꝙ talis motus traditio non est in ijs quæ sunt æterna, sed conuenit ijs quæ contingit aliquãdo quidem moueri, aliquãdo verò quiescere. Et subiungit paulò post, ΚΑΙ ideo in aere & aqua fit quidã eiusmodi motus. Et ostendit ipsum non esse continuũ, etiam ex eo ꝙ inest ijs quidem quæ aliquando mouentur, aliquando verò quiescunt. talis enim motus interrũpitur quietibus: & ex eo ꝙ id quod mouet id quod iacitur, non fit vnum, sed plura, vel quæ deinceps se inuicem cõsequuntur, vel quæ se inuicem tangunt. Ea autẽ deinceps consequuntur, inter quę nihil est intermedium, quod sit eiusdẽ generis. Tangentia autem, inter quæ nihil omnino intercedit, sed cohærent sibiinuicem. Si est ergo cõtinuus quidem motus qui fit ab vno quod mouet: ipsa aũt non sunt vnum: non est continuus tactus, sed videtur solùm cõtinuus. Cùm aũt dixisset non esse continuum motum, sed fieri ex successione, subiunxit, ΚΑΙ ideo in aere & aqua fit eiusmodi motus, qui est per tactum. quoniam eis est natura insitum, vt ab aliquo mota, ipsa quoꝗ efficiant prædita potestate mouendi ea quæ deinceps cõsequuntur, & ea quæ cohærent ijs similiter. Talem autem motum vocant nõnulli ἀντιπερίστασιν, hoc est, obsistentiam. Est aũt antiperistasis seu obsistentia, cùm dum truditur aliquod corpus à corpore, cõmutatio locorum facta fuerit, & id quidẽ quod extrusit steterit in loco eius quod est extrusum, quod aũt est extrusum, extrudit id quod est proximum, & illud id quod cohæret, cùm fuerint plura. donec vltimum fuerit in loco primi quod extrusit. Quod si etiã fuerit, inquit, obsistentia in eo quod iacitur, non est tñ ea causa motus eius quod iacitur, quoniam obsistentia facit oĩa simul moueri & mouere, hoc est, extrudi & extrudere. Si autẽ omnia simul mouentur, simul etiã quiescunt. non enim id quod primum extrudit, occupat locũ eius quod primũ extruditur, nisi illud occupauerit locũ eius quod deinceps se-

Traditio motus est in ijs quæ contingit aliquã moueri, aliquando quiescere.

ἀντιπερίστασις, seu obsistentia quid sit.

A quitur, & illud eius quod cohæret, & vltimũ, locum eius quod primum trãsiit. cùm & motus simul fiat omnium, & mutua collocatio in suis inuicem locis. Occupare aũt inuicem alterum alterius locum, quod quidem est ἀντιπερίστασις seu obsistentia, ad motum eius quod iacitur nihil confert, nisi quis id posuerit quod ipse dixit, ea quæ mouent, & quæ possunt mouere, facere ea quæ mouẽt. Sic enim quod occupauit locum eius quod iacitur, mouebit ipsum quoꝗ id quod iacitur, & faciet mouere ea quę deinceps consequuntur. Quare fieri non potest vt aliter soluantur ea quæ dubitata sunt de eo quod iacitur, nisi id quod mouetur vim quoꝗ motricẽ accipere ab eo quod mouet posuerimus. nam cùm fit quidem antiperistasis, peragitur motus, sed non per antiperistasim. Quẽadmodum enim in eo qui ingreditur fit qđe antiperistasis: antiperistasis aũt non est causa motus: ita etiam in ijs quæ iaciuntur est aliqua alia causa motus, & non antiperistasis. est enim antiperistasis traductio solùm & transmotio.

Antiperistasis nõ est cã motus.

B Quòd aũt non sit causa motus, ostẽdit ex eo ꝙ quę simul quidem mouentur per antiperistasim, simul & moueanẽ oĩa & moueant & cessent à motu, vt paulò ante dictum est: id autẽ quod iacitur videtur aliquod vnum quod mouetur continenter. A quonã ergo id mouebit̃. non enim ab ijs quę sibi inuicem obsistunt. ea enim simul omnia & mouentur & sibiinuicem obsistentia transeunt, & cùm vnum cessauerit, omnia cessant à motu. nam simul & id quod iactum est, ab eo quod iecit extrusum est anterius: & qui erat ante ipsum aer obsistendo transiit ad id vnde hoc excessit. Eius aũt qui rursus post hęc fit ei progressus & lationis quænã est causa? Qui enim ei obsistit aer non est maior loco quẽ occupauit. quo fit vt id coactum in angustias, ei vim afferat & id protrudat. Quoniam autem Alexander dicit esse sententiam Platonis, ꝙ fiat per obsistentiam motus eorũ quæ iaciuntur, sciendum est ꝙ ipse quidẽ in ijs quæ mouentur existimat fieri obsistentiam, & vult corpora alterũ alterius loca vicissim occupare, pro-

An per obsistentiam fiat motus eorũ quę iaciunt. ex sententia Platonis.

C pterea ꝙ in vniuerso nihil relinquatur inane. non tñ obsistentiam causam esse motus existimat, sed inæquabilitatem & inæqualitatem. Oportebat autem Alexãdrum, cùm dixit Aristoteles quicquid mouetur moueri ab aliquo, & ad id confirmandum adduxit tot demonstrationes, & contra id protulit obiectiones & earũ solutiones, tũc dicere hoc Platonem asserere, id quod mouet omnino moueri ab eo quod mouet. Satius aũt fortasse fuerit pauca ex Platone adscribere, quæ & hoc ipsum significant, & quamnam putat esse causam motus, & quemadmodum existimat fieri eas quæ per obsistentiam fiunt inuicem transitiones. Dicit enim in Timæo, in æqualitate quidem nunquã velle esse motum. difficile enim esse vel potius fieri non posse vt id quod est mouẽdum, sit absꝗ eo quod est moturum, vel id quod est moturum absꝗ eo quod mouendum est, motus autem non est si hęc absint. adeò vt etiã ex sententia Platonis id quod mouetur moueatur ab aliquo quod mouet, & id quod mouet moueat

Platonis locus ex Timæo.

D aliquid quod mouetur. Hæc autẽ vt sint, inquit, aliquando æquabilita nequit fieri. Sic itaꝗ statum quidẽ inæquabilitate, motum aũt in inæquabilitate semper ponamus. Inæqualitas autem rursus causa est naturæ inæquabilis, quæ enim sunt æqualia & similia corpora nõ se inuicem mouerint. Et vt addit paulò post ea quæ dicta sunt, Paruis magnis adiectis, & ijs quæ sunt minora maiora fecernentibus, ijs autem quæ sunt maiora illa conciliantibus, omnia sursum deorsum transferũtur ad sua loca. mutantia enim vnamquãꝗ magnitudinem, mutant etiam statum locorum. Sic ergo & quæ per hæc semp conseruatur inæqualitatis generatio, præbet horum cum qui semper est motum & est assiduẽ futurus. Quæ autẽ per obsistentiam fit transitionem sic dicit fieri. Rursus aũt hanc excidente igne, vt qui non exeat in inane, aer qui propẽ truditur, humidum qui est adhuc motu facilis, in sedes ignis contrudens, ipsum sibi commiscet. Sed hæc ab ijs qui

qui alibi hæc princip aliter & ex professo examinant poterunt melius cognosci. E

LXXXIII Quoniam autē in ijs quæ sunt, necesse est vt semper sit motus continuus: is autem est vnus: necesse est autem vt qui est vnus sit & alicuius magnitudinis (non enim mouetur id quod nullam habet magnitudinem) & vnius, & ab vno: non erit enim cōtinuus, sed alter alteri cohęrēs & diuisus: Id igitur quod mouet, si vnū est: vel mouet cùm moueatur, vel cùm sit immobile. Si cùm moueatur quidem: vnà sequi oportebit & ipsum mutari, simul autē moueri ab aliquo. Quare sistetur & veniet ad hoc ꝙ moueatur ab immobili. Hoc enim nō necesse est vt vnà mutetur. sed semper poterit aliquid mouere. Nam & non est laboriosum sic mouere, & est hic motus ęquabilis, vel solus, vel maximè. nullā enim habet id quod mouet mutationē. Oportet autem neq; id quod mouetur habere ab illo mutationem, vt sit motus similis. F

CVI Postq̃ venit ad finem eorum quæ sunt proposita, rursus deinde sumit ea q̃ dicta sunt, demonstrationes quoq; paucis in memoriam reuocans. Quoniam enim ostēsum est, ꝙ necesse sit semp esse motum, & neq; cœperit cùm prius non esset, neq; cessabit vt nō sit amplius, sed similiter atq; tempus caret principio & fine: primus aūt est cōtinuus: qui est autē continuus, est vnus: qui enim non est vnus, non est continuus: qui est autē vnus, est vnius magnitudinis quæ mouetur (non enim per se mouetur id quod nullā habet magnitudinem) & vnius quod mouet: nisi enim & id quod mouetur vnū sit, & id quod mouet vnum, non erit continuus & vnus motus, sed vnus alteri cohęrens & diuisus: Hoc ergo ostenso ꝙ vnū est id quod mouet vno & æterno motu: & vnum id quod mouetur: primùm ea iterum sumit quę ei quod mouet cōueniunt. & sic adijcit ea quæ sunt eius quod mouetur. si est enim vnum id quod mouet, vel mouet cum moueat̃, vel cùm sit immobile. Sed si cum moueat̃, videlicet id quoq; corpus sit necesse est. Quicquid enim per se mouetur, esse corpus ostensum est. Et ergo quod moueẗ oportebit esse consequens vt ipsum moueatur ab aliquo. Et in eo quod rursus ipsum mouet, si moueatur, qm̄ moueẗ ab aliquo, necesse est vt quod mouet, illud quoq; vel motum moueat, & motum ab aliquo: vel vt sit immobile. Ne ergo eamus in infinitum, veniemus tandē ad id ꝙ moueatur ab immobili. si non sit enim aliquod principium: oẽ fuerint quidē ea quæ sunt post ipsum. Ostensum est autem quod ijs quidem quæ mouentur & mouent prius, est id quod est per se mobile: in eo autē id quod mouet, per se quidē est immobile, mouetur verò per accidens. Id autē quod propriè mouet, necesse est vt per accidēs mutetur vnà cum eo quod moueẗ. Et ideo adiecit illud, Hoc autē nō necesse est vt vnà muteẗ, hoc distinguens ab eo quod moueẗ in eo quod est per se mobile, quod necesse est mutari per accidens vnà cum eo quod ab ipso moueẗ. Quod enim motu mouet ęterno, de quo in præsentia agiẗ, debebat mouere citra laborem. nihil enim laborās potest diu permanere. Est aūt minimè laboriosum id quod nō mutatur vnà cum eo quod mouetur, neq; vllo modo mouetur, sed semp est collocatum in eadē perfectione. Oportet aūt eum qui vnus est, & continuum esse & ęquabilē. nam si sit inæqualis, neq; erit vnus nec continuus. est aūt æquabilis motus quē mouebit id quod est immobile, eo ꝙ semp similiter se habeat ad id quod ab ipso mouetur, vtpote ꝙ in nullo mutetur. Illud autem, Vel solus, vel maximè, potest quidē dictum esse ea qua vti solet philo- G H

Nihil laborans pōt diu manere.

E sophus cautione. Dixerit aūt quispiam dicta quidē esse hæc interim de eo solo quod mouet, quod maiorem quidem rōnem inducit ad æquabilitatem, opus autē habet etiā vt idem sit id quod mouetur, ad hoc vt solus sit propriè æquabilis. Et cùm hucusq; deduxisset repetitionē eorum quæ ei quod mouet cōueniunt, subiungit etiā dè eo quod mouetur, ꝙ oporteat etiā id quod mouetur eandem etiā seruare habitudinem ac relationem ad id quod mouet: vt motus verè permaneat similis & ęquabilis. solus is enim est propriè & perfectè æquabilis, in quo etiā id quod mouet & id quod moueẗ, immutabiliter & semper similiter ac eodem modo se habent ad se inuicē. Clarum est aūt ꝙ cœleste corpus est eiusmodi, vt quod circulari motu feratur, & moueatur à causa quę mouet immobiliter. Quare simul etiam cœli demonstrata est æternitas, & per ipsum totius mundi, & per motus æternitatē; & ex eo quòd id quod primum mouet, sit idem immutabiliter. & si in opere de cœlo sit æternitatem his rursus demonstraturus.

Quod mouetur motu ęquabili, seruat cū eo qđ mouet relationē & habitudinem.

F Necesse est autem vt sit vel in medio vel in circulo: hæc sunt enim principia. sed celerrimè mouentur ea quæ sunt proxima ei quod mouet. Talis est autem motus circuli. Illic ergo est id quod mouet. LXXXIIII

CVII Cùm dixisset cuiusmodi sit id quod primò mouet & quod mouetur motu ęterno, & quēadmodum se inter se habeant: quoniam solebat quęri vt est verisimile, vbi est id quod mouet cœlum, & videbātur Pythagorici dicere ip̄m esse in medio, hoc quoq; addēdum censuit ijs quę dicit de eo quod mouet. & dicit necesse esse vt id sit in principio eius quod mouetur, quod quidem est vel maximè præcipuum. In sphæra autē sunt duo principia, medium & circūferentia. Necesse est ergo, inquit, vt in aliquo horum sit id quod mouet. Sed qm̄ id quod est proximum ei G quod mouetur, celerrimè mouetur: est autē celer motus circuli, hoc est, circūferentiæ: illic fuerit id quod mouet. Medium enim cùm sit immobile, non videtur cum eo quod mouet vllam habere affinitatem. Eudemus autē, In maximo, inquit, circulo qui fertur per polos. is enim mouetur celerrimè. Id aūt quod mouet videtur incipere vnde celerrimè possit mouere & facillimè. Dubitat aūt Alexander, & de ea quę est extrinsecùs circūferentia, & de maximo circulo, si in aliquo horum est causa quę mouet, quomodo nō mouebitur per accidens. & cùm dixisset, Nisi sit extra eā per polos, addubitat, ꝙ hi quoq; duo sint & immobiles. Aristoteles aūt & Eudemus aiunt celerrimè moueri id quod est proximum ei quod mouet. Dicit aūt soluens dubitationē, ꝙ si moueatur quidem in aliqua parte extremę circūferentiæ, mouebitur per accidens, eo ꝙ sit per partes sphæræ motus. si autem in tota circūferentia: & erit in eo quod fertur celerrimè, & non vtiq; mouebitur per accidēs, eo ꝙ non moueatur per to- H tam circūferentiam, nec locū mutet, sed semper maneat in eodem. Statuit ergo id esse in tota circūferentia sphæræ quæ est exterius. Sic enim erit, inquit, proximum ei quod mouetur celerrimè, & non mouebiẗ per accidens, & eādem semper habebit relationem ad id quod ab ipso mouetur. Quocirca habebit etiā semper motum similē.

Vbinā sit id quod primo mouet. Pythagorici dicebant id quod primo mouet esse i medio.

Has dubitationes mouit Alexander, & sic soluit. & si prius rectè dixerit, non esse audiendum id quod mouet, vt quod locum occupet: ostēsum est enim id carere partibus: sed neq; vt ꝙ sit forma id in quo est: sed esse audiendum vt essentiā incorpoream quę ipsa est per se in substātia. Et si enim quod circulo fertur corpus, inquit, cùm sit animatum, moueatur per eam quæ in ipso est animam: opus tn̄ habet etiam aliquo alio, quod ei præbeat principium motus. in oībus enim animatis aliquod sit eis causa & principium motus animæ, qui fit per locum. siquidem qui per locum fit animatorū motus, sit propter ali-

Id quod mouet, est essentia incorporea quæ ipsa est per se in substantia.

cuius

cuius rei desiderium. Hæc scripsit Alexāder, vt qui accipiat Aristotelem dicere solū finalem causam id quod primò mouet. Si aūt vt multa eius dicta indicant, ipsum quoq; causam existimat efficientē: animam quidem ipse quoq; existimat, sicut Plato, esse causam traiectitiæ motus facultatis: mētem autem immobilem esse causam q moueatur circa eadem & eodem modo & in eodē per rationem vnā & vnum ordinem. Si ergo caret partibus id quod mouet, & est à corporibus penitus separabile, ipsum per se perfectum & seiunctum à mundo vniuerso corporeo: pulchrè dici potest id & esse vbiq; & nunquā esse. Sinautem dicunt quidē Pythagorici locatum esse in centro, Aristoteles verò dicit esse in sphæra inerrāte: illi quidem dicunt centrum esse aptius alijs partibus vniuersi, habita ratione participationis bonitatis Opificis quę cōtinet & stabilit: Aristoteles aūt existimat primò frui motu opifice. Et ideo Pythagorici quidē locum vestę & turrem Iouis vocabant centrum: Aristoteles verò mensurā B aliorum motuum dicebat motum sphæræ inerrantis, vt primum & contractum, & qui nullas habere partes id quod primò mouet per celeritatem effingit ac exprimit. Non est ergo verendū ne id quod primò mouet moueamus per accidens, dicentes ipsum esse in cœlo inerrante: non est enim illud propriè in cœlo: sed cœlum in ipso. illi quidē id quod est in aliquo comprehēditur ab eo in quo est. continet aūt illud totum mundum sua infinita potestate. Num autē ne excogitatum quidem ab Alexandro auxilium, ad hoc vt nec illud moueaš per accidens, sufficit, procedens ab hac mentis conceptione q sit id quod primò mouet in cœlo. Si enim, inquit, non est in aliqua parte, sed in tota circūferentia: qm̄ tota nō mouetur, nec mutat locum, sed manet in eodem: nec potest quidē moueri per accidens. Si ergo tota quidē non mouetur: id aūt quod primò mouet, dicitur esse in eo quod mouetur celerrimè: non est scilicet in tota circūferentia. Præterea si sic quidem est in vniuersa, vt in ipsa ordinatum ac constitutum: tota autem C mouetur per partes: videlicet ipsum quoq; cum partibus mouebitur per accidens. Sed si separatè adest toti & absq; vlla relatione: quid obstat, quo minus cùm omnibus simul adsit partibus separatè & citra vllam relationem & diuisionem & immobiliter, ne per accidens quidem moueatur vnà cum illarum motu? Cautè autem Eudemus exponens quæstionem, Si partibus, inquit, caret id quod primò mouet, & non tangit id quod moueš, quomodo se habet ad ipsum? Id ergo quod nullas haber partes, & non tangit id quod mouetur, sed est citra vllam ad ipsum relationem & separatum, quomodo potest moueri vnà cum eo quod mouetur, adeò vt moueatur per accidens? Alexander autem dicit Eudemum dicere id quod primò mouet esse in maximo circulo qui transit per polos. Is enim mouetur celerrimè. Ego autem sic inueni scriptum in exemplari Eudemi Sphæræ autem locus qui est circa polos mouetur celerrimè. Porrò autem operæpretium est hoc quoq; attendere, quòd Alexander quidem, in circunferentia D sphæræ esse id quod primò mouet putat dicere Aristotelem. Num autem cum dicit in circulo, dicit in toto cœlo?

Alia est causa traiectitię motus facultatis, ex sententia Platonis & Arist.

Id qđ primo mouet, vbique & nusquā.

Pythagorei cur in cētro, Aristoteles ī sphæra inerrāte locarint id quod primo mouet.

Centrum locus vestæ & turris Iouis.

Mot° sphęrę inerrātis, est mensura aliorum motuum.

Id quod primo mouet, nō mouet p accidens.

Id qđ primo mouet quomodo se habet ad id qđ mouetur, si neque habet partes, nec ipm tangit.

LXXXV Dubitatur autem an cōtingat aliquid quod mouetur mouere continenter. non aūt sicut id quod trudit rursus & rursus, & eo q deinceps sequatur esse cōtinuum. aut enim ipsum oportet trudere vel trahere vel vtrunq;. aut aliquid aliud excipiēs aliud ab alio. sicut pridē dictum est in ijs quæ iaciuntur. Sinautem vt qui diuidi potest aer mouet vel aqua, sed vt qui semp mouetur: vtroq; modo fieri nō potest vt sit vnus, sed cohærens. Solus est ergo cōtinuus quo mouet id quod est immobile. Semper enim se ha- A bens similiter, etiam ad id quod mouetur similiter se habebit ac continenter.

An id quod moueš cōtingat mouere cōtinenter.

CVIII Postq; ostendit solùm motum esse continuū quo mouet id quod est imobile, hoc confirmans permit id quod est oppositum, nempe cōtingere aliquid quod mouetur mouere continenter. Quoniam enim quicquid motum mouet, est corporeum, & mouet corporeè: quæ autem mouent corporeè, mouent trudentia vel trahentia, vel vtrunq;, vt qui manibus molas mouent: & vel idem esse oportet id quod trudit vel trahit, vel vtrunque facit, vel aliud ab alio excipiens mouere per aliquem ex his motibus, vt in ijs quæ iaciuntur pauló ante ostēsum est. in quibus aliud ex alio non solùm moueri sed etiā mouere excipiens, est causa motus ei quod iacitur. siquidem aer cùm diuidi possit & aqua, hoc est, cùm diuisu & motu sint facilia, mouent. mouet enim aer cùm alius & alius semper moueatur, & sic moueat. siue ergo sic moueatur aliquid B ab eo quod mouetur, non est vnus & continuus motus, sed deinceps consequens: siue non per successionem, sed fuerit vnum id quod mouet, vt in ijs quæ permanent & trudunt vel trahunt, ne hic quidem est motus cōtinuus. & si enim sit vnum in his quod mouet & non plura sicut in ijs quæ iaciūtur, in vnaquaq; tn̄ trusione vel attractione fit aliquod principiū, cessante eo quod trahit vel trudit. qm̄ sic mouere nō fit citra laborem. Si ergo quicquid motum mouet, vel trudens vel trahens, vel per vtrunq; mouet: & vel idem sequens, vel ex successione: omnino aūt fieri non potest vt sit vnus & continuus & æquabilis motus: videlicet solus est continuus quo mouet id quod est immobile. qm̄ quicquid mouetur, vel mouetur ab eo quod mouetur, vel ab immobili. Et adiecit cām cur is sit cōtinuus, dicens, Semper enim se habens similiter, siquidem est immobile & immutabile & substantia & potestate & actu, etiam ad id quod mouetur se habebit similiter ac continenter, eandem semper ad ipsum habens rela C tionem, adeò vt similiter moueat & æquabiliter. Cùm autē dixisset, Et ad id quod mouetur similiter, adiecit Et cōtinenter, ostendens etiā esse continuam, similem eius quod est immobile ad id quod mouetur relationē ac habitudinem, & nec interrumpi nec deficere: adeò vt sit et æternus motus quo pximè mouet ac continēter id quod est immobile. Rectè autē dubitat Alexander, qūo non dicet aliquis etiam sphęras errātium, motu quo mouentur dum vnà feruntur cum inerranti, moueri & cōtinuo & æterno & æquabili, & si eo motu moueantur ab inerrante quę mouetur. Et primùm quidē concedens dubitationi, dicit Aristotelem hoc significantē sic dixisse, Dubitatur aūt an contingat aliquid quod mouetur mouere cōtinenter, sed non sicut id quod trudit. Quod cùm dubitasset, ostendit in quibus non cōtingat, eo prętermisso de quo nunc dubitatum est. Deinde reuersus subiungit. Num non sit ab inerrante earum motus? non enim per eam quæ in se est motricem facultatē eo mouet, sed mo D ta ipsa ab eo quod est mouendi potestate præditum, illarum motus sequitur, qui ipse quoq; fit ab eo quod eā mouet. Et q sit vnus motus tanq̄ vnius totius cœli qui fit ab oriente in occidentem, clarum est vt puto etiam ex eo q fiat circa ipsos polos, & ex eo quòd nō sint solùm octo sphæræ, sed etiam vnum totum cœlum. Est autem vnus motus qui est vnius & ab vno. Ostendit autē ipse quoq; Aristoteles se dicere id quod primò mouet non esse in sphæra inerrante, sed in toto corpore quod circulari motu circumagitur. Celerrimè enim, inquit, mouetur id quod est proximum ei quod mouet. Talis est autem motus circuli. illic vt existimo id quod mouet circulo, dicēs vniuersum quod est in circulo. Eudemus autem non id quidem dubitat quod Aristoteles, An cōtingat aliquid quod mouetur mouere continenter. eius autem loco dubitat, An contingat id quod est immobile mouere. Vi detur enim, inquit, id quod mouet per locū, mouere vel

trudens

An sphæræ erranū, eo motu q̄ mouenš cū inerrāti, moueantur cōtinuo æterno & æquabili.

Id qđ primo mouet est in toto corpore quod circūagitur, nō in sola sphęra inerrāte, ex sņia Aristotelis.

An immobile contingat mouere.

trudens. Quòd si nō sic solum, at ipsum quidē certè tangens vel per aliud, vel per vnum vel plura. Id autē quod nullas habet partes nihil contingit tangere. non est enim eius aliud quidem principium, aliud verò finis. Eorum autem quæ tāgunt sunt simul fines. Quomodo ergo mouebit id quod nullas habet partes? Soluit autem dubitationem, dicens. Alia quidē mota mouent, alia verò quiescentia. et quæ mouentur quidem, mouent, aliter tangētia: non autem omnia similiter. non enim sicut terra in ipsam iactum globum sursum mouet, ita etiam id quod primò mouit. non enim si motus sit prior, illud mouet. non enim vtiq; primò mouerit. Terra autem nunquam quiesceos primò mouebit.

LXXXVI His autem definitis, manifestum est, q fieri non potest, vt id quod primò mouet, & est immobile, habeat aliquā magnitudinem. si enim habet magnitudinem, necesse est vt ea sit finita vel infinita. Et quòd non cōtingat quidem esse infinitam magnitudinem, ostēsum est prius in Physicis: quod autem fieri nō possit vt id quod est finitum habeat vim infinitam, nunc ostensum est. Id autem quod mouet primitus, æterno motu mouet & infinito tpe. Manifestum est ergo q diuidi nō potest, & nullas habet partes, neq; vllam magnitudinem.

CIX Cùm paulò ante repetijsset id quod dixerat de eo quod primò mouet, & in memoriam reuocasset q ex eo quòd ostensum sit motum esse continuū & æternum in ijs quę sunt, ostēsum est vnum esse id quod primò mouet & immobile: & subiunxisset in quanā parte eius quod mouetur existimandum sit esse id quod mouet, & immobilitatem eius rursus confirmasset, ex eo q ostenderit, q nihil quod mouetur, potest motu mouere cōtinuo: adijcit etiā repetitionem tertij quod ostensum est de eo quod primò mouet. Id autem est, q nullam habeat partē nec magnitudinem. Tria enim sunt quæ de ipso ostēsa sunt, nempe quòd vnum: quòd immobile: quòd nullas habēs partes. Cùm duas ergo demonstrationes breuiter reuocasset in memoriam, nunc tertię nos admonet quę ostendit quòd fieri nō potest vt id quod primitus motu mouet æterno, cùm sit immobile, aliquam habeat magnitudinem. Aut enim magnitudo erit infinita, vel finita. Si ergo infinitā quidem non contingit esse magnitudinem, vt ostensum est in tertio huius operis (solet autem primos quinq; libros appellare præcipuè Physicos seu naturales, & de principijs naturalibus, quēadmodum tres vltimos, De motu: quinetiam ostendit fieri non posse vt sit corpus finitum, siquidē necesse est vt corpus finitum vel vim infinitam habeat vel finitā) Si ergo neq; corpus finitum vim habet infinitā, vt ostensum est, neq; vis finita potest mouere tempore infinito, quemadmodum hoc quoq; ostensum est: id autem quod primò mouet ostensum est mouere motu æterno in tempus infinitum: oportet enim primum motum inditum esse ab eo quod primum mouet: His ergo ostensis, manifestum est q id quod primò mouet, diuidi non potest, & nullas habet partes, nec vllam magnitudinem. Hic autem rectè aduertit Alexander, quod erat aduertendum cum proposita quæstio demonstrabatur, vim seu potestatem non esse dicendam in eo quod mouetur in infinitum, prętereā æquiuocè. Quę est enim, inquit, in eo quod mouet & facit, potestas, alia quidem dicitur tanquā vires aliquæ, quæ laborent & fatigent necesse est in ijs quæ sic mouent: alia verò in eo quod mouetur, tanquam aptitudo ad patiendum solūmodo. neq; enim in eo quod portat & eo quod portatur: quoniam quod portatur donec potest ferri, iam etiā portans semper portabit. potestate enim aliqua & quibusdā viribus portat id quod portat, quæ quidem laborant & defatigātur

Id quod primitus mouet motu ęterno nullas habet magnitudinē

Vis seu potestas in eo quod mouet in infinitum q̄uo dicatur.

E cùm sint finitæ in infinito. Oportebat autem Grammaticum attendere hæc verba Alexandri, & non putare q & Aristoteles & Alexander existimant id quod non est propriè infinitæ potestatis moueri in infinitum. Quod enim mouetur in infinitum, habet quidē ad hoc aptitudinem sm suam ipsius naturā, et hoc est in seipso posse moueri. Quod ab alio autē habet vt moueat, habet id quod fit & non simul totum. motus enim habet id quod est in eo quod fiat. Porrò autē cùm hic quoq; rursus quæsiisset Alexander, quomodo sphęra inerrantium non habebit infinitam mouendi potestatē cùm sit finita siquidem semper mouet sphæras errātium, soluit quæstionem, eadē dicens quæ paulò ante. nempe q etiam id quod errat, quodammodo mouetur ab illo immobili, vtpote q moueatur vnà cum sphæra inerrante. inerrans enim corporea sui natura est mobile, non autem mouendi potestate prędita. Iam verò hic quoq; oportuit aduertere Grāmaticum, q non quæsiit Alexander, quomodo finitum F inerrans est æternū. sed quomodo cùm sit finitum habeat infinitam mouēdi potestatem, sciens q moueri quidem et esse in infinitum id quod est finitum nihil prohibet, vt quod qui fiat motum habeat & substantiam, sed non ex tempore aliquo, verùm in infinitum: sed mouendi potestatem non habere simul totā, cùm sit finitum. Sic verè diuinus Aristoteles naturalium principiorum doctrinā in supernaturale diuinitatis contemplationis fastigium euexit. et omnē naturalem & corpoream cōstitutionem ostendit dependere ab incorporea quæ est super naturā, & quæ nullam relationem habet & habitudinem, intelligenti bonitate, Platonem hic quoq; sequens. Sed Plato quidem ex ipsa mundani corporis substātia mundi inuenit opificem, Deum intelligentē. Cùm enim id quod verè est & id quod fit seu gignitur distinxisset, & illud quidem definijsset, Id quod semp similiter & eodem modo se habet, vt cui toti simul absq; vlla dimēsione ac diuisione quæ in ipsum possit cadere, in æuo habere substātiam G obtigerit, Id autē quod fit seu gignitur, vtpote quod mutatur & mouetur, id quod habet id quod est in eo quod fiat: corpoream omnem constitutionē, vt quę substantia sit disiuncta & interuallis spatijsq; dilatata, & per ipsius essentiæ extensionē in tempore versetur & mutetur, posuit esse genitā, & habere id quod est in eo q fiat, & ideo à causa pendere, vt quę per se non possit consistere. Fieri enim, inquit, nō potest vt vniuersum absq; causa ortum habeat. Eius autem quod oritur seu fit causa est id quod verè est, ne id quod fit ante id quod fit ponentes, eamus in infinitum: eius verò quod mutatur, id quod est immutabile, propter eandem causam. Inuenit ergo mundi opificem, Deum intelligentem qui verè est, & semper eodē modo & similiter se habentem, in æuo collocatum, cùm à mundi mutabili substātia ad causam ascendisset immutabilem. Quinetiam Aristoteles à motu & mutatione, & ea quę spatijs disiuncta est & finita corporum substantia, ad immobilem & immutabilem & nullis interuallis H spatijsq; disiunctam peruenit naturam. ostendit enim q motum necesse sit esse æternum in ijs quæ sunt. et ideo etiam id quod mouetur, siquidē in eo quod mouetur est motus. Ostendit autem etiam q quicquid mouetur, mouetur ab aliquo. et q id quod primò mouet, necesse est vt sit immobile, & causa immutabilis ijs quæ mouentur æterno motui proximè ac cohærenter. Cæterum quòd quæ est apud Platonem quidē generatio seu ortus, apud Aristotelem verò motus, significent mutationem, facile sciri potest ex eo, q Plato quidem ab eo quod eodem modo & similiter se habet distinguat id quod gignitur vt quod mutetur: Aristoteles autem cùm dicit quicquid mouetur moueri ab aliquo, non dicat de ijs solis quæ propriè mouētur, sed etiā de ijs quæ gignuntur & intereunt & in summa mutātur. Quinetiam multis in locis immobile dixit immutabile. neq; enim eum solum qui est propriè motum superat, sed generationem ēt & interitum.

Sphęra inerrantium q̄uo nō habeat infinitā mouēdi ptātem, si mouet sphęras errantiū.

Naturalis ois et corporea constitutio dependet ab incorporea & intelligenti bonitate.

Plato ex mūdi substantia Deum inuenit opificē.

Platonis locus ex Timęo.

Quod est generatio seu ortus apud Platonem, apud Aristotelem est motus.

Mihi

Cur gñatio-nis seu ortus nolit in ęter-nis vti noluerit Aristo.

A Mihi autē videtur hic vir admirabilis nomen generationis seu ortus apertè recusasse dicere in ęternis: propterea φ visio seu phantasia principium tēporis facile subĳciat ĳs quæ gigni dicũtur. quod quidem multis vsuuenit qui ad æterna opificia non potuerunt extendere suas cogitationes, sed ei quod ex causa constat & gigni dicitur, principium temporis tribuunt, & putant se discere facilius, si quis principium & medium & finem opificĳ posuerit in tempore. Atq; adeò plurimi etiam ex sapientibus, cùm ad hoc respexissent vt auditores facilius discerēt, sic mundum fabricantur, prima & secunda & tertia exorta esse dicentes. & fortasse etiam esse ignoscendum Theologis existimāt, si Deorum generationes sic aperire non recusant vt auditores ea discant facilius. Cùm autē sensisset, vt est verisimile, Aristoteles eos ea quę dicuntur perperam intelligere, & simul intelligere principium temporis, ne mundum quidem fabricari in animum induxit. et genitum in æternis apertè dicere recusauit. Quinetiam vsus est nomine motus quod idem quidē significat, non

Cur prima secũda & tertia genita dicant Sapientes aliqui.

Theologis ignoscēdum quod dicant Deorum generationes.

B exigit autem principium temporis. Nam φ non respuat verbum gigni seu fieri etiam in ĳs quæ id quod est habēt in infinitũ, apertè ostēdit dicens in tertio huius operis de eo q̃d est in infinitum, Sed quia multis modis est eē, sicut dies est, & certamen, eo φ fiat aliud & aliud ita etiã infinitum. Sic ergo principium quidem demõstrationis idē est vtrisq;, quod ab eo quod mutatur deducit ad id quod est immutabile. Deinceps aũt, hic quidem dicit id quod mouetur moueri ab aliquo: ille autem id quod fit seu oritur ortum habere à causa. Et hic quidem ostēdit id quod primò mouet eē immobile & immutabile & carere partibus: Ille autem causam eius quod gignitur esse id quod verè est. tale est autem id quod nullas habet partes, & totum simul consistit, & semper eodē modo & similiter se habet. quod quidē significat id quod est perfectè immutabile. Quoniam autem nonnulli existimant Aristotelem id quod primò mouet, quod quidem & mentem &

Gigni seu fieri vocabulũ vsurpat Aristoteles i ĳs quæ sunt in infinitum.

C æuum & Deum celebrauit, solùm finalem & non etiam efficientem mundi cãm dicere, & maximè cœli, vt quod sit æternum & idem ingenitum, audientes eum sæpe dicentem & φ mouet vt quod amatur, & sæpe vt finalem causam laudibus efferentem ac celebrantem: bene fuerit si ostēderimus eum in hoc quoq; consentire cum suo Pręceptore, vt qui Deum dicat nõ solùm finalem sed etiam efficientem causam, & mundi vniuersi & cœli. Et Plato quidem ex ĳs quę sunt in Timęo, nempe, Dicamus autē propter quamnam causam generationem & hoc vniuersum is qui cõstituit cõstituerit: Bonus erat} apertè ostēdit se Deum dicere finalem & efficientē mundi causam. & cùm dicit, Mente quidē in anima, anima verò in corpore cõstituta, vniuersum est architectatus, vt quàm pulcherrimum, & s̃m naturam optimum ac pręstantissimũ opus effectum redderet} per totum ferè Dialogum celebrat opificem qui respicit ad bonum. In opificis aũt ad

Deus nõ solum est finalis, sed & efficiens cã vniuersi.

Platonis locus ex Timęo.

D Deos cœlestes concione apertè ostendit φ cœlestia quidem ipse proximè ac continenter facit consistere, ea autē quæ sunt sub luna à cœlestibus. Dicit enim ad Deos cœlestes primus Opifex: Dĳ deorum, quorum ergo operum sum pater & opifex. Et ꝓgressus, Mortalia, inquit, genera tria reliqua. Hæc autem si non facta fuerint, cœlum erit imperfectum. cœlum nunc vocans mundum sicut Aristoteles. Oportet autem, inquit, hæc quoq; facta esse, si perfectè vndequaq; futurum sit. Si hęc autem per me facta fuerint & vitam participauerint, Dĳs exęquabuntur. Vt ergo sint mortalia, & hoc vniuersum verè sit vniuersum, cõuertimini vos s̃m naturam ad fabricanda animantia. Significat autem illud, Si per me facta fuerint, quòd quæ à causa quæ similiter & eodē modo se habet, vel vt dixerit Aristoteles, ab imobili facta fuerint: æterna sint necesse est. Aristoteles autem quòd finalem quidem causam Deum dicat, seu id quod primò mouet, nemo dubitat: Quòd autem etiam efficiētem, puto sufficere quòd in distinguendis causis, in secundo naturalis auscultationis, efficientem causam dicit id vnde est principium motus. præterea vnde est primum principium mutationis vel quietis. queadmodum qui consuluit causa est: & pater filĳ: & in summa id quod facit eius quod fit. Quid potest igitur dici apertius ad ostendendũ quòd id quod primò mouet est causa efficiens? Porrò autem in primo quoq; de cœlo apertè dicit, Nihil facit temere Deus nec natura: cum in eodem libro dixisset quòd αἰὼν id est æuum, denominationē ceperit ab ἀεὶ, hoc est semꝑ, & εἶναι, quod est esse, immortalis ac diuinus. vnde etiam dependet alĳs, nonnullis quidem perfectius, nonnullis verò obscurius & esse & viuere. Clarum est autē quòd quemadmodum per finalem causam bona sunt omnia, ita sunt & viuunt per opificem. Item in primo de generatione, quòd id quod primò mouet sit causa efficiens, ostēdit quærens causas æternæ generationis, & hæc scribens. Cùm autem sit vna quidem causa vnde principiũ motus esse dicimus, (sic dicens scilicet efficientem) vna autem materia, dicenda est talis causa. de illa enim prius dictum est in libris de motu, quòd sit vnum quidem omni tempore immobile, alterum verò semper mouetur. Ergo ipse quoq; facit duplicem causam efficientē; id quidem quod est immobile, omnium: cœlestia autē, eorum quæ sunt sub luna. Et hæc verba Alexander exponens, Id ergo, inquit, quod primum mouet, est motus diuini corporis efficiens, quod est ingenitum. In primo autem libro ex Metaphysicis, quem vocant maius A, laudans Anaxagoram & ante eum Hermotimum, vt qui nõ solùm tradiderint vniuersi causas materiales, sed etiã mentem vt efficientem & finalem causam sunt contemplati, hęc scribit. Mentem aũt quispiam qui dixit inesse etiam natura sicut in animantibus, quæ causa est & mundi & vniuersi ordinis, visus est veluti sobrius, si ĳ respiciantur qui prius dicebant temere. Cùm ergo dixisset φ Anaxagoras & prior Hermotimus has rationes tetigerunt, subiunxit: Qui sic ergo existimant, vnà cum eo quod rectè causam esse eorum quæ sunt, principium posuerunt, & eiusmodi vnde ĳs quæ sunt inest motus. Laudat ergo eos qui mentem finalem causam ponunt & efficientem. sicut etiã paulò ante laudauit Anaxagoram, quòd mentem dicens principium motus, eam & impatibilem & immixtam seruauerit. Quoniam autem Alexāder, & quidam alĳ ex Peripateticis, vidētur existimare Aristotelem dicere esse cœli causam finalem & motricem, sed non efficientem. vt etiam significauit quæ paulò ante adiecta est dictio Alexãdri, dicentis, quòd id quidem quod primò mouet est motus diuini corporis efficiens, quod est ingenitum: age ostendamus eum quoq; putare mentem esse cœli causam efficientem. Ac sufficeret quidem definire hanc ipsam causam efficientem, eam vnde est principium motus: mētem autem seu immobile causam dicere, vnde est cœlestis motus principium proximè ac continenter: per cœli enim motum etiam motus eorum quæ sunt sub luna principium est immobile: verùm etiam in secũdo naturalis auscultationis, dicens fortunam & casum esse causas per accidens, quæ accidunt ĳs quæ sunt per se efficientes, nempe menti & naturæ (dicens enim modum causæ in ĳs vnde vtrunq; ipsorum est principium motus, fortunã & casum dicēs) hæc subiungit. Quoniam autem casus & fortuna causæ sunt eorum quorum mens vel natura causa fuerit, cùm eorum ipsorum fuerit aliqua causa per accidens: nihil autem eorum quæ sunt per accidens est prius ĳs quæ sunt per se: est ergo casus & fortuna mente & natura posterior. Quare si vel maximè hui⁹ cœli causa sit casus: necesse est vt prius mens & natura causa sit & aliorum multorum & huius vniuersi. Sed qui est contradicendi peritus ex hoc forte effugiendi viam aliquam inuenerit, dicens nõ hoc in ĳs ostendere Aristotelem quòd mens & natura sint cœli causę: sed quòd qui dicit casum & fortunã esse cœli cau-

sas

fas efficientes, necesse habebit causari mentem & naturam. Illud autem est attendendum, quòd id quod est ab alio mobile etiam aliunde consistat necesse est, siquidem motu est melior ac præstantior substantia. Si autem vel cuiusuis finiti corporis est ex eius sententia vis finita, motrix scilicet & quæ facit consistere substãtiam: necesse est ergo quẽadmodum motum æternum habet á causa immobili, ita etiam æternam corpoream substantiam suscipiat ab incorporea. Scripsit autem Præceptor meus Ammonius librum integrum, qui multa suppeditat argumẽta, quòd Aristoteles existimet Deum esse vniuersi causam efficientem. ex quo ego quædam huc traduxi quæ visa sunt sufficere ijs quæ sunt proposita: perfectiorem autẽ de ea re doctrinam licet illinc sumere. Siquis autem quærit cur nam Aristoteles non tam apertè dixerit Deum causam efficiẽtem, quàm finalem: dicam nunc id etiam quod prius dictum est de genito. Quoniam id quod facit, facit id quod fit seu gignitur: id autem quod

Ammonius scripsit librũ quod Deus sit mundi cã efficiens.

Cur Aristoteles non aperte dixerit Deũ eẽ mundi causam efficientem.

F fit uidetur simul inferre generationis principium temporis: ideo corpora quę sunt æterna, ea gigni aut fieri dicere recusauit, & efficiẽtem eorum causam sępe & apertè nominare. Et forte siquis dicat id quod fit & id quod facit propriè cõuenire in ijs quæ gignuntur & intereunt, quæ tempus singulare vnà secum inferunt: in æternis vtetur alijs nominibus. Vide autem quòd æternum quidẽ motum non recusauit dicere Aristoteles, & si motus in eo quòd fiat habeat id quod est: generationem autem æternam noluit dicere in eodem. quoniam id quod fit seu gignitur, videtur fieri cùm prius non esset, & vult rursus interire. Huius itaq; libri singula sic pro viribus explicaui. Satius autem fortasse fuerit breuem ac compendiosam capitum rationem addere ijs quæ dicta sunt, quę & quæstionum ordinem accuratè indicet, & lectoribus ea quæ legerunt in memoriã reuocet. Nam cùm in principio quærendum proponeret an semper sit motus, & neq; factus sit cùm prius non esset, neq; sit interiturus vt

Octaui libri capitum epilogus.

G postea non sit amplius, hoc quidẽ primum ostendit propemodum ex omnium Physicorum consensione, solos Anaxagoram & Empedoclem, vt qui non semper esse motum viderẽtur dicere, rejiciens. Secundò ostendit ex definitione motus, quòd non possit sumi nec primus nec vltimus motus. sed & primo semper est prior, & postremo posterior, vtpote quòd semper sit motus. Tertiò hoc ipsum ostendit ex eo quod est in tempore prius & posterius: Quartò, ex ipso Nunc quod est in tempore, quod est semper medium inter præteritum & futurum. Deinde cùm aduertisset quòd dicere prius quidem infinito æuo non esse motum, postea autem esse, videtur figmento simile, sicut etiam dicere, Sic ortus est: tunc deinde exponit obiectiones quæ fiunt aduersus hoc quòd semper sit motus. quæ quidem sunt tres. Quarum prima quidẽ, ex eo quòd omnis mutatio fiat ex contrario in contrarium, & terminata sint contraria: non esse continuum & æternum motum conatur demõstrare. Secunda autem,

H quòd fiat motus qui prius nõ erat conatur ostendere, ex eo quòd inanima quæ prius non mouebantur moueantur postea. Tertia autẽ, ex animatis, quòd ea quoq; cùm prius non mouerentur moueantur postea, non apparente causa quę mouet sicut in inanimis: et ideo magis in his videatur fieri motus qui prius nõ erat. Et deinde soluit obiectiones, Primam quidem, ex eo quòd quæ ex contrarijs quidem in contraria fiunt mutationes sint finitæ: nihil autem vetet quominus sit aliquis vnus continuus & æternus, alij autem ex eo quòd ante eos qui apparent sint alij motus. Deinde cùm ad principium reduxisset orationem, diuidit eorum quæ sunt relationem & habitudinem quam habent ad motum & quietem. Et primũ quidem ostendit quòd non semper quiescunt omnia, & ex euidentia, & ex diuersis rationibus. Deinde q; neq; omnia semper mouentur. & tertiò, quòd neq; alia quidem semper mouentur, alia verò semper quiescunt, neq;

E omnia aliquando quiescunt, aliquando verò mouentur. Deinde repetita diuisione, et partibus quę dictę sunt breuiter confutatis, eam quæ reliqua est confirmat, quæ dicit alia quidẽ semper quiescere, alia verò semper moueri. Post quæ facit diuisionem entium quæ mouent & eorum quæ mouentur ad proximè futuram demonstrationem, quòd scilicet quicqd mouetur, mouetur ab aliquo. Ex quo rursus ostenditur, q; ex ijs quæ sunt, alia quidem semper mouẽtur, alia verò semper quiescunt, alia autem aliquando quidem mouentur, aliquãdo verò quiescunt. Præterea autẽ quòd ijs quidem quæ mouent & mouentur prius est id quod est per se mobile: ijs autem quæ absolutè ac solummodo mouẽt prius est id quod est immobile. In eo autem quòd ostendit, quòd quicquid mouetur, mouetur ab aliquo alio præter se, ostendit quòd etiã corpora naturalia quæ sunt simplicia, nõ mouent seipsa, sed mouẽtur ab alio: vi quidem, ab eo quod iacit, trudit, vel trahit: secundùm naturam autem, ab eo quod ipsum

F mutat ex eo quod est potestate in id quod actu est. et q; qui aufert impedimentũ, mouet, sed per accidens. Deinde contracta oratione breuiter ostẽdit quòd quicquid mouetur, mouetur ab aliquo, vel per se mouens, vel per aliud. Si hoc autem ita se habet: necesse est vt vel eat in infinitum dicendo aliud moueri ab alio, vel vt perueniat ad id quod mouetur á seipso. Deinde etiam ostendit alia ratione quòd ijs quæ mouent & mouentur prius est id quod est per se mobile. Et cùm sic inuenisset id quod primò mouet vt quod mouetur, deinceps etiam inuenit id quod est immobile: ostendens quòd non quicquid mouet ipsum quoq; motum mouet, neq; per accidens, neq; per seipsum. Et primum ostendit quòd nõ per accidens. Et cùm interim dixisset, q; cùm sit id quod solùm mouetur, & id quod simul moueat & moueatur, consentaneũ esse vt sit id quod solùm moueat nec moueať: tunc ostendit quòd nec per se necesse est quicquid mouet ab aliquo motum mouere. Et generaliter deinde ostendit, quòd id

G quod primò mouetur, vel mouebitur ab immobili, vel á per se mobili. & addit q; id quod est per se mobile est magis principiũ motus, quàm id quod mouetur ab alio. & tunc quærit modum quo seipsum mouet id quod est per se mobile. & ostendit quòd sui quidem parte mouet, nempe anima quę est immobilis: mouetur autem parte, nempe corpore. & neq; totum mouet & mouetur, neq; toto partẽ mouet, neq; toto totum. Quibus addit quòd nulla pars eius quod est per se mobile est per se mobilis. Et deinde concludit q; id quod primò mouet est immobile, vel proximè ac continenter mouens, vel per intermedium id quod est per se mobile. in quo rursus id quod mouet est immobile. Et deinceps ostendit quòd id quod primò mouet est immobile & æternum, vt quod superet motum & mutationem quæ fit per generationem & interitum. et quòd est vnum. Ambo autẽ ostendit, cùm interim posuisset esse aliquem motum continuum & æternum, quo, cùm sit primus, ab eo quod primò mouet, est

H & consentaneum & necessarium moueri. Postea autem ostẽdit talem esse motum cœlestium. Porrò autẽ ostendit etiam ex alijs principijs motus, q; id quod primò mouet est etiam per accidens immobile & æternum. et deinceps adijcit consequenter, q; id etiam quod proximè ac coherenter mouetur á causa immobili & æterna, æternum sit necesse est. Et deinde probat id quod posuerat esse aliquem vnum motum & continuum, cùm prius sumpsisset oportere eum qui primus est esse talem: & cùm multis modis demonstrasset lationem esse primã ex motibus & mutationibus. et quòd motus lationis qui regreditur in recta quę est finita, non possit esse cõtinuus, neq; mixtus: sed sola circulatio. quod enim regreditur, interim sistitur. Cùm autem meminisset signorum quæ rectam diuidunt & finiunt, & ea Nunc quæ sunt in tempore sumpsisset proportione eis conuenientia, rectè aduertit quòd Nunc quod tempus diuidit, si respiciatur quidẽ

tempus,

tempus, est vnius quidem finis, alterius verò principiũ: Si verò res quæ in tẽpore, adijcietur posteriori. et quòd tempus nõ componitur ex ijs quæ nullas habent partes, nec in ea diuiditur. quod quidem ostensum est etiam in ijs quæ hũc librum præcedunt. Porrò autem via quoq; magis logica & magis communi ostendit, quòd necesse sit oppositos motus statu intercipi. et in omni mutatione generalius extendit demonstrationem, ex his ostendens q̃ quæ recta mouentur, non mouentur vno & continuo motu. et tunc idem ostendit generaliter & conuenienter ei quod est propositum. Et deinde ostẽdit quòd solus motus circularis potest esse cõtinuus. siquidẽ neq; componitur ex contrarijs motibus vel oppositis, sicut is qui est in recta: neq; quiete intercipitur, vt ille, & alij oẽs motus & mutationes. Si ergo ostensum quidem est lationem esse priorem alijs motibus: ex latione autem prima est circulatio, vt quę ipsa possit esse sola continua & vna: omnium scilicet motuum prima fuerit circulatio. Quocirca est etiam mensura aliorum. Et similiter etiam ex eo quod est mẽsura, vt sit prima euenit. est enim mensura prior ijs quæ ipsa dimetitur. sicut vnitas numero. & digitus vel pes maiori magnitudine. Quæ est autem pri

A ma, iure est & mensura & æquabilis mansio aliorum. Deinde vt solet & ex sententia aliorum Physicorum, & ex vsu nominum, probat lationem esse primam aliorum motuum. Et cùm ea quæ sunt prius demonstrata summatim repetijsset, adijcit q̃ id quod primò mouet nullas habet partes & est expers magnitudinis. siquidem nec fieri põt vt sit infinita magnitudo, neq; vt sit vis infinita in finita magnitudine, vt ostendit. Iam verò hoc quoq; adijcit quod cum eo conuertitur, nempe q̃ fieri non potest vt in infinita magnitudine sit vis finita, etiam si quis posuerit esse infinitam magnitudinem. Quoniam autẽ tota oratio ex eo depẽdet, quòd quicquid mouetur, mouetur ab aliquo, magis probabilem reddens orationem, contra eam adducit obiectionẽ quę fit ex ijs quæ iaciuntur: & eam soluit. Et tandem summatim concludit orationem, quæ ostendit id quod primum mouet & carere partibus, & non posse diuidi. per quod ostendit Philosophus naturalem totam constitutionem dependere à causa super naturali: & naturæ contemplationem à prima Philosophia, hunc pulcherrimum finem imponens operi de principijs naturalibus.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

* a b c d e f g h i k l m n o p q
r s t u x y z A B C D E F G.

Quaterniones omnes, præter * duernionem & G quinternionem.
Tabula per se patet.

Venetijs apud hæredes Lucæantonij Iuntæ
Mense Septembri, Anno M D LI.

INDEX OMNIVM, QVAE IN SIMPLICII

COMMENTARIIS NOTATV DIGNA CONTINENTVR

SECVNDVM ORDINEM ALPHABETICVM.

A FORTVNA fieri aliquid, et ipsa fortuna: in quo differant. pagina. 57. columna. 3. Litera G.
A motu in motum fit mutatio per accidens. 146.2.C
A Sole proximè res non intereunt. folio 202.2.B
Absq; tempore Deum non esse mundo interitum allaturum, si cùm uolet, hoc sit facturus. 203.1.A
Abscisse quomodo sit intelligendum. 76.3.F
Abstracti albores & dulcedines inter se differunt. 134.4.E
Absurdi quod est græcè ἄτοπον etymologia. 12.2.D
Absurdorū quæ in loco quærēdo oriunt quænā sit cā. 106.3.G
Accessus & abscessus non fiunt per ea quæ sunt minima, etsi id quod abscedit, & accedit diuidantur. 207.4.H
Accidens non est id quod est. 19.4.E
Accidentis definitionem subiectum nunquam suscipit. 20.1.A
Accidentis species est id quod inest alicui potestate. 228.1.A
Accidentia opus habent tempore. 111.1.A
Accidentia aliqua semper adsunt, aliqua uerò aliqñ. 20.1.A
Accidētia habent distātiam quæ fit per submissionē. 110.4.H
Achilles cur ποδάρκης dictus ab Homero. 176.2.A
Actio, & passio pōt esse una subiecto, diuersa ratione, 76.3.G
Actio & passio alterū pro altero sumuntur æquiuocè. 75.4.B
Actio est necessario unius in alio. 76.2.D
Actio una, et cadē, esse nō pōt eorū q̃ sunt diuersa spē. 76.2.A
Actus quid sit. 68.1.D
Actus eius quod est potentia, est passio. 72.4.E
Actus est perfecti. 144.3.B
Actum omnem esse motum dicebat Plato. 73.1.A
Actu esse quid. 68.1.D
Actu solum quænam sint. 67.3.H
Actu tantum esse contingere quantum est potentia, quomodo dicat Aristoteles. 88.3.F
Actuum quid sit. 1.1.B
Ad locum proprium fertur unumquodq; natura, & manet in eodem. 104.2.C
Ad materiam & formam nihil mouetur. 95.3.F
Ad primum rerum principium tandē est deueniendū. 198.3.H
Additio et diuisio in īfinitū in quo cōueniāt, et differāt. 86.3.G
Additio & diuisio habent infinitum, sed conuerse. 86.1.D
Adonidis in hortis celeriter nasci frumentum. 158.1.D
Adiuuantes causæ duæ, materia & forma. 52.4.G
Aduersus quos non sit disputandum. 8.4.B
Aer est oīum qualitatum expers, nisi qđ est tactilis. 114.3.E
Aer cum alijs collatus habet sensiles differentias. 33.1.C
Aer multam habet intelligentiam. 24.4.B
Aeris plus ex aqua fieri quomodo sciri possit. 120.3.F
Aerem cur esse principium uoluerit Anaximenes. 6.3.F
Aer terræ propinquus accedit ad naturam aquæ. 104.4.G
Aerem humidum solet dicere Aristoteles. 83.1.D
Aetherem quintum corpus præter elementa statuebat Plato, ut ait Xenocrates. 201.2.C
Aethereum corpus per substātiam solum est actu, per motum localem actu & potentia. 67.4.E
Aeternus, & æuiternus differunt. 199.2.C
Aeterna quænam sint. 235.2.D
Aeterna sunt quæ à Deo fiunt nullo interiecto medio. 198.3.H / ibidem. 4.G
Aeterna plura non mouent. 220.1.A
Aeterna quomodo sint in tempore. 129.4.G
Aeterna sunt tempore superiora. 130.2.A
Aeterna sint ne in tempore. 136.4.E / 138.3.H
Aeterna mouentur solo motu locali. 223.2.B
Aeternam causam esse oportet, cur aliqua aliquando sint, aliquando non sint. 219.2.C
Aeternum esse tempus Democritus apertè dicit. 199.1.B
Aeuum. 137.2.D
Aeuum quidnam metiatur. 111.4.F
Aeuum exemplar temporis. 139.3.E
Aeuum medium inter id quod est, & discretam mentis submissionem. 137.4.G
Aeuū ut se habet ad uitā, ita primū tempus ad aīam. 137.4.H
Aeuum colligit extensionem essentiæ in immobilem mãsionem in eo quod semper est. 136.1.B
Aeui quis sit effectus. 136.2.B
Aequinoctialis circulus & Zodiacus. 178.2.A
Aequiuoca dicuntur ex æquo, & non ex æquo. 96.3.E
Aequiuoca esse possunt quæ sunt sub eodem genere. 68.3.G
Aequiuocatione indistincta ludere, est puerorum. 200.4.H
Aequiuocationum multæ sunt differentiæ. 190.2.B
Affectio est æquiuocum. 141.3.G
Affectiones quæ græcè πάθη capiuntur aliquando pro accidentibus. 28.2.A
Affectiones uel sunt sensus, uel non sine sensibus inquit Plotinus. folio 186.4.C
Affectiones simul omnes esse non possunt. 28.2.B
Affirmatio quomodo sumatur aliquando. 142.2.B
Agens & patibile cùm simul fuerint, fit actu quod erat potentia, id actu, quod est per habitum. 211.2.B
Agens, et patibile non sufficit in disciplinis, nisi adsit animi institutum. 211.2.D
Albor corporatur per corpus. 110.4.F
Album dicitur quod albi habet plurimas partes. 177.2.B
Album absolutè non esse, et non totū albū, differunt. 177.2.C
Alcionum industria. 64.1.D
Alexandri ad Aristotelem epistola. 2.2.A
Alexander Aphrodisieus Platonis decreta non satis considerauit. 7.3.F
Alicubi quid significet apud ueteres. 91.1.A
Aliquando quid significet. 131.4.F
Aliquando, tempus omnino significat. 201.1.A
Aliud est quærere principia rerum naturalium, aliud principia mutationis. 35.4.F
Alterari cur uideant quæ p uirtutes, et uitia mutant. 185.4.F
Alteratio. 149.3.H
Alteratio an habeat principium quod est in re. 17.2.C
Alteratio est quædam generatio. 17.2.B
Alteratio est nomen cōmune motus in qualitate. 70.4.F
Alteratio est in ijs quæ per se patiuntur à sensilibus. 184.3.G
Alteratio diuiditur simul cum subiecto nisi tota fiat simul mutatio. 171.3.F

Alteratio fit per qualitates patibiles. 187.3.H
Alteratio nõ solũ in q̃litate, sed ẽt ĩ cõuersiõe materiæ. 35.2.C
Alteratio non fit per partes, sed tota simul. 208.1.A
Alteratio non est eorum quæ ad aliquid referuntur. 185.4.E
Alteratio pro mutatione in qualitate, quantitate, & substantia. folio 121.3.H
Alterationis motus non est continuus. 209.1.C
Alterationis animatorũ, & inaiatorum differentia. 184.1.D
Alterationi accedit symmetria. 195.4.F
Alterationi accedit habitus. 185.4.G
Alterationem uocauit Anaxagoras concretionem ac discretionem. 26.1.C
Alteratione fit generatio, non excretione, aut compositione. folio 28.3.H
¶ἅμα simul in tempore: ὁμοῦ simul in loco. 200.2.B
Amicitia, & contentio mouent per lationem. 233.1.C
Ammonius scripsit librũ q. Deus sit mũdi cã efficiẽs. 241.3.E
¶Anaxagoras dicebat infinitum esse in seipso. 96.3.F
Anaxagoras in principijs ponit contraria. 29.1.D
Anaxagoras mentem adducit in generatione. 50.2.A
Anaxagoras motum dixit cœpisse, nec an sit mansurus definijt. folio 204.4.G
Anaxagoras similares partes posuit pricipia in subiecto, mentem autem causam efficientem. 24.4.H
Anaxagoras similarium partium mixturam cur introduxerit. folio 78.4.H
Anaxagoras similaria corpora ponit principia. 5.2.C
Anaxagoras simplices & principales qualitates ponit elementa. 28.4.F
Anaxagoræ Concretio, & Discretio. 182.3.F
Anaxagoræ de mundo sententia. 194.3.E
Anaxagoræ de similaribus partibus opinio defenditur à Simplicio. 27.1.B
Anaxagoræ de similarium partium congressu opinio defenditur à Simplicio. 79.1.C
Anaxagoræ & Parmenidis in uniuerso uno consensio. 6.2.C
Anaxagoræ permulta ex primo naturalium. 25.1.C
Anaximander quandã naturã infinitã dicit principiũ. 4.4.H
Anaximenes aerem dicit principium. 5.1.A
Angulo semicirculi & ceratoeidi non est æqualis rectilineus. folio 10.1.D
Anima à Deo illuminatur. 30.2.A
Anima amittens uirtutem non est propriè anima. 185.2.D
Anima contracta in unam speciem cognoscit ea quæ habent in tempore id quod sunt. 140.1.C
Anima cur dicatur principium motus. 108.4.F
Anima cur dicitur locus formarum. 112.1.A
Anima est fons, & principium aliorum motuum ex sententia Platonis. 133.3.H
Anima & Ars est prior natura & fortuna. 60.1.A
Anima & mẽs processit ab eo quod manet et ad ipsum est conuersa. 23.4.F
Anima, & tempus quantopere inter se conueniant. 137.4.H
Anima habet relationem ad tempus. 200.2.B
Anima habet alias rationes agentes, alias quiescentes, & potestate. 219.4.B
Anima non est in corpore tanquam in uase. 167.2.C
Anima omnium animantium res eadem. 24.4.F
Anima quid differat à natura. 47.4.G
Anima quomodo moueatur. 167.1.D
Anima quomodo sit particeps temporis. & æui. 139.2.D
Anima si non sit, sit ne tempus. 133.2.B
Anima est causa traiectitiæ motus facultatis ex sententia Platonis, & Aristotelis. 240.1.A
Animæ tractatio in quo constat. 1.1.D
Animæ cur uehiculum dei nr. 167.2.C
Animæ substantia cuiusmodi, nempe media inter id quod est, & generationem. 136.4.H
Animæ & corporum æternorum aliæ sunt mensuræ præter tempus. 130.2.B
Animæ uehiculum cur adhibeatur à nonnullis, ut dicit Alexander. 167.1.D
Animæ ad naturam, quæ uitæ ad motum naturalem est eadem proportio. 193.4.F
Animæ immortalitas quomodo à Platone probetur in Phædone. 75.3.F
Animæ habitus quomodo fiant. 186.2.C
Animam quo modo inuenerint Plato, & Aristoteles. 47.4.E
Animam quomodo dicat immobilem Aristoteles, Plato uerò per se mobilem. 219.2.D
Animam & cœlum Plato ponit in tempore. 137.3.H
Animam seipsam mouere ut gubernator nauem quomodo intelligendum. 44.3.E
Animam non posse separari à corpore. 167.1.D
Animam & naturam in cœlo eandem esse existimat Aristoteles. 212.2.A
Animam separari quid sit. 167.2.C
Animam, causam motus facit Plato in Phædro. 233.2.B
Animam posse moueri ex sentẽtia Aristotelis, si motus sit actus eius quod potest fieri. 219.4.G
Animas quæ sunt in sphæris errantibus dicit Alexander moueri ab ea aia quæ mouet earũ corpora per accidens. 221.2.H
Animas non esse propriè principia motus cùm eius quoq; principia sint extrinsecus. 220.3.E
Animal quomodo sit per se mobile. 217.4.G
Animal mouetur quandoq; præter naturam. 209.4.G
Animal cur sit paruus mundus. 205.3.G
Animal sit ne nullius motus localis principium. 206.2.D
Animal intelligens exemplar animalis naturalis. 49.3.E
Animale particeps unius, & formarum. 39.2.B
Animalia quomodo seipsa moueant. 220.4.E
Animalia non sunt semen, nec semen ante animalia. 64.3.H
Animalia quomodo seipsa moueant si sunt continua. 210.3.F
Aialiũ sunt quidã motus naturales, et nõ ex seipsis. 220.4.E
Aialia, & plantæ q̃uo per naturam, cùm sint animata. 43.3.F
Animantium motus uoluntarius fiat ne in uani. 117.1.C
Animatum propriè quod aiam habet in se uiuentem. 233.2.B
Animati differentia ab inanimato. 47.4.E
Anni principia apud diuersas gentes diuersa. 151.3.H
Antiperistasis non est causa motus. 239.2.A
Ἀντιπερίστασις seu obsistentia quid sit. 239.1.D
¶Apaturiorũ quæ Athenis agebant quot ẽent dies. 124.2.D
Appetitiones, iræ, et cupiditates sunt motus corpei. 167.2.A
Apum industria. 64.1.D
¶Aqua est aptissima uerti in contraria. 33.1.C
Aqua cur non maneat in medio aeris, aut gleba in medio aquæ. folio 104.4.G
Aqua quomodo par aeris dicta est ab Aristotele. 104.3.H
Aquæ mutatio in aerem, alteratio. 115.2.D
Aquã cur esse pricipiũ uoluerit Thales et Anaximãder. 6.3.E
¶Araneæ industria. 64.1.D
Archelaus Anaxagoræ discipulus. 5.2.D
Architectonicæ artes duplices. 50.4.G
Archytæ Pythagoræi de tempore opinio. 138.1.A

Archytæ de infinito pulchra interrogatio. 80.2.C
Argumentum ab auctoritate non est ualidum. 201.1.B
Argumentandi duplex ratio eius qui contradicit. 11.4.F
Aristoteles cur in naturalibus contradicat diuinis Theologiæ decretis. 14.3.F
Aristoteles contradicit ad id quod apparet. 4.3.B
Aristoteles in quo differat à Platone. 2.1.C
Aristoteles in quo differat à ueteribus physicis. 1.4.H
Aristoteles Demonstrationum principia semper sumit propinqua & continentia. 197.1.C
Aristoteles obseruat receptum usum nominum. 218.3.G
Aristotelis de fortuna opinio conuenit cum ueteribus. 60.1.D
Aristotelis de loco examinatur opinio. 105.1.D
Aristotelis liber de lineis insecabilibus. 85.2.D
Aristotelis sententia de contrarijs principijs sumpta ex Parmenide. 5.4.H
Ars est natura deterior licet id quod naturæ deest impleat; folio 64.1.B
Ars est naturæ adiutrix & imitatrix. 64.1.A
Artificialia sunt in loco per accidens. 91.4.G
Artificialia sunt post naturam. 47.4.F
Artificialium partes sunt artificiales. 43.3.E
Asclepiodotus Procli discipulus. 199.3.F
Aspectabile usui appropinquat. 184.2.B
Astrologiæ & Astronomiæ differentia. 48.4.G
Astrologus in quo differat à Physico. 48.3.F
Ἀθρόως.i. aceruatim quid significet. 17.2.C
Atomi cur diuidi nequeant. 160.2.C
Atomi Democriti habent magnitudinem. 79.2.B
Atomorum unum cōe corpus ponebat Democritus. 79.2.B
Atomos cur principia esse statuerit Leucippus & Democritus. 6.2.D
Atomos ferri nō posse p inane, nec inæqli celeritate. 118.4.H
Attractio quid sit. 183.1.D
Augeri in alia quomodo dixerit alicubi Aristoteles. 115.2.D
Augmentum quomodo fiat. 115.4.E
Augmētum adesse naturalibus quō dicat Aristoteles. 43.3.H
Auscultatio naturalis cur dicatur. 1.3.F

B

Beatitudo non est finis per se. 93.2.A
Bonum bonos facere dicentes stoici, sumebāt id quod est in principio. 201.3.G
Bonum diuinarū & humanarum alarum non est idē. 163.3.E
Bona, & mala possunt esse eiusdem, & diuersarum specierum. 181.2.D
Bonorum alia principalia, alia punientia. 60.4.G
Boni quō dicantur habere contrariorum potestatē. 163.2.D
Bruta faciunt, certum finem sibi proponentia. 64.1.C
Bruta & plantæ sunt res naturales apud Aristotelē. 64.2.A

C

Api tuis pennis prouerbium. 115.3.G
Casus fieri quid sit. 58.3.G
Casus latius patet quàm fortuna. 58.3.F
Casus non est in ijs quæ fiunt præter naturam. 59.3.E
Casus & fortuna in quo differant. 58.2.B
Casus in quo differat ab eo quod fit à fortuna. 59.1.B
Causa quid sit. 2.3.F
Causa per se. 53.4.H
Causa potest esse per accidens. 41.1.A
Causa per accidens. 53.4.H
Causa duplex, eius quod est necessarium, & eius quod bene est. folio 62.2.B
Causa propria, & suprema. 54.3.G
Causa prior. 54.1.A
Causa posterior. 54.1.A
Causam esse continui & æterni motus, est æternum & necessarium. 219.3.B
Causam efficientem ponit Plato mentem. 37.1.A
Causam exemplarem ponit Plato. 37.1.A
Causæ quænam sint. 1.2.D
Causæ rerum naturalium sunt omnes materiales. 51.1.D
Causæ tres ad unam redeunt. 61.2.D
Causæ diuersæ sæpe redduntur rogantibus. 61.1.D
Causæ naturæ primæ, duæ, efficiens & finis. 52.4.F
Causæ actu. 54.1.D
Causæ potestate. 54.1.D
Causæ connexæ. 54.1.C
Causæ solutæ. 54.1.C
Causæ quæ complentē ōpositū sunt materia & forma. 52.4.G
Causæ, quæ sunt per se, sunt definitæ. 57.1.A
Causæ per accidens quænam sint. 56.4.E
Causæ quæ sunt per accidens, sunt indefinitæ. 57.1.A
Causarum connexio multiplex potest esse. 54.2.D
Causarum sex sunt differentiæ. 53.4.H
Causarum pulcherrima contemplatio. 53.1.B
Causas efficientes immobiles considerat Theologia. 61.3.E
Causas esse quatuor probatur à diuisione. 61.1.A
Cedæ, damnatorum locus apud Lacedæmonios. 80.4.G
Celeritas, & tarditas non sunt species motus. 155.3.H
Celerius quid dicatur. 132.4.G
Centrum est circuli principium & medium & finis. 232.3.F
Centrum locus Vestis, & turris Iouis. 240.1.A
Cerebrum similarium esse partium dicit Aristoteles. 28.1.D
Cherili uersus unus quomodo gutta cauet lapidē. 207.3.G
Chaldæorum oracula. 107.1.A
Chaos uocabuli quænam sit etymologia. 92.1.C
Chaos quid sibi uelit apud Hesiodum. 92.2.A
Chaos quid significauerit apud Hesiodum. 91.2.A
Chaos imago eius quod intelligentia apprehenditur, & eius etymologia. 108.2.A
Charistiō machina Archimedis ad mouēda pōdera. 192.2.D
Cinis aqua iniecta quomodo non augeatur. 115.4.F
Circulus non est, nisi sit perfectus. 185.2.A
Circuli uidetur esse unus finis. 122.4.H
Circuli quadratura inuenta est cum quibusdam quæ contradicunt positionibus. 188.1.A
Circulo ferri, & per circulum ferri, differunt. 225.3.H
Circularis motus sit ne latio, seu motus per locum. 105.2.A
Circularis motus si ponatur continuus, nihil sequitur quod fieri non posit. 230.4.F
Circularis motus est continuus, ut qui non habeat aliquod signum quod sit finis, & principium. 231.1.B
Circularis motus est primus ut qui sit mensura aliorum motuum. 232.3.G
Circularis motus cur solus sit æquabilis. 232.4.G
Circularis motus est unus, & continuus, quoniam non habet actu distinctum principium, medium, & finem. 232.2.D
Circularis motus prior tempore. 232.1.D
Circularis motus est primus omnium. 222.2.D
Circularis motus est mensura motus, & temporis. 134.4.H
Circularis motus, aliorum motuum, & mutationum causa est. folio 133.3.G

Circularis motus sit'ne motus localis. 104.1.A
Circularis motus natura primus: qui peremptus omnes alios perimit. 232.1.D
Circularis motus possitne cõferri cũ eo qui recta fit. 188.2.A
Circularis numerus quis dicatur. 10.1.B
Circumuolutio quomodo fiat. 183.1.C
Circunferentia mutatur in motu eorum quæ mouentur in orbem. folio 177.3.H
Circũferentia non mutatur quæ magis curua reddit. 121.1.C
Circunferentiæ linea est indefinita. 151.2.D
Circunlatio est prior latione quæ recta fit. 232.1.B
Clepsedræ aquam non effundunt, si aer non ceperit locũ per quem influat. 100.1.C
Clepsydræ quomodo aquam suscipiant & emittant. 113.1.B
Coalitum est postremum in generatione ut uult Eudemus. folio 152.2.D
Cœlum & mundum ponit in æuo Aristoteles. 137.3.H
Cœlum & sphæra inerrans num sit in loco. 105.2.A
Cœlum uariè accipitur apud Aristotelem. 113.4.F
Cœlum non esse in loco. 101.2.B
Cœlũ eẽ materiale traditũ est à Platone et oraculis. 107.2.C
Cœlum non esse in loco in nullo loci significato. 103.2.C
Cœlum quomodo sit in loco. 103.3.B
Cœlum qũo nõ sit in loco etsi motu circulari mouet. 102.4.G
Cœlum nullum signum senectutis ostendere. 236.1.D
Cœlo dodecaedram figuram Plato tribuit in Timæo. 201.2.B
Cœlos per se inuicem procedere. 92.4.E
Cœleste corpus non esse infinitæ potestatis. 236.2.B
Cœlestia secundum suam naturam non intereunt, & non propter Dei uoluntatem, Simplicius. 236.1.C
Cœlestia sunt finitæ potestatis Grammaticus. 235.4.F
Cœlestia non habent materiam, sed subiectum. 61.3.F
Cœlestia, in motu tantùm habent id quod est potentia. 71.2.C
Cœlestia in quo differant ab ijs quæ sunt sub Luna. 71.2.D
Cœlestia quomodo naturalia. 36.3.B
Cœlestia mouebuntur etiam si nullum corpus spatium'ue ponatur immobile. 110.2.D
Cœlestia habent statum in centro. 43.4.H
Cœlestia non habent materiam. 36.2.D
Cœlestium corporum substantia, est genita. 136.4.H
Cœlestibus non inest priuatio. 36.2.C
Cœlestis sñba partim est tpe supior, partim est ĩ tpe. 130.2.B
Cogitatio non facit, ut in rebus sit aliquid infinitum. 90.2.A
Cognata corpora quæ dicantur. 104.2.D
Cognitio uniuersi, & totius est duplex. 3.4.G
Cognitio rerum sensilium assimilatur pueris. 3.4.F
Cognitio ex definitione & elementis. 4.1.A
Cognitio ex scientia in quibusnam disciplinis eueniat. 3.2.A
Cognitio dicitur etiam de sensu. 2.4.H
Cognitionem materiæ per proportionem uocat Plato adulterinam ratiocinationem. 37.3.B
Cognitionum quænam sint differentiæ, nempe probabilis, & improbabilis. 209.2.A
Cohærens quid dicatur. 151.4.G
Coloris definitio ab accidente. 72.3.B
Coloris definitio à fine. 72.3.B
Colores non esse natura dicebat Democritus. 89.2.D
Commune quomodo dicatur genus & species. 68.4.B
Cõia quomodo nobis aptiora, naturæ uerò obscuriora. 4.1.B
Communium substantia est in singularibus. 85.1.A
Communium substantia non tollitur ab Aristotele. 85.1.D
Comparabilis motus cum an sit quæritur, considerandum est tantùm, an habeat in specie differentias. 190.1.C
Comparabiles quinam motus sint inter se. 189.3.E
Cõparabilia sunt quæ idẽ nomen non habent æquocé. 188.3.B
Comparabilia non sunt quæ sunt eiusdem generis. 190.2.A
Compositio quid sit, & in quo differat ab ordine. 30.2.C
Cõpositio p trãslationẽ in affirmatione et negatiõe. 142.4.G
Cõpositum qũo sit principium et causa cũ sit effectus. 47.3.G
Compositum constare ex materia & forma Peripatetici dicunt. folio 53.3.F
Compositum ex materia & forma non est natura, sed per naturam. 46.2.A
Compositum ex materia & forma partim est, & partim non est. folio 22.1.A
Composita sunt notiora simplicibus. 3.3.G
Composita habẽt locum ex maiori dominatu Simplicium quæ sunt in ipsis. 91.4.G
Cõprehendunt principia quæ pcipiuntur intelligẽtia. 30.4.E
Comprehenduntur quæ sunt sensilia. 30.4.E
Comprehensio est definita. 28.1.B
Concinnum & inconcinnum opposita in compositis. 30.1.C
Concretio an fiat in tempore. 17.2.C
Concretio & secretio sunt motus per locum. 233.1.C
Cõcretio, et Secretio sunt motus maximè generales. 182.4.H
Concretio quid. 182.3.F
Cõdẽsatio et rarefactio ẽ pricipiũ oium affectionũ. 222.3.E
Conferre seu comparare quot modis græcè dicatur. 187.4.H
Confunduntur humida: miscentur sicca. 28.2.B
Constipatio quomodo fiat. 115.2.C
Consultatio locum habet in solis coniecturalibus. 65.2.B
Consumere, & dimetiri quomodo differant. 234.1.A
Contemplatio est scientis. 211.4.E
Contemplantes sciæ non habẽt opus motu naturali. 207.1.D
Contemplatiuum quid sit. 1.1.B
Contentionem & amicitiam in hoc mundo dominatum uicissim obtinere. 194.3.F
Contingens non est in æternis. 90.2.C
Contingens quid significet. 57.1.D
Continuum quid sit. 152.2.A/163.3.F
Continuũ est ultimũ in generatione quod cogitetur. 152.2.D
Continuũ omne potestate habet ea p quæ põt diuidi. 227.3.F
Continuum non componitur ex ijs quæ nullas habent partes, quæ deinceps consequuntur. 161.1.B
Continuum non diuiditur in ea quæ carent partibus. 161.2.C
Continuum non diuiditur in infinitas magnitudines. 23.1.D
Continuum nullum mouetur à seipso. 210.3.B
Continuum nullum fit ex punctis. 160.3.E
Continui partes etsi per se non moueantur, in toto tamen mouentur. 163.4.E
Continui finiti non est unus finis. 122.4.G
Continui diuisio est in magnitudines. 23.1.C
Continua diuidi posse in finita perspicuum est ex lineis quæ augentur & minuuntur. 172.4.G
Continua magnitudo qũo dicatur ex ijs quæ tangunt. 161.3.B
Continuorum magnitudo. 109.1.D
Continuorum nulla pars potest esse insecabilis. 165.2.A
Contradictio non est simul uera. 18.4.F
Contrarium sæpe ponitur pro opposito. 29.2.B
Contraria an sint æque principia. 34.1.C
Contraria ea sunt quæ distant plurimum. 151.2.C
Contraria esse accidentia. 32.3.F
Contra esse principia fatentur omnes physici. 29.1.A
Contraria fiunt ex contrarijs tanquam ex negatione & priuatione.

uatione. 143.3.G
Contraria in loco primùm apparuere. 151.2.D
Contraria naturaliter agunt unum in alterum. 30.2.A
Contraria non sunt principia si per se sumantur. 32.2.D
Contraria omnia reducuntur ad unam supremam oppositionem. 31.4.H
Contraria quomodo principia. 29.3.E
Contraria quo sint: quæ non sunt alterum ex altero. 29.2.D
Contraria sæpe simul sunt & per additionem & per contemperationem. 26.4.B
Contraria sunt quæ opponuntur per diametrum. 230.4.G
Contraria & priuationem ponit sæpe Aristoteles alterũ pro altero. 150.2.A
Contraria non fieri alterum ex altero: & ex contrario fieri contraria quomodo non pugnent. 30.1.D
Contrariorum alia habent intermedia: alia uerò non. 151.2.D
Contrariorum non eadem est causa. 93.2.C
Contrariorum non est idem actus & motus. 196.2.A
Coriphæus est qui primus chorum ducit. eum sequitur Parastates. in tertio loco est Tritostates. 222.4.H
Corpus est locus corporis. 112.1.D
Corpus esse in loco, non locum in corpore. 111.2.B
Corpus diuidi posse in infinitum quomodo dicatur. 236.1.A
Corpus est duplex. 38.1.D
Corpus & magnitudinem non dixisse Aristotelem in παραλλήλου, ut posuit Aspasius. 178.1.B
Corpus habet tres dimensiones. 92.3.G
Corpus non esse elementum. 90.4.H
Corpus non potest esse locus neq; quatenus corpus, neque quatenus expers materiæ. 107.4.F
Corpus non posse esse in inani. 116.2.B
Corpus nõ propriè definitur ex tribus dimẽsionibus. 108.1.D
Corpus per corpus non procedere. 92.3.G
Corpus per corpus procedere Stoici admiserunt. 92.3.G
Corpus quatenus corpus mensura indiget. 110.4.F
Corpus rectè positum quid dicatur. 110.2.C
Corpus æthereum supra hunc mundum. 112.2.A
Corpus finitum licet æternũ, habet finitam potestatẽ. 17.3.H
Corpus immateriale procedit per corpus immateriale & materiale. 107.3.G
Corpus mathematicum non est in loco. 108.1.C
Corpus quod fertur motu circulari, uerum ne sit moueri celerius, & tardius. 163.2.C
Corpus quod in orbem circumagitur quomodo naturale, si naturale habet in se principium patiendi. 212.1.C
Corporis quod circulari motu mouetur extremum est cõcaua Lunæ superficies. 102.1.D
Corporis non esse locum. 92.4.F
Corpore egrediente aliud eius locum subit, quod habet ipsum distantiam. 100.1.B
Corpora cur ferant ad propria loca quenã causa sit. 211.4.F
Corpora duo simul esse non posse, ne si alterum quidem sit mathematicum. 92.3.H
Corpora per se genita mortua per naturam habent quandam uitæ speciem. 48.1.A
Corpora quæ intercedunt, duo extrema elementa participant. 238.3.G
Corpora sunt partibus à seinuicẽ distincta, ac disiũcta. 236.1.B
Corpora sunt ex opinabilibus. 14.2.B
Corpora subtiliora possunt pcedere per crassiora. 167.2.D
¶ Cubitus procedit ex cubito qui est in anima. 110.3.G
Cur genitum esse tempus dicit Aristoteles dicere solum Platonem. 199.2.D

D

DAmas qd dicat de naturalibus libris Aristot. 160.1.C
Damascius Procli discipulus. 139.3.G
Damascius primus rectè explicauit locum qui est per positur am. 112.2.B
Damascij argumẽta, quibus uult probare totum tempus consistere. 137.1.A
Damascij de loco opinio. 109.1.A
Damascij de loco opinionem examinat Simplicius. 109.4.F
¶ De Aeuo idem sentit Aristoteles quod Plato. 126.1.D
De diuisione magnitudinum uaria ueterum sentẽtia. 160.2.B
De formis materialibus cognoscit Physicus. 51.1.B
De formis supernaturalibus non tractat Physicus. 51.1.C
De Fortunæ diuinitate opinio apud ueteres Græcos. 55.4.H
De ijs quæ sunt uel nõ sunt in tẽpore regula generalis. 131.2.A
De loco opinionum elegans explicatio. 105.1.C
De loco quæ dicunt à Platone dicuntur ẽt de materia. 91.2.A
De materia prima scripsit Plato ante Aristotelem. 36.1.B
De natura loquens Aristoteles non cõprehendit diam. 44.3.F
De principijs uariæ ueterum sententiæ. 4.3.E
De quiete cur non quærit sit'ne æterna. 206.3.G
De subiecto dici pro eo quod est esse in subiecto. 12.3.B
Decipi potest aliquis ex seipso. 156.4.F
Definiendum est primùm quid nomen significet ex sententia et Aristotelis, & Platonis. 12.2.B
Definitio à materia quandoq; sumitur. 66.4.F
Definitio ex æquo prædicatur de quouis definito. 195.3.G
Definitio minus nota q̃ nomen. 3.4.E
Definitio non ex æquo diuersis conuenit substantijs. 196.1.A
Definitio sumitur quandoq; à forma, & quandoq; ab utroq; nempe à materia, & forma. 66.4.F
Definitio fortunæ multiplex tradita à ueteribus. 57.2.C
Definitio nominis orationum. 16.1.A
Definitiones colliguntur ex ijs quæ per se eis insunt. 91.1.D
Definitiones cui diuersæ, id est diuersum. 97.1.D
Deinceps esse dr quædam quæ nõ sunt eiusdẽ speciei. 151.4.F
Deinceps esse positum quid sit. 104.3.E
Deinceps consequi quid dicatur. 151.3.F
Democritus contraria considerat in atomis. 29.1.B
Democritus in mũdi creatione adhibet fortunam, tollit autem in singularibus. 55.3.E
Democritus principia dicit plenum & inane. 5.3.F
Democritus pulsu dicebat moueri principia. 7.2.D
Demonstratiuæ rationes quid faciant. 225.2.C
Demonstratiue inquiritur quomodo. 82.2.D
Denominatio fit ex eo quod est amplius in aliquo. 177.1.C
Densum, Graue, & Durum. 121.2.D
Densum, & quod est simul non potest nisi cogitatione sola sumi in eo quod fiat. 140.1.A
Detrusio quid. 132.3.E
Deus facit materiam. 203.2.D
Deus Fortuna & occasio omnia regunt humana. 55.4.H
Deus mundo interitum allaturus absq; tempore. 202.3.H
Deus nõ solũ est finalis, sed ẽt efficiẽs causa uniuersi. 241.1.C
Deus non solũ fabricatur formas, sed etiã materiam. 197.2.B
Deum esse, & Diuinum esse, differunt. 79.4.H
Deum esse mundi causam efficientem cur Aristotelẽ non aperte dixerit. 241.3.E

Deum opificem Plato inuenit ex mundi substantia. 240.4.F
¶Dialectica de quauis re proposita ratiocinatur. 8.2.B
Dialecticus ex sententia Platonis quis sit. 8.3.F
Dialectici probant principia scientiarum. 11.4.G
Differentia in diuisione magnitudinis, & temporis. 55.4.G
Differentia inter causam à cœlestibus separabilem, & ipsa cœlestia, est eadem apud Platonem, & Aristotelem. 236.3.B
Differre differentijs. 135.4.E
Differre quæ dicantur. 135.3.B
Dij qui uocantur παρὰ μικρόν, id est qui parũ absunt apud Lacedæmonios. 58.1.A
Δήλιος κολυμβητής. 6.3.G
Dimetiri. 234.1.A
Dimetiri quid sit propriè. 164.3.G
Diminutio quomodo fiat. 111.4.B
Dimetiri & consumere quomodo differant. 234.1.A
Dimetiri pro consumere impropriè. 164.3.H
Diodorus putabat se ostẽdere corpa nullã hẽre partẽ. 160.3.F
Diogenes ambulando refellit argumenta Zenonis de motu. 175.4.H/209.2.B
Diogenes Apolloniades. 24.2.B
Diogenes Apolloniates aerem dicit principium. 5.1.B
Diogenes Apolloniates dicit esse in rerũ generatione multam intelligentiam. 24.3.G
Discens, de uero uel falso ne cogitans quidem quandoq; sumit scientiam. 156.4.F
Discretio facit esse aliud præter id quod est. 136.1.A
Discretio per unionem apparens ex causa sortitur multiplicationem. 14.3.B
Discretionis essentiæ mensuræ quæ sint. 136.5.B
Discretionẽ fieri nõ posse nec quãtitate nec qualitate. 28.2.C
Discretum habet infinitum à continuo, non continuum à discreto. 67.2.D
Discreta multis modis dicuntur. 111.4.E
Discretorum quænam sint mensuræ. 115.4.E
Discretorum confusionem quid tollat locus scilicet. 115.4.F
Discretorum multitudo. 109.1.D
Disputationes quærunt id quod est perfectum: usus autem id quod satis est. 150.4.E
Distãtia p formã differt ab ea quæ fit ex submissiõe. 110.4.G
Distinctiones ignorabant ueteres philosophi. 19.2.B
Diu manere nihil laborans potest. 239.3.H
Diuersitatem & inæqualitatem quomodo principia posuerũt Pythagorei, & Plato. 73.4.H
Diuidi posse in infinitum, & diuisum esse differunt. 23.1.B
Diuina, essentia actu sunt, nec habent aliquid potentia. 71.2.C
Diuisio faciẽda est in eadẽ rõne ut procedat in infinitũ. 86.2.B
Diuisio operum Aristotelis. 2.1.D
Diuisio remedium ad dubitationem eius quod est unũ. 16.1.A
¶Dormientibus in antro subterraneo Athenis quid acciderit. 124.2.C
¶Dubitatio, Quando mortuus est Socrates soluit. 228.3.G
Dubitatiões an sit tẽpus cur nõ soluerit Aristoteles. 140.2.D
Dubitationes q̃ uõ sit tẽpus qũo soluat Aristoteles. 140.2.A
Dubitatiões an sit tẽpus quomodo soluat Damascius. 139.4.F
Duo tantum contraria suprema & principalia. 35.4.H
Duodenarius Deorum numerus apud Platonem. 86.4.H
Duplex est supra, & duplex infra. 102.3.E
Duplex introducens Plato, multas soluit dubitationes. 16.1.A
Duplex mundus. 25.4.E
Duplex mundus ex sententia Anaxagoræ. 25.2.C
Duplex primus inuenit Plato. 18.3.H/59.2.B
Duplicem ordinem ponit Aristoteles. 49.2.C
Duplum prædicetur ne uniuocè in aqua, & aere. 188.4.F
¶Dyas natura infiniti cur apud Platonem. 73.1.C

E

EA etiam quæ sunt differentia, non autem contraria, habent ut nec ex alijs, nec alterum ex altero. 29.3.F
Ea quæ intelligentia apprehenduntur contineantur ne ab infinito ex sententia Platonis. 87.3.H
Ea quæ sunt in loco non esse in loco nisi per accidens. 95.3.H
Eadem esse quæ dicantur. 135.3.B
Eadem existentia non eadem consequuntur, nisi sit eadem ratio. 76.4.B
Eadem numero rursus futura dicebant Pythagorei. 128.3.H
¶Ebrij, dormientes, & pueri quod ad ignorationem attinet, quomodo inter se differant. 187.2.D
¶Ἐκ παραλλήλου. i. ex cõgeminatione, cùm duo uerba idem significantia ponuntur unum post alterum. 2.4.H
¶Effectorum, seu causatorum eadem sunt differentiæ, quæ causarum. 54.2.B
Efficiens causa est separata. 53.1.A
Efficiens causa ẽt incorporeorũ traditur à Parmenide. 5.4.H
Efficiens causa quid sit. 52.4.H
Efficiens & finis sunt sui inuicem causæ. 53.2.B
Efficiens ratio duplex. 52.2.B
Efficientis causæ differentiæ. 53.3.H
Efficiẽtem causam in materialibus posuit Anaxagoras. 2.1.C
Efficientem causam locum non esse probatur. 93.1.C
Efficientem causam cœli nosse Aristotelem. 42.4.G
Efficientem causam cœli proponere Aristotelem. 55.4.F
Efficientem causam naturaliũ rerũ tradit Aristoteles. 52.3.F
Efficientem causam naturalium quomodo prætermiserit Aristoteles. 47.3.G
Efficientem causam primam uult esse Aristoteles, non solum finalem. 61.3.H
Efficientem causam primam uult esse Aristoteles, non solum finalem. 61.3.H/62.1.B
Efficientẽ causam rerũ quãnam uelit esse Parmenides. 7.1.A
Efficientes causæ absolutè faciunt in æternis, ut plurimum autem in generabilibus. 62.2.A
Efficientes causæ propinquæ, sunt eædem specie. 63.3.H
¶Eius per quod fit mutatio sit ne aliquid primum. 171.2.B
Eius quod est esse in numero significata. 129.3.H
Eius quod fit à fortuna esse aliquam per se causam. 57.4.F
Eius quod fieri potest non omnis actus est motus. 74.3.H
Eius quod fieri non potest multa sunt significata. 179.1.C
Eius quod mutatur nihil potest sumi tanquam pars. 171.5.C
Eius quod mutatur hoc quidem est in eo, ex quo: illud uerò in eo, in quod mutatur. 167.1.A
Eius quod potentia inest, & materiæ similitudo. 86.3.E
Ei quod actu solum est nec ubi, nec Quando, nec situm esse conueniunt. 68.1.B
Eiusdem multæ sunt per se causæ. 53.2.B
Eidem duæ diuersæ rationes inesse nequeunt. 97.3.F
¶Elementum nec est corpus, nec incorporeum. 105.1.A
Elementum non potest esse per accidens. 41.5.A
Elementum quid sit. 2.3.F
Elementum, unum esse non potest. 83.1.A
Elementum unum qui ponunt, id ponunt tanq̃ materiã. 83.1.C
Elementa motu naturali non mouentur à seipsis. 210.2.D

Elementa

Elementa moueri secundum naturam ab eo quod ipsa mutat ex prima potestate in id quod est secundum potentiam. 213.3.E
Elemēta nō esse in pricipio à Deo facta uult Simpli. 198.4.F
Elementa quando secundum naturam moueantur, & quando præter naturam. 210.4.H
Elementa quæ magis accedūt ad centrū, sunt crassiora ijs quæ sunt in circunferentia. 24.3.E
Elementa rerum naturaliū accuratè considerat Philosophus. folio. 42.4.G
Elementa sensibilium sunt corpora. 93.1.A
Elementorum, & cœlestium summæ sunt infinitæ. 235.3.G
Elementorum in se inuicem mutatio fit in infinitum, & est æterna. 204.1.C
Elementorum naturalium accuratam scientiam tradit primus Philosophus. 37.3.H
Elementorum operatio non dicitur proprius eorum locus ut uult Alexander, sed ipsorum ad eum motus. 211.1.A
Elementorum summæ sunt æternæ. 235.4.B
Elementorum uniuersitates non sunt in loco, si uera Aristotelica definitio. 106.2.D
Elementaria principia primo loco tractanda. 43.1.A
Empedocles ponit principia quatuor elementa, & efficientem causam amicitiam, & contentionem. 24.4.H
Empedoclis de mundo ſnis, & eiusdē uersus aliquot. 194.3.E
Empedocles fortunæ multum tribuit. 55.3.G
Empedoclis uersus aliquot. 25.2.D
Entelechia qd significet apud Aristotelē. 46.2.B / 70.3.E
Enuntiatiua oratio non potest esse absq; uerbo. 15.1.B
Eo quod uerè est nihil est melius. 19.3.E
Eorum quæ ad aliquid referuntur diuisio. 69.2.A
Eorum quæ fiunt in substantia diuisio. 35.4.B
Eorum quæ fiunt, non omnium, sunt causæ naturales. 43.2.C
Eorum quæ mouentur in loco, & eorum quæ mouentur cum toto differentia. 99.3.G
Eorum quæ sunt maiorum partium totum est rarius. 24.3.E
Eorum quæ sunt minorum partium totum est densius. 24.3.F
Epicuri atomorum motum defendit Simplicius. 119.1.B
Epicurei dicūt id quod mouetur moueri in tota magnitudine: sed in unoquoq; eius non moueri, sed motum esse. 162.1.B
Est quid significet ex sententia Platonis. 16.1.A.D
Esse quid propriè dicatur. 12.4.E
Esse aliquo modo, & aliquo modo non esse. 15.2.D
Esse dici duobus modis uidit Plato ante Aristotelem. 39.4.G
Esse alterum in altero, & simul esse, differunt. 129.4.F
Esse id quod non est quomodo dicat Plato. 22.1.A
Esse in accidenti subiectum. 96.2.D
Esse in aliquo per commissuram. 99.2.D
Esse in aliquo ut in tempore. 96.2.D
Esse in aliquo quot modis dicatur. 96.1.D
Esse in numero quomodo dicatur aliquid. 129.4.E
Esse in seipso an liceat. 96.3.F
Esse in seipso, nihil dicitur in nulla significatione eius quod est in aliquo. 97.1.A
Esse in seipso non potest aliquid per accidens. 97.2.B
Esse in tempore quomodo dicatur esse. 129.2.D
Esse in tēpore simile est ei, quod est esse in numero. 129.4.H
Esse natura quid sit. 45.1.A
Esse non conuenit generationi. 136.2.C
Esse per contradictionem quænam dicantur. 172.2.D
Esse potentia quid sit. 68.1.C
Esse potestate, & actu per se, & per accidens, primus definijt Plato. 40.3.E
Essentia partium simul extenditur cū essentia totius in ijs quæ tempore remanent. 236.2.D
Essentiæ substantiales sunt priores relationibus. 198.3.F
Εὐ & δύς græcè significāt i cōpositis magnitudinē. 57.4.H
Euclidis primum theorema nō euertitur si tollatur id quod est actu infinitum. 89.2.B
Eudemus Aristotelem secutus in omnibus. 21.3.H
Eudemus maximè ex omnibus interpretibus nouit mentē Aristotelis. 171.4.H
Eudemi compendiaria scribendi ratio. 10.2.C
Eudemus ueri amicus. 177.4.F
Eundem locum si obtinet uinum uniuersum et per partes, quomodo mouetur à loco in locum. 100.3.F
Euidentia conans demonstrare caret intelligentia. 45.2.A
Euidentia non egent demonstratione. 45.1.C
Ex materia non adest corpori corporea distantia, sed solùm diuulsio, effusio, & indefinitio. 94.1.A
Ex principijs fiunt alia. 29.2.D
Ex priuatione fieri per accidens. 38.3.E
Ex subiecto & priuatione fiunt non solū accidentia, sed etiam substantiæ. 35.2.D
Ex substantia nihil gignitur quatenus ex substantia, sed quatenus hæc substantia. 47.1.A
Excedēs diuiditur in id quod exceditur, et excessum. 117.4.E
Exemplum primarium indiuiduorum quodnam sit. 16.3.G
Exemplaris causa necessariò ponenda. 61.2.A
Exemplaris & instrumentaria causa apud Platonem. 1.2.D
Exemplarem causam necessariò esse oportet. 53.1.A
Excretio similarium partium. 25.1.C
Excretio, Trusio, Attractio. 182.3.F
Externa seu ἐξωθεν quænam uocet Aristoteles. 122.1.D
Extrema quænam dicantur. 150.4.E / 151.1.B
Extrusio quid sit. 182.2.D

F

Facere & pati sit ne magis generale, quàm mouere & moueri. 146.1.C
Facere mundum quomodo dicantur Physici. 194.1.A
Facientia per se, & ea quæ fiunt naturaliter, faciunt similia, & fiunt. 216.1.B
Facultas interit unà cum interitu motus. 202.3.B
Facultas quæuis non est cuiuslibet magnitudinis mouendæ potestate prædita. 192.2.B
Facultatis mensuræ concurrunt ad hoc, ut contrariæ qualitates agant, & patiantur. 203.2.B
Facultates quæ pertinent ad momentum, habent corpora differentias. 119.3.H
Falsum minus est q̃ id quod fieri non potest. 12.2.C
Falsò dicta quænam sint soluenda, & quæ non. 9.2.B
Fatum esse in ijs quæ sunt secundum naturam. 159.1.D
Felicitas, nempe εὐτυχία differt à Beatitudine. 58.2.C
Felicitas & infelicitas sunt in magnitudine. 57.4.H
Felix ensis quomodo possit dici. 59.3.E
Felices lapides quomodo dicantur. 58.2.D
Fermè cautionem ostendit Philosophicam. 99.4.F
Ferri quænam dicantur. 149.3.F
Fieri ex contrario aliquid, aut ex priuatione omnino uult Simplicius. 203.1.D
Fieri ex eo quod non est quomodo sit intelligendum. 197.3.F
Fieri quænam dicerent Pythagorei. 128.3.H

Fieri quid sit in tempore, & motu. 136.2.B
Fieri quomodo dicatur aliquid. 143.1.D
Figura differre. 29.1.C
Figura est forma statuæ, non qualitas. 35.2.A
Figura magnam habet cõuenientiam cũ magnitudine. 121.1.C
Figuras elementorum principia constituentes, rectè faciunt, ut Democritus. 28.4.G
Finis quid sit proprie. 93.1.D
Finis duplex. 170.4.G
Finis duplex, cuius gratia, & cui. 50.3.H
Finis eorum quæ à fortuna fiunt proficiscitur à cogitatione. folio. 57.1.C
Finis est uel bonum quod uerè est, uel quod appellatur. 53.4.B
Finis & infinitum causæ diuisionis in ijs quæ percipiuntur intelligentia, & insensilibus. 81.4.H
Finis, & principium uno modo dicũtur in insecabili. 171.4.H
Finis non accidit ijs quæ fiunt ante finem. 63.3.G
Finis non est pars. 160.3.B
Finis non quiuis est id cuius gratia, sed id quod est optimum. folio. 50.2.D
Finis non sequitur ex materiæ necessitate. 65.3.F
Finis refertur ad aliquid, nempe ad seipsum ut qui sit finiti finis. 90.1.C
Finis sit ne alius à forma in Mathematicis. 61.1.C
Finem sibi proponit natura. 52.1.A
Fines duplices rerum. 101.2.A
Finalis causa est magis propriè causa. 66.3.B
Finalis causa est cuius gratia fit aliquid. 53.1.B
Finalis causa magis propriũ principiũ q̃ causa efficiẽs. 2.4.B
Finalis causa plurimorum. 53.4.F
Finalis causa prima apud Platonem. 7.3.F
Finalis causa quomodo consideretur à Physico. 51.1.D
Finalem causam cur Physici prætermitterent. 61.4.F
Finalem usq; ad causam uult Plato Physicum deducere quæstionem. 51.2.D
Finitum aut infinitum non est contradictoria rerum naturalium omnium diuisio. 77.3.E
Finitum est infinito melius. 28.4.E
Finitum infinito præstantius, & unum multis. 219.4.F
Finitum nec gigni nec interire potest in tpe infinito. 173.4.G
Finitum non peruadit infinitam magnitudinem tempore finito. 174.2.B
Finitum quod est, habet finem contra Alexandrum. 90.1.D
Finiti temporis ad finitũ est ratio, non ad infinitum. 234.2.A
Firmamẽta quodãmodo imaterialia ut uult Proclus. 107.2.D
Fluere omnia Heracliti sectatores fluxum respicientes dicebant. 231.4.G
Fluuius quid significet. 101.4.H
Fluuiũ eundẽ nõ licere bis ingredi dicebat Heraclitus. 12.4.F
Fontanam animam lucem & ignem animare, quomodo dicant oracula. 107.3.B
Forma accedit, & recedit sine tempore. 144.4.B
Forma aliter continet, aliter locus. 95.1.B
Forma duplex ex sententia Platonis. 37.1.D
Forma est duplex, una per figuram, altera per rõnem. 46.1.B
Forma est finis materiæ. 50.2.C
Forma est finis in rebus naturalibus & artificialibus. 66.3.F
Forma est magis causa, q̃ materia. 64.2.C
Forma & finis sæpe idem est in naturalibus. 61.2.D
Forma & natura quomodo sint in subiecto, cùm sint substantiæ. 44.4.H
Forma finit materiam. 87.3.G
Forma magis est natura, q̃ materia. 46.2.A
Forma Mathematicarũ sumatur ut id quod est melius. 62.1.C
Forma naturalis est causa propinqua & elementum eorũ quæ gignuntur & intereunt. 42.4.E
Forma non est accidens materiæ. 42.1.C
Forma non est quod dicit, nisi habeat suã perfectionẽ. 185.2.A
Forma prima & principalis mens, est bonum, & prima causa. 42.4.E
Forma quæ discretam habet substantiam est principium ingenitum, & immobile. 49.2.F
Forma quomodo dicatur exemplar ab Aristotele. 51.4.E
Forma quomodo dicatur moueri per se à causa efficiente quæ non adest. 212.3.B
Forma quõ maneat ĩ diuidẽdo, si forma est cõtinuitas. 89.4.B
Forma quomodo principium, si intereat. 38.4.G
Forma rõne solũmodo separari potest à naturalibus. 46.1.C
Forma si sumatur ut finis, est immobilis. 62.1.C
Forma sit ne in subiecto. 96.2.B
Forma sola separari non potest. 101.1.D
Formam esse in materia Platonici dicunt. 53.3.G
Formam esse naturam. 46.1.A
Formam etiam esse elementum non solùm materiam. 3.1.C
Formam per se contemplatur etiam Aristoteles. 49.2.D
Formæ circunscriptio non potest excedere. 87.4.G
Formæ definitionis partes sunt formales. 52.3.E
Formæ eorum quæ habent quod sint in eo quod fiant, cuiusmodi. 140.1.C
Formæ et priuatiõis oppositio in oĩbus prædicamẽtis. 69.1.D
Formæ & priuationis oppositio non sunt sufficientia principia nisi adsit materia. 32.4.G
Formæ illuminantur à formis intelligentibus. 52.2.C
Formæ naturales separari possunt intelligentia. 49.3.E
Formæ quæ est cũ materia nullũ est exẽplar, seu idea. 49.4.G
Formæ quæ per unionem mente pcipiuntur ex sententia Anaxagoræ. 6.2.B
Formæ solùm est generatio. 197.2.C
Formæ temporis determinatæ quomodo esse possint, si semper sit in fluxu. 140.1.B
Formarum causa duplex, separabilis & inseparabilis. 7.3.G
Formarum diuersarum diuersa est materia. 51.1.A
Formarum generatio fit per formarum differentias. 47.1.B
Formarum generabilium esse aliquid subiectum. 37.1.D
Formarum genitarum exemplar, sit necesse est quod est idea. folio. 49.3.H
Formarum multitudo statuenda ut sciatur id quod non est in ijs quæ sunt. 16.2.C
Formas considerat naturalis Philosophus, ut quæ fiant & intereant. 42.4.G
Formas quæ hic sunt nõ esse pricipales, et antecedẽtes. 49.3.F
Formale quid sit. 108.3.H
Formicarum industria. 64.1.D
Fortuna an sit indefinitè absoluta si aliæ sunt alijs causæ propinquiores. 57.4.F
Fortuna à ueteribus naturalibus etiam momentis tribuebatur. 60.2.C
Fortuna cum Deo à Platone collocatur. 60.4.H
Fortuna cur clauum teneat in sphæra. 60.4.G
Fortuna est causa sed ignota humanæ cogitationi. 60.3.G
Fortuna est causa assequendi. 60.4.E
Fortuna est causa efficiens per accidens. 57.1.C

Fortuna

Fortuna est diuina bonitas, quæ est assequendi causa. 60.3.F
Fortuna est in eo quod deest rebus artificialibus & naturalibus. 56.2.C
Fortuna est in ijs quæ sunt alicuius gratia ex Eudemo. 56.3.H
Fortuna est instabilis. 58.1.C
Fortuna & ars se mutuo diligunt. 54.4.H
Fortuna & casus in quo conueniant. 58.1.D
Fortuna & casus sunt causæ efficientes. 59.3.H
Fortunam in causis cur non enumerarint ueteres. 55.4.F
Fortuna in elementis & elementorum temperaturis. 60.2.D
Fortuna in intelligentium formarum discretione. 60.3.H
Fortuna in quo differat ab alijs causis per accidens. 56.4.F
Fortuna in ijs quæ consultò fiunt. 60.2.D
Fortuna in regione subter Lunam. 60.4.E
Fortuna in una manu tenet cornucopiæ. 60.4.G
Fortuna non est solùm in ijs quæ fiunt rarius. 60.4.F
Fortuna non in ijs solis quæ consultò & rarius fiunt. 60.3.E
Fortuna quomodo distinguatur à casu. 56.3.E
Fortuna utitur omnibus causis seruientibus. 60.4.F
Fortunæ dominatus in quibusnam sit. 60.3.H
Fortunam, id quod fit à fortuna quandoque uocant Plato & Aristoteles. 59.2.C
Fortunam non esse locandam inter causas. 55.1.B
Fortunam quid uocet Plato in rebus naturalibus. 60.1.C
Fortuna & casu fiunt quæ sunt rarius in natura eorum, quæ sunt. 56.2.B
Fortuna factum non dicitur in omnibus, in quibus euenit aliquid præter institutum. 58.4.E
Fortunam esse, & casum. 55.2.D
Fortunæ urbium cur honorentur. 60.4.G
¶ Fructus pro semine. 26.4.H

G

Galenus diligentißimus, & laboriosißimus. 180.3.F
Galenus quomodo malè intellexerit tempus non esse motum. 124.3.E
¶ Genera quædam sunt accidentia. 21.3.B
Genera, species, & accidentia sunt ab indiuidua substantia secunda. 16.3.F
Generatio absoluta quæ dicatur. 17.2.B
Generatio aliqua. 144.2.A
Generatio consideratur in eo, quòd gignatur: non in eo quòd sit genitum. 202.4.F
Generatio dicitur duobus modis. 142.3.F
Generatio, & interitus non sunt continua. 224.4.G
Generatio est duplex, simplex & composita. 34.2.D
Generatio est prior: posterior motus localis in singulis. folio. 223.2.D
Generatio fit aceruatim & absque tempore. 144.4.E
Generatio habeat ne extensionem temporis. 144.4.F
Generatio, interitus, & esse, simul commixta. 148.1.B
Generatio non est alteratio. 185.1.A
Generatio non est in materia prima, & in corpore absolutè. 144.1.A
Generatio non solùm in substantia, sed etiã in qualitate. 31.3.F
Generatio per concretionem. 25.4.F
Generatio per secretionem. 24.3.B
Generatio, quæ aceruatim fit, fit in tempore. 202.4.E
Generatio quæ est absolutè, dicitur absque adiectione: album cum adiectione. 142.3.H
Generationem qui per condensationem, & rarefactionem tradunt, eo ipso localem motum statuunt. 233.2.A
Generatio quomodo dicatur esse æqualis celeritatis cum generatione. 191.1.C
Generatio quomodo non sit eorum quæ referuntur ad aliquid. folio. 186.1.B
Generatio rerum naturalium quomodo fiat. 51.4.G
Generatio sit ne affectio. 144.3.F
Generatio tollitur si non aliquando moueatur, aliquando quiescatur. 207.3.B
Generatio uel est alteratio, uel non sine alteratione. 35.2.A
Generationis causæ aliquot. 52.2.C
Generationis, & motus differentia. 144.4.F
Generationis finis est in forma mansio. 157.3.H
Generationis mutatio non est generatio. 148.3.F
Generationis natura est causa adiuuans. 52.2.C
Generationis nõ esse generationem probatur ex comparatione disciplinæ, quæ non est disciplinæ generatio. 148.2.D
Generationis seu ortus nomine cur in æternis uti noluerit Aristoteles. 241.1.A
Generationis si sit generatio sit generationis processus in infinitum. 147.1.C
Generationis si sit generatio, id quod fit, quando fit, tunc interit. 14.3.G
Generationi non inest motus nisi per accidens. 143.2.B
Generationem & interitum cur à motibus reiecerit Aristoteles. 143.4.H
Generationem fieri à ratione ut causa efficiente. 52.1.B
Generationem quinam Philosophi tollerent. 39.1.C
Generationem simul fieri, & interire, uerum ne sit in ijs, quæ quod sunt habent in eo quod fiant. 148.1.A
Generabilia solùm per partes interire. 235.2.D
Generabilium propria efficiens cã est mens. 52.4.H
Generalem proportionẽ in demõstrationibus qualem esse oporteat. 75.3.E
Genita prima, secunda, & tertia cur dicant sapientes aliqui. folio. 241.1.A
Genitum quid dicatur. 199.1.D
Genitum & ingenitum quid apud Melissum significẽt. 17.3.E
Genus dupliciter considerari. aliter enim apud Platonẽ, aliter apud Aristotelem. 68.4.H
Genus pro prædicamento sumitur. 31.2.B
Genus pro subiecto. 31.2.C
Geometriæ utilitas. 89.1.C
¶ Gigni & interire quomodo esse dicatur. 12.4.E
Gigni & interire, concrescere, & discerni uocat Anaxagoras. 26.1.C
Gigni quæ dicantur. 198.3.H
Gigni seu fieri uocabulum usurpat Aristoteles in ijs quæ fiunt in infinitum. 241.1.B
Gigni seu fieri quomodo dicatur aliquid. 197.3.H
¶ Gnomones quos nam uocent Geometræ. 78.2.D
Gnomones quosnam uocent Pythagorei in numeris. 78.2.C
¶ Graue, & durum, & frigidum sunt densitates: eorum contrariæ raritates. 222.3.F

H

Habentia ex se aliquid, non indigent externa importatione. 110.3.H
Habitus differt ab affectione quã uocant dispositionẽ. 153.4.H
Habitus est causa, ut actus sit perfectè. 211.2.C
Habitus non sunt alterationes. 185.1.D

Habitus quomodo differat ab affectione. 98.1.B
Habitui præstò adest actus, nisi quid impediat. 211.3.F
¶ Heraclitus dicebat omnia fluere, & nunquam in eodem statu permanere. 153.4.F
Heraclitus dicit bonum & malum simul conuenisse. 8.4.E
Heroes in sardo insula dormientes. 124.2.B
¶ Hippasus & Heraclitus ignem dicunt principium. 4.4.H
Hirundinis, & lusciniæ in nido cōstruendo industria. 64.1.D
¶ Homo qui actu est, ex eo quod est pōtē facit hoīem. 198.3.E
Homines quō sint fines omnium, & omnibus utantur. 50.3.H
¶ Hydraulæ, instrumenta musica. 119.2.C

I

IActus est quædam trusio. 182.2.D
Iactus quomodo fiat. 117.1.A
Iam quid significet. 132.1.B
Iamblichi de loco sententia. 111.3.F
Iamblici de tempore opinio. 130.1.C
Iamblichi de tempore primo sententia. 139.1.D
Iamblichi de tempore separabili sententia. 139.2.C
¶ Id cuius nihil est extra, magis conuenit finito, quàm infinito. 87.2.B
Id in quo fit motus diuiditur unà e tēpore, & motu. 169.2.B
Id in quo primùm mutatum est id quod fuit mutatum, non est tempus, sed finis temporis, quem Nunc dicimus. 170.1.D
Id quod actu est habet imperfectā in se potentiam, per quam potest aliquid præter se assumere. 67.4.E
Id quod actu est & id quod potestate, rōne differunt. 72.2.A
Id quod agit ex ea quæ est in se forma agens, formam subiecto tribuit. 29.4.H
Id quod est absolute, est ingenitum. 17.3.G
Id quod est consideratur à Platone in nuda eius quod est esse proprietate. 22.2.A
Id quod est diuiditur in id quod est actu, & id quod est potestate & actu, tanquam uox æquiuoca. 68.1.C
Id quod est, duplex introduxit Plato. 40.3.E
Id quod est dicitur multis modis. 18.4.G
Id quod est, est forma simplex & materiæ expers. 18.2.D
Id quod est, & id in quo est, alia sunt substantia. 97.1.D
Id quod est & quod unum est prædicatur de se ipso. 20.1.C
Id quod est genitum non est. 22.2.B
Id quod est in infinitum non quæuis additio & diuisio habet. folio. 86.1.D
Id quod est, in multa diuidi & desinere in indiuidua. 22.4.F
Id quod est neque per locum mouetur nec in seipsum. 18.1.A
Id quod est, non est substantia. 21.1.C
Id quod est, non est uacuum. 17.4.H
Id quod est, nullos habet motus generationis. 17.4.H
Id quod est potentia ad motum, est ante motum. 195.4.F
Id quod est potentia agit continenter. 72.4.F
Id quod est potentia, cōcurrit cum perfecta potestate in ijs quæ mouentur per locum. 196.4.H
Id quod est potentia, est actu aliquid. 71.4.H
Id quod est potentia & actu consideratur in omnibus prædicamentis. 68.1.C
Id quod est potētia, & id quod actu, dicitur dupliciter. 85.3.F
Id quod est potentia mutatur aliquando in id quod actu est. folio. 72.4.E
Id quod est potentia non posse separari ab actu uult Grammaticus. 195.3.H
Id quod est potentia num inueniatur in decem prædicamentis. 67.4.H
Id quod est, potest dici esse unum forma per materiā. 18.2.C
Id quod est, plura significat. 21.1.D
Id quod est præter id quod est, non est. 18.4.F
Id quod est, unum esse, & immobile, & non esse inane in quod excedat, dicit Melissus. 113.3.B
Id quod facit sæpe est æquiuocum ei quod fit. 46.3.G
Id quod fit, forma uocatur: & quod illud fit, materia & priuatio: & è conuerso. 35.3.F
Id quod fit si moueatur, quænam absurda sequantur. 143.2.C
Id quod in infinitum diuiditur naturam diuidere. 85.4.F
Id quod intelligentia percipitur, & id quod est, idem. 14.2.C
Id quod intercedit, habet rationem contrarij ad utrunque extremum. 157.1.B
Id quod intercedit est in contrarijs. 152.1.A
Id quod mouetur an contingat mouere continenter. 240.1.D
Id quod non est, est in formis per diuersitatē discretis. 23.4.G
Id quod non est in seipso, duplex. 97.4.G
Id quod non est per potentiam, non mouetur. 143.1.B
Id quod non est quot modis dicatur. 142.4.G
Id quod non est tollendum ut statuatur id quod est. 36.2.C
Id quod omnino non est tollit Plato. 23.4.H
Id quod potest, prius est eo quod actu est, & si sint ambo simul. 197.1.B
Id quod primitus mouet motu æterno nullam habet magnitudinem. 240.3.G
Id quod primò mouet, cur in centro Pythagorei, Aristoteles in sphæra inerrante locarint. 240.1.A
Id quod primò mouet est in toto corpore, quod circumagitur, non in sola sphæra inerrante ex sententia Aristotelis. 240.2.D
Id quod primò mouet, non mouet per accidens. 240.1.B
Id quod primò mouet quomodo se habeat ad id quod mouetur, si nec habet partes, nec ipsum tangit. 240.1.C
Id quod primò mouet ubinam sit. 239.4.F
Id quod primò mouet, ubique, & nusquam. 240.1.A
Id quod quidem est, non est genus eorum quæ sunt. 21.2.B
Id quod quidem est non est substantia. 22.2.D
Id quod quidem est nulli accidit. 21.3.E
Id quod semper est, substantia est infinitum. 17.4.F
Id quod sistitur idem est cum eo quod mouetur. 174.4.F
Id quod sistitur idem est cum eo quod fit quietum. 174.4.G
Id quod stat idem est cum eo quod quiescit. 174.4.F
¶ Ideam uere esse id quod est. 22.1.A
Ideæ causæ immobiles. 61.3.F
Ideæ nec sunt substantia, nec accidens, sed essentiæ. 82.1.A
Ideæ Platonis defenduntur à Simplicio. 49.2.A
Ideæ quatuor ex quatuor elementis in exemplari. 6.1.A
Ideæ sunt causæ, & exemplaria. 49.2.D
Ideæ sunt numeri. 78.1.C
Ideæ sunt seiunctæ à materia. 49.2.B
Ideas esse in loco, & non esse in loco, non repugnat apud Platonem. 95.2.B
Ideas in nullo esse loco dicit Plato. 77.4.F
Idem potest esse in pluribus locis. 192.2.C
Idem sit aliquid, sensu ne cognoscatur, an ratione. 190.3.G
¶ Ignis habet quandam cum forma proportionem. 33.1.D
Ignis fit à frigido per accidens. 216.1.C
Ignis formæ causa efficiens mouet ignem. 198.3.E
Ignis manifestam habet repugnantiam. 33.1.C
Ignem cur esse principium uoluerit Heraclitus. 6.3.F

Ignem & terram naturalium rerum principia ponit Parmenides. 6.4.G
Ignorantiæ causa apud Platonem in Timæo. 187.1.C
Ignorationis in ebrietate quæ sit causa. 187.3.G
¶ Illustratio aeris an fiat in tempore. 17.2.C
¶ Immobile an contingat mouere. 240.2.D
Immobile esse aliquid quod mouet. 71.3.F
Immobile esse id quod est ex sententia Melissi. 13.1.C
Immobile esse id quod est ut uult Parmenides. 13.1.A
Immobile quomodo id quod intelligentia percipitur. 23.4.F
Immobile quot modis dicatur. 150.1.B
Immobile si est, est motus. 209.1.B
Immobilis positio ad quid nobis conferat. 110.3.E
Immobilia multa, quæ mouent alia. 219.1.A
Immobilia non sunt in tempore. 130.4.F
Immobilitatem in æterna identitate intuetur Empedocles eius quæ fit in se inuicem unius & multorũ mutationis. 194.3.G
Immutabilitas dicenda est in generatione, & interitu: non quies. 157.3.H
Imperfectum non est unum. 155.1.B
¶ In æternis sola est forma. 32.2.B
In æuo esse quænam dicantur. 129.3.F
In augmento est motus præter naturam. 208.2.D
In circulo sunt inter se simul coniuncta principium & finis, sed non in recta. 231.1.D
In connexis quæ sit uera ac recta consecutio per conuersionem. 17.1.B
In definitione eorum quæ semper adsint accidẽtium subiectum assumitur. 20.1.B
In definitione subiecti non sumitur accidens. 20.1.B
In elementis sunt omnia contraria sed non proximè. 25.1.C
In eo quod est idem substantia non esse multa ratione. 19.2.D
In eodem duobus modis potest accipi. 99.2.D
In fortuna est etiam id cuius gratia. 65.1.C
In generatione, augmento, & diminutione prius est id quod facit eo quod fit. 198.3.F
In gñatione q̃nã duo significet, diuersitas nõ habemus. 191.3.D
In ignem omnia resolui dicebat Heraclitus, & stoici. 93.1.A
In ijs quæ à casu & à fortuna fiunt non oportet causam esse omnino manifestam, neque internam. 59.3.F
In ijs quæ intelligentia percipiuntur Dyas facit formarum discretionem, & reducit ad unionem. 87.4.E
In ijs quæ propriè & per se prædicantur subiectum est, & dicitur id ipsum quod prædicatum. 19.4.G
In ijs quæ referuntur ad aliquid nec est generatio, nec motus, nec mutatio. 185.4.E
In ijs quæ uerè sunt est multitudinis distinctio, in sensilibus diuulsio. 136.1.C
In ingenitis seu quæ non fiunt non est fortuna. 56.2.C
In loco defixa sunt centri uniuersa. 107.1.D
In loco est omne corpus sensile. 93.2.D
In loco existentium, & in toto differentia. 99.2.C
In loco proprio cur maneat unumquodq;, causa. 104.3.G
In magnitudine minori est uis maior. 237.2.A
In materiã, & formam p se nudam cur nihil resoluat. 92.4.H
In motu non discrepare Platonem, & Aristotelem. 68.4.F
In motu Plato non dissentit ab Aristotele. 77.2.C
In mundo intelligenti id quod est, ab uno discretũ est. 23.4.G
In mundis est quædã proportio aïalis, & naturalis. 107.4.E
In mutationibus in eo quod mutatur est id per quod fit mutatio. 123.4.F
In naturalibus forma est & priuatio. 32.2.B
In naturalibus finis gratia fiunt omnia quæ ad finem tendunt. 63.3.F
In numero participabili etiam si subiecta sint diuersa, æqualis est numerus. 134.4.E
In numeris cur procedatur in infinitum. 88.1.D
In Nunc nihil mouetur, nec quiescit. 166.3.F
In Nunc non mouetur aliquid nec quiescit. 175.3.G
In partibus & earum definitionibus non insunt definitiones totius. 20.1.C
In principijs quæ sit differentia inter Platonem & Aristotelem. 36.4.H
In priuatiõe quæ sunt, natura sunt, sed nõ sm naturã. 46.4.F
In quo tempore mouetur aliquid, in eo tempore non potest esse in aliqua parte spatij in quo mouetur. 175.3.E
In quo uis loco est corpus. 93.2.C
In quo tempore primum sistitur, in qualibet eius parte sistatur necesse est. 175.1.A
In relatione mutua habentia essentiam non possunt unum sine altero cogitari. 124.3.G
In seipso aliquid non esse, uerum est in incorporeis. 97.4.E
In semicirculo, & quauis alia circunferentia, quæ habet principium, & finem actu, fit regressus. 231.2.C
In similaribus sunt omnia simul contraria. 25.1.C
In substantia nullum esse contrariũ, & esse repugnantiam unã in substantia, quomodo non pugnent. 31.2.A
In syllogismo maior lapsus qui fit in figura, quàm qui fit in propositionibus. 17.1.A
In tempore quæ non sint. 130.4.F
In tempore quæ sunt, à tempore afficiuntur. 130.1.B
In tempore sit ne repugnantia. 145.1.B
In tota ratione insunt partes, & earum definitiones. 20.1.B
In uno genere unam esse repugnantiam. 33.4.G
Inæqualitas quomodo in augmento, & diminutione. 155.3.F
Inane esse non sequitur si sit cconstipatio. 120.4.G
Inane esse ostenditur ex alimento. 113.3.F
Inane esse ostenditur ex attractione. 113.4.G
Inane esse ostenditur ex constipatione corporum. 113.3.F
Inane esse ostenditur ex motu per locum. 113.2.B
Inane esse probatur ex auctoritate Pythagoreorum. 113.4.F
Inane esse probatur ex cinere. 113.3.H
Inane esse quod intercipit corpus ne sit continuum ex sententia stratonis. 121.4.E
Inane esse si sit motus non est necessarium. 115.1.C
Inane est si ut materia sumatur causa motus. 121.4.E
Inane nihil est. 7.1.C
Inane non esse incipit ostendere. 114.4.F
Inane non esse in quo non est substantia corporea. 114.3.G
Inane non esse separatum, eodem modo probatur, quo nec locum separatum. 116.1.D
Inane non posse esse si sit motus. 116.3.E
Inane non esse spatium plenum corpore sensili. 114.2.A
Inane non est causa adiuuans. 116.1.B
Inane non est causa motus. 115.1.D
Inane non est causa motus per locum. 116.1.A
Inane non est separatum. 115.4.H
Inane non probari ex infusione aquæ in cinerem. 115.3.G
Inane non probari per augmentum. 115.2.C
Inane non probari per constipationem. 115.2.B
Inane non probatur ex attractione. 115.4.G
Inane non esse quomodo ostenderet Anaxagoras. 113.1.A
Inane potestate non esse quomodo dicat Aristoteles. 121.3.F
Inane quid dicerent Democritus & Leucippus. 113.1.C

Inane quid sit. 112.4.E

Inane quouis corpore priuatum non agnoscit Plato. 121.4.G

Inane si corpora ut utres eleuet, quid absurdi sequat. 120.1.D

Inane si est, corpus per corpus procedat necesse est. 119.2.C

Inane si non sit, omnia esse fluctuatura dicebat Tuthus Pythagoreus. 119.4.G

Inane si non sit tolli augmentum. 119.4.F

Inane si non sit, tolli rarefactionẽ, & constipationem, per quã mouentur corpora. 119.4.E

Inane si ponatur separabile, & quod sit per parua dispersum, quænam absurda sequantur. 120.1.C

Inane si sit non est mansio. 117.1.D

Inane si sit non est motus quidem uiolentus. 116.3.H

Inane si sit non posse iaci aliquid. 116.4.G

Inanis ad plenum nulla est proportio. 117.4.E

Incorporea natura potest esse in toto aliquo. 221.2.B

Incorpoream naturam non contemplati, solum corpus esse dicunt. 114.1.C

Incorporeum totum sibi conuenit, & adaptatur. 236.1.A

Incorporea tangere corpora dicitur metaphoricẽ. 217.3.F

Incorporea quæ sunt, maxime in loco non sunt. 91.1.A

Indiuidua, ea quæ sunt in specie. 214.3.E

Indiuiduorum generatio & interitus est in infinitũ. 204.1.A

Inductio quo modo & quid probet. 9.2.A

Inferius quidnam sit locus, si neque centrum est locus, nec terræ finis. 102.2.B

Infinitas est similis in tempore, & spatio. 176.1.B

Infinitas non manet, sed semper fit & oritur. 88.2.B

Infinitas numeri temporis in quo differat ab infinitate sectionum magnitudinis. 88.2.C

Infinitas quæ est ex diuisione, est in priuatione, quæ est in sensili corpore. 89.4.E

Infinitatis in numero & magnitudine differẽtiæ ratio. 88.1.A

Infinita magnitudo non peruadit infinitum spatium in tempore finito. 174.2.D

Infinita non est magnitudo nec numerus. 82.2.A

Infinita magnitudo nulla habet potestatem finitam. 237.2.A

Infinita magnitudo nulla est ex infinitis partibus. 27.4.F

Infinita magnitudo quænam sit. 27.4.E

Infinitam dyadem & magnum, & paruum infinitum cur dixerit Plato. 86.4.F

Infinitam non habere potestatem, & in aliquid interitum cadere, differunt. 235.3.G

Infinita in magnitudine non est uis finita. 237.4.E

Infinita linea non opus est in sectione quæ fit per proportionem. 89.2.A

Infinita magnitudine non est uis infinita. 233.4.E

Infinita potestate transmitti possunt in tẽpore finito. 176.1.B

Infinita quiete quiesci non potest in tempore finito. 174.1.A

Infinitus numerus actu non consistit. 203.3.G

Infinitum parem numerum dicunt Pytagorei. 78.1.D

Infinitum asserentibus quænam absurda eueniunt. 80.3.G

Infinitum cognosci non potest. 26.3.F

Infinitum continetur, non continet. 87.3.G

Infinitum dicitur duobus modis, per extrema, & diuisionem. folio 164.2.B

Infinitum Epicurei dicebant uniuersum. 80.2.A

Infinitum est adiectione, uel diuisione. 85.2.C

Infinitum est duplex. 12.3.G

Infinitum est duplex quantitate & qualitate. 26.3.E

Infinitum est multitudine, & magnitudine. 78.4.F

Infinitum est ex eo quod est potentia. 85.3.G

Infinitum id cuius semper potest aliquid extra sumi. 87.1.B

Infinitum inane, mundum non continere extrinsecus ut uolunt Stoici. 117.2.C

Infinitum multitudine differt ab infinito magnitudine. 7.3.E

Infinitũ multitudine diuersum ab infinito magnitudine. 4.3.G

Infinitum neque est compositum simplex corpus, neque naturale. 82.3.E

Infinitum non esse corpus generabile. 83.2.D

Infinitum non esse, & non esse inane, eodem probat argumento. 116.1.C

Infinitum non esse substantiam. 81.1.C

Infinitum non est accidens. 81.4.F

Infinitum non est, si est in loco. 84.3.F

Infinitum non ex æquo prædicatur de magnitudine, motu, & tempore. 88.4.G

Infinitum non potest esse graue nec leue. 84.3.H

Infinitum non potest esse unum corpus, & simplex. 82.4.G

Infinitum non potest transmitti, nec motus esse infinitus in tempore finito. 174.1.A

Infinitum non remanere. 228.1.C

Infinitum non tollit Plato & si finem ponat unitatẽ. 86.4.H

Infinitum per additionem. 81.1.A

Infinitum quod transmitti non potest quale sit. 80.4.F

Infinitum quod modis dicatur. 80.4.E

Infinitum quod uix habet transitum. 80.4.H

Infinitum quod transitum quidem habet, sed non terminandum. 80.4.G

Infinitum quod natura aptum est ut peruadat, nec tamen potest peruadi. 80.4.H

Infinitum quomodo sit causa ut materia, eius autem esse est priuatio. 89.4.E

Infinitum quomodo sit causa ut materia & eius esse est priuatio. 89.3.F

Infinitum seipsum non firmare ut uult Anaxagoras. 84.1.C

Infinitum si est materia, cõtinetur potius, q̃ contineat. 89.4.G

Infinitum si habeat principium, finẽ quoq; habeat necesse est, quomodocunq; sumatur principium. 79.3.F

Infinitum si est, non est in loco. 84.3.G

Infinitum simul totum: & esse in infinitũ, differunt. 234.4.G

Infinitum si sit id quod est, quænam absurda sequantur. 9.1.B

Infinitum si sit, principium sit necesse est. 79.2.D

Infinitum spatium non potest moueri aliquid tempore finito: nec tempore infinito finitum. 164.3.E

Infinitum tollentibus quænam absurda eueniunt. 80.3.F

Infinitum unum principium qui ponunt, id æternum esse statuunt. 79.4.G

Infinitum unum quomodo dicat Melissus. 7.2.A

Infiniti additione & diuisione differentiæ ratio. 87.4.F

Infiniti cum annulo similitudo & differentia. 87.1.C

Infiniti cum toto similitudo. 8.3.F

Infiniti definitio continet infinitum, quod est in continuo & quod est in discreto. 87.1.D

Infiniti, et eius quod in infinitũ procedit, differẽtia. 203.4.G

Infiniti motus multitudine faciunt motum infinitũ magnitudine per cõtactum eorũ quæ mouent, & quæ mouent. 181.4.G

Infiniti motus multitudine possunt fieri in tpe finito. 181.4.E

Infiniti non est nec actus, nec status, nec forma. 85.3.H

Infiniti notio ex diuisione magnitudinum. 80.1.G

Infiniti notio ex eo q quicqd finitur semp aliquo finit. 80.2.A

Infiniti notio ex generatione quæ non est defectura. 80.1.D

Infiniti notio ex potestate nostræ cogitationis. 80.2.A

Infiniti notio ex tempore. 80.1.B

Infiniti

Infiniti sublatio non tollit generationem. 90.1.A
Infinito, ne per accidens quidem inest ut sit substãtia. 81.2.A
Infinita non contingere peruadere, quæ est Zenonis ratio, refellitur. 164.2.A
Infinita corpora sola contingit in tempore infinito finitum mouere spatium. 165.1.B
Infinita elementa dicit Anaxagoras, quòd à nobis comprehendi nequeant. 28.1.A
Infinita, quædam actu, quædam potestate. 176.1.A
Infinita si esse oportet ad generationem unius, ut unum fiat ex uno fieri non potest. 203.3.G
Ingenitum ei quod intelligentia percipitur proprie conuenit. folio 23.4.F
Ingenitum est principium. 38.4.G
Ingenitum est quod non potest suscipere contraria. 30.2.D
Ingenitum & ab interitu alienum, animæ & menti conuenit. folio 23.4.F
Ingenitum quid sit propriè ex sententia Grãmatici. 197.4.E
Ingenitum quod est, est principale. 79.4.F
Ingenitum quo dicatur cœlum & corpora cœlestia. 17.3.H
Ingeniti uocabulum aliter usurpat Plato, aliter Aristoteles. folio 199.1.C
Ingenita dicit Aristoteles quæ nullo interiecto medio à Deo producuntur. 198.3.G
Instrumentum non est propriè causa efficiens. 52.3.F
Instrumentariæ causæ, homo & sol. 53.1.A
Intelligere & id quod intelligentia percipitur idẽ est. 23.2.C
Intelligere non dicitur moueri ullo motu naturali. 71.3.G
Intelligentia, & quod intelligentia percipitur, idem. 14.2.C
Intelligentia quæ non suscipit dimensionem, nulla opus habet ratiocinatione ad apprehendendum. 199.4.E
Intelligens distinctum est in formas. 23.2.C
Intelligentis facultatis uirtutes non sunt alterationes. 186.3.G
Intelligentes substantiæ à quouis corpore separatæ, & essentia, & operatione. 199.4.E
Inter æternum quod semper est, et æternum quod semper fluit media est natura corporea, & animalis. 137.3.H
Inter id quod alterat, et alterat, nihil est intermediũ. 183.4.G
Inter id quod auget, et augetur nihil est intermediũ. 184.2.D
Inter id quod diminuit, & diminuitur nihil est intermedium. folio 184.3.E
Inter motum & tempus proportio quo consideratur. 129.1.B
Inter puncta quæ non applicãtur, potest linea, uel lineæ intercedere. 151.3.F
Inter supernaturalia, & artificialia, natura collocatur media. 47.4.F
Inter tempus, & motum quænam sit conuenientia. 126.2.C
Inter unitates nihil intercedit. 151.3.G
Intercant quomodo res à contrario & simili. 202.2.C
Interijsse præcedit interire: & interire, interijsse. 173.1.C
Interire quomodo dicitur id quod potest alicui afferre interitum. 202.2.B
Interitus in quo differat à motu. 202.1.D
Interitum cadere in id quod est finitæ potestatis dicit Grammaticus. 234.4.E
Interitus causa est materia, & contrariorum diuisio. 132.3.G
Interitus quid dicatur. 142.3.H
Interitus sit ne interitui contrarius. 158.2.A
Interitum non cadere in motum ex eo quòd mobile sit semper cum motu. 202.1.B
Intermedium quid dicatur. 151.1.B
Internalli notio quomodo à nobis suscipiatur. 100.2.A
Intrusio quid sit. 182.2.C
Ioannes Grammaticus Philoponus sex libros scripsit, quinque aduersus mundi æternitatem, & ultimum aduersus motum æternum. 193.3.F
Ionicæ & seueriores musæ, Heraclitus. 8.4.F
Iouis in genibus quo intelligatur apud Homerum. 96.2.B
ἰσορρίζοϛθαι quid significet. 174.1.B
Isosceles, id est æqualium duorum laterũ, basis uerò inæqualis triangulus. 10.2.D
Iudicia, & contemplationes sunt in anima operatio, & finis. 167.2.A
Iustitia causa iustè distribuendi. 60.4.E

L

Lampadis in currendo traditio in Piræo fiebat in Bendidijs. 154.3.H
Latio quid sit. 149.3.F
Latio est motus proprius principij & causæ eorum quæ mouentur. 223.4.G
Latio est nomen commune motus per locum. 70.4.F
Latio est primus motus secundum naturam. 223.1.C
Latio est prior mutatione quæ sit per generationem, & interitum. 222.3.E
Latio est prior tempore alijs motibus. 223.2.B
Latio est substantia prima aliorum motuum. 223.3.G
Latio etiam erit diuersa specie, si id per quod sit latio fuerit specie diuersum. 189.4.H
Lationis non sunt semper fines determinati. 179.1.B
Lationem esse priorem augmento, & diminutione, probatur per concretionem, & discretionem. 222.3.H
Leucippus Eleates atomos ponit principia. 5.3.E
Leuis & grauis quænam sit operatio. 211.3.H
Liberæ eligendi uoluntatis non sunt principia naturalia, folio 36.3.G
Libri naturales legendi post morales & logicos. 1.4.F
Libri singuli quid tractent. 1.4.G
Librorum Aristotelis de natura ordo. 1.1.D
Lignum non esse potestate sursum mobile. 196.1.C
Linea dimidia quomodo potestate infinita. 228.1.B
Linea ἀνακαμπτὸς, seu in gyrum incurua. 10.2.B
Linea finita uel motus non põt moueri in tpe infinito. 173.2.D
Linea non constat ex punctis. 160.2.D
Linea non superat punctum. 117.4.E
Linea quid differt ab alijs continuis. 138.1.C
Linea quomodo sit eiusdem generis cum punctis. 160.4.G
Linea recta & circunferentia sunt diuersorum generum. folio 10.1.D
Linea soror lineæ κοχλιοειδοῦς seu tortilis. 10.2.B
Lineæ accidere ut sint infinita dimidia quomodo dicat Aristoteles. 227.4.H
Lineam solet Aristoteles uocare magnitudinem, uel spatium. folio 162.2.A
Lineæ, & motus fines nõ possunt diuidi: partes põt. 136.2.A
Lineæ insecabiles ex sententia Zenonis. 22.4.F
Lineas insecabiles cur posuerit Xenocrates. 23.1.D
Literarum perfectam cognitionem docet musica. 37.3.H
Locus ad latitudinem pertinens & immobilis, est separabilis: locus proprius è contrario. 111.2.A
Locus apud Orpheum uocatur περιοχὴ, id est comprehensio. folio 111.4.H
Locus cognoscit maximè ex ijs q̃ mouentur per locũ. 98.4.H
Locus communis & locus proprius quid dicantur. 93.3.H

Locus comprehendit ea quæ sunt in loco. 88.3.F
Locus corpus animatum. 107.1.B
Locus cur existimaretur interuallum, quod intercedit inter fines. 100.1.A
Locus est duplex, substãtialis, et alter qui fit aliàs alius in trãsmutationibus. 111.2.C
Locus est causa finalis, ut qui contineat, ac perficiat. 105.1.B
Locus est eorum quæ continent & quod continetur. 112.2.A
Locus est immobilis. 96.1.B / 101.4.F / 102.1.C
Locus est incorporeus. 112.1.A
Locus nec est maior, nec minor eo quod est in loco. 98.3.G
Locus est mensura posituræ. 112.2.D
Locus est qui proximè continet. 98.1.C
Locus est spatium, & quomodò. 112.1.D
Locus est totius mundi. 110.1.D
Locus est uniuersi partibus & si non uniuerso. 103.2.D
Locus & forma in quibus conueniant, & differant. 99.4.H
Locus græcè cur τόπος uocetur. 107.1.B / 109.2.B
Locus habet distantiam pp id quod est eius particeps. 110.4.G
Locus in quo sit tempori similis. 110.2.C
Locus, materia uocatur à Platone. 94.2.A
Locus medius inter uitã incorpoream & corporeã. 107.1.D
Locus nec augetur, nec minuitur. 95.4.G
Locus nihil est eius quod est in loco. 98.3.F
Locus non est corpus, nec incorporeum. 92.3.F
Locus non est finis. 93.1.D
Locus non est materia, nec forma, nec ulla ex causis. 93.1.C
Locus nõ est nec pars, nec habitus eius qđ est in loco. 94.4.G
Locus non est principium, nec ex principio. 93.2.A
Locus non est quærendus in materia & forma. 95.3.F
Locus non est separabilis ab eo cuius est locus. 98.3.G
Locus non est spatium. 100.2.B
Locus non potest esse infinitus. 85.1.A
Locus non potest moueri. 95.3.H
Locus non simul interit cum ijs quæ sunt in loco. 96.1.A
Locus numerorum est incorporeus. 112.1.B
Locus oĩa localiter præcepit, quæ corpus corporeę. 111.2.B
Locus omnia spatio distincta cogit, qualitates, & accidentia, etiam per se. 110.4.H
Locus partis & totius, idem est in ijs quæ sunt similarium partium. 83.3.E
Locus per posituram partium est incorporeus. 112.1.B
Locus per se non potest apprehendi. 91.2.A
Locus primus opifex & principalis. 92.1.C
Locus primum fruitur diuina illuminatione. 131.2.B
Locus pro conuenienti ac pprio ordine apud Platonẽ. 94.3.E
Locus qui est cum corporibus habet cum eis spatium ac dimensionem. 110.3.H
Locus qui est ex relatione, est alius ab eo qui est secundum naturam. 91.4.G
Locus quid sit, definiendo, ostendit quàm sit difficile locum inuenire. 92.2.D
Locus quomodo dicatur forma. 112.1.A
Locus si est forma, & materia, in transmutationibus corporum, in utraque perit locus. 95.4.H
Locus supercœlestis apud Platonem in Phædro. 94.3.F
Locus uidetur esse superficies. 102.3.F
Locus uitæ particeps ante uitam. 107.1.D
Loci communis notio. 111.4.G
Loci definitio colligitur ex ijs quæ per locũ mouentur. 99.1.C ibidem. 4.B.
Loci definiendi difficultas. 91.1.C
Loci definitio. 99.2.B / 101.2.A / 109.2.B
Loci definitio ex sententia Simplicij. 152.4.G
Loci definitio ex Theophrasto. 106.4.H
Loci definitio integra. 102.1.A
Loci descriptio. 95.3.F
Loci differentia à materia. 101.1.B
Loci differentiæ natura sunt. 84.4.G
Loci differentiæ sunt incorporeæ. 112.1.B
Loci differentiæ sunt infra, & supra. 98.3.G
Loci differentiæ, infra, & supra, sunt totius. 110.1.D
Loci difficultates omnes tolluntur per datam ab Aristotele definitionem. 104.1.C
Loci diuisio ex Damascio. 109.2.D
Loci est propriè corporeæ continere. 99.2.B
Loci & uasis definitio. 101.4.E
Loci locus esse non potest. 95.3.G
Loci quis sit interitus non potest facilè tradi. 95.4.F
Loci sedes argumentorum. 112.1.A
Loci significata, tria sunt. 103.2.C
Loci species & differentiæ quænam sint. 84.4.G
Loci usus apud Platonem non est oĩno Metaphysicus. 94.3.E
Loco non omnino cohæret totum. 100.4.F
Locum esse immobilem prius ponunt Theophrastus & Eudemus. 98.4.B
Locum esse inane spatium quõo ostendi posit. 108.1.B
Locum esse materiam. 93.4.G
Locum esse natura. 91.3.H
Locum esse probatur à motu corporum qui est secundum naturam. 91.3.G
Locum esse pbaĩ ex ea quæ fit uicissim trãsmutatione. 91.2.D
Locum esse pbatur ex eorum sñia qui dicũt esse inane. 92.1.A
Locum esse probatur ex sententia Hesiodi. 92.1.C
Locum esse quibusnam probetur rationibus. 91.2.C
Locum esse spatium defendit Simplicius. 100.4.E
Locum esse spatium quænam absurda sequantur. 108.2.D
Locum esse spatium quænã persuadere posse uideant. 101.3.F
Locum immobilem cur non dixerit Aristoteles in pronunciatis loci. 101.4.E
Locum non esse corpus contra Proclum. 107.2.B
Locum non esse corpus expers materiæ. 107.2.C
Locum non esse inane. 108.1.A
Locum non esse materiam nec formam. 94.4.G
Locum non habere opus loco nec positura. 108.3.H
Locum Platonici quidnam dicant. 99.4.F
Locum qui dicunt spatium, dicunt ipsum immobile. 101.3.G
Locum quidnam esse dicerent Stoici, & Epicurei. 99.4.E
Locum qui spatium ponunt incorporeum, in quibusnam conueniant, & differant. 107.4.F
Locum quomodo contemplatur Physicus, si locus est ex ijs quæ sunt immobilia. 90.3.G
Locum Stoici, & Epicurei quidnam esse dicerent. 99.4.E
Locum supercœlestem quid uocet Plato. 111.4.H
Locum uideri esse formam, eo q. contineat ac finiat. 93.3.F
Loco quouis non potest maior locus sumi. 130.1.A
Loca duo esse simul eiusdem primò, est absurdum. 95.4.E
Loca partium, loca totius. 110.1.C
Localem motum perimunt qui atomos moueri dicunt per inane. 233.1.C
Logica dubitatio quid sit. 75.3.E
Logicè argumentari quid sit. 81.1.C
¶ Lunula potest quadrari. 10.1.D
Lunulam quãcunq; non quadrauit Hippocrates. 11.2.C

Lux est basis illius quod percipitur intelligentia. 107.4.E
Lux est locus. 107.1.A
Lux illuminatur à fontana anima. 107.3.H
Lux non est magis immaterialis, quàm ignis. 107.3.E
Lux quæ est locus imago profundi paterni. 107.2.A
Lux similis Iridi apud Platonem de Republica quid sibi uelit. folio 107.3.E

M

Magnes quomodo trahat ferri particulam, & ea rursus aliam. 238.1.D
Magnitudo cur non augeatur in infinitum. 88.3.E
Magnitudo cur semp diuidatur in id quod est minus. 88.2.D
Magnitudo duplex infinita. 164.1.C
Magnitudo duplex una indefinita ac materialis, altera definita & formalis. 93.4.E
Magnitudo eorum quæ augentur, & minuuntur, mutatur per locum. 222.3.G
Magnitudo est continua, nec componitur ex ijs, quæ nullas habent partes. 163.2.G
Magnitudo est ex magnitudinibus. 88.3.E
Magnitudo est forma. 121.2.A
Magnitudo finita non habet uim infinitam. 234.1.D
Magnitudo, motus, & tempus, similiter non componuntur ex ijs quæ non possunt diuidi: nec diuiduntur in ea quæ non possunt diuidi. 161.3.H
Magnitudo non pôt fieri ex signis, ne si se tãgant qdẽ. 160.3.G
Magnitudo nulla fit ex uel Nunc consequentibus. 160.4.F
Magnitudo quæ facta est, prius fieret necesse est: & ea quæ fit facta est. 173.1.B
Magnitudo quandoq; significat excellentiã substantiæ ut apud Melissum. 17.4.F
Magnitudo quidnam ex motu metiatur. 129.2.B
Magnitudo sensilis distinguitur à Mathematica. 121.2.A
Magnitudini, & tempori quænam sit proportio cum puncto, & nunc. 127.2.B
Magnitudine quidem maxima non utuntur Geometræ nedum infinita. 89.2.A
Magnitudines non constant ex ijs q̃ carent partibus. 160.2.A
Magnum & paruum cur Plato dicat infinitum. 85.3.H
Magnum & paruum materiam uocat Plato. 41.1.D
Magnum & paruum infinita principia apud Platonem de bono. 77.4.G
Magnum & paruum ratione esse principia cur dicat Aristoteles. 30.4.H
Magnum & paruum simul coniunctum accipit Plato pro materia. 78.3.F
Magnum & paruum sunt formales differentiæ. 121.2.A
Magnum & paruũ uocat Plato subiectũ seu materiã. 36.4.G
Manere non conuenit tempori. 136.2.C
Manens in eodem loco potest moueri per partium antiperistasim. 19.1.D
Manens per omnia non suscipit mutationem. 18.2.A
Materia, æterna, sed genita, ut uult Grãmaticus. 197.4.E
Materia à quanam forma definiatur. 94.1.B
Materia causa adiuuans ex sententia Platonis. 42.3.G
Materia eadẽ & in quantitate suscipit repugnãtias. 120.4.H
Materia est adumbratio illius quod non est ut uolunt Pythagorei. 38.2.B
Materia est causa infinitatis. 87.4.G
Materia est expers formæ & qualitatis. 37.2.D
Materia est causa sine non. 65.4.F
Materia est commutatio sensilium formarum cum ijs quæ uersantur in intelligentijs. 38.2.D
Materia est fex subsidens. 38.2.D
Materia est infinita. 87.3.G
Materia est ingenita. 42.2.A
Materia est locus eorum quæ gignuntur, & status substantiæ. folio 38.3.E
Materia est malum. 38.2.C
Materia est necessitas. 62.2.D
Materia est nutrix. 41.3.E
Materia est potentia id quod fit. 40.1.D
Materia est quodammodo substantia. 41.1.C
Materia est receptaculum formæ. 41.2.D
Materia est subiectum substantiæ per se, aliorum per accidens. folio 37.3.E
Materia est ultimũ subiectum quod oibus subijcitur. 45.4.G
Materia est ultra id quod est potentia. 38.1.C
Materia & forma per se non sunt substantiæ, sed substãtiales: nec corpora sed corporeæ. 32.4.F
Materia & forma sunt incorporea. 93.1.A
Materia, & omnia, ab uno, nempe à Deo facta sunt. 29.2.A
Materia habet ex positione id quod est necessarium. 65.3.H
Materia hic habet suam substantiam. 42.4.E
Materia in quo à forma differat, & priuatione. 51.3.H
Materia interit per priuationem, ingenita autem, & æterna, per potentiam. 42.1.C
Materia locus cur dicta sit. 112.1.A
Materia locus formarum apud Platonem. 112.1.C
Materia non conuertitur ex Platonicorum sententia. 53.3.G
Materia non est in ingenitis nec in quo sunt per accidens nisi per relationem. 61.2.B
Materia non est malum ut quod malum habeat substantiam. folio 41.3.E
Materia non est principium apud Pythagoreos. 42.3.H
Materia non est propriè causa. 65.4.H
Materia non interit. 42.2.B
Materia per accidens, priuatio per se interit. 42.1.A
Materia prima est quidem, sed nihil ex ijs quæ sunt. 22.1.A
Materia prima est subiectum omnium. 37.2.D
Materia prima non est in artificialibus. 45.4.F
Materia plus habet ad rationem substantiæ, quàm repugnantia. 32.4.F
Materia quantitas etiam ex sententia Aristotelis. 38.3.F
Materia quibusnã de causis uideri posit esse locus. 100.4.H
Materia quomodo cognoscatur ex sententia Platonis & Aristotelis. 94.4.E
Materia quomodo dicatur. 93.4.H
Materia quomodo dicatur separabilis. 101.1.C
Materia quomodo quantitas ex Pythagoreorum snia. 38.2.C
Materia quomodo sit ingenita, & non forma. 42.2.D
Materia si non est ingenita cur non est primum principium sicut Deus. 42.3.F
Materia sit ne corpus. 37.4.E / 89.3.H
Materia sit ne ex ijs quæ sunt. 67.4.G
Materia sit ne solùm potentia. 67.4.G
Materia suscipit formam per alterationem ut uolunt Peripatetici. 53.3.F
Materia uix potest cognosci. 87.3.H
Materiæ primæ cognitionẽ ex Timæo ceperunt Plato & Aristoteles. 37.3.H
Materiæ primæ proportio cum materia formarum artificialium. 37.2.D

Materiæ tractatio necessaria est Physico. 50.3.F
Materiam adulterina ratiocinatione cognosci. 24.3.F
Materiam cœli ex sua natura posse omnes formas cœlestium suscipere, Grammaticus. 235.2.A
Materiam cognoscimus per negationem formæ quæ deducit subiectum. 37.3.G
Materiam Deus æternam produxit ex non subiecto. 198.3.H
Materiam & formam non esse locum quomodo probet Alexãder. 55.3.H
Materiam esse ab interitu alienam à Pythagoricis & Platone accepit Aristoteles. 42.2.C
Materiam esse formæ & figuræ expertem. 34.4.F
Materiam esse naturam. 45.3.E
Materiam locum esse formarum non corporum dicit Plato. folio 94.2.C
Materiam magis q̃ formam tractarunt ueteres. 50.1.D
Materiam non esse principium. 41.2.C
Materiam Plato appellat hoc quidpiam, formam uerò Aristoteles. 37.3.E
Materiam ponit Plato in infinito & terminato. 41.2.B
Materiam posse numerari. 35.4.H
Materiam qui malum ponunt, ponunt eam tanquam principiũ efficiens. 42.3.G
Materiam uocat Plato locum. 36.4.H
Materiam uocat Plato matrem & locum. 41.2.D
Materiam uocabat Plato magnum & paruum in non scriptis congreßionibus. 94.3.H
Materiale quid sit. 108.3.H
Materiali & naturali neceßitate fieri à natura quomodo probare conentur nonnulli. 62.4.F
Materiali neceßitate omnia fieri uolebant ueteres Physici & Epicurei. 63.1.A
Materialia à materiali infinitate continentur ut quæ ea peruadit. 87.4.E
Materialia magis, continentur à magis formalibus. 104.4.F
Mas & fœmina cur non sunt species. 155.4.E
Mathematica quid sit. 1.1.C
Mathematica cur Aristoteles uocet immobilia. 61.1.B
Mathematica cur dicantur ex abstractione. 89.2.D
Mathematica & si non sunt in loco, ex ea quæ est ad nos relatione habent loci differentias. 91.4.F
Mathematica quas sub se scientias contineat. 48.4.G
Mathematicus in quo differat à Physico. 49.3.E
Mathematicos non nosse principia. 3.1.A
Mathematicum corpus Aristoteles nõ ponit quantũ. 114.4.H
Mathematicarũ magnitudinum diuisione cur in tempore utatur Aristoteles. 131.3.G
Mathematicas scientias habere materiam. 3.1.D
μάτην quid latinè significet. 58.4.G
Maximi elegans loci partium in uniuerso expositio. 103.3.E
¶ Meatus fieri quid sit. 121.3.F
Medicus febrem afferens id facit tanquam bonum. 53.4.G
Medium & particeps extremorum, & extrema habent cum medio proportionem. 214.1.D
Medium & extremum sunt immobilia. 102.1.D
Medium q̃uo se habeat ad principium, & finem. 225.3.H
Media contrariorum habent rationem contrarij ad utrunque extremum. 142.1.C
Mediæ causæ inter efficientem, & finem, sunt instrumentariæ. 52.4.E
Media inter efficientem causam, & finem, ad finem referuntur. 52.3.H.
Melißi de generatione & interitu principium. 16.4.F
Mentis applicatio ad ea quæ peipiunt intelligentia. 200.2.A
Mens discretè intelligit, sed non transeundo. 200.3.G
Mens est actus, & res ipsa. 200.3.H
Mens est causa efficiens & exemplar. 52.2.D
Mens & natura sunt casu & fortuna priores. 59.4.F
Mens & natura uniuersi causæ efficientes. 60.1.C
Mens habet uniuersorum cognitionem actu, singularium uerò potentia. 186.4.G
Mens non admittit simul duas mentis agitationes. 199.4.F
Mens non intelligit transeundo prius, & posterius. 200.3.G
Mens nulli inest absq; anima. 108.3.G
Mens quæ extrinsecus ingreditur potest separari. 167.2.A
Mens quomodo discernat in generatione. 25.2.A
Menti quomodo motum tribuat Plato. 144.1.C
Mentem partes similares discernere quomodo dicat Anaxagoras. 28.2.D
Mentem quomodo celebret Anaxagoras. 28.3.E
Mente cur non usus sit Anaxagoras in reddendis causis singularium. 28.3.F
Mensis olympicus. 171.4.H
Mensura est media inter id quod metitur, & mensuram suscipit. 111.1.D
Mensura exæquat sibi quod metitur. 110.3.G
Mensura generationis non est generatio. 111.1.D
Mensura non eget mensura. 110.4.F
Mensuræ & mensurata se uicißim metiuntur. 128.4.G
Mensuræ natura est superior eo quod suscipit dimẽsionem, nec eisdem indiget. 111.1.C
Mensuram nullam fieri à natura dicebat Boethus. 134.3.G
Mensuræ submissæ & imaginariæ metiuntunr ea quæ per submißionem imaginariè consistunt. 111.1.B
Mensuræ tot sunt, quot partes. 134.4.G
Mensuræ tres operationis quæ fit in tpe motus. 109.1.D
Mensuræ tres sunt in generatione. 112.2.C
Mensuras fieri à natura. 134.3.H
Mensuras quatuor esse, et nõ tres ut uult Damascius. 136.2.A
μεταβάλλειν, id est mutari, paßiue accipi. 143.4.G
Metalepsis quid sit. 169.3.H
μεταξὺ id est quod intercedit unde deriuetur. 151.1.B
Methodus quid sit. 3.2.A
Metrodorus Chius, & Epicurus. 113.1.C
Metrodori Chij opinio de principijs ferè consentit cum Democrito. 5.3.G
¶ Mixtio fit ex separatis. 28.2.B
Mixtorum si unum est per se, itidem quoq; alterum. 214.2.A
¶ Mobile per se est magis principiũ motus, quàm id quod motum mouetur. 215.2.C
Mobile per se ex quibus componatur. 217.2.B
Mobile per se, id solum est quod parte mouet, parte uero mouetur. 215.3.G
Mobile per se non potest esse aliquid, ut una pars, uel plures ipsæ seipsas moueant. 216.4.G
Mobile per se quot modis dicatur ex Eudemo. 215.3.G
Mobile potentia præcedit motum, etiamsi motus & mobile simul sint. 195.4.H
Mobile quid dicatur. 133.1.C
Mobile quid sit ex sententia Grammatici. 196.2.B
Mobile quid sit propriè. 71.2.D
Mobile seu id quod moueri potest dici duobus modis. 196.2.D
Mobilis partes contra à se inuicem moueri, non est necesse. folio 216.3.F

Mobilia

Mobilia, & se per accidens mouentia non possunt motu mouere continuo. 221.1.C
Mobilia quæ non sint præter naturam cur in tribus prædicamentis non dixerit Aristoteles. 210.4.G
Modus dupliciter consideratur & per abscißionem & per cõplexum. 76.3.E
Modi generationis diuersi apud eos qui unum statuunt principium. 24.2.C
Modo quid significet. 132.1.C
Modo & Iam quomodo differant. 132.1.C
Molle & durum causæ sunt facultatis, & difficultatis ad patiendum. 121.3.H
Momentum nempe finis motus. 127.2.D
Momenta uocantur fines motus. 166.1.B
Monstra unde fiant. 64.3.F
Morales philosophi qui dicantur. 7.2.C
Mors non est uitæ finis. 50.2.D
Motionis non est motus. 146.2.B
Motionis si est motus, latio alterabitur, uel feretur. 148.3.G
Motionis si sit motus quæ absurda sequantur. 146.3.E
Motus quid sit ex Grammatici sententia. 196.2.B
Motus ab Aristotele tradita definitio consideratur. 70.2.C
Motus æqualis quis sit. 155.2.C
Motus æternitas probatur à tempore. 198.4.H
Motus æternitas probatur à tempore, & Nunc, quod consistit in mente. 199.3.F
Motus æternitas probatur ex eo quod est potestate aptum ut moueatur. 195.1.A
Motus æternitas probatur ex eo quod mouet. 195.2.D
Motus æternitatem non probari ex definitione motus censuit Ioannes Grammaticus. 195.3.G
Motus æternus est in tempore. 129.4.H
Motus æternus nempe circularis sit ne in tempore. 130.2.A
Motus æternus quis nam sit. 222.1.B
Motus animalium ex eo quod ambit proficiscitur. 206.2.A
Motus animæ sunt operationes ex sentẽtia Stratonis. 176.2.B
Motus apud Platonem est quid amplius mutatione cõtra apud Aristotelem. 143.3.H
Motus artificiales sunt maximè ex alteratione. 77.2.C
Motus aut mutationis præter circularem nulla species potest moueri continenter. 231.3.F
Motus causa efficiens, non autem materialis, hæc quæritur. folio 215.2.B
Motus circularis est continuus, quoniã nunquam fiat in ijsdem: contra qui in recta. 231.1.D
Motus circularis si sæpe circumfertur quomodo non fiet in eodem. 231.2.B
Motus cohærentes differunt à continuis. 154.3.F
Motus cohærentes inuicem sunt continui. 154.4.E
Motus continuitas eorum quæ sunt sub Luna, quæ fit per id quod est deinceps, dependet à continuo, & æterno motu cœlesti. 220.1.D
Motus contrarij à quiete, statú ue intercipiuntur. 224.2.C
Motus contrarij non sunt ambo simul secundum naturam. folio 147.3.H
Motus contrarij quinam sint. 156.1.D
Motus corporis cur uecti aßimiletur. 221.1.A
Motus corporeus quis dicatur. 181.4.F
Motus cùm num sit æternus quæritur, non de singularibus motibus, sed uniuersè quæritur de motu. 193.3.H
Motus cur sit in prædicamento Situm esse. 149.1.A
Motus cur sit in quatuor solis prædicamentis si sit in omnibus id quod est potentia & actu. 69.3.E
Motus cur non sit in prædicamento Agere, & Pati. 148.4.H
Motus cur non sit in relatiuis, & si in eis sit repugnantia. folio 148.4.G
Motus cur non sit priuatio quietis. 150.2.B
Motus cur nõ sint uniuoci, si sunt in eodẽ prædicamẽto. 68.3.G
Motus definitio data ab Aristotele comprehendit etiam generationem. 196.3.G
Motus definitio quæ est apertior & notior. 77.1.C
Motus dicitur unus genere, specie, & numero. 151.4.H
Motus dicitur unus tribus modis. 181.2.C
Motus distinctio ex causis immobilibus à motu naturali & artificiali. 77.1.D
Motus diuersitatem dixisse Platonem reprehendit Alexãder, Simplicius uerò defendit. 73.2.D
Motus diuisio per tempus est tanquam per longitudinem: Diuisio motus per partes est ueluti per latitudinem. 168.4.F
Motus duplex diuisio, una p tẽpus, altera per partes. 168.1.A
Motus duplex substantialis, & agens motus. 111.2.D
Motus duplex, unus quieti opponitur, alter extensio essentiæ quietis. 130.3.H
Motus eorum quæ trahunt quomodo est celerior ijs quæ trahuntur si non mota quædam trahant. 183.2.C
Motus est actus. 144.2.D
Motus est actus imperfectus. 215.4.G
Motus est æquiuocus. 68.3.B
Motus est apud Aristotelẽ, quod est generatio, seu ortus apud Platonem. 240.4.H
Motus est continuus. 124.4.F
Motus est continuus propter magnitudinem. 124.4.F
Motus est duplex naturalis & uiolentus, seu præter naturam. folio 116.3.H
Motus est etiam in ijs quæ sunt ad aliquid. 74.4.B
Motus est genitus, continens sub se multas species. 190.2.C
Motus est in eo quod est mobile. 75.2.A
Motus est in eo quod mouetur, in eo ex quo, & in eo, ad quod, sed diuersè. 141.2.C
Motus est in eo quod mutatur. 141.3.F
Motus est in ijs quæ referuntur ad aliquid. 69.3.H
Motus est in mutationibus omnibus præter generationem & interitum. 143.1.D
Motus est in Quantitate, Qualitate, & Loco. 67.2.B
Motus est in prædicamento Agere & Pati. 69.4.E
Motus est in prædicamento Habere. 70.1.B
Motus est in prædicamento Quando. 6.4.G
Motus est in prædicamento Situm esse. 70.1.B
Motus est in unoquoq; genere prædicamentorum ex sententia Theophrasti. 149.1.D
Motus est in tribus solùm prædicamentis. 148.4.G
Motus est motui propriè contrarius. 157.2.A
Motus est quædam uita rebus naturalibus. 193.4.E
Motus est unus numero. 220.1.A
Motus est unus subiecto & ratione. 77.1.A
Motus & generatio id quod sunt habẽt in eo q̃ fiant. 236.2.D
Motus, & mutatio duplex in unoquoq; ex oppositis in oppositum. 69.2.C
Motus & mutationis differentia. 143.1.D
Motus & mutationis quomodo tot sunt species, quot eius quod est. 69.3.B
Motus, & prius ac posterius motus, subiecto eadem, ratione differunt. 125.2.B
Motus & temporis quantitas quõ consideretur. 125.1.A

Motus ex appetitione transmittens num sit naturalis. 72.5.B
Motus sit ex contrario in contrarium sm naturam. 511.1.B
Motus habet id quod est in eo quod fiat. 144.4.F
Motus inæqualis celeritatis duæ sunt causæ, magnitudines, & figuræ. 518.4.E
Motus inæqualis differentiæ. 155.3.E
Motus inæqualis est unus propter continuitatem. 555.4.G
Motus inæqualis quænam sit mensura. 135.1.C
Motus inæqualis quis dicatur. 155.2.D
Motus inæqualis quomodo sit in alteratione. 155.3.F
Motus in quantitate quænam habeat nomina. 70.4.F
Motus in quibusnam sit prædicamentis. 145.2.C
Motus in quo prædicamento sit reponendus. 67.2.C
Motus in substantia quænam habeat nomina. 70.4.F
Motus localis est ante gñationem quæ fit in singulis. 223.2.D
Motus localis est primus aliorum motuum. 222.2.A
Motus manet aliqñ postq̃ cessarit id quod mouet. 240.4.F
Motus metitur tempus. 528.4.G
Motus medius inter locum & tempus. 125.4.G
Motus non est continuus, si quæ non semp mouentur quiescunt aliqua quiete motui opposita. 230.1.D
Motus non est in excessu & defectu sed in mobili, & eo quod potest mouere. 68.2.C
Motus non est in falso quod est per affirmationem, uel negatio nem. 143.1.A
Motus non est infinitus in tempore finito. 174.3.F
Motus non est in ijs quæ mutantur in substantiam. 143.1.C
Motus non est in prædicamento facere, & pati. 146.1.C
Motus non est per se in ijs, quæ referũtur ad aliquid. 145.3.G
Motus non potest fieri per plenum. 113.2.C
Motus non transiens menti tribuitur à Platone. 71.3.H
Motus nullus potest esse continuus præter lationem. 224.1.D
Motus operatio mentis apud Platonem. 143.3.D
Motus per locum est communis & principalis. 91.5.B
Motus per locum est in eo quod mouetur. 123.4.G
Motus per locũ nihil mutat statu eius quod mouet. 223.4.E
Motus per se est continuus. 524.4.H
Motus per substantias participat essentiam. 193.4.E
Motus præter naturam sit ne in omnibus speciebus motus. folio 558.1.A
Motus qualitatis. 211.4.E
Motus quantitatis. 215.3.H
Motus quibus nominibus appelletur. 149.2.D
Motus qui est ex eodem ad idem iterum atq; iterum, sit ne unus specie. 153.1.D
Motus qui est unus, est continuus. 154.2.C
Motus qui fertur in obliqua est motus mixtus. 224.2.B
Motus, qui fit ab oppositis in opposita, non est continuus, & unus. 205.4.F
Motus qui fit à contrario in contrarium non potest esse continuus. 229.3.H
Motus qui fit circulo est perfectus, & extra se nihil relinquit. folio 235.3.E
Motus qui fit currendo cum lampas uicißim datur, sit ne continuus. 154.3.F
Motus qui fit & interit utrũ poßit esse unus numero. 153.4.F
Motus qui fit ex contrario in contrarium est contrarius ei qui fit ex contrario in contrarium. 156.4.E
Motus qui fit ex contrario non est contrarius ei qui fit ad contrarium. 156.1.E
Motus qui fit in recta non est perfectus. 232.1.B
Motus qui fit per alterationem quomodo habeat diuisionem per diuisionem quæ mouetur magnitudinis. 569.3.F
Motus qui fit per locum duæ sunt species. 98.4.H
Motus qui fit per locum probatur esse primus ab authoritate. folio 233.1.B
Motus qui fit solùm ad cõtraria nec profert id quod fit ex contrarijs, non est motus, sed mutatio. 156.4.H
Motus qui recta fertur, non est continuus. 225.1.B
Motus quisnam sit is, cuius est numerus tempus. 131.4.G
Motus quiuis an sit cum quouis motu comparabilis. 187.4.G
Motus quiuis non est cuiuis motui continens. 154.2.D
Motus quomodo dicitur actus si nec potẽtia nec actu. 74.2.A
Motus quomodo dicatur esse in tempore. 129.1.C
Motus quomodo sit actus eius quod est potentia efficiens. folio 77.1.D
Motus quomodo diuidatur. 152.2.C
Motus quomodo sit in toto. 221.2.A
Motus si fiat per inane, carebit tempore. 117.3.F
Motus si fiat per inane propter figurarum diuersitatẽ, quænam absurda sequantur. 118.4.F
Motus si fiat per inane quomodo fieri poßit ut nullum sequatur absurdum. 118.3.G
Motus si est æquiuocus quomodo definitur. 68.4.E
Motus si semper est, ut qui deinceps sequatur, quomodo quod semper est, est continuum. 220.1.B
Motus si sit in eo quod mouet quænam absurda sequantur. folio 75.4.F
Motus si sit, quænam esse oporteat. 141.1.B
Motus si sit unus eius quod mouet, et eius quod mouetur, quænam absurda sequantur. 76.2.A
Motus sit ne in tempore. 144.4.H
Motus subiecto unus, duo uero ratione. 76.2.C
Motus tollitur si non sit rarefactio, & condensatio. 120.3.E
Motus tollitur sublata anima. 133.3.G
Motus unà cum tempore cogitatur. 124.3.G
Motus uniuersus quomodo esse poßit. 126.1.B
Motus unus absolutè quis sit. 153.3.H
Motus unus, & continuus, & statibus non interceptus est motus circularis. 179.2.A
Motus unus numero quisnam sit. 153.2.C
Motus unus, & continuus quis sit. 225.1.D
Motus unus oportet ut sit æquabilis. 155.2.B
Motus unus siue sit unus genere, uel specie, perfectus sit oportet, non solùm unus numero. 154.4.H
Motus duæ sunt partes: à quo moueri ad quod sisti. 173.4.G
Motus nulla est idea nec substantia. 68.3.E
Motus temporis, & longitudinis continuitas à se inuicem probatur. 163.4.E
Motus traditio est in ijs quæ contingit aliquando moueri, aliquando quiescere. 239.1.C
Motus uniuscuiusq; continui una est æterna causa. 220.1.B
Motui sit ne quies contrarium. 224.3.G
Motui esse prius id quod potest moueri. 195.4.F
Motui per se insunt esse in tempore, & quod mutatum esse in id in quod mutabatur: & reliquisse id, ex quo mutabatur: et inter ipsa nunc tempus intercedere. 230.2.D
Motum aut tempus aliquando esse dicere, aliquando non, est figmento simile. 204.2.D
Motũ cur Aristoteles non uocet mentis operationẽ. 143.4.E
Motum eorum quæ in recta mouentur nõ contingit esse æternum. folio 232.2.A
Motum esse æternum, aut non æternum dicunt Physici conuenienter suæ sententiæ unusquisq;. 194.2.A

Motum

Motum esse æternum probat ex definitione motus. 194.4.G
Motum esse apud omnes Physicos est in confesso. 193.4.H
Motum esse ingenitum uerum esse, refellendo contraria ostenditur. 205.3.B
Motum esse primam mutationem eius quod actu est recte ne dicatur ab Alexandro. 70.4.H
Motum esse quid indefinitum ex sententia ueterum. 73.1.D
Motum & mutationem Theophrastus *considerat in unoquoq; prædicamento.* 70.2.A
Motum in anima quid dixerit Aristoteles. 124.4.E
Motum naturalem esse æternum, ex naturalis motus definitione ostendit Aristoteles. 193.4.G
Motum non esse æternum ex eo q. quædam statim genita motũ naturalem statum habeant, probat Grammaticus. 196.1.B
Motum non esse ingenitum quomodo probet Grammaticus. *folio* 203.3.F
Motum ingenitum non esse asserens oratio sumpta ab animantibus refellitur. 206.1.D
Motum ingenitum non esse asserens oratio sumpta ex inanimatis, & ijs quæ mouentur extrinsecùs, refellitur. 206.1.A
Motum perimens ex mutatione, per contradictionem refellitur oratio. 177.1.D
Motum perimens oratio ex eo q. quæ circulari motu mouẽtur uideantur quiescere, refellitur. 177.3.B
Motum perimens oratio refellitur. 167.1.C
Motum perimens Zenonis *prima ratio.* 176.1.A
Motum perimens Zenonis *secunda ratio.* 176.1.D
Motum perimens Zenonis *tertia ratio.* 176.3.E
Motum perimens Zenonis *quarta ratio.* 176.3.G
Motum per inane spatium non fieri. 119.3.H
Motum per locum esse primum omnium dicit Plato *in decimo de* Legibus. 222.3.H
Motum posse interire qũo probet Grammaticus. 202.3.E
Motum quid uocet Plato. 143.4.E / 218.3.E
Motum tollentibus consequens est esse motum. 209.1.A
Motu alterius, nihil quod mouetur mouetur. 168.1.C
Motu sublato tollitur natura, & naturalia, & artes, & scientiæ quæ uersantur in actione. 207.1.C
Motuum comparationis inter se Methodus. 190.4.G
Motuum effectu possunt esse separata. 76.2.D
Motuum inæqualium quinam non poßint esse cõtinui & unus. folio 155.4.H
Motuum inter se oppositio. 156.1.D
Motuum qui simul sunt est idem tempus. 134.2.B
Motus dicuntur ab eo quod. 149.3.G
Motus oppositi qui dicantur. 230.4.H
Motus plures simul numerantur. 125.3.E
Motus qui fiunt ab eo quod intercẽdit, & ad id quod intercedit sunt contrarij. 157.1.C
Motus qui fiunt à contrarijs in contraria non sunt unus. folio 225.2.A
Motus qui fiunt ex contrarijs in contraria non sunt continui, sed deinceps consequentes. 230.3.G
Motus qui supernum, & infernum finem dexterum, & sinistrum, & id quod est ante & pone definiunt, sunt contrarij. folio 230.4.H
Motus secundum naturam, & præter naturam sunt contrarij eodem modo repugnãtiæ, quo alij motus contrarij. 158.2.C
Motus sunt finiti & species motus. 214.3.G
Motus uiolenti per locum sunt quatuor supremæ differentiæ. folio 182.2.C
Mouens, est actu. 215.4.G
Mouens est essentia incorporea quæ ipsa est per se in substantia. 239.4.H
Mouens est perfectum & formam affert. 75.1.A
Mouens est perfectum, & separatum ab eo quod est potestate. 198.2.D
Mouens in loco quomodo formam habeat. 75.1.B
Mouens mouet aliquousq;. 191.3.E
Mouens mouet in tempore. 191.3.B
Mouens non necessariò per se motum mouet. 214.2.D
Mouens primò in quo differat ab ijs quæ ex arte & instituto. 62.1.A
Mouens primò æternum sit oportet. 218.4.H
Mouens primò esse æternum, probatur argumento, quod colligitur per tria hypotheticè. 219.4.G
Mouens primò est incorporeũ expers magnitudinis & carens partibus. 233.3.G
Mouens primum necesse est uel sit imbobile, uel per se mobile. folio 213.3.G
Mouens seipsum, potest etiam se sistere. 210.2.C
Mouens primò semper cum sit immobile infinitam actu habet potestatem. 234.4.H
Mouens primò superius est omni mutatione. 219.1.B
Mouens primum quid dicatur. 192.1.C
Mouens primum est immobile. 214.1.A
Mouens primum est in omnibus quæ mouentur. 218.2.G
Mouentia motu simplici contrarias quandoq; ingenerant affectiones. 195.3.B
Mouentia, partim mouent secundùm naturam, partim præter naturam. 210.4.B
Mouentia per locum tangunt ea quæ à se mouentur. 214.1.B
Mouentium & eorum quæ mouentur operationes, & facultates non simul cessant. 202.1.D
Mouentium primum est id quod est per se mobile. 212.4.G
Mouentium quædam mouent motu simplici, quædam motibus contrarijs. 195.3.B
Mouentur quæ alterantur, & non solùm mutantur. 143.1.B
Moueri diuiditur similiter, atq; motus. 169.1.C
Moueri à seipso, & ab alio, per accidens differunt. 221.2.D
Moueri aĩam qũo dicat Plato, *immobilem aũt* Aristo. 71.3.H
Moueri in infinitum potest corpus finitum. 234.4.G
Moueri in infinitum quomodo intelligatur. 234.4.F
Moueri in loco qũo dicantur quæ mouentur. 109.3.H
Moueri omnia dicebat Heraclitus. 207.3.B
Moueri omnia dicere est minus alienum à naturæ methodo, q̃ dicere omnia quiescere. 207.2.D
Moueri per accidens. 99.1.A
Moueri per accidens, & moueri ab alio differunt. 221.3.B
Moueri per accidens, & per partem esse in ijs quæ simul sunt cum motu. 141.4.B
Moueri per se quid sit. 99.1.A
Moueri posse omnia nulla specie motus. 207.3.E
Moueri præter naturam quænam dicantur. 209.4.H
Moueri propriè, & absolutè dicitur quod motu locali mouetur. 233.2.C
Moueri qui dicunt oĩa corpora sensilia, malè dicunt. 232.4.F
Moueri quicquid mouet, sed eo motu, quo mouet, non est uerum. 214.3.G
Moueri secundùm naturam quid dicatur. 210.4.E
Moueri uel quiescere quicquid est, uerum non est. 175.4.G
Mouet aliquid, quicquid mouet. 191.3.B
Mouetur nihil per infinitum actu. 232.1.C
¶ *Multum & duplũ in aere, & aqua sint ne uniuoca.* 189.1.A

Multum prædicetur ne æquiuocè in aqua, & aere. 188.3.H
Multa esse ea quæ sunt, dicuntur multis modis. 15.3.G
Mundus duplex ex sententia Anaxagoræ. 84.3.E
Mundus manet in eodem, & per formam substantiæ, & per qualitatem motus. 221.2.A
Mundus mutatur non in nō essentiam, sed in aliquid aliud præstantius. 203.3.F
Mundus non est in loco, neq; sphæra inerrans. 102.3.H
Mundus retinetur ne intereat uinculo Dei uoluntatis. 235.3.F
Mundi interitum nō probari ex materia, Simplicius. 235.2.C
Mundi interitus probatur ex eo quòd cœlestia non sint potestatis infinitæ. 235.3.E
Mundi interitus probatur ex eo q. materia sit apta ad omnes formas suscipiendas, Grammaticus. 235.1.D
Mundi interitus probatur ex ipsa compositione. 235.3.E
Mundi tam eius qui percipitur intelligētia, quàm sensilis, principia elementa quatuor, causæ autem efficientes amicitia & contentio ex sententia Empedoclis. 5.4.H
Mundum esse interiturum ex eo q. constet ex materia & forma uult Grammaticus. 235.1.C
Mundum fuisse factum à principio temporis dicebant Anaxagoras, Archelaus & Metrodorus Chius. 194.1.C
Mundum genitum esse ut uult Plato non pugnat cum Aristotele. 201.2.C
Mundum genitum quomodo dicat Plato. 199.2.A
Mundum totū eur cœlum uocent Plato, & Aristoteles. 88.3.F
Mundum ita interire, ut non sit amplius mundus nemo dicit ex Physicis. 194.2.B
Mundum unum, & aliàs alium fieri cēsent Anaximenes, Heraclitus & Diogenes Stoici. 194.1.C
Mundum unum tempore ingenitum, & ab interitu alienū ponunt Plato, & Aristoteles. 194.1.C
Mundos multitudine infinitos ponebant Anaximander, Leucippus, Democritus & Epicurus. 194.1.B
Mutari esse ante mutatum esse, euidentius cernitur in magnitudine. 172.4.B
Mutari in tempore, & primò, & per aliud. 171.3.H
Mutari non id quod est simile, nec id quod simul esse potest, sed quod priusquam mutetur simul esse non potest. 29.4.H
Mutatio à reminiscentia in obliuionem, & à sanitate in ægritudinem fit per accidens. 146.3.H
Mutatio est in substantia, non motus. 69.3.G
Mutatio est propriè in substantia. 67.2.B
Mutatio & motus confunduntur aliquando. 124.1.C
Mutatio & motus omnis fit in tempore. 132.4.F
Mutatio ex crassiori in subtilius est similis gñationi. 147.4.E
Mutatio ex subtiliori in crassius est similis interitui. 104.4.E
Mutatio fiat ne ex substantia in substantiam. 145.3.E
Mutatio fit ex contrario in contrarium. 29.3.E
Mutatio fit in scientiæ usum, & operationem citra alterationem. 187.1.B
Mutatio in uirtutē est perfectio, in uitium interitus. 185.2.B
Mutatio magis denominatur ab eo in quod mutatur. 141.3.E
Mutatio mutationis est ne in indiuiduorum generatione. folio 147.4.G
Mutatio mutationis est solum per accidens. 148.3.H
Mutatio non est eius quod est quietum reddi. 187.1.D
Mutatio omnis an fiat in tempore dubitat Theophrastus. folio 173.2.A
Mutatio omnis fit ex una specie in aliam. 146.2.D
Mutatio omnis fit uel per cōtraria uel ea quæ intercedunt, uel per contradictionem. 142.1.B
Mutatio per habitum non est alteratio. 185.1.D
Mutatio prima per quam mutatum est aliquid, non fit in tempore, sed in fine temporis. 228.4.F
Mutatio quæ fit per accidens est infinita, & interminata. folio 141.4.H
Mutatio quæ fit per contradictionem fit generatio & non motus. 144.2.C
Mutatio quæ fit per substantiales differentias non est motus. folio 149.3.E
Mutatio si per qualitatem est alteratio, cur non per figurā & habitum fiat alteratio. 187.3.H
Mutatio siue per plura, siue per pauciora quæ intercedāt fiat, duo sunt motus, duæ quietes. 231.3.H
Mutatio substantialis non est alteratio. 187.4.E
Mutatio ut sit infinita non potest fieri. 179.1.A
Mutationis differentiæ cadunt in omnes eius species. 140.4.F
Mutationis, & motus uocabulo indifferenter utitur Aristoteles. 202.4.G
Mutationis naturalis nomen comprehendit etiam motum localem. 36.3.H
Mutationis principium non esse principium tēporis. 170.3.G
Mutationis quæ græcè est μεταβολὴ etymologia. 142.2.A
Mutationis quæ sint differentiæ. 140.4.E
Mutationis si sit mutatio, non est motus, nec generatio, nec mutatio. 146.4.G
Mutationis si sit mutatio non est ad quod moueatur. 148.2.B
Mutationis si sit mutatio, non posse dari subiectum mutationis. 148.1.D
Mutationem esse in Deo si mundus ab eo in principio fit creatus. 198.4.F
Mutationem nullam esse æternam falsum esse ostenditur. folio 205.3.E
Mutationes quæ fiunt aceruatim, non fiunt in tpe. 173.2.A
Mutationes quæ fiunt ex oppositis in opposita tempore intercipiuntur. 224.4.F
Mutationes quæ fiunt per figuram & habitum non sunt alterationes. 184.3.H
Mutationes quæ fiunt per habitus animæ non sunt alterationes. 186.1.A
Mutationes quasnam uocet Aristoteles, & quosnam motus. folio 143.4.F
Mutationum quanta sit differentia. 144.2.A
Mutatum ne possit esse aliquid, quod non prius mutabatur. folio 167.3.F
Mutatum quando sit in eo in quod mutatum est. 169.3.H
Mutua affectiōe oīa īter se cōsentire dicit Hippocrates. 79.1.D

N

Natura est æterna sicut etiam materia. 45.4.E
Natura est cā augmenti & perfecti uigoris. 123.3.F
Natura est causa motus per locum. 116.1.A
Natura est causa propinqua efficiens. 61.3.G
Natura est prior arte: fortuna uerò ars prior est. 60.1.C
Natura est uita ultima. 48.2.C
Natura, & artes non consultant. 65.2.B
Natura, & ars sæpe scopum non assequuntur. 64.3.E
Natura, hoc est sine causa moueri dicere, est commenti simile. 204.3.G
Natura non est prima causa, sed instrumentaria. 63.1.A
Natura non est propriè efficiens causa, sed immobile. 54.3.H
Natura nō facit forte fortunā, et si ex rōne non faciat. 51.4.H
Natura quanam in re habeat cum arte conuenientiam, & in quo

quo differat. 47.3.E.
Natura quomodo dicitur efficiens. 48.1.C
Natura quomodo faciat alicuius gratia. 48.1.D
Natura ut uult utitur Deus opifex. 63.2.D
Naturæ cum arte in forma præbenda conuenit. 46.1.A
Naturæ definitio cõuenit omnibus naturæ significatis. 47.3.F
Naturæ definitio conuenit ferè omnibus naturæ significatis & si nomen sit æquiuocum. 44.3.G
Naturæ quidnam sit magis proprium significatum. 47.3.F
Naturæ tractatio est contemplatiua. 51.3.G
Naturæ sunt notiora simplicia. 3.3.H
Naturæ uaria sunt significata. 45.3.E
Naturam dicit Plato causam instrumentariam. 37.1.A
Naturam dici quinq; modis. 47.2.B
Naturam esse efficientem cãm quõ intelligat Aristo. 212.1.C
Naturam facere alicuius gratia quid scire Physico conferat. folio 62.3.E
Naturam non operari ex ratione ut uult Alexander. 51.4.G
Naturam perimit qui ab ea perimit alicuius gratia. 64.4.H
Naturam quid propriè uocet Aristoteles. 48.2.B
Naturale quid sit. 1.1.C
Naturales philosophi qui dicantur. 7.1.D
Naturalis facultas quæ est in eo quod mouetur, consideratur quatenus mouetur. 198.2.D
Naturalis forma cognoscitur usq; ad usum qui est finis. 51.2.D
Naturalis inquisitio cuiusmodi. 82.1.D
Naturalis motus est prior uiolento. 116.4.E
Naturalis omnis & corporea constitutio dependet ab incorporea & intelligenti bonitate. 240.4.F
Naturalis philosophus cognoscit ex formis. 49.4.H
Naturalis philosophiæ utilitas. 1.3.F
Naturalis philosophi est nosse materiam & formam. 50.2.E
Naturalis philosophus non est qui motum tollit. 7.1.D
Naturali necessitate fiunt aliqua quæ non referuntur ad aliquid. 52.1.A
Naturalia feruntur ad locũ proprium & in eo manẽt. 98.3.H.
Naturalia fiunt alicuius gratia. 63.1.D
Naturalia formam abstractam participant. 49.3.E
Naturalia & mouentur, & mouent. 71.1.D
Naturalia habent principium motus intrinsecùs, artificialia extrinsecùs. 44.1.C
Naturalia in quo differant ab ijs quæ ex arte fiunt. 65.2.C
Naturalia non fiunt casu, uel per accidens. 63.1.C
Naturalia omnia mouentur per locum. 91.1.B
Naturalia omnia non sunt genita. 36.2.C
Naturalia quæ sunt in locis proprijs non mouentur. 208.1.D
Naturalia quomodo in se habeant principium motus, & status. 43.4.G
Naturalia quomodo in se habeant principium motus, si extrinsecus moueantur ab alto. 212.1.A
Naturalia sola sunt corpora simplicia. 43.3.G
Naturalia uel absolutè, & similiter se habent, uel cur non sic habeant, ratio reddi potest. 204.4.F
Naturalium causarum differentia ab electione, artificio, & natura. 43.2.D
Naturalium motio differt à motione cœlestium. 74.2.D
Naturalium omnium non sunt naturalia principia. 36.2.C
Naturalium partes non omnes naturales. 43.3.E
Naturalium rerum elegans descriptio ex Eudemo. 43.4.E
Naturalibus multa accidunt præter naturæ finem. 63.2.C
Naturaliter mouentium à prima causa mouente differentia. folio 74.2.C
¶Nec materia nec forma est locus ex corollario solutionis dubitationis Zenonis. 98.2.D
Necessarium & id quod fieri non potest repugnant. 12.2.D
Necessarium ex positione in Mathematicis. 66.1.C
Necessarium idest materia est formæ gratia. 65.4.F
Necessarium non tollit id cuius gratia. 66.1.A
Necessarium plus est quàm esse rationi cõsentaneum. 12.2.D
Necessarium quod ẽ in Mathematicis differt à principio quod est in naturalibus. 66.2.A
Necessitas duplex, diuinior, & uiolenta. 163.2.D
Negatio duplex magis negans reprehenditur ab Alexandro. folio 55.1.D
Negatio in compositione multis modis dicitur. 80.4.F
Nicolaus Damascenus. 4.4.F
Nihil fieri ex nihilo. 25.4.H
Nihil fit absolutè ex eo quod non est, sed per accidens. 39.4.C
Nihil gigni, fieríue ex eo quod nullo modo est, falsum esse probat Ioannes Grammaticus. 197.2.A
Nominum inopia parit dubitationẽ in mutatiõibus. 147.4.H
Non agit quodlibet in quodlibet. 29.4.H
Non esse, diuiditur in non esse propriè, & non esse per accidens. 39.4.E
Non esse in paruis quod est minimum, nec quod maximum, dicebat Anaxagoras. 26.4.E
Non esse per diuersitatem differt ab eo quod non est per priuationem. 39.4.E
Non est id cuius nulla magnitudo nec crassitudo. 22.3.H
Non natura solùm sed ui etiam est aliquid alicubi. 84.1.D
Non omnis motus fit à contrarijs in contraria. 205.4.G
Non omne corpus est in loco. 102.3.H
Non quæuis causa per accidens est fortuna. 57.3.G
Non quodlibet ex quolibet excerni dicit Anaxagoras. 28.1.C
Non si quadratus inueniatur numerus circularis, ideo quadrabitur circularis magnitudo. 10.1.D
Notiones quibus inducti ueteres posuerunt infinitum. 80.1.B
Nulla scientia potest per se se defendere aduersus eum qui negat principia. 8.1.D
Nullas habere partes non est cõe signi & Nunc. 205.4.E
Numeratio fit per numeri participationem. 82.2.B
Numerus circularis motus est notissimus, & tempus quod eam metitur. 135.1.B
Numerus componitur ex pluribus unitatibus. 88.1.C
Numerus duplex, numerans, & ordinans. 125.4.G
Numerus est duplex, numerans & qui numeratur. 125.3.B
Numerus est natura primus aliorum. 78.1.A
Numerus impar habet rationem formæ: par uerò materiæ. folio 78.2.B
Numerus mensura diuisionis. 112.2.D
Numerus monadicus idem est, etsi mutentur quæ numerantur. 134.2.A
Numerus non est separatus.. 82.2.B
Numerus numerabilis se habet, ut album. 134.2.D
Numerus numerans, & numerus qui numeratur. 128.2.A
Numerus numerans idem, quæ numerantur non eadẽ. 135.3.F
Numerus numerans semper idem: qui numeratur non idem. folio 128.3.E
Numerus pticipabilis nõ est absolutè in eo q̃ numeret. 134.3.E
Numerus quiuis per se non potest diuidi. 88.1.C
Numerus tam quod numeratum est, quàm quod potest numerari. 133.2.D
Numeri adiectionem in infinitum quomodo dicat Aristoteles. folio 80.2.D

Numeri ad numerum est proportio. 117.4.G
Numeri qui consistit & remanet sit diuiso in infinitum. folio 88.2.A
Numeri & formæ seu Ideæ non sunt in loco, nec materia. folio 94.2.D
Numeri impares per seriem additi quadrato seruant quadratum, pares uerò minimè. 78.2.B
Numeri non habent situm. 199.1.C
Numeri qui uersantur in intelligẽtia oia dimetiũtur. 110.3.G
Numeri sphærici quinam sint. 10.1.C
Numerum esse, & esse infinitum non est idem. 81.3.H
Numeros principia dicunt Pythagorici. 91.4.B
Numerum substantiam uocat Aristoteles. 191.2.B
Numero quouis potest sumi maior numerus. 129.4.H
Numerabile posit ne esse absq; eo quod numerat, ut uult Boethus. 133.2.D
Numerata numeros quodammodo numerant. 128.4.H
Nunc, aliquando largè & impropriè dicitur. 131.3.H
Nunc dicitur duobus modis, ut principium & finis tẽporis, & quod opponit præterito & futuro, nempe præsens. 165.3.G
Nunc diuidit tempus potentia. 131.2.D
Nunc est mensura motus, ut unitas numeri. 126.4.G
Nunc, & tempus simul sunt. 127.3.B
Nunc est sectio temporis, ut signum lineæ. 226.1.B
Nunc, & tempus cur idem non specie, sed subiecto. 128.3.G
Nunc inter se non cohærent. 229.1.C
Nunc nihil esse. 122.3.G
Nunc non diuiditur. 165.3.H
Nunc non est pars temporis. 122.2.D
Nunc non potest bis sumi. 127.4.E
Nunc non potest idem numero permanere. 122.4.G
Nunc numerat motum. 128.1.B
Nunc quomodo numeret tempus. 128.1.B
Nunc quomodo sit propriè continuitas temporis. 131.2.C
Nunc quomodo tempus numeret. 127.4.E
Nunc solùm est in substantia temporis. 127.1.D
Nunc si ad tempus referatur est unius principium, alterius uerò finis: si ad rem, est principium posterioris, non finis prioris. 228.2.B
Nunc subiecto unum est, differt autem ratione. 126.4.F
Nunc sumitur ut finis motus, & ut finis temporis. 128.1.A
Nunc tempus & definit, & facit. 127.1.A
Nunc unum est ingenitum. 139.2.A
Nunc ut fines non diuiduntur: diuiduntur ut partes. 136.2.B

O

Obsistentiam, seu antiperistasim ponit Plato in Timæo. 117.1.A
Octaui libri capitum epilogus. 241.3.F
Octaui libri scopus. 193.2.E
¶Odoratui odorabile. 184.2.B
¶Oenomeli. 214.1.D
¶Omnia esse in omnibus quõ intelligat Alexander. 27.4.G
Omnia esse in omnibus ex sententia Anaxagoræ. 26.1.B
Omnia insunt in unoquoq; sensili, sed non sensilia. 27.4.H
Omnis motus non est cuilibet secundum naturam. 196.2.A
¶Operationis unius unus est habitus. 153.4.H
Operationes scientiæ nõ est generatio, nec alteratio. 186.4.H
Operum Aristotelis ex eorum quæ mouentur, & eorum quæ sunt immobilia diuisione, ordo. 61.3.G
Opinari & scire differunt. 3.1.B
Opinio, alia à cognitione. 3.1.A
Opinio, & uisio si sunt, est naturalis motus, & corporeus. folio 209.1.D
Opiniones omnes de principijs ex diuisione. 4.3.H
Optimum, solùm est in diuina natura. 62.2.C
Opus de partibus animalium quomodo differat. 62.2.C
¶Oraculis cõtradicere, piculosum dicit Simplicius. 107.2.D
Ordo duplex, in causa, & in effectu. 14.3.B
Ordo est in generatione. 64.3.G
Ordo non est in infinitis. 28.1.B
Ordine differre. 29.1.C
Orpheus multiplicem Deorum causam, uocat hiatum ingentem. 92.2.A
¶Ouum est prius gallina. 204.2.C

P

Parmenides de eo quod est dicens, ipsum finitum melius dicit, q̃ Melissus qui dicit infinitum. 87.2.D
Parmenides & Melissus non de ijs quæ sunt, sed de eorum quæ sunt principio quærebant. 7.4.H
Parmenides, & Melissus non quicquid est putant immobile, sed id quod uerè est. 207.1.D
Parmenides ignem & terram aut lucẽ & tenebras ponit principia. 5.1.C
Parmenides laudatur à Platone. 24.1.A
Parmenides rerum naturalium contraria constituit principia. 29.1.A
Parmenidis uersus de eo quod est. 12.4.G
Parmenidis uersus de principijs sensibilibus. 5.4.G
Parmenidis uersus de uno. 23.3.F
Parmenidis uersus de uno infinito, & ingenito. 5.4.E
Parmenidi cur contradicat Plato & Aristoteles. 23.4.G
Parmenidi uni assentit Aristoteles in Metaphysicis. 24.1.A
Parmenidem laudat Plato. 6.3.G
Partem parti cohærentem & totum, non esse idem & unum. folio 13.4.E
Partes continentes non sunt in toto. 99.3.F
Partes cur non sint in loco, uel in toto loco. 104.3.F
Partes discretas non esse idem, quod totum. 13.4.H
Partes omnes collectæ sunt in toto. 97.3.H
Partes quomodo dicantur moueri. 168.3.G
Partes sint aliquæ necesse est eius quod diuiditur in partes. folio 122.2.C
Partium duplex est motus per se, & per accidens. 178.1.C
Partium motus in sphæra inter se inuicem differunt. 178.1.D
Parum abesse quam uim habeat in utranq; partem. 57.4.H
Passio dicitur quandoq; actio æquiuocè. 75.3.G
Patibiles qualitates non sunt finitæ, nec infinitæ, nisi per accidens. 77.3.E
¶Per accidens esse in aliquo & per partem quid differant. folio 97.2.B
Per accidens inesse. 44.2.C
Per accidens mouere, aut moueri quid dicat Aristo. 209.4.B
Per accidens mouentia possunt eadem mouere. 141.1.C
Per accidens quæ mouentur, alia contingit per se moueri, alia semper per accidens. 99.1.A
Per accidens sunt quorum est multitudo infinita. 59.3.H
Per accidens tantum quæ habent ut moueantur nunquam per se mouentur. 99.1.C
Per aliud potest esse aliquid in seipso. 97.1.D
Per consequẽtiam quæ est ad id quod mouetur diuiduntur alia quæ diuiduntur. 169.3.B
Per Dyadem Plato non intelligit materiam. 24.3.F

Per locum

Per locum quæ mutantur non seruant locum. 110.2.B
Per magnum & paruum Plato intellexerit materiã. 24.2.D
per se esse in seipso nihil potest, per aliud potest. 96.3.G
pe se esse quæ dicantur. 67.2.C
per se inesse. 44.2.B
Per se inesse, & ex alio quid significent. 93.3.G
per se prædicari. 12.3.F
Per tempus, unus formæ splendor choream ducit circa id quod apprehenditur intelligentia. 136.2.B
perfectio est duplex, substantiæ, & aduentitia. 185.2.B
Perfectio est principium, ut cuius causa & finis. 223.3.H
Perfectum est prius imperfecto. 232.1.B
Perfectum est prius imperfecto natura, & substãtia. 223.3.H
Perfectum & totum in quo differant. 87.2.C
Perfecta præcedere imperfecta, & quæ actu sunt ea quæ sunt potestate non est uerum in generatione. 204.2.C
Perimere se inuicem non est causæ quòd sit contrarium sed consequens. 225.2.C
Perspectiua Harmonica, & Astrologia non separant à materia. 49.1.D
Perspectiuus lineam Mathematicam considerat ut naturalem. folio 49.2.A
Perturbationes quæ scientiæ ac prudentiæ impedimẽtum afferunt, sedantur partim à natura, partim à ratione. 187.3.F
¶ Philosophiæ totius diuisio. 1.1.A
Physicus quærit quid post quid fiat. 61.4.F
Physici & Astrologi differentiæ ex Gemino. 48.3.G
Physici fortunæ & casus nomen sæpe usurpant. 54.4.G
Physici in hoc eadem dicunt q. ea sumant principia quæ inter se proportionem habent, & conuenientiam. 30.4.G
Physici in multis re ipsa cõueniebant: nominibus solùm discrepabant. 201.2.D
Physicos quosnam uocet Aristoteles. 78.3.G
¶ πηλίκοι quantum continuum. 27.1.A
Piscis hieracis os fertur aurum trahere. 238.2.A
¶ Planas superficies & figuras cur principia esse uoluerit Timæus & Plato. 6.3.E
Planities uocabatur à ueteribus quæuis superficies. 102.3.F
Plantæ faciunt alicuius gratia. 64.2.A
Plantas, & singularia animantia solùm esse in loco si uera sit definitio Aristotelis. 106.3.E
Plato conciliatur Aristoteli. 199.2.C
Plato defenditur qui dicit materiam esse locum formarum, & formas non esse in loco. 95.2.A
Plato extollitur ad contemplationem. 218.3.G
Plato primùm tradit causam efficientẽ, deinde in singulis caussatur caliditatem & frigiditatem. 28.3.F
Plato quænam ponat principia. 5.1.D
Plato reprehenditur q. admittat esse id quod non est. 40.3.G
Plato si nihil dicit de loco qui est corporum receptaculum cur dicitur solus esse conatus dicere quid sit locus. 94.3.G
Platonis de tpe sententiam cõuenire cum Aristotele. 123.2.D

PLATONIS LOCI

Plato de interno motu in decimo De legibus qd dicat. 193.4.F
De uoluptate in libro De legibus quid dicat. 186.3.E
Platonis locus ex decimo De legibus & alijs in Phædro. folio 210.2.C
L. ex Phædro. 218.3.E/221.4.F
L. ex Phædro, & ex decimo De legibus. 218.2.D
L. ex Politico exponitur. 194.2.A
L. ex Timæo. 199.1.D. ibidem. 2.B/218.3.E/236.3.G/239.2.C/240.4.G/241.1.C
L. ex Timæo exponitur. 198.4.G
Platonis locum in decimo De legibus secutus est Aristoteles. folio 223.4.H
Platonem, & Aristotelem in eo quod per se mobile nõ dissentire. 218.2.D
Platonem non sensisse mundum esse genitum ex tẽpore, ut censet Alexander. 194.1.D
Plenum quid dicatur. 7.1.D
Plenum quid sit. 112.4.B
Plotini de tempore sententia. 138.4.G
Plumbum latum cur supernatet, non itidem rotundũ. 118.4.G
¶ Polycletus regula uocatus. 54.2.D
Pondus est causa diuisionis, non diuisio ponderis. 119.1.C
Positionem & demonstrationem Aristotelis quam reprehendit Galenus, defendit Simplicius. 180.3.H
Positiones quænam dicantur. 8.4.E
Positiones uocat Aristoteles propositiones. 53.3.E
Positura est duplex, & totius & uniuscuiusq; partis. 110.1.D
Positura differre. 29.1.C
Positura prius, & posterius quomodo dixerit Aristoteles in definitione temporis. 125.4.B
ποσόν, quantum discretum. 27.1.A
Post unam omnium causam omnes posuerunt Dyadem. 29.3.F
Posterius in generatione est natura prius, & substantia. folio 223.3.G
Postulare id quod est à principio quid sit. 201.3.G
Postulata Geometrarum. 8.2.A
Potentia quid sit. 68.1.C
Potentia & actu aliquid existens consideratur in omnibus prædicamentis. 68.1.C
Potentia & actu simul quænam sint. 67.3.H
Potentia mobile non ita esse intelligendum ut uoluit Grammaticus. 196.4.G
Potentia quæ habent ut per se moueantur, aliquãdo per se mo mouentur. 99.1.B
Potentia solum nihil est. 67.4.E
Potestas duplex, una perfecta, altera imperfecta. 163.2.D
Potestas & aptitudo ignoratur an sit qualitas. 184.4.E
Potestate esse id quod opponitur operanti. 54.3.F
ποῦ significat alicubi, & in aliquo. 98.1.D
¶ Prædicamenta tria cur prætermiserit Aristoteles in prædicamentorum enumeratione. 145.2.A
Prædicantur quædam de subiectis ut propria & per se: Definitiones, Genera, Species, Differentiæ, Polyonima. 19.4.G
Præsens, & futurum non huiusmodi aliquando fuisse est absurdum. 201.4.F
Præter fores occurrere. 197.4.G
Præter fores occurrere prouerbium. 196.4.E
Præter fores occurrere quid sibi uelit. 213.1.D
Præteritum & futurum sunt differentiæ temporis. 135.3.H
Pridem, seu olim quid significet. 132.1.D
Prima philosophia demonstrat omnia principia. 8.2.B
Prima uita quænam sit. 48.2.C
Primam causam Hesiodus tacitè agnouit cum dixit chaos esse genitum. 92.2.B
Primam causam Plato dicit immobilem. 71.3.F
Primam formam separabilem omnia desiderant. 41.3.H
Primus philosophus uersatur in causa immobili. 61.4.G
Primæ causæ essentia quid differat à substantia quintæ essentiæ. 137.2.C
Primæ formæ quomodo est contraria priuatio. 41.4.E
Primi libri summa. 43.1.A

Principium quid ſit. 2.3.F
Principium decet eſſe ingenitum & ab interitu alienum. folio 79.4.F
Principium eſt æternum ex ſententia Platonis. 221.2.B
Principium eſt duplex, actionis & contemplationis. 66.2.B
Principium, & finis quodammodo contraria. 131.4.H
Principium in eo quod deinceps ſequitur dicitur multis modis. 151.3.F
Principium motus aliter anima, aliter natura. 47.4.H
Principium motus, & temporis duplex. 170.4.G
Principium non dici de ſubiecto. 32.3.G
Principium non eſt ſi eſt unum ſolum id quod eſt. 8.1.C
Principium non eſt unum ſed multiplex. 16.1.B
Principium non nouit qui quærit de principio. 209.2.C
Principium oẽ tollunt qui dicunt eſſe unum id quod eſt. 8.2.B
Principium quot modis dicatur. 17.2.A
Principia an ſint cur non quærat Ariſtoteles. 4.2.D
Principia cognitionis. 2.4.E
Principia communia omnium ſcientiarum. 2.4.G
Principia cur uocentur poſitiones. 207.1.D
Principia demonſtrationis quænam ſint. 8.3.G
Principia duo apud Platonem materia, & forma. 66.3.G
Principia duo poſſe ſufficere. 36.3.H
Principia eſſe rerum naturaliũ probat Theophraſtus. 2.2.C
Principia non eſſe plura tribus 33.3.E
Principia naturalium, ut naturalium, & naturaliũ ut quæ mutantur differunt. 36.4.F
Principia non eſſe contraria ſi per ſe ſumpta fuerint. 33.1.B
Principia non poſſunt eſſe immobilia. 7.2.D
Principia non ſunt alterum ex altero. 29.2.D
Principia non ſunt ea omnia quæ ſunt æterna, & ſemper habent ſimiliter. 205.1.D
Principia opinabilia apud Parmenidem, calidum & frigidum. 23.4.E
Principia non ſunt immobilia. 4.2.B
Principia ponebat Plato unum & indefinitã dyadem. 77.4.F
Principia probanda per inductionem. 205.1.B
Principia probare cuius ſit ſcientiæ. 8.2.C
Principia propinqua & elementaria non eſſe æterna. 32.1.D
Principia propria uniuſcuiuſq; ſcientiæ. 2.4.G
Principia quæ ſunt natura. 9.2.A
Principia quod ad nos attinet. 9.2.A
Principia quodammodo duo, & quodammodo tria. 36.1.D
Principia quomodo poßint cognoſci. 3.2.D
Principia quomodo ſemper maneant. 32.1.C
Principia rerum naturalium inueniuntur ex iis quæ patẽt ſenſui. 4.2.B
Principia ſunt contraria. 4.2.B
Principiorum cognitio eſt coniecturalis. 4.1.B
Principiorum diuiſio. 43.1.A
Principiorum quædam ſunt natura: quædam ex impoſitione. folio 151.3.G
Principiorum uim conſiderat primus Philoſophus. 2.2.D
Prius quot modis dicatur. 222.4.F
Prius & poſterius conſideratur per eius quod eſt eſſe extenſionem. 129.1.A
Prius & poſterius eſt in Dei uoluntate. 200.1.A
Prius & poſterius eſt in diuinis intelligentiis. 199.4.H
Prius & poſterius eſt in mentis agitatione. 200.2.D
Prius & poſterius eſt in mentis agitationibus ut uult Grammaticus. 199.4.G
Prius & poſterius in motu eſſe duplex, unum à loco: alterum à tempore. 125.4.F
Prius & poſterius in rerũ futurarũ Dei cognitione. 200.1.A
Prius & poſterius non eſt in Dei cognitione. 200.4.G
Prius & poſterius non omnino tempus ſignificat. 199.4.G
Prius & poſterius quo idem ſubiecto. 127.2.A
Prius & poſterius quomodo poßit eſſe idẽ in motu, & in tempore. 128.3.G
Prius & poſterius quomodo ſit in augmento, & alteratione, generatione, & interitu. 133.4.G
Prioris ſignificata. 232.1.D
Prioris multa ſignificata in prædicamentis. 222.4.F
Prioris, & poſterioris aliquot ſignificata. 134.1.A
Prioris & poſterioris multi modi in quarto libro operis quod inſcribitur Metaphyſica. 222.4.G
Primum in quo mutatum eſt, dicitur duobus modis. 170.3.F
Primum mouens, eſt aliquid, nec mouet unum aliud infinitum. folio 181.1.D
Primum non poteſt ſumi in eo primo quod diuiditur in tempore. 171.3.H
Primum non poteſt ſumi in loco per quem fit motus. 171.2.D
Primum non poteſt ſumi in mutatione quanti. 171.3.E
Primum nullum in quiete ſumi poteſt. 175.1.B
Primum quod ordinẽ ſignificat quot modis dicatur. 200.2.C
Primum ſumi non põt in quo ſiſtatur id quod ſiſtitur. 175.1.A
Primò eſſe in aliquo, & per aliud eſſe, quid ſit. 96.4.F
Primò ineſſe. 44.2.B
Primò ineſſe differt ab eo quod eſt per ſe ineſſe. 44.2.D
Primò eſſe, & eſſe per aliud opponuntur. 170.1.D
Primò mouens eſſe in medio Pythagorei dicebant. 239.4.F
Priuatio eſt accidens materiæ. 42.1.C
Priuatio eſt cauſa per accidens. 36.1.A
Priuatio eſt cauſa, q. materia ſit poteſtate. 40.2.A
Priuatio eſt duplex ſubſtantiæ, & accidentis 43.3.G
Priuatio eſt id quod eſt deterius ex contrariis. 169.2.A
Priuatio eſt ſolum abſentia. 41.1.C
Priuatio eſt ſubiectum. 143.3.F
Priuatio in appetenda forma diſtinguitur à materia. 41.4.F
Priuatio in quo ſit prædicamento. 38.4.E
Priuatio non eſt aliqua mutatio. 36.4.G
Priuatio non eſt natura aliqua, ſed abſentia. 38.4.E
Priuatio non poteſt numerari. 36.1.A
Priuatio opponitur formæ non ſolùm ut priuatio, ſed etiam ut contrarium. 46.4.G
Priuatio oppoſita habitui differt ab ea quæ opponitur formæ. folio 34.4.G
Priuatio quæ eſt in quiete eſt magis contraria quàm aliæ priuationes. 156.2.A
Priuatio quæ eſt in quiete, eſt ſimilis priuationi materiæ. 157.2.B
Priuatio quid differat ab aliis cauſis quæ ſunt per accidens. folio 36.4.B
Priuatio quomodo inſit materiæ. 34.4.E
Priuatio quomodo ſit formæ contraria. 36.2.B
Priuatio quomodo ſit quodammodo forma. 46.4.E
Priuatio ſi ſit quodammodo forma, an erit quæuis ſubſtantia ingenita. 46.4.G
Priuationem Plato nouit, licet non enumeret inter principia. folio 140.4.G
Priuationes ſunt ſubiecti ſimiles. 142.2.D.
Priuatum eſſe quid eſt. 174.4.G
Probabilis ubi eſt cognitio non opus eſt ſubtili rõne. 209.2.B
Probatio mutua non eſt ſemper reiicienda. 161.2.B
Proceſſum in infinitum non tollit Ariſtoteles. 147.2.A

Proclus

Proclus tempus separabile Deum esse opinatur. 139.3.F
Procli de loco opinio. 106.4.E
Producta à Deo citra medium habere principiū & finem temporis, est absurdum. 198.1.A
Producta ab opifice non sunt genita in uno geniti significato. folio 203.3.E
Proiecta mouentur celerius in principio: quæ trahantur tardius in principio. 232.4.F
Proiectorum motus an fiat per obsistentiam ex sententia Platonis. 239.2.B
Pronuntiata uniuersa quænam sint. 3.4.G
Proportiones motuum, & eorum quæ mouentur. 191.3.G
Proportiones mouentium, & eorum quæ mouentur. 191.2.C
Propositiones sunt materia syllogismi. 45.4.G
Propriè dicere de aliquo quis dicatur. 11.3.F
Propter quid & alicuius gratia differunt. 61.1.C
Protrusio quid. 182.3.E
Prouidentia in ordinem redegit quicquid est aspectabile. folio 123.3.H
¶Φθίσις & Φθορὰ quomodo differant. 70.4.F
Pulchritudo est in symmetria partium dissimilarium. 185.3.G
Pulchrum, Bonum, Vitam, Essentiam per solam hic habemus participationem. 49.3.G
Pulchrum quod hic est opus habet solùm assimilatione ad pulchrum exemplar. 111.1.C
Punctus consideratur ut principium, & finis. 131.3.E
Punctus est idem in fluxu. 127.1.B
Punctus, & unitas etsi separentur à rebus, non sunt idem. folio 151.3.F
Punctus habet distantiam qui est ex submissione. 111.1.A
Punctus idem sumptus est unius principium, & finis alterius. folio 127.2.H
Punctus nihil ponit. 22.3.G
Punctus non est unus. 15.4.H
Punctus procreat magnitudinem. 127.1.A
Punctorum extrema non sunt unum. 160.3.E
¶Pythagorei numeros usq; ad decadē posuēt principia. 5.2.B
Pythagorei, Plato, et Aristoteles principia ponunt materiam & formam. 28.4.G
Pythagorei unum & duo constituunt principia. 29.1.D
Pythagoreorum de inani ænigmata explicantur. 113.4.F
Pythagoreorum decem principia instar formæ & priuationis opposita. 73.2.B
Pythagoreorum & Platonis de infinito sententia. 77.4.E

Q

Quæ actu solùm sunt tota simul, & nec sunt potestate, nec infinita. 85.3.G
Quæ actu sunt in singulis, inter se simul cōsistunt: quæ uerò potentia non semper. 54.3.E
Quæ ad aliquid referuntur simul sunt. 133.2.C
Quæ aliquid fiunt, habent aliquid subiectum. 35.1.D
Quæ ad aliquid referuntur non sunt alterationes. 185.3.H
Quæ à natura, & arte fiunt, consistunt ex eo quod non est, ut uult Grāmaticus. 197.2.C
Quæ alterantur à sensibilibus, simul sunt cum iis quæ alterant. folio 184.2.A
Quæ augentur & diminuuntur, per se sunt in loco. 103.2.C
Quædam quæ non sunt, non sunt in tempore, quædam sunt in tempore. 131.1.B
Quæ differunt, uel genere, uel specie, uel numero differunt. folio 190.4.G
Quæ ex aduerso mouentur, & in recta & in circulo se sistunt. 225.2.C
Quæ facta esse dicimus, cùm per generationem id quod sunt non habeant, in iis fieri non præcedit factum esse: nec factum esse fieri. 173.1.D
Quæ feruntur secundum naturam, cùm fuerint propè sua loca, feruntur celerius. 158.4.H
Quæ figuræ circumaguntur. 182.2.B
Quæ fiunt alicuius gratia non omnia natura constant. 63.2.C
Quæ fiunt & intereunt, fiunt & intereunt à causis quæ sunt in cœlo. 198.4.G
Quæ fiunt, fieri ex aliquo alio modo ostendit Plato, quàm Aristoteles. 42.2.C
Quæ fiunt, non omnino fiunt ex contrario, nec in contrarium intereunt, ut uult Grammaticus. 203.1.B
Quæ generant, & quæ generantur, simul sunt. 183.3.F
Quæ in eo quod fiant habent esse, non consistunt. 183.3.E
Quæ in orbem mouentur nec eorum partes, nec ipsa tota sunt ullo tempore in eodem loco. 177.3.G
Quæ mouentur aut extrinsecùs mouentur, aut non extrinsecùs. 18.1.D
Quæ mouentur ex seipso, mouentur natura. 209.4.G
Quæ mouentur secundum naturam quo magis absunt ab eo in quo quiescebant, mouentur celerius. 232.4.F
Quæ mouentur sm naturam à quonam moueantur. 210.2.B
Quæ mouentur si interierint, intereunt in ea quæ sunt mobilis. 202.3.F
Quæ mutationes habeant fines determinatos, & quæ non. folio 179.1.B
Quænam cōtinuitas requiratur ad id quod intercedit. 151.1.D
Quænam positione sint eiusmodi ut fieri nequeant. 180.3.F
Quænam quies cuinam motui opponitur. 157.2.B
Quæ Parmenides de uno dicit, cœlo non conueniunt. 23.2.B
Quæ quod sunt habent in eo quod fiant sunt semper cum eo quod est potentia. 85.3.G
Quæ sunt in subiecto, accidentia, seu substantiæ. 45.3.H
Quæ sunt post principium, probanda per demonstrationem. folio 205.1.B
Quæ sunt super primam formam, per negationē formæ quæ deducit ad causam formæ cognoscimus. 37.3.F
Quæ sunt unum substantia, habent diuersas rationes, & ideo multa sunt. 19.2.B
Quadratura circuli Hippocratis. 9.3.F
Quadratura circuli inuenta à multis. 10.2.B
Quadratura circuli inuenta à Pythagoricis. 10.2.A
Quadratura circuli per Antiphontem. 9.2.C
Quadratus numerus quis sit. 10.1.B
Quæstio quid nomē significet quando sit apponēda. 122.2.A
Quæstio quid sit nomen quid differat à qōne quid sit. 114.1.B
Quæstionem quid tempus significet cur prætermiserit Aristoteles. 122.1.D
Quæstione, An sit, quando utendum. 4.3.E
Quæstiones quatuor, an sit, quid sit, quale sit, & quomodo sit. 90.4.E
Qualitas non potest diuidi. 171.2.C
Qualitas per se non diuiditur. 168.4.H/169.2.B
Qualitas per se non suscipit differentiam finiti, aut infiniti. folio 87.2.A
Qualitates dicuntur etiam differentiæ, quæ species constituunt. 149.3.E
Qualitates patibiles cur dicantur. 183.4.H
Quantuscunq;, & quotiescunq;, differunt. 27.1.A

Qui sola esse corpora putant & materialia, ij omnia in loco esse putant. 90.4.E
Quicqd fertur, uel in orbe fert, uel recta, uel mixta. 225.1.B
Quicquid mouetur, ad locum peruenit definitum nisi impediatur. 229.3.H
Quicquid mouetur, necessariò prius motum est. 172.1.B
Quicquid mutatur, necesse est prius mutari. 172.3.E
Quid in aere mouet, & quid mouetur, si aerem dicimus à seipso moueri. 238.3.H
Quid sit id quod habet naturam. 44.4.F
Quidem non, phrasis notanda in Aristotele. 11.3.F
Quies cuiusmodi sit immobilitas. 150.1.C
Quies est eiusdem, cuius est motus. 147.3.H
Quies, & motus non sunt propriè contraria. 157.3.E
Quies finita non potest esse in tempore infinito. 173.4.G
Quies habet prius & posterius. 130.3.H
Quies opponitur motui, ut priuatio. 157.2.A
Quies non est in ijs quæ fiunt, ac gignuntur. 143.2.B
Quies quomodo sit priuatio. 157.3.F
Quies quæ est in eo, ex quo fit motus, est contraria motui qui fit ex ipso. 157.2.C
Quies sit ne in generatione, & interitu. 157.3.G
Quietis cuiusuis sit ne generatio, an non. 158.3.F
Quietes sunt inter se contrariæ. 157.2.D
Quiescere ea dicuntur quibus innatū est ut moueātur. 74.3.E
Quiescere quæ dicantur. 130.3.F
Quiescere quid dicatur. 166.3.G
Quiescatur ne in tempore. 145.1.D
Quiescentia sunt in tempore. 130.3.F
Quinque primi libri huius operis inscribuntur de principijs naturalibus: tres sequentes de motu. 140.3.F
Quinque primi libri sunt de natura. 215.3.F
Quinque primi libri sunt naturales: tres posteriores de motu. folio 160.1.A
Quintam essentiam introducens Aristoteles conuenit cum Platone. 201.2.B
Quinti libri capitum epilogus. 159.3.G
Quintum corpus non habere rationem solutionis. 235.3.G
Quod à seipso mouetur uiuit. 210.2.C
Quod à seipso mouetur, in eo, aliud est quod mouet, & aliud quod mouetur. 180.2.A
Quod deinceps sequitur, non est continuum. 219.4.H
Quod diuidi potest actu semp diuiditur à natura saltē. 23.1.C
Quod diuidi nō potest si moueatur, erit aliquid minus eo quod non potest diuidi. 178.4.F
Quod est infra, est medium. 102.1.D
Quod est in continuo non est necessariò continuum. 230.3.G
Quod est in subiecto non est propriè principium quod mouet subiectum. 48.1.B
Quod est potestate quomodo dicatur, & quot modis. 211.2.B
Quod est, supra est & extremum. 102.1.C
Quod fieri non contingit, non fit omnino. 179.1.D
Quod figuratur habet quandam mediam naturam inter generationem, & alterationem. 184.4.G
Quod figuratur non alteratur. 184.4.F
Quod fit est imperfectum. 144.3.E
Quod fit, et interit aliquo mō est, aliquo mō non est. 177.2.D
Quod fit, non est. 155.1.A
Quod fit non est in loco. 144.3.E
Quod intercedit inter continui fines, est uniuocum illi, cuius est finis. 166.2.A
Quod mouet etsi non appareat, uerum tamen est, quod mouet. folio 180.2.C
Quod mouetur motu æquabili seruat cum eo quod mouet rationem & habitudinem. 234.4.B
Quod mouetur, mouetur ab aliquo. 180.3.E
Quod mouetur necesse est ut sit magnitudine præditum. & fieri non potest, ut non possit diuidi. 166.4.H
Quod mouetur secūdum naturam cur cūm est prope suum locum mouetur celerius. 232.4.G
Quod mouetur tempore infinito à nulla mouetur magnitudine. 233.4.B
Quod mouetur, unum numero quomodo dicatur. 153.3.C
Quod nullas habet partes, in omnibus mutatiōis speciebus contingit moueri per accidens. 178.2.A
Quod nullas habet partes, non mouetur. 178.3.F
Quod numeratur est duplex per quantum, & per ordinem. folio 125.3.F
Quod partes nullas habet, nō mouet nisi per accidēs. 178.1.A
Quod primò mouet, moueat ne in tpe, an sine tpe. 237.1.A
Quod proximè mouet simul est cū eo quod mouetur. 182.1.C
Quod trudit, & trahit est simul cum ijs quæ mouent. 183.1.C
Quod unum est, non est contraria. 31.1.B
Quod uim accepit ab eo, quod primum mouet, efficitur quoq; ipsum per se mobile. 238.2.D
Quoduis corpus ablato aliquo fit minus. 27.3.F
Quoduis corpus finitum corpus consumit. 27.2.D
Quod semper est, est continuum. 219.4.H
Quod semper mouetur simul non habet potestatem, sed in eo quòd fiat. 235.1.A
Quòd sit & cur sit dicere, differunt. 84.2.A
Quod sub mensuram cadit metitur id, quod est simplicissimum in ea specie. 232.3.H
Quòd unum idem sit & multa, solutio ex Platone. 16.3.E
Quomodo sit, & quid sit idem est. 112.3.H

R

Rarum concurrit cum tenui. 24.3.E
Rarum & Densum sequitur differentia motuum qui recta fiunt. 121.2.B
Rarum, Leue, & Molle. 121.2.D
Rarum non fieri per amplioris uacui implicationē. 121.2.D
Rarius non est in ijs quæ non fiunt. 56.2.B
Ratio Zenonis motum perimens. 227.2.B
Rationem habentia eandem ad alia, eandem habent inter se. folio 118.1.D
Rationes ex consequentibus sunt coniecturales. 225.2.B
Recta sit ne æqualis circunferentiæ. 188.1.A
Regeneratio ponitur à stoicis. 153.3.H
Regrediens prius stare probatur, & sensu & rōne. 225.3.H
Regressus euidenter ostendit interruptionem continuitatis. folio 231.3.H
Regula iudicat incurua per accidens. 130.3.F
Relatio dicatur ne moueri per se an per accidens. 145.4.F
Relatio tollitur sublato uno ex relatiuis etsi res remaneat. folio 133.3.E
Relatiua simul esse cū eorū relatione, & habitudine. 198.1.C
Relatiuorum substantia est semper ante habitudinem, ac relationem. 198.2.A
Repente quid significet. 132.4.A
Repugnantia quæ est in substantia quomodo cōuenit alijs prædicamentis. 31.2.A
Repugnantia una prima in quouis genere. 31.3.G
Rerum quæ distantiam ac dimensionem suscipiunt pulcherrima

rimæ diuisio. 109.1.B
Res sunt circulus quid sibi uelit. 135.2.B
Respirationis, augmenti, somni, expergefactionis causæ. 220.4.F

S

Sanitas Dea. 60.4.E
Sanitas in quonam consistat. 72.2.C
Sanitas quæ est uirtus corporea est moderatio affectionum corporis. 185.4.H
Sanitas in symmetria consistit corporearum qualitatum. 185.3.F
Sapor est simul cum gustu. 184.2.C
¶ Scientie est ex ijs quæ referuntur ad aliquid. 106.3.H
Scientia fit quando singularium cognitionum quædam experientia ex sensu collecta fuerit ut uult Alexander. 186.4.B
Scientia sit ne reminiscentia. 187.2.D
Scientia simul est cum eo quod fieri potest, & sensus cum sensili. folio 54.4.B
Scientia species comprehensionis. 153.1.B
Scientiæ quæ græcè est ἐπιστήμη etymologia. 187.1.A
Scientiæ susceptio non est generatio, nec alteratio. 187.1.A
Scire & nosse esse idem. 2.4.G
Sciri non possunt ea quorum ignorantur principia. 26.3.G
Scopus librorum naturalis auscultationis. 1.2.C
¶ Sectio in infinitum est in eo quod semper sit potestate, & in eo quod fiat, & secetur. 227.3.H
Secundi libri scopus. 43.1.B
Sectione in infinitum utuntur Mathematici. 80.1.C
Secundum naturam esse est naturalibus quod artificialibus esse ex arte. 63.4.F
Secundum naturam esse quæ dicantur. 44.4.H
Secundum naturam se habere quid sit. 185.2.C
Semen animantium spiritale. 24.4.F
Semen est ante animalia. 64.3.G
Semen οὐλοφυὲς cur uocet Empedocles. 64.4.E
Semen pro fructu. 26.4.H
Semper esse & semper fieri differunt. 137.3.F
Sempiternum est duplex. 136.3.H
Sempiterna non sunt in tempore. 130.1.D
Sensu dimisso quærere demonstrationem est ingenij imbecillitas. 207.1.B
Sensus est maximè iudex adhibendus in sensilibus rebus. 207.1.C
Sensus est triplex, substantialis, substantiæ potestas, & substantiæ actus. 184.1.B
Sensus quomodo alterantur. 184.1.B
Sensile imago eius quod est. 136.1.C
Separari quænam possint intelligentia. 49.1.A
Separari quænam non possint. 49.1.B
Separabilia quæ dicantur. 46.2.D
Separata quæ sunt, esse infinita non possunt. 27.4.E
Septimus liber ad quid conferat. 180.1.B
Septimus liber habetur duobus modis. 180.1.A
Septimus liber non indignus ingenio Aristotelis. 180.1.B
Septimus liber paulò magis logicis utitur demonstrationibus. folio 180.1.A
Septimi libri capitum epilogus. 192.4.E
Septimi libri multa capita Themistius pro adulterinis habet. folio 180.1.B
Septimum Eudemus librum prætermittit. 180.1.B
Sermo est creatio opifex apud Platonem. 236.3.H
Sexti libri capitum epilogus. 179.2.A
Sexti Pythagorici demonstrationes. 10.2.A
¶ Si inane est infinitum, mundi sunt infiniti. 80.2.B
Si unum sit id quod est nulla est in ijs quæ sunt magnitudo. 20.3.E
Siculæ & molliores musæ, Empedocles. 8.4.F
Signum quid. 225.2.B
Signum signo additum non constituit magnitudinem. 23.1.D
Signum: Nunc: Momentum, principium, & finis lineæ, temporis, & motus. 170.4.H
Signi non est locus. 92.4.G
Signa quæ in linea intercedunt, sunt potestate: quæ in extremis actu. 226.2.A
Similares partes actu infinitas dicebat Anaxagoras. 27.3.F
Similares partes non fieri excretione. 28.1.D
Similares partes non esse ingenitas. 28.1.D
Similares partes non sunt absolutè magnitudines, sed tales magnitudines. 26.4.G
Similarium partium corpus non est infinitum. 83.3.H
Simplex est prius composito. 232.1.B
Simplicia habent locum suæ naturæ conuenientem. 91.4.G
Simplicij de loco opinio. 110.1.A
Simplicij de loco sntia quæ opiniones ueterum conciliat. 111.3.H
Simplicij disputatio de æternitate motus aduersus Ioannem Grammaticum. 195.3.F
Simul esse in loco quid sit. 150.3.F
Simul esse quomodo intelligatur in eo quod est tangere. 150.4.G
Simul quot modis dicatur. 150.3.E
Simul esse tempore quænam dicantur. 150.4.E
Sine alteratione non fit excretio. 28.1.C
Sine tempore Deus non producit, si aliquando producit, aliquando non. 202.4.H
Singularia comprehenduntur in scientia eius quod est uniuersum. 186.4.F
Singularia non sunt elementa uniuersorum. 3.4.G
Singularia propriè non sunt. 87.2.C
Situm esse quid sit. 109.2.A
Situm esse rectè, quid dicatur. 109.2.A
Sisti quomodo dicatur. 158.4.E
Sita esse quænam dicantur. 109.1.C
¶ Sola mens diuina habet coaceruatam omnium intelligentiam. 199.4.F
Somni causæ. 206.2.C
Soni ad ea quæ sonant aliquousque procedit oratio. 192.3.F
Sophisticæ orationis solutio, Quando mortuus est Dion. 170.2.C
Sorites quid sit. 203.2.C
¶ Spatium esse quod per se continet corpora. 121.G
Spatium est æquale corpori quod in ipso est. 121.4.H
Spatium quod est diuersum ab ijs quæ sunt in ipso corporibus agnoscit Plato. 121.4.H
Spatium quod est intra uasis superficiem non esse separatum contra Galenum. 100.1.C
Spatium quot modis dicatur. 108.4.B
Species alicuius non potest esse species eius à quo distinguitur. folio 155.3.H
Species definitæ faciunt definitam in multitudine differentiam. folio 82.4.E
Species pro proprietatibus. 77.1.C
Species quædam quæ possunt etiam esse genera. 153.1.B
Sphæra inerrans sit ne in loco. 103.1.C
Sphæra inerrans superior ea quæ dicitur inerrans. 112.2.A
Sphæra inerrantium quomodo non habeat infinitam mouendi potestatem, si mouet sphæras errantium. 240.4.E
Sphæræ inerrantis motus. 240.1.B
Sphæræ nullius partes esse in loco. 103.3.G
Sphæram stellis carentem cur posuerint Astronomi. 110.3.E

Sphære cœlestes sunt plenæ ad centrum usq;. 112.1.D
Sphæræ inerrantium an eo motu, quo mouentur cum inerrantes moueantur continuo, æterno, & æquabili. 240.2.C
Sphæræ procedunt per ea tota quæ deinceps consequuntur. folio 167.2.D
Sphærus, & sphærum apud Empedoclem significat mundum. folio 194.3.B
Sphærum mundum uocabat Empedocles, quem dicebat semper fieri, & interire. 194.1.C
Status & quies differunt. 130.4.E
Stoici Deum & materiam, Empedocles quatuor elementa ponit principia. 3.1.C
Stoicorum pronuntiata μεταπίπτοντα, quomodo probentur. folio 229.2.B
Stratonis appositum de uase euerso exemplum. 113.2.A
Stratonis definitio temporis. 138.3.H
Stratonis Lampsaceni de tempore sententia. 138.3.F
Sub tempus reducuntur quæ generari possunt, etsi non sint generata. 133.1.C
Subiectum cur simplex esse oporteat. 33.3.E
Subiectum esse naturam. 45.3.H
Subiectum est aliud ab eo quod est potestate. 72.2.D
Subiectum est ratione habita ad formam, siue eam habeat, siue non. 34.4.F
Subiectum & priuatio in quo differant. 34.2.D
Subiectum numero unum est, ratione duo. 35.3.H
Subiectum quid magis apprehendat, qualitates ne patibiles, an figura. 184.4.H
Subiectum quid sit propriè. 19.4.F
Subiectum quomodo accipiatur. 142.2.B
Subiecti differentiæ. 53.2.D
Subiecti unius possunt esse multæ operationes. 153.4.H
Subiecto unum esse quid sit. 77.1.B
Substantia æquiuocum. 33.4.E
Substantia diuiditur in materiam, formam, & compositum ex sententia Archytæ. 38.4.F
Substantia est semper prior operatione. 198.2.C
Substantia pro naturali substantia quæ consistit in mutatione. folio 31.3.F
Substantia propriè dicitur, & impropriè. 81.3.G
Substantia quandoq; est id quod est ubiq; substantiale. 31.3.G
Substantia quomodo fiat ex eo quod non est absolutè: album ex aliquo quod non est. 142.3.G
Substantia si diuidatur quænam absurda sequantur. 81.3.E
Substantia sola dicitur absolutè fieri. 33.1.B
Substantia tribus modis dicitur. 32.4.E
Substantiæ nihil est cõtrarium quatenus est subiectum, sed quatenus est in subiecto. 46.4.H
Substantiam non esse substantiæ contrariam. 32.4.E
Substantiam non posse diuidi. 81.1.C
Substantiæ sint ne inter se contrariæ. 145.3.E
Summa est partibus diuturnior ubi non sunt eædem partes. folio 236.2.D
Summum unitum absq; diuisione. 14.3.E
Superantia tempus uerbis temporis significamus. 200.1.B
Superficies non est corporea nec incorporea. 105.1.A
Superficies non est in loco. 105.3.B
Superficies quomodo sit in corpore. 98.1.C
Superficies sit ne pars corporis. 96.3.H
Supernaturalia materiæ expertia. 47.4.F
Sursum et deorsum quæ sunt natura, sunt semper eadẽ. 91.4.E
Syllogismi demonstratiui propriæ rationes. 229.3.F
Syllogismi logici qui fiunt per probabilia. 229.3.F
Symmetriæ, & proportiones in alteratione, & in augmento procedunt aliquousq;. 192.3.G
Syriani de loco opinio. 107.4.H

T

TActus non fit in tempore. 173.2.A
Tactu moueri quomodo dixerit Aristoteles. 74.3.E
Tangit nos qui molestia afficit. 217.3.F
Tangere & finitum esse differunt. 90.1.B
Tangere quænam dicantur. 130.4.G
Tangere quomodo dicantur incorporea. 74.4.H
Tangere quomodo seinuicem dicantur aliqua. 160.3.G
Tardius quid dicatur. 132.4.G
Temere quot modis dicatur. 58.4.H
Temere & casus in quo differant. 59.1.A
Temere & casum non ita differre, ut fortunam, & id quod fit à fortuna, contra Alexandrum. 59.1.C
Tempus æuo simile. 139.2.D. ibidem.3.E
Tempus cur sit ubiq;, in terra, mari, & cœlo. 133.1.B
Tempus comprehendit animam. 139.2.A
Tempus cum sensu nequeat comprehendi, est omnibus apertius. 122.1.C
Tempus causa interitus & generationis. 130.1.C
Tempus doctissimum, & indoctissimum Euenus fecit. 130.1.C
Tempus duplex infinitum. 164.1.B
Tempus esse æternum. 199.1.B
Tempus esse continuum & non componi ex ipsis nũc. 163.2.C
Tempus esse fatentur omnes. 122.1.B
Tempus esse in anima. 139.1.A
Tempus essentiæ fluxus. 136.2.A
Tempus esse mensuram quietis per accidens. 130.2.D
Tempus esse mensuram quietis. 130.2.D
Tempus esse motum & ambitum uniuersi Platonem dicere aliqui crediderunt. 123.1.C
Tempus esse motũ circularẽ opinio satis probabilis. 133.2.A
Tempus esse numerum cuiusuis motus. 133.4.F
Tẽpus esse spatiũ naturæ uniuersi dicebat Archytas. 123.1.C
Tempus esse ubinam probarit Aristoteles. 132.3.H
Tempus est æternum, etsi consistat in eo quod fiat. 136.4.F
Tempus est continuum, non discretum. 138.1.B
Tempus est continuum propter motum. 124.4.G
Tempus est duplex. 111.2.D
Tempus est ex iis quæ non possunt diuidi. 162.1.D
Tempus est genitum. 137.2.C
Tempus est magis causa interitus. 130.1.D
Tempus est mensura, Nunc, fluentis. 112.2.D
Tempus est multum, & exiguum, longum, & breue: sed nõ uelox, & tardum. 128.2.C
Tempus est numerus, ut quod numeratur. 128.2.A
Tempus est propter motum, nõ motus propter tẽpus. 67.3.G
Tempus est semper idem. 126.3.E
Tempus est totum continuũ, & non auellitur à seipso. 166.1.B
Tempus & magnitudinem posse diuidi in infinitum probãt ex eo quod est celerius, & tardius. 162.3.H
Tempus, & motus seinuicem metiuntur. 135.1.A
Tempus genitum quomodo dicat Plato. 199.2.A
Tempus habere tertiam à corporibus essentiam, ut uult Grammaticus. 199.4.E
Tempus id in quo fiebat, & id in quo factum est, non est maius eo in quo fiebat solùm. 229.2.A
Tempus in quo differat à motu. 126.2.D

Tempus indoctissimum ex Paronis Pythagorei snia. 132.2.D
Tempus mẽsura motus per eius essentiæ extensionẽ. 129.2.A
Tempus metitur id quod quiescit quatenus quiescit, sed non subiectum. 130.3.F
Tempus mouetur. 137.2.C
Tempus non esse motum. 123.4.F
Tempus non esse moturum ex eo quod tempus nec sit celerius, nec tardius. 124.1.A
Tempus non esse motum quomodo probet Plotinus. 124.1.B
Tempus non esse motum uniuersi. 123.2.A
Tempus non esse motum uniuersi quomodo probet Eudemus. folio 123.2.A.B
Tempus non esse motum uniuersi, quomodo probet Iamblicus. folio 123.2.C
Tempus non esse nisi sit in anima. 139.1.C
Tempus non esse, probatur ex eo quod constet ex ijs quæ non sunt. 122.2.C
Tempus non esse quoniã nullæ eius partes consistant. 122.2.C
Tempus non esse sine motu. 124.1.D
Tempus non esse sphæram. 123.1.C
Tempus non est, sed æuum. 85.3.H
Tempus non habet infinitum actu, sed potestate. 164.2.D
Tempus non potest diuidi in Nunc, tanquam in tempora indiuidua. 228.4.G
Tempus non potest esse si non sit motus. 131.4.G
Tempus non solum metitur genitorum operationem, sed etiam essentiæ, & qualitatis extensionem. 200.1.C
Tempus nulla est pars motus. 127.4.G
Tempus numero procedens æui imago ex sententia Platonis. folio 123.3.G
Tempus nunquam est defecturũ, & est semper aliud. 131.4.H
Tempus omne esse terminatum. 131.4.F
Tempus præsens ubiq; idem. 135.3.G
Tempus per nunc diuiditur, ac discernitur. 127.3.H
Tempus prima mutatio animæ, quæ enascitur per productionem rationum. 138.1.C
Tempus primum primus excogitauit Plotinus. 138.4.G
Tempus primum sumi potest, sed non id quod est primum temporis. 171.4.G
Tempus prudentissimum, ut ait simonides. 130.1.C
Tempus quam habeat conuenientiam cum loco, & numero. folio 129.4.F
Tempus quid metiatur. 111.4.F
Tempus quid sit ignorant uel doctissimi. 122.1.C
Tempus quod uersatur in motu locali. 126.1.A
Tempus quomodo dicatur metiri motum. 129.2.C
Tempus quomodo causa ortus, & interitus, si sit mensura. folio 132.3.H
Tempus quomodo in cœlo, si non in loco. 133.2.A
Tempus quomodo metiatur alia præter motum. 129.2.D
Tempus quomodo sit sensile, & insensile. 132.2.A
Tempus sapientissimum, ex Simonidis sententia. 132.2.D
Tempus sicut motus habet idem præsens & instans. 128.2.D
Tempus sit ne generationis causa, & interitus. 132.2.C
Tempus sit ne solum animæ cogitatum. 134.3.G
Tempus sit ne trãsiens uita animæ, ut uoluit Plotinus. 139.1.A
Tempus substantiale aut exemplare. 110.3.E
Tempus totum simul non consistere. 136.2.C
Tempus ubiq; est unum, & idem. 126.3.G
Tempus unum quid sit. 153.3.E
Tempus ut Deus honoratum à Chaldæis. 138.1.A
Temporis continuitas probatur per nunc. 127.3.G
Temporis definitio. 125.1.D
Temporis definitio Aristotelica reprehenditur. 138.3.F
Temporis definitio ex sententia Simplicij. 125.4.G
Temporis definitio Platonica conuenit cum definitione Aristotelis. 126.1.B
Temporis definitioni cur non addatur quies. 130.3.G
Temporis definitionẽ Galenus quomodo oppugnet. 126.1.D
Temporis dictiones non omnino tempus quomodocunq; dicuntur significant. 200.1.B
Temporis dictiones semper significare tempus. 200.4.H
Temporis & æui inter se proportio. 200.1.D
Temporis & motus sensum simul habemus. 124.3.H
Temporis finiti ad finitum tempus est proportio. 117.4.G
Temporis fluxus, & excessus unde oriatur. 138.2.B
Temporis extrema duo separata non possunt esse. 166.1.A
Temporis: motus: mouens: eius quod mouetur: & in quo, eædem sunt diuisiones. 168.4.H
Temporis naturam nõ esse mediã inter id quod est, & id quod non est. 136.4.H
Temporis notio ab Aeui proportione habetur. 137.4.G
Temporis opifex est tempore superior. 199.4.H
Temporis quod græcè est χρόνος etymologia. 138.1.D
Temporis ratio posita ne esse tota simul in anima, & natura. folio 137.4.F
Tempora non esse simul plura. 134.1.D
Terram in medio esse sitam quomodo probet Plato. 116.3.F
Terram solam nemo ponit principium. 24.2.A
Tertij libri scopus & quæ in eo continentur. 67.1.A
Testimonia aliorum cur adducat Aristoteles. 201.1.C
Tetrades & hebdomadæ perficiuntur empyream circumeunt. 107.3.G
¶Thales & Hippon aquam dicunt principium. 4.4.G
Thales omnes superiores physicos superauit. 4.4.G
Thaletis nautica Astrologia. 4.4.G
Themistius disertus uocatur à Simplicio. 7.2.D
Themistij de tempore multæ pulchræ dubitationes. 134.3.F
Theologia quid sit. [illegible] 1.1.C
Theologis ignoscendum quòd dicant Deorum generationes. folio 241.1.A
Theophrasti de loco sententia. 111.3.E
Theophrasti dubitationes aduersus Aristotelis datam loci definitionem. 105.3.F
Θέσις & positionem significat. & positũram. 151.3.E
¶Totum quid sit propriè. 87.2.B
Totum & genus quomodo differant. 96.2.A
Totum esse in seipso ex Parmenide Platonis. 97.3.H
Totum esse in toto uerum est in incorporeis. 97.4.F
Totum esse omnes partes, & non esse totum præter partes differunt. 97.4.H
Totũ fieri per participationem & contemperationẽ. 16.2.B
Totum non esse, & non esse aliquid, differunt. 177.2.D
Totum non est in seipso etsi partes sint in toto. 97.3.F
Totum non mouetur per locum. 102.4.F
¶Trahentia naturaliter ut magnes quomodo tãgentia attrahant. folio 183.2.D
Transfigurationes sunt quædam generationes. 184.4.G
Tria principia constituunt etiam physici ueteres. 33.2.A
Tria principia constituebant qui unum dicebant, nempe subiectum & contrarium. 24.2.D
Tria sunt genera substantiæ. 31.1.C
Trusio quid sit. 183.1.C
¶Τύχυς hoc est fortunæ etymologia. 60.2.D

Vacui

V

Vacui uulgaris definitio. 154.1.D
Vas est locus qui transferri potest. 95.1.A
Vas non est totus locus, sed concaua cadi superficies. 99.3.F
¶ Vbi est multitudo, illic est id quod non est. 16.2.C
¶ Vectio quid sit, & sub quod genus reducatur. 183.1.B
Vehere quot modis dicatur aliquid. 183.1.B
Vel, coniunctione usus est Homerus pro &. 98.3.H
Velox & tardum in diuersis motibus prædicantur æquiuocè. folio 188.3.F
Venus dicitur Astarate apud Syros. 111.4.H
Verbum resoluitur in participium & uerbum, Est. 15.1.B
Veteres non utebantur distinctionibus. 19.3.H
Veteres philosophi defenduntur contra Alexandrum. 12.3.H
Veteres philosophi ostendebant citra demonstrationem. 18.3.H/19.2.C
Veteres suas sententias proferebant ænigmaticè. 6.3.G
Veterũ concordia in principijs etsi uideãtur dissentire. 5.3.G
¶ Vibices à flagello fiunt per accidens. 216.1.C
Violentus ex arte motus num sit naturalis. 72.1.A
Vires constant in symmetria partium similarium. 185.3.G
Virtus consistit in moderatione affectuum: uirtus inquam moralis. folio 185.4.H
Virtus est naturæ perfectio. 185.2.A
Virtus & uitium accedunt alterationi. 186.3.E
Virtus & uitium sit ne animæ generatio, & interitus, si quod habet animã mutatur à uirtute in uitiũ, & contra. 185.2.B
Virtutes, & uitia referuntur ad aliquid. 185.3.F
Virtus moralis consistit in uoluptatibus et molestijs. 186.2.D
Virtus moralis quomodo fiat. 186.2.C
Virtutis, quæ græcè est ἀρετὴ etymologia. 69.2.B
Virtutes opponuntur exuperationibus, & defectionibus. folio 224.3.H
Vis infinita motrix non potest actu, finito inesse corpori. folio 234.4.G
Vis nulla finita potest mouere in tempus infinitum. 233.3.H
Vis quæ inditur ab eo quod primum mouit minuitur successione. 238.2.C
Vis seu potestas in eo quod mouetur in infinitum quomodo dicatur. 240.3.H
Vis tota si totum mouet, non propterea dimidium mouebit. folio 191.4.G
Vis infinitæ nulla est ratio ad nullam finitam. 234.1.A
Vim habere infinitã quæ sit tota simul: & sufficere ut in æternum moueatur, differunt. 234.4.F
Visio, & opinio sunt motus. 209.2.A
Visionum diuinorum typi uidentur in aere. 107.3.F
Visis suis plusquam par sit tribuere Grammaticum. 236.1.C
Vita media inter id quod est, & mentem. 137.4.G
Vita, & æuum unita sunt in ijs quæ percipiuntur intelligentia. folio 139.1.B
Vita animalis est causa status sicut etiam motus. 108.4.F
Vitij, nempe κακίας etymologia. 69.2.B
Vitia constant in asymmetria. 185.3.G
Viuunt omnia per animal unum mundanum. 109.3.G
¶ Vltima bona quænam sint. 41.3.E
¶ Vna est sola principalis repugnantia. 33.4.E
Vna hirundo non facit uer. 231.4.H
Vnde sit principium motus, oportet sit aliquid. 213.2.B
Vnica, & unita natura superat omnem discretionem. 136.1.A
Vnum id est, quod unam constituit substantiam. 15.3.G
Vnum actu, multa potentia. 15.1.C/16.1.B
Vnum actu, multa potentia. 13.2.D
Vnum causa est omniũ, quæ post ipsum discreta sunt. 19.2.D
Vnum continuum, est multa potentia. 13.2.D
Vnum cùm tota possint esse unum, loco potest moueri. 18.1.D
Vnum cur formam nocent Pythagorei, duo uero materiam. folio 33.2.C
Vnum duplex, unum propriè & unum uni unitum. 111.4.E
Vnum ea quæ sunt. 22.3.G
Vnum esse multa ex sententia Zenonis. 15.4.B
Vnum esse non posse id quod est. 12.2.B
Vnum esse non satis probat Parmenides. 18.3.G
Vnum esse omnia quomodo probet Parmenides. 18.3.H
Vnum esse principium. 41.2.C
Vnum esse principium eorum quæ sunt, idq; immobile quomodo intelligant Parmenides & Melissus. 6.4.F
Vnum est finis omnium & una causa prima. 14.2.C
Vnum est naturalium sphæra perfectissima. 23.2.B
Vnum est prima & finalis omnium causa. 23.4.G
Vnum est solum partium expers, & quod diuidi non potest. folio 22.4.E
Vnum est substantia. 20.1.D
Vnum est superius eo quod est. 14.3.G
Vnum est totum & perfectum ex Platone. 155.1.C
Vnum & dyadem principia dicunt Pythagorei & Plato. folio 24.3.F
Vnum & finitum principium quomodo dicatur. 5.3.H
Vnum, & simplex non est per se mobile. 258.4.E
Vnum exactè nihil. 22.3.H
Vnum, excessus & defectus, tria principia. 33.2.B
Vnum fieri quot modis dicuntur aliqua. 152.2.B
Vnum genere uel specie inducit multitudinem. 13.2.C
Vnum incorporeum. 23.2.B
Vnum ingenitum. 23.2.A
Vnum nec est finitum nec infinitum. 14.2.B
Vnum necessariò est immobile. 7.1.B
Vnum non esse id quod est. 21.1.B
Vnum non esse id quod est, ex definitione probatur. 20.4.E
Vnum non est accidens. 21.1.C
Vnum non est animale. 23.2.B
Vnum non est communitas aliqua. 23.2.D
Vnum non est in seipso. 97.4.G
Vnum non est indiuidua substantia. 23.2.D
Vnum non est intelligens. 23.2.C
Vnum non est motus nec status nec alia genera. 20.2.B
Vnum non est multa. 15.3.E
Vnum non est substantia. 20.1.D
Vnum non habet corpus. 14.2.B
Vnum non habet magnitudinem. 20.2.C
Vnum non potest diuidi. 88.1.B
Vnum numero dicitur multis modis. 13.2.C
Vnum numero, duo cogitatione. 226.1.D
Vnum numero, & unum specie inter se differunt. 215.4.E
Vnum optimum. 155.1.B
Vnum Parmenidis quale sit. 23.2.D
Vnum per participationem unius. 16.2.C
Vnum polyonomia. 13.3.G
Vnum primum super id quod est. 38.2.A
Vnum principium ponunt multi physici. 24.2.A
Vnum proprium accipit Melissus. 19.2.A
Vnum quatenus unum. est simplex, & expers partiũ. 15.2.B
Vnum quod diuidi non potest. 13.3.E

Vnum quod est non habet magnitudinem. 21.1.D
Vnum quomodo dicatur unumquodq;. 155.1.A
Vnum quomodo dicatur infinitum. 5.4.E
Vnum secundum quod uere est, nempe ideæ. 38.2.B
Vnum subiecto multa accidentibus. 15.1.D
Vnum ut atomus. 13.3.F
Vnum ut punctus. 13.3.F
Vnum ut unitas. 13.3.F
Vnius numero est unus numero motus. 181.2.B
Vnius perfecti a unto non est in sensibilibus. 14.3.F
Vnius significata. 13.2.B
Vni, & eidem multa insunt: & prædicatur de eodem subiecto. folio 15.1.C
Vnitatis trinitatis mundorum. 107.3.E
Vnitates primùm considerantur: deinde cõtactus: deinde continuum. 152.2.D
Vniuersitatem suam, seu summam omnia appetunt. 104.4.H
Vniuersum pro cœlo, & cœlũ pro uniuerso sumitur. 103.1.B
Vniuersa notiora sunt singularibus. 3.3.H
Vniuoca, ea demum sunt comparabilia in quibus id quod primum suscepit, est idem specie. 189.1.C
Vnumquodq; naturale corpus habet locum propriũ. 83.2.D
Vnus locus quis dicatur. 150.3.F
Vnus numero motus fit in tempore eodem numero. 181.2.B
Vocis definitio ab accidente. 72.3.F
Vocis definitio uera. 72.3.G
Volatus differat ne specie ab incessu. 190.1.A
Voluptates quomodo generentur. 186.2.D
Vt homo ex non homine, ita caro ex non carne. 28.1.C

X

Xenophanes Colophonius magister Parmenidis unum ponit principium, et uniuersum, nec finitum, nec infinitum, Deum intelligens. 4.4.E

Z

Zeno dictus ἀμφοτερόγλωσσος, id est linguæ ancipitis. folio 22.3.G
Zenonis dictũ non ponitur eisdẽ uerbis ab Aristotele. 98.1.D
Zeno Eleates laudatur. 175.3.H
Zeno non dicit nihil ex ijs quæ sunt esse unum. 22.3.F
Zenonis de loco dubitatio. 93.2.B
Zenonis de loco dubitatio quomodo soluatur. 96.1.C/98.1.A
Zenonis de motu ratiocinatio. 175.4.E
Zenonis oratio de sono grani milij confutantur. 192.2.A
Zenonis quartam rationem dicit Eudemus esse stultissimam. folio 177.1.C
Zodiaci inclinatio facit uarias astrorum figuras, & positus. folio 221.4.F

FINIS.